This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT
15189



OTHEEK GENT



189



Digitized by Google

Digitized by Google

D 1523

Digitized by Google

ad D. M. van munster.

SVMMA

DE EXEMPLIS ET RERVM SIMILITVDINIBVS LOCVPLETISSIMA.

VERBI DEI CONCIONATORIBVS, CVNCTISQVE LITERARVM STVDIOSIS MAXIMO VSVI FVTVRA.

F. Ioanne à S. Geminiano ordinis Prædicatorum Auctore.

Nunc demum post omnes alias editiones, diligenti cura à Magistro AEgidio Gtauatio Rocchensi Eremitano, ab innumeris pene etroribus castigata & aucta.

Adiectus est primùm Index certissimus optimam quamq; ac desideratam materiam ordine Alphabetico ostentans.

ANTVERPIÆ.

In Aedibus Petri Belleri, sub scuto Burgundiæ.
M. D. XCVII.

Cum Priuilegio Regis.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO D. D. HIERONYMO RVSTICVTIO, SANCTAE ROMANAE Ecclesiæ Cardinali Amplissimo, & Ecclesiæ Senolagiensi perpetuo Administratori & Comiti, Ægidius Grauatius Augustinianus. S. D. P.

QVVM præteritis annis, Illustrissime, ac Reuerendissime Præsul, summa hæc de rerum exemplis iam multis abhinc lustris Venetiis excusa, & à me sæpè ac diu in quamplurimis Bibliothecis sedulò requisita, tandē ad meas peruenisset manus, summo studio eam perlegere cœpi. Et quum præcipuā eius vtilitatē animaduertissem, in eaq; quam plurima obscura & manca comperissem; Ad illam dilucidandam, corrigendam, nec non augendam (publicæ vtilitatis gratia) plurimum consumpsi temporis & laboris. At ne diutius tantum opus à me sic elucubratum obsoleſceret, neque mihi vni, immo omnibus virtute præditis opem ferret, ab integrò sub tua clarissima luce proprio nitori restituendum, tuoq; nomine vulgandum curaui. Id quidem iure optimo homines à me gestum esse iudicabunt: Quum enim ipse omnium exemplar virtutum existas, merito tibi integerrimo viro, humanis diuinisq; dotibus vndequaque ornato, liber de exemplis & rerum similitudinibus est ascribendus: Vt qui librum hunc le-

Digitized by Google

gere nequeunt, seu nolunt, saltem in teipso, veluti in speculo, intuentes, quid boni sequendum, quidve mali fugiendum sit animadaertant, tuaq; vestigia vouiter imitentur. Et si quãdo animum tuum à grauioribus negociis disiunxeris, referesq; ad sacrarum literarum studia (quæ te semper à prima vsque ætate delectarunt, quibus etiã haud immeritò ad sublime hoc Cardinalatus fastigium ascẽdisti) eo vti non indignaberis: Quem vbi per teipsum cognoueris, profectò nõ indignum tuo patruelimo, tuoq; hospitio iudicabis. Quid autem in hac recenti editione præstiterim, lectio faciet cunctis fidẽ, non mea vel ambitiosa, vel elaborata commendatio. Tantum dicam, me omnium tum librorum, tum capitulorum Epitomen adiunxisse. Indicemq; nunc primum excogitatũ, & quidem refertissimum omnium eorum quæ in toto opere scitu digna habentur (ad studiosorum cõmodum) apposuisse, Accipe igitur hilari animo, ac lato suscipe vultu, quod omni humilitate Illustrissimæ & Amplissimæ Dominationi tuæ offero, sitq; tibi ac reliquis argumentum, perpetuumq; mei erga te grati animi monimentum: Exiguum equidem si tua conferre vellem Amplitudini, permagnum verò si meum æstimas animum, vel rerum quas hic liber continet dignitatem. Nam si tibi (vt spero) periucundum esse sensero, ad maiora forsitan capessenda, tuoq; nomini dicanda, tuto me dirigam animo.

Vale & me Augustianamq; familiam benignè complectere. Datum Venetiis Calend. Iulij.

M. D. LXXVI.

(··)

SVM-

Digitized by Google

SVMMA FRATRIS IOANNIS DE S. GEMINIANO ORDINIS PRÆDICATORVM, sacræ Theologiæ Doctoris clarissimi.

Qua de exemplis ac similitudinibus rerum inscribitur.

PROLOGVS.

OMNIA facito secundum exemplar quod tibi mōstrātū est (inquit Apostolus) In omnibus operibus artium videmus, quòd eorum opifices diriguntur & regulātur duplici exemplari: Nam qui sunt in arte periti, interius habent exemplar, scilicet formam artis, secundum quam operantur: Qui verò artem addiscunt nondum eruditi in ipsa, aspiciunt ad exemplar exterius per aliquē artificē factū, sicut pueri qui scribere discunt, tenent præ oculis exemplar magistri. Sed quemadmodū in operibus artiū, sic etiam in moribus & actibus virtutum duplex habemus exemplū: Nam primo quidē per fidē habemus intus Christū, secundum illud Apostoli: Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Et hoc est exemplar præcipuum perfectæ vitæ. Vnde & ipse ait: Exēplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Et de hoc exemplari principaliter intelligi debet verbum prælegatum. Omnia facito secundum exemplar, scilicet Christi, quod tibi mōnstratū est, scilicet per fidem. Hoc est igitur exemplar intrinsecus existens in cordē per fidē, scilicet Christi vita. Quod exemplar Apostolus sequens, & ei cōformatus totaliter dicebat: Viuo ego, iā non ego, viuit verò in me Christus. Sed est aliud exemplar extrinsecus, scilicet natura creata rerum quę sunt extra animā, quò dirigitur humana industria nō tātū in operibus atriū, in quibus (vt dicit Aristo.) ars imitatur naturā in quantum potest, sed etiam in moribus & actibus virtutum: ita vt etiam de hoc exemplari possit dici verbum propositum: Omnia facito secundum exemplar quod tibi mōnstratum est, scilicet in rerum natura. Nam ex ipsis naturæ operibus, sumūtur similitudines & plurima exēpla vtilia nostris cōpetentia moribus. Et hinc est quòd venerabilis doctor Gregorius Nazianzenus, cuius (testante Hieronymo) tāta auctoritas fuit, vt nullus vnquā eius dictis calumniam inferre præsumpserit: Immo insuper (vt testatur Rufinus) tāta fuit eius auctoritas apud Ecclesias Christi, vt esse putaretur hæreticus qui illi fuisset ausus in aliquo cōtraire. Hic itaque tā præcipuus

Hebr. 8.

Exēplar duplex.

Eph. 3.

Ioā. 13.

Arist. 2 phis.

Grego. Naz. in Apolo.

Rufin.

Digitized by Google

doctor, hanc sibi consuetudinem fecerat, vt quicquid eius occurreret oculis de rebus exterioribus, interioribus animæ moribus adaptaret: Sic enim refert ipse de se in suo apologetico, dicēs: Mos mihi est ad meipsum singulaquęque reuocare, præcipuè si quies mihi sit, & silentiū si vacet animi moribus adaptare quod videtur in oculis. Vnde & oculorū visio est mihi mentis eruditio. Huius igitur exemplum laudabile sequi oportet, si abundare volunt copia exemplorū. Quæ copia illis si affuerit, præcipuè de rebus extrinsecis quæ nobis sunt in aperto, & etiā de mirādis operibus quæ cōtinuè natura producit, vel adinuenit humana industria: non eos tantū apud curiosos auditores faciet gratiosos, quos mira naturæ opera vel humanæ inuētionis studia narrata & patefacta delectāt: sed etiā apud vulgus & simplices fructuosos & acceptos cōstituet, dū per exēpla ad sensum spiritualia & subtilia declarabūt. Prædicantiū igitur cōmodo, curioso desiderio simpliciū auditorū profectui desiderās inseruire, ego inter fratres ordinis Prædicatorū minimus, nomine Heluuicus, natione Teutonicus, de multarum rerum exemplis quæ diuersis hominum moribus & actibus adaptantur, præsens opusculum edidi, & librum de exemplis & similitudinibus rerū ipsum intitulaui: exemplum sequi desiderās patris nostri beati Dominici, de quo inter alia legitur, quòd vbicunque conuersabatur ædificatoriis affluebat sermonibus, & abūdabat exemplis, quibus ad amorem Christi, seculíve contēptum audientiū animi flecterentur. Nō autem visum est mihi de exemplis historialibus aliquid in hoc opere ponere, ex eo quòd tam de historia Bibliorū quàm etiam de vitis Sanctorū, & insuper de factis gentilium, diuersa per diuersos opera facta sunt satis sufficiēter. Intendo autem in opere isto sequi præcipuè rerum ordinē de quibus adducentur exēpla, nihilominus tamen materias quibus aptabuntur exempla, reducam vt melius potero in singulis rerum generibus in ordine alphabeti. Quod quidem qualiter fiat, subsequentibus verbis declarabitur.

Auctoris intētio.

Quoniam verò curiosis lectoribus varietas tollit fastigiū, in ponendis vel exponendis exemplis, nō semper eundem ordinē seruabo vel modum: Nam quandoque generaliter tantùm materiæ, de qua agetur, exemplum adaptabitur, quandoque verò distinctæ proprietates plures adductę similitudinis exponentur. Huius etiā eiusdémq; rei exemplum aliquādo vni tantùm materiæ, quandoque verò pluribus, prout eiusdē rei exigerit diuersarum proprietatum congruitas, adaptabo. Sicut Saturno tantum assimilatur homo voluptuosus. Lunæ verò assimilatur non tantū beata Maria, sed etiam vita actiua, & similemmodum inuenies in aliis exēplis. Adhuc etiam in adaptationibus ipsis plerumque ex sacra scriptura, & nonnunquam ex dictis Sanctorum auctoritatū probationes apponam: quandoque etiam (causa prolixitatis vitādæ) adaptationes ipsas tātummodo, prætermissis auctoritatibus, scribam. Intendo etiam pleraque exempla per singulas suas partes exponere, & quædā solùm ex parte materię applicare: quia multa ad declarationem exempla quandoque sunt necessaria, quæ tamē ad adaptionem nil referunt. Et quia plura eidem materiæ exēpla conueniunt, interdum quæ in diuersis rerum generibus continētur, oportebit vt de eisdem materiis

Ordo dicēdorum.

(sed

(sed non sub eisdem exemplis) in diuersis tractetur locis. Sicut de gratia agetur in primo libro sub similitudine primi mobilis. In secundo verò sub similitudine sapphiri. In tertio sub similitudine frumenti, & sic de aliis. Porro si quę in exemplis ponantur, precipue de virtutibus lapidū vel herbarum, siue etiam de interpretationibus aliquibus somniorum, vel aliis quibuscunque, quæ forsitan ea legentibus minus credibilia videantur; sciant me ex meo ingenio ea non confinxisse, sed ex magnorum scriptis deprompta, non vt fidem de talibus facerem, sed vt veram instructionē & vtilem elicerem ex eisdem: quibus quidem modo doctores sacri, & magni philosophi in suis doctrinis moralibus incredibilibus vsi sunt exemplis fabularum: quæ licèt in se vera non essent, ad veram tamē disciplinam moralem vtiliter inflexerunt. Bene etiam diuina scriptura (de lignis expetentibus regem recitādo in libro Iud. 5. Iudicum) fabulā introducit, quæ à nonnullis expositoribus moribus adaptatur. Nō ergo respuenda sunt exempla naturalia, quæ si non semper, vel ex toto sunt vera, ex parte tamē (vt in pluribus) vera reperiuntur. Nec debet respuere sapiens ea quæ scripta reperit, ex eo quòd ipsemet talia non probauit, sed potius æstimare de talibus, quòd multa quæ ipse non vidit, alij sunt experti. Si quæ verò de cælestium corporum effectibus inducentur, quæ se ad humanos actus extendere videantur, ea prudens lector aduertat, potius referendo esse, quā asserendo dicta: nec ea sic intelligat tanquam ex cælestium dominio corporum vita humanis actibus (prout ex libero procedāt arbitrio) necessitas imponatur: Non enim cælestia corpora in liberum arbitriū hominis, aut voluntatem, vel intellectū, quæ vires incorporeę sunt, directè possunt imprimere. Sed quoniā cōplexio corporis quam anima in pluribus sequitur, & organa corporea sensuum qui intellectuali cognitioni deseruiunt, cęteraque corporis membra per quæ interior anima actus exteriores exequitur, ipsorum dispositioni cælestium corporum directè suppo nuntur. Hinc est quòd actus humani (præcipuè qui per corpus explentur) ex variis impressionibus siderum variè disponuntur: ac etiam ex constellationum virtutibus (quæ hominum corporali conceptui vel ortui dominātur) ipsi homines ad diuersa officia & mores inclinantur. Et quia homines non coactè, sed (ponè, huiusmodi frequētius inclinationes sequuntur, inde est quòd de voluntarijs actibus & moribus eorundem, nonnunquam à peritis astrologis & mira & veridica iudicia proferuntur: quanquam non sit laudabile, neq; tutum talibus inniti iudiciis, vel ea in suis temporibus omnibus obseruare. Bene in sacra scriptura dicitur: A signis cæli nolite metuere. Multa Hier. 10 ergo de proprietatibus rerū (quas in hoc libro pro exemplo ponemus) ex libris sacri canonis sunt assumpta. Et nonnulla collecta sunt ex rerum experientia: sed & ex magnorum sapientum scriptis plurima sunt excerpta. Non autē aliquis miretur de stili deformitate, quæ licèt concedi soleat in opere tam prolixo, ex hoc tamen specialiter accidet: quia plura ex scriptis quorundam in hoc opere ponentur exempla, in quibus, nisi fortè trūcādo, vt breuiora sint, nec sensum nec verba mutabo, ne ex mutatione verborum mihi asscribere videar, quæ iam bene sunt per alios conscripta vel inuenta.

Digitized by Google

uenta. Non ſolum etiam in hoc opere,de principalibus mũdi corporibus introducentur exempla: ſed etiam de his quæ ſecundum aliquem ordinem in ea reducũtur,puta de motu,tempore, & lumine, & aliis conſimilibus quæ reducũtur in cælum. Similiter de impreſſionibus aëris, grandine, pruina,nive, & aliis quibuſcũq; ſimilibus, quæ ſpecialiter pertinere videntur ad aliquod elementũ. Et conſimilis modus ſeruabitur etiam in illis quæ pertinent ad aliqua corpora mixta: quia ſimul(vbi ponentur plantæ ſimilitudines)de frõdibus,floribus,& fructibus & ſeminibus introducẽtur exẽpla. Et ſic etiã fiet de aliis corporibus quibuſcũq;.

agẽtis perficitur intellectus poſſibilis ad actum intelligendi. Bene Philoſ. dicit,quod nõ eſt intelligere ſine fantaſmate. Ipſe autem intellectus ab vno in aliud diſcurrẽs (ſiue ex principiis cõcluſiones elicies,ſiue cõcluſiones in principia reſoluens) ratio vocatur, ad quã ſcientia pertinet,ſicut Philoſophus dicit, quod omnis ſciẽtia in ratione eſt. Vt igitur(in exemplis ponendis) ſecundum præfatũ humanæ cognitionis ordinẽ procedamus, primò ponẽda ſunt exempla de ſenſibilibus. Secundò de imaginabilibus. Tertiò de rationabilibus. Sed de exẽplis ſenſibilium corporum, adhuc eſt diſtinguendum: quia quædam ſenſibilia corpora ſunt ſimplicia,quæ non componũtur ex aliis corporibus, ſicut elementa & corpora cæleſtia,quãuis in ſe habeãt alias compoſitiones,vt materię & formæ, accidentis & ſubſtantiæ, & huiuſmodi: quædam verò ſenſibilium corporum ſunt cõpoſita ex ipſis elementis. Et iſta adhuc diſtinguuntur,quia quædam ſunt inanimata, vt minteralia,vt ferrũ, & ęs, & alia huiuſmodi, & lapides: quædam verò ſunt animata; quæ adhuc diſtinguuntur, quia quædam ſunt animata tãtum anima vegetabili, vt plantæ: quædã vlterius anima ſẽſibili,vt animalia bruta, quæ diſtinguuntur in natalitia quæ ſunt in aqua, & greſſibilia ſiue reptilia quę ſunt in terra, & volatilia quæ in aëre volãt. Quædam vlterius animata ſunt anima rationali, vt homines. Circa imaginabilia quoque eſt attendendum: quia quarundam rerum imagines ſeu fantaſmata intuemur dormientes, ſiue ſomniantes: quædam vero mira percipimus vigilantes, quemadmodum Prophetæ etiam vigilando habuerunt imaginarias viſiones. Rationabilia autem vocari

Ariſt. 3. de anim.

Ariſt. 2 poſt.

Notitia autem rerum in homine triplici virtute perficitur(vt dicit Philoſophus)ſ. ſenſu,imaginatione,& ratione: Nã ab ipſis exterioribus rebus primò fit motus in ſenſu, propter quod Philoſophus dicit, quòd omnis noſtra ſciẽtia oritur à ſenſu. Ab ipſo autem ſenſu in actu ſecundo fit motus in fantaſia ſiue imaginatione. Vnde idẽ Philoſophus dicit,quòd fantaſia eſt motus factus à ſenſu ſecundum actũ. Et licet Auicenna diſtinguat inter imaginationẽ & fantaſiam, dicens eas diuerſas potẽtias realiter diſtinctas,quia fantaſia ſecundum eum habet vltra imaginationẽ,quod componit & diuidit formas imaginatas,vt patet cum ex forma imaginata auri, & forma imaginata montis, cõponimus formam montis aurei, quã nunquã vidimus. Tamẽ quia iſta cõpoſitio nõ apparet in alijs ab homine,in quo ad hæc ſufficit virtus imaginatiua,cui etiam hãc actionẽ attribuit Auerrois: Ideo (vt alij dicunt) eadem potentia realiter eſt imaginatio & fantaſia Ab ipſa autẽ fantaſia ſiue fantaſmatibus, per virtutẽ intellectus

Ari. 1. poſt.

Ariſt. 3 de ani. Auicenna.

Auerro de ſenſ. & ſenſi.

Digitized by Google

eari possunt, siue illa quæ ex ratione statuuntur, sicut sunt leges & iura: siue ea quæ à ratione proueniunt, sicut sunt artificialia: Est enim ars recta ratio factibilium (vt Philosophus dicit.) siue etiam illa quæ à ratione regulantur, vt mores & humana opera.

Arist. Ethic. Nicom. 6

Quæ igitur de omnibus prædictis exempla sunt inducenda, totum hoc præsens opus in decem distinguitur libellos. In quorum primo ponentur exempla de corporibus simplicibus, scilicet de elementis & corporibus cœlestibus, & etiam de aliquibus aliis, quæ aliquo speciali ordine in ea reducuntur. In secundo ponentur exempla de corporibus mineralibus, scilicet de metallis, & etiã de lapidibus. In tertio ponentur exempla de vegetabilibus, id est, de arboribus & plantis. In quarto ponẽtur exẽpla de natatilibus & volatilibus, id est, de piscibus & auibus. In quinto ponentur exempla de animalibus terrestribus, id est, quę gradiuntur vel reptant super terrã. In sexto libro ponẽtur exempla de hominibus. In septimo de imaginibus somniorum & visionum. In octauo verò libro ponentur exempla de legibus. In nono ponentur exẽpla de artificialibus. In decimo siue vltimo libro ponentur exempla & introducentur de humanis actib' & moribus. In singulis autem prędictis decem libellis, non intendo particulariter sequi ordinem exemplorum, sed solùm illas materias quibus adaptantur exẽpla locare seu ponere sub ordine alphabeti, verbi gratia. In primo libro (vbi ponuntur exempla de corporibus simplicibus) nõ sequar in eis ordinem ipsorum simplicium corporum: vt scilicet primo ponantur exempla de cœlestibus, postea de elementis, & inter elementa primò de vno, postea de alio: sed mixtim ponentur omnia, nunc de vno, nũc de alio, secũdum quòd rebus diuersis quas ponam sub alphabeti ordine, variè adaptãtur. Et idẽ etiam ordo seruabitur in cæteris libellis. Si quę igitur in hoc opere ex mea imperitia indebitè essent posita vel ineptè, relinquo atque submitto benevolentiæ Fratrum, ac studio corrigenda. De his autem quæ bene dicta & adaptata congruè videbũtur, Regi immortali, inuisibili, soli Deo honor relinquetur & gloria in secula seculo.

Voluminis huius distinctio.

In singulis elementorum, corporumq; cœlestium, ostentatur natura, ac plurimis rationibus & auctoritatibus; quantum sit hominibus discreta eorum abstinentia necessaria enucleatur.

Cap. I.

Abstinentia discreta c borum quantum sit hominibus vtilis, in singulis simplicium corporum potest ostendi naturis: Simplicia namque corpora duarum sunt naturarũ, scilicet, naturæ cælestis, & elementaris. Primum exemplum notabile de fructu ipsius abstinẽtiæ, quoad naturam cælestem ostenditur in corpore Lunæ. Est enim natura cælestis tãto magis lumini peruia, quãto minus in sua substantia habet de grossa & corpulenta materia, hinc igitur est, quod apparet in Luna quædã nigredinis macula, quia Luna (prout tradit Philos.) sicut est in situ locali magis vicina terræ, ita est (vt ita dicam) magis terrestris naturæ, id est, cuiusdam substãtiæ grossæ & corpulẽtæ quã cæli. propter quã lumẽ Solis nõ recipit profundè sicut aliæ stellę, sed tantũ in superficie. Et idcirco in ipsa tantummodo resultat macula vmbræ. Est igitur natura hominis luminari corpori similis, cuius scilicet mens interior ad lu-

Arist. 2

Digitized by Google

men ſapiẽtiæ tãto eſt minus diſpoſita, quãto vẽter corpulentior ſit ciborũ affluentia: Nam multa repletio ventris obtuſitatẽ generat mẽtis. Vnde Pſ. dicit: Repleti ſunt qui obſcurati ſunt. Et hoc eſt obſcuritas Lunæ, id eſt, vitæ delitioſæ, quæ ſ. nõ repletur ſplendore. Sap. Luna nõ ſplendebit in lumine ſuo. Oportet ergo ad hoc vt anima fiat lumini ſapiẽtię per uia, quòd nõ vtatur ſuperflue ciborũ alimonia, propter q̃ Apoſtolus dicit: Induamur arma lucis, ſic vt in die honeſtè ambulemus, nõ in cõmeſſationibus & ebrietatibus: Eſt enim armatura lucis ſapientia cæleſtis, quæ mentẽ de veritate illuſtrat & ab erroribus defendit; hæc honeſtè velut in die nos ambulare facit: quia lumẽ nobis porrigit veritatis ſequẽdæ. Sed qui ſe à cõmeſſationibus vel ebrietate nõ abſtinet, hanc armaturã lucis inducre nõ poteſt.

Vnde Hiero. dicit: Si quis eſtimat ſe abundantia ciborũ potionũq; perfrui, & poſſe vacare ſapientię, hunc in delitiis verſari, & delitiarum vitiis nõ teneri, ſeipſum ſeducit. Et in eodem loco dicit: Sapientiæ operam dare non poſſumus, ſi menſę abundantiã, quę labore nimio indiget & cura, cogitemus. Secundũ exemplũ abſtinentię, quoad elementarem naturã, oſtẽdit elementũ terræ: Terra enim primo nobis oſtẽdit, quòd abſtinẽtia & attenuatio carnis importatiua eſt gratię cæleſtis: Nam quia terra de ſui natura totaliter eſt ſicca & arida, prouidit Deus auctor naturæ, q̃ ad hoc vt fructũ producere poſſit, infundatur cęleſti pluuia, & ita ad fructus vberes producendos efficitur fœcunda. Sic noſtri cordis terra ſi ab humore luxuriæ noxio per abſtinentiã cibi & potus efficiatur arida, ſuperfundetur taliter cæleſtis gratię pluuia, quod ad producẽdos fructus ſpiritualiũ operum erit fertilis & fœcũda. Vnde dicitur: Terra enim ſæpe venientem ſuper ſe bibens imbrem, & generans herbã opportunã illis à quibus colitur, accipit benedictionẽ à Deo. Caro enim noſtra dicitur terra, quãdo ſit per abſtinentiã ab humore cõcupiſcẽtię vacua. Scriptũ eſt enim Gen. quod vocauit Deus aridam terram: hæc imbrem cæleſtem bibit, quia cęleſtis gratię confortatione pinguęſcit. Iſ. Deſcẽdit imber & nix de cæło, & inebriauit terram. Sed tunc herbam oportunam producit, cum immeritorio opere ſpiritui ſubſeruit, ex quo à Deo benedictionem accipit, quia retributionẽ ęterni præmij ſimiliter cũ ipſo ſpiritu finaliter habebit. Ergo noſtri cordis terra tũc eſt perfectè edita poſita, cũ areſcit ex abſtinentia, fumeſcit cęleſti gratia, fructeſcit per bona opera. Ex primo vocatur arida, eo ſ. q̃ ab aqua ſiccitate propriali ſit diſtincta, quod eſt quãdo caro ipſa ab aquis delitiarũ ſeparatur, & abſtinẽtiæ tennitate ſiccatur. Sed ex ſecũdo vocatur humus à mari humido, cui terra coniungitur, quod eſt ſiue quando corpus noſtrũ cęleſtis gratiæ particeps efficitur, ſiue cum lachrimis irrigatur. Ex tertio vocatur tellũs, quia tollimus fructus eius. Et hoc quando corpus laborat in bonis operibus. Item patet exemplo terræ, quod abſtinentia à cibis tollit tentationes carnis, quia quando præ ſiccitate nimia terra efficitur ſicut puluis, tũc tẽporis ventus non ſurgit, eo quod vapor tunc nõ habeat continuã humidum, & ſine continuatione eleuari nõ poteſt. Sed quãdo præ abſtinentia valida terra ſiccatur corporis (humore deficiente cõcupiſcẽtiæ carnalis) fit puluis, id eſt, mortificatio humilitatis, & ceſſat ventus, id eſt, impulſus libidinoſæ tẽtationis. Tertiũ exem-

plum

Apoſt. Hcb. 6.

Pſal. 73

Sap. 13

Ro. 13.

Hiero. contra Iouin.

Digitized by Google

plum abstinentiæ apparet in elemento aquæ: Nam legitur quòd cocodrillus qui in aqua oculos hebetes habet, extra aquam acutè videt. Ex quo exemplo accipitur quòd aquæ delitiarum hebetant oculos mẽtium. Sed extractũ ab aquis, id est, abstinentia à delitiis, ad cõtemplandũ spiritualia acuit visum mentis. Vnde dicitur Eccl. Cogitaui à vino abstrahere carnẽ meam, vt animam meã transferrem ad sapiẽtiã. Item aqua tanto magis est limpida, quãto magis est subtilis & vacua. Si vero sit aqua grossa, & partibus terrestribus plena, nõ est speculabilis vel limpida, sed est immunda vel turbida. Sic caro nostra quæ fluxibilis est vt aqua, & semper ad mare tẽdit, id est, amaritudinẽ mortis, secundum illud Reg. Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur, &c. Hæc inquam, aqua nostra, id est caro, si à cibis per abstinentiã teneatur, subtilis & vacua, vt nõ repleatur superflue eorum abundantia, manebit per continentiã clarissima & munda. Sed si vẽter cibis terrestribus frequenter repleatur, efficitur sicut aqua turbida & immunda, videlicet per incontinẽtiæ vitium, quod comitatur gula. Iere. Quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquã turbidã? Quartum exemplum abstinentiæ ostenditur in aëre, qui quãto magis est vaporibus & nubibus plenus, tãto magis est obscurus, quãtoque est magis vacuus, tanto est magis serenus. Et ideo in monte Olympo est aër serenissimus, qui tantum in altũ leuatur, vt ipsos vapores nubiũ excedere dicatur, secundum illud: Nubes excessit Olympus. Et quia ibi semper est aër serenissimus, ascẽdebãt illuc philosophi, vt viderent stellarum cursus. Sed ibi viuere non potuissent, nisi spõgias aquaplenas secũ portassent, vt sic per aquæ attractionem, aërem grossiorem haussissent. Sicut autẽ obscuratur serenitas & claritas aëris ex repletione vaporis, sic obscuratur etiã sensus hominis ex nimia repletione ciborum. Vnde Græcorum fuit prouerbium (sicut Hiero. refert) quod venter pinguis, nõ gignit sensum tenuẽ. Et ideo abstinẽtia cibi facit serenitatẽ animi. Quintum exemplũ abstinentiæ accipitur ab igne: Nam abstinẽtia à cibis in multis est igne similis. Quod declarari potest ex septem proprietatibus ignis. Prima accipitur ex ignis officio. Secunda ex ipsius auxilio. Tertia ex mysterio. Quarta ex eius suffragio. Quinta ex dominio. Sexta ex productio. Septima ex eius studio. Primo igitur manifestat dictã similitudinem ignis & abstinẽtię, ipsius ignis officium, quod est triplex: Nam vtimur igne ad illuminandum abscondita siue tenebrosa, sicut patet in lucernis accensis siue candelis, quorum igneo & flãmeo lumine vtimur in nocte siue per viã ambulando. Isa. Ambulate in lumine ignis vestri, &c. siue etiam in domo stando. Isai. Ardebit quasi ignis cõbustio, & erit lumen Israel in igne. Hæc autem illuminatio ignis virtuti abstinẽtiæ congruit, in quantũ per eam assequimur contra tenebras, ignorantiæ lumen diuinæ sapientiæ. Quod euidenter apparet triũ puerorum exemplo, de quibus dicitur Dani, quod Malasar tollebat cibaria, & vinũ potus eorũ, dabatque eis legumina, & seruitur. Deus dedit pueris his scientiam & disciplinã in omni libro & sapientia. Et ita merito abstinentiæ acceperũt lumẽ scientię, merito etiam abstinentiæ infunditur lumen reuelationis propheticæ. Sic legitur Dani. vbi dicitur ex persona Daniel. Ego Daniel lugebam trium hebdomadarũ diebus:

Eccl. 2.
2. Reg. 14.
Iere. 1.
Lucanus. 2.
Hier. 9.
Isa. 50.
Isa. 10.
Dan. 1.
Da. 10.

bus: panem desiderabilem non comedi, caro & vinū nō introiesunt in os meū, sed nec vnguēto vsus triū hebdomadarū diebus. Postea subditur, quòd apparuit ei Angelus & dixit ei: Ex primò die quo posuisti vt affligeres te in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter semones tuos. Veni autē, vt docerem te quæ ventura sunt populo tuo in nouissimis diebus. Adhuc etiam per abstinētiā carnis, conseruatur refrigerium & lumē castitatis. Vnde in Ps. Expandit nubem in protectionem eorum, & ignem vt luceret eis per noctem. Abstinētia etenim est nubes, protectionem & refrigerium præstans contra æstum cōcupiscentiæ carnalis: & ignis etiam est lumē in nobis accedens virtutem castitatis. Et ideo An. dicit, quòd abstinentia ieiunij libidinis ardorem extinguit, & castitatis lumen accendit. Secundo vtimur igne ad coquendū. Gene. Coquamus eos igne, abstinētia autem seruit nō modicum interiori decoctioni eiborum etiam corporaliū: quia cibus tēperatè assumptus, à calore naturali qui est in stomacho, faciliter coquitur, & optimè digeritur. Econtra autē ex nimio cibo vel potu calor ipse naturalis debilitatur vel extinguitur, sicut vinum vini ex nimia appositione aquæ. Debilitato autē calore nō fit decoctio vel digestio cibi, sed putrefit cibus, & generātur humores corrupti, & febres putridę, vel podagrę, & huiusmodi. Et propter hoc tēperantia cōseruat bonam valetudinem, & abstinentia perducit ad ipsam. Vnde Eccl. dicitur, quòd qui abstinēs est, adijciet vitam. Tertio vtimur igne ad fabricandum. Isa. Ego creaui fabrum sufflantē in igne prunas, & proferentem vas in opus suū. Sic etiā per abstinentiam a voluptatibus carnis, non solùm gulę, sed etiam luxuriæ, fabricatur & præparatur vas Dei: quia per hanc homo efficitur vt vas sanctificatum, & diuinæ gratiæ receptiuū. Vnde Thes. Abstineatis vos a fornicatione, vt sciat vnusquisq; vestrum vas suū possidere in sanctificatione & honore. Secundo dictā similitudinē declarat ignis auxiliū: Auxiliatur enim ignis hominibus interdū ad defensionem ab hostibus, sicut legitur de Alexandro, quòd dū esset in desertis Indię iuxta stagnū vbi bestię cōueniebant ad potū, & timeret ipse & sui nocte de insultu leonū, & aliarum bestiarū ferocium; fecit in circuitu exercitus copiosos ignes accendi, vt esset eis ignis quasi pro muro in circuitu ipsorū. Vnde etiā Zachar. dicitur: Ego ero eis murus ignis in circuitu. Per ipsum etiā ignem arma ærea & ferrea fabricātur, quibus cōmuniter homines ad corporū defensionem vel offensionem vtūtur. Vnde homines sedētes in equis, habentes loricas igneas Ioannes se vidisse testatur. Et sic tela ignea nominat Apo. Et Naum dicitur: Clypeus fortiū æreus ignitus. Et hæc omnia abstinētię cōpetunt, quæ tanquam murus vel clypeus ab aperitatū hostiliū nos defendit insultibus: & hęc est armatura sanctorū cōtra tētationes illorū, propter quod inter arma iustitiæ, Apostolus ieiunia nominat. Et Christus ad pugnā iturus, hāc armaturā induit. Iabstinentiam. Vnde Matth. Ductus est Iesus in desertum à spiritu, vt tētaretur à diabolo. Et cū ieiunasset xl. diebus & xl. noctibus, postea esuriit, & accedēs tentator, &c. Est enim ieiunium quasi igneum telū, quo percussus inimicus repellitur. Vnde Mat. Hoc genus dęmoniorum nō eiicitur nisi in oratione & ieiunio. Tertio declarat hāc similitudinem

Ps. 104.

An. in ser. de ieiun.

Ge. 12.

Eccl. 17

Isai. 54

Zach. 2

Apo. 9. Naū 2.

1. Th. 4

2. Co. 6

Matt. 4

Digitized by Google

litudinem ignis mysterium, quod est ad purgationē. Nam igne purgātur metalla, immo etiā peccata, s. in purgatorij igne. vnde Nū. Quod potest trāsire per flammas ignis, purgabitur. Sed sicut ignis purgat metalla, sic abstinētia peccata. Vnde Augu. dicit, quòd ieiunium purgat mentē, subleuat animum, carnem spiritui subiicit, & cor cōtritum & humiliatū facit. Quæ omnia manifesta sunt satis exemplo Niniuitarum. Est etiam mysteriū ad vindictā malefactorum, nō solū in mundo isto, sed etiam in inferno. Eccl. Humilia valde spiritum tuū, quoniam vindicta carnis impij ignis. Quod etiam abstinentiæ competit, per quā & spiritus humiliatur secūdum illud Ps. Humiliabam in ieiunio animam meam. Et carnalis delectatio impij vindicatur, quia pœnitentia abstinentiæ vindicat delectationē gulæ & luxurię. Vnde & ieiuniū ponitur pars satisfactionis, quia homo per abstinētiam, libidinē peccati præteriti, per subtractionem delectationis recōpensat: afflictionē etiam addens, & futura peccata impedit, concupiscentiā debilitās. Et hoc ad rationē pertinet satisfactionis quia (sicut dicit Aug.) satisfactio est peccatorū causas excidere, & eorum suggestionibus cōsensum non præbere. Quarto manifestat dictā similitudinē ignis suffragiū: Suffragabatur enim ignis antiquitus, & ante legem & in lege Mosaica, ad impetrādū quod petebatur à Deo, siue ex eo quòd sacrificia Deū deprecantia igne cōsumebantur, secundū illud Leui. Omne sacrificiū sacerdotū igne consumetur, siue ex eo quòd in signū exauditionis diuinæ, ignis super sacrificia Deum rogātia de cælo mittebatur, secundum illud Para. Aedificauit altare Domino, & obtulit holocausta, & pacifica, & inuocauit Deum, & exaudiuit eum in igne de cęlo super altare holocausti. Et simile habetur Re. Vbi Helias dixit ad Prophetas Baal: Inuocate nomina deorū vestrorum, & ego inuocabo nomē Dei mei: & Deus qui exaudierit per ignē, ipse sit Deus. Similiter ergo abstinētia carnis multū suffragatur orationibus nostris, vt à Deo exaudiamur, propter quòd dixit Angelus Tobiæ, quod bona est oratio cū ieiunio. Et Esdr. dicitur: Ieiunauimus & rogauimus Deum nostrum, & euenit nobis prosperè. Quintū quod adhuc manifestat hanc eandē similitudinē, est ipsius ignis dominium: Interdū enim diuina virtute sic ignis prędominatur aquę, quòdeā immediate attingat, nec tamē attingitur ab ea, sed potius illā extinguat, quod est cōtra naturā, & supra virtutem ignis, cum dicatur: Eccl. quòd ignē ardentem extinguit aqua: quod tamē diuino miraculo legitur accidisse, secūdum illud Sap. Quod, inquit, mirabile erat, aqua quæ omnia extinguit, plus ignis valebat, & infra eodē ca. dicitur: Quodā tēpore in aqua supra virtutē ignis ardebat. Sic ergo vt ignis diuina virtute consumebat humorē aquę: ita & nūc abstinentia) diuina faciente gratia) cōsumit & restringit fluxum concupiscentię. Eccl. Vapor ignis vrit carnes. i. carnales concupiscētias annihilat & cōsumit. Septimo manifestat similiter dictam similitudinem, ipsius ignis prodigium: Sicut enim esset prodigium quòd frigida aqua exureret, sic etiam miraculum est quòd ignis ardēs refrigeret: quod certè factū legimus in illis tribus pueris qui missi sunt in fornacē ignis à rege Babylonis: quia dicitur Dan. quòd Angelus Dñi descendit cū Azaria & sociis eius in fornacē, & excussit flammā ignis de fornace,

Nu. 21. Augu. ser. de ieiun. Iona. 3 Ecc. 7. Psal. 34 Aug. in solilo. Leuit. 6 1. Pa. 21 3. Reg. 18. Tob. 12 1. Esd. 8 Eccl. 3. Sap. 16 Eccl. 39 Dan. 3.

fornace, & fecit mediũ fornacis quasi ventum roris flantẽ, & non tetigit eos omnino ignis, neq; sõ tristauit, neq; quicquã molestiæ intulit. Vbi nota. quòd peccatores si aliquando ieiunare coguntur, vel ex inflãmatione cholerę efficiuntur impatiẽtes, & sic incendũtur ira, vel spiritu accidiæ efficiuntur tristes, & sic consumuntur melancolia, vel ex prandij dilatione efficiuntur esurientes, & sic famis affligũtur molestia. Sed sancti viri qui ex charitate ieiunant, in sua abstinentia ad modũ istorũ puerorum recipiunt rorem diuinum. i. refrigerium gratiæ, & nec igne impatientiæ tanguntur, nec accidię spiritu contristantur, nec etiam famis esurię molestantur. Septimũ in quo vltimò declaratur prædicta similitudo, est ignis ipsius studium, i. quod circa ignẽ per homines adhibetur. Nã ignis ab hominibus oleo interdũ succẽditur, ignis nutritur, & sub cinere reseruatur. Oleum itaque cùm sit inflammabile, ignem succẽdit & nutrit: vnde dicitur Exo.

Exo. 35 Quisquis vestrum est sapiens, veniat & faciat quod Dominus imperauit, Candelabrũ ad luminaria sustentanda, vasa illius & lucernas, & oleum ad nutrimenta ignium. Sicut autẽ ipse ignis olei liquore foouetur, ita quoque & abstinẽtia oleo pietatis impinguatur. Mat. Tu cùm ieiunas, vnge caput tuum, i. oleo pietatis, eleemosynas faciendo. Greg. Illud ieiunium Deus approbat, quod ante eius oculos manus eleemosynarũ leuat. Item sunt ligna ignis proprium nutrimentum, vnde Leui. Ignis in altari meo semper ardebit, quẽ nutriet sacerdos. Subiiciens: Ligna hæc, ligna sunt bona opera, sine quibus esset ieiunium omnino imperfectum. Ioel. Sanctificate ieiunium. Vbi Greg. Ieiunium sanctificare, est, adiunctis bonis operibus dignũ Deo carnis abstinentiam exhibere. Item videmus quòd ignis etiã modicus, sub cinere conseruatur. Iob. Agã pœnitentiam in fauilla & cinere. Et facit mentionẽ de fauilla, quia etiam fauilla ignis in cinere cõseruatur, & sic consetuatur meritum ieiunij in abscõsione & detentione humilitatis. vnde Matt. Ne videaris hominibus ieiunãs, sed patri tuo qui est in abscõdito. Vnde & in principio quadragesimalis ieiunij, cinis super capita ponitur, vt scilicet cum abstinẽtia carnis, tenere studeamus intus humilitatem mentis.

Iob 42.

Mat. 6.

Mat. 6

Grego.

Leuit. 6

Ioel. 1.

Accidia Saturno, igni, aëri, pruinæq; secundũ diuersos effectus cõparatur, quantumq; detestabile vitiũ existat declaratur: ac de cursu omnium Planetarum figuratim pertractatur.

Cap. II.

ACcidia assimilatur Saturno: Nam Saturnus qui est inter septẽ planetas supremus, est inferiorũ infrigidatiuus, tarde incessiuus, & fœtuũ mortificatiuus. Est ergo primo Saturnus frigidissimus planeta, quod quidẽ Auerrois per accidens dicit esse, i. quia tardè mouetur, & ideo calorẽ nõ excitat. Sed Auicenna & alij cõmuniter dicũt, quòd Saturnus ex natura sua habet infrigidare, sicut & Mars calefacere. Similiter ergo maximè accidia infrigidat corda: Nam reddit hominẽ tardum ad motum boni operis, per quẽ excitatur & cõseruatur calor amoris: quia si operari desiuerit, ii amor non est, sicut Gregor. dicit. Habet etiam hoc accidia, i. quòd infrigidat cor ex ipsa natura sua, ex eo quòd secundũ rationẽ propriã opponitur charitati, quę est calor animæ vitalis. Et hæc oppositio manifesta est ipsius charitatis effectus: Nam proprius effectus charitatis est gaudium de Deo. Accidia autẽ est tristitia de bono spiri-

Auer. 1. coe.

Digitized by Google

spirituali, in quantum est bonum diuinũ. Vnde patet quòd accidia (ex propria ratione) charitati cõtrariatur. Sicut ergo ipsa charitas animã de Deo inflammat, sic ecõtrario accidia animam de Deo infrigidat. Vnde accidia ab acedine dicitur, quia ea quæ acida sunt, etiam frigida sunt. Itẽ Saturnus est tardissimè incessiuus, ita quod nullus planeta est ita tardi motus, s. propter magnitudinẽ circuli sui, cuius rotatus siue reuolutio propter magnitudinẽ tardius perficitur: quod patet specificãdo in singulis. Nã Luna quæ est infima, moratur in quolibet signo duobus diebus, & sex horis & bisse, & complet cursum suũ à puncto vsque ad punctum. i. 27. diebus & octo horis. Alij tamẽ dicũt quod ipsa luna cursum suũ in toto Zodiaco quousque solem attingat, perficit in 28. diebus cũ dimidio: In quolibet enim signo moratur per duos dies & dimidiũ, minus viginti minutis. Mercurius verò moratur in quolibet signo per 28 dies, & 6. horas, & cõplet circulũ Zodiaci in 339. dieb. Venus autẽ moratur in signo per 29. dies. In Zodiaco verò per 348. dies. Sol moratur in signo 30. diebus, & 10 horis, & semisse horæ, in Zodiaco verò 365. diebus & quadrãte, id est sex horis. Mars moratur in signo per 60. dies & 21. horis, in Zodiaco verò per duos annos. Iuppiter in signo per annum, in Zodiaco per 12. ann. Alfraganus aũt differentia decimasexta dicit, quòd luna in circulo signorũ perficit cursum in 29. diebus & 11. horis & dimidia, & quartali vni' horæ ferè. Mercurius verò & Venus & Sol. 365. diebus & quartali vnius diei ferè. Mars autẽ in anno perfecto & decem mẽsibus, & 16. diebus & dimidia ferè. Iupiter autem in vndecim annis, & quatuor mensibus & 14. diebus. Saturnus autem in viginti nouẽ annis, & quinque mensibus, & sex diebus. Et patet ex prædictis, q̃ mensis lunaris duobus modis accipitur: vno modo pro spatio tẽporis, quo luna circuit Zodiacũ ab vno puncto exiens & rediens ad eundẽ: quod (sicut dictum est) fit per 27. dies & octo horas. Alio modo cõmuniori accipitur mẽsis lunaris pro spatio quo luna semel accensa fuerit, & redit ad eũdem locum suę accensionis: sed cũ solẽ nõ inueniat, quia sol iam processit per vnum signum, ipsa luna attingit solem spatio duorũ dierum & quatuor horarũ, & secundum hoc mensis lunaris continet 29. dies & duodecim horas, exceptis fractionibus supradictis. Ex dictis manifestè patet, quòd Saturnus inter omnes planetas tardius circulum vel cursum complet. Sic accidia inter omnia vitia mentẽ reddit pigram in opere diuino & spirituali, seu nõ inchoãdo quod cognoscit: sicut à quibusdã dicitur, quòd accidia est torpor mẽtis bona negligẽtis: proponit enim diabolus ante mentẽ accidiosi difficultatem operis, vt desperãs de labore, nullo modo audeat illud inchoare, sicut patet præcipuè de operibus pœnitentiæ. Vnde cõtra hoc sacra scriptura exhortatur dicens: Subiice humerum tuum & porta illam, & non accidieris in vinculis illius. Siue etiã bona inchoata non persequendo. Vnde quandoq; diabolus facit hominẽ aliqua supra posse assumere, vt postea ex nimietate ponderis accidiosus effectus, ea totaliter cogatur relinquere. Vnde Apostolus non vult quòd pœnitens maiori absorbeatur tristitia de peccato, ne sic eum aggrauet nimietas tristitiæ, vt eum retrahat à pœnitẽtiæ opere. Hinc est etiã quod diabolus illo præcipuè tempore abstinentem de accidia tentat, quo

Alfrag.

Ecc. 6.

2. Co. 2

eum

eum fames ieiunij magis grauat, ſ. circa meridiē, quando iam incipiunt ſentire ieiunantes defectū cibi, & vrgeri ab æthib. ſolis. Vnde dicit Caſſianus. Maximè circa horam ſextā monachū inquietat, vt quædam febris: inſtruens tēpore præſtituto ardentiſſimos æſtus accenſionum ſuarū foliis ac ſtatutis horis animę inſerens ęgrotanti. Hocigitur facit diabolus, vt vel famis grauedine ieiunium dimittant, vel vt ex accidia & impatientia meritum ieiunij perdant. Itē. Saturnus eſt mortificatiuus fœtuū, qui ſub eius naſcūtur domino: Hinc eſt enim (vt dicunt aſtrologi) quod pueri octauo menſe non viuunt, ſed citius moriuntur, propterea quòd octauo mēſe dominatur eis Saturnus, qui vtraq; qualitate ſua frigida & ſicca, fœtū mortificat & extinguit. In præcedentibus enim ſex menſibus quilibet planeta per ordinē dominatur fœtui ſuo menſe, ſcili cet primo mēſe Saturnus, ſecūdo Iupiter, tertio Mars, quarto Sol, quinto Venus, ſexto Mercurius, & Luna, octauo autē mēſe Saturni dominiū redit à capite, & nono dominiū Ionis, & ſic deinceps.

Caſſ. de inſtit. monia li. 10.

Vnde naſcē nono menſe viuit propter dominium Iouis, qui fœtum ſuum temperato calore refouet & cuſtodit. Similiter ſi naſcatur in principio decimi mēſis poteſt eſſe natiuitas ſalubris & vitalis propter dominium Martis, cuius calore & ſiccitate membra roborātur naſcentis, vnde fœtus caloris & ſiccitatis beneficio ęgreditur iam robuſtus. Sicut ergo Saturnus extinguit & mortificat fœtum, ſic accidia mortificat ſpiritū & tollit boni operis meritū. Vnde Apoſtolus dicit, quod triſtitia ſæculi mortem operatur, quæ nō eſt niſi accidia. Cuius motus ſi ad rationē pertingat, ita vt in fugā, & horrorē, & deteſtationē boni quòd eſt ſecundum Deum cōſentiat, carne contra ſpiritum prælēte, omnino ipſum ſpiritum ſuffocat, & eſt peccatū mortale. Sed quādo eſt motus accidiæ, propter repugnantiam carnis ad ſpiritum in ſola ſenſualitate, non habēs rationis conſenſum, tūc nō extinguit ſpiritum, ſed eſt veniale peccatum. Vnde etiam in viris perfectis huius accidię tędium aliquādo inuenitur.

9. Co. 7.

Iſid. de ſum. bon. Iſai. 5.

Secundo accidia aſſimilatur igni: Nam videmus quod aduſtio ignis rem ſuā deducit in amaram cōuertit, ſicut cibi dulces & ſapidi igne adusti nimium efficiuntur amari. Vnde etiā in corpore animalis cholera eſt amara, quia eſt quædam imperfluitas cibalis adusta, & ideò deriuatur ad fel, & recipit in eis uſcis tula. Aqua etiā colata per cineres efficitur amara, ex eo quòd cinis immixtus alicuius rei, ſcilicet ligni, reliquia eſt adusta. Patet igitur quòd vſtio ignis dulce in amarum cōuertit. Hoc igitur accidiæ competit, quę dum quadam triſtitiæ febre pallam animę inficit, ſpiritualiū delitiarum dulcedinem in amaritudinem conuertit, vnde ſecundū Iſidorum. Ex ipſa triſtitia accidiæ naſcitur rancor & amaritudo animæ, vnde Iſa. Væ qui dicitis bonum malum, &c.

Tertio accidia aſſimilatur aëri. Aër enim eſt tam nobilis, quòd omni impellenti & ſubintranti, ſtatim aperitur, & cedit. Vnde aër à vaporibus terris, id eſt, à ventis impellitur, vaporibus aqueis, id eſt nubibus repletur, & flammeis ignitionibus nōnunquā in ſummo ſuccenditur. Quæ ſatis etiam accidiæ congruunt: Nam accidia (ſicut dicit Iſidorus) ociſitates & ſomnolentias generat: dū autem anima ſomnolēta & ociosa pigreſcit, omni prorſus tentationum impulſui facillimè aperitur & ce-

Digitized by Google

& cedit. Nam omnium cogitationum malarum, & tentationũ inutilium sentina receptiua est ociũ. Et hinc est, quòd accidiosus & piger velut quidam mobilis aer impellitur à vento superbiæ, repletur aquis luxuriæ, succenditur igne auaritiæ. Quarto accidia assimilatur pruinę propter quatuor. Primo ratione congelabilitatis: quia pruina est vapor congelatus in medio interstitio aeris præ frigiditate loci & temporis, in quibus non est aliqua pars caloris, vt Arist. dicit: Sic etiam per accidiæ vitium dũ calor charitatis extinguitur, quodammodo ipsa anima frigescit & congelatur. Vnde (super illud Psal. percussit muros eorũ in pruina) dicit gl. quòd pruina est vitium quo charitas proximi stultitiæ tenebris quasi noctur no tempore frigore congelescit. Secundò ratione frigiditatis. Est enim pruina dura, & propter magnam frigiditatẽ etiam rigiditatẽ inducit. Nã frigus aggregat partes vaporis & contrahit, & pruinæ substantiam duram reddit. Ex nimia autem frigiditate canescit vel albescit, & rigiditatẽ in ea re quæ ab ea tãgitur, inducit. Sic accidiosus per frigus accidiæ efficitur durus & rigidus, vt non moueatur, neque flectatur ad bene operandũ. Exo. Obriguerunt omnes habitatores Chanaan. & sequitur: Fiant immobiles quasi lapis. Psal. Factus sum sicut vter in pruina. quia (sicut dicit glosa) nulli liquori aptus est, & sic accidiosus nulli operi. Tertiò ratione marciditatis: quia herbas & flores super quos pruina cadit, marcidos reddit & adurit. Sic etiã accidia omnes virtutes animæ & mẽbra corporis per ocium & pigritiã quodammodo marcescere facit. Et quia etiam tristitiã spiritus accidia inducit, humorem de venis in anima exurit, sicut exciccatur & consumitur humor adustę rei. Nã spiritus tristis exiccat ossa. Et sic patet quòd accidiosus & piger, dũ paruum laborem vel incommodũ refugit, maximũ damnum incurrit, secundũ illud Iob: Qui timent pruinam, irruet super eos nix. Quarto ratione roriditatis, quia pruina radiis Solis tacta, subito euanescit & in rorẽ redit: pruina enim nihil aliud est quàm ros cõgelatus, vt dicit Beda. Nam pruina est ex vapore rorido, qui congelatur antequã ex ipso resoluatur aqua. Sic interdum anima rorida, id est, gratia spirituali perfusa, accidiæ gelu inuaditur, & torpescit: sed rursum calore Solis, id est, feruore Spiritus sancti tacta, in rorem gratiæ redit, & in humorẽ deuotionis liquescit. Nam dum anima se in accidiã cecidisse considerat, semetipsam per humilitatẽ minuit, & vilificat, & quasi dolore tundẽs & percutiens solicitat: ita vt sicut nunc fuit frigus pruinæ, id est accidiæ, ita crescat & abundet in ipsa feruor gratiæ. vnde Exodi dicitur de rore, quòd mane ros iacuit per circuitum castrorũ: & subditur, quòd apparuit minutum quasi pilo tusum in similitudinem pruinæ.

Arist. 1. Mete. — Psal. 115. — Exod. 15. — Psal. 118. — Prou. 17. — Iob 6. — Beda. — Exod. 16.

Lunæ propietates, variaq; nomina, collisq; ac montiũ Garizim & Ebal effectus recensentur, quæ actiuæ vitæ iure assimilantur.

Cap. III.

ACtiua vita assimilatur Lunæ propter quatuor. Primo propter officium. Nam lunæ officium est inferiora disponere, scilicet terrestria. Et hoc competit ei ex tribus. Primo ex vicinitate, quia ea quæ non multum distant, efficacius mouẽt: luna autẽ propinquior est istis inferioribus, quàm aliquod aliud cæleste corpus, & ideo efficacius agit in ea. Secũdo ex virtuositate: quia cùm sit infima, congregatæ, sunt in ea

Digitized by Google

men sapiētiæ tāto est minus dis-
posita, quāto vēter corpulentior
fit ciborū affluentia: Nam multa
repletio ventris obtusitatē gene-
Psal.73 rat mētis. Vnde Ps. dicit: Repleti
sunt qui obscurati sunt. Et hoc
est obscuritas Lunæ, id est, vitæ de-
litiosæ, quæ s. nō repletur splen-
Sap. 13 dore. Sap. Luna nō splendebit in
lumine suo. Oportet ergo ad hoc
vt anima fiat lumini sapiētię per
uia, quòd nō vtatur superfluę ci-
borū alimonia, propter q̄ Apo-
Ro.13. stolus dicit: Induamur arma lu-
cis, sic vt in die honestè ambule-
mus, nō in cōmessationibus & e-
brietatibus: Est enim armatura lu
cis sapientia cælestis, quæ mentē
de veritate illustrat & ab errori-
bus defendit; hæc honestè velut
indie nos ambulare facit: quia lu
mē nobis porrigit veritatis sequē
dæ. Sed qui se à cōmessationibus
vel ebrietate nō abstinet, hanc ar
maturā lucis induere nō potest.
Hiero. contra Iouin. Vnde Hiero. dicit: Siquis æstimat
se abundantia ciborū potionūq;
perfrui, & posse vacare sapientię,
hunc in delitiis versari, & delitia
rum vitiis nō teneri, seipsum se-
ducit. Et in eodem loco dicit: Sa
pientiæ operam dare non possu-
mus, si mensę abundantiā, quę la
bore nimio indiget & cura, cogi-
temus. Secundū exemplū abstī-
nentię, quoad elementarem natu
rā, ostēdit elementū terræ: Terra
enim primo nobis ostēdit, quòd
abstinētia & attenuatio carnis im
portatiua est gratię cælestis: Nam
quia terra de sui natura totaliter
est sicca & arida, prouidit Deus
auctor naturæ, q̄ ad hoc vt fruct'
producere possit, infundatur cæle
sti pluuia, & ita ad fructus vberes
producendos efficitur fœcunda.
Sic nostri cordis terra si ab humo
re luxuriæ noxio per abstinentiā
cibi & potus efficiatur arida, su-
perfundetur taliter cælestis gratię
pluuia, quod ad producēdos fru-
ctus spiritualiū operum erit ferti
lis & fœcūda. Vnde dicitur: Terra Apost.
enim sæpe venientem super se bi Hcb. 6.
bens imbrem, & generans herbā
opportunā illis à quibus colitur,
accipit benedictionē à Deo. Caro
enim nostra dicitur terra, quādo
fit per abstinentiā ab humore cō
cupiscētię vacua. Scriptū est enim
Gen. quod vocauit Deus aridam Gene. 1
terram: hæc imbrem cælestem bi
bit, quia cælestis gratię confortā-
tione pinguescit. Is. Descēdit im Isa. 55.
ber & nix de cælo, & inebriauit
terram. Sed tunc herbam oportu
nam producit, cum immeritorio
opere spiritui subseruit, ex quo à
Deo benedictionem accipit, quia
retributionē æterni præmij simili
ter cū ipso spiritu finaliter habe-
bit. Ergo nostri cordis terra tūc est
perfectè disposita, cū arescit ex ab
stinentia, humescit cælesti gratia,
fructescit per bona opera. Ex pri-
mo vocatur arida, eo s. q̄ ab aqua
siccitate propriali distincta, quod
est quādo caro ipsa ab aquis deli
tiarū separatur, & abstinētiæ te-
nuitate siccatur. Sed ex secūdo vo
catur humus à mari humido, cui
terra coniungitur, quod est siue
quando corpus nostrū cælestis gra
tiæ particeps efficitur, siue cum la
chrimis irrigatur. Ex tertio voca-
tur tellūs, quia tollimus fructus
eius. Et hoc quando corpus labo
rat in bonis operibus. Item patet
exemplo terræ, quod abstinentia
à cibis tollit tentationes carnis,
quia quando præ siccitate nimia
terra efficitur sicut puluis, tūc tē
poris ventus non surgit, eo quod
vapor tunc nō habeat continuās
humidum, & sine continuatione
eleuari nō potest. Sed quādo præ
abstinentia valida terra siccatur
corporis (humore deficiente cō-
cupiscētiæ carnalis) fit puluis, id
est, mortificatio humilitatis, &
cessat ventus, id est, impulsus libi
dinosæ tētationis. Tertiū exem-
plum

Digitized by Google

plum abstinentiæ apparet in elemento aquæ: Nam legitur quod cocodrillus qui in aqua oculos hebetes habet, extra aquam acutè videt. Ex quo exemplo accipitur quod aquæ delitiarum hebetant oculos mẽtium. Sed extractũ ab aquis, id est, abstinentia à delitiis, ad cõtemplandũ spiritualia acuit visum mentis. Vnde dicitur Eccl. Cogitaui à vino abstrahere carnẽ meam, vt animam meã transferrem ad sapiẽtiã. Item aqua tanto magis est limpida, quãto magis est subtilis & vacua. Si vero sit aqua grossa, & partibus terrestribus plena, nõ est speculabilis vel limpida, sed est immunda vel turbida. Sic caro nostra quæ fluxibilis est vt aqua, & semper ad mare tẽdit, id est, amaritudinẽ mortis, secundum illud Reg. Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur, &c. Hæc inquam, aqua nostra, id est caro, si à cibis per abstinentiã teneatur, subtilis & vacua, vt nõ repleatur superfluæ eorum abundantia, manebit per continentiã clarissima & munda. Sed si vẽter cibis terrestribus frequenter repleatur, efficitur sicut aqua turbida & immunda, videlicet per incontinẽtiæ vitium, quod comitatur gula. Iere. Quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquã turbidã? Quarum exemplum abstinentiæ ostenditur in aëre, qui quãto magis est vaporibus & nubibus plenus, tãto magis est obscurus, quã toque est magis vacuus, tanto est magis serenus. Et ideo in monte Olympo est aër serenissimus, qui tantum in altũ leuatur, vt ipsos vapores nubiũ excedere dicatur, secundum illud: Nubes excessit Olympus. Et quia ibi semper est aër serenissimus, ascẽdebãt illuc philosophi, vt viderent stellarum cursus. Sed ibi viuere non potuissent, nisi spõgias aquaplenas secũ portassent, vt sic per aquæ attractionem, aërem grossiorem haurissent. Sicut autẽ obscuratur serenitas & claritas aëris ex repletione vaporis, sic obscuratur etiã sensus hominis ex nimia repletione ciborum. Vnde Græcorum fuit prouerbium (sicut Hiero. refert) quod venter pinguis, nõ gignit sensum tenuẽ. Et ideo abstinẽtia cibi facit serenitatẽ animi. Quintum exemplũ abstinentiæ accipitur ab igne: Nam abstinẽtia à cibis in multis est igne similis. Quod declarari potest ex septem proprietatibus ignis. Prima accipitur ex ignis officio. Secunda ex ipsius auxilio. Tertia ex mysterio. Quarta ex eius suffragio. Quinta ex dominio. Sexta ex productio. Septima ex eius studio. Primo igitur manifestat dictã similitudinem ignis & abstinẽtiæ, ipsius ignis officium, quod est triplex: Nam vtimur igne ad illuminandum abscondita siue tenebrosa, sicut patet in lucernis accensis siue candelis, quorum igneo & flãmeo lumine vtimur in nocte siue per viã ambulando. Isa. Ambulate in lumine ignis vestri, &c. siue etiam in domo stando. Isai. Ardebit quasi ignis cõbustio, & erit lumen Israel in igne. Hæc autem illuminatio ignis virtuti abstinẽtiæ congruit, in quantũ per eam assequimur contra tenebras ignorantiæ lumen diuinæ sapientiæ. Quod euidenter apparet triũ puerorum exemplo, de quibus dicitur Dani, quod Malasar tollebat cibaria, & vinũ potus eorũ, dabatque eis legumina, & seruitur. Deus dedit pueris his scientiam & disciplinã in omni libro & sapientia. Et ita merito abstinentiæ acceperũt sunẽ scientiæ, merito etiam abstinentiæ inditur lumen reuelationis prophetiæ. Sic legitur Dani. vbi dicitur ex persona Daniel. Ego Daniel lugebam trium hebdomadarũ diebus:

Apost. Heb. 6. Gene. Eccl. 2. Isa. 55. 2. Reg. 14. Iere. 2. Lucanus. 2. Hier. 3. Isa. 30. Isa. 10. Dan. 1. Da. 10.

Digitized by Google

bus: panem desiderabilem non comedi, caro & vinū nō introiesunt in os meū, sed nec vnguēto vsus triū hebdomadarū diebus. Postea subditur, quòd apparuit ei Angelus & dixit ei: Ex primò die quo posuisti vt affligeres te in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter semones tuos. Veni autē, vt docerem te quæ ventura sunt populo tuo in nouissimis diebus. Adhuc etiam per abstinētiā carnis, conseruatur refrigerium & lumē castitatis. Vnde in Ps. Expandit nubem in protectionem eorum, & ignem vt luceret eis per noctem. Abstinētia etenim est nubes, protectionem & refrigeriū præstans contra æstum cōcupiscentiæ carnalis: & ignis etiam est lumē in nobis accedens virtutem castitatis. Et ideo Au. dicit, quòd abstinentia ieiunij libidinis ardorem extinguit, & castitatis lumen accendit. Secundo vtimur igne ad coquendū. Gene. Coquamus eos igne, abstinētia autem seruit nō modicum interiori decoctioni eiborum etiam corporaliū: quia cibus tēperatè assumptus, à calore naturali qui est in stomacho, faciliter coquitur, & optimè digeritur. Econtra autē ex nimio cibo vel potu calor ipse naturalis debilitatur vel extinguitur, sicut vinum vini ex nimia appositione aquæ. Debilitato autē calore nō fit decoctio vel digestio cibi, sed putrefit cibus, & generātur humores corrupti, & febres putridę, vel podagrę, & huiusmodi. Et propter hoc tēperantia cōseruat bonam valetudinem, & abstinentia perducit ad ipsam. Vnde Eccl. dicitur, quòd qui abstinēs est, adijciet vitam. Tertio vtimur igne ad fabricandum. Isa. Ego creaui fabrum sufflantē in igne prunas, & proferentem vas in opus suū. Sic etiā per abstinentiam a voluptatibus carnis, non solùm gulę, sed etiam luxuriæ, fabricatur & præparatur vas Dei: quia per hanc homo efficitur vt vas sanctificatum, & diuinæ gratiæ receptiuū. Vnde Thes. Abstineatis vos a tor nicatione, vt sciat vnusquisq; ex strum vas suū possidere in sanctificatione & honore. Secundo dictā similitudinē declarat ignis auxiliū: Auxiliatur enim ignis hominibus interdū ad defensionem ab hostibus, sicut legitur de Alexandro, quòd dū esset in desertis Indię iuxta stagnū vbi bestię cōueniebant ad potū, & timeret ipse & sui nocte de insultu leonū, & aliarum bestiarū ferocium, fecit in circuitu exercitus copiosos ignes accendi, vt esset eis ignis quasi pro muro in circuitu ipsorū. Vnde etiā Zachar. dicitur: Ego ero eis murus ignis in circuitu. Per ipsum etiā ignem arma ærea & ferrea fabricātur, quibus cōmuniter homines ad corporū defensionem vel offensionem vtūtur. Vnde homines sedētes in equis, habentes loricas igneas Ioannes se vidisse testatur. Et sic tela ignea nominat Apo. Et Naum dicitur: Clypeus fortiū æreus ignieus. Et hæc omnia abstinētię cōpetunt, quæ tanquam murus vel clypeus ab aduersitatū hostiliū nos defendit insultibus: & hęc est armatura sanctorū cōtra tētationes illorū, propter quod inter arma iustitiæ, Apostolus ieiunia nominat. Et Christus ad pugnā iturus, hāc armaturā induit. Sabstinentiam. Vnde Matth. Ductus est Iesus in desertum à spiritu, vt tētaretur à diabolo. Et cū ieiunasset xl. diebus & xl. noctibus, postea esuriit, & accedēs tentator, &c. Est enim ieiunium quasi igneum telū, quo percussus inimicus repellitur. vnde Mat. Hoc genus dęmoniorum nō eiicitur nisi in oratione & ieiunio. Tertio declarat hāc similitudinem

Ps. 104.
Au. in ser. de ieiun.
Ge. 12.
Apo. 9.
Naū 2.
1. Th. 4.
Zach. 2
2. Co. 6
Matt. 4
Eccl. 17
Isai. 54

Digitized by Google

litudinem ignis mysterium, quòd est ad purgationē. Nam igne purgātur metalla, immo etiā peccata, s. in purgatorij igne. vnde Nū. Quod potest trāsire per flammas ignis, purgabitur. Sed sicut ignis purgat metalla, sic abstinētia peccata. Vnde Augu. dicit, quòd ieiunium purgat mentē, subleuat animum, carnem spiritui subiicit, & cor cōtritum & humiliatū facit. Quæ omnia manifesta sunt satis exemplo Niniuitarum. Est etiam mysteriū ad vindictā malefactorum, nō solū in mundo isto, sed etiam in inferno. Eccl. Humilia valde spiritum tuū, quoniam vindicta carnis impij ignis. Quod etiam abstinentiæ competit, per quā & spiritus humiliatur secūdum illud Ps. Humiliabam in ieiunio animam meam. Et carnalis delectatio impij vindicatur, quia pœnitentia abstinentiæ vindicat delectationē gulæ & luxuriæ. Vnde & ieiuniū ponitur pars satisfactionis, quia homo per abstinētiam, libidinē peccati præteriti, per subtractionem delectationis recōpensat: afflictionē etiam addens, & futura peccata impedit, concupiscentiā debilitās. Et hoc ad rationē pertinet satisfactionis quia (sicut dicit Aug.) satisfactio est peccatorū causas excidere, & eorum suggestionibus cōsensum non præbere. Quarto manifestat dictā similitudinē ignis suffragiū: Suffragabatur enim ignis antiquitus, & ante legem & in lege Mosaica, ad impetrādū quod petebatur à Deo, siue ex eo quòd sacrificia Deū deprecantia igne cōsumebantur, secundū illud Leui. Omne sacrificiū sacerdotū igne consumetur, siue ex eo quòd in signū exauditionis diuinæ, ignis super sacrificia Deum rogātia de cælo mittebatur, secundum illud Para. Aedificauit altare Domino, & obtulit holocausta, & pacifica, & inuocauit Deum, & exaudiuit eum in igne de cęlo super altare holocausti. Et simile habetur Re. Vbi Helias dixit ad Prophetas Baal: Inuocate nomina deorū vestrorum, & ego inuocabo nomē Dei mei: & Deus qui exaudierit per ignē, ipse sit Deus. Similiter ergo abstinētia carnis multū suffragatur orationibus nostris, vt à Deo exaudiamur, propter quòd dixit Angelus Tobiæ, quòd bona est oratio cū ieiunio. Et Esdr. dicitur: Ieiunauimus & rogauimus Deum nostrum, & euenit nobis prosperè. Quintū quod adhuc manifestat hanc eandē similitudinē, est ipsius ignis dominium: Interdū enim diuina virtute sic ignis prędominatur aquę, quòdeā immediate attingat, nec tamē attingitur ab ea, sed potius illā extinguat, quod est cōtra naturā, & supra virtutem ignis, cum dicatur: Eccl. quòd ignē ardentem extinguit aqua: quod tamē diuino miraculo legitur accidisse, secūdum illud Sap. Quod, inquit, mirabile erat, aqua quæ omnia extinguit, plus ignis valebat, & infra eodē ca. dicitur: Quodā tēpore in aqua supra virtutē ignis ardebat. Sic ergo vt ignis diuina virtute consumebat humorē aquę: ita & nūc abstinentia) diuina faciente gratia) cōsumit & restringit fluxum concupiscentię. Eccl. Vapor ignis vrit carnes. i. carnales concupiscētias annihilat & cōsumit. Septimo manifestat similiter dictam similitudinem, ipsius ignis prodigium: Sicut enim esset prodigium quòd frigida aqua exureret, sic etiam miraculum est quòd ignis ardēs refrigeret: quod certè factū legimus in illis tribus pueris qui missi sunt in fornacē ignis à rege Babylonis: quia dicitur Dan. quòd Angelus Dñi descendit cū Azaria & sociis eius in fornacē, & excussit flammā ignis de fornace,

Nu. 21. — Augu. ser. de Ieiun. — Iona. 3 — Ecc. 7. — Psal. 34 — Aug. in solilo. — Leuit. 6 — 1. Pa. 21 — 3. Reg. 18. — Tob. 12 — 1. Esd. 8 — Eccl. 3. — Sap. 16 — Eccl. 19 — Dan. 3.

fornace, & fecit mediū fornacis quasi ventum roris flantē, & non tetigit eos omnino ignis, neq; cō tristauit, neq; quicquā molestiæ intulit. Vbi nota quòd peccatores si aliquando ieiunare coguntur, vel ex inflimatione cholerę efficiuntur impatiētes, & sic incendūtur ira, vel spiritu accidiæ efficiuntur tristes, & sic consumuntur melancolia, vel ex prandij dilatione efficiuntur esurientes, & sic famis affligūtur molestia. Sed sancti viri qui ex charitate ieiunant, in sua abstinentia ad modū istorū puerorum recipiunt rorem diuinum. i. refrigerium gratiæ, & nec igne impatientiæ tanguntur, nec accidię spiritu contristantur, nec etiam famis esurię molestantur. Septimū in quo vltimò declaratur prædicta similitudo, est ignis ipsius studium, i. quod circa ignē per homines adhibetur. Nā ignis ab hominibus oleo interdū succēditur, lignis nutritur, & sub cinere reseruatur. Oleum itaque cùm sit inflammabile, ignem fuc cēdit & nutrit: vnde dicitur Exo. Exo. 35 Quisquis vestrum est sapiens, veniat & faciat quod Dominus imperauit, Candelabrū ad luminaria sustentanda, vasa illius & lucernas, & oleum ad nutrimenta ignium. Sicut autē ipse ignis olei liquore fouetur, ita quoque & abstinētia oleo pietatis impinguatur. Mat. Tu cùm ieiunas, vnge caput tuum, s. oleo pietatis, eleemo Math. 6 synas faciendo. Greg. Illud ieiunium Deus approbat, quod ante Grego. eius oculos manus eleemosynarū leuat. Item sunt ligna ignis proprium nutrimentum, vnde Leui. Leuit. 6 Ignis in altari meo semper ardebit, quē nutriet sacerdos. Subiiciens: Ligna hæc, ligna sunt bona opera, sine quibus esset ieiunium Ioel. 1. omnino imperfectum. Ioel. Sanctificate ieiunium. Vbi Greg. Ieiunium sanctificare, est, adiunctis bonis operibus dignā Deo carnis abstinentiam exhibere. Item videmus quòd ignis etiā modicus, sub cinere conseruatur. Iob. Agā Iob 42. pœnitentiam in fauilla & cinere. Et facit mentionē de fauilla, quia etiam fauilla ignis in cinere cōseruatur, & sic consetuatur meritum ieiunij in abscōsione & detentione humilitatis. vnde Matt. Mat. 6. Ne videaris hominibus ieiunās, sed patri tuo qui est in abscōdito. Vnde & in principio quadragesimalis ieiunij, cinis super capita ponitur, vt scilicet cum abstinētia carnis, tenere studeamus intus humilitatem mentis.

Accidiā Saturno, igni, aēri, pruinæq;, secundū diuersos effectus cōparatur, quantumq; detestabile vitiū exist at declaratur: ac de cursu omnū Planetarum figulatim pertractatur.

Cap. II.

ACcidia assimilatur Saturno: Nam Saturnus qui est inter septē planetas supremus, est inferiorū infrigidatiuus, tarde incessiuus, & fœtuū mortificatiuus. Est ergo primo Saturnus frigidissimus planeta, quod quidē Auer- Auer. rois per accidens dicit esse, s. quia 1. cœ. tardē mouetur, & ideo calorē nō excitat. Sed Auicenna & alij cōmuniter dicūt, quòd Saturnus ex natura sua habet infrigidare, sicut & Mars calefacere. Similiter ergo maximè accidia infrigidat corda: Nam reddit hominē tardum ad motum boni operis, per quē exci tatur & cōseruatur calor amoris: quia si operari desiuerit, ibi amor non est, sicut Gregor. dicit. Habet etiam hoc accidia, s. quòd infrigidat cor ex ipsa natura sua, ex eo quòd secundū rationē propriā opponitur charitati, quę est calor animæ vitalis. Et hæc oppositio manifesta est ipsius charitatis effectu: Nam proprius effectus charitatis est gaudium de Deo. Accidia autē est tristitia de bono spiri-

Digitized by Google

ſpirituali, in quantum eſt bonum diuinũ. Vnde patet quòd accidia (ex propria ratione) charitati cõtrariatur. Sicut ergo ipſa charitas animã de Deo inflammat, ſic ecõtrario accidia animam de Deo in frigidat. Vnde accidia ab acedine dicitur, quia ea quæ acida ſunt, etiam frigida ſunt. Iſtẽ Saturnus eſt tardiſſimè inceſſiuus, ita quod nullus planeta eſt ita tardi motus, ſ propter magnitudinẽ circuli ſui, cuius rotatus ſiue reuolutio propter magnitudinẽ tardius perficitur: quod patet ſpecificãdo in ſingulis. Nã Luna quæ eſt infima, moratur in quolibet ſigno duobus diebus, & ſex horis & biſſe, & complet curſum ſuũ à puncto vſque ad punctum. i. 27. diebus & octo horis. Alij tamẽ dicũt quod ipſa luna curſum ſuũ in toto Zodiaco quouſque ſolem attingat, perficit in 28. diebus cũ dimidio: In quolibet enim ſigno moratur per duos dies & dimidiũ; minus viginti minutis. Mercurius verò moratur in quolibet ſigno per xij dies, & 6. horas, & cõplet circulũ Zodiaci in 339. dieb. Venus autẽ moratur in ſigno per 29. dies. In Zodiaco verò per 348. dies. Sol moratur in ſigno 301 diebus, & 10 horis, & ſemiſſe horæ, in Zodiaco verò 365. diebus & quadrãte, id eſt ſex horis. Mars moratur in ſigno per 60. dies & 21. horis, in Zodiaco verò per duos annos. Iuppiter in ſigno per annum, in Zodiaco per 12. ann. Alfraganus aũt differentia decimaſexta dicit, quòd luna in circulo ſignorũ perficit curſum in 29. diebus & 12. horis & dimidia, & quartali vnius horæ ferè. Mercurius verò & Venus & Sol. 365. diebus & quartali vnius diei ferè. Mars autẽ in anno perfecto & decem menſibus, & 16. diebus & dimidia ferè. Iupiter autem in vndecim annis, & quatuor menſibus & 14. diebus. Saturnus autem in viginti nouẽ annis, & quinque menſibus, & ſex diebus. Et patet ex prædictis, q menſis lunaris duobus modis accipitur: vno modo pro ſpatio tẽporis, quo luna circuit Zodiacũ ab vno puncto exiens & redi ens ad eundẽ: quod (ſicut dictum eſt) fit per 27. dies & octo horas. Alio modo cõmuniori accipitur mẽſis lunaris pro ſpatioquo luna ſemel accenſa ſuetit, & redit ad eũdem locum ſuę accenſionis: ſed cũ ſolẽ nõ inueniat, quia ſol iam proceſſit per vnum ſignum, ipſa luna attingit ſolem ſpatio duorũ dierum & quatuor horarũ, & ſecundum hoc menſis lunaris continet 29. dies & duodecim horas, exceptis fractionibus ſupradictis. Ex dictis manifeſtũ patet, quòd Saturnus inter omnes planetas tardius circulum vel curſum complet. Sic accidia inter omnia vitia mentẽ reddit pigram in opere diuino & ſpirituali, ſeu nõ inchoãdo quod cognoſcit: ſicut à quibuſdã dicitur, quòd accidia eſt torpor mẽtis bona negligẽtis: proponit enim diabolus ante mentẽ accidioſi difficultatem operis, vt deſperãs de labore, nullo modo audeat illud inchoare, ſicut patet præcipuè de operibus pœnitentiæ. Vnde cõtra hoc ſacra ſcriptura exhortatur dicens: Subiice humerum tuum & porta illam, & non accidieris in vinculis illius. Siue etiã bona incoata non perſequendo. Vnde quandoq; diabolus facit hominẽ aliqua ſupra poſſe aſſumere, vt poſtea ex nimietate ponderis accidioſus effectus, ea totaliter cogatur relinquere. Vnde Apoſtolus non vult quòd pœnitens maiori abſorbeatur triſtitia de peccato, ne ſic eum aggrauet nimietas triſtitiæ, vt eum retrahat à pœnitẽtiæ opere. Hinc eſt etiã quod diabolus illo præcipuè tempore abſtinentem de accidia tentat, quo

Ecc. 6.

Alfrag.

2. Co. 2

cum

cum fames ieiunij magis grauat, ſ. circa meridiē, quando iam incipiunt ſentire ieiunantes defectū cibi, & vegeri ab æſtib. ſolis Vn-

Caſſ. de inſtit. monia li. 10.

de dicit Caſſianus. Maximè circa horam ſextā monachū inquietat, vt quædam febris: inſtruens tēpore præſtituto ardentiſſimos æſtus accenſionum ſuarū ſolitis ac ſtatutis horis animię inſerens ęgrotanti. Hocigitur facit diabolus, vt vel famis grauedine ieiunium dimittant, vel vt ex accidia & impatientia meritum ieiunij perdant. Itē. Saturnus eſt mortificatiuus fœtuū, qui ſub eius naſcūtur domino: Hinc eſt enim (vt dicunt aſtrologi) quod pueri natioctauo menſe non viuunt, ſed citius moriuntur, propterea quòd octauo mēſe dominatur eis Saturnus, qui vtraq; qualitate ſua frigida & ſicca, fœtū mortificat & extinguit. In præcedentibus enim ſex menſibus quilibet planetę per ordinē dominatur fœtui ſuo menſe, ſcilicet primo mēſe Saturnus, ſecūdo Iupiter, tertio Mars, quarto Sol, quinto Venus, ſexto Mercurius, & Luna, octauo autē mēſe Saturni dominiū redit à capite, & nono dominiū Iouis, & ſic deinceps.

Vnde naſcēs nono menſe viuit propter dominium Iouis, qui fœtum ſuum temperato calore refouet & cuſtodit. Similiter ſi naſcatur in principio decimi mēſis poteſt eſſe natiuitas ſalubris & valis propter dominium Martis, cuius calore & ſiccitate membra roborātur naſcentis, vnde fœtus caloris & ſiccitatis beneficio ęgre ditur iam robuſtus. Sicut ergo Saturnus extinguit & mortificat fœtum, ſic accidia mortificat ſpiritū

1. Co. 7. & tollit boni operis meritū. Vnde Apoſtolus dicit, quod triſtitia ſæculi mortem operatur, quæ nō eſt niſi accidia. Cuius motus ſi ad rationē pertingat, ita vt in fugā, & horrorē, & deteſtationē boni quòd eſt ſecundum Deum cōſentiat, carne contra ſpiritum prætulēte, animo ipſum ſpiritum ſuffocat, & eſt peccatū mortale. Sed quādo eſt motus accidiæ, propter repugnantiam carnis ad ſpiritum in ſola ſenſualitate, non habēs rationis conſenſum, tūc nō extinguit ſpiritum, ſed eſt veniale peccatum. Vnde etiam in viris perfectis huius accidię tędium aliquādo inuenitur.

Secundo accidia aſſimilatur igni: Nam videmus quod aduſtio ignis rem dulcem in amaram cōuertit, ſicut cibi dulces & ſapidi igne aduſti nimium efficiuntur amari. Vnde etiā in corpore animalis cholera eſt amara, quia eſt quædam ſuperfluitas cibalis aduſta, & ideò deriuatur ad fel, & excipitur in eius ciſtula. Aqua etiā colata per cineres efficitur amara, eò quòd cinis immixtus alicuius rei, ſcilicet ligni, reliquia eſt aduſta. Patet igitur quòd vſtio ignis dulce in amarum cōuertit. Hoc igitur accidiæ competit, quę dum quadam triſtitiæ febre palatum animę inficit, ſpirituali dulcedinem in amaritudinem cōmutat, vnde ſecundū Iſidorum. Ex ipſa triſtitia accidiæ naſcitur rancor & amaritudo animę. vnde Iſa. Væ qui dicitis bonum malum, &c.

Iſid. de ſum. bon. Iſai. 5.

Tertio accidia aſſimilatur aëri. Aër enim eſt tam nobilis, quòd omni impellenti & ſubintranti, ſtatim aperitur, & cedit. Vnde aër à vaporibus terris, id eſt, à ventis impellitur, vaporibus aqueis, id eſt nubibus repletur, & flammeis ignitionibus nōnunquā in ſummo ſuccenditur. Quæ ſatis etiam accidiæ congruunt: Nam accidia (ſicut dicit Iſidorus) ociſitrates & ſomnolentias generat: dū autem anima ſomnolēta & ociſa pigreſcit, omni prorſus tentationum impulſui facillimè aperitur & ce-

Digitized by Google

& oedit. Nam omnium cogitationum malarum, & tentationū inutilium sentina receptiua est ociū. Et hinc est, quòd accidiosus & piger velut quidam mobilis aer impellitur à vento superbiæ, repletur aquis luxuriæ, succenditur igne auaritiæ. Quarto accidia assimilatur pruinę propter quatuor. Primo ratione congelabilitatis: quia pruina est vapor congelatus in medio interstitio aeris præfrigiditate loci & temporis, in quibus non est aliqua pars caloris, vt Arist. dicit: Sic etiam per accidiæ vitium dū calor charitatis extinguitur, quodammodo ipsa anima frigescit & congelatur. Vnde (super illud Psal. percussit muros eorū in pruina) dicit gl. quòd pruina est vitium quo charitas proximi stultitiæ tenebris quasi noctur no tempore frigore congelescit. Secundò ratione frigiditatis. Est enim pruina dura, & propter magnam frigiditatē etiam rigiditatē inducit. Nā frigus aggregat partes vaporis & contrahit, & pruinæ substantiam duram reddit. Ex nimia autem frigiditate canescit vel albescit, & rigiditatē in ea re quæ ab ea tāgitur, inducit. Sic accidiosus per frigus accidiæ efficitur durus & rigidus, vt non moueatur, neque flectatur ad bene operandū. Exo. Obriguerunt omnes habitatores Chanaan. & sequitur: Fiant immobiles quasi lapis. Psal. Factus sum sicut vter in pruina. quia (sicut dicit glosa) nulli liquori aptus est, & sic accidiosus nulli operi. Tertiò ratione marciditatis: quia herbas & flores super quos pruina cadit, marcidos reddit & adurit. Sic etiā accidia omnes virtutes animæ & mēbra corporis per ocium & pigritiā quodammodo marcescere facit. Et quia etiam tristitiā spiritus accidia inducit, humorem de venis in anima exurit, sicut exciccatur & cōsumitur humor aduste rei. Nā spiritus tristis exiccat ossa. Et sic patet quòd accidiosus & piger, dū paruum laborem vel incommodū refugit, maximū damnum incurrit, secundū illud Iob: Qui timent pruinam, irruet super eos nix. Quarto ratione roriditatis, quia pruina radiis Solis tacta, subito euanescit & in rorē redit: pruina enim nihil aliud est quàm ros cōgelatus, vt dicit Beda. Nam pruina est ex vapore rorido, qui congelatur antequā ex ipso resoluatur aqua. Sic interdum anima rorida, id est, gratia spirituali perfusa, accidiæ gelu inuaditur, & torpescit: sed rursum calore Solis, id est, feruore Spiritus sancti tacta, in rorem gratiæ redit, & in humorē deuotionis liquescit. Nam dum anima se in accidiā cecidisse considerat, semetipsam per humilitatē minuit, & vilificat, & quasi dolore tundēs & percutiens solicitat: ita vt sicut nunc fuit frigus pruinæ, id est accidiæ, ita crescat & abundet in ipsa feruor gratiæ. Vnde Exodi dicitur de rore, quòd mane ros iacuit per circuitum castrorū: & subditur, quòd apparuit minutum quasi pilo tusum in similitudinem pruinæ.

Prou. 17.

Iob 6.

Beda.

Ariſt. 1. Mete.

Pſal. 115.

Exod. 15.

Pſal. 118.

Exod. 16.

Luna propietates, variaq; nomina, collisiq; ac montiū Garizim & Ebal effectus recensentur, qua actiua vitæ iure assimilantur.

Cap. III.

ACtiua vita assimilatur Lunæ propter quatuor. Primo propter officium. Nam lunæ officium est inferiora disponere, scilicet terrestria. Et hoc competit ei ex tribus. Primo ex vicinitate, quia ea quæ non multum distant, efficacius mouēt: luna autē propinquior est istis inferioribus, quàm aliquod aliud cæleste corpus, & ideo efficacius agit in ea. Secūdo ex virtuositate: quia cùm sit infima, congregatæ, sunt in ea

Digitized by Google

omnes virtutes mouentium superiorum. Vnde ex sua virtute mouet omnia humida, & ex lumine à Sole mutuato, quasi quidã secundus Sol breuiter agit & explicat in istis inferioribus operationes Solis. Et dico breuiter, quia quod Sol facit in anno (secũdum variationem humoris & caloris) luna facit in mense. Tertia causa est ex materialitate: quia vt tactũ est supra cap. 1. Luna (vt dicit Aristot.) est quasi terrestris naturę, id est, corpulentæ & materialis. Vnde propter cõformitatem, terrestria magis variat quã aliquid cælestium corporum. Sic etiam vita actiuorum est, circa terrena & temporalia ordinanda & dispo nenda. Et sicut ex dictis colligitur, luna respectu terrestrium habet vicinitatem, virtuositatem, ce leritatem, & materialitatem, quæ omnia competunt actiuis, quia scilicet primò dicuntur esse indigentibus vicini siue proximi per compassionem. Luc. Quis tibi videtur proximus fuisse illi qui incidit in latrones? Aſ ille ait: Qui fecit misericordiam in illũ. Secundo debent esse superiorum virtutibus pleni per imitationẽ: quia sequi debent vestigia Sanctorum, præcipuè in laborando, & patienter tolerando. Iac. Exemplum accipite fratres exitus mali & longanimitatis, & laboris & patientiæ per Prophetas, &c. Tertio debẽt esse festini per sublevationis celeritatem. Pro. Ne dicas amico tuo, Vade & reuertere, cras dabo tibi, cùm statim possis dare. Et Eccl. Ne protrahas datum anguſtianti, &c. Quarto, illi debent actiuæ vitæ præcipuis ministeriis deputari qui sunt magis materiales & grossi, & ad cõtemplationẽ minus idonei. Ephe. Secularia iudicia si habueritis, cõtẽptibiles qui sunt in ecclesia illos constituite ad iudicandum.

Aristi. 1. cæli. & 2. cæli. 32.

Luc. 10.

Iac. 5.

Prou. 3.

Eccl. 4.

Eph. 6.

Secundò actiua vita assimilatur lunæ propter dominiũ. Nam luna specialiter macula habita humidis dominatur, & significat super ea, vt super pluuiam & aquarum inundationes. Dicit enim Beda, quòd quando luna apparens, in summo corniculo suo maculis quibusdam nigrescit, pluuiosum mensis prætendit exordium. Item dicit Messallat, quòd si eclipsis lunæ fuerit in signis aquaticis, quæ sunt tria, scilicet scorpio, cancer, & pisces, nimiam significat abundantiam pluuiarũ. Item propter humiditatis dominium, significat specialiter lunæ super cerebrũ sicut sol super cor. Ita actiuus bonus compassione plenus assuit abundantia humorum & pluuiarũ, id est, abundantia lachrymarum, implens illud Eccl. Ne desis plorantibus in cõsolatione, & cum lugentibus ambula. Sic enim faciebat Iob, qui dicebat: flebam quondam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.

Beda.

Messa.

Eccl. 8.

Iob. 30.

Tertiò actiua vita assimilatur lunæ propter aspectum, quia scilicet luna crescens vel decrescens in lumine, quandoque aspicientibus apparet arcualis, quãdoque circularis. Sic bonus actiuus ad vtrunque statum debet se habere. Phil. Scio abundare. ecce luna crescens: & penuriam pati: ecce luna decrescẽs. Tobiæ. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: ecce augmentũ, si exiguum tibi fuerit, libẽter illud exiguum impertiri stude: ecce lunæ decrementum. Sed tunc actiuus est arcualis, quãdo se proximo per misericordiam flectit, siue parcendo, siue compatiẽdo. Tũc autẽ est circularis, quando postquam ad exteriora exiuit, se ad semetipsum interius solicitè reducit. Talis enim est circulatio ab eodẽ in idẽ.

Phil. 4.

Tob. 4.

Ezech. 1. Animalia ibãt & reuertebãtur

Quar-

Digitized by Google

Quarto assimilatur actiua vita lunæ propter multiplicitatem nominum: habet enim luna tria nomina, secundum poetas. Nam vocabatur Proserpina, eò quòd seminibus quæ iaciuntur in terrâ, dicitur esse dea. Vnde dicitur quòd quando luna primo incenditur, optimum est iacere: quia tunc virtutes planetarum colligit, quas inferioribus influit. In hoc autem exemplo colligitur, quòd actiuæ vitæ congruit eleemosynarũ semina iacere, ex quibus si abundanter spargantur, copiosus fructus colligitur cælestiũ præmiorum: & econtrario, si iaciantur auarè secundum illud:

2.Cor.9. Qui parcè seminat, parcè & metet. Vel hoc, quòd luna semina fonet, ostendit quod illi qui actiuæ vitæ deseruiunt, præcipuè debent assistere seminantibus verbum Dei. Nam à quibus recipiuntur spiritualia, debent rependi temporalia. Vnde Apost. Si spiritualia

2.Cor.9. vobis seminauimus, non est magnum si carnalia vestra metamus. Item luna vocabatur Diana, id est, dea syluarum & nemorum: quia feris de nocte pascua quærentibus in nemoribus, luminis beneficium administrat. Et ideo gentiles vocauerunt lunam deam venatorum: quia venatio fit in syluis, propter quod Dianã cum arcu depingebant, eò quòd venatores arcubus vtebãtur. Et ex hoc accipitur, quòd qui vitæ actiuæ deseruiunt, præcipuè subuenire debent solitariam vitam ducentibus, vt non oporteat eos propter victum quærendum vagari, & à sua solitudine exire. In cuius rei

Matth.9 exemplum Christus populum in solitudine pauit. Item luna vocabatur Lucina, vnde per sincopam dicitur luna, de qua Virg. Casta lucina, &c. Nan antiquitus colebatur à virginibus & seruantibus castitatem. Ex quo etiam colligitur, quòd præcipuè meritorum est per actiuam vitam seruire & subuenire sacris virginibus & monialibus castè viuẽtibus, ne propter victum cogantur exire, & à suis claustris discurrere.

Vir. in polli.

Item actiua vita assimilatur colli, primò, propter ordinem prioriatus. Est enim collis pes mõtis. Nam per collem ascendimus ad montem, quia scilicet per vitam actiuam ad contemplatiuam venimus. Iacob enim post Liæ connubium (per quam actiua vita signatur) ad Rachaelem peruenit amplexum, per quam contemplatiuæ vitæ formositas figuratur. Secundo propter fructuum suauitatem: abundant enim in collibus sani & sapidi fructus: propter hoc quòd colles plus quàm valles solaribus radiis patent: & cælesti imbre & rore abundantius madent. Sic abundant actiui homines fructibus meritorum. Magna enim (sicut Grego. dicit) sunt actiuæ vitæ merita, quæ sunt vt fructus sani propter intentionis sinceritatem. Non sunt enim fructus corrupti, vt opera hypocritarum. Item sunt fructus sapidi per charitatis suauitatem. Ipsi enim sunt qui radiis solis, id est, doctrinis & exemplis Christi illustrantur, & qui rore cælestis gratiæ, abundãtius perfunduntur.

Tertio propter graminum salubritatẽ. Sunt enim (sicut Constantinus dicit) in collibus salubria gramina siue herbæ, propter aeris subtilitatem & puritatem. Hæc gramina virentia, sunt virtutum multarum exempla, quę in actiuis viris cõspicimus valde ad imitandum salubria: habẽt enim puritatem aeris, id est munditiam cordis, & etiam subtilitatem scilicet discretionis.

Item actiua vita (quæ misericordię intendit operibus) assimilari potest monti Garizim. Nam

Digitized by Google

Garizim (vt dicit Hiero.) mós est iuxta Hiericó, cui ex aduerso est mós Ebal, In his duobus mõtibus maledictiones & benedictiones populo intranti terrã promissionis promulgatę sunt, vt per benedictiones promouerentur ad bonum, & per maledictiones retraherentur à malo. Vnde sex tribus in Garizim promulgabant benedictiones, & sex aliæ in Ebal maledictiones. mons ergo Garizim ex quo benedictiones promulgantur, meritum est operum misericordiæ, quę ad vitam actiuã pertinent. Vnde in die iudicij benedicti pronũciabũtur à Christo, secundum illud: Venite benedicti, &c. Et congruè sex tribus erant, quę benedictiones pronunciabãt: quia misericordię opera sex ibidẽ à Christo computantur, propter quæ electi Dei paternam benedictionem merẽtur. Esuriui, inquit, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me: nudus, & cooperuistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me. Et contra autẽ mons Ebal, ex quo pronũciatę sunt maledictiones, signat auaritiã & crudelitatem impiorũ, qui opera misericordiæ subtraxerunt, quibus scilicet iudex dicit. Ite maledicti in ignem æternum.

Matt. 25.

Matt. 25.

De multiplici Amore. eiusq; proprietatibus ac differentiis: & cui verus amor spiritualis verè amatores assimilantur ostenditur, atque de quamplurimis solis, radij, terræq; effectibus (ipsi applicitis amori) sedulo inquiritur.

Cap. IIII.

AMor est multiplex, scilicet spiritualis, carnalis, temporalis, & communis. Amor autem spiritualis, scilicet claritas, assimilatur Veneri, quæ est planeta cælestis. Vnde & à paganis Dea dicebatur amoris, ex eo quod incitat ad amandum. Dicit autem Ptolemæus, quòd sub Venere continetur via, amor, amicitia, & peregrinus, & significat lucrum & gaudium, quæ omnia conueniunt amori charitatis. Nam ipsa charitas via est, qua ad cælestia gradimur: amor quo Deo cõnectimur amicitia qua simul coniungimur. Item ipsa est baculus peregrinãtium: lucrum negociantiũ, & gaudium Deo fruentium. Item amor spiritualis assimilatur caliditati terræ. Abundat enim sic amor diuinus in anima, sicut calor in terra, scilicet ex tribus secundũ quòd ex tribus cõtingit, quòd vna terra fit calidior altera. Primò quidem ex radiorum solis multiplicatione. Sol enim plus omnibus corporibus cęlestibus emittit fortes radios propter suam magnitudinem corporis, & spissitudinem, magis fortem materiam habentẽ, & lumen magis calidum. Et quia ipse naturaliter mouet sphæram ignis, sicut sphęra stellarum mouet terram, & sphæra lunæ mouet aquam: & sphęra aliorũ quinque planetarum mouet aerem. Et ideo radij solis maximè calefaciũt vbi multiplicantur vel reflectuntur. Quasi autem radiis solis sunt exempla Saluatoris, quę scilicet nos illuminãt per instructionem: quia omnis Christi actio, nostra est instructio (vt dicit Apost.) id est, inflammant per imitationem. Vnde ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos. Sicut ergo abundat calor in terra ex radiorum solis (alibi dicebat) multiplicatione, ita, & feruor amoris in anima ex exemplorum Christi inspectione & imitatione.

Ephe. 5.

Secundò, vna regio siue terra calidior est altera ex venti inflatione. Nam quia ventus australis calidus est, aquilonaris verò frigidus: ideo locus australi vento expositus, calidior est quàm aquilonari apertus. Quasi autem auster calefaciens & perturbans aerem,

est

est Spiritus sanctus de quo dicitur. Deus ab austro veniet: qui animam fortiter commouens & calefacit per dilectionem, & perturbat ad compunctionem. Iob: Nõne vestimenta tua calida sunt, cũ perflata fuerit terra austro?

Abac. 3.

Iob. 38.

Tertiò quoque vna terra vel locus callidior est quàm alius, ex loci situatione. Nam terra quæ est vicinior mari meridionali, est callidior quàm terra quæ est vicina aquilonari. Similiter ille qui familiarior & propinquior est homini sancto, feruentior fit & melior quàm ille qui cum peccatore conuersabatur. Nam vita sanctorũ est est vt mare meridianum. Mare quidem est, cùm amaricãtur mærore. Ezech. Abij amarus in indignatione spiritus mei. Sed meridianum est cũ aduruntur amore. Eccles. In meridiano exurunt terram. Peccator autẽ est vt mare aquilonare. Mare quidem propter inquietudinem cordis. Isa. Impij quasi mare feruens quod quiescere non potest: sed aquilonare est propter subiectionẽ dæmonis. Est enim peccator subiectus diabolo, & obedit ei: qui dixit, Isa. Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinẽ nubiũ, & ero similis Altissimo, Psalm. Ab aquilone & mari, &c.

Ezech. 3

Eccle. 43

Isa. 57.

Isa. 14.

Psal. 106

Sed est notandum, quòd astrologi ponũt tres alias causas, quare quasdam regiones & terras dicunt calidissimas esse. Vna est ex solis appropinquatione, quæ est ex breuitate diametri. Vnde propter immensitatem caloris terra illa est inhabilis vltra æquinoctialẽ: quod dicunt propter excentricitatẽ sphęræ solis. Et hoc pertinet ad Christi incarnationem, quãdo scilicet ipse sol iustitiæ nobis maximè appropinquauerat diametro, nostræ naturæ se inducens. Vnde ibi erat breuiata maxima distantia quæ erat inter nos & Deum, & ibi apparuit breuitas diametri, quia fuit verbũ abbreuiatum in carne. Et hęc propinquitas solis, id est Christi, multum debet nos ad eius amorẽ inflammare. Apo. Nunc propior est nostra salus, quàm cũ credimus.

Rom. 13.

Secunda causa est ex solis mãsione, vt in principio capricorni & in principio cãcri, vbi propter recuruationem Zodiaci sol videtur stare in eodẽ loco. Tunc enim Zodiacus gyrans minimam partem variat de circulo equinoctiali, quòd sol quasi videtur stare, propter quod calor cõfortatur in locis suppositis illis gradibus. Et hęc causa refertur ad Christi passionem: tunc enim verus sol stetit immobilis, cruci scilicet affixus. Et hæc Christi mansio fuit in duobus solstitiis, quia scilicet eius affixio dupliciter facta fuit, scilicet exparte superiori in manibus: & ex parte inferiori in pedibus. Vnde hęc affixio & mansio Christi in cruce, super omnia debet in nobis calorem amoris accendere: ita vt anima nostra liquescat in lachrymis. Exod. Cùm incaluisset sol, liquefiebat mãna, id est mens dulcedine deuotionis plena.

Exod. 16

Tertia causa ex solis oppositione, scilicet quando est oppositio solis ad Zenit capitum: vt sub cancro, vbi sol non declinat à capitibus. Et hoc refertur ad Christi resurrectionem vel ascensionem, vbi sol Christus superpositus, apparuit omnibus capitibus per potestatem & auctoritatem. Vnde dixit: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Item fuit superpositus omnium capitibus etiam loco in ascensionem, cùm ascendit super omnes choros cælorum, vbi etiam nunquam amplius declinare potest per mortem: & ideo amplius à capitibus, id est, apostolis, qui fuerũt capita

Matt. 28.

fidelium, id est, principes nō declinabit vlterius, sicut ipse dixit
Mar. 28. Mar. Ecce egovobiscū sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi, quæ omnia ducunt nos in amore Christi accēdere. s. & incarnationis propinquitas, & afflictionis acerbitas, & exaltationis dignitas.

Itē amatores assimilātur terræ, quæ quāuis sit frigida secundū naturā suā, tamen intra se ignē tenet inclusum. Sic amatores Dei quāuis sint frigidi circa tēporalia, id est negligētes & contēnentes ea, intus tamē circa Deū & spiritua-
Psa. 104. lia sunt ignei & feruētes. Ps. Ignē comburentē in terra ipsorū. Hic est ignis spiritualis comburens &
Luc. 12. consumens peccata: de quo Luc. Ignē veni mittere in terrā &c. Itē amor spiritualis similis est ignitioni vaporis, quæ sæpius apparet in aere. Sūt enim decē modi talis ignitionis, representantes decē effectus diuini & spiritualis amoris. Prima enim impressionum talium vocatur columna, siue ignis perpendicularis. Hæc enim est quidā ignis qui interdum apparet in superiori regione aeris ad modum columnæ piramidalis, habens latitudinē inferius, & superius tendens in acumen. Et ratio est, quia generatur ex vapore multū sicco & calido: Vnde transit per duas regiones aeris, scilicet infimā et mediam, quia frigus earū non potest conuertere ipsum, & ideo transit ad regionem supremā, & quia talis vapor est inæqualis habēs inferius multas partes terrestres dilatabiles; ideo inferius in basi de necessitate dilatatur. Et quia terrestre abundans repugnat eleuationi & æqualitati aliarū partiū: & calidum iterū dirigēs dilatat in reficiendo plus calidum, continuè plus & plus tendit in acutū. Vnde efficitur (sicut dictum est) vt columna piramidalis, & propter longitudinem videtur de superiori demissum sicut perpendiculū, quod inferius habet massam, & continuè vsque in sublime conū. In hoc igitur, quòd talis columna superius est acuta, cum acuti sit penetrare, patet quòd repræsentat proprium effectum amoris, qui est penetrare ad intima. Penetrat enim amans vsque ad interiora amati, & ideo de Spiritu sancto qui est diuinus amor dicit. Apost. quòd scrutatur profunda Cor. 2.
Dei. Item in hoc, quòd talis vapor primam & secundam regionē aeris tranſcendit, & in tertiam se figit, representat sublimitatem amoris spiritualis. Sūt enim quasi tres regiones, mundus, infernus, & cælum. Quidam igitur homines sunt qui videntur Deum diligere solum propter temporalia bona, & isti sunt in regione infima. Quidam vero diligunt Deū, vt euadant æterna supplicia, & isti sunt in regione media. Quidā diligunt Deum propter cælestia præmia, siue propter seipsum, quia ipse erit merces nostra: & isti sunt in regione suprema. Vnde isti habēt ignē sublimē, id est, amorē excellentē. Itē in eo, quod talis pyramis superius se restringit, representat amorem perfectū. Nā licēt amor sanctorum inferius erga proximos dilatetur, superius tamen in Deum se totum restringit & vnit; quia quicquid hoc inferius amant, solum propter Deū amant. Item in eo quod talis columna non est breuis, sed longitudinem habet, signās diuturnitatem amoris per continuitatem. Nam omni tempore diligit qui amicus est, vt dicitur Eccle. Eccl. 17.

Secūda impressio ignea vocatur lancea: quæ est quidam ignis longus subtilis, in altum erectus. Est enim ex vapore multum sicco & calido & inæqualiter calido & subtili, sed subter nō habēs multa ter-

Digitized by Google

testria quæ dilarari possint. Vnde propter longũ subtile quod prætendit figuræ, vocatur lancea: & stat erecta, acumen habens supra se, sicut ignis perpédicularis. Huic ergo cõpetit alius affectus amoris qui est vulnerare: lanceæ enim homines ad vulnerandum vtun-

Dan. 12. tur, Dan. Erant ambo vulnerati amore eius. Hoc vulnus amoris, est fortis penetratio cordis. Hæc igitur fuit lancea, quæ cor Christi vulnerauit: siquidem ipse vulneratus est propter iniquitates nostras: quod totum fecit amor.

Isa. 53. Vide ergo quod Christus ex charitate vulneratur. Vide etiã quòd & nos à Deo ex charitate vulneramur, & flagellis plerunque percutimur: ipse enim vulnerat & medetur: quia scilicet eius vulnera non sunt ad occidendum, sed

Prou. 27 potius ad sanandum. Et ideo meliora sunt vulnera diligentis, scilicet Christi, quàm fraudulenta oscula, id est, blandimenta odientis, scilicet diaboli, vel mundi.

Tertia impressio vocatur candela ardens. Hæc est enim flamma quædam, quę quando apparet in aere, videtur quasi rotunda & sphærica. Fit enim ex vapore multum calido & sicco qui est æqualiter subtilis & bene tenuis: æqualiter ascẽdit in omnibus partibus, & est æqualiter disgregabilis calore in omnem partem dimensionis, & sic efficit latũ quasi rotundum natans in superficie aeris. Vnde licèt sit latum in superficie, tamen videtur rotundũ & sphæricum propter longinquitatem nostri visus. Hic est tertius effectus amoris, scilicet inflam-

Cant. 7. mare & ardere. Cant. Fortis est vt mors, dilectio: dura vt ignis, æmulatio: lampades eius, lampades ignis atque flammarum. Ta-

Ioan. 5. lem ardorem habebat Ioannes Baptista, de quo Dominus dixit: Ille erat lucerna ardens & lucens.

Talis ardor amoris eleuat animã ad culmen perfectionis. Vnde & Ari. 2. figuram prætendit circularem & cæli. sphæricam, quæ secundum philosophum est perfectissima figurarum. Et ideo charitas ab Apo- Col. 3. stolo dicitur vinculũ perfectionis.

Quarta impressio siue ignitio, vocatur. Asub ascendẽs, fit enim ex vapore ascenso æqualiter subtili. sed cum extenditur ad partem vnam contrahitur in aliam. Aliquando aurũ est vapor æqualiter subtilis, sed non bene continuus, nec adhærens sibi, sed vna pars eius aliquantulum est distãs ab alia: & tunc videtur asub ascendens post asub, sicut si eleuarentur scintillæ de fornace. Hic est quartus effectus amoris, scilicet eleuare. Facit enim ascendere animã per profectu virtutũ, sedisti motus siue profectus in feruẽtioribus est continuus, in tepidioribus est discontinuus, & quasi per tempora frequenter interruptus. Psal. Ibunt de virtute in virtutẽ. Psal. 83.

Quinta ignitio vocatur ignis diuisus. Hæc. n. generatur à vapore non vehemẽter calido & sicco, & ideo nõ potest transire mediã regionem aeris, quia frigidissima. & hic vapor est disgregatus & propter calorẽ quem habet, quãdo occurrit in aere inferiori frigida nubes fugiendo, confricat partem ad partem, & ex confricatione inflammatur: & quia disgregatæ sunt partes, videtur diuisus ignis: & quia fugit nubem frigidam tangentem se, ideo videtur disgregatim egredi, velut si stupa exsuffletur ex cãna. Hic autem est alius effectus amoris. s. separare. Illi. n. qui sunt in amore nõ multũ feruentes, nec multũ eleuati in spiritu, debent se separare à vitiis, fugiẽdo quãtũ possunt occasiones peccatorũ: & tales sunt multi seculares boni, quos amor Dei facit fugere nubem frigidã,

id est malitiam carnis vel peccati. In eis autem licèt sit ignis, amoris est tamen quodammodo diuisus propter multarum rerum curas & solicitudines quas illos habere oportet.

Sexta impressio vocatur candela descendens. Hæc enim est ex vapore similiter non multum calido & sicco, nec penetrare valēte mediam regionem. Est tamē talis vapor bene cōtinuus & expulsus ex frigida nube tangēte, & est modicus, sed bene cōpactus, nec multus, sed continue cadit, sed nō diuiditur: & propter continuum casum videtur quasi stella cadens. Hic est alius effectus amoris, scilicet humiliare. Nam licèt in sanctis Dei sit amor Dei continuus, tamen quando tangūtur à tentatione carnis, vel mundi, vel diaboli, timentes se non esse compactos bene, id est, firmos bene: & reputantes se modicos, id est, non multæ virtutis, humiliātur & deprimunt seipsos. Nihilominus tamen semper continuant quę bene incœperunt. Aliquādo tamē propter continuos impulsus tribulationum vel tentationū, ipsis quasi videntur timendo & dubitādo, quòd quasi à Deo ceciderūt: quod totum pertinet ad eorū humilitatē, ad quā amor Dei eos inclinat.

Septima ignitio vocatur lumē præcedens. Hæc est ex vapore cōtinuo calido & sicco & bene continuo: in quo est multa materia conglobata & fortis, cui nihil in aere obuiant: sed accenditur ex confricatione sui, & stat quandoque in aere: & hoc est quod vocant hi qui discurrunt de nocte, lumen precedēs. Hic est alius charitatis effectus, scilicet deducēdo illuminare quod est nobis necessariū in via tenebrosa huius mūdi. Vnde diuinus amor figuratus est in illa columna ignis quę populum Dei præcedebat de nocte: & de quo etiam in Psal. dicitur: Expādit nubem in protectionem eorum: ignem, vt luceret eis per noctem. Et in eodem, Eduxit eos in nube diei, & tota nocte illuminatione ignis. Psal. 104

Octaua ignitio vocatur vulgo stella cadens: sed à philosophis asub descendēs est ex vapore consimili sicut lumen precedens, cui tamen occurrit aliquid desuper expellēs ipsum inferius: & ideo videtur cadens, siue descendens. Hic est alius effectus amoris scilicet inclinare per ministerium vitę actiuæ. Vnde necessitas proximorum occurrens, expellit siue retrahit amicos Dei ab arce cōtemplationis, inclinās illos ad ministerium infimę, actionis scilicet ab obsequendum proximis.

Nona impressio vocatur draco volās, & hęc est in nube calida ad latus vnum, & frigida ad aliud. Vnde tunc propter conuenientiā ad calidum attrahitur ad illud, & ibi incenditur: post primā autem partem fumat antequā incēditur, & dilatatur in medio, & incuruatur propter incensionem partis vnius, & extinctionē alterius versus humidum & frigidum. Vnde efficitur velut draco volans: quia anterior pars incensa videtur velut spiramen draconis. Media autē incuruata per hoc quòd attrahitur à prima parte, curuat se vt serpens, & volat semper ad illud latus vbi coruscat ipsum latus calidum, eo quòd simile attrahit simile, & cōtrarium expellit contrariū. Hic est alius effectus amoris, qui facit quasi volādo ad Deū festinare. Nam sicut hoc draco aereus habet vnum latus, s. anterius calidum, posterius verò frigidum, sic amatores Dei habēt quidem fauorem spiritus, sed cum frigore, id est, fragilitate carnis: propter quod Dominus dixit, quòd spiritus Matt. 26

Digitized by Google

ſpiritus promptus eſt, caro autem infirma. Feruor igitur ſpiritus inflammat vehemẽter, & ſuſpiria ad Deum facit: ſed frigus, id eſt, infirmitas carnis incuruat & trahit ad infima. Sed tamẽ ex illa pugna volare cogitur anima, quia ex carnis anguſtia ſpiritus magis incenditur, & carnem poſt ſe violanter attrahens, in Deũ velocius tendit.

Decima ignitio vocatur aſub, quandoque apparens, quãdoque non: & hoc eſt ex vapore ſicco & inflammabili medio modo pertingente ad regionẽ mediam, & non penetrante ipſam, quia ex frigore loci expellitur, & quia ſub ipſo non ſunt multæ nubes, ideo incendens nubem occultatur, & penetrans nubem apparet iterũ: & iſte eſt aſub tertius. Hic eſt alius effectus amoris, ſcilicet vtranque vitam alternando, aliquando vocando actiuæ, aliquando contemplatiuæ, quandoque latere ad cõtemplandum, quandoq; apparere ad obſequendũ: hoc enim oportet fieri, & illa non omittere.

Item nota, quòd amor ſpiritualis creſcit & minuitur, ſicut cupiditas mundi creſcit & decreſcit. Cuius exemplũ eſt, quia decreſcente vmbra, creſcit calor, & creſcente amore temporali, creſcit feruor charitatis, & econuerſo eo
Hiere. 5. creſcente minuitur. Hiere. Vę vobis, quia declinauit dies & prolixores factæ ſunt vmbræ veſperi,
Matt. 24. & hoc eſt, quia abundauit iniquitas, & refriguit charitas. Amor carnalis aſſimilatur Veneri. Nã Venus (vt dicit Ptolo.) ex parte corporis diſponit ad pulchritudinẽ,
Ptolo. & ad voluptates tactus, olfactus, guſtus, & auditus inclinat & impellit, veſtium muliebrium inciſores efficit: Domus eius ſunt libra & taurus: regnat in piſcibus, ſed in virgine regnũ eius deficit & abſcedit. Sic etiam amor carnalis ad pulchritudinem corporis aſpicit, ſenſuum voluptates exquirit, ſiue tactuum, ſiue odorum, ſiue ciborum, ſiue cantionum: ornamenta & mulieres appetit. Aliquando etiam iuſtos viros qui deſignantur in libra propter æqualitatem iuſtitiæ, quia in libra exiſtens Sol, facit æquinoctia & viros fortes, qui deſignantur in tauro aggreditur & inficit. Regnat autem maximè in piſcibus, id eſt in hominib. ſub aquis delitiarum viuentibus: ſed in virginibus, id eſt in continentibus deficit vigor ejus. Amor temporalis proſperitatis impedit dulcedinem contemplationis, & priuat fructu boni operis. Cuius exemplum apparet in rore. Cadit enim aliquãdo ros fluens & viſcoſus ad modũ mellis ſuper herbas & folia arborũ. Sole autem agẽte in ipſum, euaporat humidum, & terreſtre ſiccũ comburitur & efficitur quaſi farina ſparſa: quę à ſua ſiccitate ſiccat herbas, & inducit ſterilitatem. Quaſi enim dulcedo roris eſt delectatio cõtemplationis: quam calor ſolis, id eſt, amor temporalis proſperitatis humidũ deuotionis educens, & terreſtrem affectum accendẽs, & mentem ad vana ſpargẽs, tollit, & à fructu boni operis animã ſterilem reddit.

Item amor communis prout. ſ. & ſpirituali & ſenſibilem amorẽ includit, aſſimilatur radio. Primo, quia radius habet penetrare. Vnde in perſpectiua diſtinguitur triplex radius, ſcilicet rectus confractus & reflexus. Rectus ſiue perpendicularis eſt, quia corpore radioſo emiſſus recto & lineari motu ſine obliquitate aliqua petit centrũ. Et huic aſſimilatur ſpiritualis homo qui totus eſt rectus. Vnde Cant. Recti diligunt te. Et
Cant. 1. iſte petit centrũ, id eſt cor. Deut.
Deut. 6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c.

Confractus radius ſiue collate-

Digitized by Google

rale est, qui à corpore luminoso egrediens, & aliquod diaphanum inueniens nó perfectè obediés nó rectè incedit: sed ad aliquā partē diuertit. Et talis obliquatio dicitur radij cōfractio, & huic radio cōfracto assimilatur amor socialis siue ciuilis, qui nō est amor totaliter rectus, quia si frequenter non est propter Deum, siue secundū Deum, sed vt plurimū habet respectū ad aliquod mundanū. Reflexus autē radius, qui dū à suo principio rectè vel obliquè progreditur, dum corpus densum incurrit repercutitur & repellitur, nec transitus ei datur. Vnde cū non possit se diffundere in anteriora, in posterius necesse est vt redeat, & se ibi multiplicet. Et talis repercussio dicitur radij reflexio. Huic autē radio reflexo assimilatur amor vtilis, qui scilicet reflectitur ad seipsum. Vnde si proximū vel aliquid diligit, nō ex hoc proficit interius, scilicet in Deū tendendo, sed potius retrocedendo in seipsum redeundo. Est etiam talis amor carnalis, qui solū ad corpus proximi procedit, & interius ad animam non transit, sed potius retrocedit dum aliū corporaliter ad delectamentum sui vel propium commodum diligit aut amat.

Sexto amor assimilatur radio: quia radius habet colorare. Nam radius solaris dū in nube rorida Soli opposita incidit ur, diuersos colores in ipsa nube & aere operatur, sicut patet in arcu cælesti. Ita similiter & amor qui dum in anima tenera & molli intenditur, diuersas ibidē passiones & affectiones operatur quibus videlicet passionib. ipsa anima velut quibusdam coloribus tingitur. Vnde sicut ipse arcus cælestis habet colorem rubeū, iacinthinū, ceruleū & viridem. (Isti enim colores in eo principaliter nobis apparēt.) Ita similiter etiam ex amore causantur in anima passiones plures, sed præcipuè quatuor, scilicet zelus, excessus, odium, & morbus. Primo.n. amor habet causare zelum. Vnde beatus Diony. dicit, q̄ Deus appellatur zelotes propter multū amorē, quē habet ad entia: zelus ergo quocunque modo sumatur, ex intentione amoris causatur. Manifestū est enim, q̄ quāto aliqua virtus tēdit in aliquod, tanto fortius repellit omne contrariū vel repugnās. Cùm ergo amor sit quidā motus in amatū (vt Aug. dicit) intensius amor quærit excludere omne quod sibi repugnat. Vnde in amore cōcupiscentiæ qui intēsē aliquid cōcupiscit, mouetur cōtra omne illud, quod repugnat cōsecutioni vel quietæ fruitioni eius quod amat. Et hoc modo viri dicūtur zelare vxores, ne propter consortiū aliorū impediatur singularitas quā in vxore quærunt. Similiter etiā qui quærunt excellentiā, mouētur contra omnes qui excellere videntur, quasi impedientes eorū excellētiam. Et huiusmodi est zelus inuidiæ, de quo dicitur in Psal. Noli emulari in malignātibus, neque zelaueris facientes iniquitatē. Amor autē amicitiæ quærit bonū amici, & secundum hoc aliquis dicitur zelare pro amico, quando ea quæ dicuntur vel fiunt contra bonum amici homo repellere studet. Et per hunc etiam modū aliquis dicitur zelare pro Deo, quando ea quæ sunt contra honorem vel voluntatē Dei repellere pro posse conatur, secundum illud Reg. Zelo zelatus sum Dño Deo exercituū. Et super illud, Zelus domus tuæ comedit me, dicitur glosa quòd bono zelo comeditur, qui quælibet praua quæ viderit, corrigere satagit: si nequit, tolerat & gemit.

Diony. ca. 4. de diuin. no.

Aug. 83. quæst.

Psal. 36.

3. Reg. 19.

Ioan. 2.

Secūdò amor causat excessum. Vnde Dion. dicit, q̄ amor diuinus extasim facit; & q̄ ipse Deus propter

Dio de diu. no. cap. 4.

Digitized by Google

ter amoré, est extasim passus. Dicitur autè extasim pati cum extra se ponitur. Quia. n. (vt dicit Augustin.) anima verius est vbi amat, quàm vbi animat, quãdo aliquis intenso desiderio vel amore fertur in aliquod extra se quodãmodo rapitur: & si illud sit supra se quodãmodo supra se rapitur, ita quod seipsam trãscédit & excedit.

Aug. de qualit. ani.

Tertò amor causat odium. Nam amor consistit in quadam conuenientia amantis ad amatũ: Odiũ verò consistit in quadã repugnãtia, vel dissonantia. prius autem consideratur quod conuenit rei quam quod ei repugnat, quia per hoc aliquod est repugnans, quod impedit vel corrũpit, quod est conueniens. Vnde necesse est, quod amor sit prior odio, & causa eius. Nã nihil odio habetur, nisi per hoc quod repugnat ei quod amatur.

Quartò amor causat morbum siue languorem. Cant. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Nam amor peccati languidam facit animam ex eo, quod facit ipsam deterius se habere: quia coarctat ipsam ad rem sibi inconuenientem, vnde lædit & deterioratur, secundũ illud Osez: Facti sunt abominabiles sicut ea, quæ dilexerãt. Quãdoque autem si sit vehemens, lædit etiã corpus propter excessum immutationis corporalis. Dicitur etiam amor causare languorem, quia causat tristitiam de absentia amati. Vnde Tullius tristitiã ægritudinem nominat.

Cant. 2.

Osez. 9.

Cic. li. 3. Tusc.

Tertiò amor assimilatur radio, quia radius habet inflãmare. Nã ex subito & continuo motu radiorum contingit aerem circunfusum igniri, maximè cum concurrunt radij in loco fractionis. Nam radij ibi multiplicati & coãgitati dum mutuo conculcantur calor ibi in tantum aliquando generatur, quod aer circunfusus sæpius inflammatur, vt patet in crystallo, ex cuius oppositione cõtra radios solis Stuppa incenditur vel ignitur, ita similiter ex recordatione cõtinua velvisione rei dilectę, feruor inflãmatur amoris. Et iste ardor ab amicis Dei deriuatur, etiam ad circunstantes, quia sibi appropinquantes, ad amorem diuinum sæpius accendũt. Ps. Ignis à facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo. Præcipuè autem hæc inflammatio competit charitati, de qua dicitur. Fortis est, vt mors, dilectio: dura, vt ignis, æmulatio. Lãpades eius, ignis lãpadesatque flammarũ: aquæ multę nõ poterũt extinguere charitatẽ.

Psal. 17.

Cant. 8.

Angelorum varia natura, ac excellentia ex variis crystallini cæli atque ignis effectibus & proprietatibus deprompta describitur, exactè, & dignoscitur. Cap. V.

ANgeli assimilantur cælo aqueo siue crystallino. Vnde ipsi intelliguntur per aquas quæ super cęlos sunt. Assimilantur ergo illi cælo propter tria.

Primò ratione inuisibilitatis. Nam illud vocatur propriè cælũ, quia scilicet est nobis inuisibile & occultatũ. Est enim nona sphęra, quam nõ videmus. Et hoc cõpetit angelis quorũ natura incorporea & intellectualis licet in se maximè sit cognoscibilis, tamen nobis quorum cognitio oritur à sensu, est inuisibilis & occulta. Nam ita se habet intellectus noster ad manifestissima naturę, cuiusmodi sunt naturæ angelorum, sicut oculus nicticoracis ad lumẽ solis, vt dicit philosophus. & Sap Quæ in cælis sunt, quis inuestigabit?

Arist. 2. met.

Sap. 9.

Secundò ratione perspicuitatis siue luminositatis, propter quam quandoque vocatur cælum crystallinum, quia est vniformiter ad modum crystalli perspicuũ & lumi-

Digitized by Google

luminosum. Angeli autē perspicui sunt per munditia. Vnde beatus Dio. vocat angelum præclarissimum sine macula. Item sunt luminosi per sapientiam, & est in eis lumen triplicis sapientiæ. Sapientiæ innatæ, quia per species innatas siue cōcretas omnia cognoscunt quę sunt à Deo producta (vt dicit Aug.) Item sapientię in spiratæ. Suscipiunt enim angeli diuinas inspirationes & illuminationes, quas beatus Augustinus vocat Theophantas. Item lumen sapiētiæ beatæ, quæ vocatur in eis cognitio matutina ab Augustino, secundum quòd cognoscunt res in verbo. cognitionem autem rerum in propria natura vocat ipse Augu. cognitionem vespertinam.

Dio. de cæl. hier.

Aug. in Iachi.

Tertio ratione mobilitatis: vocant. n. illud aqueū propter mobilitatem. Mobilitas autem etiam angelo attribuitur, quia sicut dicit Damascē. angelus est substantia intellectualis semper mobilis. Et dicitur angelus semper mobilis ratione naturæ intellectiuæ & voluntatis. Nam quippe cū sit creatura, habet esse mutabile, in quātum omne creatum est vertibile in nihil, nisi manu Omnipotentis teneretur. Respeu etiā intellectus dicitur quoniam angelus semper mobilis, accipiendo motum æquiuocē prout intelligere motus dicitur, quoniam angelus semper est actu intelligens, non quandoque actu quandoque potentia, sicut nos. Et licēt angeli quantum ad cognitionem qua cognoscunt res in Verbo, omnia, simul intelligant, sicut etiam de nobis dicit Augu. quod in patria non erunt volubiles cogitationes nostræ ab aliis in alia euntes atque redeuntes, sed omnem scientiam nostram vno simul conspectu videbimus: tamen ea cognitione qua cognoscunt res in propria natura, non omnia simul intelligunt. Vnde ibi est vicissitudo intelligētiæ. Et ideo Augu. dicit quòd omne ens creatum habens intellectum, intelligit vnum post aliud & talis successus est vt motus quidam. Beatus Diony. ponit triplicē motum, scilicet circularem, rectum, & obliquū. Circularis est ab eodē in idem centrū immobile. Et hūc motum habent, in quantum recipiunt illuminationes à Deo & per illas reuertuntur in Deum. Motu autem recto tunc mouētur, quando procedunt ad prouidentiam subiectorū rectē omnia transeuntes & non reuertūtur ab eodem in idem, sed de vno in aliud. Motus autem obliquus est in angelis cum per cognitionem inferiorum quibus prouident, reflectuntur in Deum principium & finem pulchri & boni. Itē in voluntate mobilis est angelus, quia non omnia simul vult, sed modò vnum, modò aliud. Dicitur autē angelus localiter moueri æquiuocē sicut & esse in loco. scilicet per contactum virtutis. Non quidem quia ipse vel contactus iste siue motus loco commensuretur, sicut accidit corpori: sed dicitur moueri localiter in quantum successiuè virtus eius applicatur ad diuersa loca. Vnde iste motus potest esse continuus & discōtinuus: secundùm. n. quòd locum diuisibilem ad quem applicatur nō potest simul totū dimittere, sed successiuè, sic dicitur motus discontinuus. vel totū simul dimittere & alter in loco se applicare. sic dicitur cōtinuus. Vnde ad hoscælorū, id est, angelorum motus potest referri illud Ioelis. Moti sunt cęli.

Dio. 3. cap. de diu. no.

Aug. lib. 15. de Tri.

Ioel. 2.

Item angeli assimilantur igni. Psal. 103 psalm. Qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignē vrentem. Et ista similitudo quadrupliciter potest accipi Primo si consideremus ignis substantiam. Secundo si consideremus eius emissionem,

Angu.

Digitized by Google

mentiam, scilicet quo ad sit. Tertio si cõsideremus eius potentiã. Quarto si consideremus eius refulgentiam.

Primo enim ignis inter omnia elementa habet subsantiam subtiliorem. Vnde substantia ignis propter suam subtilitatem representat nobis tria de angelis. Primo eorum immaterialitatem, propterea quia ignis est maximè inter elementa formalis. Nam minimum habet de materia & plurimum de forma. Angelus autem (licèt secundum Dio) nihil de materia habeat, vt ipse dicit quod intellectuales substantiæ, id est, angeli vitam habent indeficientem, ab vniuersa corruptione, materia & generatione mundæ existentes: habent tamen aliquid loco materiæ, scilicet potentialitatem, cum non sint actus puri vt Deus. Vnde angelus dicitur esse compositus ex potentia & actu, siue ex quo est & quod est. Sicut igitur ignis inter cætera elementa minimum habet de materia, & plurimum de forma, ita angelus (inter omnes creaturas intellectuales) minus habet de potentia & plus de actualitate. Vnde angeli quidem dicuntur substantiæ siue formæ separatæ, scilicet à materia.

Dio. de diu. no.

Secundo ignis representat angelorum incorporeitatẽ, Nam propter suam subtilitatem ignis quasi non videtur habere corpulentiam. Vnde additus alteri corpori non videtur ipsum augere vt apparet in ferro vel lapide ignito, quod tamẽ nõ videtur esse maius quam non ignitum, cum tamen omne quantum additum quanto, faciat ipsum maius, & omne corpus naturale sit quantũ; Nec etiã videtur ignis qui est in ferro aliũ locum quam ipsum ferrum per se occupare, vel maiorem locum simul cum ipso corpore quam ferrum solum, quæ omnia cuidam incorporeitati immo (vt verius dicam) subtilitati ipsius ignis attestantur.

Item propter suam subtilitatẽ ignis est inclusibilis, quia (sicut dicit Dio.) Ignis nõ potest teneri quia propter suam subtilitatem et mobilitatem penetrat omne corpus. Hoc igitur competit angelis, ex eo quod de sui natura non solũ sunt incorporei. Propter quod dicit idem Dio. quod angeli sicut immateriales sic incorporales in telligũtur, sed etiam nõ sunt corporibus alligati, vt scilicet in corporibus inclusi velut animæ humanæ teneantur. Vnde angeli in scriptura, spiritus nominantur secundum illud: Omnes sunt administratores spiritus &c. Spiritus autem carnem & ossa non habet, vt dicitur Luc. Et ideo substantia angeli non solum non est corpus, sed nec etiam alicui corpori vnita est vt forma, quod esset naturaliter in corpore detineri. Assumunt tamen ad tempus (vt ex sacra scriptura patet) interdum angeli corpora hominibus apparentes, sicut Augu. testatur dicẽs quod angeli in assumptis corporibus apparuerunt Abrahæ, quæ non sunt eis naturaliter vnita, in quacunque figura appareant, sed formant sibi illa cum volunt ex aere. Et assumunt sibi huiusmodi corpora cũ nobis apparent angeli non propter se, sed propter nos, scilicet vt familiariter cum hominibus conuersando demonstrent intelligibilem societatem quam homines expectant cum eis habendam in futura vita. Item hoc ipsum quod angeli corpora assumpserũt in veteri testamento, fuit quoddam figurale indicium quod Verbũ Dei assumpturum esset corpus humanum. Omnes enim apparitiones veteris testamenti ad illam apparitionem ordinabantur, qua ipse filius Dei apparuit in carne. Est etiam

Dio. 15. ca. cæl. hier.

Dio. 4. ca. cæl. hierar.

Hebr. 1.

Luc. 24.

Aug. 16. de ciuit. Dei.

Digitized by Google

etiam notandum quod sicut in sacra scriptura proprietates rerum intelligibilium sub similitudine rerum sensibilium describuntur: ita corpora sensibilia, quæ angeli assumunt diuina virtute sic formantur ab eis, vt congruant ad representandum angeli proprietates: & hoc est corpus assumere. Habemus ergo tres rationes quare angeli cum incorporei sunt, in corporibus tamen nobis apparẽt. scilicet tum ad ostendendum futuram nobis societatem, tum ad figurandum Christi incarnationem, tum ad tradẽdum nobis per sensibilia de seipsis cognitionem.

Dio. 15. cap. hie. Tertiò ignis in sua sphæra propter sui subtilitatem, est nobis inuisibilis: vnde Dio. dicit, quod ignis est incontemplabilis oculis carnalibus, id est, inuisibilis propter suam subtilitatẽ. Nã lucidũ nó videtur à seipso nisi sit in materia spissa. Vnde dicitur inuisibilis, prout est in materia tenui. Et in hoc ignis repræsentat angelorum inuisibilitatem, quia sicut de se sunt incorporales, ita etiã sunt inuisibiles: apparent nobis visibiles, vt dictum est de igne, prout est in materia spissa. Quod quidẽ sic verum est, quia tunc angeli sumunt corpora in quibus visibiliter conspectibus nostris apparent. Formant igitur talia corpora ex ipsa virtute diuina, quantũ necessarium est ad corporis assumẽdi formationem. Nam licèt aer (in sua varietate manens) figuram non retineat vel colorem, tamen quando condensatur figurari & colorari potest, sicut apparet in nubibus. Ad ostendendam igitur propterea inuisibilitatem, quam angelus ex se habet, dixit angelus Tob. 12. Raphael Tobiæ: Videbar quidem vobiscum mãducare et bibere, sed ego cibo inuisibili & potu qui ab hominibus videri nó potest vtor. Arist. 2. de ani. Quia enim ex eisdẽ nutrimur ex quibus sumus (sicut in secũdo de anima Philosophus dicit:) ficuti angelus est ex natura inuisibili, ita etiam inuisibili, vtitur nutrimento.

Item ignis inter omnia elemẽta habet eminentiam altiorem scilicet quo ad situm: vnde Dio. dicit quod ignis est altus scilicet quo ad locum proprium, qui est super omnia elementa scilicet immediatè sub orbe lunæ. Et hæc altitudo situs competit igni ratione leuitatis, quia locus leuium est sursum, sicut grauiũ deorsum. Ex hac autem altitudine ignis, ostenditur angelorũ sublimitas quoad sex. Primo quoad situm localẽ, quia sicut sphræa ignis, est locata super oẽs sphæras elemẽtorũ, ita angelica natura creata & locata est super omnes sphæras cœlorum, scilicet in cælo empyreo: quod statim factum (vt dicit Strabo) angelis est repletum. Cælum autem empyreum, supremum cælũ est, propterea super illud Deuteronomij, Deut. 10. Domini Dei tui est cælum cæli hier. dicit, Isido. quod supremum cælũ est cælum angelorum. Nam quia ex creaturis corporalibus & spiritualibus vnum vniuersum est cõstitutum, sic creatæ sunt creaturæ spirituales, quod ad creaturã corporalem aliquem ordinem habẽt & tori creaturę corporali præsidẽt, vnde conueniens fuit, quòd angeli in supremo corpore crearentur tanquam toti naturæ corporeæ præsidentes. Attendendum est autem quod ignis licèt sit in summo locatus, tamẽ virtute Solis mouetur & descendit ad mixtionem aliorum inferiorum. Quodlibet enim elementum habet in cælo aliquod mouẽs ipsum, sicut terra mouetur ab orbe stellarum fixarum: & ideo diuersæ rerum species in ipsa generantur. vnde diuersæ figuræ terrestrium respõdent diuersis imaginibus stellarum. Dio. de cæli hi. rar.

Digitized by Google

rum. Aqua verò, ab orbe Lunæ, ſicut patet in fluxu & refluxu maris.

Ignis verò ab orbe Solis. Aer verò propter multitudinem motuum in ipſo ab aliis quinque planetis, qui ſunt multorum motuũ. Sicut ergo ignis quanquam ſit altus, tamen virtute Solis deſcendit ad mixtionem inferiorum: ſic etiã angelorum plurimi quanquã fuerint in cælo creati vel locati, iuſſu tamen & ordinatione Dei deſcẽdunt & veniunt in mundum ad rerum temporalium adminiſtrationem, & humanę ſalutis procurationem. vnde Apoſt. dicit, quòd omnes ſunt in miniſterium miſſi propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis. Ex hoc tamen quod Apoſt. dicit, Omnes, non accipiẽdum eſt quod omnes vniuerſaliter angeli mittantur in miniſteriũ quia ſecundum Diony. quatuor ſuperiores ordines, Cherubin Seraphin, Troni & Dominationes, nunquam ad exterius miniſteriũ mittuntur, ſed ſolum quinque inferiores, ſcilicet. Virtutes, Poteſtates, Principatus, Archãgeli, Angeli. Nihilominus tum ſolũ primi tres ordines dicuntur aſſiſtentes, reliqui verò ſex ordines dicuntur miniſtrantes. Vnde Dominationũ ordo inter miniſtrantes computatur, non tanquam exequens miniſterium, ſed ſicut diſponens & mandans quid per alios fieri debeat: ſicut Architectores in ædificiis, nihil manu operantur, ſed ſolũ diſponunt & præcipiũt quid alij debent operari. Dicit ergo Apoſtolus, omnes mitti, non quia ſuperiores, vt dictum eſt, ad executionem miniſteriorum mittuntur: ſed quia inferiores qui mittũtur ab eis myſteriis illuminãtur. Vel intelligitur, quòd ſpiritus illi qui ſunt ad miniſteria deputati, omnes propter eandem cauſam ſunt adminiſtratorij, id eſt, in miniſterium miſſi, ſcilicet propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis, quamuis vniuerſaliter omnes angeli ſint tales. Et licet ange li venientes in mundum exeant à cælo empyreo, in nullo tamen derogatur ex hoc eorum dignitati, quia licèt ſit eis cælum empyreũ ex quadam congruentia deputatum, nihil tamen propter hoc dignitatis recipiunt ab eo: & ideo quando actũ nõ ſunt in cælo empyreo, nihil eorum dignitati ſubtrahitur, ſicut nec regi quando non actu ſedet in ſolio regali.

Hebr. 1.

Diony. de cæl. hierar.

Item ex angelorum occupatione exteriori contemplationis internæ puritas nullatenus impeditur: quia duarum operationum, quarum vna eſt regula & ratio alterius, vna non impedit, ſed iuuat aliam. Vnde cum angelus per ſolam intellectualem actionem regulat ſuas actiones exteriores: ſequitur quod interioractio ex ipſis exterioribus actibus impedimẽtum non habeat, ſed potius iuuamẽtum. Et ideo Greg. dicit, quod angeli ſic foras non exeunt quod internæ cõſolationis gaudiis priuentur. Secundò ex altitudine ignis, oſtẽditur angelorũ ſublimitas quoad ſufficientiã ſubſtantialẽ. Nã ita ſufficiẽs eſt ſibi ignis ſubſtantia, quod abſq; alicuius nutrimenti vel materię extraneę ſubſidio per ſe ſubſiſtere & conſeruari poteſt: vnde Diony. dicit, quod ignis eſt altero non indigẽs. Hoc autẽ nõ cõpetit igni niſi prout eſt in loco proprio & altitudine ſphęræ ſuæ. Nã extra locum ſuũ indiget aliena materia ad ſui multiplicationẽ & conſeruationem. Similiter igitur angeli ſunt formæ per ſe exiſtentes & ſubſiſtẽtes, corporalis materiæ ad unctione non indigẽtes, ſicut indiget humana anima, corpore quoad tria: Primo quantum ad ſpeciei conſtitutionem, quia licèt anima poſſit ſubſiſtere

Greg. 2. moral.

Dio. de cæl. hie.

Digitized by Google

ſiſtere per ſe ſine corpore, ſicut patet de animabus ſeparatis, non tamē habet completā rationē vel eſſentiā ſpeciei humanæ, cū ipſa ſit pars humanæ ſpeciei: vnde homo dicitur quod compoſitū eſt ex anima, & corpore. Et ideo Aug. 19. de ciui. Dei. Augu. commēdat Varronē qui hominem nec ſolā animā nec ſolū corpus, ſed animā & corpus arbitrabatur. Sed angelus habet etiā ſine aliquo corpore per ſe completum eſſe in ſpecie. Et ideo cōmuniter tenetur quod intelligentia, id eſt, angelus nulli corpori vnitur, vt forma, ſed tantum ſicut motor, & hoc modo vnitur corpori cæleſti.

Iteē animæ humanæ indigēt corporibus ad ſui multiplicationem ſiue indiuiduationē. Nā (ſicut dicit Aui.) impoſſibile eſt eſſe multiplicationē indiuiduorū ſub vna ſpecie niſi ex diuerſitate materię: quia ex diuerſitate principiorum formaliū, ſequitur diuerſitas ſpeciei. Cū igitur animæ non habeāt materiā ex qua ſunt, oportet, quod in eis ſit multiplicatio ſecundū diuiſionē materiæ, in qua ſunt ſcilicet ſecundū diſtinctionē corporū. Angeli autē quia, nec materiam habēt ex qua ſunt, nec etiā materiam cuius ſint. formę, non multiplicantur ſecundū diuiſionē alicuius materię, vnde eſt in eis multiplicatio ſolūm ſecundū diuiſionē formalē, ad quā ſequitur etiā diuerſitas ſpeciei. Vnde perfectio naturæ angelicæ, requirit quidem multiplicationē ſpecierū, ſed non indiuiduorum ſub eadē ſpecie, & ideo patet, quod non indigēt angeli corporibus ad ſui multiplicationem ſicut animæ humanæ.

Tertiò indigēt animæ humanæ corporibus ad intellectualē perfectionem propter hoc quod anima humana imperfecta eſt de ſe & in potentia exiſtēs, infima in genere intelligibilium ſubſtantiarū, non habens in natura ſua plenitudinē ſcientię, & ideo indiget vniri corpore, vt a rebus ſenſibilibus per ipſius corporis ſenſus ſcientiā acquirat. Sed angeli ſunt perfecti in natura intellectuali ita, quod non indigēt cognitionē accipere à rebus ſenſibilibus: vnde nō intelligunt per ſpecies à rebus acceptas ſed per ſpecies connaturales. ſ. ſibi à Deo in ſua creatione infuſas. vnde Dio. dicit, quod angeli non congregāt diuinā cognitionē à rebus diuiſibilibus aut ſenſibilibus. Et ideo patet, quod propter intellectualē perfectionē ſeu cognitionē, non indigēt vniri corporibus. Dio. de di. no. Cap. 7.

Tertiò oſtēditur angelorū ſublimitas ex altitudine ignis quo ad impaſſibilitatem corporalē. Nam ignis, vt in altitudine loci ſui non eſt noxiarū, vel turpiū paſſionum receptiuus, ſicut eſt terra, aqua & aer, quæ frequēter inficiuntur, & fœdantur ſordibus & immūditiis & fœtoribus aliorum corporum: vnde Dio. dicit, quòd ignis nō eſt recipiēs pedeſtrem, id eſt, ignominioſam ſubiectionē, quia cū ſit in ſupremo loco, nō pedibus cōculcatur, ſeu teritur, ſicut terra, quæ eſt in infimo: nec fiūt ſuper ipſum immūditiæ, ſicut ſuper terrā, vel aquā. Et nota, quòd quāto corpus eſt in loco eminētiori tāto eſt nobilibus ſecundū naturā: quia habet plus de ſpecie, ſpecies enim eſt in terminis, vt dicit philoſophus, & ideo ignis ſecundū altitudinē loci ſui nō recipit cōtumeliā minorationis. Similiter angeli cum ſint immateriales & incorporei, naturā habent impaſſibilē, vnde corporeis, ac ſenſibilibus paſſionibus nō ſubdūtur neq; minorātur. Et ideo Chriſtus propter naturam quā ſuſcepit paſſibilē, dicitur fuiſſe ab angelo paululū minoratus ſecundū illud Pſalm. Minuiſti eū paulò minus ab angelis. Dio. de cæl. hie. Pſal. 8.

Quarto oſtēdit ignis, ſublimitatem angelorum quo ad notitiam intel-

Digitized by Google

Dio. de cæl. hierarch.

intellectualē. Nam ignis (vt Dio. dicit) est sursum latus. Hoc autem competit igni, in quantum est extra locum suum, quia naturaliter ad locum suum qui est sursum redire conatur. Sic angeli secūdum intellectum mouentur sursum in Deum, accipiendo motum non secūdum quod est actus perfecti, id est, existentis in potentia, sed secundum quod est actus perfecti, id est inexistētis in actu. Dicit enim sic Dio. quod mentes angelicæ intelligendo mouentur: & sic angeli sursum feruntur, quia quæcunq; intelligendo cognoscunt in Deum referūt. Distinguit enim in eis Aug. duplicē cognitionē rerū, scilicet matutinam prout scilicet cognoscunt primordiale esse rerū & hoc prout res sunt in Verbo, & per talem cognitionem manifestū est quod sursum feruntur. Itē vespertinam, prout scilicet cognoscūt esse rerum creatarum secundum quod in propria natura consistunt. Nam esse rerū creatarū fluit à Verbo sicut a quodā primordiali principio, Et hic effluxus terminatur ad esse rerū quod in propria natura habent, & in hac etiā cognitione angeli beati referuntur in Deum, quia cognoscētes creaturā non in ea figuntur, sed, hoc ipsum referunt ad laudem Dei, in quo sicut in principio omnia cognoscunt. Et hinc est quod Geneſi in creatione rerum post vesperā non nominatur nox, sed mane, quia mane sit finis præcedentis diei & initium sequentis, cum dicitur factū est vespere & mane dies vnus & ad signum quod ipsi angeli cognitionem præcedentis operis ad laudem Dei referunt.

Dio. de diu. no cap. 4.

Aug. super Ge. 4. & 11 de ciui. Dei.

Gen. 1.

Quinto ostendit ignis, angelorum eminentiam quantū ad obedientiam ministerialē. Nam ignis (vt dicit Dio.) est semper mobilis, alia autem translatio dicit semper motus. Semper autem moueri non competit igni secūdum proprium motum, sed secundū quod est sursum in propria sphæra & mouetur motu cæli, quia non solum est verum in orbibus quod inferior mouetur motu superioris, sed etiam in omnibus corporibus attingit inferius motus superioris quantum potest. Vnde quodlibet elementorum mouetur ab aliquo orbium. Ignis autē à Sole & Marte, vt dicit Rabbi Moyses. Et motus talis non est rectus, sed circularis, & sic potest esse semper non à virtute intrinseca semper mouente, sed a virtute extrinseca & iste est motus innaturalis igni secundum quod est in specie sua: sed naturalis secundum quod est elementū, quia aliter nō posset venire ad mixtionem nisi ex qualibet parte deferretur per radios solis. Sicut ergo ignis est semper mobilis siue motus secundū Dio. sic etiam angelus dicitur esse substantia semper mobilis secundum Damasce. quod quidem qualiter intelligendum est, expositum est supra in principio huius capituli.

Rabbi Moyses

Damas.

Item sicut ignis in sphæra sua mouetur motu cæli. Sic etiā angelus ad peragenda ministeria, mouetur motu voluntatis Dei. Vnde Psalm. Benedicite domino omnes virtutes eius ministri eius qui facitis voluntatem eius. Et quantum ad hanc obedientiam ministeriorum inueniuntur angeli, & si non ex natura sua, tamen ex Dei prouidentia semper mouētes & semper moti. Mouent enim orbes angeli (secūdum philosophos) motu sempiterno & sic sunt semper mouētes: sed quia hoc faciūt diuinæ voluntatis imperio quod semper exequūtur, ideo sunt quodam modo semper moti eo modo quo ille cuius imperio aliquid fit, dicitur esse mouens ad illud.

Psa. 102

Diony. cap. 5. de cæl. hier.

Sexto ostendit ignis, excellentiā angelorum quo ad disparentiam

Digitized by Google

Diony. de cæl. hierar. cap. 5.

visualem. Dicit enim Dionysius, quod ignis est resiliens quod potest intelligi triplicirer, Vno modo resiliens à loco infimo. Videmus.n.quod flamma ignis in candela si aliquls inclinet eam deorsum, statim resilit & flectitur sursum scilicet versus locum suum naturalem qui est sursum. Sic etiã angeli licet quandoque ministrãdo descendunt & visibliter interdum appareant, completis autem ministeriijs disparent, & ad summa resilire siue redire dicuntur. Vnde angelus Raphaël expleto

Tob. 12. ministerio dixit Tob. & filio suo, Tempus est, vt reuertar ad eũ qui me misit, Vos autem benedicite Dominum &c. Et cum hoc dixisset, ablatus est a cõspectu eorum. Alio modo potest intelligi quod ignis resilit a corpore mixto. Elemẽta enim sunt in corpore mixto secundum esse primum, id est, secundum suas formas substãtiales, sed non secundum esse secũdum, scilicet suarum qualitatum intensarum, quia reductæ sunt ad medium. Sed etiã necesse est quando que ipsum mixtum dissolui & resolui in elementa, & tunc vnumquodque elementum redit in suã naturam & locum: & sic ignis dicitur resilire scilicet a corpore mixto vt quidam expositores volũt. Alij tamen nõ consentiunt quod elementa sint in mixto actu .s. secundum formas substantiales, sed virtute tantũ: & tunc est tertia expositio quod ignis resilit scilicet a combustibili apprehenso. Nam materia quam apprehendit, vsq; ad eius consumptionem nõ desiit, nec apprehenditur dum apprehendit, sed cõsumpto eo in quod agit, in se resilit, & ita dicitur resiliens. Sicut ergo ignis secundum primam expositionem resilit a corpore mixto cõpleto suæ durationis periodo, ita etiam angelus resilit vel recedit a corpore assumpto, completo suo officio, & tunc ipsum corpus redit in suum principium, sic etiam ipsum mixtum redit in elementa. Non autẽ hanc similitudinem sic assigno, vt dicere velim sic intelligendo, quod angelus misceatur corpori assumpto, sicut ignis cõmiscetur elemẽtis alijs in mixtione, neque quod resolutio corporis assumpti fiat in angelum, sicut resolutio mixti in ignem & in alia elementa, sed q̃ ipse angelus remanet per se dimisso corpore assumpto, sicut si ignis per se remaneret terminata resolutione mixti. Sed secundum aliam expositionem, ignis resilit a combustibili, non quia comprehenditur, sed potius cõprehendit ipsum: & sic etiam angelus dicitur resilire à loco in quo est vel vbi operatur, non quia continetur vel includitur a loco, sed potius ipse continet locum. Nam contineri & includi a loco competit corpori locato, prout est quantum quantitate dimensiua, quæ angelo non congruit cum sit incorporeus, sed est in eo quantitas virtualis, cuius applicatione ad aliquem locum, dicitur esse in eo. Sed tamen substantia iucorporea sua virtute contingens rẽ corpoream, continet ipsam & non continetur ab ea. Anima enim est in corpore vt continens, non vt contenta. Et similiter angelus dicitur esse in loco corporeo non vt contentus, sed vt continẽs aliquo modo. Item ignis inter omnia elementa habet potentiam seu virtutem ampliorem: & hoc propter excessiuam caliditatem. Et ideo secundum suam virtutem est inuisibilis, inpalpabilis, inalterabilis, & inuincibilis. Immensurabilis est ignis, dicit Diony. quia scilicet virtus eius nõ determinatur ad vnum terminum vt cõmensu rata illi. Videntus enim quod in combustendo non extendit se virtus

Diony. de cæl. hiera. cap. 15.

tus eius tantum ad vnum, immo quasi ad infinita si infinita cōbustibilia mueniret. Et similiter in eodem combustibili non habet certum terminum, vt. si comburat tantam partem ipsius, & nō plus. Vnde si esset aliquod cōbustibile infinitum, sine fine comburendo procederet. Habet etia ignis multos alios effectus facere. Vnde licet sit finitæ essentiæ, tamē virtus eius nō coarctatur ad vnum effectum, sed in omnia generata potest, propter quod virtus eius dicitur non esse commensurabilis alicui eorum. Hoc autem competit angelis, qui licet essentiam habeant finitam & limitatam virtutem, tamen habent respectu inferiorum non limitatam vel coartatam, sed quodammodo infinitam, inquātum scilicet virtus angeli non est ex se limitata ad vnū effectū tantūm, vel circa rem vnā tantūm, ita quod non possit circa aliam operari. Virtus etiam angeli non commensuratur inferiori rei, cui applicatur, quia quilibet angelus etiam minimus, habet altiorem & vniuersaliorem virtutem, quàm aliquod genus corporalium: & ideo virtus angeli non est commensurabilis alicui eorū. Vnde quod angeli diuersi, diuersis rebus præponantur, est non quia virtus angeli magis extendatur ad hoc corpus quàm ad illud, secundum suam naturam: sed ex ordine diuinæ sapientiæ quæ scilicet diuersis rebus, diuersos rectores præposuit. Dicit enim Augustus. quod vnaquæque res visibilis in hoc mundo habet angelicā potestatem sibi præpositam. Quia tamē virtus angeli simpliciter est finita & terminata, oportet, quòd quando applicatur ad vnum, tunc non applicetur ad aliud. Et hinc est, quod quia angelus per applicationem virtutis dicitur esse in loco, quod nō potest esse angelus in pluribus locis simul, sedtantum in vno determinate, maiori tamen vel minori secūdum quod voluntariè applicat virtutem suā ad corpus maius vel minus.

Aug. si. 83 quæst

Item ignis (vt dicit Diony.) est incomprehensibiliter impalpabilis, id est, non comprehenditur tactu, quia propter vehementiā & improportionem caloris soluit proportionē sensus. Angelus alia ratione non est palpabilis, scilicet propter naturam spiritualem, & incorpoream, quæ non subiicitur sensibus aut qualitatibus sensibilibus, vt tangi, vel palpari possit. Item ignis est inalterabilis à sua caliditate: quia non potest ignis, manens ignis, infrigidari, sicut aqua manēs aqua potest calefieri. Sic angeli beati nō recipiunt transmutationem de bonitate in malitiam, quamuis hoc non habuerūt primitus ex natura sed ex gratia, cum fuerint creati in libertate arbitrij: & econtrario dæmones de malitia in bonitatem nequeunt transmutari. Vel etiam angeli de scientia in obliuionē vel ignorantiam minimè transmutantur. Possunt tamen decipi dæmones & errare nō quidem quantum ad ea quæ naturaliter rei conueniūt vel remouētur ab ea, sed quātū ad ea tantū quę à supernaturali Dei ordinatione dependētificut si considerans Lazarū mortuū, iudicasset eū nō resurrecturū. Itē ignis est inuisibilis. vnde Dio dicit, quod est per se potens omniū: Nam per suā virtutē actiuā videmus, quod ignis potest super omnia ista generabilia & corruptibilia, nec vinciturab eis: vnde & omnia trāsmutat, etiā ferrū & lapides & quæcūque fortia. Sic angeli habent dominiū & potestatē supra totā naturā corporalē, propter quod Au. dicit, quod omnia corpora regūtur per spiritū vitæ rationabilē. Et Gre. dicit, quòd in hoc mundo visibili nihil

Aug. 3. de Tri. Greg. 3. Dial.

Digitized by Google

nihil niſi per creaturam inuiſibilem diſponi poteſt, vnde natura corporalis ad nutum obedit angelis quantū ad motum localem, licet non quantum ad alias tranſmutationes formales, niſi mediāte motu locali alicuius corporis moti, vt tradit Aug. ibidem. Item ignis inter elementa habet reſplēdentiam clariorum, nam ignis eſt exſe lucidus nobis occultus, & aliorum illuminatiuus : propter primum dicit Aug. quod ignis eſt omnino ſplendens exiſtens. Vbi dicit expolitor quod tam igneum elementi quam igneum cæli lucidum eſt in ſe, licēt non ſemper viſibus noſtris ſubiiciatur propter materiam in qua eſt, vt ſtatim declarabitur. Similiter etiam angeli in ſe quidem habent naturam lucidam & maximè manifeſtā cū ſint formæ ſeparatæ & actu intelligibiles: vnde Philoſophus, vocat eos manifeſtiſſima naturæ.

Ariſt. 1 met.

Secundo iguis eſt nobis occultus, id eſt, inuiſibilis, ſcilicet in propria ſphæra vt dicit Alexander: vnde Dio dicit quod non obſtante quod ſit in ſe lucidus, tamē nobis eſt occultus, non adhibita materia in quæ ſuam operationē manifeſtat, quam eſt lucere. Nam propter ſui ſubtilitatē & tenuitatē, non ſubiacet viſibus noſtris tā eſſet in materia tenui ſed ſolū ſecundū quōd eſt in materia cuius partes & cōſtāt adunantur. vnde dicit Auic. quod ex cōgregatione diaphani fit lucidū, vt patet in criſtallo: & propter hoc ignis vt dictū eſt, in materia ſua nō lucet. Et ſi obiiciatur q etiam prout eſt in propria ſphæra manifeſtatur lumē eius in galaxia. Dicendum eſt quod galaxia non eſt ex ſplēdore ignis, quoniā ac ſphęre eſſet in ea dē parte cæli. compertū eſt autē, quod mouetur in centū annis gradu vno. Sed cauſa etiā eſt multitudo ſtellarum minutarū in illa parte cæli, quarum lumē videtur continuum. Similiter etiā angeli non obſtante quod in ſe ſint maxime intelligibiles, tamen quo ad nos ſunt occulti & ignoti, niſi in quātū manifeſtāt ſe nobis in ſuis effectibus quos agūt in iſtis ſenſibilibus, & hoc eſt propter impropportionē intellectus noſtri, qui dum cōiūctus eſt ſic ſenſibus vel fantaſmatibus vt dictū eſt, ſe habet ad eos ſicut oculus nicticoracis ad lucē Solis. Intellectus enim, cōiunctus ſenſibus non poteſt intelligere niſi ad conuerſionem ad fantaſmata & ſine cōtinuo tempore. Sed angelorum non ſunt fantaſmata, nec tēpori nec continuitati ſubdūtur: quare eos prout ſunt in ſe & ſecundum ſuas quidditates. intelligere non valemus.

Auic.

Tertio ignis eſt aliorū illuminatiuus, dicit autē Dio. quod ignis eſt circumuelatis illuminationibus illuminatiuus: ſic enim habet antiqua tranſlatio, & intelligitur circūuelatis, id eſt, circumpoſitis ſubſtātiæ eius, id eſt, à lumine capitis, quia. ſ. ignis proprie ex ſe nō habet illuminare, ſed ab exteriori ſecundū quod cōicat cælesti corpori, vt dicit Philoſoph. Hæc autē illuminatio competit angelis & quantū ad ſeipſos ſecundū quod ſuperiores de his quæ à Deo percipiūt, illuminant inferiores: vnde Dio. dicit quod vnaquæq; cęleſtis eſſentia intelligentiā ſibi à ſuperiori datā inferiori cōicat. Et poſſet etiā pro tanto dici quod ſuperior illuminat inferiorē circūuelatis illuminationibus, quia ea de quibus illuminātur, nō ita excellenter & clarè recipiūtur ab inferioribus ſicut ſunt in ſuperioribus, & ideo ſuperior angelus veritatēquā accipit quodāmodo, vt ita dicam, ingroſſat vt ab inferiori capi poſſit. Et ideo Dio. dicit in prædicto capitulo quod vnaquæque ſubſtātia intellectualis datā ſibi à ſuperiori

Dio. de cæl, hie. cap. 1

Dio. ca. 15. cæl. hie.

Dio. ca. 30. cæl. hic

Digitized by Google

nori intelligentiã prouida virtute diuidit & multiplicat ad inferiore, sursum ductrice analogia. Homines autem ab angelis circumuelatis illuminationibus illuminantur: quia intellectus humanus ipsam intelligibilem veritatẽ nudã capere nõ potest, cũ naturale sit ei intelligere per cõuersionẽ ad phãtasmata: vnde angeli intelligibilẽ veritatẽ proponũt hominibus sub similitudinibus sensibilium. Et iõ Dion. dicit quod impossibile est nobis aliter lucere diuinum radium nisi varietate, sacrorum velaminum circumuelatum.

De anima humana variabili natura, qua triplici aeris variationi similis esse perhibetur, ac de multiformibus septem planetarum in nobis effectibus, per Zodiaci signorum coniunctionem ex Astronomorum sententia. Cap. V,I.

ANima variatur ad modum aëris. Nam aër in suis qualitatibus habet variationem tripliciter.

Primo ex distãtia cæli, quia quãto aër est à cælo remotior & terræ vicinior, tãto frigidior & grossior & terrenæ qualitati similior, licet aër terræ vicinus ex reflexionis radiis aliquando incalescit. Sic quanto est à Deo anima per peccatum longinquior, tanto est per malitiam frigidior & ad spiritualia intelligenda grossior & ad tẽporalia per affectum terrestrior. Causatur etiam immutatio aëris per solis approximationem vel elongationem: quia approximatio est causa caloris, sed elongatio est causa frigoris. Appropinquat autẽ animæ Sol iustitiæ, Christus, per gratiam, quando. Ipsa anima appropinquat sibi per pœnitentiã.

Iac. 4 Iac. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis, & tunc causatur in anima calor et feruor amoris, elõgatio autẽ Solis, id est Christi ab anima nunquam fit nisi ex

Ps. 118 culpa. Psalm. Longè à peccatoribus salus. Et tunc fit in anima frigus, quia extinguitur affectus, & feruor circa spiritualia.

Item sol li cum Saturno frigido sidere in frigido signo conuenerit in aëre frigus intenditur. Si verò cum Marte & calido planeta concurrerit, fit in aëre excessus caloris. Est autem in anima quasi sol naturalis splendor & lumen propriæ rationis, qui si cum Saturno, id est corpore pigro & frigido cõuenerit, id est, concordauerit in signo frigido, id est, in suo carnali appetitu, vel desiderio; intenditur & crescit in anima frigus illud, id est, peccati malitia: frigus enim est qualitas mortificatiua: quia si secundum carnem vixeritis moriemini, dicit Apoc. Sed tunc sol Rom. 2 rationis conuenit cum Marte, quando concordat rationis deliberatio siue meditatio cum bona & feruenti voluntate. Et tunc crescit desiderij feruor vel affectus amoris. Psalm. Conculcauit Psal 31. cor meum intra me, & in meditatione mea exardescit ignis.

Secundo variatur aër ex qualitate venti. Nam aër in montibus frigidior est, in vallibus calidior. Et ratio est secundum Constanti- Macro. num, quia boreas ventus frigidus habet ortum ab eminenti zona, vnde libere expetit loca alta, & mouetur ibi & subtilitat aërẽ, et sic frigoris est cã. Omne enim sub tile dũmodo exhalationẽ habeat, per motum infrigidatur. Econtra autem in vallibus aër est quietus, quem non impellit de facili ventus frigidus, & sic est calidus. Ma- Const. crobius autem aliã causam huius assignat dicens, quod hoc est ex aggregatione radiorum qui multiplicantur in vallibus magis quã in montibus, immo si ad montes veniunt, non ibi subsistunt, sed ad valles descendunt: vbi cum vltra procedere nequeunt, ibi multiplicantur & conculcantur & sic calorem maximũ generant. Vnde niues in vallibus liquescunt citius

Digitized by Google

quàm in montibus. Et huic sententiæ concordat Philosophus. Aer ergo montium est vita magnorum, quæ vento agitata superbiæ, abundat in frigore malitiæ. Aër autem quietus vallium, est vita tranquilla humilium, ad quam ventus inquietudinis & superbiæ non ingreditur. Ibi etiam radij, id est, cælestes illuminationes & consolationes multiplicantur, ex quibus amoris & deuotionis feruor plurimum augmentatur.

Aristot. 14 methe.

Tertio aër immutatur ex situ loci, quia in terra vicina mari septentrionali aër frigidus est ex vapore frigido à mari resoluto, vnde ibi calor est debilis, propter quod illud mare parum salescit, & ideo ponticū mare est quasi dulce. In mari autem australi est contrariū ex contraria causa. Mare autem septentrionale vitam peccatorum signat, quæ mare propter inquietudinem dicitur: Septentrionale autem à septem stellis frigidus arcturi quæ ibi præsunt, id est, à septem vitiis capitalibus quæ in peccatoribus dominantur, ibi est aer, id est, anima frigida frigore peccati & malitiæ. Vbi etiam deficit aqua salsa siue amara præsentiæ, & abundat aqua dulcis carnalis concupiscentiæ. Econtra autem in australi, id est, in conuersione pœnitentiæ, de qua in Psalmis dicitur, Conuertere domine captiuitatem nostram sicut torrens in austro: conlurgit vapor contritionis calidus per feruorem humilem, per lachrymarū compunctionem, ex quo fit aër calidus, id est, anima feruens etiam in amore Item anima in vita ista tanto plus sentit de mundi amaritudine, quã to plus habet de terrena affectione: & econtra, tanto plus percipit de cælesti dulcedine, quanto plus est purgata à terreno amore, & magis assidua in contemplatione. Cuius exemplum est, quod aqua marina, quæ mixta est grosso terreo combusto, amara est, siue salsa. Sed aqua dulcis est mixta aereo & purgata a puluere terreno. Quasi autem terreum grossum & combustum est amor terrenorum, qui animam reddit terrenam per assimilationem, quia anima (vt dicit Hugo de sancto Victore) in illius rei quam diligit similitudinem transformatur. Ità reddit animam grossam quo ad contemplationem spiritualem; & combustam, quo ad affectionem temporalium, vt temporalia nimis ardenter diligat. Hoc ergo amore dum anima respergitur, afflictione multiplici frequenter amaricatur. Sed si fuerit anima aera, id est, spirituali amore coniuncta, & a terreni amoris puluere purgata, tũc cælesti & spirituali dulcedine, quàm pluries erit plena. Item anima habet aspectus & affectiones similes aspectibus signorum & domorũ cæli. Distinguunt enim Astrologi quinque planetarum aspectus, scilicet coniunctum, oppositum, sextile, tertium, & quartum. Coniunctus aspectus est, quando vnus planeta irradiat super alium in eodem signo citra quindecimu gradum, secundùm Azaelem. Et (vt idem tradit) fortissimus & pessimus dicitur, & præcipuè quando duo planetæ maleuoli (vt sunt Saturnus & Mars) coniunguntur in signo eiusdem complexionis puta in Ariete vel Tauro. Et hic aspectus signat amicitiam & concordiam malorum hominum ad inuicem conuenientium in aliquo facto: & hæc vnitas pessima est, quia sicut periculosum est, si vnitas desit bonis, ita periculosum est si adsit malis, prout Greg. dicit. Alij tamen Astrologi dicũt, quod hic aspectus non est semper malus, sicut si Iuppiter & Venus coniungantur in libra vel in

Hugo.

Psalm. 125.

Greg.

Digitized by Google

in Geminis: & sic iste aspectus qui est inter beneuolos planetas, non est malus, quia bonorum concordia & conuenientia nō est noxia, sed bona. Oppositus autem aspectus est quando duo planetæ sunt in oppositis signis: qui dicitur pessimus propter contrarietatem signorum, & præcipuè quando planetæ habent contrarias qualitates, puta si Venus sit in Ariete & Saturnus in Libra. Et hic aspectus designat inimicitiam & discordiam superborum & tyrannorum ad inuicem quæ pessima est: quia causat fortissima & periculosissima bella. Sextilis autem aspectus dicitur, quando inter duos planetas sunt duo signa integra, vt quando aliquis planeta (in aliquo signo ascendente) aspicit tertium ante se, & tertium post se, & hoc est a tertio in vndecimum, verbi gratia. Si aliquis planeta fuerit in initio arietis, aspicit illum, qui est in capite geminorum ante, vel illum, qui est in initio Aquarij post se, quod est signum vndecimum. Et hic aspectus vocatur sextilis, eo quod teneat sextam partem cæli. s. quadraginta gradus. Et taliter aspectus est laudabilis, bonus, & fortunatus. Est enim signum domus dilectionis secundum Astrologos scilicet propter concordiam signorum in vna qualitate. Talis ergo est aspectus dilectionis spiritualis proficientis, scilicet charitatis, in qua homo proficiens & ascendens aspicit tertium ante se scilicet Spiritum sanctum qui est tertia in Trinitate persona à quo videlicet causatur ipse amor charitatis, secundum illud Apost. Rom. 5 Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, & tertiū post se, scilicet proximum. Nam homo in se habet duo quæ primo debet ex charitate diligere, scilicet animam suam & corpus suū: postea debet diligere proximum suum, sicut seipsum. Alius aspectus qui dicitur tertius est, quādo duo planetæ sunt in signis similibus. Et fit a quinto signo & nono. Verbi gratia, si planeta qui fuerit in initio Arietis, aspicit eū qui fuerit in Leone ante se, & eū, qui in Sagittario post se, quod est signum nonum. Et dicitur tertius, quia continet tertiam partem cæli scilicet 120. gradus. Et hic aspectus est optimus, quia est in signo per fidem amicitiæ, vt dicit Misaël, quia ibi non est contrarietas in qualitatibus signorum, præcipuè si fuerint planetæ in qualitatibus concordantes, vt Iuppiter & Venus. Hic repræsentat aspectum charitatis iam perfectæ, qui dicitur tertius: quia tria sunt quæ debet homo perfecta charitate diligere, scilicet Deum, seipsum, & proximum. Misa.

Quartus aspectus est à quarto signo & decimo. Verbi gratia, si planeta qui fuerit in initio Arietis aspicit illum, qui est in capite Tauri ante se, & cū qui est in capite Capricorni post se, quod est decimum signum. Vnde est aspectus quartus, quando sunt inter planetas tria signa integra. Et hic aspectus dicitur quartus, quia continet quartam partem cæli, scilicet 90. gradus. Et hic aspectus dicitur esse malus, quia in illo signo sunt iræ, inimicitiæ, & inuidiæ, vt dicunt Astrologi, scilicet propter contrarietatem signorum puta si Sol fuerit in Ariete, & Saturnus in Cancro. Possumus autem dicere, quod hic aspectus malus repræsentat aspectū quatuor malarum affectionum, quæ semper aspectum faciunt esse malum, scilicet inuidia, ira, odiū, & luxuria. Malus enim est aspectus inuidorum. Eccl. Nequā est oculus liuidi, id est, inuidi. Item iracundorū: Eccl. 14

Digitized by Google

vnde de Saule irato contra Dauid dicitur, quod iam non rectis oculis respiciebat Saul Dauid. Item odientium siue inimicorum, quorum est aspectus insidiosus & fraudulentus. Eccle. In oculis tuis lachrymabitur inimicus, & si inuenerit tẽpus, non satiabitur sanguine. Item luxuriosorum, quorum est aspectus infectus & corruptus. 2 Pet. Oculos habentes plenos adulterijs.

1.Re.18

Ecc.12

2 Pet.

Hominum in vitijs seu virtutibus ac artibus naturalis proclinitas, ex anima, vi corporisq; complexione ob planetarum variabilem influxum & in corpore dominiũ, ortum habere declaratur.

Cap. VII.

APtitudines virtutum, vitiorum & artium insunt hominibus ex natura, non tantum ex parte animæ, sed etiam ex parte corporis & complexionis quam anima vt plurimum sequitur. Nã diuersi homines sunt apri & dispositi naturaliter ad diuersas artes. Et hoc est propter vires & dominium diuersorum planetarum. Verbi gratia, quantum ad virtutes vel opera virtutum, Saturnus (vt dicit Ptolomæus) disponit homines ad doctrinam. Iuppiter ad honestatem: Mars ad magnanimitatem. Venus ad amicitiam, Mercurius ad eloquentiam & sapientiã. vnde (secundum Ptolom.) Mercurius dat esse studiosos, & scientiæ numerorum amatores. Sol ad virtuosum spiritum & animam: Luna ad pudicitiam. Similiter quantum ad vitia Saturnus (vt dicit Ptolo.) disponit ad pigritiam, Iuppiter ad vanam gloriam & pompam diuitiarum & honorũ & vestimentorum, vnde dicit Ptolo. quod sub Ioue sunt honor & diuitiæ & optimum indumentum. Mars ad iram, vnde secundũ Ptolo. sub Marte continetur prælium, carcer & inimicitiæ, præest enim Mars choleræ & igni, & cholericæ complexioni, vnde disponit ad audacitatẽ & animositatem & appetitum vindictæ: & ideo Mars ab antiquis Deus vocabatur bellorum. Venus disponit ad luxuriam & voluptates: Sol ad auaritiam. vnde dicit Ptolo. quod sub Sole continetur spes lucri, fortuna & hæres. Mercurius ad furtũ & mercationum fraudes. vnde Ptolo. dicit quod sub Mercurio continetur fortunium, negociatio, & furtum. Luna autem (secundum Ptolo. & Albumasar) existens in secundo signo post ascendens, efficit & ostẽdit mœrorem & tristitiam. In quarto vero & quinto & octauo efficit & designat rixam, anxietatem, fugam & mutabilitatem. Similiter quantum ad artes. Saturnus disponit homines, vt sint terrarum cultores, & grauium ponderum portitores, trapezetę, id est campsores. argenti tractatores, & scriptores. Mars verò disponit ad artes & operationes igneas vt furnarios & ferrarios. Venus verò vt sint cantores, musicorum amatores, specierum confectores, artifices & vestium mulierum incisores. Mercurius verò disponit ad scientiam & visum calculi & computationis, & ideo dicitur fuisse Deus mercatorum. Sol verò habilitat hominem ad omnia opera auri si fuerit in exaltatione sua. Si verò in cantus, ad omnia opera æris habilitat & disponit. Luna vero disponit ad artes nauticas, & aquaticas.

Ptolo.

Album.

De vmbra effectibus septem, qui Auaritiæ vitio detestabili pluribus de causis optimis similitudinibus ascribuntur.

Cap. VIII.

AVaritia assimilatur vmbræ propter septem. Primo quia vmbra est luminis impeditiua, sic & cupiditas auaritiæ impedit animæ lumen gratiæ. Nam sicut vmbra terræ causat eclipsim lunæ, scilibet

scilicet quãdo terra interponitur inter lunam & solem, ita terrenorum cupiditas causat eclipsim animæ, quando interponitur inter eã
Psal.73. & Deum. Psal. Repleti sunt qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum. Greg: Tenebra animæ
Greg. est diuitiarum cupido. Secundo quia vmbra est caloris repressiua, vel totaliter extinctiua: & sic cupiditas siue auaritia caloremi charitatis minuit vel extinguit. Minuit quidem quia tãto minus diligitur Deus, quanto magis diligitur mũdus. Si ergo amor cupiditatis sit in ordinatus, nõ tamẽ in tantũ quod præferat, diuitiarum affectũ amori diuino, scilicet vt propter diuitias non velit aliquid contra Deũ vel proximum; diminuit quidem charitatem, sed nõ extinguit, quia tunc est peccatum veniale. vnde
Aug. li. 83. q. Aug. dicit, quod venenum charitatis est cupiditas rerum temporalium: augmentum eius, cupiditatis diminutio, vnde in perfectis nulla cupiditas. Si autem auaritia in tantum excrescit, quod præferatur charitati, scilicet vt propter diuitiarum affectum nõ vereatur facere contra amorem Dei & proximi, sic auaritia est peccatũ mortale & totaliter charitatis amorẽ
1. Io. 2 extinguit. Ioã. Si quis diligit mundum, nõ est charitas patris in eo. Tertio, quia vmbra est sterilitatis inductiua, quia nihil quasi crescit vbi est continua vmbra. Sic semina diuinorum verborum non possunt crescere & fructus producere, vbi est auaritia & diuitiarum
Mat. 13 cura solicita. Mat. Solicitudo seculi istius & fallacia diuitiarũ suffocat verbũ. Quarto, quia vmbra est serpentium amica & colubrorum nutritiua: vnde dicitur coluber, quasi colens vmbram. Ita auaritia maximè est serpentibus infernalibus, id est, dæmonibus accepta, quia maximè per eam animas
1. Thi. 6 illaqueant, vnde Apo. dicit quod qui volunt diuites fieri, incidunt in tẽtationem & in laqueum diaboli. Quinto quia vmbra est maturitatis fructuum retardatiua. Ita tenacitas auaritiæ, fructus pœnitentiæ & si non omnino aliquando impediat, tamen retardat: quia nullum penitentię opus homines sic difficulter vel negligenter faciunt, sicut malæ ablatorum restitutiones Suggerit enim diabolus illud verbum Psal. Beatus qui re-
Psa. 136 tinebit, &c. Sexto, quia vmbra est timoris excussiua, & hoc quia tenebrosa est. Ita simili modo auarus semper timet ne perdat quod acquisiuit, vel ne deficiat sibi quod habeat. Et ideo non liberè nec propriè vtitur eo. Propter quod dicit Hieronymus, Auaro
Hier. ad Pauli. tam quod habet, quàm quod non habet deesse fatemur.

Septimo, quia vmbra est somni prouocatiua, & hoc propter frigiditatem. Iob. Subvmbra dormit
Iob. 40 in secreto thalami. Ita similiter auaritia inducit somnum .i. profunditatem & immobilitatẽ peccati. Radix enim omnium malo-
1. Ti. 6 rum est cupiditas.

Aureolæ quæ Martyribus, virginibus, ac doctoribus, seu sacræ scripturæ prædicatoribus debentur, luminariumq; coronis pluribus rationibus comparantur: quæve de causa sic vocentur, quique sint, & vbi fiant explanatur.

Cap. IX.

AVreolæ sanctorum assimilantur coronis luminarium. Apparet enim circa solem & lunam & stellas notabilis corona quædam alba; quæ Græcè dicitur halon. Et ita quidam sancti notabiles, scilicet martyres, virgines & doctores præter communem coronam gloriæ quæ aurea vocatur, adhuc dicuntur habere aureolas. Et designat aureola quoddam accidentale præmium siue gaudium de operibus à se factis, quod habent ratione victoriæ excellentis.

Digitized by Google

quod quidem est aliud gaudium ab eo quo de coniunctione ad Deum gaudēt, quod gaudium dicitur aurea, vnde Exod. Facies super auream alteram coronam aureolam. Significantur ergo aureolæ in huiusmodi coronis. Primo ratione ordinis, quia scilicet sit in eis circulus post circulum. Nam sicut lapis proiectus in aquam quietam, facit circulu post circulum qui paulatim euanescit, Ita cum vapor quieto tempore est in aere rarus. nondum contractus in nubem, si radius solis, vel lunæ, vel stellæ cadat directè in centrum illius vaporis, diffunditur humidum circa radiū, ex hoc fit circulus post circulum: impulsum enim sequitur formam impellentis. Omne autem lumen naturaliter est rotundum. & ideo ille vapor rotundatur, & ita videtur iuxta luminare, cum sit prope terram. Ordo ergo circuli post circulum, id est, coronæ in sanctis illuminatis, repræsentat ordinem aureolæ post auream, vel vnius aureolæ post aliam in aliquibus beatis. Sicut quidam beati in cælo habent tantum auream quæ est omnibus communis, scilicet, perfectum gaudium, quod habēt omnes beati de perfecta coniunctione ad Deum. Et vocatur aurea siue corona, tum quia cum quadā pugna acquiritur, quia regnū cælorum vim patitur. &c. tum quia per hoc sancti efficiantur participes regię dignitatis. Vnde hāc auream habet beata Maria Magdalena Sed vlterius quidam alij super hoc habent aureolam, id est, quoddam accidentale gaudium de aliqua excellenti virtute puta de virginitate: sic etiam beata Martha quæ etiam fuit virgo. Et quidam super aureolam virginitatis adhuc habent aliam, scilicet prædicationis & doctrinæ, sicut beatus Dominicus qui fuit virgo & doctor. Et quidam post hunc circulum adhuc habent alium, scilicet martyrij, sicut beatus Petrus martyr de Ordine Fratrum Prædicatorum, qui fuit virgo, doctor, & martyr, & ideo ascendit aureola triplici dotatus.

Exo. 25.

Mat. 11.

Secundo ratione temporis, quia fiunt huiusmodi coronæ tempore temperati frigoris. Nam magnus valor vaporem dissipat, & frigus intemperatum nimis condensat. Est autem in mundo intemperarum frigus militiæ, & ideo non dantur ibi aureolæ, nec in inferno vbi intemperatus calor gehennæ: sed tantum in cælo, vbi est refrigerij temperamentum.

Tertio ratione significationis, quia hic circulus si circa periferiam spissatur & nigrescit, vel viridescit, significat humidas impressiones casuras. Si autem attenuatur & sic deficit, aut hoc est æqualiter, & tunc significat quietem & serenitatem aëris aut in vna parte, & tunc ex illis oritur ventus. Si vero rumpitur & laceratur in pluribus locis, significatur tempestas, secundum Senec. Ergo prima significatio scilicet humectatio per pluuiam doctrinæ refertur ad prædicatores. Secunda, scilicet serenatio, refertur ad virgines, in quibus serenatur mens ad victoriam carnis. Sed tertia, scilicet ventus vel tempestas refertur ad amores diuinæ passionis. Et in istis tribus tantum dantur aureolæ in cælo.

Senec.

Fonti fluuiéque Iordanis, Baptismatis sacramentum, ob varias eorum proprietates quæ hic exprimuntur, iure assimilatur.

Cap. X.

BAptismus assimilatur fonti propter septem.

Primo, quia fons est sui communicatiuus. Nulli enim se fons occultat, sed æquè pauperi & diuiti se com-

se communicat. Ita similiter etiã baptismus communis est, & nulli negatur, nec puero, nec seni, nec
Zac 24. pauperi, nec diuiti. Zac. Erit fons patens domui Dauid, in ablutionem peccatorum.

Secundo, quia fons est sordium abluiuus, & baptismus omnes ablait sordes peccatorum, scilicet originalis & actualis & venialis.
Iud. 15. Iudith. Exibat in vallem Bethuliæ, & Baptizabat, id est, lauabat se in fonte.

Tertiò, quia fons est locorum adiacentium sibi fœcundatiuus. Et ita etiam simili modo baptismus se suscipientes dicitur fœcundare, in quantum fructus gratiæ, id est, virtutes confert non habenti, & auget habentibus. Vnde
Psal. 22. super illud Psalm. Super aquã refectionis, &c. dicit glosa, quòd anima peccatorum ariditate sterilis fœcundatur per baptismum.
Pro. 6. Prou. veniet vt fons messis tua.

Quarto, quia fons est aquæ multiplicatiuus. Nam quamuis in ortu suo sit paruus, tamen propter indeficientem fluxum magnorum fluuiorum est causatiuus. Nullus enim est fluuius ita magnus quin occultè, vel manifestè a fonte aliquo nascatur. Ita similiter baptismus auget & multiplicat in adultis gratiam & vir-
Bei. 10 tutes. Hester. Fons patens creuit in fluxum, & in aquas plurimas redundauit.

Quinto, quia fons limpidus est rerum omnium in eo existentium ostensiuus. Quia scilicet vsque ad fundũ videntur, quæ sunt in eo. Ita baptismus dirigit in visionem spiritualem interiorem & exteriorem, interiorem quidem in quantum baptismus dicitur fidei sacramentũ, quæ oculos mentis idoneos facit ad visionem diuinorum. Exteriorem verò quia baptizatis conceditur inspicere sacramentum eucharistiæ, & non aliis, vt Dio. dicit, vnde baptismus (secundum Damas. & Diony.) dicitur habere virtutem illuminatiuã. Hiere. Quis dabit oculis meis fontem.

Diony.

Hiere. 9

Sexto, quia fons est caloris refrigeratiuus: quia baptismus est ardoris & concupiscentiæ, & fomitis mitigatiuus, inquantum in baptismo confertur gratia, per quam adhibetur remediũ ne fomes vel concupiscentia dominetur. Prouer. Fons vitæ, vt declinet
Pro. 17. à ruina mortis. Ruina enim mortis est concupiscentia, quia si secundum carnem vixeritis, moriemini, dicitur Rom.
Rom. 8.

Septimo, quia fons est in altum ascensiuus. Nam quanto primo descendit aqua fontalis, tanto postea ascẽdit. Vnde quia baptismalis gratia de cælo venit, in cuius rei signum cæli aperti sunt super Christum baptizatum, ideo ipse facit vsque in cælum ascendere baptizatos: & ideo dicitur
Luc. 3. baptismus aperire ianuam cæli.
Ioan. 4. Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.

Item baptismus est figuratus in fluuio Iordanis.

Primo, quia Iordanis lepram Naaman Syri mundauit: & similiter aqua baptismi mundat lepram, id est infectionem peccati.

Secundo, quia Iordanis regionem Iudæorum fidelium à regione infidelium diuidit: & similiter sacramentum baptismi distinguit religionem fidelium, id est, Christianorũ, ab omnium infidelium populis. Iob. Diuidit torrens á po-
Iob 28. pulo peregrinanti.

Tertio, quia Iordanis coram filiis Israël se aperuit, & ad terram promissionis siccũ iter exhibuit in quo significatur, quòd baptismus ianuam gratiæ nobis aperit, & ad terram promissionis, id est ad vitam æternam viam nobis facit. Ioannes: Nisi quis renatus
Ioan 3. fuerit

fuerit ex aqua & Spiritu sancto nō
poteſt introire in regnum Dei.

Quarto quoque quia Iordanis ex contactu mundissimæ carnis Christi, sanctificari meruit: vnde eo mediante Christus vim regenerationi contulit aquis. Et ipsum sacramentum humanæ salutis, id est baptismum, in aqua fieri instituit. Ephes. Mundans lauacro
Ephe. 5 aquæ.

Quintò, quia in Iordane Ioannes Baptista cælos apertos vidit, vocem Dei patris audiuit, filium in carne lauit, Spiritum sanctū in columbæ specie super ipsum descendere vidit: in quibus significatur, quòd baptismus ianuā cæli aperit, & ad sanctæ Trinitatis notitiam & visionem apertam, in qua consistit vita æterna, fœliciter introducit.

Octo beatitudines particulatim enucleantur quibus venti varij effectus pluribus rationibus conferuntur.

Cap. X I.

BEatitudines quæ enumerantur in sermone Domini in monte, possunt assimilari ventis. Nam primò ventus est nauigantiū deductiuus & promotiuus: fortissimè enim in mari currit si bono & forti vento nauicula impellatur. Hoc autem propriè competit primæ beatitudini quæ est paupertas spiritus. Nam pauperes spiritu sunt, qui per mare huius sæculi ad portum & quietem regni cælestis expedite & sine impedimento perueniunt. Vnde Dominus dicit: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnū cælorū. Vbi nota, quòd in mari huius sæculi tria impedimenta occurrunt, quæ nauem animæ frequenter submergunt. Vnum impedimētum est ex vndis siue fluctibus tumescentibus: & illud designat elationes & tumores honorū mūdanorum. Hoc autem impedimē-
Mat. 5

tum tollit paupertas spiritus: Nam (sicut dicit glosa) Pauperes spiritu sunt humiles Deum timentes, & tales profectò non ambiunt, sed fugiunt honores. vnde vndæ tumescentis superbię minimè hos inuoluit.

Secundum impedimentum est ex scopulis occurrentibus, in quos quandoque nauis impingit. Et isti scopuli sunt curæ seculi & cupiditates diuitiarum, a quibus etiam liberat paupertas spiritus. Vnde dicit alia glosa, quod pauperes spiritu sunt, qui nihil habent & omnia possident: quorum scilicet gloria est nihil in terra possidere, & sine solicitudine viuere.

Tertium impedimentum est ex syrtibus absorbētibus. Sunt enim in mari syrtes, id est loca fabulosa interciſe aquosa, profunda nimis. Hæc autem profunditas aquarum est voluptas illecebrarum carnis, à quo etiam impedimēto paupertas spiritus liberat. vnde dicit glosa super Lucam, quod pauperes spiritu sunt, qui non quærunt illecebrosa. Talibus ergo pauperibus promittitur regnum cælorū, in quo scilicet assequuntur & excellentiam bonorum & voluptatem spiritualium delectationum: de qua in Psalm. Torrente voluptatis tuæ potabis eos.
Psa. 35

Secundo ventus est ardoris & æstus refrigeratiuus, sicut patet de aura & de vento frigido Aquilonari. Et huic assimilatur secunda beatitudo quæ est mititas, cuius est refrenare passiones irascibiles & præcipuè ardorem iræ, & furorem. Et de hac dicit Dominus, Beati mites quoniam ipsi possidebūt terram. Mititas & māsuetudo idem sunt realiter, tamen posset dici, quòd differant, quia mansuetudo dicitur quantum ad effectum. vnde Cassiodorus dicit su-
Cassio.
pet Psalm. quòd mansueti dicuntur quasi manu assueti, hoc est, tole-

Digitized by Google

tolerantes iniurias. Sed mititas dicitur quantum ad affectum, vnde ille dicitur mitis quem non afficit rancor & ira. Tales sunt beati, quoniam possidebunt terram. Et in hoc quod dicit, Possidebunt, notatur securitas: in hoc vero quod dicit Terram, notatur stabilitas. Vel secundum Aug. possessio terræ significat affectū bonum animæ quiescētis æternè, quæ per terram significatur.

Aug. super Ma.

Tertio ventus est imbrium & aquarum causatiuus, sicut patet de vento australi, qui cum sit calidus & humidus aërem condensat, & turbulentiam generat. vnde dicitur auster ab hauriēdo aquas. Huic assimilatur tertia beatitudo scilicet luctus in quo imber lachrymarum effunditur. Et de hac Dominus dicit, Beati qui lugent, s. peccata sua, vel etiam aliena.

Chri. in Matt.

Chrysost. Beatus qui peccata sua luget, beatior qui luget aliena, qui enim aliena luget, certum est, quod sua non habet quæ lugeat.

Sequitur præmium, quoniā ipsi consolabuntur, & hoc quadrupliciter. Primo de peccatorum remissione. Isa. Conuersus est furor tuus, & consolatus est me. Secundo de pœnarum euasione, Apoc. Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum & iam non erit neque luctus neque dolor. Tertio de gratiæ & gloriæ adeptione. Isa. Gaudete gaudio vniuersi, qui lugebatis super ea. Quarto de vltione malorum. Psalmus. Lætabitur iustus, cum viderit vindictam.

Isa. 10.
Apoc. 6
Isa. 66
Psal. 57

Quarto ventus est ignis accensiuus, vnde fabri habent conflatoria per flatum siue ventum ignem accendentia. Hoc autem competit quartæ beatitudini, quæ est esuries iustitiæ: hæc enim esuries nihil aliud est, quàm succensum & ardens desiderium iustitiæ. Nam esurire, est cum desiderio velle: vnde esurire debemus iustitiā, vt intelligamus nos semper indigere. Et ideo de hac dicit Dominus. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Et dicit qui esuriunt iustitiam, non pecuniam. Psalmus. Diuites eguerunt, & esurierunt. Item dicit iustitiam, non sapientiam: quia de sapientibus sæculi & curiosis dicit Psal. Esurientes & sitientes anima eorum in ipsis defecit. Itē dicit iustitiam, non potentiam. Prou. Leo rugiens & Vrsus impatiens princeps impius super populum pauperem. Item dicit iustitiam, non lasciuiam. Luc. Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo. Sequitur præmium, quoniam ipsi saturabuntur, scilicet cum viderint vindictam. Isa. Egredientur & videbunt cadauera eorum qui præuaricati sunt in me. Postea sequitur. Et erunt ad satietatem visionis omnis carnis. Item satiabuntur cum apparuerit gloria domini, Psalm. Satiabor cum apparuerit gloria tua.

Psal. 33
Psal. 106
Prou. 27
Luc. 15
Isa. 55
Psal. 16

Quinto ventus est seminū productiuus, nutritiuus & augmentatiuus, sicut patet de vento australi qui calorem causat, pluuiam & rorem administrat, poros terræ aperit, gramina & semina producit, nutrit & auget. Et hoc competit quintæ beatitudini scilicet misericordiæ, quæ semina eleemosynarum. (De quibus Apostolus loquitur dicens: Qui parcè seminat parcè & metet) producit exhibendo, nutrit compatiendo, auget continuando. De his seminibus fructus æternus colligitur dicente Apostolo, Qui seminat in benedictione de benedictione metet vitam æternam. Hic est igitur misericordiæ ventus, qui calorem amoris pluuiam & rorem gratiæ acquirit, poros terræ, id est, viscera terreni hominis

2. Cor. 9

Digitized by Google

nis aperit & semina eleemosynarum producit. De hac igitur misericordia dicit Dominus, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur, Augustus. Misericordia est, quædam alienæ miseriæ compassio. Hylarius, Misericordes, sunt qui in quibuslibet subueniunt miseris, quorum beneuolo affectu ad omnes tantum delectatur Deus, vt eis misericordiam suam præstaturus sit. Et nota, quod misericordia initiatur respectu curæ suæ propriæ. Eccle. Miserere animæ tuæ placēs Deo: augmentatur respectu necessitatis alienæ. Iob. Si comedi buccellam meam solus consumatur respectu iniuriæ illātæ quādo homo orat pro persequentibus.

Aug. 9. de ciui. Dei. Hylar. Eccl. 30 Iob. 31.

Sexto, ventus est aëris serenatiuus, sicut patet de vento boreali qui cum frigidus & siccus, est aeris depuratiuus, pluuiarum & imbrium fugatiuus, & serenitatis inductiuus. Hoc igitur competit sextæ beatitudini, quæ est mundicia cordis, in qua est conscientiæ tranquillitas & serenitas. De hac dicit Dominus, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbūt. Dicuntur autem mūdo corde illi, qui sunt mundi à vitiis, quos non arguit conscientia peccatorum: qui dicuntur beati, quoniam ipsi & non alij Deum videbunt, in præsenti per cōtemplationem, in futuro per fruitionem, Augu. Deus quem non nisi mundi cernere possunt. Idem Deus quàm clari, quàm felices, quàm beati oculi qui te contemplantur. Ber. Delectabilis est ad videndū, suauis ad habendum, dulcis ad perfruendum.

Matt. 5 Aug. Ber.

Septimò, ventus est corporum conseruatiuus & augmentatiuus: sicut patet de ventis borealibus, qui corpora conseruāt ex eo quod aerem pestilentem sanant, & digestiuam adiuuant & recentiuā confortant. Item augmentāt vim regeneratiuam: vnde Arist. dicit, quod sub hoc vento generantur masculi, & ideo Iacob sub hoc vēto dicitur posuisse virgas varias ante oculos ouium, vt generarent scilicet sub Aquilone. Hoc autem competit septimæ beatitudini, scilicet paci, per quā pestilentiæ bellorum remouentur, virtutes confortantur; & bona tam spiritualia quàm temporalia augmentantur. Nam in pace interiori conscientiæ, conseruātur & augentur bona spiritualia. In pace vero temporali, conseruantur & augentur bona temporalia, quia (sicut dicit Saluſt.) concordia paruæ res crescunt: maxime vero discordia dilabuntur. De hac ergo dicit Dominus: Beati pacifici, quoniā filij Dei vocabuntur. Et dicuntur pacifici, pacem habentes ad seipsos. Cor. Pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Item dicuntur pacifici, pacem facientes inter proximos: vnde Ber. Non dicit beati pacidici, sed pacifici: quia non tantum pax est dicenda, sed faciendа. Et sequitur præmium, quoniam filij Dei vocabuntur: tum quia ipse est Deus pacis, tum quia eius proprium est reconciliare. Item quia ipse fecit nobis pacem.

Arist. 8. 2. Co. 13 Ber.

Quomodo humana vita instar terræ, & aquæ perficitur ac vitiatur.

Cap. XII.

BOnitas & malitia humanæ vitæ, multum prouenit ex exercitio, & otio personæ. Est enim humana vita velut terra, quę quā to plus foditur & vertitur, tanto insita ei virtus cum singulis partibus amplius permiscetur & semper aptior redditur, vt ex ea fructus multiplex generetur. Quādo vero nimis stat otiosa, ad productiōē fructuum redditur minus apta. Sic etiā vita hominis quanto bonis laboribus amplius exercetur,

Digitized by Google

cetur, tãto fructus glorioſior finaliter ex ea colligitur. Sap. Bonorũ laborũ glorioſus eſt fructus. vnde
Sap. 3.
Prou. 24 conſulitur. Pro. Diligenter exerce agrum tuum, &c. Sed econuerſo, cũ vita humana ſine labore operis & pœnitentiæ, cultura pigreſcit: non fructus vtiles, ſed noxias herbas gignit, cum ſecũdum illud
Prou. 34 Prouer. Per agrum pigri hominis tranſiui, & vineam viri ſtulti: & ecce totum repleuerunt vrticæ, Ager hominis pigri eſt vitã homi nis otioſi, quam replent vrticæ; id
Ecc. 33. eſt vitiorum incendia. Eccl. Multam malitiam docuit otioſitas.

Item bonitas & malitia humanæ vitæ variatur admodum aquæ: variatur enim aqua in bonitate & malitia ſecundum Auicennam, & ſunt regulæ ſumptæ a multis. Prima a motu, quia currentes aquæ ſunt meliores ſtantibus. Item currentes ad Oriẽtem ſunt meliores currentibus ad Septentrionẽ. Currentes vero ad meridiem peiores currentibus ad Occidentem. Similiter inter homines currentes per velocitatem, & continuitatẽ bene operandi, vel per viam mandatorum Dei remunerantur tanquam
Mat. 20 boni. Matth. Voca operarios, & redde illis mercedem ſuã. Otioſi vero ſtantes obiurgantur tãquam mali. Ibidem. Quid hic ſtatis tota die otioſi? Vel currentes
1 Cor. 9 ſunt feruenter amantes. Apoſtolus: Sic currite, vt comprehendatis: ſed quaſi ſtantes ſunt, qui motu amoris carent. Et hoc ſtare, ca-
1 Cor. 9 dere eſt, Apoſtolus: Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Sed q currunt ad orientẽ, id eſt, ad Chri
Zach. 6 ſtum, (de quo Sacha. Ecce vir oriens nomen eius) iſti ſunt boni: Qui vero ad ſeptentrionem, id eſt ad ſtatum peccati, vbi abundat frigus malitiæ, Vnde ſignificatur ipſum per ſeptentrionem, id eſt, per vrſum ſiue per arcturum, qui continet ſeptem ſtellas gelidas, id eſt, ſeptem capitalia vitia quibus in anima extinguitur calor charitatis: iſti inquam ſunt malæ aquæ, id eſt, malè diſpoſiti. Item iſti qui currunt ad meridiem vbi eſt feruor ſolis, id eſt, ad feruorem mundanæ conſolationis, ſcilicet vt velint in hoc mundo ſuas cõſolationes habere, peiores ſunt currentibus ad occidentem, id eſt, ad caſum aduerſitatis, vnde Abra- Luc. 16.
ham dixit diuiti epuloni: Recordare quia recepiſti bona in vita tua. Ecce iſte incurrit ad meridiẽ, & Lazarus ſimiliter mala, & iſte Eccl. 7.
ad occidẽtem. Sequitur. Nũc vero hic conſolatur: tu verò cruciaris. Melius eſt ergo hoc ire ad domũ luctus, quam ad domum conuiuij.

Seeunda regula ſumitur à quiete aquæ. Nam ſtantium aquarum ſunt gradus. In primo enim, & maiori gradu malitiæ ſunt aquæ ſtantes, quæ habẽt viſcoſam pellẽ in ſuperficie: ſecundo paludales: tertio lacuales: quarto puteales: quinto fontales. Intelligũtur ergo per puteales, quæ ſunt profundæ, peccata cordis: per fontales, quæ extra prodeunt, peccata otis: per lacuales, quæ ſe latius, & parenter extendunt, peccata operis: per paludales autem, quę formoſitatem generant, & ſunt cauſa corruptionis, pernicioſa exempla præcipuè prælatorum. Sed per aquas viſcoſam pellem habentes, inhærentiã cõſuetudinis prauæ intellige, quæ eſt viſcus tenaciter inhærens. Omnes ergo hæ aquæ, ſunt malę, licet plus & minus, vt patet per ſe.

Tertia regula ſumitur a fundo aquæ. Nam quæ habent fundum lutoſum ſine corruptione ſunt bonæ: quæ arenoſum ſunt minus bonæ, quæ plumbeum ſunt, malæ. Fũdus aquæ eſt cor, quod eſt fundamentum vitæ: hoc ſi eſſet lutoſum, id eſt, immundum cum corruptione peccati, tunc non faceret aquã bonã. i. bonam vitã: ſed ſi ſit luto-

Digitized by Google

lutosum, id est, humile, vt scilicet homo consideret, & cognoscat se esse, vt vas luteum, & fragile, sicut 2.Cor.4 dicit Apostolus. Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, tunc quia tale lutum siue fundum est sine corruptione peccati, facit bonam aquam, id est, inducit ad bonam vitam. Sed si sit fundum arenosum, id est, cor mundum: sed tamen aliquantulum graue, id est tardum & tepidum ad spiritualia opera, est aqua, id est, vita minus laudabilis. Sed si sit plumbeum, id est, iniquitate grauatum, quia iniquitas grauat ad modum plúbi- Isa.24 lia. Grauabit eum iniquitas sua: tunc est aqua, id est, vita mala.

Quarta regula sumitur a vi minerali per quam transeunt, Nam quæ per aurum transeunt, minus nocent, quamque per ferrum licet confortent interiora: sed quæ per cuprum sunt pessimæ, & minus validæ. Per transitum auri accipitur cupiditas auarorum, quæ est mala, per tranſitú ferri truculentia tyrannorũ, quæ est peior: per transitum autem cupri, impuritas hæreticorum, quæ est pessima: plus enim nocuerunt ecclesiæ hæretici animas corrumpentes, quam tyranni corpora perdentes.

Quinta regula sumitur a grauitate, & leuitate: nam aquæ leuiores sunt meliores, vnde aqua cocta leuior, & penetrabilior est, quã cruda. Non enim verum est dictũ quorundam rudium. s. quodcum aqua coquitur subtile euaporet, & grossum remaneat; & ideo sit grossior quam cruda; quia solum corpus mixtum, & compositum inspissatur decoctione; simplex autem sit carius: quia per calidũ, quid habet congregare homogenea, separantur partes aquæ a terrestribus quæ prius omnes mixtæ erant. Alia etiam cá est; quia aqua cum coquitur subtiliatur, & imo partes terrestres magis penetrant per ipsam, & descendendo residet in fundo. Vnde oportet quod aqua cocta maiorem faciat residentiam, quam non cocta; ergo melior est aqua leuis, quam grauis, & cocta quam cruda. Et sic etiam mentes tunc est bona quãdo est ab onere peccati leuigata, & a terrestri amore separata. Sed tunc econtrario mala, quando est peccato grauata & terrestritate in terreno amore respersa. Sed tunc est mens perfecta; quando est igne diuini amoris decocta; vel igne tribulationis purgata, & probata; quia patientia opus perfectum habet; sed si sit cruda igne amoris, non calefacta nec igne, alicuius aduersitatis purgata, tunc nec laudabilis est nec sana.

Charitati, quæ omnium virtutum forma & perfectio existit, solis, ignis, caloris & frigoris proprietates attribuuntur.

Cap. XIII.

CHaritas assimilatur Soli propter sex. Primo, quia, sol est virtutis vnitiuæ. Planetas enim vnit, & cõciliat in effectibus suis. Conciliat etiam contraria elemẽta inuicem. sic etiã charitatis effectus est vnire spiritualiter: vnde Col.3. Apostolus vocat eam vinculum perfectionis, quia scilicet perfectè vnit & ligat animam Deo. & corda fidelium inuicem in Deo. propter quod de primis fidelibus ecclesiæ quibus charitas abundabat, dicitur, quòd multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. Psalm. Ortus est sol & Act.4 congregati sunt, scilicet fideles in vnum. Psa.103

Secundo, quia sol est virtutis viuificatiuæ, quia nihil viuit vbi sol non attingit. Vnde planetę per absentiam solis videntur in hyeme mortuæ: approximante sole in vere, iterum fiunt viuæ. Ita charitatis dilectio de morte trãsfert ad Ioan.3 vitam, secũdum illud. Nos scimus, quod

quòd translati sumus de mo:te ad vitam : quoniam diligimus,
Eccl. 9 Eccleſiaſt. Perfruere vita cum vxore quam diligis cunctis diebus vitæ inſtabilitatis tuæ, qui dati sunt tibi sub sole. Quasi enim vir est spiritus, & quasi vxor caro. Tùc enim spiritus cum vxore sua vita perfruitur, quàdo simul cum ipsa carne charitatis operibus exercetur, & ipsorũ dulcedine quasi fructibus quibusdam reficitur, & hoc cunctis diebus vitæ præsentis quæ est inſtabilis, quia nunquam
Iob. homo in eodem ſtatu pèrmanet, & sub sole, id est, sub charitatis feruore.

Tertio. quia sol est virtutis eleuatiuæ siue attractiuæ, quia vi caloris vapores à terra & mari deducit: & eductos sursum attrahit & condensat in nubes, & sic condensatos inuicè in niues, grãdines vel aquas resoluit. Ita charitas cor da calefaciens, vapores affectionum, vel orationum, vel compunctionum ab eis educit, & sursum ad Deum attrahit & tandem in lachrymas resoluit,

Quarto, quia sol est virtutis perfectiuæ: quia calor elementaris incipit agere generationẽ corporum: solaris autem calor perficit & producit ad debitum complementum, vt dicit Alexãder. Ita vitam spiritualem timor inchoat: sed charitatis amor prouehit &
Ioan. 4. consumit: vnde perfecta charitas foras mittit timorem.

Quinto, quia sol est virtutis formatiuæ, quia scilicet per eius elongationem & approximationẽ facies hominum, & corporalium disponuntur vt dicit Iſidõ. sicut
Iſi. patet in Aethiopibus & alijs contrarijs regionibus. Ita charitas forma est omnium virtutum, sicut
Ambr. dicit Ambro. & hoc apparet quadrupliciter. Primo, quia mouet omnes virtutes ad opera per quæ percipiuntur virtutes & meretur augeri. Secundo, quia omnes virtutes mouentur ad finem charitatis: scilicet ad bonum. Charitas enim habet bonum pro fine tantum. Tertio quia charitas augmentat virtutum dilectionẽ, & tollit fastidium, & alleuat onera propter ipsius boni desiderium. Quarto, quia complet animam & perficit non quidem in esse naturæ, sed gratuito.

Sexto, quia sol est virtutis immutatiuæ. Immutat enim ipsos dies quia secundum diuersam solis dispositionem, immutationem recipit dies. Nam primo rubet in mane, lucet in tertia, feruet in meridie, pallet in vespere. Vnde & quatuor equos fingitur in fabulis habuisse, primus eritheus, id est, rubens: secũdus athereus, id est, splendens: tertius lampas, id est, ardens, quartus philogeus id est, amans terram. Ita charitas quosdam facit rubẽtes in martyrij passione: quosdam lucentes in doctrinæ instructione, quosdam feruẽtes in Dei affectione: quosdam pallentes in carnis macerationẽ.

Item charitas assimilatur igni quo ad quatuor. Primo quo ad formalitatem, quia (vt dictum est supra capitulo. 5.) ignis inter cæteta elementa est maximè formalis. Multũ enim habet de forma, parum de materia. Sic amor charitatis quos repler, facit habere modicum de affectu materialiũ siue temporalium rerum, et plurimum de appetitu formalium, id est, spiritualium bonorum, vt iam non carnalia carnaliter, sed spiritualia spiritualiter diligat. Distinguit enim Bernardus quatuor modos Ber. ſup. diligendi, scilicet diligere carnem Cant. carnaliter, spiritum carnaliter, carnem spiritualiter: & spiritum spiritualiter. Secundo quo ad mobilitatem, quia ignis semper est in motu. Sic & amor charitatis eos in quibus est semper facit

Digitized by Google

esse in motu boni operis. Vnde Gregorius dicit, quod nunquam est amor Dei ociosus: operatur enim magna, si est si autem operari desinit, iam amor non est.

Tertio quo ad virtuositatem. Nam ignis habet virtutem inclinandi alta, & eleuandi infima, congregandi sparsa. Sic amor (secundum Dionysium) habet vim inclinatiuam quia inclinat superiora inferioribus. Item habet virtutem eleuatiuam, quia eleuat inferiora superioribus: & coadunatiuam, quia coadunat æqualia æqualibus. Quarto quo ad proprietatem: habet enim ignis multiplicem proprietatem, vt ponit beatus Dio. quarum aliquæ, competunt charitati: videlicet quod est sui communicatiuus. Nam (sicut dicitur ibi) ignis omnibus sibi quoquomodo approximãtibus non secundum locum tãtum: sed secundum congruentiam materiæ vniuocè communicatiuus est. Et propter hoc licet ignis in sphæra sua tangat orbem lunæ, nõ tamen imprimit in ipsum cum eorum non sit materia vna. Sic charitas facit bona esse communia & maxime inter proximos, & domesticos: quia si quis suorum & maxime domesticorum curam non habens fidem negauerit, est infideli deterior, vt dicit Apostolus. Tenetur etiam homo ex necessitate charitatis subuenire non omnibus indigentibus, quia hoc esset impossibile vnicuique, sed tenetur subuenire sibi approximantibus, id est, de proximo occurrentibus. Et non solum charitas cogit hominem communicare bona sua per subuentionem, sed etiam seipsum in obsequium vel saltem per compassionem secundum illud Corinth. Libenter impendam & super impendar ego ipse. Item ignis est maximè actiuus, vnde inter elementa appropriatur ei esse actiuum, scilicet propter calidum cuius ignis est principium vt dicit philosophus. Vnde calidum primo & per se competit igni, solum autẽ calidum est simpliciter actiuum inter qualitates elementares, quia humidum, & siccum sunt qualitates passiuæ: frigidum autem non est simpliciter actiuum vel motiuum, sed mouet priuando motum: vnde etiam mouet ad centrum vbi fit congregatio & immobilitatio & non diffusio. Vnde licet alia elementa aliquo modo sint actiua ignis tamen est magis principaliter actiuus. Et sic est charitas respectu virtutum: Vnde omnis virtutis actio perfecta, quodammodo attribuitur charitati, & ipsa dicitur esse forma omnium virtutum. Et propterea Apostolus dicit, quod fides per charitatem operatur, Nam quia per charitatem ordinatur actus fidei, & etiã cuiuslibet alterius virtutis ad vltimum finem, ideo ipsa dat formã actibus omnium virtutum. Vnde nulla virtus sine ea perfectoriè vel meritoriè operatur. Et ideo Greg. dicit, quod nihil habet viri-ditatis ramus boni operis, nisi manserit in radice charitatis.

Item ignis (vt dicit Dio. adest inuisibiliter omnibus mixtis, licet non actu sed virtute & ideo inuisibiliter. Vnde videmus quod ex omni fere corpore ignis per collisionẽ excutitur, & propterea Dio. dicit, quod est præsens omnibus inuisibiliter. Et posset hoc generaliter intelligi non tantum de corporibus mixtis: sed etiam aliquo modo de singulis ac omnibus corporibus inuisibiliter. Posset enim dici, quod ignis sit primo quidem in corporibus superioribus .s. cælestibus per principiũ sui: quia cũ omnis alteratio reducatur in cælum, sicut in primum alterans nõ alteratũ neque dispo-

Dio. de cæl. hie.

Dio in libr de cæl. hie. ca. vlt.

1. Thi. 5

6. Co. 12

Arist. 2. meth.

Gal. 5.

Greg. in Home.

Dio. de cæl. hie.

Digitized by Google

dispositum per qualitates alterabiles, oportet in cælo esse principium omnium qualitatum actiuarum & passiuarum; sicut Mars principium est calidi & sicci intemperati, & sol temperati, vel etiam vlterius in aliquam stellarum fixarum & similiter in aliis. Est etiam ignis in corporibus inferioribus per mixtionem: & est in mixtis non actu, sed virtute (vt dicit Philosophus) in se autem est actu. Sic etiam per charitatem homo omnibus adest, scilicet per affectionem. Nam cum teneatur omnes diligere: & anima verius sit vbi amat quam vbi animat (vt dicit Aug.) Quia per cognitionem cognitum est in cognoscente, sed per amorem econtrario est amans in amato; oportet, quòd per ipsam dilectionem omnibus quodammodo quos diligit præsens sit; vnde Apostolus dicebat, Et si corpore absens, spiritu tamen sum præsens

Aristi. de Gen

Aug.

Col. 2.

Item ignis nũc est occultus, nũc manifestus; vnde & Dio. dicit, Cũ neglectus est, id est, sub cineribus occultatus, videtur quasi nõ esse: sed remotis cineribus subito elucet quasi prouocatus naturaliter ad quandã vindictã suæ despectionis. sic licèt charitas ex occupationibus exterioribus seu necessitatibus quandoque videatur repescere, tamẽ subito & cito reaccenditur & ex indignatione corporis primi amplius inflammatur.

Dio. de cæl. hie.

Psal. 40

2. Ma. 1

Psa. Nunquid qui dormit, nõ adiciet vt resurgat? Mach. Refulsit sol, qui prius erat in nubilo, & accensus est ignis magnus; vnde amor diuinus aliquando facit lætere ad contemplandum, aliquãdo apparere ad agendum.

Item ignis sine sui diminutione est sui distributiuus, & diuisiuus; vnde ad ignem vnius candelæ innumerabiles possunt accendi. Sic amor charitatis non minuitur; sed augetur ex eo, quòd ad plures diuidatur.

Item adhuc habet ignis plures alias conditiones, quæ charitati conueniũt, quia ex se est lucidus, calidus, leuis & subtilis, quia charitas facit nos lucidos in dilectione agendorum, calidos in beneuolentia proximorum, leues & mobiles in obedientia mandatorum, subtiles siue tenues in contemptu terrenorum, vel in abstinentia ciborum.

Item charitas assimilatur calori. Primo quidem, quia calor est generationis omnium principaliter effectiuus, sicut patet de calore cælesti. Et sic charitas est qua virtutu omnium opera generãtur & ad perfectũ finem perducuntur. Secundo quia calor est inferiorũ ad superiora reductiuus, quia dissoluit terrestria in aquosa; & aquosa, in aërea; & aërea in ignea; & sic inferiora per media reducit ad suprema. Sic charitas facit incipitem proficientem, & perficiẽtem, & mediante etiam proximo reducit nos in Deum.

Tertio, quia est durorũ remollitiuus, sicut patet in metallis, quæ dissoluit, & liquefacit etiã niues, & grandines: glacieſque, & sic charitas dura corda dum apprehendit ad pietatem emollit.

Quarto, quia est liquidorũ induratiuus, sicut patet in ouis in igne positis, in quibus subtilioribus partibus resolutis remanentibus terrestribus res durescit; & simile facit calor solaris. Sic charitas Dei mollia, & nutantia corda consolidat, & corroborat.

Quinto, quia est grossorum & densorum subtiliatiuus, Nam rem in quã agit dissoluit, & suæ actioni idoneã facit, vnde cum rem ad simplicitatem ducere laborat, eã subtiliat; vt patet in glacie, quæ dũ dissoluitur subtiliatur. Sic charitas diuites grossiores metallis,

Digitized by Google

subtiliat dum eos facit omnia da re in eleemosynas.

Sexto, quia est metallorum depuratiuus, & totius eorum rubiginis consumptiuus; & sic charitatis feruor omnis peccati rubiginem ab anima tollit.

Septimo, quia est grauium allestiatiuus: quia dum humiditatem quæ grauitatis est causa in rebus cōsumit, pōdus rei diminuit. Calidū enim facit humidū euaporare, quia vapor depuratus, & in substantiam aëream, vel leuē mutatus, rem leuiorē reddit. Corpora autē animaliū dicūtur esse leuiora post prandium, propter caloris confortationē, & spirituū generationē, quibus corpus leuiatur: & mortua corpora sunt grauiora viuis. Sic amor charitatis omnia leuia reddit; vnde Augu. dicit, quod omnia sæua, & immania, tolerabilia, & propè nulla efficit amor.

Aug de ver. do.

Octauo, quia similium congregatiuus, & dissimiliū disgregatiuus. Vnde si aurum, plumbū, ferrum, & lapides fiāt vna massa & proiiciantur in fortē ignem, calor vnumquodq; coniungit cū suo simili, vt aurum cum auro, & sic de singulis si frigus omnia simul cōgregaret. Sic charitatis amor est, qui iustos inuicem vnit, & eos ab iniquis distinguit.

Item charitas assimilatur argillæ, propter tria. Primo, quia ex argilla vasa fabricantur. Nam argilla est terra glutinosa, & nemorosa ad varia opera figulorum apta & est ab Argis sic vocata, apud quos primo ex tali materia vasa sunt facta fictilia. Sic per charitatē efficitur cor hominis vas diuinum, id est, Dei contentiuū: quia qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.

Ioan. 4.

Secundo, quia ex argilla formātur lapides, & lateres generantur. Nam talis terra (vt dicit Isid.) per actionē caloris liquidiores partes

Isid.

consumentis, & terrestriores cōsolidātis, facile in laterē commutatur. Sæpè etiam terra frigiditate humidi tandē mutatur in lapidē. Nā sicut dicitur à philosopho: Vnctuosum tali trāsmutationi est valde aptū: vnde vnctuosum est mediū inter viscosum, & euaporatiuū. Nā gratia euaporatiui, habet à calore coagulari; gratia vero viscosi non potest ex toto educi, sed habet amplius cōprimi, & consolidari, & sic in lapidē transmutari. Sic per charitatem efficiuntur homines, vt lateres solidi, & vt lapides viui, apti scilicet collocari in ædificio supernæ Hierusalē. Vnde dicitur. Ipsi tanquam lapides viui ædificamini domos spirituales.

Arist. 4. Methe.

1. Pet. 2.

Tertio, quia cū argilla fluxus sanguinis refrenatur: Nam argilla frigiditate sua est sanguinis constrictiua, vt ait Constantinus; vnde si cum forti aceto fuerit distemperata; & temporibus & fronti apposita prohibet de naribus sanguinē fluere. Sic acetum compunctionis cum argilla dilectionis cohibet fluxum peccati.

Const.

Vbi, & quomodo caro spiritui, vicissim, spiritus carni interdum subiiciatur, & exprimitur. Cap XIIII.

CAro in mundo videtur, vt in pluribus spiritui prævalere, & esse fortior eo, sed in cælo econuerso totaliter spiritus dominabitur ipsi carni; & caro erit per omnia spiritui subiecta. Videmus enim quod quilibet planeta cælestis, fortior est in propria, quam in aliena domo existat, & fortius esse inde imprimit, & agit. Domus enim planetarū dicūtur signa cœli, id est, quibus quilibet planeta dicitur habere domū suā. Nā domus Saturni, vt dicit Albumasar, prima & propria est Capricornus: & similiter Aquarius: domus Iouis Pisces, & Sagittarius: domus Martis Aries, & Scorpio: domus Veneris

Album.

Digitized by Google

ris Libra & Taurus: Domus Mercurij Virgo & Gemini: domus Solis Leo: Lunæ Cancer. Et patet, quod Sol in Leone, qui est domus eius propria, fortior est, quod in alio signo; & simile est de aliis, Sic quia in mundo isto est ipsa caro naturaliter velut in domo propria, spiritus tanquã in aliena, frequenter contingit quod caro præualet & dominatur spiritui. In cælo vero vbi econuerso erit spiritus, vt in propria domo, & quasi in aliena patria erit quodãmodo ipsa caro; ideo erit spiritui tanquã potentiori totaliter subiecta. Vn-
1.Co.15 de vocabitur (secundum Apost) Corpus spirituale.

Carnis & spiritus pugna inquietudinem generat cordis, & aufert tranquillitatem mentis. Nã quando in sublimi appatent duo venti fortes contra seinuicẽ pugnantes, significatur tẽpestas maris, & tunc procella maris non liberè transit ad partem vnam; sed vna obuiat alteri ex ipsa pugna ventorum: tamen qui superior est ex ipsis ventis, vincit, eo, quod minus est admixtus humori, & ideo minus sedabilis. Quasi autem duo venti contrarij sibi in aere, sunt duo appetitus aduersantes sibi in homine. s. spiritus & carnis: de quibus dicit Apo. Caro concupiscit
2.Cor.4 aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnẽ. Ex eorũ ergo pugna sequitur tempestas maris, id est, inquietudo cordis; quia cor nõ potest se liberè ad partẽ vnã transferre. s. spiritus, carne repugnante eidem. Vnde Apost. Video, inquit,
Rom.7. aliam legẽ in mẽbris meis repugnantẽ legi mẽtis meæ: nec etiã ad partem carnis spiritu retrahente. vnus ergo obuiat alteri, quia sibi inuicẽ aduersantur. Sed pars quæ est in ordine naturali superior. s. spiritus, tũc carnẽ vincit, quãdo humori aqueo, id est, carnali amori admixtus non existit. s. quando se tenet in sua puritate, tunc enim ipse spiritus quasi carnem, & ossa nõ habet: vnde Apo. Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Carnis delectatio licet sit sensui dulcis, intus tamẽ animã occidit. Cuius exemplũ est, quia aliquãdo cadit super herbas, & folia arborũ ros fluens, & viscosus ad modum mellis, & quia mel non coctũ laxat, ideo aues comedentes herbas illas moriuntur de dysenteria, & inueniuntur intus croceæ propter coleram, quæ generatur ex melle. Sicut ergo dulcedo roris in herbis, est delectatio carnis in operibus voluptatis, quæ dulcedo in ventre coleram gignit, & auẽ extinguit; quia delectatio ipsa carnis in mente amaritudinẽ & conscientię remorsum relinquit, quæ est amaræ coleræ similis. Hæc etiam animæ innocentiam spiritualiter occidit, vnde Apost. Si secundum Rom.8. carnem vixeritis, moriemini. Rom.8.

Astra nebula vitia septem enumerantur: quorum similitudinibus carnis concupiscentia vitia cognoscuntur.

Cap. XV.

COncupiscentia carnis assimilatur nebulæ propter septem. Primo, quia nebula est ex corruptis vaporibus resoluta. Nebula enim est impressio ex resolutione nubium generata & in pluuiã resoluta; vapores enim resoluti, & per singulas aëris partes dispersi, nebulam faciunt. Quando igitur tales vapores sunt corrupti, tunc generãt pessimã nebulã, aliquãdo fœtidã qua aër inficitur. Ita ex corruptis, & impudicis colloquiis, vel aspectibus generatur cõcupiscẽtia inordinata, & inflãmata, qua corpus incẽditur, & inflammatur. Secundo, quia nebula est florum germinũ, & vinearũ corruptiua. Ita mala concupiscentia corrũpit flores bonarũ cogitationum, gramina affectionum, & fructus vi-

Digitized by Google

nearum, id est, opera pœnitentiũ. Iob. Ignis est vsque ad consummationem deuorãs & omnia eradicans genimina. Iob. 31.

Tertio, quia nebula est multarũ ægritudinum inductiua; quia ex inordinata luxuriæ concupiscẽtia multa oriuntur vitia. Nam (secundum Greg.) Filiæ luxuriæ, sunt cæcitas mentis, quia (secundũ Aug.) ratio absorbetur. Item inconsideratio scilicet mortis & inferni: inconstantia ad cogitandum nunc illud nunc aliud. Amor sui quo scilicet desiderat longã vt expleat voluntatem suam, vitæ præcipitatio qua scilicet aliquis præcipitat se ad peccandum, exponens se etiam quandoque periculo vt luxuriam expleat. Odium Dei quod fit, quia Deus abstrahit se ab eis & punit eos qui sequuntur carnis delitias, ad quas inclinat luxuria. Item affectus præsentis seculi, scilicet appetitus honoris, diuitiarum, sanitatis, fortitudinis, & huiusmodi, quibus luxuriosus consequitur finem intentum. Itẽ desperatio futuri seculi, quæ est diffidentia veniæ, & gloriæ consequendæ. Greg. Aug.

Quarto, quia nebula ex eo, ꝙ vias occultat est latronibus amica. Et sic concupiscẽtia luxuriæ, est dæmonibus valde grata. vnde Iob dicit de Vehemoth. per quem intelligitur diabolus, quòd dormit in locis humentibus, id est, quiescit in luxuriosis. Iob 40.

Quinto, quia nebula est itinerantium tardatiua. Tentationes enim concupiscentiæ homines ad æternam patriam festinantes, aut totaliter impediunt si eis consentitur. aut saltem tardiores reddũt, dum eis resistitur: quia sine peccato saltem veniali vix aut nũquam habẽtur, quo scilicet veniali peccato feruor charitatis remittitur, & via retardatur.

Sexto, quia nebula est radiorũ solarium interceptiua, & aëris obscuratiua. Sic etiam concupiscentiæ nebula lumen gratiæ, vel rationis intercipit & animam tenebrosam reddit. Vnde Aug. Exhalabant nebulæ de limosa cõcupiscẽtia carnis & scatebra pubertatis, & offuscabant cor meum. Et philosophus dicit. Concupiscentia corrumpit æstimationem prudentiæ. Aug. lib. conf. Arist. in Ethi.

Septimo, quia nebula est à calore solis passiua: vnde quando est sursum à sole attracta, redit in nubis materiam: & tunc futuræ pluuiæ est significatiua: quia si cõcupiscentiæ motus sursum ad rationem trahuntur & per ipsam rationem refrenantur: tunc transeunt in materiam virtutis: & tũc non culpam generant, sed potius pluuiam diuinæ gratiæ in anima augmentant. Quando verò à solis radiis nebula repercussa deorsum cadit, in suam originem redit, & tunc pænitus euanescit. Vnde dum inferius reddit futuræ serenitatis signum, existit, quia scilicet si concupiscentiæ motibus per solem rationis in principio resistatur, tunc ipsa concupiscentiæ caligo deorsum pulsa, penitus annihilatur: vnde & post hæc anima serenior reperitur.

Cordis nostri compunctiones à Deo & à voluntate nostra per terra pluuiaq; similitudinem exoriri declaratur.

Cap. XVI.

Compunctiones & inspirationes sanctæ licèt insint nobis principaliter à Deo: tamen cooperante libero arbitrio. Cuius exemplum apparet in terra, Nam itinera aquarum & hiatus, & vastæ voragines, quæ sunt in corpore terræ: sicut in corpore nostro sunt venæ, quæ sunt vasa sanguinis, & arteriæ, quæ sunt vasa spiritus: non sunt in ipsa terra ex natura eius cum qualitates terræ.

scilicet

Digitized by Google

scilicet frigidum et siccum faciant eam totam solidam: sed sunt ibi ex calore solis & stellarum consumente humidum terræ, & per consequens, relinquente fissuras magnas sicut fiunt fissuræ magnæ in paludibus, quæ vehementer arescunt: ad quod etiam cooperatur incluſus: qui vapor quidem exhalare non valens summa violentia eleuat terram in vno loco & addit in alio loco. Et ita fiunt specus magni, & montes, & receptacula aquarum maxima & obscurissima, & hiatus ingentes.

Similiter etiam in intimis cordis nostri sunt itinera aquarum, id est, compunctiones lachrymosæ, & hiatus, id est, suspirationes affectuosæ, & specus magni, id est, humiliationes profundæ quas tamen anima à seipsa non habet: sed ex virtute & actione solis, & stellarum, id est, Dei & sanctorum angelorum: cooperatur tamen ad hæc vapor incluſus, id est, interior motus liberi arbitrij, vt scilicet fiant in nobis specus magni, id est, profundæ meditationes, & montes, id est altæ considerationes, receptacula aquarum, id est, receptationes gratiarum, vel compunctiones lachrymarum, & hiatus ingentes, id est, affectus feruentes. Item compunctio lachrymarum assimilatur pluuiæ, propter quatuor.

Primo, quia pluuia calore solis dissoluitur: est enim naturale, quod quanto plus est in nube de materia pluuiæ, tanto fit radiorum solarium fortior impressio super nubem, propter aquæ ad calorem solis contrarietatem. In tali igitur nube dum calor sottissimus generatur, nubes in pluuiam dissoluitur. Ita quoque in anima quanto plus est lachrymarum intimarum, tanto diuini caloris fit fortior impressio super eam donec tota resoluatur in lachrymis siue compunctionem totaliter lachrymosam. Vnde post acutissimum solis calorem videmus in aëre sequi pluuiam vehementem: quia cum cor diuino amore calescit, amaris, & deuotis lachrymis ingemiscit, vnde Beda dicit, quod quando fit caloris generatio circa huiusmodi nubē, ex adustione vaporis fit nubes rubea quasi sanguis, ita, vt sanguis aliquando pluere videatur. Et sic anima deuotadum diuino calore incenditur, tota in amoris rubedinem transformatur. Beda.

Secundo, quia pluuia ad terram aliquando quidem planè, quandoque vero impetuosè vehitur. Nam quanto nubes ex qua generatur pluuia, est à terra remotior & cælo vicinior, tāto suauius terram petit & guttis graciliorib⁹ ad ima descendit. Et quanto econtra est à cælo remotior, & terræ proximior, tanto cum grauioribus stellis, & magis impetuosè terram petere consueuit. Et hoc quia tanto anima est perfectior, & Deo proximior: tanto secretiores, & suauiores lachrymas emittit; quanto vero se fuisse per peccatum à Deo remotiorem, & terræ, per affectum coniunctiorem anima considerat, tanto grauiores, & vberiores lachrymas effundit.

Tertio, quia ex pluuia aër serenatur: & sic serenatur conscientia ex cōpunctione lachrymosa. Tob. Post lachrymationem, & fletum, exultationem infundis: hæc exultatio, est ex serenatione conscientiæ. Tob. 8.

Quarto, quia ex pluuia terra fœcundatur, præcipuè ex illa, quæ cum tonitruo cadit eo, quod tonitruum suo motu vaporem discutit: & sic aquam subtiliando puriorem reddit. Ita lachrymæ impinguant, & fœcundant animam,

Digitized by Google

& reddunt eam aptam ad fructũ bonorum operum, & maximè si sint cum tonitruo, id est, cum timore diuini iudicij: hoc enim est tonitruum, quod maximè animã concutit terrore sui, & maximè eam subtiliat ad discussionẽ peccati Iob. Quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri. Iob.25.

Mannullorum corporum conuersionibus, carbonibus, accensis, ob varios eorum effectus peccatoris conuersio comparatur.

Cap. XVII.

COnuersio peccatoris assimilatur quinque conuersionibus corporum, quæ metaphoricè in scriptura traduntur.

Prima est conuersio solis in tenebras. Ioel. Sol conuertetur in tenebras, hæc fit per verecundiam & confusionem, quando homo lucens in mundo erubescit de peccatis, & confunditur. Psal. Confundantur iniqua agentes superuacue. Ioel.2. Psal.24.

Secunda est lunæ in sanguinem. Ioël. Conuertetur luna in sanguinem. Et hoc fit in peccatore per displicentiam peccati, & indignationem: luna enim est peccator qui est in continua mutatione. Ioel. 2. Eccl.17 Psal.18.

Eccles. Stultus vt luna mutatur: qui conuertitur in sanguinem, quando conuertitur zelo odij, & indignationis contra peccata. Ps. Iniquitatem odio habui & abominatus sum.

Tertia est petræ in stagna aquarum: hoc fit in homine per dolorẽ peccati & compunctionem. Psal. Qui conuertit petram in stagna aquarum, id est, cor durum in abundantiam lacrymarum, quæ debent prouenire ex dolore & compunctione peccati. Psal. Extus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodierũt legem tuam, Psal.11. Psal.118

Quarta, est lapidis in æs: hoc fit per confessionem quando ta frangit, & sonat vox confessionis: Iob. Lapis calore solutus in æs cõuertitur. Iob. 28.

Quinta, est maris in aridam. quod fit per satisfactionem. Tunc enim amaritudo peccati in aridita tem pœnalitatis & satisfactionis conuertitur. Iob. Cutis mea aruit, & contracta est. Iob.7.

Item cõuersi ad Deum feruẽter assimilantur carbonibus accẽsis.

Primo; ratione tuboris. Nam carbo extinctus habet nigredinẽ: sed dum ignitur vertitur in rubedinem. Sic peccator tanquã carbo extinctus habet nigredinẽ peccati. Thre. Denigrata est supet carbones facies eorum: sed dum in contritione acceditur in ruborem peccati totus conuertitur. Et quanto magis de peccato rubescit: tanto magis reuiuiscit: vel dũ ad pœnitentiam inflammatur, ni gredo peccati vertitur in rubedinem amoris diuini. Amor enim diuinus dealbat & rubricat, secundum illud Canti. Dilectus meus candidus & rubicundus. Thre.4. Cant.5.

Secundo, ratione vigoris; habet enim vigorem in scintillatione, in operatione & conseruatione. In scintillatione quidem, quia carbo accensus cum secundum suã substantiam non possit ascendere sursum ex eo quod partibus grossioribus & terrestribus admixtus violenter in inferioribus detinetur, tamen crepitando & scintillando conatur tendere sursum. Sic conuersus ad Deum feruenter, quia corpore detentus non potest ire ad Deum: tamen crepitando, id est, vehementer dolendo & gemendo, scintillas feruentium desideriorum vel orationum vel lachrymarum ad Deum mittit. Ezech. Et scintillæ quasi aspectus æris candentis: & ibidem. Aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium. Ezech.1

Item

Digitized by Google

Item habent carbones virtutem in operando, quia carbo incensus acutissimum habet ignem & valde actiuum & penetratiuum: ita quod remollit ipsum ferrum: sic etiam durissimum cor peccatoris quandoque emollitur viso exemplo alicuius feruenter pœnitentis.

Eccl. 31 Eccles. Ignis probat ferrum durum.

Item habet vigorem in conseruando. Dicit enim Augustinus. Hoc est imitandum in carbone,

Augus. quod est tantæ fortitudinis: vt si quis eum in aqua ponat. s. extinctum, omni tempore in ea imputribilis perseuerat. Sic in aqua lachrymarum vel tribulationum nutritur vita pœnitentis, ac præser-

Sap. 16. uatur à peccati putredine. Sap. In aqua quæ omnia extinguit, plus ignis valebit.

Tertio, ratione fractionis, vel extinctionis: quia deficiente humiditatis glutino quo partes sibi inuicem cohærent, facilitèr frangitur; & adhuc facilius extinguitur, nisi bene custodiatur. Et sic pœnitentes perdito glutino charitatis, facile a tentationibus frangitur: facilitèr etiam in eo spiritus feruor extinguitur, nisi in timore Domini iugiter teneatur, secundũ illud Eccl. Si non in timore Domi

Eccl. 27 ni tenueris te instanter, cito subuerterur domus tua, dicit enim Greg. quod carbo cinere inuolutus, ignem acceptum custodit: sed

Greg. detectus & aëris frigiditati expositus, subito euanescit.

Sic sub cinere humilitatis vel memoria mortis, quæ timorẽ inducit conseruatur gratia pœnitentis, sine qua si frigus malitiæ vel accidię ipsum inuadit, statim extinguitur & perit. Et ideo dicitur

Iob. Iob. Ago pœnitentiam in fauilla & cinere.

Nebula ac pulueris quadam proprietates hic ponuntur, quæ corpori humano metaphorice conuenire videntur.

Cap. XVIII.

CORpus humanum assimilatur nebulæ propter tria.

Primo, quia nebula à terra eleuatur. Hiere. Eleuans nebulas ab extremitatibus terræ: & sic corpus humanum de terra sumptum est. Gene. Fecit Deus hominem de limo terræ, id est, quantum ad corpus: vnde & finaliter in terram resoluitur.

Hier. 10

Gene. 1

Secundo, quia nebula cito dissipatur: & sic vita corporis humani citò finitur. Sap. Transit vita nostra tanquam vestigium pedis: & sicut nebula dissoluetur quæ fugata est a radijs solis, & à calore illius aggrauata.

Sap. 2.

Tertio, quia nebula turbinibus agitatur: & sic humanum corpus. passionibus inquietatur. Petr. Hi sunt nebulæ à criminibus agitate.

2. Pet. 2.

Item corpori humani infelicitas repræsentantur in puluere.

Primo ratione varietatis. Nam puluis a vento percutitur, mouetur, leuatur, & dispergitur. Sic vigor humani corporis modo vento aduersitatis percutitur, modo vento tentationis mouetur modo vento prosperitatis erigitur, modo vento mortis dispergitur. Psalm. Fiant tanquã puluis ante faciem

Psal. 34. venti.

Secundo, ratione obscuritatis, quia puluis sæpe aërem obtenebrat: solem obnubilat, & oculos sauciat. Ita corporis concupiscentis aërem, id est; sensualitatem obtenebrat, solem, id est, rationẽ obnubilat, & oculos mentis, scilicet intellectum & volũtatem sauciat, scilicet per immundas cogitationes, & per immundas affectiones. Exod Sit puluis super omnem ter-

Exod. 9 ram Aegypti. Aegyptus enim interpretatur tenebrosa.

Tertio, ratione fœditatis, quia ex coniunctione pulueris & humoris generatur lutum immundum, ita dum corpori nostro iungitur,

Digitized by Google

gitur humor nutrimentalis, gigni tur lutum immundũ luxuriæ. Iob
Iob.7 Induta est caro mea putredine & sordibus puluēris cutis mea aruit. Hoc puluere pascitur serpens infernalis. Isa. Serpenti puluis panis
Isa.65 eius.

Obscuris vallibus atque terræmotui qui aërem obnubilat, terrenorum cupidi similes esse exprimuntur.

Cap. XIX.

CVpidi de terrenis similes sunt vallibus.

Primo, quia vallēs quandoque sunt sordidæ; nam ad valles confluunt sordes, & ibi diutius conseruantur. Ita in cupidis sunt sordes omnis malitiæ & peccati, quia radix omnium malorum est
Iohel. 3 cupiditas. Iohel. Multiplicata est malitia populi in valle cōcisionis.

Secundo, quia valles sunt obscuræ. Nam cito famosis vaporibus obnubilantur, & densis tenebris obscurantur. Ita in cupidis est obscuritas propter vapores fumosos, id est, propter desideria terrena:
2 Mac.1 Mach, Acceptum ignem de altari absconderunt in valle. Ignis altaris, est lumen sapientiæ cælestis, quæ illuminat & inflammat, quæ tamen occultatur menti in valle cupiditatis.

Tertio, quia valles sunt à cœlo remotæ. Ita cupidi a cælesti desiderio. Hierem. Quid gloriaris in
Hier. 99 vallibus, id est, in terrenis cupiditatibus? defluxit vallis tua, id est, tua mens cupida, de summis ad ima; de cælestibus ad terrena, filia delicata, quæ confidebas in camēris tuis, &c.

Quarto, quia valles sunt infructuosæ; quia salices & infructuosę arbores maximè in vallib. crescere cōprobantur. Item in cupidis crescunt arbusta, id est, opera infructuosa. Et hinc est quod Para.
1. Par. 18 Edon (qui interpretatur terrenus, & significat cupidũ) percussus est in valle saluarũ, vbi, non erat fertilitas propter salsuginē. Item cupiditas terrenorum mentē obscurat, & animam venenat, & ideo assimilatur terremotui qui aērē obscurat, & interdum animalia habentia ora iuxta terrā venenat & necat. Et horũ ratio est: quia cum terræmotus fit ex vapore terrestri grosso & suliginoso & nigerrimo quādo eleuatur a solo, opponitur soli sicut nubes magna: & ita inducit aēris obscuritatē, & si etiā terra illa fuerit ante terremotum sicca, eleuatur ex superficie eius puluis qui reddit aerem spissum & nigrum. Et sol & lunæ & stellæ, apparent ex huiusmodi puluere quasi sanguis ad nigredinem vergens, Et sic etiam hoc modo inducitur obscuritas aēris, hoc etiam vapor cum sit venenosus, occidit animalia quæ hauriunt eum habentia ora iuxta terram, vt oues. Vnde dicit Seneca, quod tēpore Sene.
Neronis fuit terræmotus, in quo perijt grex sexcentarum ouium. Ita ex terrenorum cupiditate tanquam ex terrestri vapore, vel puluere anima obscuratur. Apo. Ter- Apo.6
remotus magnus factus est, & sol factus est niger tāquam saccus cilicinus, & luna tota facta est sicut sanguis. Terræmotus magnus est inordinatus terrenorum affectus, qui solem, id est, rationem, & lunam, id est, voluntatē, quæ mutabilis est, maculat & fœdat. Hic est terremotus qui vapore venenoso & pestilentiali, id est, opere vel lucro doloso & iniusto animas æter-
na morte facit intetire. Luc. Ter- Luc. 21
ræmotus magni per loca erunt, & pestilentiæ, & fames, terroresque. Vbi nota, quod terrenæ cupiditates homines reddūt inquietos, & ideo vocantur terræmotus. Itē dolosos & fraudulentos, & ideo vocantur pestilentiæ. Item faciūt eos insatiabiles & famelicos; &

ideo

Digitized by Google

ideo vocantur fames. Item raptores, & tyrannos, & ideo vocantur terrores.

Quomodo causetur grando, & quinque proprietates ei à natura insitæ, patefiunt, quæ quibusdam de causis, bello, hominumq; contrariæ assimilantur.

Cap. XX.

DIscordia siue bellum assimilatur grandini propter quinque.

Primo, quia grando est frigidissima quo ad tactum. Nam grando est stilla pluuiæ frigoris & vēti rigore in aëre congelata (vt dicit Arist.) fit enim ex vapore frigido & humido ad interiora nubis fugato per dominium caloris circunstantis: quia vapor in nube recipitur, & à frigiditate condensantur. Nam quādo vapor eleuatur ita altè virtute caloris, quòd non consumitur, fit nubes calidissima, eo quòd multum de calore remanet in vapore. Ideo ex calore circunfuso in aëre confortatur frigus & coarctatur in vnum locum, & ex calore ipsius nubis aperiente, frigus repēte intrat, congelat, & fit grando. Ita ex calore iracundiæ dominante, & ex vapore superbiæ cor subintrante: & ex frigore alicuius iniuriæ vel aduersitatis, generantur discordiæ & bella, quæ corda hominum frigida faciunt, expulso charitatis calore. Psalm. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, &c. Per ignem intellige iram: per niuē & glaciem, aliquam aduersitatem vel iniuriam constringentem: per spiritum, intellige pestem superbiæ, & ex his sequuntur procellæ bellorum.

Aristo. Methe.

Psa. 148

Secundo, quia grando est dura ad ictum. Nam grando fortiter percutit, ex eo quòd dura existit. Vnde & grana eius in scriptura, lapides appellantur. Eccl. Conflicti sunt lapides grandinum.

Eccl. 43

Prouenit autē duritia grandinis, ex eo q̄ frigus (vt dictum est) fugiens calorem aëris ad interiora nubis se recipit, & ex sua aggregatione virtus eius inualescit. Vnde vaporem quem in nube inuenit, sua virtute constringit, & in duram substantiam conuertit, & ideo magis quā in hyeme fiunt grandines in æstate, quia virtus frigoris quæ est in æstate, vnitur, & in vna parte aeris adunatur. In hyeme per aërem totū dispergitur, quare debilior redditur, nec ad congelandum vaporē sufficiens inuenitur. Ita bella & discordiæ ex calore iracundiæ, scilicet ex frigore malitiæ generatæ, corda hominum sic indurant, quòd vnus erga alium qui aduersatur semper læuiat: & nulla pietate seu benignitate mollescat. Vnde bellum, si diu durat, corda lapidea generat. Sapien. A petrosa ira plenæ mittentur grandines.

Sap. 5.

Tertio, quia grando est subita siue impetuosa quo ad descēsum. Nam cum de se sit grauis, vento etiam impellēte cum impetu descendit. Et ita etiam similiter cum impetu iræ & violentiæ bella geruntur. Cùm tamen Iacobus moneat, quòd omnis homo sit tardus ad iram. Nam ira non habet misericordiam, neque erumpens furor, Isa. Sicut impetus grandinis turbo conflingens.

Iac. 1.

Isa. 1.

Quarto, quia grando non est totaliter rotunda quo ad aspectum. Nam habet figuram quasi dentis, vel mochi. Cuius causam quidam assignant: quia cum vapor vnde generatur, esset expansus in latus, frigus contrahens, magis traxit de materia à latezibus quàm à superiori parte: & cū latus esset magnum, congelauit partem antequam alia flueret ad eam: & adhæsit ei sicut congelata gutta: et si aliquando inueniatur rotunda

Digitized by Google

rotunda, dicunt quòd est per accidens. Quia descendendo per inferiorem partem aëris, qui per reflectionem radiorum est temperatè calida, liquescit & minuitur & rotundatur. Quia ergo figura rotunda perfectionem (secundum Philosophum) importat, deficit in grandine rotunditas figuræ: quia communiter bella & lites contingunt ex defectu charitatis vel imperfectione. Charitas n. est vinculum pacis. Nam cui charitas perfecte adesset, etiam iniustè ledēti minimè repugnaret, dicente Domino: Qui te percusserit in vnam maxillam, præbe ei & aliam. Et Apost. Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Sap. Fructus inimicorū existimabat ignis ardens in grandine. Ignis quidem ardens in grandine, est charitas feruens in persecutione. Et hæc frequēter inimicos exterminat, dum eos ad beneuolentiam mutat, vnde Aposto. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi, hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius.

Col. 3. Matt. 5. Rom. 12 Sap. 16. Rom 12

Quinto, quia grando est noxia quo ad effectum. Nam cū impetu terrā petit, segetes, fructus & flores plurimum lædit: vnde in Psal. Percutit in grandine vineas eorū. Interdum etiam ex grandine animalia occiduntur, secūdum, illud Psal. Occidit in grandine iumenta eorum: præcipuè quando grando est multū grossa, quia tunc grauior existit, & impetuosius ruit. Et nota quòd descendit grando maior vel minor secundum quòd altiori loco vel terræ viciniori cadit, quia ex maiori motu in aëre calido minoratur & retardatur, ideo maior cadit à viciniori loco. Apocalip. Grando magna sicut talentum descendit de cælo in homines, multo autem magis per bella quàm per grādines, arbores vastantur & segetes, etiā occiduntur homines, animalia rapiuntur: & bona innumerabilia dissipantur & disperguntur.

Psa. 101 Psal. 77. Apo. 16

De hyperboreis montibus in septentrionali parte situatis, ac de eorum tribus præcipuis proprietatibus sit sermo, quibus mortales diuitiæ comparantur.

Cap. XXI.

Diuitiæ huius mundi assimilantur montibus hyperboreis propter tria.

Primo, propter preciositatē gemmarū. Sunt enim montes Scithiæ multum locupletes, auro abundātes & gemmis. In eis enim sunt smaragdi optimi, & cristalli purissimi. Et talia præcipuè sunt mundanarum diuitiarum materia, quibus accumulandis & possidendis cupiditas humana insistit, s. aurū & gemmæ, & alia consimilia. Quę tamē, quia amitti possunt, verę diuitiæ nō sunt. vnde Dominus dixit: Nolite thesaurisare vobis thesauros in terra, vbi ęrugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur. vbi omne diuitiarum genus ostenditur amisibile esse. Nam si de pannis vel palliis sericis, vel aureis, suas quis diuitias fecerit, corruptibiles diuitiæ sunt, quia possunt vastari à tineis. Si vero de metallorum pecuniis, adhuc patet destructibiles esse, quas ęrugo potest consumere. Si autem gemmæ sint, vel alia quæcunque, quæ non possunt consumi ærugine, vel tinea demoliri, saltem à furantis manibus non possunt esse securæ: ergo vt ibidem cōsulitur, thesaurizate vobis thesauros in cælo, vbi nec ærugo nec tinea demolitur, nec fures effodiunt, nec furantur.

Matt.

Secundo, propter asperitatem syluarum. Nam circa illos montes vbi tales diuitiæ sunt, asperrimæ quædam siluæ, per quasi ad dictas diuitias difficile est accessus, reperiuntur. In quo intelligitur quòd licet

Licet diuitiæ sint ad appetendum faciles, difficiles tamen sunt ad lucrandum & possidendum, & ideo homines vt eas lucrentur, maximos labores assumunt. Eccl. 31 Laborauit diues in congregatione substantiæ. Et idcirco inexcusabiles sunt qui propter cælestes & perennes diuitias negligunt laborare. Et propter hoc dicit Greg. quòd si quis via laboriosam existimant, suæ defidiæ est accusatio. Si enim tempestas pelagi nautis, plagæ & vulnera militibus, glacies & frigora agricultoribus, leuia & portabilia sunt propter spem præmij temporalis; multo magis cui cælũ placet nullum debet sentire periculum: maximè enim labores mitigat in finem bonum venire. Ne aspicias ergo quòd via ista aspera est, sed quo ducit. Nec aliã quòd lata est, sed vbi definit.

Gregorius.

In hoc etiam quòd difficilis est accessus ad montes diuitiarum ostenditur, quòd difficulter qui diues est, intrabit regnum cælorũ, Mat. 19 vt dicitur Matth.

Tertio propter multiplicitatem ferarum. Sunt enim in illis syluis, id est, circa illos montes, diuersa ferarum genera quæ homines vehementer impediunt, ne ad loca diuitiarũ accedant. Nam ibi sunt Grisones immanens, ibi Pardi, Tigrides & Pantheræ. Ibi esse dicũtur (præcipuè in Albania & Hircania qui sunt Scithiæ regiones) tantę magnitudinis & feritatis canes, vt tauros premant, & leones occidant. In Grisonibus qui equis & hominibus sunt infesti, significatur violentia raptorum. In Pardis autem variis & maculosis, variæ intelliguntur, fraudulẽtiæ mercatorum. In Tigribus velocissimis significatur festinata & velox substantia vsurariorum, quia vsura in paruo tempore multum multiplicatur & crescit. vnde dicitur Prouer. 13 Substantia festinata minuitur, quia diuitiæ vsurariæ sicut festinanter crescunt, ita communiter cito deficiunt. Sed in Pantheris qui odore aliasbestias ad se attrahunt & attractas eas rapiunt & comedunt, intelligitur malitia quorundam hypocritarum qui sub quadam sanctitatis specie lucra sæculi quærunt, vnde ab illis rapiunt quos odore bonæ famæ & sanctitatis traxerunt. per carnes intelligitur maleuolentia inuidorum, quæ præcipuè in illis abundat qui eadem lucra quærũt videlicet inter illos qui sunt eiusdem artis & inter medicos & iudices, ex eo quòd vnus putatur impedire lucrum alterius, sicut Philosophus dicit. Omnes has feras, id est, vitia diuitiæ mundi gignunt propter cupiditatẽ, de qua dicit Psalm. In ipsa pertransibunt omnes bestiæ, id est, omnia vitia.

Arist. Rhet.

Psal. 103

De septem Tauri stellis, quas Graeci Hyades vocitare consueuerunt, ac de earum quatuor proprietatibus pariterq; mentium, quibus doctores assimilantur.

[Cap. XXII.

DOctores sancti Ecclesiæ sunt similes stellis quæ dicuntur Hyades. De quibus fit mẽtio Iob, vbi dicitur: Qui facit arcturum & orionas & hyades & interiora austri. Intelligũtur ergo doctores in eis propter quatuor. Primo propter earum ortum. Nam hyades quæ oriuntur in vere, sunt stellæ pluuiales, in quarum ortu inundãt pluuiæ propter hoc, quòd tũc temporis vapores à mari & à terra per caloris solaris violentiam fortius ad superiora trahũtur, qui motu hyadum in pluuiam resoluuntur. Hyades ergo à quibus est inundantia pluuię, doctores ecclesię sunt, à quibus super arentes animas effunditur imber doctrinę. Deut. Concrescat vt pluuia doctrina mea: & ideo dicit Greg. Doctores sancti hyadum nuncupatione signantur. Græco quippe eloquia

Iob. 9.

Deu. 32.

Greg. in past.

Digitized by Google

loquio hyados vocatur pluuia, & hyades nomen à pluuiis acceperunt, quia ortæ proculdubio imbres ferunt. Bene igitur hyadum appellatione expressi sunt qui ad statum vniuersalis Ecclesiæ, quasi in cæli faciem deducti super aren tem terram humani pectoris sanctæ prædicationis imbres fuderunt.

Secundo, propter earum situm: quia istæ stellæ hyades situm suum habent in fronte Tauri vt dicit Martia. Et in 16. gradu Tauri, vt di cit Misaël. Ex corpore hominis dominatur collo & gutturi. Constat autem quod in collo & gutture vox prædicationis formatur: vnde quasi hyades sunt in Tauro, dum sancti prædicatores prædicationis vocem formãtes, dominiũ, & auctoritatem habent in prædicando: sed sicut dicit beatus Gre. loquẽdi auctoritas perditur quan do vox prædicationis ab opere non iuuatur. Vnde necesse est, sicut idem beatus Greg dicit, quòd prædicator quisque plus actibus quàm vocibus intonet, & bene viuendo vestigia sequentibus imprimat, quam loquendo & prædicando quò gradiantur, ostendat.

Mart. Misa.

Greg. in pasto.

Tertio, propter effectum. Nam quando oriuntur hyades, crescunt dies, & sol incipit esse feruentior: fruges etiã vberius crescunt, quia tunc à pluuijs irrigantur. Sic etiã per doctrinam & prædicationes sanctorum doctorum crescunt in audientibus dies, id est, claritas cognitionis & feruor dilectionis, & fructus operationis.

Quarto, propter aspectũ, quià scilicet constellatio hyadũ habet stellas plures & clarissimas aspectui nostro & etiã ordinatas per gyrum: quia scilicet sancti doctores fuerunt vt stellæ incorrupti per vitam. Dan. Qui ad iustitiam eruditi plurimos, erunt quasi stellæ in perpetuas æternitates. Item multiplicati per gratiã. Gene. Inspice cælũ, & numera stellas si potes. Item clarissimi per doctrinã. Bar. Stellæ dederunt lumen in custodiis suis. Item ordinati per gyrum quasi vallãtes & defendentes Ecclesiam. Iud. Stellæ manẽtes in ordine & cursu suo aduersum Sisara pugnauerunt. Item doctores sancti assimilantur montib. propter decẽ proprietates quas beatus Isidorus tangit. Quarũ prima est, quòd montes sunt a terra eleuati. Sicut etiam sancti doctores eleuati esse dicuntur per contemptum terrenorum: vnde Isa. Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion. vbi Greg. dicit, Qui cælesti prædicationi vtitur, terrenorum operum infimã deseres, in rerum culmine stare videatur, quo tãto facilius subditos ad meliora pertrahat: quanto per vitæ meritũ de supernis clamat.

Gen. Bar. 3. Iud. 5. Isi. lib. ethim. Isa. 40. Greg. in past. Pro. 19. Pro. 8.

Secundo, montes sunt solidi & compacti. Et tales sunt doctores sancti per patientiam aduersorũ. Prouer. Doctrina viri per patientiam noscitur. Nec dum montes graui mole constiterãt. Nam doctores sancti etiã graui mole tribulationis pressi, tandẽ consistunt solidi & alti.

Tertio, montes sunt à terra versus cælũ erecti, & tamen terræ radicitus coniuncti. Et similiter sacri doctores sunt versus cælũ erecti per desiderium & contemplationem æternorum. Apo. Conuersatio nostra in cælis est. Isti tamẽ montes, sunt terræ, id est, corpori coniuncti radice, id est, radicali & ineuitabili necessitate corporalium passionum. Deut. Ascendistis ad radices montis, qui ardebat vsque ad cælum. Hic mons est eminentia sanctorum doctorum quorum radix inferior, scilicet necessitas carnis terræ coniuncta est: mens tamẽ & desiderio vsque ad cælum ardet. Psalm. Montes excelsi

Phil. 3. Deu. 4. Psa. 103.

Digitized by Google

celsi ceruis.i. doctoribus sanctis.

Quarto, sunt montes aquarum attractiui; eo quod terra alta, est spongiosior ad attrahendum. Ita doctores sancti attrahunt aquas gratiarum per vacuitatem siue porositatem humilium affectionum
Psa.103 siue orationum Psal. Super montes stabunt aquæ.

Quinto, sunt montes aquarum emissiui, fontium & fluminũ causatiui. Nam voragines quæ sunt principium indeficientium fluminum & matrices, magis sunt in altis locis vel sub eis. Ideo maxima flumina a montibus oriuntur Sicut de maximo in meridie mõte qui dicitur Athlas patet, & de alio monte maxime in Aquilone versus Orientem, Huius enim tanta est altitudo ꝙ habitantes sub ipso, vident in eius cacumine radios solis in mane per quatuor horas vltimas noctis, & sic in sero per quatuor primas horas noctis. Et in eiusdem pede siue fundamento habitant gentes diuersarum linguarum, a quo monte oriuntur diuersa & magna flumina Ita etiam sancti doctores sunt aquarum, id est, doctrinarum emissiui, per exercitium prædicationũ, fontium & fluminum effusiui, per scripturas librorum & prædicationũ. Sunt enim interius pleni profundis voraginibus, id est, profundis considerationibus. Ex quibus causantur doctrinarum profluuij.
Psa.103 Psal. Rigãs mõtes de superioribus.
Isa.41 Isa. Aperiã in supremis collib. fluuina, & in media cãporũ fontes.

Sexto, quia montes sunt metallorum nobilium contentiui. Et sic sunt doctores contentiui habituũ nobilium virtutum & donorum.
Zach.6 Zach. Montes ærei.

Septimo, sunt diuersorum fructuum & herbarum medicinaliũ productiui, quia .n. purioris sunt aëris quam valles: fructus faciunt puriores, sapidiores, & saniores: quamuis faciunt pauciores. Ita sancti doctores producunt herbas & fructus, s. bona opera & meritoria. Psal. Qui producit in montibus fœnum & herbam. Et eorũ Psa.146
fructus, id est, opera habent puritatem intentionis: saporem deuotionis: & sanitatem discretionis.

Octauo, montes sunt radiorum solarium susceptiui & diutius retentiui. Sic sancti doctores sunt susceptiui & retentiui radiorum solarium.i. diuinarũ reuelationũ. 1.Mach 6.
Mach. Resplenduerunt montes.

De nonnullis doctrinæ Christi similitudinibus ex varijs aquarum effectibus deprẽptis. Cap. XXIII.

Doctrina Christi vera mentes credentium purificat. Vnde assimilatur illi aquæ quæ est Macedoniæ, quæ ab ouibus bibita, facit eas albas. Et sic doctrina Christi recepta in mẽtibus credentiũ, reddit eas mũdas. Eze. Effundã super Eze.36
vos aquã mũdã, & mundabimini. Econtrariũ autẽ praua hæreticorũ doctrina, quia est terrena & carnalis, corda recipientium sordidat & denigrat: sicut aqua calida, & terrestris multũ denigrat pelles animalium, Nã calor aquę adurendo pellẽ priuat eã perspicuitate & per cõsequẽs lanã: quia omne animal præter hominẽ variat pilũ secũdũ varietatem pellis. Vnde tales sunt aquæ hæreticorũ: quæ falsitatib. & mẽdacijs animas denigrãt.i. obscurãt. Hier. Facta est mihi quasi mẽ- Hier.15
daciũ aquarũ infideliũ. Itẽ doctrina Christi assimilatur fonti. Prou. Prou 18
Aqua ꝓfunda verba ex ore viri & Eccl.1
torrẽs redundãs fons sapiẽtiæ. Ec. Fons sapientiæ verbũ dei in excelsis. Et hoc fons tres habet cõditiones, prima, quia erudit. Prou. Fons Prou.16
vitę eruditio possidentis. Secunda quia vitam adducit. Prouer. Lex Pro.17
sapientis fons vitæ, vt declinet à ruina mortis. Tertio, quia aquas consolationis tribuit Isa. Haurie- Isa.12
tis aquas in gaudio de fontibus.

Salua-

Saluatoris. Hi fontes sunt Apostoli qui nobis tribuerunt aquã perfectionis euangelicæ. Exod. Venerunt in Helim vbi erãt duodecim fontes: Item doctrina verbi Dei assimilatur pluuiæ, secundũ illud Deut. Concrescat vt pluuia doctrina mea, & hoc propter quatuor. Primo, quia pluuia est aeris purificatiua & irrigatiua. Et sic doctrina verbi Dei cor mundat, Ioan. Vos enim mundi estis propter sermonẽ quem locutus sum vobis. Mundando autem lętificat, Psal. Lætabor ergo super eloquia tua. Secundo, qui a est oris saporatiua. Nam secundum Constantinum, aqua pluuialis sapidior est alijs aquis. Est enim (vt ipse dicit) ex se lucida, clara, subtilis, leuis, sapida & omnibus impuritatibus impermixta. Quæ omnia competunt sacræ doctrinæ, quia scilicet est lucida ad diri gendum. Apoc. Ostendit mihi fluuium aquæ viuæ splendidum tãquã crystallum.

Exo. 25. Deu. 32 Ioan. 15 Psal. 118 Apo. 22

Item est clara ad intelligẽdum. Psal. Declaratio sermonum tuorũ illuminat & intellectu dat paruulis. Subtilis ad exponendum. Sap. Est in illa spiritus intelligentiæ, multiplex vnitu subtilis. Item leuis ad obseruandum. Ioan. Mandata eius grauia non sunt. Item sapida ad meditandum. Psal. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Eccl. Sapientia doctrinæ secundum nomen eius: est sapientia à sapore dicta. Item est omnibus impuritatibus, id est, falsitatibus impermixta ad credẽdum. Matt. Viam Dei in veritate doces. Tertio, quia ad caloris mitigatiua. Ita doctrina sapientiæ mitigat ardorem carnis. Hiero. Ama scientiam scripturarũ, & carnis vitia non amabis. Eccl. Ignem ardentem extingue aqua, scilicet sapientia ignem luxuriæ.

Psal. 118 Sap. 7. 1. Ioa. 5 Psal. 118 Eccl. 6, Mat. 22 Hier. super na. Eccl. 3.

Quarto, quia piscium est nutritiua. Quasi enim pisces aquatici sũt homines tribulati, quos aqua doctrinæ salutaris nutrit, consolatur & confortat. Psalm. Hæc me consolata est in humiliate mea: quia eloquiũ tuũ viuificabit me. Et hinc est, quod doctrina spiritualis assimilatur etiam piscinæ: quia piscina siue piscaria propriè dicitur ad nutriendum pisces collecta; quia scilicet, spiritualis doctrina est piscium, id est, spiritualium virorum nutritiua.

Psa. 118

Sed nota, quod ad bonitatem piscinæ requiruntur tria, scilicet fundi soliditas: aquæ influxibilitatis puritas, & influentis continuitas. Ita vt doctrina spiritualis nutriat animam, requiritur primo recipientis soliditas, scilicet vt non sit vas confractum non retinens, secundum illud Eccle. Cor fatui quasi vas confractum omnem sapientiam non tenebit. Item doctrinæ puritas, scilicet, vt doctrina pura sit, & catholica, nõ hæretica. vel infectiua. Item doctrinę continuitas, quia cum ipsa sit cibus mẽtis oportet quod quotidie ipsa reficiatur.

Eccl. 21

De septem planetarum naturalibus in humanis corporibus effectibus quibus septem charismatum dona comparantur.

Cap. XXIIII.

DOna septem Spiritus sancti assimilantur septem planetis. Quia sicut septem planetarum vũ ribus formatur, & perficitur homi nis corpus. Ita septem donorum gradibus formatur, & perficitur spiritus. Nam (secundum Astrologos & Medicos) Saturnus materiam conceptam in matrice mollem & fluidam frigiditate, & sicci tate sua coagulat & condensat. Et hoc spiritualiter competit dono timoris, qui pronitatem, & fluxibilitatem hominis ad peccandum cohibet. & restringit. Nam (vt dicitur Prouerb.) Per timorem Domini declinat omnis à malo.

Prou. 17

Iupiter

Digitized by Google

Iuppiter autem secundo mense spiritum & mẽbra tribuit, in quibus, & ex quibus est postea robur operandi. Et hoc competit dono fortitudinis quo & spiritus, & membra roborantur ad bene ope
Prou. 31 randum. Prouer. Accinxit fortitudinem lumbos suos, & roborauit brachium suum.

Mars tertio mense subtiliat sanguinem & humorem condensat, & ordinat & componit. Et hoc competit dono consilij, quo scilicet mens subtiliatur ad bene disponendum, & ordinandum actus & motus suos.

Sol quarto mense vitalem calorem, & spiritum epati & cordi tribuit. Hoc enim competit dono sapientiæ, qua anima viuificatur, inflammatur, & Spiritus sancti habitaculum efficitur.

Venus, quinto mense organa sensibilia, & officialia mẽbra, aures, & nasum, & huiusmodi perficit & disponit. Hoc competit dono scientiæ, quo organa sensibilia, & temporalia ordinantur, & regulantur.

Mercurius, sexto mense omnia corporis foramina, & porosa, & linguam, & nares componit. Hoc competit dono intellectus quo foramina, id est, sensus corporis componuntur: nares etiam, id est, vis discretionis tribuitur: & lingua ad rethoricè loquendum dirigitur.

Luna mense septimo suis limitibus mẽbra diuidit, & distinguit. Quod pertinet ad donum pietatis quo diuiduntur & distribuuntur eleemosynæ secundum exigentiam vnuscuiusque: secundum
Psa. 111 illud Psalm. Dispersit dedit pauperibus.

De variis Montis Sion ac firmamenti proprietatibus, & motibus, Zodiaci, signis, quibus Ecclesia Christi atque fidei articuli assimilantur.

Cap. xxv.

Ecclesia Christi assimilatur firmamento propter septem, primo quia firmamentum secũda die factum recitatur. Ge. Sed no- Gene. 1
tãdum, quod suppositò, quòd cælum non sit de natura quatuor elementorum, sed de natura quin- Arist. 2.
tæ essentiæ: vt ponit Aristo. tunc de cæ.
non potest intelligi factum secũda die quãtum ad productionem substantiæ, siue formæ suæ substãtialis, quia si materia corporalium præcessit tempore formationem suam (vt communiter Sancti ponunt) tũc sequeretur, quòd si firmamentum fuit secunda die productum quantum ad suam formam substantialem, quod materia fuit primo sub alia forma substantiali, quod esse non potuit, quia natura cælestis cum sit incorruptibilis, habet materiam, quæ non alteri formæ potest subesse: vnde impossibile est quod sit formatum ex materia prius tẽpore existente Et ideo productio substantiæ firmamenti ad tẽpus creationis pertinet, sed aliqua formatio eius pertinet ad opus se
cundæ diei sicut etiam Dio. dicit, Dio. de
quòd lumen solis fuit informe in diuino.
primo triduo, & postea fuit in quarto die formatum. Et sic potest dici, quòd firmamentum fuit à principio creatum secundum suam substantiam: sed secunda die ampliori formatione decoratum & ornatum. Ita etiam ecclesia fidelium fuit ab initio mundi inchoata, scilicet in primis parentibus, vel secũdum aliquos in Abel primo iusto, sed perfectè formata, & decorata fuit secũda die, id est, in tempore plenitudinis gratiæ quando Christus venit in mundum.

Prima enim dies, id est, totum tempus præcedens fuerat nubilosa, id est, sub caligine culpæ, vel figurarum vmbra: quia scilicet

Digitized by Google

patres nostri omnes sub nube fuerunt Sed secūda die fuit luminosa per plenitudinem gratiæ, & per præsentiam Christi qui ait: quamdiu sum in mundo lux sum mundi. Et ideo prima die Christus fuit quasi informis sub obscuritate figurarum Sed in secunda quasi formatus in præsentia, & veritate, Hebr. Iesus Christus heri & hodie.

1.Co.10

Io.9.

Heb.13.

Secundo, quia firmamentū octauam sphæra vocatur, Nam sub eo sunt septem sphæræ planetarum, & ipsum ponitur octaua sphæra. Hoc autem ecclesiæ Christi competit, quæ octauam resurrectionis expectat, & octauam diem. s. dominicam celebrat, & de octauis etiam sanctorum festiuat. Septenatius autem numerus orbium septem planetarum sub firmamento, ad vetus testamentum refertur, vbi septima celebratur dies scilicet sabbatum, vnde dicitur Eccles. da partes septem, nec non & octo.

Ecc. 11.

Tertio, quia firmamētum multis stellis decoratur, vnde dicitur Gene quòd Deus fecit stellas, & posuit eas in firmamento. Sicut ergo firmamentum habet quasi innumerabiles stellas, ita ecclesia quasi innumerabiles sanctos. Ge. Inspice cælum, & numera stellas, si potes. Notandum est, quòd stellarum siue cæli stellati à nobis solum medietas videtur, quæ medietas sphæræ exercitis hæmisphærium vocatur Et hæc medietas à nobis totaliter videtur: sed propter defectum visus nostri terræ coniūgi putatur. Vnde circulus vbi finitur orizon, id est, visus terminatio vocatur. Sic etiam ecclesiæ, siue sanctorum eius pars est à nobis visibilis, scilicet hi qui sunt in terra, & pars à nobis invisibilis, scilicet illi qui sunt in gloria.

Gene. 1

Gen.15

Quarto, quia firmamentum inter duos polos rotatur: quorum scilicet septentrionalis nunquam nobis occidit, qui dicitur polus arcticus. Alter, scilicet australis qui antarticus dicitur, nunquam à nobis videtur Sunt autem hi duo poli inter quos firmamētum vertitur, quorum vnus visibilis est, & alter inuisibilis, duo testamenta, quibus Ecclesia in sua fide innititur, quorum vnum, scilicet testamentum vetus, bona visibilia, & præsentia promittebat: aliud verò. s. nouum, futura, & inuisibilia prædicat. Vel hi poli sunt duæ naturæ in Christo, scilicet diuina, & humana, circa quas est tota fides ecclesiæ. Et vna est visibilis. s. humana, & altera inuisibilis. s. diuina. Vel duo poli immobiles quibus cælū in suo motu innititur, sunt duo charitatis præcepta, quibus immobiliter inniti debet vita fidelium ecclesiæ: quorum vnum est de dilectione Dei, qui non videtur: alterum de dilectione proximi, qui videtur, dicente Ioanne. Qui nō diligit proximum suum quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere.

1.Io.4.

Quinto, quia firmamentum in xii. signa distinguitur, secundum circulum Zodiacū, qui in xij. partes distinguitur æquales, quæ sunt xij. signa quæ nobis signat in qua parte cæli, &: ol, & planetæ immorantur. Et sunt ista xij. signa xij. spatia æquāliter distincta, stellis notabilibus ab astrologis denotata. Et vnumquodque signum per xxx diuiditur gradus, & gradus per lx. minuta, & minutum per lx secunda, ita quod lx secūda minutum vnū. lx. minuta gradum vnum, xxx. gradus signum vnum faciunt. Sunt etiā signa hæc animalium specialiū nominibus nuncupata, quorum primum vocatur Aries, secundum Taurus, tertium Gemini, quartum Cancer

cer, quintum Leo, sextum Virgo, septimum Libra, octauum Scorpio, nonum Sagittarius, decimum Capricornus, vndecimum Aquarius, duodecimum Pisces. Sicut ergo circulus Zodiaci siue firmamenti distinguitur. xij signis, ita fides ecclesiæ distinguitur. xij. articulis, quorum sex pertinent ad diuinitatē, & sex ad humanitatē.

Nam primus articulus est, vt credamus diuinæ essentiæ vnitatem, id est, quod Deus vnus est.

Secundus est, vt credamus in vna essentia esse personarum trinitatem, scilicet Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Tertius, vt credamus rerū creationem, id est, omnia tam visibilia, quam inuisibilia esse à Deo creata.

Quartus, pertinet ad effectus gratiæ, per quam viuificamur à Deo, scilicet credere in vnam sanctam ecclesiam catholicā, & omnia ecclesiæ sacramenta, & remissionem peccatorum fieri per ea.

Quintus est credere corporum resurrectionem, scilicet quod omnes homines resurgent cum corporibus suis.

Sextus est credere resurrectionē bonorum in vitam æternam: & punitionem malorum, scilicet in inferno,

Septimus est credere Christi conceptionē, scilicet quod Christus conceptus est de Sancto spiritu, & eius natiuitatem ex Maria Virgine.

Octauus est credere eius passionem, & mortē, scilicet quòd crucifixus est sub Pilato, & quod vere fuit mortuus, & sepultus.

Nonus est credere eius resurrectionem, scilicet, quòd tertia die resurrexit à mortuis.

Decimus est credere, quòd descendit ad inferos.

Vndecimus est, quòd ascendit ad cælos, & quod sedet ad dexteram Dei patris.

Duodecimus est de aduentu ad iudicium die nouissima. Et sicut omnia. xij. signa continentur in Zodiaco, qui dicitur circulus signorum: Ita omnes isti articuli continentur in symbolo, quī dicitur Apostolorum, scilicet, Credo in Deum &c. Qui dicitur in ecclesia secretè, ex eo quòd fuit editus fide Christi nondum propalata. Et dicitur omni die in prima & completorio, id est, in principio diei, & in principio noctis, ad ostendendum quòd a fide debent omnia opera nostra incipere, & quod ipsa fide munimur in prosperis, & aduersis.

Duodecim Zodiaci vero animalia à quibus signa denominantur, representant duodecim Apostolos, qui symbolum ediderunt. Nam in ariete quod est nomen primi signi representatur Beatus Petrus, qui fuit dux Apostolorum. Aries enim consueuit esse dux gregum, vnde Beatus Petrus symbolum incepit, dicens: Credo in Deum patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ. Ioannes autem secundum quosdam subiunxit: Et in Iesum Christum filium eius vnicum Dominum nostrum. Iacobus autem Zebedæi addidit, Qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine. Andreas autem appoluit, Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus. Philippus autem adiunxit, Descendit ad inferos. Thomas autem dixit. Tertia die resurrexit à mortuis. Bartolomæus vero protulit, Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Matthæus quoque intulit, Inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Iacobus autem Alphæi confessus est, dicens, Credo in Spiritum sanctum. Simon autem adiungens ait: Sanctam

Digitized by Google

ecclesiam catholicam, sanctorum communionem. Iudas vero Iacobi, qui & Thadeus, addidit Remissionem peccatorum. Vltimo Matthias, vel secundum quosdam iterum Thomas concludit dicens, Carnis resurrectionem, & vitam æternam: amen. Aliqui tamen aliter prædictos articulos attribuunt Apostolis, sed nō est magna vis.

Sexto quoad motum. Quia firmamentum triplici motu mouetur, Nam secundū astrologos primus motus eius est diurnus, qui est ab Oriente in Occidentem super polos mundi, & completur in 24 horis diurnis, & nocturnis.

Alter motus firmamenti est stellarum fixarum, siue signorū econtrario ab Occidente in Orientem, qui completur totus in 36. milibus annis, & sic in omnibus annis per vnum gradum, quamuis hunc motum stellarum ignorasse videtur Aristoteles, qui supponit in secundo de cælo, cælum sydereum esse vltimam sphæram, cui attribuit vnicum tātum motum, & vniformem, & in eo esse stellas fixas & immobiles asseruit sicut clauos in rota. Vnde prædictus stellarum motus adhuc non clarè patebat astrologis contemporaneis Aristotelis. Primi enim qui hunc perceperunt, & tradiderunt posteris, fuerunt Abrachis & Felix (vt Ptolomæus refert) à quibus & ipse habuit: Et hi fuerunt post Alexādrum magnum. Dictus vero Ptolomæus fuit post tempora Christi circa tempus Adriani Imperatoris, quē ipse Ptolomęus in suo libro Almagesti sæpius nominat.

Tertius motus firmamenti, siue cæli stellati, est motus accessionis & recessionis, qui fit in lxxx. annis per vnum gradum. Et ita etiam similiter fideles ecclesiæ hoc triplici motu mouentur. Primus motus, est motus naturæ: & iste est ab Oriente in Occidentē, id est a natiuitate ad mortem: & iste est cursus naturalis, quia omnes morimur. Apostolus: Omnes quidem currunt: Secundus est pœnitentię, ab Occidente in Orientem, id est, ab occasu peccati ad ortum gratiæ per quam efficiuntur stellæ fixæ, & fulgidæ, Deute-rono. Estis hodie sicut stellæ cæli. Tertius est gloriæ, & iste est accessionis, & recessionis quo recedimus à miseria mundi, & accedimus ad fœlicitatem paradisi. Item recedimus à corporis mortalitate, & accedimus ad vitæ æternitatem. Dani. Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, erunt sicut stellæ in perpetuas æternitates. 1. Cor. 9. Deut. 1. Dan. 12

Septimo, quia firmamentum, id est cælum stellarum specialiter elemento terræ dominatur. Vnde in terra diuersæ res generantur, & diuersæ imagines in eis figurantur, secundum diuersitatem stellarum, & constellationū. Similiter ecclesia dominium, & auctoritatem habet super terram super eos, id est, qui viuunt in terra non solum spirituali, de qua Dominus dixit Matt. Quodcunque ligaueritis super terram erit ligatum & in cælis. Sed insuper (vt quidam dicunt) habet potestatem temporalem cum temporale ordinetur ad spirituale. Matt. 16

Item ecclesia assimilatur Monti Syon.

Primo quidem, quia mons ille fuit magnæ sublimitatis: & sic ecclesia magnæ sublimitatis: & sic ecclesia magnæ sublimitatis est quantum ad temporalem, & spiritualem auctoritatem, Isa. Erit mons domus Domini, id est, ecclesiæ auctoritas, & dominium in vertice montium. Isa. 2.

Secundo, quia mons est magnæ fort-

Digitized by Google

fortitudinis, & firmitatis: & sic ecclesia magnam fortitudinem, & firmitatem habuit contra persequentium seueritatem, Isaiæ. Vrbis fortitudinis nostræ Syon, &c. Isa.27.

Tertio, quia fuit mons magnæ vbertatis: & sic ecclesia propter meritorum Christi, & sanctorum Psal.147 fœcunditatem Psal. Lauda Deum tuum Syon, quoniam confortauit seras portarum tuarum, benedixit filijs tuis in te.

Quarto, quia fuit mons magnæ amœnitatis. Et sic ecclesia habet magnam amœnitatem in varietate diuersorum statuum, & sanctorum. Apocalypsis. Agnus stabat Apo 14 supra montem Syon, & cum eo centum quadraginta quatuor millia.

Quinto, quia fuit mons magnæ securitatis, & sic ecclesia secura, & intrepida est propter Dei, & angelorum custodiam, & potestatē. Isa.10. Et ideo dicitur Isaiæ. Noli timere populo meus habitator Syon, &c.

Sexto, quia fuit mons magnæ sanctitatis: quod ecclesiæ etiā cōpetit propter sacramentorum efficaciam, & virtutem: & ideo dicitur ibi esse saluatio propter sacramenta salutis. Isaias. dabo in Syō Isa.46. salutem. Et Abd. In monte Syon Abd. 1. erit saluatio.

Septimo, fuit mōs perfectæ eruditionis, Et hoc magis ecclesiæ competit propter euangelicæ legis perfectionem. Isa. De Syon exibit lex. Isa 2.

Vergiliæ stellis septem ante genua Tauri nauigationis tempus Hædentes eorum ortu, quatuor causis electi Dei comparantur, in quibus septem principales solarium virtutes

Cap. XXVI.

ELecti Dei repræsentantur in constellatione istarum stellarum, quæ vocantur Pleiades, propter quatuor.

Primo, propter numerum. Nam (secundùm Gregorium) Pleiades à pluralitate dictæ sunt. Sunt enim septem stellæ, quæ inter genua Tauri sitæ, & vicinæ ibi sunt, & diuisæ à se inuicem. Vnde per eas omnium electorum vniuersitas insinuatur, qui inter vitæ præsentis tenebras, spiritus septiformis gratiæ lumine non illustrant, qui à mundi origine vsque ad eius terminum diuersis temporibus nisi si quasi distincti sunt, & coniuncti per intentionem mentis. Vnde Iob, Numquid coniungere valebis micantes stellas Pleiades. Vel septem stellis decoratur constellatio Pleiadum, quia septem virtutibus fulget vniuersitas electorum, scilicet quatuor Cardinalibus, quæ sunt iustitia, temperantia, fortitudo, & prudentia, Et tribus theologicis, scilicet fide, spe, & charitate. Quæ quidem virtutes, etsi sint inter se distinctæ, adeo tamen sunt cōfœdatæ, & coniunctæ in anima, vt nunquam possint haberi separatæ: Vnde (secundum doctrinam Stoicorum quam in hac parte approbat doctrina sanctorum) virtutes sic connexæ sunt ad inuicē, vt qui vnam habet, omnes pariter habeat; & qui vna caret, omnibus carere necesse est. Iob. 38.

Secundo propter earum ortum. Vernali enim tempore Pleiades oriuntur, & quanto aër serenior est, & frigidior, tanto ab aliis stellis melius discernuntur, quia electi Dei maximè per tribulationis frigus ad virtutes consurgūt, & in eis virtutes oriuntur: meliusque quàm virtuosi sint cognoscuntur, quando tribulationū frigoribus constringuntur.

Tertio propter aspectum, quia scilicet vna ex illis stellis latere videtur, ita quod nec ex toto se occultat: nec ex toto se manifestat. Hæc est electorum humi-

Digitized by Google

litas qua bona sua occultare desiderant, ne illa ventus vanitatis dispergat. Nec tamen ex toto occultant, sed vt tam sibi per humilitatis custodiam, quam alijs per diuinorum operum exempla proficiant, sic opera in publico faciũt vt eorum semper intẽtio maneat in occulto.

Quarto propter effectum, quia cum Sol per pleiades iter facit, aëris caliditas vernalibus pluuijs tẽperatur, & terra tunc temporis, florum pulchritudine adornatur: quia scilicet electi, & virtuosi viri, sunt diuino amore calidi, & deuotis lachrymis madidi, semper tamen sobrij, & bonorum exemplorũ odoriferis floribus redimiti, & ornati.

Eleemosyna vtilitates ac perfectiones, Montisque Oliueti proprietates, quibus eleemosynarius, & misericors similis efficitur, hic describuntur.

Cap. XXVII.

ELeemosynarius, & misericors similis est monti Oliueti. Nam mons Oliueti (secundum August.) fuit mons chrismatis, & vnctionis, pinguedinis, & refectionis, medicaminis, & curationis Et hoc propter abundantiam olei ibi crescentis, quia oleum est vnctuosum, virtuosum, & delitiosum.

Primo enim eleemosyna sanctificat tribuentem: & hoc significatur in vnctione chrismatis, de qua
Exo.40. dicitur Exod. Omnia vnctionis oleo cõsecrabis. Hoc enim est oleũ misericordiæ, & pietatis, quo omnia consecrantur, quia (sicut di-
1.Thi.4 cit Apostolus) Pietas ad omnia valet.

Item eleemosyna reficit esuriẽtem: & hoc significatur in olei impinguatione. De qua dicitur in
Psal.22. Psalmo, Impinguasti in oleo caput meum Et nota, quod erat oleum quo inungebatur tabernaculum: & hoc est oleum, id est, pietas eleemosynæ corporalis, qua refouetur tabernaculum ventris siue corporis, de quo dicitur Exod. Exo.40.
Assumpto vnctionis oleo vnges tabernaculum. Aliud vero oleum erat quo inungebatur caput: & hoc est eleemosyna spiritualis: per quam inungitur caput mentis: de quo ibidem præmittitur, Oleum vnctionis fundes super caput eius. Et de hoc oleo etiã habetur Hester: quod oportebat Hest.2.
quod puellæ quæ seruabantur regi, sex mensibus oleo vngerentur &c. Istæ puellæ sunt animæ deuotæ quæ Christo regi seruãtur, quæ oleo inunguntur sex mensibus, quando solicitè insistunt sex eleemosynarum spiritualium operibus, quæ in hoc versiculo continentur.

Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora.

Tertio eleemosyna curat ægrotantem, scilicet peccatorẽ, & hoc designatur in vnctionis medicamine de quo Matt. Vngebant o- Matt.6.
leo multos infirmos, & sanabantur. Sic oleo misericordiæ, & eleemosynarum sanantur, & curantur vulnera peccatorum, Tob. Eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, facit inuenire vitã æternam.

Planetarum status, cursus, varijque eorum effectus ac proprietates hic recensentur, quibus elati assimilantur.

Cap. XXVIII.

EXaltationem superborũ semper sequitur deiectio, secundum illud Prouerb. Ante ruinam Prou.16.
exaltatur cor. Vnde superbi similes sunt planetis: quia sicut planeta habet in auge sua ascensum, & exaltationẽ, sic in opposito augis descensum, & depressionem: vnde (sicut dicit Plinius) A centro Plin.
terræ, absides altissimæ sunt. Saturno in Scorpione, Ioui in Virgine,

Digitized by Google

gine, Marti in Leone, Soli in Geminis, Veneri in Sagittario, Mercurio in Capricorno medijs partibus: & e contra ad terræ centrum humillimæ atque proximæ, Alij etiam dicunt quod quilibet planeta ſicut in aliquo vno ſigno habet regnum, & gloriam ſua, ſic in aliquo alio abiectionem, & triſtitiam, verbi gratia. Nam (ſicut dictum:) ſol habet gloriam ſuam in xix. gradu arietis, & caſum in eodem gradu libræ. Per Solem ergo intellige mũdana ſapientia reſulgentes, qui extolluntur in ariete in aliorum ducatu, quod ſuas opiniones, & conſilia multi ſequantur. Aries enim apud paſtores cõſueuit eſſe dux gregis. Sed iſta gloria annihilatur in libra, id eſt, in diuina ſapientia omnia recto pondere librante, & ponderante, 1.Cor.3 vnde Apoſt. dicit, quod ſapientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum.

Item Venus gloriam ſuam habet in piſcibus. xxviij. gradibus, & caſum ſuum ſiue triſtitiam ſuam in conſimili gradu ſigni oppoſiti, ſcilicet Virginis: Intelligе ergo per Venerem eos qui carnali pulchritudine ſunt venuſti, qui in piſcibus, id eſt, in delitijs corporis gloriantur, volentes, ſcilicet, molliter viuere in aquis delitiarum. Sed gloria eorum in Virgine deficit, quia caſtitas ſiue virginitas in ipſis delitijs perit. Bernardus, Perit humilitas in diuitijs, caſtitas Bern. in delitijs. Apoſtol. Vidua quæ 1.Thi.5 in deliciji eſt, viuens mortua eſt,

Item Mercurius in Virgine quindecim gradibus gloriatur, & cadit in Piſcibus totidem gradibus. Mercurius qui gloriatur in Virgine, ſignificat hominem honeſtum qui ſuæ bit & extollitur de carnis caſtitate, quem quando que Deus in piſcibus aquarum, id eſt, in tentationibus concupiſcentiarum cadere permittit, vt humilietur: vnde Philip. Gloriamini in Phil.3. Chriſto non in carne.

Item Luna erigitur in Tauro tribus gradibus, & totidem cadit in Scorpione. Per Lunam intellige terrenam poteſtatem, quæ precipue Luna terreſtribus dominãs, in Tauro erigitur, dum per ſuperbiam in tyrannidem conuertitur. Sed in Scorpione deijcitur, quia omnis tyrannus in fine male deprimitur. Scorpio enim cauda, id eſt, fine percutit.

Item Saturnus in Libra regnat, cadit in Ariete per Saturnum intellige abundantiam temporalẽ, (Nam Saturnus à ſaturando eſt dictus) cuius vxor à paganis fingitur fuiſſe vocata Opus, ab opulentia ſcilicet, quia hanc tribuit mortalibus, hæc regnat in libra, id eſt, in menſura, vel temperantia, quia ſine temperantia, & mẽſura etiam ſi abundet, non durat temporalis ſubſtantia. Sed in Ariete, id eſt, in morte penitus annihilatur, Pſal. Dormierunt ſom- Pſal.75. num ſuum & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum. Eſt autem mors velut aries duobus cornibus, id eſt modis, percutiens, quia eſt mors naturalis, & violenta.

Item Mars erigitur in Capricorno viginti ſeptem gradibus, & cadit totidem in Cancro. Per Martem intellige humanã fortitudinem, quæ in Capricorno erigi ur, id eſt, in ſtrenuitate bellorum fulget, & aſcendit. Sed in Cancro, id eſt, in tempore pacis occultatur, & marceſcit Nam Cancer non eſt animal belligerum, ſed in cauernulis ſe abſcondit. Vel fortitudo humani corporis in Capricorno, id eſt, in iuuentute aſcendit & claret, eſt enim caper animal ſuperiora petens. Sed in Cancro, id eſt, in ſenectute retrocedit, & deficit. Eſt enim Cancer animal retrogradiens.

Digitized by Google

Item Iuppiter (secundum quosdam) regnat in Cancro, & in Capricorno facit descensum. Alij verò dicunt, quòd Iuppiter erigitur & caput draconis in Geminis tribus gradibus, & cadit in Sagittario totidem. Per Iouem intellige gloriam humanam, quæ erigitur in Geminis, quia in diuitijs, & honoribus crescit. Sed in Sagittario, id est, in persecutione, vel deiectione cadit, vbi etiam caput Draconis, id est, superbia quæ est caput peccati deijcitur.

Item cauda Draconis erigitur in Sagittario tribus gradibus, & cadit in geminis totidem. Per caudam Draconis intellige fraudulentiam, & astutiam hominis. Hæc est enim cauda Draconis, id est, quædam imitatio dæmonis, quia homines inuidi atque fraudulenti post diabolum vadunt. Hæc in Sagittario, id est, in lingua: de qua Hierem. Sagitta vulnerans lingua eorum, ascendit tribus gradibus. Primus est mentiētium, Isaiæ: Propheta docens mendacium, ipse est cauda. Secundus est in detrahentibus. Apocalypsis: Caudæ eorum similes serpentibus. Serpenti enim propriè detractor assimilatur, secundum illud Ecclesiastici: Sicut si mordeat serpens in silentio. Ita nihil minus eo habet, qui occultè detrahit. Tertius gradus est in blandientibus. Apocalypsis Habebant caudas similes Scorpionum. Gregorius. Scorpiones sunt omnes blandi, & malitiosi, qui bonis quidem in facie non resistunt, sed post dorsum portant, vnde venena fundunt. Hæc cauda in Geminis cadit, quia mala & fraudulenta lingua dupliciter obmutescit: Vno modo quando non auditur: Alio modo, quando asperè reuellitur, vel repellitur, Ecclesiastici: Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam. Ille spinis aures sepi, qui male loquenti asperis, & increpatorijs verbis resistit. Sed ille non audit qui aurem ab ipso abducit.

Hier. 9.
Isa. 9.
Apoc 9.
Ecc. 10.
Apoc. 9.
Greg. in hom.
Ecc. 28.

Diaboli tentatio quomodo per fidelium pœnitentiam, compunctionisq; feruorem augeatur, per similitudinem æstuorum ventorum facile exprimitur.

Cap. XXIX.

FEruor pœnitentiæ, vel fidei suscitat furorem, & fortem persecutionem diaboli. Nam diabolus quanto videt hominē exurgere, vel agere feruentius, tanto eum persequitur acrius. Dicunt enim naturales, quod in magno æstu fiunt fortissimi venti, sicut in diebus canicularibus: venti enim qui tunc fiunt, licet rarò tali tempore fiant, tamen fortissimi sunt, eradicantes arbores, & ædificia subuertentes. Et est ratio, quia tunc non elevatur nisi vapor grossus, & quia calor fortis, qui tunc est, expellit à se frigus vndique ad vnum locum, ideo illud frigus impetuosè pellit vaporem, & sic tempus illud est causa fortium ventorum. Quod ergo in magno æstu fiunt fortissimi venti, repræsentat, quòd in magno mentis feruore, exurgunt contra eam persecutiones vehementissimæ. Iob. Diuiditur æstus super terram, qui dedit vehementissimo imbri cursum, vehemens enim imber cum forti vento esse consueuit. Post æstum ergo sequitur vehementia imbris: quia post feruorem mentis sequitur procella tentationis. Sed est notandum, quòd est duplex canis æstatis, scilicet canis qui lucet ad pedem Orionis, & alius canis est, qui lucet ad pedes Geminorum, versus Cancrum ad meridiem. Et de vtroque verum est, quod in diebus canicularibus

Iob. 38.

fiunt

fiunt venti. Sunt autem illi dies calidissimi, cum illi canes oriuntur cum sole, quando sunt sub radijs Solis, quia tunc est quadruplex causa caloris. Vna, quia Sol est in domo propria, scilicet in Leone. Alia causa est directa oppositio Solis ad habitabilem nostram. Tertia est ex reflexione circuli: quia diu radij morantur circa eũdem locum circuli signorum. Quarta est ex coniunctione duarum stellarum calidarum. Alio autem tempore dicti canes oriuntur hæsice sub radijs Solis, quãdo Sol præcedit eos, ita quod mane in aurora videri possunt: hoc autẽ est sole existente in principio Virginis, tunc enim sunt venti naturaliter propter qualitates temporis connaturales vento, quæ sunt frigiditas, & siccitas, non sic impetuosi. In occasu quoque istorum canum etiam fiunt venti, sed aliter. Nam canis occidit cosmice in hyeme, sole existente in principio Capricorni: & quia tunc frigus stringit terram magis de nocte, quam de die non fiunt venti, nisi de die quando sol aperit terram, & eleuat vapores. Occasus autem canum heliacus est, quando in estate occultantur sub radijs solis à visibus hominum, & tunc sunt dies caniculares. Sic ergo patet, quod tam in ortu, quam in occasu canum siue cosmico, siue hyaco fiunt venti, & tanto fortiores quanto canes dicti sunt calidiores. In duplici ergo cane accipitur duplex feruor, scilicet fidei, qui fuit à principio nascentis Ecclesiæ sub radijs solis, id est, sub Apostolis, & Discipulis Christi, et tunc flauerunt maximi vẽti, id est, fortissimæ persecutiones fuerunt. Iterum post solis occasum, id est, post Christi tempora, & Apostolorum, adhuc fuerunt venti persecutionum in alijs fidelibus, & martyribus. Vnde dicitur de Ecclesia sub similitudine domus, Mat. Flauerunt venti, & irruerunt ad domum illam, & non cecidit: Mat. 7. fundata enim erat supra firmam petram, id est, Christum. Alius vero feruor est pœnitentium, et tũc etiam sole Christo aperiente terram, id est, animam, & eleuante vapores compunctionum, & orationum, & quassantur venti magnarum tentationum: vnde dicitur Proverb. Qui conturbat domum suam, possidet ventos: & est sensus: qui conturbat domum suam, Pro. 40. id est, conscientiam suam per compunctionem peccatorum, possidet ventos, id est, impulsus tentationum. Sed præcipuè solitarijs, qui occultati à visibus hominum feruent amore cælestium, fiunt venti calidi tentationum, & tribulationum quas diabolus suscitat eis. Vnde Iob. Ventus vehemens irruit à regione deserti. Iob. 1. Regio enim deserti est feruens vita solitarij, & ibi est vehemens ventus, id est, impetus tentationis diaboli.

Item feruor compunctionis assimilatur flammæ ignis. Primo quidem quia flamma ex violẽtia sui motus partes materiæ in quã agit, allidendo ad inuicem concutit, & ideo aliquando quẽdam sonitum facit. Similiter homo compunctus dum dolenter meminit, quod per oculos, quod per os, quod per cætera membra sua deliquit, quasi partes suæ materiæ ad inuicem collidit, & aliquando sonum vocis, & doloroſi eiulatus emittit. Ioel. Exilient sicut sonitus flammæ ignis. Ioel. 2.

Secundo, quia flamma tenebrosa pandit, & abdita prodit. Ita homo compũctus, peccata sua abscondita in cõfessione reuelat. Vnde de peccatore, qui peccata sua non cognoscit, nec de eis cõpungitur, nec confitetur, dicitur Iob.

Digitized by Google

Iob. 18 Iob: Nõne lux impij extinguetur, scilicet, vt peccata tua nõ videat? Et sequitur: Nec splendebit flamma ignis eius, quia nec habet ignem feruẽtis compunctionis, nec etiam flammam lucentem reuelatæ confessionis.

Tertio, quòd flamma semper in motu existit. Ita etiam homo cõpunctus per motum boni operis cõtinue satisfacere satagit. Et hæc est flamma, quæ purgat rubiginem peccati, scilicet satisfactio feruens. Num. Omne quod potest Nu. 21. transire per flammas, igne purgabitur.

Quarto, quia flamma viam eum offendiculis suis offendit, & homo de peccatis compunctus, ne amplius offendat, vias suas diligenter attendit vnde Isa. Ambulate in lumine ignis vestri, & in Isa. 50. flammis quas succendistis.

Quinto, quia flamma materiam cui se coniungit, ab infimis ad superiora trahere non desistit. Et sic compunctio feruida animas à terrenis affectibus abstrahit, & ad cælestia desideria erigit. Et tunc anima ad pugnandum contra ten Iud. 20. tationes valentior existit. Vnde dicitur: Cum cernerent flammas in sublime ferri; qui prius fugam simulauerunt, versa facie fortius resistebant.

Sexto, quia quandoque flammã vehemens ventus extinguit, & dissipat: quia nonnunquam compunctionem tollit vehemens impetus tentationis: & ideo necessaria est magna custodia sensuum, & cautela, sicut claudnntur, & custodiuntur lampades accensæ ne extinguantur. Cant. Lampades e- Cant. 8. ius, lampades ignis atque flammarum.

Septimo, quia flamma ex omni parte rei accensæ in acutum, & in conum tendit. Ita verus pœnitens à superfluis, & illicitis, immò etiã à licitis vndique quantum potest magis & magis iugiter se restringit. Eccle. Consummatio illorum Ecc. 21. flamma ignis,

Riuulo à fonte, seu flumine ducto, ob varios eius effectus, Christi fides comparatur.
Cap. XXX.

FIdes assimilatur riuo, quia fluit à fonte, id est, à Domino per influxum reuelationis. vnde Apostolus dicit ad Ephe. quod fides Ephe 2. donum Dei est. Sed nota, quod riuus est immunditiarum purgatiuus. Quia scilicet fides purgat immunditias errorum, vel terrenarum affectionum. vnde dicitur Actu. Fide purificans corda eo- Act. 15. rum.

Item riuus est terræ fœcundatiuus: quia fides fœcundat animã meritorijs operibus. Hebr. Sancti Heb. 11. per fidem operati sunt iustitiam, & adepti sunt repromissiones.

Item riuus est potus animalibus administratiuus: quia fides potum veræ sapientiæ administrat animabus. Eccle. Aqua sapientiæ Ecc 15. salutaris potauit eum. Ezech. Pascam eos in montibus & riuis, Eze. 34. &c.

Item riuus est vigoris & pulchritudinis in plantis conseruatiuus: quia fides conseruat in sanctis vigorem carnis, id est, virginitatem & pulchritud. nem sanctæ conuersationis, sicut patet in sanctis virginibus, quæ fidei virtute armatæ corrumpi non poterant, sicut rosæ super riuos plantatæ non marcescunt. Eccles. Quasi Ecc. 39. rosæ plantatæ super riuos aquarum.

Item riuus est lapillorũ & arenarum congregatiuus, quia fides est humilium (qui in paruis lapillis signantur) & tribulatorum siue patientium (qui signantur in arenis quæ stant sub aquis tribulationum) congregatiua, scilicet per vnitatem dilectionis & pacis. Psalm. Congregans sicut in vtre Psal. 32 aquas

Digitized by Google

aquas maris. Aqua enim maris sunt animę in amaritudine & tribulatione politæ, quæ tamen in vtre fidei congregatæ ab vnitate dilectionis & pacis minimè separantur.

Item riuus est geminum multiplicatiuus. Quia scilicet fides est multiplicatiua vtilium & credendorum. Psal, Riuus eius inebrians, multiplicans genimina eius. Psal. 64.

Item quia riuus est penetrans & transitiuus: quia scilicet fides etiam dura corda penetrat & irrigat. Iob. In petris riuos excidit. Iob. 28.

Qui & quæ sint Spiritus sancti fructus expremuntur, qui elementis ac cæli duodecim signis (ex nominum significationibus, varijs eorum proprietatibus) assimilantur.
Cap. XXXI.

FRuctus spiritus assimilari possiunt signis cæli. De quibus dicitur: A signis cæli nolite timere. Et hæc similitudo declarari potest tripliciter. Primo quidem per numerum signorum. Sunt enim signa cæli, siue zodiaci circuli, duodecim numero. Et similiter Apostolus enumerat duodecim fructus spiritus, dicens: Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Hier. 10. Gal. 5.

Sed notandum, quod horum duodecim signorum tria dicuntur esse ignea, scilicet aries, leo, & sagittarius. Tria verò dicuntur esse terrea, scilicet taurus, virgo & capricornus. Tria verò aërea, scilicet gemini, libra, & aquarius. Tria aquea, scilicet scorpio, cancer, & pisces, & sic in 4. cæli partibus ordinantur, quia ignea sunt in oriente, aërea in occidente, in austro terrea, in septentrione aquea. Ita etiã simili modo in duodecim fructibus tres sunt igniei secundum tria quæ sunt in igne. Nam ignis habet illuminare, inflammare & consolidare. Sunt ergo hæc tria ignea, fides illuminans, charitas inflammans & patientia consolidans. Nam fides illuminat intellectum, charitas incendit affectum, patientia verò consolidat per aduersorum contactum, sicut solidatur incus per malleorum concussionem. Tres etiam alij fructus sunt aërei, secundum tres aëris effectus. Nam aër lætificat, modificat, & inflammat. Ex aëre enim illuminato lætificatur affectus. vnde Tob. Quale mihi gaudium erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video? Item ex temperato modificatur corpus, quia corpus animalis modificatur secundum temperiem aëris. Si enim aër est temperatus, & corpus bene se habet, & si intemperatus, corpus se habet male. Item ex aëre inflammato feruescit humor cholericus, vt patet in æstate. Sic ergo in ista tria sunt aërea, gaudium, modestia, & benignitas. Nam ex præsentia Spiritus sancti oritur gaudium in interioribus, sequitur modestia in exterioribus, & etiam benignitas ad subueniendum indigentibus. Benigni enim dicuntur quos bonus ignis feruere facit ad benefaciendum proximis. Tres autem alij fructus sunt aquei, scilicet mansuetudo, continentia, & castitas. Nam aqua habet frigiditatem, lubricitatem & coagubilitatem. sed eius frigiditas ignem extinguit, & hoc competit mansuetudini, quæ iracundiæ ardorem cohibet, & extinguit. Nam mansuetudinis est, iram vincere, & indignationes cohibere, vt dicit Ambrosius: Item lubricitas aquæ coarctatur, & restringitur terminis alienis, sicut fluxus maris coarctatur littoribus, & fluxus venarum in puteis & fontibus. Est enim humidum bene terminabile termino alieno Tob. 5. Ambr.

vt

Arist. de gener. & cor.

vt dicit Philosophus. Et hæc coarctatio competit continentiæ, quæ fluxum carnis restringit. Nã continens patitur, sed non deducitur, vt Philosophus dicit.

Aristo. eth.

Coagulatur etiam aqua, & fit immobilis, sicut patet in glacie. Et hoc competit castitati: quia castus est qui neq; patitur, neq; deducitur. Tres alij fructus possunt dici terrei, scilicet pax, longanimitas, & bonitas. Nam terra habet tranquillitatem, quia non agitatur vel commouetur: neque ab exteriori sicut aër qui vento agitatur, neque ab interioti sicut aqua fluctuans, vnde Psalma. Etenim fitmauit orbem terræ, qui non commouebitur. Et hoc competit pacì, quæ scilicet facit, vt nec ab exterioribus perturbemur, neque interioribus desiderijs angustiamur. vnde Angeli dixerũt: In terra pax hominibus bonæ voluntatis. Item terra habet perpetuitatem. Eccleſiast. Terra autem in æternum stat, & hoc competit longanimitati. Item terra habet bonorum fructuum vberatẽ vel communicationem: & hoc competit bonitati, qua proximis communicamus in bonis: vnde bonum est diffusiuum sui ipsius. Apost. In omni bono opere fructificantes.

Psal. 92.

Luc. 2.

Eccl. 1.

Col. 1.

Secundo declaratur dicta similitudo, scilicet signorum & fructuum per proprietatem nominum. Habet enim quodlibet signum suum nomen proprium cõpetens alicui fructuum Nam primum signum vocatur Aries, quia sicut Aries animal iacendo super latus vnum, æqualiter mutat vices, quia tanto tempore iacet super latus dextrum, quanto super sinistrum. (Tota enim æstate dormit in latere vno, & tota hyeme in altero.) Sic sol existens in illa parte circuli Zodiaci, quæ dicitur Aries facit æquinoctiũ, & æquales facit dies artificiales & noctes. Hoc autem adaptatur fidei, per quam æquanimiter se habet homo ad diem prosperitatis, & ad noctem aduersitatis. Nam vera fides, nec prosperitatem temporalem ambit, nec aduersitatem metuit, sicut patet de Moysi. Fide (inquit Apost.) Moyses grandis factus, negauit se esse filium Pharaonis filiæ: Ecce quod prosperitatem nõ appetijt, & sequitur magis eligens affligi cũ populo Dei, quam temporalem habere iucunditatem. Ecce quod aduersitatem non timuit.

Heb. 11.

Secũdum signum vocatur Taurus: quia Taurus terram fulcando fœcundat & locupletat: & tunc quãdo sol est in signo Tauri, terra est arabilis & congrua agriculturæ. Et hoc competit paci. Nam pacis tempore terræ colũtur, & est abundantia frugum: sic etiam dicitur. Iacob. Quod fructus iusti Iac. 3. tis in pace seminatur.

Tertium signum vocatur Gemini: quia sole existente in illo signo virtus ad fœcundandum inferiora geminatur, vel quia in æstate nostes sunt breuissimæ, quando vna pars illius constellationis occidit, alia pars anterior oritur, & ascendit. Et ideo dicunt Poëtæ, quod illorum geminorum fratrum, quos fabulæ vocant Castorem & Pollucem, vnus cælos, alius inferos possidet. Hæc autem competunt charitati, quæ in nobis Spiritu sancto præcedente ad fœcundandum vitam nostram geminatur, scilicet in dilectione Dei & proximi. Vnde pars anterior ascẽdit superius, scilicet amor Dei, alia posterios est inferius, scilicet amor proximi, vnde nec Deus sine proximo, nec etiam vere proximus diligitur sine Deo. Ioan. Hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. 1. Io. 4.

Quartum

Quartum signum vocatur Cancer. Cancer enim est animal retrogradum, & sol peragrans illam partem Zodiaci facit retrogradationem in octauo gradu Cancri, & hoc cõpetit modestiæ, scilicet, vt in exterioribus motibus, & ornatu debitum modũ nõ transeat, sed potius se in ipsis in mẽsuram debitam retrahat. Apost. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Phil.4.

Quintum signum vocatur Leo, quia secundum Iisdo. Leo est fortissimum animal, & maximæ caliditatis, præcipuè in parte anteriori, scilicet pectoris. Sic sol intrans illud signum actius igniferos radios emittit quam faciat in fine quando inde exit. Et hoc cõpetit benignitati, id est, bonę ignitati amoris, qua ad benefaciendum alijs inflammamur, quæ intus in corde incipiens, plus facit hominem velle facere quã possit, finaliter opera implere. Apostol. Estote inuicem benigni. Isid. Ephe.4.

Sextum signum vocatur Virgo, & hoc propter sterilitatem, quia sol illud intrans suo calore humores consumit, & à suo fructu terra efficitur sterilis: & hoc competit castitati, & præcipuè virginali, quæ calori diuini amoris adiũcta, humores lubricos sic in carne cõsumit, vt sterilis permaneat à generatione carnali, & vberior & fertilior fiat in fructu spirituali. Isaiæ. Lætare sterilis, quæ non paris. Isa.40.

Septimum signum vocatur Libra, secundum Isidorum ab isto instrumento ponderandi, quia sol in illo signo existẽs, dies adæquat noctibus: sicut res æquatur põdere in lance: vnde ibi fit æquinoctium autumnale. Hoc autẽ manſuetudini competit, quæ dum iras comprimit mala illata à proximo æquo animo ferre facit. Ephe. In manſuetudine cum patientia sup portantes: Vel dies nocti æquatur, quia iuxta nocumentum illarum pensatur manſuetudinis meritum. Ephe.4.

Octauum signum vocatur Scorpio, quia Scorpio retro ferit, & caudæ aculeo pungit. Sol enim existens in illo signo, est causa læsionis & punctionis corporis humani, quia tunc declinans minus calescit. Vnde aer distemperatus in frigiditate cito lædit & pungit vt dicit Isidorus. Hoc autem continentiæ competit, quæ ex distemperantia carnis tentationis aculeo quandoque acriter pungitur: & licet aliquando ex tentatione lædatur, non tamen, si non consentit occiditur. Apost. Si spiritus facta carnis mortificaueritis, viuetis. Isid. Rom.8.

Nonum signum vocatur Sagittarius, quia sicut Sagittarius emittit sagittas, sic sol in hoc signo existens ad nos mittit grandines, pluuias & niues. Hoc autem cõpetit patientiæ quæ grãdines persecutionum, pluuias tribulationũ, & niues afflictionum susçipit atque portat.

Decimum signum vocatur Capricornus. quia scilicet caper est animal cornibus petens superiora: Nam ibi sol facit solstitium vernale, & tunc ascendere incipit versus superiorem arietem & versus cancrum. Hoc autem competit gaudio. Nam nemo habet verum gaudium, nisi qui superiora petit: verum enim gaudium est, quod non de creatura, sed de creatore concipitur, vnde Apostolus. Gaudete in Domino semper. Phil.4.

Vndecimum signum dicitur Aquarius, qui secundum fabulas dicitur fuisse pincerna deorum, manibus eorum aquam fundens: & ideo tenet vrnam. Sed secundum veritatem dicitur aquarius: quia quando sol est ibi, aer condensatur,

Digitized by Google

denſatur in aquas multas, & fiunt pluuiæ pluſquam alio tempore, ſicut dicit Iſidorus. Hoc autem competit bonitati, ſcilicet gratiã & miſericordiam abundanter effundere & præſtare, quia bonum eſt diffuſiuum ſuiipſius.

Dio. de cæl hie. Duodecimum dicitur Piſcis, quia illo tempore fit generatio piſcium & conſticatio, quia calore ſolis aſcendente, & humores diſſoluente, ſolent tunc Piſces effundere ſemen ſuum. Hoc autem competit longanimitati, per quã homo ad modum piſcis etiam in aqua tribulationis nõ deficit, ſed viuit.

Tertio, declaratur dicta ſimilitudo per diſtinctionem graduum ſiue facierum. Nam quodlibet dictorum ſignorum dicitur habere facies, id eſt, partes. Cum enim quodlibet ſignum diuidatur per triginta gradus, initium primæ faciei eſt primo gradu, & durat vſque ad decimum gradum. ſecũda vſque ad xx. gradum, tertia facies vſque ad xxx. Et quælibet facies ſigni datur alicui planetæ: verbi gratia: prima facies Arietis, datur Marti, ſecunda Soli, tertia Veneri, & ſic de alijs. Sicut ergo quodlibet genus ſignorum continet tres facies, ita quælibet 12. virtutum habet tres modos ſiue tres effectus. Nam primo fides quæ aſſimilatur Arieti, cuius prima facies eſt Martis, ſecunda Solis, tertia Veneris, eſt principium fortitudinis, & hæc eſt facies Martis. Vnde fidei aſcribitur victoria. Hebræ. Sancti per fidem vicerunt Heb. 11 regna. Et ibidem, Fortes facti ſunt in bello. Item eſt principium luminis ſpiritualis. & hoc eſt faIoan. 12 cies ſolis Ioan. Credite in lucem & filij lucis ſitis. Item eſt principium charitatis, ſicut cognitio eſt principium amoris, vt hæc eſt facies Veneris, cuius eſt ad amorem incitare.

Secundo quæ aſſimilatur Tauro, cuius prima facies eſt Mercurij, ſecunda lunæ, tertia Saturni, eſt etiam triplex. Eſt itaque prima pax pectoris, id eſt, conſcientiæ, & hæc eſt facies Mercurij, qui ſemper comitatur ſolem: quia tunc eſt conſcientia pacata, quãdo ſequitur Chriſtum, & ei adhæret. Secunda eſt pax temporis, & hæc eſt facies Saturni, quia Saturnus dicitur à ſaturitate & abundantia, quam tribuit pax temporis. Tertia eſt pax æternitatis, & hæc eſt facies lunæ ſecundum illud Pſalmi: Luna perfecta in æter- Pſal. 88. num.

Tertio, charitas quę aſſimilatur Geminis, cuius prima facies eſt Iouis, ſecunda Mercurij, tertia Lunæ. Eſt etiam triplex, ſcilicet incipientium, & hæc eſt Iouis, quia ex parte ſuperiori primus planeta benevolus & calidus. Item eſt proficientium, & hæc eſt facies Mercurij, qui dicitur fuiſſe Deus mercatorum, propter hoc quod natum vel conceptum ſub eo diſponit ad vſum computationis, & ratiocinij (vt dictum fuit ſupra capitu. ſeptimo.) Mercatorum enim eſt ſemper in lucro proficere. Item charitas perfectorum. Et hæc eſt facies lunæ, quia luna dominatur aquis, & charitas perfecta dominatur tribulationibus. Cant. Aquæ multæ Cant. 8 non potuerunt extinguere charitatem.

Quarto, modeſtia quæ aſſimilatur Cancro. Cuius prima facies eſt Veneris, ſecunda Martis, tertia Lunæ: eſt triplex. Prima eſt circa veſtium apparatum, & hæc eſt facies Veneris: Nam vnus (vt dictum eſt ſupra in eodem capitulo ſeptimo) dicitur diſponere natos, vt ſint veſtium muliebrium inciſores, vt dicit Ptolo- Ptol. meus. Secunda ſpecies modeſtiæ eſt circa exteriores corporis motus

Digitized by Google

tur. Et hæc est facies Martis, quia Mars (secundum Ptolo.) disponit ad mobilitatem & leuitatem. Tertia est circa ludum, & hæc est facies lunæ: quia luna (vt idem Ptolom. dicit) existens in secundo signo post ascendens, ostendit mœrorem & tristitiam, per quam scilicet temperantur ludi.

Quinto benignitas, quæ assimilatur leoni, cuius prima facies est Saturni, secunda Iouis, tertia Martis: est triplex. Prima scilicet in supportando, & hæc est facies Saturni, qui in motu suo est tardissimus, quia homo qui benignus est, tardissimè mouetur ad iram contra alium, vnde scit supportare. Item etiam debet esse benignitas in communicando, & hæc est facies Iouis, qui omnibus dicitur prodesse, & nulli nocere. Item in conuersando: & hæc est facies Martis. Nam Mars dominatur choleræ. Et ille qui vult benignè conuersari, oportet quòd dominetur iræ. Nam licet Mars sit de se incensiuus, tamen coniunctus Veneri temperatur. Et sic homo coniunctus proximo, vt bene cõuiuat ei (vt etiam si de natura sua esset agrestis & asper) debet tamè seipsum per benignitatem temperare.

Sexto castitas, quæ assimilatur Virgini, cuius prima facies est Solis, secunda Veneris, tertia Mercurij. est triplex. Prima est castitas virginalis: & illa est facies Solis, quia est præclarissima. Sapient. O quam pulchra est & casta generatio cum claritate. Secunda autem est castitas coniugalis: & ista est facies Veneris: Quia licet vnus incitet ad amorem, tamen est temperata in qualitatibus. Et taliter amor carnalis coniugum si sit temperatus & honestus, castitas vocatur. Tertia vidualis, & hæc est facies Mercurij. Nam Mercurius cum Sole graditur, & non longè à sole recedit, nunquam plus triginta gradibus distans ab eo: & dicitur præesse seminibus; vnde significat vitam vidualem quæ semper debet vacare Deo, sicut legitur de Sancta Anna. Quod ieiunijs & obsecrationibus erat seruiens Domino die ac nocte. Luc. 2.

Item debet vacare eleemosynis, quæ sunt semina quibus recolligitur fructus æternus. De quo semine dicit Apostolus: Qui parcè seminat, parcè metet. 2. Cor. 9

Septimo mansuetudo, quę assimilatur libræ. Cuius prima facies est Lunæ, secunda Saturni, tertia Iouis, debet esse triplex, scilicet in appetitu, vt ad vindictam non excandescat. Ecclesiastic. Filij in mansuetudine animam tuam serua. Et hæc est facies Lunæ, quæ temperat calorem Solis in istis inferioribus: & sic mansuetudo temperat feruorem iræ. Ecc. 10

Mansuetudo enim est temperantia irarũ vt dicit Philosophus. Item debet esse mansuetudo in motu siue actu, scilicet vt non impetuosè vel rapidè, sed planè & modestè opera sua perficiat. Et hæc est faciès Saturni, cuius motus non est impetuosus vel rapidus, sed planus & morosus. Ecclesiast. Fili in mansuetudine opera tua perfice. Arist. 4. Ethi. Eccl. 4

Tertio debet haberi mansuetudo in auditu, scilicet vt ex ira veritati non contradicat. Eccle. Esto mansuetus ad audiendum verbũ. Et hæc est facies Iouis: quia Iupiter (vt dicunt Astrologi) inuenitur veridicus in suis significationibus, & significat sapientiam, & rationem. Sapientia enim & ratio veritati non contradicunt. Eccl. 5

Octaua

Octaua continentia quæ assimilatur Scorpioni. (Cuius prima facies est Martis, secunda Solis, tertia Veneris) est triplex, Vna est à concessio, & licito, vt cum quis continet simpliciter ab omni actu venereo, etiam à matrimonio, & talis continens oportet quòd habeat continuum bellum cum carne, quia caro concupiscit aduersus spiritum. Et hæc est facies Martis, qui disponit, & incitat ad bella. Secunda est à turpi, & illicito, sicut cõtinere à fornicatione, & adulterio, & stupro, & huiusmodi. Et ista est facies Solis, cuius radius non coinquinatur immunditiis. Tertio est ab immoderato, & superfluo vsu cibi, vel matrimonij. Et hæc est facies Veneris, quæ temperat malitiam, malitiam inquam, id est, inordinatam cõcupiscentiam cibi, vel actus venerei. Gal. 5.

Nono patientia quæ assimilatur Sagittario. (Cuius prima facies est Mercurij, secunda Lunæ, tertia Saturni,) est tripliciter cõmendabilis. Primo, quando quis patitur vtiliter, pura quando patitur propter iustitiam, quia talis patientia acquirit meritum æternæ beatitudinis secundum illud: Matt. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Talis est qui sequitur Christum, qui passus est propter iustificationem nostram. Hæc est facies Mercurij, qui (vt dictum est) sequitur motu suo solem. Christus enim est Sol iustitiæ. Secundo, quando quis patitur libenter, id est, voluntarie. Pet. Nemo vestrum patiatur quasi homicida, & fur, qui 1. Pet 4. scilicet inuitè patiuntur, Apostolo. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. Et hæc est facies Lunæ quæ suo motu eclipsatur. Talis est qui sua voluntate patitur. Tertio, quando quis patitur firmiter siue lõganimiter, vt scilicet nõ deficiat propter passionis diuturnitatem. Apost. Obsecro vos, Ephe. 3. ne deficiatis in tribulationibus. Et hæc est facies Saturni, qui habet motum longum, & diuturnum, & complet cursum suum in 30. an. 2. Cor. 12.

Decimo, gaudium Sanctorum, quod assimilatur Capricorno, (cuius prima facies est Iouis, secunda Martis, tertia Solis,) est triplex. Primo, quòd quis gaudeat de prosperitate proximi, sicut membrum commoditate commembri sui. Cor. Si gloriatur vnum membrum congaudent omnia membra, & hæc est facies Iouis, de quo dicunt Astrologi, quòd habet exaltationem, & gaudium suũ in Geminis, tribus gradibus. Nam dum quis gaudet de bono proximi, gaudium geminatur, & hæc debet habere tres gradus, quia debet gaudere de bono proximi spirituali, corporali, temporali. Secundum est gaudere de aduersitatibus mundi, per hoc enim homo cõsociatur Christo. Pet. Communicantes Christi passionibus gaudete. Et hæc 1. Pet. 3. est facies Martis, quia Mars erigitur, & exaltatur in Capricorno, & ibi est gloria sua siue gaudium, (vt dictum est supra cap. xviij.) Quasi enim Capricornus est mundus, cornibus, id est, aduersitatibus suis nos impetens, & percutiens. in quo vir sanctus non conturbatur, sed gaudet. Iacob. Omne gaudium existimate fratres charissimi, cùm in ten- Iacob. 1. tationes varias incideritis. Tertium est gaudere de nixu siue exercitio interioris habitus virtuosi. Prouer. Gaudium est iusto facere iudicium: & hæc est facies Pro. 21. Solis, qui gloriam luminis sui, quod valde est gaudiosum, non habet ab extrinseco, sed à seipso. Psalmus. Omnis gloria eius ab intus. Psal. 44.

Vnde-

Digitized by Google

Vndecimo bonitas, quæ assimilatur Aquario, Cuius prima facies est Veneris, secunda Mercurij, tertia Lunæ, est triplex scilicet delectabilitatis, honestatis, & vtilitatis, vnde Ambr. diuidit bonum in tria, scilicet delectabile, quod solum ratione delectationis est appetibile, vnde tale quandoque potest esse & noxium & proficuum, honestum & inhonestum, sicut patet in amore coniugali, & in vsu matrimoniali: & hæc est facies Veneris. Item in bonum honestum, quod ex seipso habet rationem appetibilis sicut sapientia, & hæc est facies Mercurij, qui dicitur disponere ad sapientiam. Item in bonum vtile, quod scilicet est appetibile in ordine ad aliud, & hæc est facies Lunæ, quæ multum cõfert istis inferioribus. Quia (sicut dicit Basilius.) Ipsa est decor noctis, mater roris, ministra humoris, & dominatrix maris.

Amb. li de offi.

Bas.

Duodecimo longanimitas, id est, perseuerantia in bonis. quæ assimilatur Pisci, (cuius prima facies est Saturni, secunda Iouis, tertia Martis,) causatur ex tribus. Primo ex abundantia virtutis, quia quanto aliquis plus habet de virtute tanto plus tolerat difficile, & hęc est facies Saturni, qui (vt dictum est) dicitur à Saturitate, id est, abundantia. Secundo ex temperantia operis, quia quanto quis moderatius agit, tãto diutius durat, & hæc est facies Iouis, qui est planeta temperatus in suis qualitatibus. Tertio ex magnanimitate cordis, & hæc est facies Martis, qui disponit ad animositatem. Et sic patet, quomodo fructus Spiritus sancti assimilantur signis cæli, quibus scilicet fructibus per ipsum spiritum virtutes cælorum, id est, cælestium mentium perficiuntur, & firmantur in bono. vnde Psalmus. Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.

Psal. 32.

Quid, & vbi sit beatitudo æterna, electorumque gloria, per septem cæli empirei proprietates declaratur.

Cap. XXXII.

GLoriam æternæ beatitudinis repręsẽtat cælum empyreum. Oportet enim locum, & locatum inuicem continuari, vnde cum cælum empyreum sit locus gloriæ beatorum, oportet, quod eorum statui conformetur. Et ista conformitas attenditur quantum ad septem. Nam primo cælum empyreum dicitur proprium Dei habitaculum. De hoc enim ipse Deus dixit, Cælum sedes mea, & terra scabellum pedum meorum. Hæc enim duo corpora in mũdo maximè repręsentant Dei æternitatem, & immutabilitatem, scilicet corpus supremum, quod vocamus empyreum, quia illud solũ inter sphæras cælestes ponimus immobile, & ideo assimilatur sedi in qua sedens quiescit. Et corpus infimum: scilicet terra quod à suo situ nunquam mouetur. Et ideo assimilatur scabello, quod etiam oportet esse quietum, & firmum. Eccl. In æternum stat, quia in cęlo empyreo maximè refulget diuinæ virtutis operatio. Ideo ipse cialiter dicitur, quod ibi est sedes Dei & habitatio Dei. Psal. Dominus in cælo sedes eius. Et hinc est, quod homines orare volentes, manus ad cælum leuant tanquam ad Dominum eius. Hoc autem competit bene gloriæ beatorum, in quibus Deus immobiliter habitat, ita vt nunquam ab eis separetur: & ideo replet eos lætitia æterna, & gloria secundum illud. Psalm. In æternum exultabunt, habitabis in eis, & gloriabuntur in te.

Isa. 66.

Eccl. 1.

Psal. 10.

Psal. 5.

Secundo cælum empyreum est

Item Iuppiter (secundum quosdam) regnat in Cancro, & in Capricorno facit descensum. Alij vero dicunt, quod Iuppiter erigitur & caput draconis in Geminis tribus gradibus, & cadit in Sagittario totidem. Per Iouem intellige gloriam humanam, quæ erigitur in Geminis, quia in diuitijs, & honoribus crescit. Sed in Sagittario, id est, in persecutione, vel deiectione cadit, vbi etiam caput Draconis, id est, superbia quæ est caput peccati deijcitur.

Item cauda Draconis erigitur in Sagittario tribus gradibus, & cadit in geminis totidem. Per caudam Draconis intellige fraudulentiam, & astutiam hominis. Hæc est enim cauda Draconis, id est, quædam imitatio dæmonis, quia homines inuidi atque fraudulenti post diabolum vadunt. Hæc in Sagittario, id est, in lin-
Hier. 9. gua: de qua Hierem. Sagitta vulnerans lingua eorum. ascendit tri-
Isa. 9. bus gradibus. Primus est mentiẽtium, Isaiæ: Propheta docens mendacium, ipse est cauda. Secundus est in detrahentibus. Apocalypsis: Caudæ eorum similes
Apoc 9. serpentibus. Serpenti enim propriè detractor assimilatur, secundum illud Ecclesiastici: Sicut si
Ecc. 10. mordeat serpens in silentio. Ita nihil minus eo habet, qui occultè detrahit. Tertius gradus est in
Apoc. 9. blandientibus. Apocalypsis. Habebant caudas similes Scorpionum.
Greg. in hom. Gregorius. Scorpiones sunt omnes blandi, & malitiosi, qui bonis quidem in facie non resistunt, sed post dorsum portant, vnde venena fundunt. Hæc cauda in Geminis cadit, quia mala & fraudulenta lingua dupliciter obmutescit: Vno modo quando non auditur: Alio modo, quando asperè reuellitur, vel repelli-
Eccl. 28. tur, Ecclesiastici: Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam. Ille spinis aures sepi qui male loquenti asperis, & increpatorijs verbis resistit. Sed ille non audit qni aurem ab ipso abducit.

Diaboli tentatio quomodo per fidelium pœnitentiam, compũctionisq; feruorem augeatur, per similitudinem æstiuorum ventorum facile exprimitur.

Cap. XXIX.

FEruor pœnitentiæ, vel fidei suscitat furorem, & fortem persecutionem diaboli. Nam diabolus quanto videt hominẽ exurgere, vel agere feruentius, tanto eum persequitur acrius. Dicunt enim naturales, quod in magno æstu fiunt fortissimi venti, sicut in diebus canicularibus: venti enim qui tunc fiunt, licet rarò tali tempore fiant, tamen fortissimi sunt, eradicantes arbores, & ædificia subuertentes. Et est ratio, quia tunc non eleuatur nisi vapor grossus, & quia calor fortis, qui tunc est, expellit à se frigus vndique ad vnum locum, ideo illud frigus impetuosè pellit vaporem, & sic tempus illud est causa fortium ventorum. Quod ergo in magno æstu fiunt fortissimi venti, repræsentat, quòd in magno mentis feruore, exurgunt contra eam persecutiones vehementissimæ. Iob. Diuiditur æstus su- Iob. 38.
per terram, qui dedit vehementissimo imbri cursum, vehemens enim imber cum forti vento esse consueuit. Post æstum ergo sequitur vehementia imbris: quia post feruorem mentis sequitur procella tentationis. Sed est notandum, quòd est duplex canis cælestis, scilicet canis qui lucet ad pedem Orionis, & alius canis est, qui lucet ad pedes Geminorum, versus Cancrum ad meridiem. Et de vtroque verum est, quod in diebus canicularibus fiunt

Digitized by Google

fiunt venti. Sunt autem illi dies calidissimi, cum illi canes oriuntur cum sole, quando sunt sub radijs Solis, quia tunc est quadruplex causa caloris. Vna, quia Sol est in domo propria, scilicet in Leone. Alia causa est directa oppositio Solis ad habitabilem nostram. Tertia est ex reflexione circuli: quia diu radij morantur circa eũdem locum circuli signorum. Quarta est ex coniunctione duarum stellarum calidarum. Alio autem tempore dicti canes oriuntur hæliçe sub radijs Solis, quãdo Sol præcedit eos, ita quod mane in aurora videri possunt: hoc autẽ est sole existente in principio Virginis, tunc enim sunt venti naturaliter propter qualitates temporis connaturales vento, quæ sunt frigiditas, & ticcitas, non sic impetuosi. In occasu quoque istorum canum etiam fiunt venti, sed aliter. Nam cum occidit cosmice in hyeme, sole existente in principio Capricorni & quia tunc frigus stringit terram magis de nocte, quam de die non fiunt venti, nisi de die quando sol aperit terram, & eleuat vapores. Occasus autem canum hyemis est, quando in estate occultantur sub radijs solis à visibus hominum, & tunc sunt dies canaculares. Sic ergo patet, quod tam in ortu, quam in occasu canum siue cosmico, siue hyaco fiunt venti, & tanto fortiores quanto canes dicti sunt calidiores. In duplici ergo cane accipitur duplex feruor, scilicet fidei, qui fuit à principio nascentis Ecclesiæ sub radijs solis, id est, sub Apostolis, & Discipulis Christi, et tunc flauerunt maximi vẽti, id est, fortissimæ persecutiones fuerunt. Iterum post solis occasum, id est, post Christi tempora, & Apostolorum, adhuc fuerunt venti persecutionum in alijs fidelibus, & martyribus. Vnde dicitur de Ecclesia sub similitudine domus, Mat. Flauerunt venti, & irruerunt ad domum illam, & non cecidit: fundata enim erat supra firmam petram, id est, Christum. Alius vero feruor est pœnitentium, et tũc etiam sole Christo aperiente terram, id est, animam, & eleuante vapores compunctionum, & orationum, sequuntur venti magnarum tentationum: vnde dicitur Prouerb. Qui conturbat domum suam, possidet ventos: & est sensus: qui conturbat domum suam, id est, conscientiam suam per compunctionem peccatorum, possidet ventos, id est, impulsus tentationum. Sed præcipuè solitarijs, qui occultati à visibus hominum feruent amore cælestium, fiunt venti calidi tentationum, & tribulationum quas diabolus suscitat eis. Vnde Iob. Ventus vehemens irruit à regione deserti: Regio enim deserti est feruens vita solitarij, & ibi est vehemens ventus, id est, impetus tentationis diaboli. Mat. 7. Pro. 40. Iob. 1.

Item feruor compunctionis assimilatur flammæ ignis. Primo quidem quia flamma ex violẽtia sui motus partes materiæ in quã agit, allidendo ad inuicem concutit, & ideo aliquando quẽdam sonitum facit. Similiter homo compunctus dum dolenter memi nit, quod per oculos, quod per os, quod per cætera membra sua deliquit, quasi partes suæ materiæ ad inuicem collidit, & aliquando sonum vocis, & doloroſi eiulatus emittit. Ioel. Exilient sicut sonitus flammæ ignis. Ioel. 2.

Secundo, quia flamma tenebrosa pandit, & abdita prodit. Ita homo compũctus, peccata sua abscondita in cõfessione reuelat. Vnde de peccatore, qui peccata sua non cognoscit, nec de eis cõpungitur, nec confitetur, dicitur Iob.

Digitized by Google

Iob.18 Iob: Nõne lux impij extinguetur, scilicet, vt peccata sua nõ videat? Et sequitur: Nec splendebit flamma ignis eius, quia nec habet ignem feruẽtis compunctionis, nec etiam flammam lucentem reuelatæ confessionis.

Tertio, quòd flamma semper in motu existit. Ita etiam homo cõpunctus per motum boni operis cõtinue satisfacere satagit. Et hæc est flamma, quæ purgat rubiginem peccati, scilicet satisfactio feruens. Num. Omne quod potest Nu.21. transire per flammas, igne purgabitur.

Quarto, quia flamma viam cum offendiculis suis offendit, & homo de peccatis compunctus, ne amplius offendat, vias suas diligenter attendit vnde Isa. Ambulate in lumine ignis vestri, & in Isa.50. flammis quas succendistis.

Quinto, quia flamma materiam cui se coniungit, ab infimis ad superiora trahere non desistit. Et sic compunctio feruida animas à terrenis affectibus abstrahit, & ad cælestia desideria erigit. Et tunc anima ad pugnandum contra ten- Iud.20. tationes valentior existit. Vnde dicitur. Cum cernerent flammas in sublime ferri; qui prius fugam simulauerunt, versa facie fortius resistebant.

Sexto, quia quandoque flammã vehemens ventus extinguit, & dissipat: quia nonnunquam compunctionem tollit vehemens impetus tentationis: & ideo necessaria est magna custodia sensuum, & cautela, sicut clauduntur, & custodiuntur lampades accensæ ne extinguantur. Cant. Lampades e- Cant.8. ius, lampades ignis atque flammarum.

Septimo, quia flamma ex omni parte rei accensæ in acutum, & in conum tendit. Ita verus pœnitens à superfluis, & illicitis, immò etiã à licitis vndique quantum potest magis & magis iugiter se restringit. Eccle. Consummatio illorum Ecc.21. flamma ignis,

Riuulo à fonte, seu flumine ducto, ob varios eius effectus, Christi fides comparatur.
Cap. XXX.

FIdes assimilatur riuo, quia fluit à fonte, id est, à Domino per induxum reuelationis. vnde Apostolus dicit ad Ephe. quod fides Ephe 2. donum Dei est. Sed nota, quod riuus est immundiarum purgatiuus. Quia scilicet fides purgat immunditias errorum, vel terrenarum affectionum. vnde dicitur Act. Acto. Fide putificans corda eo- Act.15. rum.

Item riuus est terræ fœcundatiuus: quia fides fœcundat animã meritorijs operibus. Hebr. Sancti Heb.12 per fidem operati sunt iustitiam, & adepti sunt repromissiones.

Item riuus est potus animalibus administratiuus: quia fides potum veræ sapientiæ administrat animabus. Eccle. Aqua sapientiæ Ecc15. salutaris potauit eum. Ezech. Eze. 34 Pascam eos in montibus & riuis, &c.

Item riuus est vigoris & pulchritudinis in plantis conseruatiuus: quia fides conseruat in sanctis vigorem carnis, id est, virginitatem & pulchritudinem sanctæ conuersationis, sicut patet in sanctis virginibus, quæ fidei virtute armatæ corrumpi non potuerant, sicut rosæ super riuos plantatæ non marcescunt. Eccles. Quasi Ecc.39. rosæ plantatæ super riuos aquarum.

Item riuus est lapillorũ & arenarum congregatiuus, quia fides est humilium (qui in paruis lapillis signantur) & tribulatorum siue patientium (qui signantur in arenis quæ stant sub aquis tribulationum) congregatiua, scilicet per vnitatem dilectionis & pacis. Psalm. Congregans sicut in vtre Psal.32 aquas

Digitized by Google

aquas maris. Aqua enim maris sunt animę in amaritudine & tribulatione politæ, quæ tamen in vtre fidei congregatæ ab vnitate dilectionis & pacis minimè separantur.

Item riuus est geniminum multiplicatiuus. Quia scilicet fides est multiplicatiua adeptum & credendum. Psal. Riuos eius inebrians, multiplicans genimina eius. Psal. 64.

Item quia riuus est penetrans & transitiuus: quia scilicet fides etiam dura corda penetrat & irrigat. Iob. In petris riuos excidit. Iob. 28.

Qui & quot sint Spiritus sancti fructus exprimuntur, qui elementis ac cæli duodecim signis (ex nominum significationibus, varijsq; eorum proprietatibus) assimilantur.

Cap. XXXI.

FRuctus spiritus assimilari possunt signis cæli. De quibus dicitur: A signis cæli nolite timere. Hier. 10 Et hæc similitudo declarari potest tripliciter. Primo quidem per numerum signorum. Sunt enim signa cæli, siue zodiaci circuli, duodecim numero. Et similiter Apostolus enumerat duodecim fructus spiritus, dicens: Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Gal. 5.

Sed notandum, quod horum duodecim signorum tria dicuntur esse ignea, scilicet aries, leo, & sagittarius. Tria verò dicuntur esse terrea, scilicet taurus, virgo & capricornus. Tria verò aërea, scilicet gemini, libra, & aquarius. Tria aquea, scilicet scorpio, cancer, & pisces, & sic in 4. cæli partibus ordinantur, quia ignea sunt in oriente, aërea in occidente, in austro terrea, in septentrione aquea. Ita etiã simili modo in duodecim fructibus tres sunt ignei secundum tria quæ sunt in igne. Nam ignis habet illuminare, inflammare & consolidare. Sunt ergo hæc tria ignea, fides illuminans, charitas inflammans & patientia consolidans. Nam fides illuminat intellectum, charitas incendit affectum, patientia verò consolidat per aduersorum contactum, sicut solidatur incus per malleorum concussionem. Tres etiam alij fructus sunt aërei, secundum tres aëris effectus. Nam aër lætificat, modificat, & inflammat. Ex aëre enim illuminato lætificatur affectus. vnde Tob. Quale mihi gaudium erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video? Item ex temperato modificatur corpus, quia corpus animalis modificatur secundum temperiem aëris; Si enim aër est temperatus, & corpus bene se habet, & si intemperatus, corpus se habet male. Item ex aëre inflammato fœuescit humor cholericus, vt patet in æstate. Sic ergo in ista tria sunt aërea, gaudium, modestia, & benignitas. Nam ex præsentia Spiritus sancti oritur gaudium in interioribus, sequitur modestia in exterioribus, & etiam benignitas ad subueniendum indigentibus. Benigni enim dicuntur quos bonus ignis fœruere facit ad benefaciendum proximis. Tres autem alij fructus sunt aquei, scilicet mansuetudo, continentia, & castitas. Nam aqua habet frigiditatem, lubricitatem & coagubilitatem. sed eius frigiditas ignem extinguit, & hoc competit mansuetudini, quæ iracundiæ ardorem cohibet, & extinguit. Nam mansuetudinis est, iram vincere, & indignationes cohibere, vt dicit Ambrosius: Ambr. Item lubricitas aquæ coarctatur, & restringitur terminis alienis, sicut fluxus maris coarctatur littoribus, & fluxus venarum in puteis & fontibus. Est enim humidum bene terminabile termino alieno

Digitized by Google

vt dicit Philosophus. Et hæc coarctatio competit continentiæ, quæ fluxum carnis restringit. Nã continens patitur, sed non deducitur, vt Philosophus dicit. Coagulatur etiam aqua, & fit immobilis, sicut patet in glacie. Et hoc competit castitati: quia castus est qui neq; patitur, neq; deducitur. Tres alij fructus possunt dici terrei, scilicet pax, longanimitas, & bonitas. Nam terra habet tranquillitatem, quia non agitatur vel commouetur: neque ab exterioribus sicut aër qui vento agitatur, neque ab interioribus sicut aqua fluctuans, vnde Psalm. Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur. Et hoc competit paci, quæ scilicet facit, vt nec ab exterioribus perturbemur, neque interioribus desiderijs angustiamur. vnde Angeli dixerũt: In terra pax hominibus bonæ voluntatis. Item terra habet perpetuitatem. Ecclesiast. Terra autem in æternum stat, & hoc competit longanimitati. Item terra habet bonorum fructuum vberatẽ vel communicationem: & hoc competit bonitati, qua proximis communicamus in bonis: vnde bonum est diffusiuum sui ipsius. Apost. In omni bono opere fructificantes.

Aristot. de gener. & cor.

Aristo. eth.

Psal. 92.

Luc. 2.

Eccl. 1.

Col. 1.

Secundo declaratur dicta similitudo, scilicet signorum & fructuum per proprietatem nominum. Habet enim quodlibet signum suum nomen proprium cõpetens alicui fructuum. Nam primum signum vocatur Aries, quia sicut Aries animal iacendo super latus vnum, æqualiter mutat vices, quia tanto tempore iacet super latus dextrum, quanto super sinistrum. (Tota enim æstate dormit in latere vno, & tota hyeme in altero.) Sic sol existens in illa parte circuli Zodiaci, quæ dicitur Aries facit æquinoctiũ, & æquales facit dies artificiales & noctes. Hoc autem adaptatur fidei, per quam æquanimitet se habet homo ad diem prosperitatis, & ad noctem aduersitatis. Nam vera fides, nec prosperitatem temporalem ambit, nec aduersitatem meruit, sicut patet de Moysi. Fide (inquit Apost.) Moyses grandis factus, negauit se esse filium Pharaonis filiæ: Ecce quod prosperitatem nõ appetit, & sequitur magis eligens affligi cũ populo Dei, quam temporalem habere iucunditatem. Ecce quod aduersitatem non timuit.

Heb. 11.

Secũdum signum vocatur Taurus: quia Taurus terram sulcando fœcundat & locupletat: & tunc quãdo sol est in signo Tauri, terra est arabilis & congrua agriculturæ. Et hoc competit paci. Nam pacis tempore terræ coluntur, & est abundantia frugum: sic etiam dicitur. Iacob. Quod fructus iustitiæ in pace seminatur.

Iac. 3.

Tertium signum vocatur Geminij: quia sole existente in illo signo virtus ad fœcundandum inferiora geminatur, vel quia in æstate eum noctes sunt brevissimæ, quando vna pars illius constellationis occidit, alia pars antecessit oriri, & ascendit. Et ideo dicunt Poëtæ, quod illorum geminorum fratrum, quos fabulæ vocant Castorem & Pollucem, vnus cælos, alius inferos possidet. Hæc autem competunt charitati, quæ in nobis Spiritu sancto præcedente ad fœcundandum vitam nostram geminatur, scilicet in dilectione Dei & proximi. Vnde pars anterior ascẽdit superius, scilicet amor Dei, alia posterior est inferius, scilicet amor proximi, vnde nec Deus sine proximo, nec etiam vere proximus diligitur sine Deo. Ioan. Hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.

1. Io. 4.

Quartum

Quartum signum vocatur Cancer. Cancer enim est animal retrogradum, & sol peragrans illam partem Zodiaci facit retrogradationem in octauo gradu Cancri, & hoc cõpetit modestiæ, scilicet, vt in exterioribus motibus, & ornatu debitum modũ nõ transeat, sed potius se in ipsis in mẽsuram
Phil.4. debitam retrahat. Apost. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus.

Isid. Quintum signum vocatur Leo, quia secundum Isido. Leo est fortissimum animal, & maximæ caliditatis, præcipuè in parte anteriori, scilicet pectoris. Sic sol intrans illud signum actius igniferos radios emittit quam faciat in fine quando inde exit. Et hoc cõpetit benignitati, id est, bonę ignitati amoris, qua ad benefaciendum alijs inflammamur, quæ intus in corde incipiens, plus facit hominem velle facere quã possit,
Ephe.4. finaliter opera implere. Apostol. Estote inuicem benigni.

Sextum signum vocatur Virgo, & hoc propter sterilitatem, quia sol illud intrans suo calore humo res consumit, & à suo fructu terra efficitur sterilis: & hoc competit castitati, & præcipuè virginali, quæ calori diuini amoris adiũcta, humores lubricos sic in carne cõsumit, vt sterilis permaneat à generatione carnali, & vberior & fertiliorfiat in fructu spirituali. I-
Isa.40. saiæ. Lætare sterilis, quæ non paris.

Septimum signum vocatur Libra, secundum Isidorum ab isto instrumento ponderandi quia sol in illo signo existẽs, dies adæquat noctibus: sicut res æquatur põderę in lance: vnde ibi fit æquinoctium autumnale. Hoc autẽ mansuetudini competit, quæ dum iras comprimit, mala illata à proximo æquo animo ferre facit. Ephe. In
Ephe.4. mansuetudine cum patientia sup portantes: Vel dies nocti æquatur, quia iuxta nocumentum illarum pensatur mansuetudinis meritum.

Octauum signum vocatur Scorpio, quia Scorpio retro ferit, & caudæ aculeo pungit. Sol enim existens in illo signo, est causa læsionis & punctionis corporis humani, quia tunc declinans minus calescit. Vnde aer distemperatus in frigiditate cito lædit & pungit vt dicit Isidorus. Hoc autem con- Isid.
tinentiæ competit, quæ ex distemperantia carnis tentationis aculeo quandoque acriter pungitur: & licet aliquando ex tentatione lædatur, non tamen, si non consentit occiditur. Apost. Si spiritus Rom.8.
facta carnis mortificaueritis, viuetis.

Nonum signum vocatur Sagittarius, quia sicut Sagittarius emittit sagittas, sic sol in hoc signo existens ad nos mittit grandines, pluuias & niues. Hoc autem cõpetit patientiæ quæ grãdines persecutionum, pluuias tribulationũ, & niues afflictionum susçipit atque portat.

Decimum signum vocatur Capricornus. quia scilicet caper est animal cornibus petens superiora: Nam ibi sol facit solstitium vernale, & tunc ascendere incipit versus superiorem arietem & versus cancrum. Hoc autem competit gaudio. Nam nemo habet verum gaudium, nisi qui superiora petit: verum enim gaudium est, quod non de creatura, sed de creatore concipitur, vnde Apostolus. Gaudete in Domino sem- Phil.4.
per.

Vndecimum signum dicitur Aquarius, qui secundum fabulas dicitur fuisse pincerna deorum, manibus eorum aquam fundens: & ideo tenet vrnam. Sed secundum veritatem dicitur aquarius: quia quando sol est ibi, aer condensatus,

Digitized by Google

denſatur in aquas multas, & fiunt pluuiæ pluſquam alio tempore, ſicut dicit Iſidorus. Hoc autem competit bonitati, ſcilicet gratiã & miſericordiam abundanter effundere & præſtare, quia bonum eſt diffuſiuum ſuiipſius.

Dio. de ex. hic. Duodecimum dicitur Piſcis, quia illo tempore fit generatio piſcium & conſticatio, quia calore ſolis aſcendente, & humores diſſoluente, ſolent tunc Piſces effundere ſemen ſuum. Hoc autem competit longanimitati, per quã homo ad modum piſcis etiam in aqua tribulationis nõ deficit, ſed viuit.

Tertio, declaratur dicta ſimilitudo per diſtinctionem graduum ſiue facierum. Nam quodlibet dictorum ſignorum dicitur habere facies, id eſt, partes. Cum enim quodlibet ſignum diuidatur per triginta gradus, initium primæ faciei eſt primo gradu, & durat vſque ad decimum gradum. ſecũda vſque ad xx. gradum, tertia facies vſque ad xxx. Et quælibet facies ſigni datur alicui planetæ: verbi gratia: prima facies Arietis, datur Marti, ſecunda Soli, tertia Veneri, & ſic de alijs. Sicut ergo quodlibet genus ſignorum continet tres facies, ita quælibet 12. virtutum habet tres modos ſiue tres effectus. Nam primo fides quæ aſſimilatur Arieti, cuius prima facies eſt Martis, ſecunda Solis, tertia Veneris, eſt principium fortitudinis, & hæc eſt facies Martis. Vnde fidei aſcribitur victoria. Hebræ. Sancti per fidem vicerunt Heb. 11 regna. Et ibidem, Fortes facti ſunt in bello. Item eſt principium luminis ſpiritualis. & hoc eſt faIoan. 12 cies ſolis Ioan. Credite in lucem & filij lucis ſitis. Item eſt principium charitatis, ſicut cognitio eſt principium amoris, vt hæc eſt facies Veneris, cuius eſt ad amorem incitare.

Secundo quæ aſſimilatur Tauro, cuius prima facies eſt Mercurij, ſecunda lunæ, tertia Saturni, eſt etiam triplex. Eſt itaque prima pax pectoris, id eſt, conſcientiæ, & hæc eſt facies Mercurij, qui ſemper comitatur ſolem: quia tunc eſt conſcientia pacata, quãdo ſequitur Chriſtum, & ei adhæret. Secunda eſt pax temporis, & hæc eſt facies Saturni, quia Saturnus dicitur à ſaturitate & abundantia, quam tribuit pax temporis. Tertia eſt pax æternitatis, & hæc eſt facies lunæ ſecundum illud Pſalmi: Luna perfecta in æter- Pſal. 88. num.

Tertio, charitas quę aſſimilatur Geminis, cuius prima facies eſt Iouis, ſecunda Mercurij, tertia Lunæ. Eſt etiam triplex, ſcilicet incipientium. & hæc eſt Iouis, quia ex parte ſuperiori primus planeta beneuolus & calidus. Item eſt proficientium, & hæc eſt facies Mercurij, qui dicitur fuiſſe Deus mercatorum, propter hoc quod natum vel conceptum ſub eo diſponit ad vſum computationis, & ratiocinij (vt dictum fuit ſupra capitu. ſeptimo.) Mercatorum enim eſt ſemper in lucro proficere. Item charitas perfectorum. Et hæc eſt facies lunæ, quia luna dominatur aquis, & charitas perfecta dominatur tribulationibus. Cant. Aquæ multæ Cant. 8 non potuerunt extinguere charitatem.

Quarto, modeſtia quæ aſſimilacur Cancro. Cuius prima facies eſt Veneris, ſecunda Martis, tertia Lunæ: eſt triplex. Prima eſt circa veſtium apparatum, & hæc eſt facies Veneris: Nam vnus (vt dictum eſt ſupra in eodem capitulo ſeptimo) dicitur diſponere natos, vt ſint veſtium mulierium inciſores, vt dicit Ptolo- Ptol. meus. Secunda ſpecies modeſtiæ eſt circa exteriores corporis motus

Digitized by Google

tur. Et hæc est facies Martis, quia Mars (secundum Ptolo.) disponit ad mobilitatem & leuitatem.

Tertia est circa ludum, & hæc est facies lunæ: quia luna (vt idem Ptolom. dicit) existens in secundo signo post ascendens, ostendit mœrorem & tristitiam, per quam scilicet temperantur ludi.

Quinto benignitas, quæ assimilatur leoni, cuius prima facies est Saturni, secunda Iouis, tertia Martis: est triplex. Prima scilicet in supportando, & hæc est facies Saturni, qui in motu suo est tardissimus, quia homo qui benignus est, tardissimè mouetur ad iram contra alium, vnde scit supportare. Item etiam debet esse benignitas in communicando, & hæc est facies Iouis, qui omnibus dicitur prodesse, & nulli nocere. Item in conuersando: & hæc est facies Martis. Nam Mars dominatur choleræ. Et ille qui vult benignè conuersari, oportet quòd dominetur iræ. Nam licet Mars sit de se incensiuus, tamen coniunctus Veneri temperatur. Et sic homo coniunctus proximo, vt bene cõuiuat ei (vt etiam si de natura sua esset agrestis & asper) debet tamẽ seipsum per benignitatem temperare.

Sexto castitas, quæ assimilatur Virgini, cuius prima facies est Solis, secunda Veneris, tertia Mercurij. est triplex. Prima est castitas virginalis: & illa est facies Solis, quia est præclarissima. Sapient. O quam pulchra est & casta generatio cum claritate. Secunda autem est castitas coniugalis: & ista est facies Veneris: Quia licet vnus incitet ad amorem, tamen est temperata in qualitatibus. Et taliter amor carnalis coniugum si sit temperatus & honestus, castitas vocatur. Tertia vidualis, & hæc est facies Mercurij. Nam Mercurius cum Sole graditur, & non longè à sole recedit, nunquam plus triginta gradibus distans ab eo: & dicitur præesse seminibus; vnde significat vitam vidualem quæ semper debet vacare Deo, sicut legitur de Sancta Anna. Quòd ieiunijs & obsecrationibus erat seruiens Domino die ac nocte. Sap.4. Luc.2.

Item debet vacare eleemosynis, quæ sunt semina quibus recolligitur fructus æternus. De quo semine dicit Apostolus: Qui parcè seminat, parcè metet. 2.Cor.9

Septimo mansuetudo, quæ assimilatur libræ. Cuius prima facies est Lunæ, secunda Saturni, tertia Iouis, debet esse triplex, scilicet in appetitu, vt ad vindictam non excandescat. Ecclesiastic. Filij in mansuetudine animam tuam serua. Et hæc est facies Lunæ, quæ temperat calorem Solis in istis inferioribus: & sic mansuetudo temperat feruorem iræ. Ecc.10

Mansuetudo enim est temperantia irarũ vt dicit Philosophus. Item debet esse mansuetudo in motu siue actu, scilicet vt non impetuose vel rapidè, sed planè & modestè opera sua perficiat. Et hæc est faciès Saturni, cuius motus non est impetuosus vel rapidus, sed planus & mansuetus. Ecclesiast. Filij in mansuetudine operatua perfice. Aristot. 4. Ethi. Eccl.4

Tertio debet haberi mansuetudo in auditu, scilicet vt ex ira veritati non contradicat. Eccle. Esto mansuetus ad audiendum verbũ. Et hæc est facies Iouis: quia Iupiter (vt dicunt Astrologi) inuenitur veridicus in suis significationibus, & significat sapientiam, & rationem. Sapientia enim & ratio veritati non contradicunt. Eccl.5

Octaua

Octaua continentia quæ assimilatur Scorpioni. (Cuius prima facies est Martis, secunda Solis, tertia Veneris) est triplex, Vna est à concessio, & licito, vt cum quis continet simpliciter ab omni actu venereo, etiam à matrimonio, & talis continens oportet quòd habeat continuum bellum cum carne, quia caro concupiscit aduersus spiritum. Et hæc est facies Martis, qui disponit, & incitat ad bella. Secunda est à turpi, & illicito, sicut cõtinere à fornicatione, & adulterio, & stupro, & huiusmodi. Et ista est facies Solis, cuius radius non coinquinatur immundicijs. Tertio est ab immoderato, & superfluo vsu cibi, vel matrimonij. Et hæc est facies Veneris, quæ temperat malitiam, malitiam inquam, id est, Gal. 5. inordinatam cõcupiscentiam cibi, vel actus venerei.

Nono patientia quæ assimilatur Sagittario. (Cuius prima facies est Mercurij, secunda Lunæ, tertia Saturni,) est tripliciter cõmendabilis. Primo, quando quis patitur vtiliter, pura quando patitur propter iustitiam, quia talis patientia acquirit meritum æternæ beatitudinis secundum illud: Matt. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Talis est qui sequitur Christum, qui passus est propter iustificationem nostram. Hæc est facies Mercurij, qui (vt dictum est) sequitur motu suo solem. Christus enim est Sol iustitiæ. Secundo, quando quis patitur libenter, id est, voluntarie. Pet. Nemo vestrum patiatur quasi homicida, & fur, qui 1. Pet 4. scilicet inuitè patiuntur, Apostolo. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. Et hæc est facies Lunæ quæ suo motu eclipsatur. Talis est qui sua voluntate patitur. Tertio, quando quis patitur firmiter siue lõganimiter, vt scilicet nõ deficiat propter passionis diuturnitatem. Apost. Obsecro vos, Ephe. 3. ne deficiatis in tribulationibus. Et hæc est facies Saturni, qui habet motum longum, & diuturnum, & complet cursum tuum in 30. an.

Decimo, gaudium Sanctorum, quod assimilatur Capricorno, (cuius prima facies est Iouis, secunda Martis, tertia Solis,) est triplex. Primo, quòd quis gaudeat de prosperitate proximi, sicut membrum commoditate commembri sui. Cor. Si gloriatur vnum membrum congaudent omnia membra, & hæc est facies Iouis, de quo dicunt Astrologi, quòd habet exaltationem, & gaudium suũ in Geminis, tribus gradibus. Nam dum quis gaudet de bono proximi, gaudium geminatur, & hæc debet habere tres gradus, quia debet gaudere de bono proximi spirituali, corporali, temporali. Secundum est gaudere de aduersitatibus mundi, per hoc enim homo cõsociatur Christo. Pet. Communicantes Christi passionibus gaudete. Et hæc est facies Martis, quia Mars erigitur, & exaltatur in Capricorno, & ibi est gloria sua siue gaudium, (vt dictum est supra cap. xviij.) Quasi enim Capricornus est mundus, cornibus, id est, aduersitatibus suis nos impetens, & percutiens, in quo vir sanctus non conturbatur, sed gaudet. Iacob. Omne gaudium existimate fratres charissimi, cùm in tentationes varias incideritis. Tertium est gaudere de nixu siue exercitio interioris habitus virtuosi. Prouer. Gaudium est iusto facere iudicium: & hæc est facies Pro. 21. Solis, qui gloriam luminis sui, quod valde est gaudiosum, non habet ab extrinseco, sed à seipso. Psalmus. Omnis gloria eius ab intus. Psal. 44.

1. Cor. 12.

1. Pet. 4.

Iacob. 1.

Vnde-

Digitized by Google

Vndecimo bonitas, quæ assimilatur Aquario, Cuius prima facies est Veneris, secunda Mercurij, tertia Lunæ, est triplex scilicet delectabilitatis, honestatis, & vtilitatis, vnde Ambr. diuidit bonum in tria, scilicet delectabile, quod solum ratione delectationis est appetibile, vnde tale quandoque potest esse & noxium & proficuum, honestum & inhonestum, sicut patet in amore coniugali, & in vsu matrimoniali: & hæc est facies Veneris. Item in bonum honestum, quod ex seipso habet rationem appetibilis sicut sapientia, & hæc est facies Mercurij, qui dicitur disponere ad sapientiam. Item in bonum vtile, quod scilicet est appetibile in ordine ad aliud, & hæc est facies Lunæ, quæ multum cõfert istis inferioribus. Quia (sicut dicit Basilius.) Ipsa est decor noctis, mater roris, ministra humoris, & dominatrix maris.

Amb. li de offi.

Basi.

Duodecimo longanimitas, id est, perseuerantia in bonis. quæ assimilatur Pisci, (cuius prima facies est Saturni, secunda Iouis, tertia Martis,) causatur ex tribus. Primo ex abundantia virtutis, quia quanto aliquis plus habet de virtute tanto plus tolerat difficile, & hęc est facies Saturni, qui (vt dictum est) dicitur à Saturitate, id est, abundantia. Secundo ex temperantia operis, quia quanto quis moderatius agit, tãto diutius durat, & hæc est facies Iouis, qui est planeta temperatus in suis qualitatibus. Tertio ex magnanimitate cordis, & hæc est facies Martis, qui disponit ad animositatem. Et sic patet, quomodo fructus Spiritus sancti assimilantur signis cæli, quibus scilicet fructibus per ipsum spiritum virtutes cælorum, id est, cælestium mentium perficiuntur, & firmantur in bono. vnde Psalmus. Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.

Psal. 32.

Quid, & vbi sit beatitudo æterna, cleftorumque gloria, per septem cæli empirei proprias sedes declaratur.

Cap. XXXII.

GLoriam æternæ beatitudinis repręsẽtat cælum empyreum. Oportet enim locum, & locatum inuicem continuari, vnde cum cælum empyreum sit locus gloriæ beatorum, oportet, quod eorum statui conformetur. Et ista conformitas attenditur quantum ad septem. Nam primo cælum empyreum dicitur proprium Dei habitaculum. De hoc enim ipse Deus dixit, Cælum sedes mea, & terra scabellum pedum meorum. Hæc enim duo corpora in mũdo maximè repręsentant Dei æternitatem, & immutabilitatem, scilicet corpus supremum, quod vocamus empyreum, quia illud solũ inter sphæras cælestes ponimus immobile, & ideo assimilatur sedi in qua sedens quiescit. Et corpus infimum: scilicet terra quod à suo situ nunquam mouetur. Et ideo assimilatur scabello, quod etiam oportet esse quietum, & firmum. Eccl. In æternum stat, quia in cęlo empyreo maximè refulget diuinæ virtutis operatio. Ideo ipse cialiter dicitur, quod ibi est sedes Dei & habitatio Dei. Psal. Dominus in cælo sedes eius. Et hinc est, quod homines orare volentes, manus ad cælum leuant tanquam ad Dominum eius. Hoc autem competit bene gloriæ beatorum, in quibus Deus immobiliter habitat, ita vt nunquam ab eis separetur: & ideo replet eos lætitia æterna, & gloria secundum illud. Psalm. In æternum exultabunt, habitabis in eis, & gloriabuntur in te.

Isa. 66.

Eccl. 1.

Psal. 10.

Psal. 5.

Secundo cælum empyreum est

Digitized by Google

claritate lucidũ, vnde empyreum dicitur cælũ igneũ, non ab ardore sed à splendore. Conueniẽs enim est (secundum Basilium,) vt sicut
Basi. li. hexa. dãnati habent extremas tenebras ita beati habeant extremam lucẽm. Et hoc etiam cõpetit beatis, quorum mens per lumen infusum gloriæ confortata & eleuata, ineffabile & increatum lumen at-
Psal. 35. tingit, secundum illud Psalmi. In lumine tuo videbimus lumen. Representat etiam illud splendidissimum cælum, claritatem gloriosam quam corpora gloriosa post
Sap. 3. resurrectionem habebunt. Sapie. Fulgebũt iusti sicut Sol in Regno patris eorum.

Tertio cælum empyreum est capacitate maximum. Nam infra se includit omnia corporalia. Et hoc etiam competit beatorum felicitati, quæ scilicet includit, & continet omnia desiderabilia, vnde
Boë. de consol. Boëtius dicit, quod beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus, & ideo ibi satiabitur solum humanus appetitus, secundum illud Psalmi.
Psal. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua.

Quarto est figura sphæricũ. Figura autem sphærica cum careat initio & fine, representat æternitatem Dei, quã Beati participant: ipsum Deum per essentiam videndo, secundum illud Ioannis. Hęc
Ioan. 17 est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum. Et ideo beati dicuntur esse in vita æterna, id est, in vita interminabili, & perfecta. Nam æternitas est interminabilis vitæ tota simul & perfecta possessio, vt Boëtius dicit. Vnde quia beati habent vitam interminabilem, & intransmutabilem non solum secundum esse, sed etiam vlterius secundum operationem: quia quantum ad illam operationem qua Verbum vident, non sunt in sanctis vo-

lubiles cogitationes. (vt Augu. dicit.) Et ideo dicitur Dan. quod
Aug. 15 de trin. Dan. 12 erunt quasi stellæ in perpetuas æternitates.

Quinto est ab omni motu quietum. Nam si esset motum, motus eius deprehenderetur per aliquod corpus apparens, sicut deprehenditur motus aliarum sphærarum quod minimè appareat, & ideo cælum empyreum est omnino quietum. Vnde Basilius dicit, quod re-
Basi. 2. Hexa. muneratio, quæ pro dignis operationibus restauratur in ea luce, quæ est extra mundum, quietis domicilium fortietur. Sic etiam status beatorum vltimo fini inhærentium est status omnimode quietis & pacis secundũ illud. Po-
Psal. 147 suit fines tuos pacem.

Habent enim quietem ab omni labore, secundum illud Apocalip. Amodo iam dicit spiritus, vt re-
Apo. 14 quiescãt à laboribus suis. Item ab omni molestia vel inquietatione. Psal. In pace in idipsum dormiam
Psal. 4. & requiescam.

Sed nota, quod quamuis cælum empyreum sit immotum, habet tamen (secundum aliquos) influẽtiam super alia corpora quæ mouentur. sicut etiam supremi angeli qui assistunt, habent influentiã super medios & vltimos qui mittuntur, quamuis ipsi non mittantur. Influit autem cælum empyreũ in primum mobile non ad transiens & adueniens per motum, sed ad fixum & stabile puta virtutem continendi & causandi, vel aliud huiusmodi ad dignitatem pertinens. Similiter beati qui sunt in patria, influunt nobis qui sumus in via, suffragia & beneficia multa, & præcipue spiritualia quę sunt fixa & stabilia bona. Vnde
Iob. 5 Iob hortatur hominem viatorem, dicens: Voca, si est qui tibi respondeat & ad aliquem sanctorum conuertere.

Sexto est à difformitate remotũ

Est

Est enim totaliter vniforme non habens partium difformitatem, sicut cælum stellatum. Quod etiam competit beatitudini sanctorum, non quidem ex parte beatorum, cum beatitudo vnius sit maior, quam beatitudo alterius (secundum illud Corinth.) 1 Co. 15 Stella differt à stella in claritate, & sic ex parte beatorum est ibi quædam difformitas graduũ, propter quod dicit Christus: In domo patris mei mansiones multæ sunt. Io. 14. sed ex parte Dei beatificantis qui est beatitudinis obiectum, ex cuius cognitione saltus aliquis efficitur & beatus (secundum illud Augustini.) Beatus qui te nouit etiam si alia ignoret, ipsa beatitudo sanctorum est simplex & vniformis. Quia licet dicantur esse ibi congregata omnia bona, tamen illa congregatio bonorum est in Deo, non per modum compositionis, sed per modum simplicitatis: quia quæ in creaturis multiplicia sunt in Deo præexistunt simpliciter & vnite. Et hinc est quod diuina beatitudo vna & simplex existens, & nihilominus omnem beatitudinem complectitur. Quia quicquid est desiderabile in quacunque beatitudine vel vera vel falsa, totum eminentius in diuina beatitudine præexistit. De contemplatiua enim felicitate habet certissimam & continuam contemplationem sui & aliorum omnium. De actiua vero gubernationem totius vniuersi. De terrena autem fœlicitate quæ consistit in voluptate, diuitiis, potestate, dignitate, & fama (secundum Boet.) habet gaudium de se & de omnibus aliis pro delectatione, pro diuitiis omnimodum sufficientiam quam diuitiæ promittunt, pro potestate omnipotentiam, pro dignitate omne regimen, pro fama admirationem totius creaturæ.

Septimo cælum empyreum est situ supremum, quia à centro maxime remotum. Isaiæ. Sicut exaltantur cæli à terra &c. Isa. 55. Ita etiam beatitudo sanctorum est summum omnia bona transcendens. Nam quantum ad obiectum, est summum bonum simpliciter: sed quantum ad actum in creaturis beatis est summum bonum non simpliciter sed in genere bonorum participabilium à creatura. Et tanta est excellentia illius beatitudinis, quam designat cæli empyrei excellentia localis, quod (vt dicit Apostolus.) Nec oculus vidit, nec auris audiuit. 1. Cor. 2

De veriis gratia gratum facientis effectibus, qua primo mobili, veri, aqua, ac nonnullisque mirabilibus fontibus assimilatur, ac etiam fluuio de Paradiso egredienti, in quatuor diuisoque capita, quorum nomina eorumq; effectus hic exprimuntur, atque ipsi gratiæ perfectissime comparantur.

Cap. XXXIII.

GRatia gratum faciens assimilatur primo mobili propter quatuor. Cap. 33.

Primo, quia illud cælum est empyreo cælo immediatum. Cælum enim empyreum deputatum gloriæ beatorum idipsum repræsentat. Sicut ergo illud cælum immediatè se habet ad empyreũ. Ita gratia immediate se habet ad gloriam, sicut motus ad terminum, vel sicut imperfectum ad perfectum. Rom. Gratia Dei vita æterna. Rom. 6.

Secundo, quia illud cælum est in ordine cælorum mobilium decimum. Nam (secundum Ptolo Mesallach. & secundum Alphetragium in Astrologia noua) supra firmamentum, id est, cælum stellatum, quod est octaua sphæra Mesa. li. de spha ra mũ

Boe. 3. con so.

oportet ponere aliam sphæram nonam quam vocamus cælum cristallinum, in quod reducitur motus orbis signorum, qui est ab occidente in orientem. Et similiter supra hãc oportet ponere sphæram decimam: in quam reducitur motus diuinus qui est ab oriente in occidentem & hæc decima sphæra (vt dicunt) est primum cælum mobile. Hic igitur ordo siue numerus huius sphæræ (quæ scilicet est decima) competit etiam gratiæ sine qua decem præcepta decalogi non implentur. Ipsa enim est lucerna cum qua decima drachma perdita per peccatum, id est, humana natura, recuperatur, id est, iustificatur. Vnde Apo. Iustificati ergo gratia Christi, hæredes sumus, secundum spem vitę æternæ. Luc. 15. Titum 3.

Tertio, quia hęc sphęra decima, inter omnes sphęras mobiles obtinet principatum. Est enim primum mobile, & ideo non habet nisi vnicum motum, scilicet diurnum. Oportet enim multitudinem ab vnitate causari. Et natura (sicut dicit Philosophus) non transit de extremo ad extremum, nisi per medium, & ideo non est saltus naturę ab eo, quod habet vnicum motum, ad aliud quod habet tres, nisi per mediũ, quod habet duos. Cum ergo in sphęra stellarum fixarum deprehensus sit ab Astrologis triplex motus (vt dictum est supra capitulo. 30.) scilicet diurnus ab oriente in occidentẽ supra polos mundi: & alter stellarum fixarũ econtrario ab occidente in orientem, tertius accessionis & recessionis: patet secundum prędicta, quod sphęra stellarum fixarum non potest esse primum mobile, sed oportet ante eam esse alias duas sphęras, scilicet vnam quę habet tantum duos motus, scilicet diurnum ab oriente in occidentem; & decliuum, qui est econtrario ab occidente in orientem, & ista est sphæra nona, & aliam decimam ante istam quæ habet tantum vnicum motum, scilicet diurnum. Illud enim quod est primum in genere corporum mobilium, non potest esse multiforme & varium in motibus, quia ab vno motore primo & simplici in eo, quod mouetur, ab ipso non potest esse nisi vnus motus. Quia ergo diuina gratia est id quo anima primò mouetur ad iustitiam, recte in cæli primo motu designatur. Est etiam motus gratiæ vnicus in quantum non inclinat nisi ad bonum. Malum enim, quia multifariè contingit (vt dicit Dionysius) habet motus multiformes. Ipsa etiam gratia est, qua Deo vnimur, & est motus eius diurnus, id est, lucidus & velox. Nescit enim tarda molimina Spiritus sancti gratia. Dio. de di. no. Hiero.

Aristot de Animal

Quarto, firmamentum siue cælum stellatum est omnium motuũ causatiuum & mensuratiuum. Nam illud quod est primum in aliquo genere, est causa & mensura aliorum: quare cum motus localis sit primus motus vt Philosophus probat, & inter motus morales gratia est primus motus omnium virtutum & motuum, qui sunt in nobis ad actus virtuosos & interiores. Omnes enim virtutes gratuitæ causantur à gratia. sicut omnes potentiæ animæ ab essentia animæ: Vnde gratia est in ipsa essentia animæ: virtutes autem sunt in potentiis tanquam in subiecto. Arist. de cælo & mundo

Item gratia illuminat animam ad cognoscendum defectus suos, quos peccati tenebra occultat. Nam sicut adueniente lumine solis fugatur tenebra noctis, & pulchritudo vniuersi apparet. Ita cum gratia illuminat animam

vides

videt defectus suos quos primo non videbat, sicut atomi in radiis solis apparent & in vmbra non.
Psal. 33. Ita minima peccata in conscientia illuminata. Psalmus. Accedite ad eum, & illuminamini. Sed nota quòd sicut sol non illuminat cæcos quamuis oriatur super bonos & malos: Ita nec gratia peccatores, quia peccatores sunt in contraria dispositione, scilicet per
Io. 1. obstaculum peccati. Io. Tenebræ eum non comprehenderunt, scilicet lucem gratiæ. ideo dicitur
Eph. 5. Ephe. Exurge qui dormis.

Item gratia assimilatur rori.

Primo, quia ros ex alto manat: generatur, enim ros in alto, flante vento calido, id est, austro, quia gratia descendit nobis infundente Spiritu sancto. Non est enim ros (æstè Philoso.) nisi pluuia
Arist. pauca. Auster aut rorem gignit,
Prou. 12 quē aquilo sua frigiditate dispergit, quia gratia quam Deus homi nibus infundit, diabolus, si potest eam corrumpit, dum culpā contrariam gratiæ introducit. Dicit
Bas. tamē Basilius, quod luna est mater roris, quia scilicet domina nostra in luna significata, totius gratiæ impetratrix exiſtit. Et ideo quicquid ros gratiæ in nobis facit, totum potest dici opus virginis.

Secundo, quia ros serenitatē & temperiem amat. Nam ros non generatur nisi in sereno & tēpore temperato, quia si non sit serenū impeditur appropinquatio solis vaporem eleuantis, qui est materia roris. Si autem est æstus consumitur ipse vapor subtilis: vapor enim roridus subtilior est inter vaporeꝫ humidos, & ideo eleuatur ad supremum interstitium aëris excluſiuè, quia ille locus tēperatus est eo quod mediū est inter calidissimum & frigidissimū, ideo ibi æqualiter agit calor congelationem impediens, & frigus comprimens. Vnde ille locus strictus ab Aristo. dicitur, quia clausus est inter duo extrema. Ros ergo est diuina gratia, quæ nullo modo inuenitur in anima nisi serena sit & à peccato pura. Non enim sol lumen gratiæ influens, appropinquare potest, vbi mentis serenitas deest. Item æstus concupiscentiæ destruit vaporē gratiæ, & ideo oportet, quòd reprimatur remedio temperantiæ, siue abstinentiæ.

Tertio, quia ros terras inebriat, scilicet quia diuina gratia mentes à terrenis delitiis alienat.

Quarto, quia ros in seminibus medullā ampliat. Ita diuina gratia in nobis omnia bona multiplicat.

Quinto, quia ros ostreas & pisces mari impinguat, quia gratia mentes humanas per amorē charitatis dilatat.

Sexto, quia margaritam in conchilia generat, quia per diuinam gratiam filius Dei in vtero virginali est generatus.

Septimo, quia pullos coruinos sustentat antequam nigrescant: quia gratia animam non deserit quam spiritualiter pascit, nisi post quam per culpam nigrescere incipit. Est enim gratia cibus spiritualis animæ, sicut panis est cibus materialis corporis.

Octauo, quia ros causat dulcedinem. Nam quamuis videatur insipidus, est tamen potestate dulcissimus & mellis in herbis & floribus causatiuus. Nihil enim sapientes mel aliud esse dicunt, quā rorem, calore digestū in aëre. Ita similiter gratia diuina quæ est in pœnitentia modò non sentitur sic lapida, quamuis sit prædulcissima sicut apparebit in patria.

Itē gratia diuina assimilatur aquę

Primo, quia aqua est æstus refrigeratiua: est enim aqua frigida ex natura, quare in calore æstatis

Digitized by Google

homines balneant se aquis, anates & anseres sunt ob hanc causam continuè in aquis commorantes. Et ita etiam simili modo diuina gratia animæ refrigerium tribuit, dum calorem concupiscentiæ inflammantis extinguit.

Secundo, ratione coniunctionis, quia est separatarum partium coniunctiua. Nam terra præ siccitate in puluerem caderet, nisi eius partes aqua cõnecteret. Vnde caseus caprinus, quia parum habet de humiditate totus est interius oculatus & discontinuatus: non sic pecorinus, quia magis humore est plenus. Ita similiter gratia diuersorum cordium est vnitiua, vt sit in diuersis voluntas vna.

Tertio, quia est viriditatis conseruatiua, quòd appareat in omnibus herbis & plantis, quarum virores pendent ex aquis. Arescit enim in breui quæcunque planta, si non in virore suo per aquam fuerit cõseruata. Et ita gratia Dei est in bono conseruatiua, dum in peccata cadere non permittit.

Quarto, quia est resistentium subuersiua. Nam omnia resistentia sibi vastat & alta in planum humiliat. Quando enim aqua terram vel aliquod aliud intrat, terrã excauat & à fundamentis omnia subleuat, & sic omnia complanat. Ita gratia omnia sibi resistentia in regno animæ destruit, dum altissima corda conuertit, & suo dominio subijcit.

Quinto, quia est vacui repletiua. Nam replet omnes fossas sibi obuias, vt nihil esse vacuum permittat in loco quẽ inhabitat. Et sic gratia est beatorum hominum repletiua, dum nihil in anima vacuum derelinquit, eò quòd omnes virtutes ibi gignit, quibus omnem patientiam perficiunt & ad suum complementum adducunt.

Sexto, ratione caloris, quia ab alto cadens, est caloris causatiua. Nam in alueo fluens nõ calescit, quia tardè mouetur: sed aqua cadens ab alto, citius mouetur & descendit velocius. Motus enim nisi sit velox, calorem non inducit. Quasi autem aqua fluida est gratia humana. Hæc enim cito labitur, quia faciliter amittitur: & hoc non calefacit, quia diuinum amorem non inducit, immo frequenter opponitur. Vnde Apost. dicit. Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem, &c. Sed aqua cadens ab alto, est gratia veniens à Deo. Et hæc est aqua quæ velociter descendit, quia nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia, sicut dicit glosa Hieronymi super illud Actuum: Et factus est de cælo repente sonus &c. Vnde hæc etiam est aqua quæ charitatis igne animam calefacit. Gal. 1. Act. 2.

Item ipsa gratia diuina superabundans facit in quocunque homine cessare tentationes diaboli, sicut in multa pluuia cessant venti, eo quòd vapor siccus qui est materia venti, impeditur, & non eleuatur amplius ventus, & hoc abundante suo contrario, cum cõtrarium magis forte, impedit contrarium minus forte. Quasi ergo multa pluuia in terra, est abundantia gratiæ in anima, in qua cessant venti malarum tentationum. Eo quòd vapor, id est, appetitus peccati non eleuatur in corde suo contrario, scilicet Dei gratia ibidem abundante.

Item gratia Dei assimilatur fluuio de Paradiso egredienti, qui diuiditur in quatuor capita, id est in quatuor flumina. Hæc enim in diuersis quatuor habet modos. Est enim in pœnitentibus turbida. Et hæc gratia assimilatur Geõ, id est, Nilo, qui est fluuius Mesopotamiæ semper turbidus & circuit terram Aethiopiæ, id est mẽ- Gene. 2

tes,

Digitized by Google

tes hominū denigra torū. Ethiopes enim nigri sunt. & descendit per Aegyptum, id est, per corda superborum quæ sunt tenebrosa, lumine vero sapientiæ carentia. Aegyptus enim interpretatur tenebra, cuius planiciem, id est, humilem cognitionem, Nilus, id est, gratia pœnitentiæ irrigat: cumulis arenarum, id est, memorijs peccatorū claudētib. ostia eius. Nā pectorum memoria superbam mentem humiliat, & ipsa humilitas gratiam retinet, ne defluat. Hic fluuius habet cocodrillos, id est, dæmones infestantes. Sed bestiola quædam quæ dicitur endros, luto se inuoluens, intrat per os in ventrem eius, & rapit omnia interiora eius, eumq; occidit. Hæc bestiola humilitatem Christi significat, quæ luto carnis nostræ se vestiens diabolicum ventrem, id est virtutem dirupit, & quos sibi incorporauerat extraxit, eiusque virtutem extinxit:

Secundo, gratia Christi est in obedientibus plurima, & hæc assimilatur Physō, qui circuit terram Euilath, id est, Indiam. Nam India in scriptura interpretatur nutus vel dilucidus, quia scilicet vir obediens nutu alterius, scilicet superioris, sibi dilucidato, id est, ostenso, mouetur. Et dicitur Physon Græce, decem Latinè, eo quod decem in se recipit flumina, id est, obseruantiam & impletionem decem præceptorū legis. Hic fluuius abundat arenulis aureis & gēmis pretiosis, & in eius etiam litore crescunt aromaticæ & medicinales herbæ. Arenulæ aureæ sunt exempla speciosa, gemmę pretiosæ sunt merita copiosa: medicinales herbę sunt vitiorum remedia virtuosa: quę omnia abundanter inueniuntur in vere obedientibus.

Tertio gratia Christi in patientibus est subita siue festina. Vnde assimilatur fluuio Tigris, qui ad instar Tigris animalis velocissimè currit ad modum sagittę. (vt dicit Iosephus,) quia scilicet passiones & tribulationes præsentes faciunt nos ad Deum currere velociter. Psal. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum postea accelerauerunt: sicut equus calcaribus percussus velocius currit. Hic pergit contra Assirios, qui interpretantur deprimentes, quia scilicet patientiæ contra persecutiones & depressiones, hominem inuictum reddit. Item post multos circuitus intrat mare rubrum: quia quandoque post multas passiones perducit ad martyrium quod propter rubedinem effusi sanguinis per mare rubrum designatur. Psal. 15

Quarto, Christi gratia est fructifera in diligentibus. Et hęc assimilatur Euphrati qui interpretatur frugifer: nullus enim est fructus operis sine gratia dilectionis. Hic est fluuius Mesopotamię quę interpretatur altitudo cuiusdam vocationis, quia scilicet altitudo christianę vocationis consistit in dilectione charitatis. Hic est copiosus in gemmis: quia charitas abundat in operibus virtuosis, & meritorijs.

Item gratia Dei, assimilatur quibusdam fontibus mirabilibus, qui inueniūtur in quibusdam prouincijs secundum v. differentias, quę sunt in effectibus gratię. Refert enim Augu. & etiam Isido. quod sunt duo fontes in Boëtia, quorum vnus memoriam, & alter obliuionem inducit. Et hæc est prima contrarietas in effectibus gratiæ: quia gratia facit obliuionem temporalium, & memoriam spiritualium. Et hæc fuit in Apostolo dicente: Quæ retro sunt, obliuiscens, scilicet temporalia: ad ea vero, quæ sunt priora, extendens me, scilicet ad spiritualia. Aug. de ci. Dei. Phil. 3.

Secundo refert Augustin. quo &

Digitized by Google

est quidam fons in Aegypto, in quo faces extinguuntur accensæ, & accendantur extinctæ. Et hæc est secunda contrarietas gratiæ, quia extinguit vitia, & accendit virtutes. Rom. abijciamus opera Ro,13. tenebrarum, & induamur arma lucis.

Tertio dicitur quidam esse fons apud Garamantes, qui fons est tã algens de die, vt non bibatur: tã calidus de nocte, vt non tangatur. Et hæc est tertia differentiã gratiæ. Quia gratia in die prosperitatis facit algidum, id est, humilem, ita, vt non bibatur siue absorbeatur à superbia. Et in nocte aduersitatis facit calidum, id est, feruentem, & deuorum, ita vt non tangatur ab impatientia.

Quarto, leguntur duo fontes fuisse in Sicilia, quorum vnus sterilitatem faciebat, alter verò fœcunditatem inducebat. Et hæc est quarta differentia gratiæ: quia facit aliquos steriles in carnalibus scilicet per continentiam; & fœcundos in spiritualibus, scilicet per doctrinam, & bona opera.

Quinto, legitur fuisse quendam fontem in Idumæa, qui legitur tribus mensibus anni esse turbidum tribus sanguineum, tribus viridẽ, & tribus limpidũ. Et hæc est vera differentia gratiæ, quæ in quibusdam est turbulenta, vt in tribulatis, siue actiuis, qui frequenter turbantur, (sicut Dñs dixit Marthæ. Luc.10. Turbaris erga plurima,) in quibusdam verò limpida, sicut in cõtemplatiuis. In quibusdam verò sanguinea sicut in martyribus. Et in quibusdam viridis, sicut in virginibus.

Item gratia Spiritus sancti assimilatur aquę puteali.

Primo ratione saporis, quia à terra circunstantes saporem attrahit. Vnde nunc salsam, nunc dulcem se ostendit. Ita gratia Spiritus sancti quamdiu anima terreno corpori circundatur, non vniformiter, sed variè in anima sentitur. Nam nunc est salsa in anima pœnitentis: nunc dulcis in anima cõtemplantis.

Secundo ratione laboris: ad hoc enim vt aqua putealis melioretur oportet, vt sæpius vacuetur, vel hauriatur. Vnde quanto frequentius in extrahendo eam de puteo laboratur, tanto melior ex motu efficitur. Hauritur enim aqua ex puteo profundo bonitatis diuinę, orationis assiduitate. Et ideo quãto crebrius oratur, tanto magis gratia impetratur, per quã anima proficiens melioratur.

Tertio ratione dulcoris, quia tanto aqua putealis est dulcior, quanto est terræ viuę vicinior. Terra autem viuentiũ dicitur vita beata. Psal. Portio mea, &c. Huic Psa.118 terrę quanto magis anima propinquat per contemplationem, vel affectionem, tanto gratiam percipit dulciorem, & etiam carnis, vel mundi intrinsecus refrigerationem.

Quarto ratione caloris, quia puteus nunquam de leui in hyeme congelatur, eo quod calor a suo contrario ad interiora putei repellitur. Vnde non solum non congelatur, id est, non coarctatur a frigore, immo magis tunc feruescit, & inflãmatur. Et ita etiã simili modo est de anima, quæ per gratiã in hyeme tribulationis magis in amore Dei calescit & accẽditur

Gratia gratis data varijs effectus recensentur, qui cælestis sphæræ circulis assimilantur, quorum hic nomina describuntur, perfectiones, ac proprietates patefiunt.

cap. XXXIIII.

GRatię gratis datę, assimilantur circulis cęlestis sphęrę, de quibus meminit Salomon: Lustrans vniuersa, in circuitu pergit Eccl. 1. spiritus, & in circulos suos reuertitur. Nam gratię gratis datæ sunt

Digitized by Google

1.Co.12 sunt illę, quas enumerat Apost. Alij datur per ſpiritum ſermo ſapientię: alij autem ſapientia ſecundum eundem ſpiritum, alij gratia ſanitatis in vno ſpiritu, alii operatio virtutum; alij prophetia: alij diſcretio ſpirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum. Prima igitur eſt ſermo ſapientię. Et hęc aſsimilatur cęleſti circulo, qui dicitur ſolſticialis æſtualis. Sermo enim ſapiętęt loquentis, ad tria tendit, quę nobis ille circulus repręſentat.

Primo ad inſtruendum intellectum ſpecialiter de diuinis, & ſpiritualibus, circa quę propriè eſt ſapientia. Tunc autem intellectus inſtruitur dum aliquis ſic clarè loquitur, quod doceat. Et hoc repręſentat circulus ille ſolſticialis, qui ideo ſolſticialis æſtualis dicitur, quia ſole ibi exiſtente fit ſolſtitium æſtiuale. vbi autē exiſtit ſol pręſens, omnia clarè & lucidè videntur. Sic qui loquendo inſtruere deſiderat, neceſſe eſt, vt ea quę loquitur, clarè & lucidè oſtendat. Et talibus dicitur ex
Ecc.14. perſona Sapientię: Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

Secundo, qui ſapienter loquitur, intendit ad mouendum affectum, vt ſcilicet libenter audiant verbum Dei: ſed ille qui vult delectare, oporret quod loquatur temperatè, id eſt, non nimis prolixè, quia prolixa locutio non delectat, ſed attediat. Et ſi vult mouere affectum, oportet, quod loquatur feruenter. verba enim inflammare nequeunt, quę frigido corde proferuntur, vt dicit Greg,
Greg.in hom. Et hoc ſignificat circulus ſolſticialis æſtiualis, quia eſt quaſi coniunctiuus noſtrę habitabilis, & torridę zonę. In noſtra habitabili eſt temperies aëris, in torrida vero exceſſus feruoris. Vnde in ſermone prędicantis debent hęc duo coniungi, ſcilicet temperamentum locutionis, ſcilicet a prolixitate: & feruor pronunciationis, vt ſcilicet per primū placeat, per ſecundum moueat.

Tertio, ſermo ſapienter prędicantis tendit ad flectendum ad actū, id eſt, ad hoc vt auditor amet ea quę ipſe prędicans dicit, & ipſe implere velit: quod fit dū ſic aliquis loquitur, quod auditorē flectit. Ad quod quidem Spiritus ſanctus vtitur lingua hominis, quaſi quodam inſtrumento. Ipſe autem eſt qui perficit operationē interius. Vnde Grego. dicit. Niſi corda audientium ſpiritus ſanctus repleat ad ardorem amoris, vox dicētium incaſſum ſonat. Et hoc etiam oſtendit circulus ſolſticialis æſtiualis, ex eo quod iſte circulus tangit zodiacum in Cancro. Nā zodiacus dicitur a zoda, quod eſt vita: quia viuificatiuus eſt Spiritus ſanctus, quia ſpiritus eſt qui viuificat, vt dicit Saluator. Vnde tunc æſtiuale coniungitur zodiacus, quando ipſius prędicatoris ſermoni adiungitur Spiritus ſancti virtus. Quę coniunctio fit in Cancro, vbi ſol reflectitur, & retrocedit. Nam in viij. gradu Cancri Sol retrogradationem facit, quia Sol in tantum extollitur verſus rumorem ſphæræ: ſcilicet noſtram habitabilem, & ſitum in terra, quod non poteſt plus extolli, & tunc retrograditur deſcendendo per ſigna interiora. Tunc ergo zodiacū ſolſticialis in Cancro tangit, quando ſermo prædicatoris virtute Spiritus ſancti adiuncta, ſuperbū cor peccatoris ad humilitatem pœnitentię flectit & reducit. Grego, in hom penth.

Secunda gratia gratis data, eſt ſermo ſcientię, id eſt, gratia loquendi efficaciter de inferioribus & ſpecialiter de humanis. Et hęc aſsimilatur alteri circulo ſolſticiali hyemali. Nam ille qui vult docere hominem ſcientiam non

Digitized by Google

vanam sed salutiferam, debet intendere ad tria. Primo ad inistruēdum, scilicet vt minuatur tenebra ignorantiæ, & crescat lumen scientiæ. Et hoc significat solsticialis hyemalis, quia scilicet sole in eo existente fit solsticium hyemale, postquam incipiunt crescere dies,
Ro.13. & nocles decrescere Rom. Abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis sicut in die, &c. Secundo debet intendere ad afficiendum, scilicet timore supplicij, & amore præmij. Et hoc significat solsticialis hyemalis, quia est ex parte torridæ, & alterius habitabilis. Nam in torrida vbi est excessus ardoris, intellige supplicium interni. In alia habitabili vbi tēperies, & amœnitas est aëris, intellige suauitatem cęli. Quorum primum est timendum, reliquum appetendum. Tertio debet intendere ad promouendum, scilicet vt homo per scientiam humanorum etiam practicè proficiat ascendēdo de virtute in virtutem. Quod iterum ostendit circulus solsticialis hyemalis: quia tangit zodiacū in Capricorno. Caper enim est animal cornibus superiora petēs. Vnde dicitur Capricornus, quia Sol ibi existens post solstitium hyemale incipit ascendere per signa versus superiorem Arietem, & versus Cancrum, vnde ascēsum significat hominis per profectum virtutum.

Tertia gratia gratis data dicitur fides. Et hæc assimilatur circulo Galaxiæ propter quatuor. Primo, propter puritatem, quia Galaxia dicitur via lactea, in qua significatur nitor puritatis, quam fides facit, secundum illud dictum Petri:
Act.15. Fides purificans corda eorum. Secundo propter firmitatē, quia galaxia semper stat in eodem loco cæli, (vt dicit Philosophus.) Quod intelligitur quantum ad apparentiam propter tardissimum motū, quia in rei veritate expertum est, quod galaxia mouetur in centum annis gradu vno. Fides autem prout gratia gratis data, accipitur pro aliqua fidei excellentia, sicut pro constantia fidei, vt dicit glosa. Vnde fides dicitur substantia propter firmitatem. Hebr.2.
Tertio propter claritatem. Nam galaxiæ circulus tunc est clarior, quando aura nocturna fuerit frigidior & serenior: quia scilicet constantia fidei tāto amplius clarescit, quanto aura perfecutionis, vel frigus mundi tenebrosi magis contra eam excrescit. Quarto, propter vtilitatem. Nam galaxia propter suam claritatē et serenitatem dirigit nauigantes & itinerantes de nocte. Similiter fides vera & constans, dirigit nauigantes per mare mundi. Vnde dicitur de filijs Israël. Quod fide transierunt
Heb.11. mare rubrum tanquam per aridā terram. Et etiam est fides viatorum directio, ne in tenebris ignorantiæ vel infidelitatis exorbitando pereant. Vnde dicitur: Initiauit nobis viam nouam, & post eū
Heb.10 ascendamus cum verō corde in plenitudine fidei.

Quarta gratia gratis data est gratia sanitatum. Et hæc assimilatur circulo pararello septentrionali, qui est diuisio nostræ habitabilis & frigidæ. Dicitur enim parallelus, id est, æquè distans, à para, quod est iuxta, & lele, quod est distans: æqualiter enim distat ab alio australi siue antarctico parallello. hoc autem competit gratiæ sanitatum, quia omnis infirmitatis est æqualiter & indifferenter curatiua, & non videlicet minus vnius quam alterius: quia innititur diuinæ virtuti, cui nihil est impossibile vel difficile. Non sic autem de virtute medicinæ creatæ, quæ aliquas infirmitates curare potest, & aliquas non. Et rursus curabilium infirmitatum

quas-

quasdam tardius, & quasdam citius curat.

Item iste paralellus dicitur septentrionalis. Septentrio de nominatur de stellis arcturi, quæ circa polum arcticum vertuntur. Vnde iste circulus vij. stellarum, significat septē modos, quibus gratia sanitatis corporalis in Euangelio legitur esse concessa: in quibus etiam significantur vij. modi, quibus infirmitates spirituales curatur. Primo enim legitur fuisse cōcessa gratia corporalis sanitatis discipulorum orationi, sicut habetur de socru Petri febricitante, Luc.4. quòd discipuli rogauerant illum pro ea, & sequitur, quòd stans super illam, imperauit febri, &c Et similiter ab infirmitate peccati curatur homo per orationes iu- Iac.5. storum. Iac. Oratio fidei saluabit infirmum, & alleuabit eum Dominus & si in peccatis sit, dimittetur ei. Secundo potestatis con- Luc.10. cessione, sicut Luc. Dominus mittens discipulos ad prædicandum, dedit eis potestatem, vt languores curarent, significans quòd verbo prædicationis curatur infirmi- Sap. 16. tas peccatoris. Sapien. Sermo tuus Domine sanat omnia. Tertio præcepti expressione, sicut dixit Cen- Matt.8. turio. Matth. Dic tantum verbo, scilicet præcipiendo, & sanábitur puer meus: in quo significatum est quòd obedientia sanat morbos spirituales, specialiter superbiæ, & negligentiæ, sicut infirmus obediens medico curatur.

Quarto appropinquatione, quia qui sic appropinquabant Christo, vt eum tangerent, sanabantur. Matt.6. Matth. Quotquot tangebāt eum, salui fiebant. Iste tactus pertinet ad actiuos vel ad imitatores operum Christi, qui etiam sanantur spiritualiter.

Quinto manuum impositione. Luc. Luc. At ille singulis manus impo- 4. nens, curabat eos. Ista manuum impositio est per pœnitentiæ absolutionem. Vel tactus manuum Christi, est flagellatio Dei quæ etiam expellit infirmitatem peccati.

Sexto, aquæ lotione siue sit infirmitas cæcitatis, sicut Dominus misit cæcum à natiuitate, vt lauaretur ad natatoria Siloe, & abiit, & lauit & vidit: signans & cæcitas ignorantiæ, tollitur per aquam sapientiæ. Siue sit infirmitas lepræ, sicut Dominus introduxit de Naaman leproso curato Ioan.9. in lotione aquæ Iordanis. Nam lepra Naaman principis militiæ, Sytiæ, est corruptio in prælato, quæ curatur in descensu humilitatis. Iordanis enim interpretatur descensus. Siue sit quæcunque alia Luc.4. infirmitas, sicut sanabatur vnus qui primo descendebat in piscinam. Et ista est lotio baptismi vel Io.5. pœnitentiæ, quæ omne peccatum purgat.

Septimo, vulnerum alligatione, sicut patet de Samaritano, qui curauit vulneratum, vulnera eius alligando, vinum & oleum infundendo. Hæc alligatio, est iustitiæ abhibitio per correptionem, in Luc.10. qua debet esse vinum mordens, & oleum liniens: quia miscenda est lenitas cum seueritate, & misericordia cum iustitia, vt dicit Gregorius. Item circulus ille paralellus diuidit nostram habitabilem à frigida. Habitabilis autē siue habitatio animæ est in corpore. Frigus autem est qualitas mortificatiua. Vnde per gratiam sanitatum habitabilis nostra, id est corporis nostri natura diuiditur à frigida, id est, separatur & liberatur etiam a morte, quia scilicet habentes hanc gratiam mortuos suscitant.

Quinta gratia gratis data est operatio virtutū, id est, signorū vel miraculorum. Vnde hæc assimilatur zodiaco circulo, qui dicitur esse

esse circulus signorum. Nam miracula quæ facultatem naturæ excedunt, vocantur virtutes. Quia verò sunt ad manifestandum aliquod supernaturale, vocantur signa: propter excellentiam autem dicuntur portenta vel prodigia, quasi procul aliquid ostendentia.

Sexta gratia gratis data est prophetia: Et hæc assimilatur illi circulo cælestis sphæræ, qui dicitur Colurus tolstitialis, qui incipit à polo septentrionali, & per Cancrum & Capricornum circulariter procedens, iterum redit ad suum principium. Nam prophetia
Greg in hom. (vt dicit Greg.) quandoque incipit à præteritis, sicut de prophetia Moysi patet, qui prophetauerat de principio creationis rerum quandoque verò est de præsenti occulto: quandoque de futuro; & quãdoque à futuris redit ad præterita, sicut expressè patet in libris prophetarum. Dicitur autem colurus à colon vri, id est, membrum, siluestris bouis. Colon enim est membrum, vrus verò bos siluestris dicitur, id est, causa scilicet bouis siluestris, qui erigens caudam circulum facit imperfectum. Vnde colurus quasi circulus imperfectus. Nam (sicut
1.Co.13 dicit Apostolus.) ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Vnde prophetia imperfectionem habet,

Septima gratia gratis data est discretio spirituũ, & hæc assimilatur circulo orizontis, qui scilicet diuidit duo hemispheria hæc autem hemispheria, scilicet inferius & superius, sunt duo spiritus, scilicet creator & creatus. Qui autem habent hanc gratiam diui dunt & discernũt, quãdo id quod suggeritur vel inspiratur, est à spiritu creatore, id est, à Spiritu sancto: vel à creato, id est, à spiritu proprio vel maligno. vident etiam ea quæ dicũtur, quo spiritu dicantur. Vnde dicitur: Probate spiritus si ex Deo sint. Et ibidem: Nolite omni spiritui credere. 1.Io.4

Octaua est gratia linguarum. Et hoc assimilatur alteri circulo paralello. s. australi. Nam paralellus (vt dictum est) dicitur æquè distans: quia. s. habentes donum linguarum, omnes linguas quantũcunque distantes siue differentes æqualiter loquebãtur, sicut patet de Apostolis. Sed hoc quod dixi, Act.2
æqualiter, intelligendũ est quantum ad ea quæ pertinebant ad fidei doctrinam: in quibus diuina gratia nulla linguarum distantia tuit Apostolis ignota: sed quantũ ad ea quæ supra adduntur humana arte ad ornatum & eloquẽtiam locutionis, quilibet Apostolus instructus erat in sua lingua, non autem aliena. Vnde Apostolus maiori facũdia vsus est in epistola ad Hebræos, quã scripsit in propria lingua, quã in aliis quas Græco sermone composuit. Sicut etiam in sapientia & scientia fuerunt sufficienter instructi, quam requirebant in doctrina fidei, nõ autem quantũ ad omnia quæ per scientiam acquisitam cognoscuntur, puta de conclusionibus arithmeticæ vel geometricæ, &c.

Nona gratia est interpretatio sermonum. Et ista assimilatur alteri coluro. s. æquinoctiali, qui per libram in arietem procedens, iterum redit ad suum punctum. Assimilatur autẽ interpretatio sermonũ coluro, quia imperfectionem habet sicut & prophetia. Nãqui scit interpretari vnum, nescit quandoque interpretari aliud. Si- Dan.12
cut Daniel interpretatus est visionem siue somnium Nabuchodonosor, & tunc in alia visione quam ipsemet habuit, dixit: Ego audiui, & non intellexi. Et ideo interpretatio sermonum reducitur ad prophetiam, inquantũ, scilicet mens illuminatur ad intelligendum

Digitized by Google

gendum & exponendum quę sunt in sermonibus obscura, siue propter difficultatem rerum significatarum, siue etiam propter ipsas voces ignotas quę pręferuntur, siue propter similitudines rerum ad hibitas, secundum illud Dan. Audiui de te, quòd possis obscura interpretari, & ligata soluere.

Dan.5.

Hæreticorum proteruitas, ac doctrinarum falsitas, Antro, alluuioniq; pluribus eorum effectibus comparatur.

Cap. XXXV.

HAereticorum vita assimilatur antris terrę propter quinque.

Primo, quia antrum est latibulum tenebrositatis. Vnde dicitur antrum ab atro, eo quòd atris tenebris sit infusum. Sic hæreticorum vita cum sit animalis, & tenebrosa, latet tamen sub specie pietatis. Vnde Matth.7. Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimētis ouium. Et Reg. Absconderunt se in spelūcis, & in abditis, in petris quoq;, & in antris, & cisternis. Hæc enim diuersa loca, diuersi modi sunt quibus hæretici se occultant sub specie pietatis.

Matt.7

1.Re.13

Secundo, quia antrum habet intuitū capacitatis. Vnde antrum dicitur specus ad speculandum, quia in suas prędas animalia speculantur, vt dicit Isid. Sic hæretici in scripturis maliciosas & sophisticas subtilitates speculantur, quibus simplicium animas rapere, & peruertere possint. Iob. Quando cubant in antris, & in specubus insidiantur.

Isid.in li.Ethi.

Iob.39.

Tertio, quia antrum habet intemperamentum contrarietatis. Nam antrum est in ęstate valde frigidum, & in hyeme valde calidum: sic hęretici in operibus charitatis sunt valde frigidi: sed in operibus iniquiatatis sunt valde calidi, id est, feruentes & soliciti. Vnde in eis impletur illud Matt. Quoniam superabundabit iniquitas tua, refrigescet charitas multorum. Iob. Ingredietur bestia latibulum suum, & in antro suo morabitur, ab anterioribus egredietur tempestas, & ab arcturo frigus.

Mat.24

Iob.27.

Quarto, quia habet nutrimentum vilitatis. Nam antrum est fœtibus bestiarum nutriendis aptum. Sic hęretici nutriunt filios bestiales & carnales, concedendo eis libertatem operum carnis, dicentes fornicationē non esse peccatum, & multa alia similia. Iudith: Fecerunt sibi antra, & speluncas in montibus, id est, opiniones corruptas & carnales, in montibus, id est, in exemplis & doctrinis suorum maiorum.

Iudith.6

Quinto, quia est habitaculum infirmitatis. Nam antrum ex vaporibus, & sudoribus animalium sępe est fœtidum, & corruptum, & ideo in eo habitare volentibus est infirmum. Sic verbis & exemplis pestiferis, & corruptis ipsorum hęreticorum cohabitantes, & cohęrentes eis inficiuntur, & infirmantur in fide & bonis moribus. Psalm, Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt. Timot. Errantes, & in errorem mittentes.

Psal.13

2.Ti.3

Item hęreticorum doctrina assimilatur alluuioni.

Primo ratione inundationis, quia alluuio dicitur latens, & lata inundatio aquarum. Doctrina autem hęretica sub specie pietatis, & coloratę veritatis, quasi per omnes partes orbis hactenus inundauit, & se dilatauit.

Secundò ratione consumptionis. dicitur enim alluuio, ab abluendo, quia terram per quam transit, abluit, & abluendo consumit. Sic hæreticorum doctrina, licèt videatur exterius munditiā quandam prętendere, tamen finaliter

Digitized by Google

naliter consumit, dum animæ omnem bonam dispositionem tollit. Iob. Alluuione paulatim terra consumitur. Paulatim enim hæretici decipiunt, incipiendo à bonis, & trahendo ad mala. Iob 14.

Tertio ratione dissolutionis: nam quanto per absconditas riparum concauitates maiori se fluxu alluuio diffundit, tanto periculosius littoris soliditatem dissoluit. Sic hæriticorum doctrina, quanto occultius mentibus simplicium infunditur, tanto periculosius vitæ vel fidei in eis soliditatem dissoluit.

Quarto ratione deceptionis. Quia ripæ superficies exterius solida videtur, sed consumptio interius occultatur. Et ideo pes calcãtis ripam facile labitur, quia interiori soliditate consumpta latens vacuitas non videtur, vt dicit Gregorius. Sic etiam faciliter simplices ab hæreticis seducuntur, & in hæresim eorum labuntur, quia fallitas eorum, & prauitas sub quadam veritatis specie & verborum dulcedine occultatur. Timo. Habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Grego. in hom. 2. Ti. 3.

Tres humilitatis gradus describuntur, qui circulis planetarum similes esse videntur humiliumq; natura per aeris, terræ, ac vallium quamplurimas proprietates ostenduntur.

Cap. XXXVI.

HVmilitatis gradus assimilari possunt circulis planetarum. Nam (vt Ptolomeus dicit) planetis assignantur tres circuli, scilicet deferens, æquans & epicyclus. Deferens est circulus planetæ, per cuius circunferentiam semper mouetur epicyclus ipsius planetæ, dictus ideo deferens: quia defert circulum epicycli. Huic assimilatur primus humilitatis gradus, qui est subdere se maiori, non solum quia maiori deferendum est, sed etiam, quia secundum eius imperium, & obedientiam subditus moueri, & incendere debet in omnibus, vt sic secundum circunferentiam huius circuli, id est, secundum dispositionem prælati deferatur circulus epicycli, id est, vita & voluntas subditi, exemplo scilicet Christi, qui dicit Io. descendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Ptolo. Io. 6.

Secundus circulus vocatur æquans, scilicet super cuius centrũ mouetur deferens, quia in illo tenet vniformiter planeta cursum suum. Et huic assimilatur secundus humilitatis gradus, qui est non præterre se æquali: & ille est æquans, quia scilicet æqualitatem iuxta mensuræ homo non excedit. Eccles. Noli extolli: sed esto in eis quasi vnus ex illis. Eccl. 32

Tertius autem, qui vocatur epicyclus, est quidam paruus circulus quem describit planeta motu corporis sui, per cuius circunferentiam mouetur corpus planetæ. Vnde in superiori parte sui epicycli mouetur ab Occidente in Orientem. In inferiori vero parte mouetur ab Oriente in Occidentem, & huic assimilatur tertius gradus humilitatis, qui est minorem non spernere, sed ei se conformare. Et ille est vt circulus minor epicycli, cum homo se paruificat obsequendo, vel condescendendo minori sicut Christus, qui dixit Apostolis: Quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? & postea subdit: Ego autem in medio vestrũ sum quasi qui ministrat. Hunc circulum, & gradum humilitatis describit nobis motus corporis nostri, qui scilicet docet, vt nos superbire in nullo debeamus. Et hic motus est duplex, vnus in morte, & hic Luc. 22.

est

est ab Occidente in Orientem in quantum corpus per mortem redigitur in pristinam suam originem. Genes. Donec reuertaris in
Gene. 3 terram de qua sumptus es. Secundus est in vita, qui continuè tendit ab Oriente in occidentem, id est, a natiuitate ad mortem. Eccle
Eccl. 1. siastic. Oritur Sol, & occidit, id est, homo primo nascitur, postea
Sap. 5. moritur. Sapientiæ. Nos nati continuo desinimus esse, & postea erimus quasi non fuerimus.

Item assimilatur aëri propter quinque.

Primo, quia aër ex sua natura est perspicuus: sic humilis est perspicuus per sapientiæ susceptibilitatem, quæ est lux spiritualis: Pro.
Prou. 18 Vbi humilitas, ibi sapientia.

Secundo, quia est sui in omnem partem extensiuus: sic humilis per sui ad omnem status coactionē. Nam sicut dictum est, humilis homo maioribus obedit, æqualibus seruit, minoribus condescendit, & sic ad omnem partem humilitas se extendit. Glosa tamen dicit super illo verbo. Decet nos implere omnem iustitiam, quod hu-
Matt. 3. militas habet tres gradus. Primus est subdere se maiori, & non præferre se æqualibus, & hæc est humilitas sufficiens. Secundus est subdere se æquali, & non præferre se minori, & hæc est humilitas proficiens. Tertius est subdere se minori, & hæc est perficiens: quia in hac humilitate tertia est perfecta iustitia.

Tertio, quia aër est cælestis influentiæ receptiuus: quia humilis est ad diuinam gratiam recipien-
Iac. 4. dam dispositus. Iac. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

Quarto, quia aër est virtutis respirandi administratiuus, per quā respirationem conseruatur vita corporalis. Vnde & aër per respirationem attractus, spiritus vocatur, secundum illud. Psal. Os meū
Psa. 118 apperui, & attraxi spiritum. Sic etiam per humilitatem attrahitur Spiritus sanctus, per quem est & conseruatur in anima spiritualis vita. Vnde Isa. secūdum aliam
Isa. 46. translationem. Super quem requiescit spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, tremētem sermones meos?

Quinto, quia aër est volatilium locus: locus autem est locati conseruatiuus, quia humilitas est hominum spiritualium, & contemplatiuorum conseruatiua. Vnde sicut aues in aëre volant; sic viri virtutum in humilitate ambulāt. Nam qui cæteras virtutes sine humilitate congregat, quasi puluerem in ventum portat, sicut dicit Gregorius. Item humilis assimilatur terræ, quia quāuis sit infima, tamen cælestis influentiæ est maximè receptiua. Cum enim sit cæli centrum in omni sui parte ab ipso influentiæ suæ capit effectum. Et ideo inter omnia mundi corpora est fecundissima, & rerum multarum in esse productiua. Similiter & anima humilis maximè receptiua est influxus gratiæ cælestis: & quia confluit aqua gratiæ ad concauitatem terræ, id est, humilitatem animæ, ad cuius scilicet abundantiam sequitur fœcunditas vitæ, per opera meritoria virtutum, sicutūn plantis ad abundantiam humorum sequitur fœcunditas fructuum. Psalm. Erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Et iterum Psalm. Terra nostra, id
Psal. 1. est, humilis anima, dabit fructum suum.

Item humiles assimilantur vallibus.

Primo quidem, quia valles sunt
Psal. 84. aquosæ. Cum enim vallis sit terra declivis

Digitized by Google

decliuis & depressa, inter mediũ mõtium collocata, oportet, quod aquarum desuper fluentium sit receptiua. Et talis est anima humilis: quæ dum se voluntariè inclinat, & deprimit, inter duos montes, id est, modos superbiæ, quorum vnus est extolli de spiritualibus, alius extolli de temporalibus, ab vtroque declinans quasi media transit, & idcirco supernarum gratiarum influxum copiosissimè recipit. Psalm. Inter medium montium pertransibunt aquæ. Psal. 103 Abundat etiam in vallibus, id est, in humilibus aqua lachrymarum. Psalm. Ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum. Psal. 82

Secundo, quia valles sunt fructuosæ. Nam propter humoris copiam, in herbis, & floribus, & fructibus fœcundantur, frondium & florum decore citius adornantur. Ita in humilibus abundant herbæ virtutum, fruges operum, frondes verborum, flores affectionum. Psalm. Valles abundabunt frumento, id est, humiles, vitæ merito. Psal. 64.

Tertio, quia valles sunt vmbrosæ, quia scilicet à montibus, & collibus obumbrantur, & sic in humilibus, sunt vmbræ montium id est, exempla sanctorum. Zach. Fugietis ad vallem montium meorum. Zac. 14.

Quarto, quia sunt æstuosæ, quia scilicet fit in eis maior solariũ radiorum concursus. Quia dum ibi multiplicantur, & detinentur, nec vltra eis dilatari cõceditur, maior ibi quam in montibus calor generatur. Vnde in eis niues citius dissoluuntur ex quarum resolutione loca circumadiacentia humectantur. Similiter in humilibus diuinæ consolationes, & inspirationes, & gratiæ quasi radij in vallibus multiplicantur, quibus mentes eorum ad amorẽ supernæ patriæ inflammantur: vnde omne frigus accidiæ, vel peccati, citius quasi nix resoluta repellit. Mach. Acceptum ignem de altari abscõderunt in valle. ignis altaris est amor spiritualis, qui absconditur, & seruatur in valle, id est, in humilitate mentis. 2. Mac 1

Quinto, quia valles sunt quietæ. Nam ædificia in vallibus constituta minus ventorum impulsionibus agitantur, quam quæ in montibus collocantur. Nam montium obiectu à procellarum inundãtiũ impetu valles defenduntur, & terræmotibus incolæ valliũ rarius molestantur, eo quod partes terræ in vallibus magis inter se comprimũtur, quia vẽti illas partes difficulter subintrant, quia ergo minimæ sunt poroiæ à ventis modicum agitantur, sicut dicit Philosophus. Similiter etiam humiles, sunt magis quieti, & tuti, & a ventis persecutionum, & a montibus tentationum. Vnde sicut dicitur Iudicum. Iudas, qui habitatores montium obtinuit, habitatores vallis delere non potuit. Iud. 1.

Cur Dei filius incarnatus sit, exprimitur, eiusq; incarnatio quinque de causis vtili comparantur.

Cap. XXXVII.

INcarnatio filij Dei assimilatur rori siue rorationi, secundum illud Isaiæ: Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum. hæc autem similitudo attẽditur quo ad quinque. Nam filius Dei incarnatus est, vt mundum malignitate inflammatum refrigeraret. Ros enim calorem temperat, & refrigeria præstat. Ita ille ros temperauit æstum concupiscentiæ. Ecclesiastic. Ros obuians ardori veniẽti, humilem efficiet eum, & adducet refrigerium gratiæ. Dan. Fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. Isa. 11. Eccl. 53 Dan. 3.

Secundo

Secundo incarnatus est, vt mundū aridū impinguaret. Ros enim quosdam pisces maris impinguat. Et in aliquibus regionibus oues rore pascuntur, & impinguantur. sic ille ros mundum aridum impinguauit. Gene. In pinguedine terræ & rore cæli desuper erit benedictio tua. Impinguamur enim in Christo ex consideratione suæ humanitatis: & hæc est pinguedo terræ. & etiam ex contemplatione suæ diuinitatis: & hæc est pinguedo rotis.

Gen. 27

Tertio, vt mundum sterilem fœcundaret. locus enim vbi ros non descendit, sterilis existit. Sic mundus erat sterilis à bona operatione: sed descendit ros ille in ipsum, & germinare fecit. Osee Ego quasi ros, & Israël germinauit quasi lilium.

Osee. 14

Quarto, vt mundum famelicum pasceret. Num. Cumq; descenderet nocte super castra ros, descēdebat pariter & manna. Isto tamen rore non pascuntur homines coruini, id est, per peccatū denigrati: sed paruuli, id est homines mansueti per puritātem albi. Nam pulli coruorum, quàm diu habent pullos albos, à parentibus relinquuntur: & tunc eleuantes capita, & aperientes rostra, cælesti rore pascuntur. Vnde in Psalm. Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Quando autem nigrescere incipiunt, a parentibus suis nutriuntur.

Num. 11

Psal. 146

Quinto, vt potestatem dæmonum coerceret. Ros enim nocturno tempore cadens venenosa animalia arcet, & ideo venenum eorum non tantum nocet de nocte quantum de die secundum philosophum. Raro etiam pungūt serpentes quandiu stant inter hæ. bas roridas. Sicille ros cælestis ad nos veniens, malitiam dæmonis refrenauit. Isa. Ros lucis ros tuus, & terram gigantum, id est superborum dæmonū, detrahes in ruinā.

Ari de animal.

Isa. 26.

Instabilis hominis natura qualis existat, ex proprietatibus Mercurij atque aëris exactè dignoscitur.

Cap. XXXVIII.

INconstans homo assimilatur Mercurio, quia quamuis sit de se temperatæ naturæ, & diurnus, tamen frequentius variatur, quia modo masculinus, modò fœmineus inuenitur. Cito enim se vertit ad naturam illius planetæ cui coniungitur, vt cum bonis bonus, & cum malis malus, cum mediocribus mediocris, vel malitiosus statim efficiatur. Et talis est inconstans, siue inconstans homo, secundum prophetā dicētem: Cum sancto sanctus eris, & cū electo electus eris, & cum peruerso peruerteris.

Psal. 17.

Item inconstans homo assimilatur aëri in tribus.

Primo, quia aër est substantialiter leuis: & sic homo inconstās est leuis in credēdo. Eccleſiastic. Qui cito credit, leuis est corde. Ioan. Nolite omni spiritui credere. Bernardus, Vtrumque vitium est, & omnibus credere, & nulli.

Eccl. 19

1. Io. 4.

Bern. in cant.

Secundo, quia aër est faciliter mobilis. Sic homo inconstans est mobilis in operando, quia scilicet nō perdurat in opere incœpto, sed faciliter dimittit vnum & incipit aliud. Iac. Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis.

Iac. 1.

Tertio, quia aër est multipliciter alterabilis, & variabilis etiā in oppositas qualitates. Vnde ex fœtidis cito corrumpitur, dum et vapor pestifer admiscetur: & ex odoriferis sanus, & redolens inuenitur, sic inconstans homo alteratur in conuiuendo ex bonis exemplis aliorum, vel ex malis, & pestifera societate inficitur, & ex bo

na familiaritate dirigitur. Vnde congruè assimilatur aëri, qui ad omnem ventum, vel nubium vaporem alteratur. Iob: Subito aër congregatur in nubes, & ventus transiens fugabit eas.

Iob 37.

Rationis ignorantia per similitudinem eclipsationis Solis vmbraq; effectus variabilis, errorem, atque peccatum in animam inducit.

Cap. XXXIX.

IGnorantia, vel error rationis inducit peccatum, sicut Eclipsis Solis inducit terræmotũ. Est enim Eclipsis Solis causa & signum terræmotus eo, quòd in terra ad quã conuertitur vmbra Eclipsis, intenditur frigiditas, poros terræ constringens, & reflectens vaporem in seipsum. Et verius signum in cauda, quam in capite draconis; & tanto verius, quanto maior fuerit, & vbi spissior fuerit vmbra. Similiter quanto maior, & crassior est error, & ignorantia mentẽ obscurans, tanto magis mouetur anima inordinatè ad peccandum. Et pręcipuè si est Eclipsis in cauda draconis, id est, si est error, vel etiã ignorãtia finis, qui prior est in intentione. Vnde tunc opus sequẽs est inordinatum. Matt. Si oculus tuus, id est, intentio nequam fuerit, totum corpus, id est, processus operis, tenebrosum erit. Nã qualis est intentio, quæ præcedit, tale est omne opus quod sequitur, vt dicit Gregorius: & intelligitur de intẽtione finis.

M. 11.6.

Greg.

Item ignorantia assimilatur tenebræ.

Primo, quia tenebra est visius impeditiua, vnde dicitur tenebra à tenendo, quia ligantur, & tenẽtur oculi ne lumen videant. Sic ignorantia tenet oculos mentis ne videant lumen veritatis. Tob. In tenebris sedeo, & lumen cæli non video.

Tob. 5.

Secundo, quia est gressus prohibitiua. Non enim tutum est in tenebris ambulare. Io. Qui ambulat in tenebris, nescit quo vadit.

Ioan. 12

Tertio, quia est casus inductiua. Nam qui ambulat in tenebris, faciliter, & frequenter cadit, præcipuè vbi lubricum esset. Sic etiam ignorãtia boni inducit casum peccati. Prouerb. Via impiorum tenebrosa: nesciunt vbi corruant. Frequentior autem est casus vbi est tenebra ignorantiæ, cum lubrico concupiscentiæ Psalm. Fiant viæ eorum tenebræ, & lubricũ. Et frequenter vnus ignorans facit errare alium Matt. Si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.

Prou. 4.

Psal. 34.

Mat. 15

Quarto, quia est timoris incussiua, timet enim homo in tenebris. Psalm. Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ. Similiter ignorantia timorem inducit. Sicut enim ignorantes artem bellandi, timent frequenter, quæ non sunt timenda, vt fragorem armorum, & similia: Similiter ignorantes viam Dei, timent frequenter, quę non sunt timenda. Psalm. Illic trepidarũt timore, vbi non erat timor.

Psal. 54

Psal. 13.

Quinto, quia est verecundiæ diminutiua. Vnde qui volunt turpia facere, tenebras quærunt, vt verecundiam fugiant. Ecclesiastic. Omnis homo qui transgreditur lectũ suum, contemnens in animã suã, & dicens, quis me videt? tenebræ circundant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circũspicit me: quid vereor? Sic etiam ignorantia culpæ minuit, vel tollit ruborem pœnitentiæ. Item. Confusione nõ sunt confusi, & erubescere nescierunt.

Eccl. 23.

Eccl. 6.

Dei ira quanta sit super peccatores futura per Solis Iridisque Lunæ nonnullas similitudines, in die nouissimo clarissimo patefiet.

Cap.

Digitized by Google

Cap. XL.

IRa Dei quanta super peccatores in fine apparebit. Nam feruor Solis sub nube tegitur : sed quando discooperitur, quanti sit ardoris ostenditur. Sic Christus, qui nunc est quasi sub nube misericordię, quantæ sit iustitiæ & potentiæ manifestabit in fine. Psal. Cognoscetur Dominus iudicia faciens. Psalm. 9

Itē ira Dei assimilatur iridi siue arcui Lunæ.

Primo: ratione significationis: differt enim significatio iridis Solis, & Lunæ, quia arcus Solis, vt sacra scriptura tradit Gene. apparet in signum diuinæ clementiæ: Gene. 9

Vnde etiam apud Græcos dicebatur arcus deymonis, id est, sapientiæ. Quia Isiodistæ (qui omnia naturalia attribuebant dijs) dicebāt, quod arcus ille est signum clementiæ, quia calor mixtus ex aqua & igne: signum est, quod neque per aquam, neque per ignem eueniet periculum, deymone, id est, sapientia prouidēte. Vnde ante tempus iudicij, quando nos igne conflagrandi finem mundi expectamus venturum, dicunt quidam doctores catholici, quod per xl. annos arcus non apparebit, vt ostendat diuinam clementiam a mundo amotam, diuini iudicij ira appropinquante. Arcus autem Lunæ (secundum philosophos) tempestatem lōgam, & auram instabilem. Et magis diuina ira assimilatur ei quam clementia. Psalm. Ignis exardescit in conspectu eius, & in circuitu eius tempestas valida. Psal. 49

Secundo ratione colorationis, quia (vt dicit Arist.) color lunaris iridis est albus, eo, quod lumen in nocte videtur album: quod est, quia frigus noctis condensans nubem, nō finit radium Lunæ, cum sit debilis, penetrare in profundū eius, ideo tantum in superficie illustratur nubes, & ideo per consequens non generatur nisi albedo, Arist. 3. mete.

quæ in sola superficie habet fieri. Nam rubedo cōstituitur ex immutatione lucis in profundum humidi fumosi, & viriditas ex lumine penetrāte in humidum aqueum. Albedo ergo iridis Lunę significat claritatem, & tranquillitatem iræ diuinę. Non enim eo modo ira est in Deo sicut in homine. I. vt sit ex eo passio perturbans, & offuscans, siue obscurans iudicium rationis. Est ergo ira Dei alba, id est, clara, & tranquilla, in nullo mentē eius offuscans. Psal. Deus iudex iustus & fortis, & patiens, nunquid irascetur per singulos dies? Et ideo (vt dicunt Doctores) non est in Deo ira, quæ est passio afficiens, sed solum ira efficiens, vt scilicet ipsa pœna illata à Deo puniente, ira Dei vocetur.

Tertio ratione apparitionis, quia cum arcus Solis frequenter appareat, arcus tamen Lunæ rarissimè apparet. Nam (vt dicit Arist.) in quinquaginta annis non videtur nisi bis. Et ideo hoc potest esse mete. quia arcus talis non apparet, nisi Luna decimaquarta, & cum fuerit in ortu, vel occasu suo. Luna ergo existens in signis Aquilonaribus, nec ad Aquilonem, nec ad meridiem habet illam oppositionem quæ requiritur ad iridem. Si autē est in signis meridionalibus, & est plena, sequitur quod Sol est in Aquilonaribus, & ideo tunc vix sunt nubes in Aquilone, quæ sint semen iridis. Si autem Luna decimaquarta sit in ortu, vel occasu. s. sero, vel mane, patet, quod Sol est ei oppositus, ideo licet oppositio recta sit, quæ requiritur, tanta fit disgregatio aëris, quòd vix ibi potest esse nubes in tanta densitate & continuitate quantam requirit nisi hoc faciat aliqua specialis stella, quæ forte non est in tale dispositione in quinquaginta annis nisi bis. Et ideo forte hoc dicit Philosophus, licet quidam dicant eum Ari. 3. mete.

Digitized by Google

hoc dixisse tantum referendo, nō asserendo. Quod ergo arcus Solis (qui est signum clementiæ) frequentius apparet, arcus vero Lunæ (qui est tempestatis præsagium) apparet rarissimè significat, quod Deus pronior est ad misericordiam, quam ad iram, & præstabilior ad parcendum, quam ad puniendum. Eze. Non est voluntatis meæ mors impij. Et Ioel. Conuertimini ad Dominum Deū vestrū, quoniam misericors est, & præstabilis super malitia.

Eze. 18. Ioel. 2.

De duplici ira humana hic pertractatur, quarum altera rationem à rectitudine trahit, qua canicula stella, pluuia impetuosa atque aqua torrentis assimilatur: altera vero secundum rationem est, eámque non esse contemnendam declaratur.

Cap. XLI.

IRa humana duplex est. Vna quę rationem à rectitudine contrahit, & hæc est ira per vitium. Alia qua appetitus sensitiuus contra vitia, & mala mouetur secundum ordinem rationis. Et hæc est ira per zelū, prout Grego. distinguit.

Greg. li. 5. mora. Prima ira similis est stellæ, quæ canicula nuncupatur. Et hoc ostēdunt tria.

Primo caniculæ effectus: est enim illa stella in effectu feruentissima, quod competit iræ inordinatæ. De qua Philosophus dicit, quod est accēsio sanguinis circa cor: vnde qui ad irā alios prouocant dicuntur esse incendiarij

Psal. 71. diaboli, de quibus in Psalm. Incenderunt igni sanctuarium tuum, id est, cor quod debet esse Deo dicatum.

Secundo hoc ostendit caniculæ ortus. Nam (secundum Albumasar) canicula oritur in xix. gradu Cancri, in cuius ortu fit magna turbatio in aere. Ita etiam dū ira exurgit, & excandescit, fit magna turbatio in homine. Et hæc perturbatio primo fit interius in corde, quia (sicut dicit Greg.) cum tranquillitatem mentis ira diuerberat, dilaniatam quodammodo scissamque perturbat. Vnde per iram sapientia perditur, vt quid quoue ordine agendum sit, omnino nesciatur, sicut scriptum est: Ira in sinu stulti requiescit, quia nimirum intelligentiæ lucem surripit cum mentem commouendo confundit. Item fit perturbatio in ore sicut scriptum est: Ira perdit etiam prudentes. quia. 1. confusus animus nequaquā explere etiam si quod intelligit, prudenter valet. Item fit per iram turbatio in corpore, quia (sicut dicit ibidem Greg.) Dum iræ suæ stimulis accenſum cor palpitat, corpus tremit, lingua se præpedit, facies ingescit, exasperantur oculi, & nequaquam recognoscuntur noti. notus quidem ore clamorem format, sed sēsus quid loquitur ignorat. In quo itaque iste ab arreptitijs longe est, qui actionis suæ conscius non est? Item fit per irā turbatio in conuersatione, quia per eam (sicut Grego. dicit,) Gratia vitæ socialis amittitur sicut scriptum est: Noli esse assiduus cum homine iracundo, ne discas semitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ. Quia qui se ex humana ratione non temperat, necesse est, vt bestialis solus viuat. Item fit per iram turbatio in congregatione, quia (sicut dicit Gregor.) per iram concordia rumpitur, sicut scriptum est: Vir animosus parit rixas, & vir iracundus effundit pec cata. Peccata quippe effundit, quia etiam malos quos ad discordiam prouocat, peiores facit.

Greg. mora. Greg. mora. Prou. 2 Prou.

Tertio declarat dictam similitudinem caniculæ tempus. Ab hac enim stella dicuntur dies caniculares, in quibus sanguinem minuere vel medicinam accipere est valde periculosum propter excessum

distem-

Digitized by Google

distemperantiæ aeris in calore, vnde Hipocra. dicit, quòd ante canem, & post canem, & sub cane molestæ sunt purgationes, & pharmatiæ. Et ibi dicitur in commento, quòd ante ortum, & in ortu, quod post ortum illius statim dare potionem laxatiuam periculosum est: quia tunc aer est calidus, & siccus, scilicet a calido signo, & à calida stella, scilicet Sole, & Leone cum canicula existente. Vnde ex modica medicina sumpta corpus fieret nimis calidum, & siccum, & febris forsitan sequeretur. Medicina etiam isto modo sumpta euaporaret, & nimis etiam operaretur, cum corporis pori tunc ex calore aeris sint aperti. Dicit enim ibidem Galenus, quod calor extraneus vires extrahit medicinæ, vnde aqua calida repugnat solutioni: sed calor aeris tunc est fortis, propterea virtus interior tunc est debilior, & per potionem, vel minutionem plus debilitatur. Sicut ergo sub feruore caniculæ exhibenda non est potio medicinæ. Sic etiam in feruore iræ exhibeda non est correptio disciplinæ: quia nec à furioso correptore modestè, vel ordinate corrigitur, nec ab irato peccatore patienter, vel vtiliter sumitur, propter quod & ira viri iustitiam Dei non operatur. Nam dū perturbata mens iudicium suæ rationis exasperat, omne quod furor suggerit, rectum putat, sicut dicit Grego.

Hip. in Aph.

Gal. in aph.

Isa. 1.

Gre li. mor. 5.

Item impetus iræ dissipat animam, sicut pluuia impetuosa destruit plantam: frigiditas enim, quæ tunc maior est in pluuia, est qualitas mortificatiua. Quando vero pluuia est suauis cum, humido aereo, & terrestri sicco fœcundatur terra. Ita etiam ira impetuosa, rationis iudicium lædit, & ad refrenandum seipsum lentum & frigidum reddit. Sed suauitas manſuetudinis gratiam Dei recipit, qua nostræ animæ terra fœcunda fit & pingueſcit, ſecundum illud Prouerb. Manluetis dabit gratiam. Item ira assimilatur aquæ torrentis.

Prou. 3.

Primo, quia talis aqua est impetuosa: torrens enim est aqua cum impetu veniens, & recedens. vnde dicitur torrens, quia impetu crescit, sed siccitate torrescit & arescit. Talis est ira eorum, qui subito, & multum accenduntur, & cito reuertuntur. Vnde tales vocantur impetuosi. Isa. Conuertentur torrentes eius in picem, scilicet propter subitam inflammationem iræ.

Isa. 34.

Secundo, quia talis aqua est dānosa. Nam vias destruit, terram corrodit, & vicina loca submergit. Sic ira nimia destruit vias rationis corrodit vires corporis, & interdum sibi propinquos iratus inuadit, & lædit: vnde de huiusmodi furioso posset etiā illud dici Isai. Spiritus eius velut torrens inundans vsque ad medium collis ad perdendas gentes in nihilum.

Isa. 30.

Tertio, quia talis aqua est periculosa: Nam quia cum impetu venit, omnia sibi obuiantia diruit, quæ cum impetu sequuntur. Hæc etiam lapillos & paleas coaceruans post se vestigia derelinquit, & sic in mare descendit vbi omnis fluuius nomen & dulcedinem perdit. Sic etiam ira cum impetu crescit, sibi obuiantes, id est, resistentes, si potest, prosternit, & cum impetu alios sibi vnitos secum ad periculum attrahit: lapillos, & paleas, id est, paruas, & leues iniurias ante oculos mentis coaceruando. i. reminiscendo reducit, post se vestigia rationis, & mansuetudinis per obliuionem dimittit. Et hæc ira est torrens iniquitatis, quæ animam per odium turbat. Psal. Torrentes iniquitatis contur bauerunt me.

Psal. 17.

Digitized by Google

Secunda est ira, & indignatio sanctorum contra mala, quæ est secundum rationem, & quæ dicitur ira per zelum, non est contemnenda, sed valde emenda, vtpotè cuius verba & maledictiones effectum inueniuntur habentia. Et hoc apparet per exemplum in montibus Gelboe, quos iratus 2.Reg.1 Dauid de cæde populi in ipsis facta maledixisse legitur. Reg. Gelboe enim (vt dicit Hieron.) erant Hieron. montes alienigenarum, in quibus Saul cum filijs suis corruit: propter quod indignatus Dauid eis maledixit, & maledicendo eos in sterilitatem perpetuam commutauit. Et ideo vt gloſa ibidem dicit. Hi montes ante maledictionē vberes fuerunt, quos maledictioni postea lubiacere tetigit, eo quod nunquam ibi pluere vel rorem descendere reperiatur.

Quid sit iustitia, eiusq; forma ac perfectio explanatur, & terna tribus rationibus comparatur.

Cap. XLII.

IVstitiæ æqualitatem seruare docet nos terra, quæ (secundum Aristot. 2. cœl. Philosophum) est æquè librata in medio proprijs ponderibus. Quælibet enim suarum partium suo pondere nititur ad mūdi mediū, & in declinatione suarum partiū singularum tota æquè librata suspenditur circa centrum, propter quod æqualiter in medio immobilis retinetur. Ex quibus patet quod in terra est de sui natura partium æqualitas, loci medietas & quietis stabilitas. Est enim in suis partibus æquè librata, in medio mundi locata, & in eodem situ perpetuo stabilita. Hęc autem tria virtus iustitiæ requirere videtur. Nam primo virtus iustitiæ requirit æqualitatem, quod ipsum nomen demonstrat. Dicuntur. n. ea, quæ adæquantur, iustificari, vndeConstantinus iuris consultus dicit, quod ius est ars boni, & æqui. Ius autem est, quo cognoscitur quid sit iustum. Consta

Secundo pertinet ad iustitiam mediū tenere, vnde Philosophus Ari. 5. assignat medium iustitiæ, secūdū Ethi. proportionabilitatē arithmeticā quod est medium rei. Alijs enim virtutibus moralibus assignatur medium rationis tantum, sed iustitiæ medium rei. Nam aliæ virtutes morales constituunt principaliter circa passiones, quarum rectificatio non attenditur nisi secundum comparationē ad ipsum hominem cuius sunt passiones, secundum quod irascitur, & concupiscit prout debet secundum diuersas circunstantias; & ideo medium talium virtutum non accipitur secundū proportionē vnius rei ad alteram, sed solum secundum comparationem ad ipsum hominem virtuosum: & propter hoc in ipsis est medium solum secūdum rationem quo ad nos. Sed materia iustitiæ est exterior operatio, secundum quod ipsa, vel res cuius etiam vsus debitam proportionem habet ad aliam personā. Et ideo medium iustitiæ constitit in quadam proportionum æqualitate rei exterioris ad personā exteriorem. Aequale autem est realiter medium inter maius, & minus, vt dicit Phhilosophus; & ideo Ari. 10. iustitia habet medium rei. Sed meth. hoc medium rei est etiam mediū rationis, & ideo in iustitia saluatur etiam ratio virtutis moralis.

Tertio iustitia requirit stabilitatem, & firmitatem. Et ideo diffinitur à viris peritis, quod iustitia est constans, & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuens. Ex qua diffinitione habetur, quod ille iustus est, qui est in operando voluntarius, firmus, diuturnus, & rectus. Vnde in hac diffinitione ponitur primò voluntas ad ostendendum

Digitized by Google

dendum, quòd actus iustitiæ debet esse voluntarius. Psalm. Exultent, & lætentur, qui volunt iustitiam meam. Secundo additur, Cõstans, ad designandum firmitatem propositi, scilicet vt in proposito faciendi iustitiã firmiter perseueret. Iob: Tenebit iustus viam suã, & mundis manibus, addet fortitudinem. Tertio additur, Perpetua, ad ostendendum perseuerantiã, siue diuturnitatem. Vbi nota, quòd voluntas potest dici perpetua dupliciter. Vno modo ex parte ipsius actus iusti, qui perpetuo durat: & sic solius Dei voluntas est perpetua. Alio modo ex parte obiecti, quia scilicet aliquis vult perpetuo facere aliquid, & hoc requiritur ad rationem iustitiæ, quia non sufficit ad rationem iustitiæ, vt aliquis velit ad horam in aliquo negocio seruare iustitiã, quia vix inuenitur aliquis, qui velit iniuste in omnibus agere. Sed præcipue requiritur, quòd homo habeat voluntatem perpetuo & in omnibus iustitiã seruandi. Psal. Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore. Quod autem vltimò subditur, Ius suum vnicuique tribuens, ponitur ibi actus iustitiæ pro habitu qui per actum specificatur. Item habitus reducitur ad actum. Vnde si quis vellet hanc descriptionem ad debitam formam diffinitionis reducere, diceret sic, Iustitia est habitus secundum quem aliquis constanti, & perpetua voluntate ius suũ vnicuique tribuit, & quasi est eadem diffinitio cum ea quam Philosophus ponit in Eth. dicens, quòd iustitia est habitus secundũ quem aliquis dicitur operatiuus iusti. Nota etiam, quod vnicuique reddere ius suum non solum pertinet ad iudicem, vel ad principẽ, sicut ad dirigentem, vel operantem quod iustum est, quia iudex est iustum animatum, & princeps est custos iusti: Sed etiam ad subditos, sicut ad exequentes. Hæc est igitur forma iustitiæ quam reprælentat nobis, (vt dictum est) ipsum elementum terræ. Hieremias: Faciet iustitiam in terra.

Iob. 17.

Psa. 105

Arist. 5. Ethi.

Hie. 23.

Aqua, pluuia, Maris Rubri, ac denique nonnullorum animantium varia proprietates explanantur, quibus lachrymarum cõpunctio est nostrum clarificans assimilatur.

Cap. XLIII.

LAchrymarum compunctio assimilatur aquæ propter septem.

Primo quidem, quia aqua est sordium lauatiua. Nam videmus, quod ea quæ sordidantur, per lotionem aquæ mundantur. Vnde pannus lineus videtur esse sordidus dum est à tela succisus, aquis sæpe lotus efficitur valde albus. Oues etiam antequam tondeantur, prius in aqua lauantur. Ita aqua lachrymarum est omnium peccatorum abstersiua, mundificatiua, & dealbatiua. Iob. Si lotus fuero aquis niuis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ. Nã quasi aquæ fluentes ex resolutione niuium sunt aquæ fluentes ex recordatione peccatorum, & hæ sunt maximè ablutiuæ. Et hanc aquarum virtutẽ cognoscunt etiã animalia, & huiusmodi lotionis manifesta nobis prębẽt exempla. Nam læna dum adulterium committit cum pardo, tãquam malefecerit, virumque offenderit, ad ipsum nullatenus redit nisi prius lota fuerit aquis. Similiter ciconia dum cum alio masculo concubit, nisi prius se lauerit, ad comparem non redit. Cygnus alba est auis, non solum adulterium refugit, sed etsi cum cõiuge cogerit, tanquam rem turpem & fœtidam fecerit, nisi prius se lauerit, nunquam ci-

Iob. 9.

Digitized by Google

bum sumit. Et tamen multi miseri multis adulterijs, & sceleribus fœdati, sine lotione pœnitentiæ ad Corpus Christi accedere non verentur. Elephas cum multo rubore ad vxorem accedit, latebras quærit, videri refugit tanquam turpe, & de testâdum quid fecerit: nisi prius se aquis lauerit ad socios nunquã redit. Et habẽt elephantes hoc proprium, quòd semper Luna noua turmatim ad aquas accedunt, & ab omnibus sordibus in aqua se abiuunt, & filios quos ante se ire faciunt, semper similia facere instruunt. Sed multi miseri relicta aqua munda pœnitẽtiæ, ad modum porcorum quærunt aquam lutosam luxuriæ.

Ezc.16. Ezech. Non est præcisus vmbilicus tuus, & aqua non est lota in salutem.

Secundo, quia aqua est viuificatiua. Vnde arbores, quæ videntur in hyeme mortuæ ex defectu humiditatis, aqua ascendente humore iterum fiunt viuæ. Ita anima in peccatis mortua viuificatur pœnitentiæ lachryma. Et sicut pisces absque aqua non viuit, sed remotus ab aquis moritur, & putrescit: Ita etiam peccator sine lachrymis viuere spiritualiter nequit. Isa. Computrescent pisces sine aqua, id est, pœnitentes sine lachryma, & morientur in siti. Nam & pisces quidam, qui halec dicitur, ex sola aqua viuere perhibetur, sicut talpa ex terra, camæleon ex aëre, & Salamandra ex igne viuere referuntur: quamuis sapientiores dicant, quòd nullum animal nutriatur, vel viuat ex puro aliquo elemento. Dicitur enim esse vnum genus plantæ, quod quantũcunque aridum fuerit in aqua missum protinus reuiuiscit. Vnde etiam anima mortua si in lachrymarum aquis fuerit balneata, ex mortua fit viua. Et quædam auiculæ, quæ miro modo ex quibusdam arboribus generantur & loco fructuum in eis nascũtur, quandiu tamen ad arborẽ suspenduntur nunquam viuificãtur. Sed quando ruptis tenaculis in aquam cadunt, animam cum vita recipiunt. Et est notandum, quòd hæ auiculæ modicum valde habent de carne, & minus de sanguine, quare ad esum non sunt aptæ. Sed quæ est arbor producens has aues, nisi mundus producens homines? & quid est non viuificari in arbore sed in aqua, nisi quia non spiritualiter viuimus quandiu mũdo, vel peccato inhæremus? Sed dum a mundo recedimus, & aquas deuotionis attingimus, tunc Deo viuere incipimus. Tales enim qui mundo adhærent, sunt carne multa, & sanguine pleni. Sed qui aquis pœnitentialibus sunt attriti, sunt carne, & sanguine quasi nulli, quia non sequuntur, quæ carnis sunt, sed quæ Dei. Apost. 1.Co.15 Caro & sanguis regnũ Dei non possidebunt.

Tertio, quia aqua est impinguatiua, & fœcundatiua. Dixerunt enim philosophi, quod si terra fuerit nimium indurata, nec aquis balneata, semen non recipit, & receptum non permittit erumpere, & germinare: sed vomere sæpe confracta, semina nutrit, & per aquam pluuiæ remollita quandam in se pinguedinem colligit, quam receptam, & in se decoctam radicibus ad productionem seminis fundit. Sic per omnia corda dura nulli sunt fructui apta, sed vomere pœnitentiæ commollita, & per fusa deuotionis aqua, fiunt pinguia & fructifera: propter quod est quidam lapis preciosus, qui dicitur enidros, qui ad nostrum exemplum de se perpetuas stillat guttas. Videmus etiã, quod nulla est terra adeobona de se, cui si subtrahitur aqua non fiat infœcũda, & vana, nec alicui vsui apta, quin potius

potius resoluta in pluuerem vertitur. Et è contra terra conuenientibus temporibus recipiens in se aquam, fit mollis, arabilis, ad serendum apta, & valdè fœcunda. Hoc patet in terra Aegypti, quæ non irrigatur pluuia, sed crescente Nili fluminis aqua, terram irrigat, & crescente riparum suarum flumine irrigat vniuersa. sitque ibi sterilitas magna, & rerum penuria, quando ex aliqua causa non ascẽderit ipsa aqua. Tempore etiã Heliæ quando non fuerunt pluuiæ perierunt præ siccitate omnia. Sed cum oraret, vt descenderet aqua, redijt rerum abundantia. Quæ etiam est arbor tam sterilis, & amata quæ non protinus sterilescat, & ex viridi sicca fiat, si humor aqueus ei deficiat? Ita etiam sine lachrymarum irrigatione nullus esse potest fructus pœnitẽtiæ.

Iob.12. Iob. Si continuerit aquas omnia siccabuntur.

Quarto, quia aqua est lassorum confortatiua. Nam & oues, & omnia animalia dũ calore æstu ant in æstate, si aqua coacte, vel sponte transeunt mox se excutiũt, & resumptis viribus auidius cibũ sumunt, & fortiora ad opera redeunt. Cerui etiam quantumcunq; lassi, a canibus fatigati, si possunt aquas intrare, & flumina transnatare, mox pristinas vires sumunt, & spretis canibus siluas petunt. Ita etiam lachrymæ mirabili modo lassos & laborantes confortãt, & vires perditas reparant. Vnde anima quantumcunque demissa, vel debilitata miro modo confortatur his aquis balneata.

Quinto, quia aqua est durorum emollitiua. Nam panis bis coctus, qui est natura durissimus, in aqua positus mollis efficitur. Ita lachryma compuncti deuote orantis, Dei seueritatem emollit, & ad parcendum, & miserandum flectit. Io. Mouebatur aqua, & sanabatur vnus.

Io.5.

Sexto, quia est sitis sedatiua. Nam sitis est appetitus frigidi, & humidi. vnde cum aqua de natura sua frigida sit, & humida, rectè sitis est extinctiua. Ita lachrymæ pœnitentiæ extingunt ardorẽ culpæ. Ecc. Ignem ardentem extinguit aqua, id est, ardorem culpæ compunctionis lachryma. Eccl.3.

Septimo, quia aqua est castrorum fortificatiua: Nam Babylonia fortissima dicitur fuisse, non tantum, quia murus altissimus & fortissimus, sed quia insuper vndique fluuius vadaretur. Nullus enim locus potest esse fortis, vbi aqua deficit, sicut patet de Bethulia in Iudith. Ita lachrymæ pœnitentium mirabiliter protegunt contra impetus tentationum, & persecutionum. Exod. Erat aqua quasi murus à dextra eorum & læua. In tali enim aqua Aegyptij. i. hostes persequentes, submerguntur, & capita draconum, id est, dæmonum tẽtantium vires confringũtur. Psal. Tu contribulasti capita draconũ, id est aquis. Exo.14. Psal.73.

Item lachrymarum compunctio assimilatur pluuiæ propter quinque.

Primo quidem, quia pluuia calore solis dissoluitur. Est enim naturale, quod quanto in nube plus est de materia pluuiæ, tanto fit radiorum solarium fortior impressio super nubem, propter aquę ad solem contrarietatem. In tali igitur nube dũ calor fortissimus generatur, nubes in pluuiam fortem dissoluitur. Ita ergo similiter in anima, quanto plus est de lachrymarum materia, tanto diuini caloris fit fortior impressio super eã, donec tota resoluatur in lachrymas siue compunctionẽ totaliter lachrymosam. Iudic. Nubes stillauerunt aquas, id est, pœnitentes lachrymas. vnde post acutissimum solis calorẽ videmus sequi Iudic.5.

Digitized by Google

in aëre pluuiam vehementē, quia dum cor diuino amore calescit, amaris & deuotis lachrymis ingemiscit. Vnde Beda dicit, quod quādo fit caloris exaggeratio circa hu iusmodi nubem, ex adustione vaporis fit nubes rubea quasi sanguis, ita vt sanguis pluere videatur. Et sic anima deuota dum diui no calore succēditur, tota in amoris rubedinem transformatur. Bed.

Secundo quia pluuia terræ aliquando quidem plane, aliquando vero impetuosè infunditur. Nam quanto nubes ex qua generatur pluuia, est à terra remotior, & cælo vicinior tanto suauius terram petit, & guttis gracilioribus ad ima descendit: & quanto econtra est à cælo remotior, & terræ proximior, tanto cum grauioribus stillis, & magis impetuosis terrā pete re cōsueuit. Et hoc est, quia quāto anima est perfectior, & Deo proximior, tanto suauiores, & secretiores lachrymas emittit. Quanto vero fuisse per peccatum à Deo se remotiorem, & terræ per effectum coniunctiorem anima respicit, tāto grauiores, & vberiores lachrymas effundit.

Tertio, quia ex pluuia aer serenatur. Ita serenatus cōscientia ex cōpunctione lachrymosa. Iob: Iob. 3. Post tempestatem tranquillum facis, & post lachrymationem & fletum, exultationem infundis. Hæc exultatio, est ex serenatione cōscientiæ.

Quarto, quia ex pluuia terra impinguatur, præcipuè ex illa, quæ cum tonitruo cadit, eo quòd tonitruum suo motu vaporem discutit, & sic aquam subtiliando puriorem reddit. Ita lachrymæ impinguant, & fœcundant animam, & reddunt eam aptam ad fructus bonorum operum, & maximè si sint cum tonitruo, id est, cum timore diuini iudicij. Hoc enim est tonitruum quod animā maximè concutit terrore sui, & maximè ex subtiliat ad discussionem peccati. Vnde hoc est tonitruum in quo fiunt fulgura, id est considerationes minantes, & terrentes, ex quibus sequuntur pluuiæ, id est, lachryma animam fœcundantes. Psalm. Fulgura in pluuiam Psa. 134 fecit.

Quinto, quia ex pluuia ventus quietatur. Solet enim dici, quòd ad paruam pluuiam accidit magnus ventus. Et ita modica lachryma magnam tentationem extinguit. Flammam enim suggestionum citò extinguit vnda lachrymarum.

Item compunctio lachrymarum assimilatur mari rubro, quod aliquando habuit magnam abundātiam aquarum, & aliquando habuit aquam non multam, sed paucam. Vnde primo propter aquarū abundantiam, vocatum est mare viride. Inuenitur enim quòd aliquādo tota Aegyptus fuit cooperta mari, & priusquàm cooperiretur habebat aliud nomen, quam nunc. Tunc ergo illud mare viride vocabatur, scilicet, propter resistentiam resistentis caloris solis adurentis, sicut folia plantarum sunt viridia quandiu ex humiditate resistunt calori. Postmodū autem propter paucitatem diminutę aquæ vocatum est mare rubrum, quia propter paucitatē aquæ aduritur fundus eius, & arena fit rubea, vnde modo forte propter paucitatem aquę possiunt fieri fossata, in mari in quibus esset nauigatio tutior, quæ voluerunt quidam reges facere: sed geometricè probatum est eis, quòd ibi erat in tantū altior terra, quòd omnia flumina fuissent facta falsa propter mare, quod omnia flumina vicisset. Sicut ergo illud mare aliquādo habuit abundantiam aquarum, aliquando paucitatem: Ita quoque sancti viri aliquando habent copiam,

Digitized by Google

plam, aliquando penuriam lachrymarum propter quod debent dari lachrymæ ad mensuram secundum illud. Psalm. Potum dabis nobis in lachrymis in mensura. Item lachrymæ feruidę compunctionis proueniunt ex intimo cordis desiderio patriæ cœlestis. Cuius exemplum apparet in eleuatione aquæ ad ostia fluminum, & fontium: quia vapor ex motu & calore corporum cœlestium generatus & in terra incluſus, non valens exalare calet, & ſua caliditate attrahit aquas ad cõcauitates terrę, & ibi retentus aperit terram actione ſua, & eleuat aquam. Et ideo aqua ſcaturit ſaltando, & bulliendo, ſicut olla: ſicut patet in oſtijs fluminũ, vel fontium, & exiret actu calido, niſi frigus expulſum à calido interiori ad cruſtam terræ exteriorẽ infrigidaret eam ſtatim. Ita deſiderium vel affectus generatus in cordibus ſanctorum ex amore & cõtemplatione cæleſtiũ, dum fortiter interius incaleſcit, aquas lachrymarum ad concauitates oculorum attrahit & velut olla bulliens eas exterius effundit: vnde Pſal. dicit: Sitiuit anima mea ad Deũ fontem viuum, quãdo veniã & apparebo ante faciẽ Dei mei.

Pſa. 79.

Pſa. 141

Item lachrymarum compunctio purificat, & fortificat, & clarificat cor noſtrum. Cuius eſt exemplum quando in fundo fluminum inuenitur gallum album: quia ibi terra vincit aquam in commixtione, & illic lapis leuiter fit calx, & induratur fortiter propter ſuam aduſtionem, & de ſe emittit ſplendorẽ quaſi cryſtallus, eo quod in eo miſcetur terreſtre cum aqua: ergo in aqua fluminum inuenitur gallum album durum, & lucidum. Quia in aqua lachrymarum cor pœnitentis efficitur album id eſt, mundum ad operandum, durum ad tolerandum, & lucidum ad contemplandum. Sed notandum, quod compunctionis lachrymas æqualiter ſancti viri non habent, ſed aliquãdo quidem habent, aliquando vero carent, quibuſdam fontibus ſimiles, qui quandoque aqua ſunt pleni, quandoque totaliter vacui, ſicut narrat Seneca, quod ſunt quidam fontes alicubi, qui ſemis horis ſunt pleni, & ſemis horis vacui. Cuius cauſa eſt proportio vaporis aquas eleuãtis, & ipſius aquæ quæ eleuantur, quia ſi vapor, qui eleuat fuerit fortior vincens aquam, tunc cito eleuat aquam iam cõgregatam. Sed ad hoc, vt iterũ eleuet oportet intercidere tempus aliquod quo aqua iterum congregetur, & ſic interrumpitur fluxus. Si autem vapor eleuans fuerit debilior, eleuabit aliquant partem aquæ ſuæ virtuti proporcionatam, & tunc deficiet donec ipſe vapor reperietur & confortetur ex radijs cœleſtiũ corporum. Similiter ſecundũ quãtitatem interioris affectionis, & ſecundum abundantiam lachrymalis humoris eſt, vel non eſt in homine fletus corporalis. Hîe. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum?

Sen. de natura. quæſt.

Hiere. 9

Campi natura explanatio, cui laſcinus homo, per ſacra ſcriptura verba, ſimilis eſſe deſcribitur.

Cap. XLIIII.

LAſciuus homo ſimilis eſt campo. Eſt enim Campus planus, & incultus nec vomere ſulcatus, nec ſimo impinguatus, ſed deambulationi, & luſibus iuxta ciuitatum habitacula deputatus. Sic quoque laſciuus homo vomere pœnitentiæ non ſulcatur. Deu. Tollent vitulam de armento, quæ non traxit iugum, nec terram ſcindit vomere, & ducent eam ad vallem aſperam atque ſaxoſam, quæ nunquam arata eſt, nec ſemẽtem recepit, & cædent in ea ceruices vitulæ

Deu. 31

Digitized by Google

vitulæ. Hæc vitula est anima vana & lasciua quam nec iugum obedientiæ domat nec aratrum pœnitentiæ fatigat. Hanc ergo finaliter dæmones de armento trahunt, & ad asperam, & faxosam vallē ducunt, quando eam de corpore vel mundo educentes ad pœnā æternam deferunt, quæ dicitur vallis ratione profunditatis: aspera ratione acerbitatis, & saxosa ratione æternitatis: quia saxa valde durabilia sunt: & ideo ibi eius ceruices, id est, lasciuæ ceruositates pœnitus deponuntur. Item lasciuus homo ad modum cāpi fimo id est, recognitione propriæ vilitatis non respergitur: & ideo ad fructum pœnitentiæ non impinguatur. Sed econtra homo prudens dicit de conscientia sua secūdum illud Lucæ: Fodiam circa illam, & Luc. 13. mittam stercora. Ille terram conscientiæ fodit, qui eam discutiendo reuoluit, sed ille stercora mittit, qui suorum peccatorum vilitatem attendit, & recognoscit, & per hoc anima diuinæ misericordiæ susceptione impinguatur, & ad fructum pœnitentiæ disponitur, & adaptatur. Item lasciuus homo velut campus discursibus circa publica loca iugiter immoratur. Vnde de muliere lasciua dicitur. Prouerb. Garrula, & vaga Prou. 7. quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis, nūc foris, nunc in plateis.

motum diuisa est, & mare fluxit in medium. Simili modo Hispania adhæsit Africæ. Ita lingua maledica commouet corda, & inducit inter amicos, & coniunctos aliquando discordiam, & ponit inter eos mare, id est, amaritudinem rancoris, & odij. Vnde hoc est vnum de septem, quod Deus plus detestari dicitur. Prouerb. Virum, Prou. 6. qui seminat inter fratres discordias. Talis etiā est lingua tertia de qua Ecclesia. Lingua tertia multos cōmouit, & dispersit illos de gente in gentem. Sed econtra lingua dulcis, & mollis frangit iram, & duritiam cordis: sicut aër quāuis sit mollis, & tenuis, & tamen in tonitruo scindit lignā, & lapides, & multo magis hoc facit vapor qui est grossior aëre. Hoc autem non est à fortitudine corporis, & motus. Sicut ergo mollis aer, vel vapor scindit lignum, & frangit petram, ita mollis & dulcis responsio, siue lingua, placat & frangit iram: Sermo durus suscitat furorem. Ecclesiastic. Ecc. 28. Lingua mollis confringit duritiam. Ecc. 25

Sent. de natura. quæst.

De bene maleque dicentis lingua variis effectibus per terræmotus, aeriſque similitudinem pertractatur.

Cap. XLV.

LIngua maledica est causa diuisionis amicitiæ, sicut terræmotus est causa scisionis terræ: sæpe enim fit terræmotus per diuisionem terræ à terra, sicut narrat Seneca, quod Sicilia quandoque adhæsit Apuliæ, & per terræ-

Per diuersorum coniunctionum Planetarum exempla, in variis Zodiaci signis, ex quibus diuersi effectus causantur, ad varias quoque actiones spirituales homines ex diuersitate locorum adaptari declarantur.

Cap. XLVI.

LOca diuersa adaptant homines ad diuersas operationes. Cuius exemplum, vel similitudo apparet in planetis, ex quorum coniunctione sequuntur diuersi effectus secundum diuersitatē locorum, id est, signorum in quibus coniunguntur: verbi gratia, si plures cōiūcti fuerint in signis aquaticis, scilicet, in Scorpione, Cancro, vel pisce, in reuolutione anni sequitur multitudo pluuiarum. Si vero

Digitized by Google

vero fuerint coniuncti in signis igneis, scilicet, Ariete, Leone, vel Sagittario, signat subtilitatem, & igneum excessum caloris, & siccitatis. Si autem in signis aëreis, scilicet Geminis, Libra, vel Aquario, signat multitudinem ventorũ sed si in frigidis siue terreis signis, scilicet, Tauro, Virgine, & Capricorno, signat grauitatem frigoris & temperamentum caloris. Ita quantum ad spiritualia opera videmus, quod etiam loca multum adaptant homines, & quodammodo disponunt ad illa sicut solitudo ad contemplandum, ecclesia ad orandum, cella ad studendum &c. Possemus etiam moraliter dicere, quod in signis aquaticis conueniunt incipientes, id est, pœnitentes, qui viuunt in aquis lachrymarum. Et hæc lachrymarũ compunctio vel est in Scorpione, qui cauda pungit, id est, in consideratione mortis, vel supplicij in quibus est cauda, id est, finis peccati: quia stipendium peccati est mors.
Rom. 6. Vel in Cancro, qui retrograditur, id est, in consideratione vitæ præteritę, vel in Pisce, id est, in angustia imminentis tribulationis: quia Piscis moratur in aqua, per aquam intelligitur tribulatio. Vnde omnes hi producunt abundantiam lachrymarum. In signis vero aereis conueniunt proficientes, quorum profectus est in Geminis, id est, in geminata dilectione Dei & proximi, & in geminata vita, scilicet, actiua, & contemplatiua: vel in gemino studio, scilicet, scientiæ, & virtutis. Item in Libra id est, in pondere iustitiæ, vel in pondere linguæ, de quo Ecclesiastici. Verba sapientis statera pon-
Eccl. 21 derabuntur. Item in Aquario, id est, in lachrymis deuotionis, vel
Eccl. 15 doctrina sapientiæ, de quo Eccles. Aqua sapientiæ salutaris potauit eum.

Isti tamen sic proficientes patiuntur tempestatem ventorum, id est, persecutionem dęmonum: qui quanto hominem magis proficere conspiciunt, tanto fortius contra ipsum insurgunt.

In signis vero igneis conueniũt perfecti in charitate feruentes. De quo numero fuit Helias. Eccl. Surrexit Helias quasi ignis. Vnde Ecc. 48.
quidam talium sunt in Ariete, qui est dux gregis, id est, in statu prælationis, sicut Petrus Apostolus. Quidam vero in Leone, id est, in vigore, vel actu maximè fortitudinis, scilicet, in martyrio pro defensione fidei, siue veritatis, sicut fuit Ioannes Baptista, qui fuit lucerna Ioan. 5.
ardens, & lucens. Quidam vero in Sagittario, id est, in officio prædicationis. Nam prædicatores ex arcu scripturæ emittunt sagittas acutas verborum penetrantium corda auditorum. Omnes etiam isti debent esse subtiles in contemplatione, & ignei in dilectione, & sicci per abstinentiam in carnis afflictione.

In signis autem frigidis & terreis sunt deficientes, id est, peccatores terræni per auaritiam, & frigidi per malitiam, & isti vel sunt in Tauro, qui terrã vertit, & arat, id est, in cupiditate auaritiæ: vel in Virgine, id est, in sterilitate luxuriæ: vbi luxuria designatur in Virgine nõ ratione incorruptibilitatis, sed ratione sterilitatis. Nam dum Sol est in signo Virginis, terra efficitur sterilis: quia tunc fructus non producit. Sic dum luxuria viget in carne, fit spiritualium fructuum, id est, operum sterilitas in homine: quia (sicut dicit Iob. de luxuria) ignis est vsque ad con Iob. 31.
sumptionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Vel sunt peccatores in Capricorno, id est, in ascensu superbiæ. Et omnes isti habent grauitatem frigoris, id est, excessum iniquitatis, & carentiam caloris, id est, defectum charitatis

Mat. 23 ritatis. Matt: Quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum.

De quibusdam luxuria mortiferis effectibus, qui ex variis ignis ac fouea, nonnullarumq; aliarum rerum similitudinibus educuntur.

Cap. XLVII.

LVxuria assimilatur igni. Nam ignis ferrum durum & frigidum immutat,& quasi ignem efficit sic mentes ferreas libido domat. Hiero. Flammigero igne percutit mulier conscientiam.

Hiero.

Item ex duobus lapidibus si inuicem colliduntur, exit ignis. Et quid mirum si ex contactu impudico viri & mulieris, exit ignis cõcupiscentiæ,& luxuriæ.

Item si murus non comburatur a candela apposita, tamen denigratur. Hiero. Si cum viris fœminæ habitant, viscarium diaboli non deerit.

Hiero.

Item nix, licet frigida, tamẽ iuxta ignem liquescit. Sic virginitas familiaritate,& colloquijs mulierum deperit.

Item luxuria assimilatur foueæ.

Primo propter principium: fouea enim a fodiendo est dicta, eo quòd fit in terra fodientium manu profundata, sic vitium luxuriæ est profundatum,& radicatum in terra,id est, in carne humana: & præcipuè ex corrupto, & pessimo ingenio hominum adinuenientium diuersos modos delectationis,& corruptionis huiusmodi vitij,de quibus dicitur, Ibunt in adinuentionibus suis. Prouerbiorum : Fouea profunda est meretrix.

Psal. 80. Prou. 23

Secundo propter augmentum, quia in fodiendo quanto plus terra in sua superficie cumulatim erigitur, tanto amplius interius profunditur. sic luxuriosus quanto magis vilum, & intentionem dirigit,& erigit ad superficiẽ terræ, id est,ad pellem, & pulchritudinẽ carnis,tanto magis interius in appetitu profunditur, & creleit ardor libidinis:& ideo Iob dicebat, Pepigi fœdus cum oculis meis, vt nec cogitarem quidẽ de virgine. Patet autem quod dictum est in Holoferne,& Dauid.

Iob. 31.

Tertio propter periculum, quia quanto fouea fit profundior, tanto eius trãsitus est periculosior: & ideo a principio est repellenda. Vnde Isido. dicit. Calca serpentis caput. Calca prauæ cogitationis initium, scilicet, antequam fiat fouea profunda vsque ad cõsensum. Hiere. Foderunt foueam animæ meæ.

Isido.

Hier. 18

Quarto quantum ad exitum. Nam (sicut Gregor. dicit) Foueam homo cadendo facile ingreditur: sed post casum non facile egreditur. Et licet sic sit de omni peccato, tamen specialiter sic est de ipso peccato luxuriæ tum propter corruptionem fomitis, & concupiscentiæ carnis quam homo fert secum semper: tum propter fomẽtorum præparationem : quia tota die concurrunt præ oculis luxuriæ fomenta: sicut aspectus mulierum & colloquium, & repletio ventris,& huiusmodi.

Greg.

De quamplurimis sanctissimæ Virginis perfectionibus, & excellentijs, quæ hic per varias similitudines, ac Solis, Lunæ, stellæ, Lucis, Auroræ nubis, Maris, terræ, & de aqua Montis Sinai proprietates quam diligentissime experimentur.

Cap. XLVIII.

MAria mater Domini assimilatur Soli.

Primo, quia Sol habet nobilitatem in ortu. Oritur enim ex alto, & cum splendore multo. Sic Beatissima virgo Maria orta est ex alta progenie, quia scilicet ex regali

Digitized by Google

regali stirpe,& nata cum sanctitatis splendore. Non enim nata est infecta originali peccato sicut alij communiter nascuntur. Hic est, quòd ecclesia festum de eius natiuitate agit.Eccles.Sicut Sol oriens mundo in altissimis Dei,sic mulieris bonæ species,&c.

Ecc. 27

Secundo, quia Sol habet sublimitatem in situ. Quia videlicet Sol est positus in medio planetarũ habens tres supra se,& tres infra se.Sic beata Maria exaltata,& sublimata est in gloria in sua assumptione,scilicet,vt supra se habeat tres personas diuinas,infra se siue sub se tres angelorũ hierarchias, & per consequens totam essentiã hominum beatorum:quia homines in cœlo non facient ordinem per se(vt dicit Augu.) sed assumẽdi sunt ad ordines angelorũ. Psal. Thronus eius sicut Sol in conspectu meo.

Aug.

Psal 88.

Tertio, quia Sol habet velocitatem in motu:vnde & satis cito perficit suum circulum qui tamẽ est valde magnus, continue enim sol mouetur velocius quàm sagitta:licet in aspectu nostro quasi nõ moueri videatur Præ nimia enim claritatis intensione sicut & eius quantitas sic& eius velocitas subterfugit visum nostrum. Similiter beata virgo Maria velocitatem habuit in motu obedientiæ , quia diuinæ voluntati per angelum sibi expositę cito consensit dicens:Ecce ancilla Domini, &c. Item in motu benevolentiæ, quia statim ascendit in mõtana cum festinatione & salutauit Elisabet. In quo dedit exemplum conscendendi ad superiora per perfectionem virtutum sine negligentiæ tarditate.Itẽ in motu pœnitentiæ:quia dolenter & solicite filium suum requisiuit quem ex aliqua forte sui negligẽtia se perdidisse timuit. Luc. Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te.

Luc.1.

Luc.2.

Quarto,quia sol habet pulchritudinẽ in aspectu, & propter hoc est oculis valde delectabile ad videndum secundum illud Ecclesia. Delectabile est oculis videre solẽ. Nam sol sicut dicit Ambrosius,est oculus mundi , iucunditas diei, pulchritudo cœli, mensura temporum, virtus, & vigor omnium nascentium:dominus planetarũ, decor & perfectio omnium stellarum.Et ideo in fabula cum pennatis vestigijs sol depingitur & facie puerili , propter quod etiam phœbus,id est, pulcher dictus est: sic & beata virgo Maria plena pulchritudine fuit:vnde Cãtic .Tota pulchra es amica mea & macula non est in te.Et dicit tota,scilicet, intus & extra,ad differentiam hypocritarum qui habent solum extra in apparentia pulchritudinem sanctitatis:sed ipsa pulchra fuit intus per puritatẽ, extra per virginitatem.Et ideo etiam significatur per arcam quæ intus & extra erat deaurata.

Eccl. 12

Ambr. in exi.

Cant.4

Quinto,quia sol habet efficatiam in effectu:habet enim virtutem calefactiuam & inflammatiuam.Nam ex motu radiorum & eorum confractione & multiplicatione calor generatur in obiecti corporis superficie, & maxime si corpus obiectum fuerit speculare sicut dicitur in perspectiua: quare si circa speculum concauum stupa ponatur,à calore generato incenditur.Sic quoque beata virgo mentes puras & sibi deuotas quæ sunt vt specula munda,inflammat ad Dei dilectionem:vnde ipsa dicitur mater pulchræ dilectionis, Eccles. Et hoc est inflammatio amoris quę arefecit fœnum concupiscentiæ carnalis.Iac. Exortus est sol cum ardore & arefecit fœnũ. Item sol habet virtutem fœcundatiuam. Omnia enim hic inferiora fœcundat: & generatiuam eorum potentiam excitat,adiuuat

Eccl.24

Iacob.1

Digitized by Google

& cõfortat; vnde videmus ad sensum quod nihil fructificat neque crescit; vbi solaris radius non attingit. Illud autem quod facit animam bonis operibus fœcundam, est timor Dei; vnde dicitur Eccl.
Eccl. 15 Qui timet Deum, faciet bona. Sed beata virgo Maria etiã dicitur esse mater timoris. Eccl. Quia, scilicet,
Eccl. 12 sibi deuotos ad Deum timendum inducit, &, eis suis meritis donum timoris acquirit, ex quo eos in bonis operibus fœcundos efficit; sed oportet eam præuenire per deuotionem si quis vult impetrare suæ
Sap. 16. gratiæ benedictionem. Sap. Oportet præuenire solem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te adorare.

Item sol habet virtutem discretiuam: discretiuam quia per eius lucem omnia detegentem nũc colores omnes discernimus; & nigrum de albo distinguimus. Similiter ipsa est quę meritibus sibi deuotis acquirit lumen discretionis & veram cognitionem vitiorum atque virtutum? vnde dicitur mater agnitionis. Hoc lumine carent ille miseri qui reuerentiam non habent ad eam, sed potius contra eam infœlices suas linguas relaxãt
Sap. 5. blasphemantes; quí vere possunt dicere, Iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol iustitiæ non est ortus nobis. Et illud Eccl. Non vidit solem, nec cognouit distantiam bo
Eccl. 6. ni & mali. Itẽ sol habet virtutem fortificatiuã. Vnde videmus quod in eius ascensu super nostrũ horizontem virtutes animalium roborantur & fortiores efficiuntur & vsque ad diem mediam augmentantur, & quando sol tendit ad occasum, debilitantur, & ideo in somnum animalia resoluuntur. Vnde etiã flores in ortu solis aperiuntur qui in occasu clauduntur. Ita beata virgo Maria sibi deuotos confortat & roborat dum eis subueniendo ad spem & fiduciam sui mentes eorum sublleuat. Vnde ipsa dicitur esse mater spei sanctæ.
Eccl. 24 Eccl. Propter omnes ergo dictas
Cant. 4. proprietates dicitur esse electa vt sol. Et mulier amicta sole, Apoca.
Apo. 12 Item beata virgo Maria assimi-
Basil. in hexa. latur lunæ propter septem. Nam luna (secundum Basilium) est decor noctis, mater roris, ministra humoris, dominatrix maris, mensura temporis, emulatrix solis, immutatrix aëris. Quæ omnia bene competunt sanctissimæ matri Christi.

Primo ergo luna est decor noctis; non solum quia noctem illuminat, sed etiã quia in nocte decor ipsius apparet, præcipue tunc cum est plena. Ita beata Virgo Maria in nocte, id est, in obscuritate præsentis vitæ existens, fuit plena luce, siue luce gratiæ diuinæ (sicut angelus dixit. Aue gratia plena, &c.) siue luce diuinæ præsentiæ, propter quod subdidit, dominus tecum. Dominus, scilicet pater, te desponsans; dominus filius te impregnãs, dominus spiritus sanctus te sanctificans. Vnde ipsa fuit totius Trinitatis nobile triclinium; siue luce virginalis munditiæ, quæ
Sap. 7. candor est lucis æternæ & speculum sine macula, vt dicitur Sapiẽ. Propter quam lucem addidit angelus: Benedicta tu in mulieribus. Si quidem ante eam mulieres in virginitate permanentes propter sterilitatem erant maledictioni legis obnoxiæ. Sed ista in mulieribus etiam virginibus benedicta ex eo quod quanquam virgo, non tamen sterilis, sed diuinitus fecunda, & ideo mater intacta, & sic patet quod beatissima virgo Maria quasi luna plena in diebus suis
Eccl. 50 lucet. Sed est notandum quod luna plena non tantum habet pulchritudinem lucis, sed etiam perfectionem figuræ circularis, quia tunc tota est rotunda & ideo magis pulchra; quod etiam beatæ virgini

Digitized by Google

Virgini congruit. Et ideo in Psalmis vocatur luna perfecta in æternum. Hæc est perfectio suæ charitatis per quam ad modum figuræ rotundæ fuit mobilissima, id est, promptissima ad bene operãdum, capacissima & amplissima ad omnes suscipiendũ, Ecclesiast. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, &c. Item fine carens, id est, indeficientissima ad perseuerandum. vnde ibidẽ, vsque ad futurum seculum non desinam & ideo etiã dicitur perfecta in æternum. Luna enim quãdo plena est lucet per totam noctem: sed quãdo non est plena quandoque lucet in principio noctis. Et significat bene incipientes & cito deficientes, quandoque in fine noctis & significat bene finientes. Sed beata Maria velut luna plena fulsit in suo principio, quia in vtero sanctificata: in medio, quia filio Dei illustrata & sanctè & innocenter conuersata: in suo vltimo, quia anima & corpore glorificata: per noctẽ etiam significatur tribulatio & tentatio. Quidam ergo sancti adiuuant in principio; quidam in medio, quidã in fine. ipsa autem adiũuat semper. Et in principio, dando audaciam: & in medio, conferendo perseuerantiam: & in fine, dando coronam. Hæc est etiam luna quæ noctem, id est, peccatorum tenebrositatẽ lumine suæ gratiæ siue misericordiæ non desinit illustrare. Vnde & ipsa sicut luna vocatur regina cæli, quia de nocte absente sole inter sidera primatum tenet, & tanquam absente rege, id est sole, vt regina regnum gubernat. Similiter quãdo rex Christus ex aliqua causa faciẽ suam alicui abscondit, tũc Maria maxime misericordiam suã ostendit, & fulget ei luce misericordiæ quæ prius erat in tenebris culpæ. Et sic patet quomodo virgo beata non solum est electa vt sol, sed etiam pulcha vt luna.

Psal. 88.

Eccl. 24.

Cant. 4.

Secundo beata virgo assimilatur lunæ, quia luna est mater roris. Nam vim suæ humiditatis aëri imprimit, & aërem subtiliter alterans & immutans, in ipsius superficie rorem gignit: vnde manifestã videmus, quod æstiuali tempore quanto luna est serenior, tanto abundantior ros super gramina se ostendit. Rori autem assimilatur filius Dei incarnatus propter ipsius róris generationem. Nam ros generatur in interstitio medio aëris & temperatè calido & temperatè frigido. Tria autem interstitia sunt, cælum, mundus, infernus. Hæc ergo irroratio, id est filij Dei incarnatio non est facta in supremo interstitio, id est in cælo: quia naturam angelicã non assumpsit, nec infimo, scilicet in inferno, quia dæmones nõ redimit, sed in medio id est in mundo, quia naturæ humanæ se vniuit, Osee. Ero quasi ros. Huius roris mater fuit beata Maria quia inter eius virginea viscera ros iste cælestis descẽdens nostræ se carni vniuit. Est enim quoddam genus piscis qui coclea vocatur: qui tempore roris ad littus procedens & ibi se aperiẽs, rórem cælestẽ intra viscera suscipit & se claudẽs margaritam gignit. Ista coclea est beata virgo Maria, quæ rore cælesti perfusa generauit de suis visceribus margaritam pretiosam, de qua Matth. Inuenta autem vna pretiosa margarita, abijt & vendidit: Hæc margarita Christus est, propter quẽ debemus omnia vendere, quæ habemus, scilicet terrenam substantiã, voluntatem propriam, & conuersationem mundanã, & eam emere. Istum rorem Deus totum posuit in vterum virginis, & inde procedens totum mundum irrigauit. Bern. Rigaturus aërem Deus cælesti rore, totum vellus prius infudit. Redempturus etiam genus

Osee. 14.

Matt. 3.

Bern. super cõ.

humanũ,preciũ cõtulit in Mariã.

Tertio, quia Luna est ministra humoris, nam in augmẽto Lunæ, humores crescũt in corpore:crescunt enim,& humescunt in capitibus cerebella, in ossibus medullæ,& breuiter in corporibus omnis humoralis substantia. Et similiter in eius diminutione omnia diminuũtur. Ob hanc causam melius est minuere in Lunæ augmento,quàm in eius decremento. Sed ligna pro ædificiis incidere,& arbores inserere, vel plantare est melius in decremento, quã in augmento. Cuius ratio est, quia cum augmento crescunt humores:si tunc arborem insereres, vel plantares,humor nimius, qui in planta abundaret, quia à natura bene regi non posset,fructus faceret vermiculosos: ligna etiam tunc incisa ædificijs non sunt apta. Quia propter humiditatem inclusam ad putredinem sunt parata,a vermibus nihilominus faciliter corrodenda,& deturpanda. Beata autem virgo humoris ministra fuit: quia scilicet suis filijs triplicem humorem infudit,scilicet conceptionis, nutritionis,& deuotionis. Conceptionis administrauit Spiritui sancto, nutritionis administrauit Christo: humorem autem gratiæ, & deuotionis cuilibet suo filio adoptiuo. Siquidem in conceptione Christi Beata Virgo Maria ex purissimo humore sanguinis sui materiam ministrauit in conceptione corporis Christi.Sed sanctus spiritus ipsum corpus organizauit,& formauit.Vnde beata Virgo vera mater Christi fuit;quia hoc solum (secundum Philosophum) pertinet ad rationem matris,vt materiam det conceptus. Vnde Matth. Matt.1. Cùm esset desponsata mater Iesu Maria. Item dedit filio humorem nutrimentalem, scilicet quando eum lactauit vbere de cælo pleno; propter quod dicitur, Beatus venter qui te portauit, & vbera, quæ suxisti. Sunt etiã duo vbera quibus lactat beata Virgo filios suos adoptiuos, scilicet ex vno infundẽs humorem gratiæ iustis, ex alio humorem misericordiæ peccatoribus Et ideo ab Ecclesia vocatur Maria mater gratiæ, mater misericordiæ. Luc.11.

Quarto,quia Luna est dominatrix maris.Nam sicut adamas trahit ferrũ post se:sic Luna mouet, & trahit post se Oceanum. Vnde in suo ortu intumescit mare, & crescit ex parte oriẽtali:& decrescit ex parte occidentali: & ecõtra quando est in occasu: secundum autem quòd Luna plus,vel minus proficit in lumine,ita plus,vel minus se extendit, vel retrahit ipsum mare.Et sicut dicit Maurus Ocea- Maurus nus incremento lunæ retinet mo- in Cic. dum istum. Primo enim die cres- lib. centis Lunæ fit copiosior solitõ,& abundat in summo: sed secundo minuitur: & sic crescit vsque ad diem septimum. Deinde iterum crescit per septem dies. Ita quod in decimaquarta die iterum est plenus in summo. Vnde in nouilunio mare est summe plenum & in plenilunio.Mare autem moraliter accipitur tribus modis Nam vno modo dicitur mare huius vitæ amaritudo:& super illud mare Beata Virgo habet virtutẽ, scilicet,quia eius pietas ostenditur super illos,qui sunt in tribulationis amaritudine positi. Nam Matt.8. venti,& mare obediunt ei. Venti sunt aduersitates exteriores: mare sunt interiores amaritudines,vel venti sunt violentiæ tentationum:mare perturbatio tribulationum.

Secundo modo, mare vocatur peccatorum inquietudo. Isa.Impij quasi mare feruens,quòd quiescere non potest:sed quando ista luna oritur peccatoribus,eos luce Isa.57.

sua

siue misericordię illustrando, tunc crescit ex parte Orientis, & decrescit ex parte Occidentis: quia scilicet eius auxilio oritur, & crescit in ipsis peccatoribus lux gratiæ, & aqua misericordiæ: & deficit casus culpæ. Sed e contra, si ista luna occideret peccatoribus, scilicet, vt eis per suam gratiam non adesset, tunc cresceret ex parte Occidentis, & deficeret ex parte Orientis, id est, deficeret lux gratiæ, & cresceret casus culpæ.

Tertio voçatur mare, mundi vicissitudo, siue mutabilitas. Sicut autem ostensum est, mare virtute lunæ habet quadruplicem mutabilitatem. Vna est repletionis & illa est in nouilunio. Secunda diminutionis, & illa est vsque ad septimum Lunæ. Tertia augmentationis per alios septem dies, siue sex. Quarto iteratæ repletionis: & hæc in plenilunio. Similiter virtute, & auxilio beatæ Virginis peccatores in mundo existentes replentur aqua pœnitentiæ, & decrescit in eis mare culpæ, & augetur profectus gratiæ, & tandem perueniturad plenitudinem gloriæ.

Quinto, quia Luna est mensura temporis: quia secundũ motũ Lunæ accipiuntur anni lunares, qui apud Iudæos obseruabantur: vnde Eccl. 43 Ecclesiastic. Luna in omnibus in tempore suo, ostensio temporis, & signum æui. Et continet annis lunaris ccclxiiij. dies, vnde patet, quod annus solaris superat lunarem in xi. diebus, vnde Hebræi, & Arabes annum seruant minorem, quam sit noster xj. diebus prætex quadrantem vnius diei.

Item secundum lunam distinguuntur menses lunares: vnde mensis dicitur a mense, quod est luna, eo, quod Hebræi ex curiu lunæ menses vocabant. Et accipitur mensis lunaris apud Iudæos, & Arabes secundum cursum lunæ in toto Zodiaco, donec iolem attingat: quod facit in xxix. diebus cum dimidio, vt Astrologi dicunt. Dies autem lunares secundum Arabes incipiunt de sero ab occasu Solis, eo quod ortus Lunæ fit tempore occasus Solis: & sic (secundum eos) nox præcedit diem. Sed Græci, & Romani, & aliæ gentes, quæ non vtuntur in mensibus suis visione nouæ lunæ, computant diem ab ortu Solis eum nocte vsque ad ortum sequentis dici: & sic (secundum eos) dies præcedit noctem (vt dicit Alfraganus. Patet ergo, Alfrag. quod Luna habet dies, menses, & diffe. 1. annos, sed tamen menses, & annos habet breuiores. Quia scilicet Beata Virgo habet plenitudinem gratiarum, & virtutum, & donorum, sicut & Christus, qui Soli assimilatur: tamen in minori gradu, licet excellerit omnes alios Sanctos. Ecclesiastic. Quare Eccl. 33 dies diem superat, & annus annum.

Sexto, Beata Virgo assimilatur Lunæ: quia Luna est æmulatrix Solis. Nam aliquando ipsi Soli est ante: aliquando super, aliquando subter. Vnde Luna aut est cum Sole in coniunctione quando ascendit: aut a latere, vt quando a Sole recedit, vel quando ad Solem reuertitur: aut in plena oppositione, quando scilicet totaliter soli opponitur. Sic beata Virgo ante Christum; qui etiam est Sol iustitiæ: fuit quantum ad ætatem carnis, sicut mater ante filium: & hoc quantum ad humanitatem; quia quantum ad diuinitatem Christus fuit ante eam secundũ illud: Post me venturus est, qui ante me Ioan. 1. factus est.

Item fuit post Christum quantum ad mortẽ: quia Christus ante

Digitized by Google

eam mortuus fuit. Nam(vt quidam dicūt)superuixit filio vndecim annis. Erat enim vt dicunt quando Christum concepit decē, & quatuor annorum, & mansit cum eo annis xxxiij. & post mortem Christi superuixit vndecim annis & secundū hoc quādo obijt erat annorū quinquaginta octo.

Item ipsa fuit super Christum materna auctoritate, cui Christus in pueritia humiliter se subiecit, & reuerenter obediuit, (secundū illud Luc.) descendit cum eis & venit Nazareth, scilicet cū Virgine, & Ioseph: & erat subditis illis Luc.2.

Item ipsa fuit sub Christo non solum dignitate: sed etiam situ localitate cū esset in cruce suspensus. Tunc enim ipsa stetit inferius sub eo iuxta crucem. Ioan. Sed nō Ioan.29 tandum, quod quando Luna est sub Sole, ita quod recta diametro inter nos, & Solem sit interposita, solet esse Eclipsis, id est, defectus solis concausatiue. Et hoc fuit in passione Christi, quia beata Mater sub ipso morē stetit: & tunc ipsa Eclypsis solis, id est, mortis Christi pro tanto causatiuā fuit, in quantum naturam qua pati, & mori posset, ex ipsa Christus assumpsit. Sed notandum quod Eclypsis Solis accidere non potest secundum naturam, nisi in coniunctione Solis, & Lunæ quando de nouo accenditur: & dum ipsa coniunctio in linea Ecliptica celebratur, & hoc est semper quando Sol est in capite Draconis, & Luna in cauda, vel econuerso. Vnde dicit Albumasar. Si luna inter nos Albu.li. & solem obuiat, defectum radio de mo. rum nobis facit in capite vel cauda pla. draconis. Quid autem sit caput & cauda draconis, dicetur in capitulo lxij. Et similiter beata virgo dupliciter ipsum solem Christum quodammodo obscurauit. Primo quando ipsum concepit, & carne vestiuit: tunc enim minoratus est paulo minus ab Angelis: quia exinaniuit seipsum formam serui accipiens. Vnde hoc fuit quasi inca Phil.2. pite draconis, id est, in muliere vel humana carne, quæ fuit caput id est principium peccati.

Item in cauda, id est, in morte Christi vbi fuit quodammodo finis peccati: vbi draco infernalis suum dominium perdidit & terminauit.

Nota etiam, quod quando luna est sub sole, quamuis lumen perdat ex parte terræ: non tamē perdit ex parte cæli: vnde quando luna ipsi soli coniungitur, nihil omnino luminis ad terram dirigitur. Sed tamen ex parte cæli in plena illuminatione permanet & insistit. Et ita similiter beata virgo, quamuis in passione videretur ex parte corporis Eclypsata & obscurata per tristitiæ immensibilitatē: tamen ex parte animę semper fulgorem tenuit per fidei firmitatē. Vnde licet alia luminaria mundi, scilicet Apostoli fuerunt Eclypsata tunc fidem perdendo, ipsa tamen semper luxit, fidei lumen seruando.

Item ista nostra luna tunc fuit in coniunctione cum sole, quādo innixa super dilectum suum ad cælum assumpta fuit.

Item Christi solis à latere stetit, quia in cælo iuxta thronum filij locatus est thronus matris sicut legitur in figura de matre Salomonis. Fuit autem oppositа soli in an 3.Re.2. nunciatione, quia tunc quanto sol, id est Deus vel angelus annūciās plus ipsam cōmedabat & magnificabat dicens, Aue gratia ple Luc.1. na, tanto ipsa econuerso se humiliauit dicens, Ecce ancilla. Vnde quia humilitatem Deus ancillæ suæ respexit: ideo eam suo lumine repleuit, sicut luna implet lumine: quando est soli opposita.

Septimo, beata virgo assimila-

tus

tur lunæ, quia luna est immutatrix aëris & mediante aëre maxime immutat corpora humana: vn de Hipp. de luna loquens ait. Est quoddã cœleste sidus in quo oportet medicũ prouidere, cuius prouidentia est mirabilis & stupenda. & Galenus dicit, Rem certam quæ non fallit intendat medicus; quam docuerunt astrologi Ægyptiorum quod per coniunctionem corporis lunaris cũ stellis fortuitis fiunt ægritudines terminabiles ad bonum. Cum contrarijs verò contrarias, scilicet ad malum, & ideo cautus & perfectus medicus (secundum doctrinam Hippocratis) aspicere debet primam lunam & quando est plena lumine: quia tunc crescunt humores in omnibus, vt dictum est. Quando ergo in febres aliquis cadit, multũ necesse est videre vtrum luna tunc exeat de coniunctione. Tũc enim crescit infirmitas quousq; veniat ad oppositionis gradum, scilicet, in plenilunio; & tunc si fuerit cum malo planeta aut in malo signo, & aspexerit dominũ domus mortis, quę est signum occultum, scilicet, scorpionis, vel si aspexerit mortem, quæ dicitur domus signi scorpionis, tunc de morte timendum est. Si verò fuerit cum bono planeta & in bona domo sine signo & aspexerit dominum domus vitæ, scilicet, Mercurium & Venerem quæ est domus Arietis sine primi signi, tunc de vita sperandũ est; & sic de alijs vt patet in libro Hippocratis, quem dicitur composuisse de vitijs infirmitatis secundum lunam. Sicut ergo luna habet dominium super infirmitates corporales; sic etiam domina nostra habet dominiũ super morbos tam corporales, quàm spirituales; vt faciat eos esse ad vitam vel ad mortem secundum hominum merita & deuotionem ad ipsam. Nam eam reuerentes, vitali aspectu aspicit & curat. Ipsam verò blasphemantes vel contemnẽtes (nisi per pœnitentiam redeãt) mortali aspectu aspicit & necat.

Hippo. in pronost. Galen. in com. de diet.

Item beata virgo vocatur ab ecclesia stella maris, ex eo, quod illa cælestis quæ dicitur stella maris est primo quo ad situm altissima. Similiter virgo beata altissima est per gloriæ dignitatem, scilicet super omnes choros sanctorum & angelorum iuxta filium in gloria sublimata. Eccles. Ego in altissimis habito. Eccl. 24

Item illa stella est, quo ad motum velocissima. Licet enim stella maris quæ vulgo dicitur Tramontana, à loco suo moueri non videatur; tamen in sphærę suæ circulo circulariter circumuoluitur; sed quia circulum habet breuissimum quasi non moueri videtur. Sic beata virgo Maria quamuis in statu gratiæ immobiliter permanserit & ab ipso per motum alicuius criminis nunquam recesserit: motu tamẽ dilectionis diuinę velocissimè cucurrit. Dicit enim Bernardus, quod qui amatur vehementius, currit velocius & peruenit citius. Ipsa præ omnibus sanctis plenius & feruentius dilexit. Vnde ipsa dicitur mater pulchræ dilectionis. Fuit autem amor suus per modum circulationis: quia motus circularis est ab eodem in idem: quia ipsa Deum sic diligebat; quod omnia alia non nisi pro ipsum amabat: & sic omnis amor eius à Deo incipiebat, & in Deum redibat. Eccles. Girum cæli, id est, cælestis amoris circuiui sola. Et dicit sola, quia nullius sanctorum amor fuit ita in Deum totaliter directus sicut beatæ virginis. Vnde & breuissimum circulũ habebat, quia post contemplationẽ, omnia quę occurrebat statim referebat in Deum. Ideo dicit Aug. de ipsa. Vnum scimus pro certo, quod omnis Mariæ vita & actio Ber. Eccl. 24 Aug. in ser. de assu. quod. sct.

Digitized by Google

intẽta fuit semper in Domino. Itẽ huiusmodi stella quo ad aspectũ nostrum est minima quamuis in se sit valde magna. Similiter beata virgo exterius exhibuit se minimam per humilitatẽ, quãuis esset valde magna per sanctitatẽ: vnde
Luc. 1 dixit. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Item stella illa, est quo ad affectum vtilissima, propterea quod ipsa est nauigantium directiua, & ideo vocatur stella maris. Nam propter situs sui immobilitatẽ homines ad ipsam aspicientes maxime certificat, sic beata Virgo nauigantes per mare mundi dirigit: quibus A. suæ misericordiæ nunquam subtrahit vel abscondit: vnde illa stella vocatur polus, quia semper nobis pollet, & nunquam occidit: sed semper super nos existit: vnde polus a pollendo est dictus, quia continue mõdo pollet.

Item ista stella est natione, sui situs medij totius cæli ostensiua. Medium autem cæli est filius Dei, qui mediator est Dei & hominũ: hunc nobis ista stella ostendit, quia eum nobis visibilem genuit. Ad hanc etiam stellam astrologi potissimè recurrunt, quia per eius situm discernuntur termini & situs aliorum syderum, & cælestiũ circulorum: Sic sancti qui sunt vsi astrologi, cælestia contemplantes, potissimè ad eam recurrunt & attendunt: quia situs syderum, id est, mansiones beatorum quas habent in cœlo, & termini cælestium circulorum, id est, perfectiones angelorum per ipsam discernuntur, tanquam per ipsorum omnium dominam & reginam, & per ipsam etiam tanquam per cæli portam omnes qui saluantur, illuc introducuntur.

Item illa stella per gyrum arcturi sibi propinqui ab alijs stellis est distincta: à cuius vicinitate polus arcticus est vocata. (vt dicit Beda) Arcturus enim est septem stellarum cursus quæ istam stellã circueunt, facientes ei quasi circulum & coronam. Quia scilicet beata virgo omnium sanctorum coronis qui ad septem gradus pertinẽt, coronatur & decoratur. Nã primus gradus est angelorum, secundus est patriarcharum, tertius est prophetarum, quartus apostolorum, quintus martyrum, sextus confessorum, septimus virginum. Notandum etiam quod ista stella siue polus est axis cæli ex vna parte receptiua siue terminatiua. Axis enim vocatur linea quædam imaginata quę ab illo polo antartico, vsque ad istum polum articum recto diametro ficut linea à puncto vsque ad punctum esset tracta. Axis ergo iste fuit dolor passionis Christi qui ab vno polo, scilicet à filio cruci affixo vsque ad alium, scilicet vsque ad cor ipsius matris immobile à fide & gratia, pertransit, sicut ei Simeon prędixerat. Lu. Tuam ipsius animam
Luc. 2. pertransibit gladius id est, dolor passionis Christi.

Item beata Maria assimilatur luci, propter vij.

Primo quia lux tenebras pellit,
Ioan. 2. Ioan. Lux in tenebris lucet, scilicet tenebras expellendo, Damas.
Dama. Auser lumen, & omnia in tenebris, omnia incognita remanebunt. Sic beata virgo dum verum lumen mundo effudit, cæcitatis & infidelitatis tenebras effugauit. Vnde Maria interpretatur illuminatrix. Ipsa etiam est illa lux de qua dicitur. Lux auroræ oriente Sole mane absque nubi-
2. Reg. 23. bus rutilat. Ipsa nanque peccatores purgat à tenebris peccatorum lumine gratiæ suæ. Et ideo dicitur lux auroræ, quia expellit tenebras culpæ, & introducit lucem gratiæ. Ipsa frigidos accendit calore charitatis suæ: &

ideo

Digitized by Google

Ideo assimilatur luci Solis Orientis, quia lux Solis calefacit. Item ipsa æstum concupiscentiæ refrigerat, & à nubibus carnalium passionum animas serenat. Et ideo assimilatur luci matutinæ, quæ est cum refrigerio, & luci etiam serenæ, scilicet quæ est absque nubibus.

Secundo, lux mœrores dissoluit. Et hoc est inquantum habet aspectum lætificatiuum: dulce enim est lumen, & delectabile oculis videre solem, vt dicitur Ecclesiast.

Ecc. 11 Hoc autem competit Beatæ Virgini, quæ scilicet est mœrentium consolatrix. Nam spirituales consolationes, & gaudia deuotis sibi mentibus frequenter infundit:

Hest. 8. Hester. Noua lux oriri visa est, gaudium, & honor, & tripudium. Est enim gaudiosa incipientibus, quibus spirituales consolationes impendit. honorabilis proficiētibus, quos ab omnibus impugnationibus protegit: tripudiosa est peruenientibus, quos in cæleste gaudiū introducit.

Tertio, quia lux insidias prodit. Nam latebras illustrat, & patefacit, in quibus insidiæ absconduntur. Sic Beata Virgo insidias diaboli deuotis suis patefacit ne ab ipsis decipiantur. Et ideo diabolus

Ioan. 3. istam lucem multum timet. Ioan. Non venit ad lucem, vt non arguātur opera eius.

Quarto, quia lux securitatē parit; vnde homines, qui de nocte pauescunt, in die securi vadunt; & hoc est, quia non timent of-

Ioan. 11 fendiculum. Ioan. Qui ambulat in die, non offendit: quia lucem huius mundi videt. Non enim timent qui in die vadunt, aut pedis offendiculum, aut hostis latentis incursum, vel fantasmatis terrentis aspectum Sic qui beatam Mariam lequuntur, & ei per deuotionem adhærent, illuminantur, & proteguntur ab ea, vt neque pecando cadant, nec eos dæmones fallant, neq; ipsos fantasmata terreant. Rom. Induamur arma lucis Ro. 13. sic, vt in die honestè ambulemus. Arma lucis, sunt exempla beatæ Virginis, quæ quicunque indutus fuerit, eam scilicet sequendo tutus erit ab omnibus prædictis.

Quinto, quia lux visum pascit, & hoc propter suā pulchritudinē, in cuius aspectu anima delectatur. Prouerb Lux oculorum lætificat animam; sic spiritualis pulchritudo Beatæ Virginis considerata visum animæ lætificat, & pascit. Ecclesiast. Pulchritudine enim Ecc. 43 decoris eius admirabitur oculus. Si quidem candor eius admirabilis fuit tam in interiori puritate, quā in exteriori virginitate. Sap. Sap. 7. Candor est lucis æternæ, scilicet quantum ad puritatem mentis: & speculum sine macula, quantū ad honestatem carnis. In hoc speculo quilibet poterat securè respicere: quia tanta erat lux honestatis, quæ emicabat in facie Virginis, quod (vt dicit Hieronymus) Hiero. quicunque respiciebat in faciem Virginis huius, omnis turpis tentatio extinguebatur in eo. Iob: Iob 29. Lux vultus mei non cadebat in terra.

Sexto, quia lux cælestium corporum virtutes ad nos vehit, vnde (secundum Auicennam) lux est Auic. vehiculum virtutum cælestium, quia scilicet cælestia luminaria mediante luce agunt, & mouent ista inferiora. Sed sciendum secūdùm quosdam, quòd lux habet causare effectus naturales, inquātum motus sibi adiungitur; non quòd in motu fit virtus causatiua principaliter effectuum naturalium, sicut est in luce; sed quia per motum determinatur virtus Solis, inquantum corpus agit in corpus per contactum, & concretionem aëris moti. Et ideo cessante motu, quod erit in fine

Digitized by Google

mundi, lux non causabit effectus naturales; sed solum intentionales dando esse coloribus, & se diffundendo in medio absque eo, quod causet aliquē effectum naturalem. Habet enim corpus cæleste in quantum corpus, quod agat per motū: hoc enim est proprium corporis, vt motū moueat. Et ex hac parte habet, vt moueat ad transmutationem naturæ. Sed hoc per lucē habet vlterius, quod solū causet esse spirituale in quantum attingit ad ordinem substantiarum separatarum, & participat aliquid de modo ipsarum: vnde si motus auferatur, lux habebit solum se multiplicare in medio, & causare effectus spirituales in corporibus, & ex parte hac habet lux aliquam similitudinem cum forma intentionali; maximè cum fiat in medio & tollatur ad præsentiā & absentiam luminaris, propter quod non habet esse fixum, & ratum sicut forma naturalis; vnde ratione debilis esse quod lux habet in medio, & ratione effectus intentionalis quem solum causabit motu cessante, posset forte aliquo modo tolerari dictum eorū, qui dicūt, quòd lux habet in medio esse intentionale. Sicut ergo mediante luce deuenit ad inferiora virtus cæli, ita mediante Virgine deuenit ad nos virtus Dei, id est, filius Dei, de quo dixit angelus Virgini: Virtus Altissimi obumbrabit tibi: sed hoc factū non est nisi addito motu fidei, scilicet, per Virginis consensum dicentis. Ecce ancilla Domini &c. Mediāte etiam ista luce cælestis gratia nobis infunditur, & deuenjunt ad nos diuinæ miserationes. Vnde Eccl. 26 Ecc. Misereri nostri Deus omniū, & ostende nobis lucem miseratio num tuarum.

Dio. 4. c. de di. no. Septimo, quia lux diuersas res gignit. Dicit enim Dionisius, quod lux omnibus corporibus generationem cōfert. Sic beata Virgo genuit illum, qui multos filios adduxit secum in gloriam, quos non contemnit vocare fratres, vt, dicit Apostolus Hebr. 2. Omnes Hebr. 2. autem*, qui Christi fratres sunt, possunt dici filij spirituales Beatæ Virginis, quæ mater Christi est naturalis. Vnde ipsa dicit, A generationibus meis implemini. Et Eccl. 24 ideo omnes Christiani sunt filij huius lucis, Ioan. Credite in lucē, Ioan. 12 vt filij lucis sitis.

Item Maria Mater Domini assimilatur auroræ, propter quatuor.

Primo, quia est noctis ac diei mediatiua; est enim terminus noctis, & initiū diei & ideo aliquid habet de obscuritate, & aliquid de claritate. Et talis fuit beata virgo in vtero matris: quia enim in ipsa terminari debebat nox culpæ, & initiari dies gratiæ, secundum illud Rom. Nox præcessit, Ro. 13. dies autem appropinquabit. Ideo ipsa tanquàm vera aurora in ipso suo principio aliquid tenuit de nocte culpæ: quia fuit in originali peccato concepta. & aliquid de die gratiæ, quia fuit in vtero sanctificata, & per gratiam sanctificationis ab ipso peccato purgata. Vnde Iob. dicitur de die originalis peccati, qui incepit quando aperti sunt oculi Adā & Euæ. Obtenebrentur stellæ caligine eius, expectet lucem & non videat, nec ortū surgentis auroræ. Stellę enim id est, sancti illo die sunt obtenebrati, quia fuerunt cum originali peccato cōcepti, & cum originali nati. Sed ista dies culpæ non vidit lucem, id est, Christum; quia nec in suo conceptu, nec in ortu originale habuit peccatum, ideo dicit expectet lucem, & non videat. Auroram autem, id est, Beatā Virginem non vidit scilicet quātum ad ortum, quia non est nata cum originali, licet viderit quantū ad conceptum. Et ideo signāter dixit

nce

nec ortum surgentis auroræ.

Secundo, quia aurora est latronū expulsiua. Nā latrones, qui de nocte in tenebris exeunt, aurora, id est adueniente die fugiūt & se abscondunt. Iob. Si subito apparuerit aurora arbitratur vmbrā mortis. Ita dæmones tanquā insani, & exerriti fugiunt, cùm nostrā auroram, id est, Virginem gloriosam in corde alicuius per deuotionē fulgere cognoscunt. Iob. 24.

Tertio, quia aurora est roris infusiua: vnde dicitur aurora quasi aura rorans. Ita beata Virgo Maria diuinæ gratiæ rorem nobis abundanter infundit. Quod significatum est in lucta Iacob cum angelo. Nam cum ei dixisset angelus Dimitte me, quia aurora est: Respondit, Non te dimittam, nisi benedixeris mihi. & postea sequitur: quia benedixit ei in eodem loco. Hæc enim est benedictio de qua dicitur: in rore cæli desuper erit benedictio tua. Et hic est ros supernæ gratiæ, quē nobis hæc aurora infundit. Et iste ros auroræ est, decoratiuus, & refrigeratiuus, & dulcoratiuus. Decoratiuus quia dicitur, quòd conchæ marinæ (vt supra tactum est) in aurora se aperiūt, & rorē suscipiētes Margaritas concipiunt, quæ scilicet in ornamentis ponūtur. Et sic animæ deuotę, dum se isti auroræ, id est, beatæ Virgini per effectum deuotionis aperiunt, rorem gratiæ supernę suscipiunt, per quam Margaritas candidas, id est affectiones purissimas concipiunt, quæ sunt animæ ornamenta. Et ideo isti auroræ dicitur: Ros lucis ros tuus, id est affectiones tu generas lucidas, & mundas. Gen. 32. Gen. 26.

Item iste ros auroræ est dulcoratiuus. Exod. dicitur, quòd in aurora colligebatur manna: manna quidē est internæ dulcedinis gratia, quam his, qui tribulato sunt corde, infundit hæc aurora. Exo. 16.

Item iste ros est refrigeratiuus, scilicet ardoris feruentis concupiscentiæ, secundū illud Eccles. Ros obuiās ardori venienti humilem efficit eum: & ideo aurora est caloris temperatiua. Excl. 43.

Quarto, quia aurora est lucis à sole impetratiua. Vnde dicitur: Lux auroræ oriēte sole mane absque nubibus rutulat. Sic ista aurora scilicet: virgo beata impetrat lumen diuinæ cognitionis & inspirationis. Nota quòd ista lux auroræ quę est mane oriente sole, multa bona operatur. Est enim infirmorum confortatiua: animi lætificatiua, florum de nocte clausorum apertiua, herbarum de nocte depressarum erectiua. Quæ omnia hæc iam prædicta facit in nobis beata virgo Maria. Est enim ipsa aurora quędebiles confortat: si quidem infirmi confortantur in aurora, ex eo quod sanguis in aurora dominatur. & ideo somnus dulcior est in aurora. 2. Re. 23.

Item quia tunc virtutes animales corroborantur. Vnde secundū medicos, melius se habēt infirmi & ideo dicitur aurora quasi aurea hora, id est, optima. Ita similiter per beatam virginem infirmi spirituāliter recipiunt sanitatem: vires animæ recipiunt vigorem, sanguis dulcedinis, & deuotionis recipit augmentationem.

Item in aurora aues lętificātur: & ideo ad cantandum excitātur: vnde dicitur aurora quasi auium hora, quia scilicet beata virgo est quæ deuotos excitat ad Dei laudē. Ipsa enim est quæ flores clausos, id est, mentes humilium aperit ad bene operandum, vt odorē boni exempli vndique circunfundant. Ipsa etiam est quę depressos per mærorem erigit per spem & consolationem.

Item beata Maria assimilatur nubi propter septem.

Primo, quia nubes est omnium

Digitized by Google

impressionum cælestium de facili susceptiua. Quia scilicet domina nostra receptaculum fuit omnium cælestium gratiarum. Nam cæteris sanctis per partes; Mariæ autem totam se infudit gratiæ plenitudo, sicut Hieronymus dicit: vn de angelus dicit ei. Aue gratia plena: & ideo præ ceteris sanctis extitit gloriosa. Exod. Gloria domini apparuit in nube.

Hiero.

Luc. 1.

Exo. 16.

Secundo, quia nubes est sua leuitate sursum ascensiua: quia scilicet virgo beata contemnens terrena, semper erat ad cælestia eleuata. Isa. Ascendet Dominus super nubem leuem, id est, virginem a terreno amore alleuiatam & cęlesti calore subtiliatam: & ingredietur Aegyptum, id est mundum.

Isa. 19.

Tertio, quia nubes est solaris radij incorporatiua, sed tamen radius qui in ipsa nube incorporatur ipsam penetrans non eam scindit, nec ipsa nubes diuiditur. Ita ipsa domina nostra filium Dei in se recepit & carne vestiuit & sine sui corruptione etiã mundo peperit. Ezechiel. Solem nube regam. Acto. Nubes susceptit eum.

Ezech. 32.

Acto. 1.

Quarto, quia est caloris mitigatiua & vmbratiua, quia scilicet virgo Maria est omnium malorum nostrorum mitigatiua. Psal. Expădit nubem in protectionem eorum. Matth. Nubes lucida obũbrauit eos.

Psal. 184

Mat. 18.

Quinto, quia nubes est laborantium recreatiua, & siti æstuantium refrigeratiua, quia scilicet domina nostra est omnis nostri laboris consolatiua & refrigeratiua. Ecclesia. Speciosa misericordia Domini in tempore tribulationis, quasi nubes pluuiæ in tempore siccitatis; ipsa enim est regina misericordiæ.

Eccl. 35.

Sexto, quia nubes resoluta in pluuiam est terræ fœcundatiua ac seminũ nutritiua, impinguatiua, augmentatiua, & multiplicatiua, quia scilicet domina nostra per impetrationem gratiæ terrã animæ nostræ fœcundat, bonas affectiones in nobis nutrit & impinguat, & opera nostra augmẽtat & multiplicat. Isa. Nubes roris in die messis. Nam ipsa in fundendo diuinæ gratiæ rorẽ, facit nos multiplicare bonorũ operum messem.

Septimo, quia nubes est amaritudinis in dulcedinem muratiua. Nam ex marinis aquis generata in altum tamen sublimata & cõtra solem suspensam solis beneficio amaritudine deposita sit in dulcedinem tota conuersa. ita etiam domina nostra licèt amara (vt dictum est) fuerit in originali peccato generata; tamen à Spiritu sancto sanctificata, & à sole iustitiæ grauidata, facta est prædulcissima & materpia. Reg. Ecce nubecula parua quasi vestigiũ hominis ascendebat de mari, &c. Et dicitur beata virgo nubecula parua, quantitate humilitatis, leuitate sanctitatis, quia scilicet ab omni peccato, immunis, & subtilitate paupertatis.

3. Reg. 18

Item beata Maria assimilatur mari. Primo quia mare continet amaritudinis poculum, id, est, aquam amaram, cuius amaritudinis causa est (secundum Philosophum) Quia in mari sunt duo vapores scilicet humidus & siccus, siue subtilis & grossus: per calorẽ ergo solis & motum à mari resoluitur pars subtilior & remanet grossior, quæ nimirum calefacta fit falsa & adusta efficitur amara. Et ita in beata Maria fuerunt duo vapores, id est, amores, scilicet ad filium: vnus naturalis ad illius humanitatem qui erat vt vapor grossior, alius spiritualis ad illius diuinitatem. Et secundũ hoc habebat de ipso duas consolationes. Vnam secundũ sensualitatem quæ erat vt pars grossior.

Arist. 2. met.

Aliam

Digitized by Google

Aliam secundum rationem quæ erat vt pars subtilior. In passione autem filij sui propter calorem solis, id est, propter feruorem pœnarum & dolorum Christi & motũ mortis eius, exhalauit pars subtilior, id est, remissa est in ea consolatio rationis: & abundauit vapor grossior, id est, affectio naturalis, propter quam in tãtum calefacta & adusta est dolore, quod tota facta est amara. Vnde Maria, interpretatur amarum mare. Iob. Feruescere faciet sicut ollam profundum maris, id est, cor Virginis, quod quantum feruebat amore, vrebatur dolore. Et ideo ipsa ad modum ollæ bullientis extra effudit aquam lachrymarum, Ruth. Vocate me Mariam, hoc est amaram: quia amaritudine repleuit me Omnipotens.

Iob. 40.

Ruth. 1

Secundo, mare est fluminũ hospitium: nã omnia flumina intrant mare, vt dicitur Eccl. Et ita omnia dona spiritualia & omnium gratiarum charismata, influxerunt in beatam Mariam. Eccl. In me gratia omnis vitæ, &c.

Eccl. 1.

Ecc. 24.

Tertio, quia mare est omnium aquarum principium. Nã mare est sui diffusiuum, vnde tã fluminibus quã fontibus (secundũ. Hier.) est aquæ ministratiuum. Hoc etiã probat Seneca scilicet quod mare est principium omniũ fluminũ, & fontium. Sed Arist & Auic. & Algazel & communiter peripatetici volũt quod fontiũ & fluminũ, pluuia sit causa. Et huic sententiæ videtur attestari, quod crescẽte pluuia vt in hyeme crescunt flumina: & econtrario in æstate contingit. Sed positio prima magis videtur conuenire Scripturæ. Eccl. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur. Potest tamẽ dici quod quantum ad continuationem attractionis aquæ ad aliquam vastã voraginẽ quæ est principiũ fluminis, verius videtur dictũ Senecæ. s. quod mare sit principium: eo quod pluuia non videtur sufficere posse ad indeficiẽtem exitum fluminis alicuius, sed quantum ad facilitatem attractionis & congregationis aquæ verius est secundũ: eo quod terra spõgiosior est in loco descensus pluuiæ quam alibi in profundo, & ideo magis attractiua est: & aqua pluuialis subtilior est ab alto cadens, ideo penetrat cum inuenit poros terræ ad hoc aptos: & ita vtraque sententia de facili sustinetur. Sed licet terra attrahat ab vtroq; scilicet, à pluuia & a mari, quia ex omni parte attrahit: tamen inde videtur copiosius attrahere: vnde cõtinuè attrahit, scilicet à mari præcipuè, cũ aqua pluuialis eo quod pauca est & raro cadens, nec tota nec semper peruehat ad locum vnde flumen oritur. Et huiusmodi congregatio aquæ nõ fit solum ex attractione ad vnum locũ, sed ex concursu plurium venarum siue per naturam siue per artẽ, quomodo aggreganturvenæ artificialiter cum puteos odiunt. Et sic patet, quod aqua fluminum & fontium & est à nubibus per pluuiam & est à mari per attractionem continuam, scilicet magis continuè & abundè à mari. Vnde etiã Aristo. dicit quod mare Oceanum est continuè principium omnium fluminũ: Ita simiter quamuis à nubibus quæ sunt in aëre, id est à sanctis qui sunt in cælo, & fluminibus & fontibus qui sunt in terra, id est, vitis & mulieribus eos orãtibus in ecclesia infundatur, id est, impetretur à Deo frequenter gratiæ pluuia, tamen à mari plenissimo, id est, à beata virgine magis continuè, & abunde attrahitur aqua gratiæ. Ipsa enim (vt dicit Bernard.) sinum pietatis suæ omnibus aperit vt de plenitudine eius accipiant vniuersi; vnde gratiæ aliorum sanctorum minimè sunt, respectu gratiæ.

Ecc. 1.

Sen. li. 9 natu. quæ.

Aristo. met.

Ber.

Digitized by Google

gratiarum eius. Eccl. Quasi guttæ
Eccl. 18 aquæ maris deputati sunt. Quarto
quia mare est in necessitatibus re
fugiū. Ita beata virgo est refugiū
miserorū in tribulationū positō-
rū, vnde ipsa est spes omniū mise-
rorū in terra habitantiū. Psal. Spes
Psal. 64. omnium finiū terræ, & in mari.

Quinto, quia mare est itineris
compendium. Ita similiter siue ad
statū gratiæ, siue ad portū gloriæ,
Beatæ Virginis auxilio citius per-
uenitur. Psal. In mari via tua.
Psal. 76. Sexto, quia mare est laboris lu-
crū vnde negotiatores ipsum ma-
xime frequentant. Ita qui volunt
cœlestis gratiæ thesauris ditari, ad
Beatam Virginem sæpius ire de-
bent, siue ad contemplandū eius
exempla, siue ad salutandum, &
commendandum eius præconia,
siue ad impetrandum & obtinen-
dum eius suffragia. In cuius figu-
ram dicitur Ioan. quod perrexerūt
Ioan. 6. discipuli eius ad mare.

Septimo, quia mare est vndarum
propulsiuū, & æqualitatis, & tran-
quillitatis reductiuum: vnde mare
vocatur pelagus, quia pellit vndā.
Et vocatur etiam æquor ab æqua-
litate: quia, & si fluctus eius vesa-
niontes erigantur: sedatis tamen
tempestatibus adequantur vt di-
cit Isid. Ita beata Maria à sibi de-
Isido. uotis & amicis vndas tētationum
repellit, & fluctus, id est, furores
persequentium, & tempestates, id
est, impetus aduersantiū ad æqua-
litatem pacis, & tranquillitatem
reducit. Quod figuratum est Ione,
Ioan. 1. vbi dicitur, quod tulerunt Ionam,
& miserunt in mari, & stetit ma-
re à feruore suo: per Ionam intel-
lige orationem puram, & deuo-
tam, quæ tunc in mare mittitur,
quando beatæ virgini portigitur:
& tunc mare, id est, mūdus sæuiēs
cessat à feruore suo, id est, persecu
tionis furore.

Item beata Maria assimilatur
terræ propter xiij. Nam terra se-
cundum Basilium est corpus infi- Basi.
mum, orbis medium, cæli centrū,
elementum maxime corpulentū;
mundi fundamentum naturalites
frigidum & siccum, quantitate mi
nimum, qualitate obscurum, figu-
ra sphæricum, aquæ glutino man-
siuum, secundum se totum quie-
tum, licet in partibus suscipiat sæ-
pe motum omnium viuentiū re-
ceptaculum; & pedum Dei scabel
lum. Primo igitur Beata virgo assi-
milatur terræ, quia terra est cor-
pus infimū, scilicet inter quatuor,
elementa secundum ordinem na
turalem elementorum, sicut cælū
est supremum in ordine corporū. Prou. 25
Prouer. Cælum sursum, & terra
deorsum. Ita beata Virgo fuit in-
fima omnium sanctorum per sui
reputationem. Vnde, & appellauit
se vilissimo & infimo nomine fe-
minarum, scilicet ancillam. Ecce, Luc. 1.
inquit, ancilla, &c.

Secundo, quia terra est orbis
medium; quia, scilicet Beata virgo
est media, id est, mediatrix nostra Psal. 73.
per reconciliationem. Psal. Opera
tus est salutem in medio terræ.

Tertio, quia terra est cælicentrū.
Tale autem centrū cæli habet sta
biliratem, & fixionem. Et sic Bea-
ta virgo ex dono Dei habuit sta-
bilitatem, & fixionem in gratia &
fide. Psal. Firmauit orbem terræ, Psal. 92.
qui non, &c.

Quarto, quia terra est elemen-
tum maxime corpulentū. Ita Bea-
ta virgo fuit corpulentissima per
priuilegiationem: quia corpus vir-
gineum possedit in mundo, cor-
pus diuinum portauit in vtero, &
corpus gloriosum possidet in cœ-
lo. Para. Inuenerūt terram latisi- 1. Par. 4.
mam, quietam, & fertilem. Cor-
pus enim beatæ virginis fuit terra
quieta à passionibus, fertilis per
prolis fœcunditatem, latissima per
gloriæ immortalitatem.

Quinto, quia terra est mundi
fundamentum, scilicet propter im
mobili-

Digitized by Google

mobilitatem : quia quasi omnia corpora mouetur circa cā, scilicet cælum, ignis, aër, & aqua, sed ipsa stat sicut fundamentu immobile.

Eccl.1. Eccles. Terra autem in æternum stat. Ita beata Maria tanquam fidei fundamentum fuit semper stabilis in ea, Apostolis ab illa recedentibus tempore passionis. Item ipsa stat, pro mundo, id est, peccatoribus semper assistens, & nunquam eis deficiens. Eccles. Vsque

Eccl.24 ad futurum seculum non desinā, id est, vsque post diē iudicij peccatoribus assistere non cessabo.

Sexto, quia terra est elementum naturaliter frigidum, & siccum. Et ita Beata Maria fuit frigida & sicca per carnis incorruptionem, quia caruit humore luxuriæ, & ar-

Iud.1. dore concupiscentiæ. Iud. Ter-

Deu.23. ram arētem dedisti mihi, Et Deu. Terram quā calcas ferrea est; ferrum enim est frigidum, & siccum.

Septimo, quia terra est quantita te minima. Et ita beata virgo fuit per paupertatis extenuationem minimum habens de mundo. Gene. Crescere me fecit Deus in

Gen.41 terra paupertatis meæ. Hiere. Aspe-

Hier.4. xi terram, & ecce vacua erat.

Octauo, quia terra est qualitate obscura. Ita Beata virgo obscurata, & turbata est in filij sui passio-

Isa.60. ne. Isa. Ecce tenebræ, scilicet afflictionis, & doloris operient terrā, id est, beatam virginem. Et in eo-

Isa.33. dem; Luxit & elanguit terra.

Nono, terra est figura sphærica. Et Beata Virgo fuit figura sphærica inquantum habuit plenitudinem gratiæ. Nā sicut figura sphærica probatur à philosopho esse perfectissima figurarum; & ipsa fuit perfectissima feminarū. Istud autem quod philosophi vocant sphęram terræ, sacra scriptura vocat orbem terræ. Vnde eadem est figura sphærica, & orbicularis. De

Psal.88. qua in Psal. dicitur, orbem terræ, & plenitudinem eius tu fundasti.

Decimo, quia terra est aquæ glutino maniua, Quia scilicet propter humiditatem aquæ tenent se adinuicem partes terræ. Et sic Beata Virgo aquæ glutino, id est, diuinæ gratiæ dono constans, & firma fuit. Vnde ipsa fuit terra rore cælestis gratiæ madens, vt habetur Iudic.

Iudic.6

Vndecimo, quia terra secundum se tota est quieta. Et ita etiā similiter tota quieta fuit Beata Virgo Maria per mentis abstractionem, & à discursibus vacationē. Vnde & ei attribuitur sabbatum, quod est dies quietis, Leuit. Sabbatum

Leui.25

erit terræ.

Duodecimo, quia terra est omnium viuentium receptaculum. Ita & Beata Maria omnes recipit ad se confugientes, immo ipsa inuitat, dicens: Tranfite ad me omnes, qui concupiscitis me, &c. Et

Eccl.14 hoc est, quia ipsa est plena miseri-

Psal.32. cordiæ, secundum illud Psal. Misericordia Domini plena est terra: & ideo ipsa data est in refugium.

Psa.132 Psal. Terram autem dedit filijs hominum.

Decimotertio, quia terra dicitur pedum Dei scabellum. Et sic fuit Beata Virgo per filij Dei susceptionē, quasi enim pedes Dei quibus mediantibus stetit in eius vtero fuerunt corpus, & anima Christi. Vnde Isa. terra scabellum pedū meorum.

Isa.66.

Item beata Virgo Maria assimilatur monte Synai propter octo. Primo, quia mons ille fuit mons misericordiæ, & promissionis. Est enim mons Synai in prouincia Madiam, cuius pars est Oreb, vbi apparuit Dominus Moysi in rubo compatiens afflictionem populi sui, & promisit liberare eum à seruitute Aegyptiorum per manum

Exod.3. eius, vt habetur Exod. Ita Beata virgo Maria tanquam misericordiæ regina, fuit promissa, & præfigurata in illo eodem rubo in quo Domi-

Dominus Moysi apparuit, sicut ecclesia dicit, Rubum quem viderat Moyses, &c. Et in alijs prophetis multis, & expressis. Et in ea impletæ sunt promissiones factæ de liberatione humani generis à seruitute diaboli. Nam in ea descendit filius Dei, & carnem nostram assumpsit ꝓ nostra liberatione. Exod. Exo. 19 Descendit Dominus super Montē Synai &c. Secundo quia mons ille fuit mons angelicæ frequentationis. Ibi enim frequenter angelus ex persona Domini apparuit, & locutus est Moysi. Vnde dicitur Act. Act. 7 quod apparuit ei in deserto montis Syna in igne flammæ rubi, &c. Et dicitur etiam, de Moyse Ibid. Hic est qui fuit in ecclesia in solitudine cum angelo, qui loquebatur in Monte Syna, & cum patribus nostris, qui accepit verba dare nobis. Ita similiter Beata Maria fuit ab Angelo visitata & salutata & de verbo vitæ edocta, sicut patet Luc.

Luc. 1. Tertio, quia Syna fuit luminis mons, & inflammationis, vt cum apparuit ibi Dominus in flamma rubi. Exodi. Et iterum ibidem dicitur, Exo d. 3 quod mons Synai fumigabat eo, quod descendisset Dominus super eū in igne, & ascēderet Exo. 19 fumus ex eo, quasi de fornace. Et hoc factum est de Beata Virgine, quando. i. Spiritus sanctus in eam superuenit, qui est ignis .i. amor diuinus, & eam æstuāti desiderio fumigare fecit, & mentem totam Luc. 1 ipsius illuminauit, & inflamāuit. Luc. Spiritus sanctus superueniet in te, &c.

Quarto, quia fuit mons pluuiæ, & roris: & sic fuit Virgo Maria in filij Dei cōceptione. Pia. Descēdet Psal. 71. sicut pluuia in vellus. &c. Hanc pluuiam siue rorē cælestē meruit Beata Virgo susципere; quia humilima fuit. Nam a superbis & elatis fugit. Reg. Mōtes Gelboe, nec 2. Re. 1. ros nec pluuia veniat super vos.

Quinto, quia Syna fuit mons diuinæ habitationis. Nam secūdum Iosephum, erat opinio hominum habitare ibi Deum, propter quod non pascebant ibi oues, nec pastores communiter approximare audebant. Ita similiter Beata Virgo Psal. 73 fuit habitaculum Dei. Psal. Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Et iterum Dominus in eis in Syna &c. Sexto quia fuit mons sapientiæ, & eruditionis. Ibi enim data est populo lex per manum Moysi. Leui. Hæc sunt præcepta atque iudicia & leges quas dedit dominus inter se & filios Israēl in monte Synai per manum Moysi. Ita similiter beata virgo illum mundo peperit, qui est verbum & sapientia patris, qui est dux et legifer noster per quem reges regnant & legum conditores iusta decernunt. Leui. 26

Septimo, quia est mons iustitiæ & comminationis. Nam beatissima virgo Maria sicut sibi deuotis & eam reuerentibus est salutis refugium, ita & contemnentibus & blasphemantibus erit ad mortis & perditionis iudicium. Vnde Ex. Exo. 19 dixit Moyses de monte Synai. Cauete ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius. Omnis qui tetigerit montem, morte morietur.

Octauo, quia erat mons pascuæ & refectionis. Vnde dicit Iosephus, quod est mons excelsus ad pascua egregius: quamuis in aliqua parte eius, vt dictum est, pastores ante Moysem propter reuerentiā non auderēt pascere oues. Sed Moyses dum approximauit, rubum ardere sine combustione vidit & Deum sibi loquentem, id est angelum sibi loquentē præsentialiter ex persona Dei audiuit, vt habetur Exo. Vnde dicitur ibi quod cum minasset gregem ad interiora deserti, venit ad montem Oreb, apparuitque ei Domi- Ioseph. de bel. iu.

nus

aus in flamma de medio rubi. Ita beata virgo in assumptione fuit, quando peruenit ad pascua æternæ beatitudinis: ad quæ etiã gregem fidelium ad eam confugientium exemplo & auxilio iugiter introducit.

Per nonnullas aquarum proprietates, quanta vita præsentis tribulationes à Dei electis æquo animo sufferantur, ritè edocetur.

Cap. XLIX.

Miseriæ, & tribulationes præsentis vitæ assimilãtur aquis, Psal. 68. de quibus in Psal. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meã. Istæ aquæ sunt transeũdæ auxilio scilicet diuinæ gratiæ, Isa. 3 ipse enim Deus dixit, Cum transieris per aquas, tecum ero. Sed iste transitus potest fieri multipliciter. Primo calcando per fidem: sicut de Beato Petro Mat. 14 legitur. Item transeundo per fortitudinem, quemadmodum legi- 3. Reg. tur Reg. vbi dicitur Semei cum 29. mille viris de Beniamin irrũpentes Iordanem, quod fuit per fortitudinem ante regem, id est, Christum transierunt vada miseriarũ præsentium. Itẽ natando, quod fit per prudẽtiam. Quicunque enim Mat. 28 natare vult necesse est quòd habeat natãdi prudentiã, & hoc significatũ est Act. vbi dicitur quod cẽturio iussit eos qui possent nata re mittere se in mari. Item nauigãdo, quod fit per pœnitentiam: Exo. 14 nauis enim pœnitentia est. Exodi. Transeuntes mare per ratem liberati sunt. Item aquas diuidendo, quod fit per virgã diuinæ Exo. 14 iustitiæ. Exo. Eleua virgam tuam & extende manum super mare, & diuide illud. Item saltando in baculo diuini adiutorij per contemplationem quod significatur Gen. Gene. 3 vbi dixit Iacob, in baculo transiui istum: Iacob contemplatiuus est qui Iordanem miseriarum præsentium debet transire apodiando se baculo diuini adiutorij. Item miseria & tribulationes licẽt de se non sint homini gratæ vel placitæ, possunt tamen effici faciles & quasi dulces ad sustinendum. Quod patet exemplo aquarum. Nam de se nullum habet aqua saporem, acquirit tamen saporem vel per collationem quam habet in poris terræ, vel per calorem solis qui dulcedinem facit in aqua eleuando subtilius eius, & permiscendo humidum aëreum quod pinguescit & dulcorat: & salsedinem inducit comburendo terrestre quod remanet. Ex his colliguntur tres modi quibus aqua tribulationis efficitur animæ sapida; vnus est per passionis Christi inspectionem. Hæc enim est colatio aquæ in poris terræ. Fuit enim corpus Christi carneum & terrestre sicut corpora nostra: & ideo per poros terræ vulnera corporis Christi possumus accipere, in quibus tunc aquam nostram tribulationum colamus: quando nihil esse quod patimur respectu doloris eius quem ipse pro nobis pertulit iudicamus. Et sic dulce & leue nobis fit si pro illo parua, qui pro nobis maxima pertulit patiamur. Hebr. Recogitate eum Heb. 12 qui talem sustinuit aduersus semetipsum à peccatoribus contradictionem, vt non fatigamini animis vestris deficientes. Gre- Gre. in gorius. Si passio Christi ad me- quadã moriam reuocetur, nihil est adeò epi. durum quod non æquo animo to leretur.

Secundus modus est per contẽplationis eleuationem. Et hæc est caloris solaris in sublime subleuatio & impinguatio. Nam calor solis, id est, feruor diuini amoris id quod subtilius est hominis, scilicet mentem eleuat ad contẽplandum cælestia, & tunc anima pinguescit aëreo humore

scili-

Digitized by Google

scilicet spirituali deuotione quæ ei omnem tribulationem dulcorat. Vnde habetur Exod. quòd dũ incalesceret sol liquefaciebat mãna, est enim vt calor solis feruor diuini amoris qui mannã liquefacit dum mentẽ afflictam in deuotionis dulcedinẽ resoluit. Tertius modus est per vrentem contritionem, & hæc est terrestris vaporis adustio, quia, scilicet, feruẽs cõtritio adurit & consumit omnẽ terrenum affectũ: & aqua tribulationis quæ erat peccati insipida, fit homini compunctio sapida: non quidẽ sapore dulci sed salso. Est enim tribulatio homini compuncto ex vna parte sapida, id est, grata, scilicet, vt à peccato purgetur; sed est ei salsa ratione causæ, quia scilicet displicet ei commisisse vnde patiatur. Vnde hoc est mare deserti, id est, pœnitentiæ, quòd est mare salsissimum, vt dicitur Iosue.

Exo.16.

Iosu.12

Tres cineris similitudines nos mortis memoriam frequenter retinere hic ostendunt.
Caput. L.

MOrtis memoria repræsentatur in cinere triplici ratione. Primo quia cinis terram fæcũdat. Ita memoria mortis ad bene operandum solicitat. Greg. Valde se solicitat in bono opere qui cogitat de extremo vitæ.

Greg. in hom.

Secundo, quia ignis per cinerẽ cõseruatur & maximè si cinis est calidus; quia si frigidus, ignem extinguit. Ita memoria mortis feruentur impressa gratiam spiritus sancti conseruat; sunt tamen qui frigidam memoriam habent, vt illi qui animam cum corpore morituram credunt. talis memoria potius extinguit gratiam quàm conseruet.

Tertio, quia cinis maculas lauat & similiter memoria mortis abluit omnium peccatorum maculas. Eccles. Memorare nouissima tua & in æternum non peccabis. Lauat enim maculas luxuriæ, si quis consideret quale futurum est quod diligit. Greg. Nihil sic ad domandũ carnis desideria valet, quã quod vnusquisque hoc quod diligit quale sit mortuum penset. Item lauat peccatum superbiæ si consideret quod ipse est moriturus qui se eleuat. Eccle. Quid superbis terra & cinis? lauat peccatum auaritiæ, si consideret quid finaliter de mundo portat. Iob. Saccum meum consui super cutem meam, & operui cinere carnẽ meam.

Eccle.8

Greg. l. mor.

Eccl.1

Iob.18

Mundus deserto mariq; comparatur & instar aeris obscurati declaratur.
Cap. LI.

MVndus est locus obscurus quia obscuratur ad modum aëris fumo vanitatis, puluere cupiditatis; & nebula carnalitatis. Ioan. Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Item aër (vt dicit Isid.) vehementius concitatus ventos, tonitrua & coruscationes efficit, contractus nubila gignit, conspissatus pluuias facit, congelatus niues & grandines introducit. Sed rarefactus serenitatem adducit. Mundus autem aliquando concitatur per superbiã, & tunc generat vẽtos persecutionũ, tonitrua comminationũ, & coruscationes siue fulgura percussionum. Aliquando vero contrahitur per auaritiã, & tunc obnubilatur & obscuratur, quia (sicut dicit Greg.) Tenebra animæ, est diuitiarum cupido. Aliquando vero conspissatur & impinguatur per gulam: & tunc pluuias facit, id est, fluxum luxuriæ: proxima enim sibi sunt (vt dicit Greg.) venter & genitalia. Aliquando vero congelatur per accidiam; & tunc si faciat opera quæ videantur alba, id est, pura

1.Ioa.2

Isid. lib. eth.

Greg.

vel

vel bona, sunt tamē frigida & cito destructibilia. Quandoque vero rarescit, id est, subtiliatur per pœnitentiam, & tunc serenatur per gratiam.

Item mundus assimilatur mari. Primo, quia mare est multorum periculorum contentiuum : Est enim mare periculosum. Primo, Matt.8. propter motum. Mat. Motus magnus factus est in mari, propter quem motū mare est tempestuosum, procellosum & tumultuosum. Et ita mare mundi est tēpestuosum ex cōtrouersia, procellosum ex infortuniis, tumultuosum 2.Co.11 ex iniquitatibus & vitiis. Cor. Pe- Dan.4 riculis in mari : secundo propter ventum est in mari impulsio contrariorum ventorum. Dan. Quatuor venti pugnabant in mari: nam vt ventus auster, est præsens prosperitas, vt aquilo aduersitas: orientalis inspiratio gratiæ: occidentalis suggestio malitiæ. Tertio est periculosum propter defectum tam scilicet nauis quā nautæ, id est, gubernātis. Nauis enim siue lignum cum quo habemus transire hoc mare, est hoc corpus quod est vas fragile propter passibilitatem: graue propter peccati onerositatem, & multis foraminibus penetrabile, propter sensuum susceptibilitatem. Sunt enim sensus, vt foramina quædam per quæ multa mala ingrediuntur. Item est frequenter defectus nautæ periti, id est, rationis prudenter regentis. Omnia hæc pericula sentiāt homines periti in mari huius mundi. Eccl. Qui nauigant mare, Eccl.44 narrant periculā eius.

Secundò, mare est animantium & multiplicium monstrorū productiuum. Vnde (secundū Rabanum) plura mōstra producit ma- Hab. re quam terra. Psalm. Hoc mare Ps.103 magnū est, spaciosum manibus: illic reptilia quorum non est numerus. Ita in mari mundi sunt animantia diuersa & monstruosa multa, non tantum corporaliter sed etiam spiritualiter. Sunt enim in mundo homines animales, id est sensuales ad modum piscium, Eccl.1. secundum illud. Facies homines sicut pices maris: & dicuntur animales, id est, sensuales, non sapientes illa quæ Dei sunt : quia animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Item sunt 1.Cor.2 monstruosi velut illæ beluæ, de quibus habetur Dan. quōd surgebant de mari. Nam prima quæ erat similis leoni, signat superbiā vitæ. Secundo quæ erat similis vrso, signat voluptatem carnalis cōcupiscentiæ. Tertia, quæ erat similis pardo, signat cupiditatem auaritiæ. Quarta quæ habebat dētes ferreos terribiles, signat crudelitatem malitiæ. Dan.4.

Tertio quia mare est nubium & nebulæ, & ventorum generatiuum. Et similiter etiam mundus generat nebulas errorum, nubes vitiorum, ventos persecutionum siue tentationū propter quas præcipitantur & suffocantur multi. Mat. Grex præcipitatus est in ma- Matt.5. re, & fuit grex porcorum, id est, hominum carnaliter viuentium.

Quarto, quia mare est lunæ imitatiuum. Dicit enim Philosophus, quòd mare imitatur naturam lunæ. Nam sicut adamantem sequi- Aristot. de pro. tur ferrum, sic mare sequitur Lunæ cursum, vnde semper est mare ele. in summo augmento & vigore, quando luna est plena lumine, siue versus cælum vt in nouilunio, siue versus terram, vt in plenilunio. Et sicut luna in suo lumine plus proficit, vel deficit: sic mare crescit amplius vel decrescit, vt supra dictum est capitulo. 48. Sed sicut mare ipsum imitatur lunam, ita mundus sequitur fortunā. Vnde sicut crescit, vel minuitur fortuna alicuius, ita multum vel parum eum appreciat mundus. vnde

I metrica

Digitized by Google

metricè dicitur. Cũ fueris fœlix, multos numerabis amicos. Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Itẽ mudus assimulatur deserto.

Primo, quia desertum est locus infructuosus, nõ enim colitur nec seritur. Sic mundus, id est, mundani homines, nõ scindũtur aratro pœnitentiæ, nec recipiunt semina doctrinæ, ita vt eis applicetur, nec semen diuinæ gratiæ, & ideo nec fructus operum producunt meritorios æternæ gloriæ.

Hier. 17 Hiere. Erit quasi miricæ in deserto, quæ scilicet sunt infructuosæ.

Secundo, quia desertum est locus spinosus, id est, spinis & vepribus plenus. Et sic etiã in mundo abundãt spinæ, id est, solicitudines temporalium, quę mentem inquietant, vel spinæ, id est, punctiones tribulationũ, quæ cor vel corpus cruciant, vel spinæ, id est, inordinationes peccatorum, quæ conscientiam pungunt & lacerãt.

Iud. 8. Iud. Conteram carnes vestras cũ spinis tribulisque deserti.

Tertiò, quia desertum est locus periculosus. Est enim venenosorum animalium domicilium, ferarum latibulum, & latronũ habitaculum. Sic in deserto mundi sunt animalia venenosa per luxu-

Mala. 1. riam. Malach. Posui hæreditatem eius in dracones deserti. Itẽ sunt ferę, id est, feri per superbiã: vnde

Dan. 4. superbo Regi Nabuchodonosor dictum est, Eiiciam te ab hominibus, & cum bestiis ferisque erit habitatio tua. Item sunt in deserto mundi latrones per auaritiam.

2. Co. 11 Qui enim pauperes vsuris & exactionibus & aliis tributis spoliãt, mundi latrones vocantur. Periculis latronum.

Quarto, quia desertum est locus defectuosus, quia est locus sitis & ariditatis. S. aqua carens Psa.

Psal. 62. In terra deserta inuia, et inaquosa: ita in hominibus mũdanis est ariditas & sitis inordinati appetitus & insatiabilis circa peccata & temporalia. Psa. Esurientes & sitientes, anima eorum in ipsis defecit. Et hoc est, quia deficit eis aqua, scilicet gratiæ quæ hanc sitim inordinatam extinguit. Io. Si quis biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternũ. Vbi ergo hęc aqua deficit, est sitis insatiabilis. Psal. Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Psæ. 1 Io. 4. Psa. 14

Quinto, quia desertũ est locus æstuosus, sardoribus Solis expositus. Habent enim mundani continuum ardorem solis, s. inordinatum amorem prosperitatis, Ioel. Ignis comedit speciosa deserti. Et vocat ignem ardentissimum ardorem solis, qui est inordinatus affectus cupiditatis. De quo in Psal. Per diem sol non vret te, neque luna per noctem. Ioel. 1. Psal. 2.

Sexto, quia desertum est locus meticulosus, quia est locus horroris & vastæ solitudinis. Est enim mundus illa solitudo deserti, de qua dicitur: Ductor tuus fuit in solitudine magna atq; terribili, in qua erat serpens flatu adurens, & scorpio & dipsas. Serpẽs flatu adurẽs est ipse mũdus, qui flatu suæ cupiditatis inficit. Scorpio in facie blandiens, & retro pungens; est caro siue voluptas corporis. Dipsas autẽ latenter interficiens, est diabolus: & hæc timorem debent incutere & horrorem. Deut. 8

Septimo, quia desertum est locus deuius: locus enim est desertum deuij, & erroris. Vnde Psalm. Errauerunt in solitudine, in inaquoso viam ciuitatis & habitaculi non inuenerunt. Sunt enim in deserto viæ deuiæ, fruticibus plenæ, arenosæ, lapidosæ, puluerulentæ, fœtulentæ, & aliis incommodis onerosæ. Similiter in mundo sunt viæ deuiæ ita cundorum, quia præcipuè ira facit à ratione deuiare, sed fruticibus & vepribus plenę sunt vię pigro- Psa. 11

Digitized by Google

Prou.4 pigrorum, secundum illud: Per agrum pigri hominis trāsiui, & per vineam viri stulti: & ecce totum repleuerant vrticæ, operuerant superficiem eius spinæ. Osc. Sepiam viam tuam spinis. Viæ autem arenosæ, sunt viæ auarorum, qui aurum quærunt. Omne enim aurum tanquam arena est exigua. Sap.7 Sed lapidosæ & scandalosæ sunt Eccl.21 viæ superborum. Eccl. Via peccātium complantata lapidibus. Sed viæ puluerulentæ, sunt viæ gulosorum, qui nutriunt puluerē, id est, corpus in puluerem reuersurum. Eccl. 12 Ecclesiastici: Reuertatur puluis in terram suam. Fetulentæ autem sunt viæ luxuriosorum, qui fœtent per carnis corruptionem. Omnis quippe caro corruperat Gene. 6 viam suam. Genes. De cadaueribus eorum ascendet fœtor. Isai. Isa. 34 Viæ autem onerosæ & difficiles, sunt viæ inuidorum, qui ex multis Sap.5 tis torquentur. Sap. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis: ambulauimus vias difficiles. Omnis ergo peccatorum via est ficut via deserti, de qua 2.Re.4. dicitur: Abierūt per viam deserti tota nocte.

Item mundus est similis spelunca: est enim spelunca fouea subterranea, à speculando dicta: habet enim ex parte lucis introitū latum, sed terminum habet acutum, vnde locus est lucidus in ingressu, obscurus in progressu, sed arctus & insipidus in egressu, si tamen inueniatur egressus, vt dicit Damascen. Sic homo Dama. mundum ingrediens habet introitum lucidum, dum in vitam nascitur, quia vita erat lux hominum: sed habet progressum obscurum, quia scilicet in mundo viuendo, multis tenebris ignorantiæ, & peccatorum inuoluitur. Sed habet egressum arctum, & insipidum, dum moritur. Nihilominus tamen mundus est locus ad speculandum. Apost. Videmus nunc per speculū 1 Co.13 in ænigmatæ.

Quomodo spiritualis homo varie permutetur, per sex corporis species mutationum, quæ hic sigillatim recensentur, exprimitur. Cap. LII.

MVtatur homo sex modis spiritualiter, secundum quod sex Arist.2 modis mutantur res corporaliter. phy. Sex enim sunt (secundum philosophum) species mutationis, quæ cōpetunt vitæ spirituali, scilicet corruptio, & generatio, augmentum, diminutio, alteratio, & loci mutatio. Corruptio fit salubriter in homine pœnitente per peccati destructionem. Apostolus: Destruatur corpus peccati, vt vltra Rom.6. non seruiamus peccato, Gene. Mundamini ac mutate vestimenta vestra. Ipsa enim peccati destructio, est mentis mundatio. Generatio vero fit in pœnitente per gratiæ reuocationem, quam scilicet confertur homini nouum esse gratuitum, Pet. Quasi modò 1.Pet. 2 geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite. Sed quia talis gratia pendet ex Deo gratiam infundente, dicitur in Psal. Psa. 101 Mutabis eos, & mutabuntur. Augmentum fit in proficiente per virtutum extensionem, Prouerb. Prou.4 Iustorum semita quasi lux splendens procedit & crescit vsque ad perfectum diem. Et quia talis profectus est per gradus. vij. virtutū, vel septem donorū, dicitur Dan. Dan.4 Septem tempora mutabuntur super te.

Diminutio fit in prudente per humilitatis reputationem, secundum illud Apost. Ego sum mini- 1 Co.15 mus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus.

Alteratio vero debet fieri in præsidēte per morum mutationē: Nā præcipue ad prælationē assumptus, mutare & corrigere debet

Digitized by Google

mores inordinatos, sicut dictum
1.re. 10 fuit Sauli. Mutaberis in virum alterum. Loci mutatio fit in sapiente per diuersorum contemplationem. Est enim triplex motus localis, rectus, circularis, & obliquus. Hunc enim triplicem motū beatus Dionysius attribuit animę, sic.
Dio. de diu. no. Nam quia motus circularis est secundum quem mouetur aliquid vniformiter circa idem centrum, ideo operatio intelligibilis quæ simpliciter habet vniformitatem. dicitur esse circularis : & hoc est quando anima relictis exterioribus ad seipsam regressa, cessante discursu, figit intuitum suum in contemplationem vnius simplicis veritatis, & tandem prætermissis omnibus in sola Dei comtemplatione persistit. Talis enim animæ motus dicitur vniformis, quia remouetur triplici difformitate.

Primo à difformitate rerum exteriorum, per hoc quod illis relictis anima redit ad seipsam. Et iste erat motus siue circulus sanctorum animalium. Ezec. Anima-
Ezech. 1 lia (inquit) ibant ad exteriora conspiranda, & reuertebantur ad interiora contemplanda.

Secundo à difformitate discursus suum interiorum. sic ex hoc, quod relicto discursu rationis, figit intuitum suum in contemplatione vnius simplicis veritatis. Vnde hæc est vniformitas de qua Dñs dixit, Porro vnum est necessariū.
Luc. 11. Tertio remouetur difformitas intellectus, cū prætermissis omnibus in sola Dei contemplatione persistit. Et hanc vniformitatem appetebat Philippus dicens : Domi-
Ioan. 1. ne ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Motui autē recto assignat beatus Dion. illam operationem intelligibilem, qua proceditur de vno in aliud, sicut quando anima procedit ab exterioribus sensibilibus ad intelligibilem cognitionem. Motui autem obliquo, qui compositus est ex recto & circulari, assimilatur illa operatio intellectus, quæ habet aliquid vniformitatis simul cum processu ad diuersa, prout scilicet anima illuminationibus diuinis ratiocinando vtitur.

Tria precipua mala (ex Diui Pauli doctrina) secularia negocia qua ipsis aquarum vece placulis comparantur, nobis inferre videntur.

Cap. LIII.

NEgocia secularia assimilātur receptaculis aquarum, & habitibus ingentibus, quæ sunt in corpore terræ, in quibus (vt dicit Theophrastus, & Seneca refert) generantur animalia informia & tardi motus & cęca, vt plurimum, sicut sunt talpæ, pisces etiam pinguissimi, generantur in illis fluminibus de quibus quidam comederunt & mortui sunt. Sic qui negocijs secularibus implicantur; efficiuntur animales per concupiscentiam. Iudæ: Hi sunt qui segregant semetipsos, animales spiritum non habentes. Item informes per malitiam, contra quos dicit Apostolus. Nolite conformari huic seculo, sed reformamini. Tardi motus per negligentiam. Prouerb. Dicit piger, Leo est in via. Item cæci per ignorantiam. Mat. Sinite illos, cæci sunt. Item comedentes de talibus eos imitando vel eis se confirmando, spiritualiter moriuntur; & propterea dicitur, quod nemo militans Deo, implicat se negocijs secularibus, vt ei placeat cui se probauit. vbi ostendit Apostolus, quod negocia secularia tria mala faciunt homini.

Iudæ. 8.
Ro. 12.
Pro. 20.
Mat. 15
2. Thim

Primum est, quod impediunt Dei militiam, Vnde dicit. Nemo militans Deo, & figuratum est in Dauid, qui indutus armis Saulis non poterat ire ad pugnam contra Philistheum quousque exuit illa.

1. Re. 17

Saulis

Digitized by Google

Saulis enim arma: sunt seculi negocia, quibus impeditur miles Dei ne pugnare valeat contra diabolum: vnde talia arma impediũt non defendũt, quia arma militiæ nostræ non carnalia, sed spiritualia sunt, vt dicit Hiero.

Hier. in epist. ad Pau.

Secundum malum, quia implicat humanam vitam. Vnde subdit, implicat se negocijs seculari bus. Negocia enim seculi, hominẽ implicant. & inuoluunt. & inuoluendo detinent, vt non possit abeis, cũ vult, exire. Faciliter enim tales à mundo superantur. Pet. His rursus implicati superantur. Itẽ negocia secularia implicant, et inuoluunt hominem, ita vt faciãt eum in multa peccata cadere. Et propter hoc dicitur Eccl. Qui implicatus est, abundauit malitia.

2. Pet. 2.

Eccl. 34.

Tertium malum est, quia impediunt diuinam gratiam, per quã homo Deo est acceptus: & ideo subdit. Vt ei placeat: cui se proba uit. quasi dicat, si se implicaret; non ei placeret. Et ratio est, quia subtrahunt hominem à spirituali bus. Hebre. Si subtraxerit se, non placebit animæ meæ.

Heb. 10.

Superioribus sedulo parendum, planetarum exemplis, qui firmamento naturaliter obsequuntur, declaratur.

Cap. LIIII.

OBedire superioris mandato, & consentire prudentioris consilio debet homo celeriter: sed proprio sensui credere, vel proprium appetitum implere tardius eum oportet. Cuius exemplum apparet in motibus planetarum, qui motui superioris orbis scilicet firmamenti qui est ab oriente in occidentem, mouentur velocius scilicet in vna die. Nam raptu firmamenti singulis diebus ab ortu ad occasum rapiuntur: motu autem suo quo mouentur econtrario ab occidente in orientem, tardiori tempore perficiunt cursum suum. Nam secundum computationem astrologorum vnusquisque tanto mouetur tardius, quanto magis distans est a centro, vnde secundum eos motui lunæ deputatur tempus vnius mensis: Soli, Mercurio, & Veneri deputatur tempus vnius anni, Marti autem dantur duo anni. Ioui. xij. Saturno. xxx. Stellis autem fixis. xxxvi. milia annorum. Et sic patet, quod planeta seu stella quanto altior, tanto in suo motu tardior: quia quanto aliquis est maior vel sapientior, tanto debet esse in sensu suo humilior, & in facto suo maturior, & consultior. Non enim tarde fit, quod bene fit. sicut Octauianus Imperator legitur dixisse, scilicet sub alijs verbis. Satis, inquit, cito fit, quicquid bene fit. Prouerbio. Qui festinus est pedibus offenditur.

Pro. 19.

Montis Libani perfectiones recensentur, quibus Prædicatorum ordo comparatur.

Cap. LV.

ORdo Fratrum Prædicatorum similis est monti Libani, vnde in honorem patroni eius scilicet beati Dominici legitur Euangelium Matthæi, vbi dicitur: Non potest ciuitas abscondi supra mõtem posita, Nam ciuitas istum montem protegens, & decorans est ipse: ergo ordo eius congruè monti Libani assimilatur.

Mat. 5.

Primo propter culmen eminentiæ. Est enim Libanus mons Phœnicis altissimus, qui omnes montes illius regionis excedit. Et sic ordo Fratrum Prædicatorum omnes alios videtur excedere quodammodo ordines ex ipsa sua origine, & nomine, ex eo quod maxime assimilatur religioni Christi, & Apostolorum. ipse enim Christus Apostolus suos principaliter elegit, & religionem eorum instituit

Digitized by Google

stituit ad officium prædicandi. vnde ait Io. Ego elegi vos vt eatis. Io.15 & fructum afferatis, scilicet animarum, &c. Nulla autem est hodie alia religio quæ à suo principio fuit instituta ad hoc officiū, nisi ordo Fratrum Prædicatorū. Vnde fundatori ipsius ordinis scilicet beato Dominico dictum est per visionem ab apostolis, Petro & Paulo, quorum vnus sibi baculum & alter librum obtulit, Vade, & prædica: quoniam à Deo ad hoc ministerium es electus, quod & ipsum nomen declarat: quia ordo prædicatorum vocatur. Et ideo merito de hoc monte, id est ordine, intelligi Isa.2 potest illud Isaiæ: Erit mons domus Domini in vertice montium, &c.

Secundò propter libamen obedientiæ vel reuerentiæ. Dicitur enim Libanus à thure quod ibi nascitur, ex eo quod thus Deo libatur, & cultui eius offertur. Similiterin ordine Fratrū Prædicatorum præcipuè reperitur libamē obedientiæ, per quā seipsos Deo offerunt in odorem suauitatis, eo modo quo dicebat Apostolus. 2.Th.4. Ego enim iam delibor. Cant. Vadam ad montem myrrhæ, & ad Cant.4. collem thuris.

Tertio, propter candorem continentiæ. Nam libanus, candidus interpretatur, quia perpetuis niuibus decoratur. Hic candor est in ordine Prædicatorūm propter obseruantiam perpetuæ castitatis, quæ est vt quidam candor carnis. Hiere. Nunquid de petra agri Hier. 17 deficiet nix Libani? quasi dicat, non deficiet. Psal. Niue dealbabuntur in Selmon, mons Dei mōs Psal.67. pinguis.

Quarto, propter emanationem sapientiæ. Est enim Libanus mōs aquæ indeficientis: vnde ibi erant putei viuentium aquarum, quæ impetu fluebant de Libano, vt dicitur Can. Ité est Libanus fons & origo fluuiorum, ex cuius radice oriuntur duo fontes scilicet Ior, & Dan, qui simul iuncti Iordanis nomen efficiunt, vt Hie- Hiero. rony dicit. Ita in ordine Prædicatorum est puteus aquæ viuentis, & indeficientis, id est, profunditas sapientiæ salutaris. Vnde emanant flumina doctrinæ spiritualis: sed duo eius præcipui fontes fuerunt duo eius eximij doctores, scilicet Frater Albertus, & Frater Thomas, qui simul iuncti non solum tempore sed etiā opinionum concordia, mirabilē fluuium sapientiæ profuderunt regioni Israëlitarum, id est, Ecclesiæ fidelium: prout in eorum libris, qui sunt quasi innumerabiles, euidentius claret. Plures etiam alij putei viuentis aquæ, id est, doctores profundissimi pleni aquis salutaris scientiæ in hoc Ordine fuerunt, & sunt, in quibus aqua sapientiæ huius Ordinis indeficiens perseuerat. Iosu. Steterunt aquæ in loco vno, & ad in- Ios.4 star montis.

Quinto, propter suauitatē redolentiæ. Est enim mons Libanus, mons redolētiæ, & aromaticitatis propter quod dicitur Eccl. Quasi Eccl. 3 Libanus odorem suauitatis habē te, &c. Ibi enim sunt arbores thuriferæ, & herbæ odoriferæ pluri mæ crescunt ibi. Et ita etiam simili modo in ordine Prædicatorum sunt arbores thurifere, id est, plurimi Fratres magnæ deuotionis, & multæ orationis. Nā thura siue incensa signāt orationes sanctorum, vt habetur Apoc. Item sunt ibi herbæ odoriferæ, id est, Apoc. quā plurimi Fratres magnæ opinionis, odorē bonæ famæ vndiq; diffundentes, Ecc. Quasi Libanus nō incisus odor meus: vnde inter Eccl.2. montes aromaticos Israel inter religiones sanctorū seu ordines ordo iste beati Dominici præcipuum

Cant.4.

Hiero.

Digitized by Google

puum locum tenet. Et de his aromaticis mõtibus dicitur Can. Fuge dilecte mi assimilare capreæ hinnuloq; ceruorum super mõtes aromatum. Cant. 8.

Sexto, propter fertilitatem gratiæ. Nã propter roris abundantiã, & pluuiarũ frequentiam, herbis abundãt præcipuis, pascuis vberrimis, & fructibus optimis. Sic in ordine Prædicatorum abũdat ros diuinæ, gratiæ, pluuia spiritualis doctrinæ. Et ideo sunt ibi herbæ virtutum, pascua scripturarum, & optimi fructus animarũ. Ose. Erũperet radix eius vt Libani. ibunt rami eius, & erit quasi oliua gloria eius, & odor eius vt Libani. Cõuertentes sedentes in vmbra eius viuent tritico, & germinabunt quasi vinea memoriale eius quasi vinum Libani. Vnde iste inter montes fructiferos siue herbiferos, id est, ordines salutiferos de quibus dicitur in Psal. Qui producit in montibus fœnũ, & herbam, &c. pinguissimus, & fertilissimus existit: & ideo est mõs eius pinguis, vt supra allegatum est. Ose. 14. Psa. 134

Septimo, propter quietem confidẽtiæ. Nam est mons confidentiæ; & securitatis: quia qui illuc deueniunt, à venenosis omnibus tuti sunt, quæ aromaticitate sua fugere coguntur. Ita in hoc venerabili Ordine confidẽter requieuit ecclesia tuta scilicet ab omnibus venenosis, id est, vniuersis hæreticis, quos præcipue iste ordo fugauit sua sapientia & virtute: vnde iste est mõs firmissimus, & securus, de quo dicitur Exo. Introduces eos, & plãtabis in mõte hæreditatis tuæ firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es Domine. Exo. 15.

Octauo propter pulchritudinẽ, & amœnitatem apparentiæ, scilicet propter virentiam arborum. Et sic ordo Prædicatorum etiam in apparentia exterioris habitus, pulchritudinem, & decentiam habet. & hæc repræsentat pulchritudinem spiritualem quæ debet esse in eis qui talem habitum portant, scilicet, & albedo munditię, & nigredo pœnitentiæ. Isaiæ. Gloria Libani data est ei, decor Carmeli. Isai. Quam pulchri sunt montes &c. Esa. 25. Isa. 52.

Nono propter medicamen prudẽtiæ, sunt enim in hoc mõte species, & herbæ aromaticæ cõtra diuersa genera morborũ. Can. Nardus, & crocus, & fistula, & cinamomum cum vniuersis lignis Libani. sic in ordine Prædicatorũ sunt prudentissimi confessores, & consiliatores, scientes contra omnes animarum morbos debita consilia, & remedia adhibere propter quod de isto monte dicitur Gen. In monte te saluum fac, ne & tu simul pereas. Cant. 4. Gene. 5

De monte Moriam, in quo Abraham filium suum sacrificare voluit: Iacob que obdormiuit, & scalam cacumine cælum tangentem comspexit, quibus omnibus Christi passio anima nostra salutaris assimilatur.

Cap. LVI.

PAssio Christi assimilatur monti Moriam.

Primo, ratione immolationis. Nam hic fuit ille mons, in quo Abraam Ilaac filium suum super aram posuit ad immolandum. Et similiter Christus in passione fuit positus in ara crucis, vt immolaretur pro nobis. Vnde dicitur: Cum colligasset Isaac filium suũ, posuit eum in altari super struem lignorum: extenditque manum, & arripuit gladium vt immolaret filium suum. Si quidem Isaac, Christum Dei præfiguravit, qui fuit pro nobis ligatus à Patre, etiam pro nobis passioni expositus in altari, id est, in alto aëre super lignum crucis affixus, & vehementissimi doloris & passionis gladio confossus, & pro Gen. 12

Digitized by Google

nostris peccatis Deo patri immolatus Et totum hoc fuit in monte prædicto, id est, in altitudine diuinæ dispositionis prædinatum.

Gen.22 Gene. Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis, atque in holocaustum offer eum super vnum montium quem monstrauero tibi.

Secundo ratione mortis. Nam fuit ille mons, in quo Iacob dormiuit, & scalam porrectam vsque

Gen.28 ad cælum conspexit. Gen. Dormitio autem Iacob in monte, fuit mors Christi in cruce & quòd vidit scalã ad cælum, ostendit quòd per humilitatem mortis in cruce meruit gloriam ascensionis in cę-

Luc.24. lum, secundum illud. Nonne oportuit pati Christum, &c.

Item per hoc idẽ ostẽdit, quòd per passionem crucis aperta est ianua regni cælestis.

Tertio ratione redemptionis. Nam hic est mons gratiæ, quem monente Angelo dũ populus cæderetur, Dauid ab Ornã Iebuseo iusto precio emit, vbi altare instituit, & hostias immolauit, sicque placato Deo; populi plaga cessa-

1 Par.21 uit. In quo præfigurata est & humani generis iusto precio sanguinis Christi redemptio, & ipsa Christi immolatio, Dei placatio siue reconciliatio, & electorum liberatio.

Heb.6. Quarto, ratione orationis. Nam ibi Salomon domum orationis, id est, templum ædificauit. Ita ædificauit Christus multiplicium orationum genera in passione vel cruce, siue pro calicis translatione, siue pro inimicorum com-

Luc.22. punctione, siue pro spiritus sui

Luc.23. susceptione in omnibus exaudi-

Hebr.5. tus est pro sua reuerentia. Ita passionis Christi frequens meditatio eleuat animam à terrenis. Nam testa oui plena rore bene clausa, in calore forti, posita iuxta hastam, ascendit à terra per hastam. Oui testa est mens deuota, quæ rore plena est, quando est ad lachrymas per compunctionẽ parata: sed tunc est bene clausa, quando stat sub humilitatis custodia. Tunc autem iuxta hastam ponitur, quando iuxta crucem locatur, & si sit in forti calore, id est, feruenti passionis Christi meditatione, vel feruenti Christi amore, scilicet vt bene contempletur, & sentiat, quàm vehementem, & ineffabilem amorem in cruce nobis Christus ostendit; tunc mirabiliter eleuabitur & rapietur à terrænis. Vnde Chri-

Ioan.12 stus dixit: Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Nam si calor solis attrahit vaporem; multo fortius amor, & virtus Christi, attrahit mentem.

Terra stabilitas, ipsius summa passibilitas grauia aquo animo sufferre nos edocet.

Cap. LVII.

PAtienter sustinete grauia, & non perturbari ex eis, docet nos terra. Quæ (secundum Isido.) ideo vocatur solum, quia est elementum solidum, cuiuslibet ponderosi corporis sustinens totam molem: propter quod quælibet grauia sursum mota, quousque stabilem tangant terram, manent penitus inquieta, & continuant motum suum, quo incæperunt moueri: sed quietantur, cum peruenerint ad eam. Similiter fortis & patiens, solidum habet animum ad quælibet onerosa, & grauia æquanimiter toleranda, nec generat grauis res aliquam perturbationem vel inquietudinem in eo, qui etiam inter inquietudines solus quietus manet, & firmus. Sed istam 1.Co.13 soliditatem, & firmitatem charitas operatur in anima: quia charitas patiens est, & omnia sufferr.

Nec

Nec vera sufferentia est, quæ sine charitate est: quia vera patientia est, quæ ipsum amat, quem portat. Nam tolerare & odisse, non est virtus mansuetudinis, sed velamen furoris, sicut Grego. dicit. Sed norandum est, quòd terra licèt sit summè stabilis quo ad situm, est tamen summè passibilis per affectum. Et similiter homo patiens, licèt de propria non irritetur iniuria, nec tribulatione turbetur, tamen alienæ miseriæ valde, & ex corde cõpatitur. Unde Apostolus (qui de sua infirmitate commotus non fuit) aiebat: Quis infirmatur, & ego non infirmor?

Greg. in mor.

2. Co. 11

Septem vitia capitalia conscribũtur, quæ igni, nubi, tonitruo, mari, lacus, & denique ipsi fonti diuersimode comparantur.

Cap. LVIII.

PEccatum assimilatur igni triplici ratione.

Primo ratione ardoris: est enim aliquis ignis qui maximè excedit in ardore, scilicet infernalis, aliquis excedit in fœtore, scilicet sulphuris. aliquis verò in terrore, vt ignis fulguris.

Primus ignis infernalis est ignis luxuriæ. Ezech. Ab aspectu lumborum eius deorsum igni. A lumbis enim deorsum sunt instrumenta luxuriæ: hic autem ignis est denigratiuus. Vnde infernales nigri pinguntur propter obscuritatem culpæ, & pœnæ. Ignis autẽ luxuriæ denigrat per fumum infamiæ. Ioel. Dabo prodigia in terra deorsum, sanguinem, ignem, & vaporem fumi. Terra deorsum, est caro de terra sumpta, quæ est pars hominis infima, ex cuius videlicet luxuria plurimum sequitur sanguis, id est, sanguinis effusio, & ignis, id est, concupiscentiæ inflammatio, & etiam vapor fumi, id est, famæ denigratio. Item iste est ignis consumptiuus. Iob.

Ezec. 8.

Ioel. 3.

Ignis est vsque ad consumptionẽ deuorans. Deorat enim luxuria vsque ad consumptionem animæ per gratiæ expulsionem, vsque ad consumptionem vitæ per humoris resolutionem, & vsque ad consumptionem temporalis substantiæ per diuitiarum effusionẽ. Luc. Dissipauit substantiam suam viuẽdo luxuriosè. Item iste ignis est detentiuus: nõ enim ex igne inferni potest aliquis erui nisi diuino miraculo, sicut erutus dicitur Lazarus resuscitatus à Christo. Vnde dicitur quòd postea nunquã risit ex horrore illarum pœnarum inferni, quem conceperat. Sic etiam ex igne luxuriæ nõ potest aliquis liberari nisi diuino miraculo, & gratiæ ipsius suffragio. Sap. Non possum esse continens nisi Deus det. Vnde necessaria est sanctorũ oratio ad talem gratiam impetrãdam. Num. Orauit Moyses, & absorptus est ignis. Item iste ignis luxuriæ est fomentorum susceptiuus: Siquidem hunc ignem luxuriæ, nutriunt & fouent iuuenum lasciuiæ. Psalm. Iuuenes eorum comedit ignis, scilicet luxuriæ. Item diuitiarum copiæ. Psalm. Exarserunt sicut ignis in spinis. Spinæ enim dicuntur diuitiæ propter punctionem solicitudinum, quę multum tamen luxuriæ præbent opportunitatem. Item deliciarum affluentiæ. Iob. Terra de qua oriebatur panis, scilicet delitiarũ in loco suo, igne subuersa est. Item ornamentorum pompæ quæ homines alliciunt & appetitum accẽdunt. Isa. Gloria eius succensa dabit ignem, & vermes: ignem, id est, ardorem concupiscentię: & vermes, id est, corruptionem luxuriæ, vel vermes, id est, remorsus conscientiæ.

Luc. 15.

Iob 31.

Iob 10.

Sap. 8.

Num. 11.

Psal. 77.

Psa. 117

Iob 29.

Isa. 11.

Secundus ignis, scilicet ignis sulphureus, est ignis auaritiæ, qui videlicet est insatiabilis. Prouerb. Ignis nunquam dicit sufficit.

Pro. 30.

Digitized by Google

Eccl.5 Ecclesiasti. Auarus non implebitur pecunia. Item est inextinguibilis. Isa. Ignis eorum non extinguetur, & propterea assimilatur igni sulphureo. Dicitur. n quod quædam cauernæ sunt in monte Ætnæ, quæ semper ardent, & hoc propter abundantiam sulphuris, cuius proprietatem tenet auaritia, quæ semper ardet. Psalm. Pluit super peccatores laqueos ignis, sulphur, &c. Et dicit laqueos ignis, quia per auaritiam multi illaqueantur à diabolo. Timot. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli. Item sic ignis semper est augmentabilis; quia crescente pecunia, crescit etiam amor nummi. Sic etiam augmentatis liquis, crescit ignis.

Isa.66.

Psal.10.

1. Ti. 6.

Tertius ignis, scilicet fulguris, est superbiæ. Ezec. De igne fulgur egrediens. hic est ignis descendēs sine ruens per deiectionem. Nam licet superbus primo ascendat per eleuationem, tamen postea ruit per deiectionem Iob. Ignis cecidit de cælo, hic ignis de cælo cadens, fuit superbia angelorū qui de cælo ceciderūt per superbiam. Sicut enim vapor fulguris primò ascendit nube inclusus, sed postea cum impetu descendit à suo contrario expulsus. Ita accidit primo angelo superbienti. Vnde dominus dixit, Videbam satanam sicut fulgur cadentem. Item hic ignis est ardens per ambitionem. Psal. Exarsit ignis in synagoga eorum. Item hic ignis est fumescens per ostentationem. Exo. Mons Synai fumigabat. Mons Synai, altitudo superbiæ. Item est nocens oculis per offuscationem. Apoc. dicitur, quòd de fumo egredienti de puteo obscuratus est aër, & Sol.

Ezec.1.

Iob.1.

Luc.10.

Psa. 105

Exo.19.

Apoc.9

Item peccatum assimilatur nubi propter sex.

Primò, nubes admodum spongiæ tota est cauernosa, & vana, & vacua, nulla stabilitate suffulta, sed à ventis hinc inde deducta. Quia homo qui in peccato existit, omni boni est vacuus, totus in operibus est inanis, in nullo bono proprio, situ firmus, sed magis à vento, id est, à tentatione diaboli, vel vanitate mundi ad omnia mala deductus. Vnde in epistola Iudæ: Hi sunt nubes sine aqua, quæ à vento circunferuntur. Iudæ.

Secundo, quia nubes est ex grossis, & terrestribus vaporibus generata, quod competit specialiter auaritiæ, quæ est ex terrenis, & metallicis desideriis caufata. Hiere. Qui ieuat nubes ab extremo terræ. Hier. 5

Tertio, quia nubes aliquando est obscura, & ideo solarium radiorum occultatiua: quia peccatū dum animam obtenebrat, & obscurat, videre non sinit irradiationes diuinas. Exod. Erat nubes tenebrosa. Exo. 14

Quarto, quia nubes sicut resoluta in pluuiam, est valde proficua, sic resoluta in ventum est valde nociua. Quia tēpestatis est in mari & in terra generatiua, & ex collisione sua aëris inflammatiua, & corruptionis, & tonitrui causatiua, & maximè illa quæ ex vaporibus fœtidis, & putridis generata valde est infectiua & corruptiua. Hæc autē præcipuè cōpetunt vitio superbiæ quæ omnia perturbat, rixas generat, corda ad mala inflammat & conturbat, & tonitrua timoris & morum corruptionem causat. Reg. Cæli obtenebrati sunt, & nubes, & vētus. & Eze. Ascendēs quasi tempestas venies & quasi nubes, & operies terram. & in Psal. Nubes transierunt, grādo, & carbones ignis. Et iterū in Psal. Vocem dederunt nubes, scilicet tonitrui, secūdum illud. Vox tonitrui tui in rota. Exod. Cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, 3. Re. 1 Ezc. 3 Psal. 1 Psal. 7 Exo. 1

fulgura, & nubes densissima operuit montem.

Quinto, quia nubes est hominum deceptiua: quia cùm fuerit nubes ex siccis vaporibus generata, pretēdit aquam esse futuram, sed in fine causatiua venti, & turbinis est persolutiua. Ita peccatū mortale omnes homines decipit, quia dum suauia & saporosa promittit, in fine nihil aliud quā pœ-
Pro. 25. nam inferni persoluit. Prou. Nubes & ventus & pluuia non sequens, vir gloriosus, & promissa non complens.

Sexto, quia si nubes vna fit alteri cōtraria, tempestatis est causatiua: quia hominis ad hominem discordia est omnium malorū in-
Eze. 30 ductiua. Ezech. Dies nubis tēpus gentium erit, & veniet gladius in Aegyptum.

Item peccatum assimilatur tonitruo propter quatuor.

Primo, quia tonitruum omnia
Eccl. 40 conquassat. Eccl. Substantia iniustorum sicut fluuius siccabuntur, & sicut tonitruum magnū in pluuia personabunt.

Secundo, quia tonitruum cerebrum perturbat, quia. s. peccatum
Psal. 17 rationem offuscat. Psal. Fulgura
Apoc. 4 multiplicauit, & conturbauit eos, fulgura cum tonitruis prodeunt. Apoca. Procedebant fulgura, & voces & tonitrua.

Tertio, quia tonitruum timorē
Ps. 103 generat. Psal. A voce tonitrui tui formidabūt. Et similiter peccatū
Ps. 10 pauorem caulat. Prou. Pauor his qui operantur malum.

Quarto, quia tonitruum vinum in doliis mutat. Ita peccatum mutat vinū charitatis in vinum corruptum iniquitatis. Vnde fit per peccatū pessima mutatio animæ de statu gratiæ ad statū culpæ, &
Is. 29 à spe gloriæ ad reatum gehennæ. Isa. Vilitabuntur in tonitruo & cō motione terræ.

Item peccatū assimilatur mari.

Primo, quia est timoris incussiuum, & hoc pertinet ad peccatū auaritiæ: quia auarus si nō habet, semper est in solicitūdine lucrandi: sed si habet, semper est in timo
Ose. 11. re perdendi. Ose. Formidabūt filij maris.

Secundo, quia mare est amaritudine sua dulcedinū fluminū & fontium absorptiuum, ita luxuria amaritudine sua absorbet dulcedinem precedentiū delectationū.
Prou. 5. Pro. Nouissima illius amara quasi absynthiū. Apo. Multi homines
Apoc. 8 mortui sunt de aquis, quia amarę factę sunt. Boet. Voluptates tristes
Boe. de cons. habere exitus quisquis libidinum suarū recordari volet intelliget.

Tertio, quia mare est appetitus cibi & potus ablatiuū. Hoc facit satietas, & deliciositas gulæ, quia viuentes in delitiis, perdūt appetitū corporalē & spiritualē. Vnde & sapientia quæ à sapore dicitur, quia facit superna sapere, secundum illud Apostoli, Quæ sursum
Col. 2 sunt, sapite: dicitur non esse cum mari neq; inter delicioſos reperiri. Iob. Sapientia vbi inuenitur?
Iob. 28. & quis est locus intelligentiæ? Nescit homo preciū eius, nec inuenitur in terra suauiter viuētiū. Abyssus dicit, Non est in me: & mare loquitur, Non est mecum.

Quarto, quia mare cū nebulas & nubes generat, est caliginis & obscuritatis in aëre inductiuum. Hoc competit superbiæ, quia propter ambitiones honorū & digni tatum offuscat intellectum, & rationem, vt. s. propriā mensurā homo non videat nec attendat. Et ideo superbus assimilatur dormiēti, qui habet sensus vapore somni ligatos, & offuscatos. Pro. Eris si-
Pro. 23 cut dormiens in medio mari.

Quinto, quia mare est radiorū Solis intereremptiuum. Et hoc cōpetit inuidiæ, quæ radios. i. gratias datas à Deo, impedire & intercipere conatur. Et ideo inuidi,

qui

qui aliorum gratiam offuscare conantur, & aliquando hic confunduntur, & tandem ad æternas tenebras perducũtur. Vnde dicitur Iudæ. in epist. Iudæ, Hi sunt fluctus feri maris, despumantes suas confusiones; sidera errantia, quibus procella tenebrarum conseruata est in æternum.

Sexto, quia mare est sui coloris immutatiuum. Et hoc competit iræ. quia dum homo irascitur, mutat faciem & colorem. Ezech. Apparuit rota vna iuxta animalia habens quatuor facies, & aspectus rotarum & opus earum, quasi visio maris. Talis rota est homo iratus, qui stridendo & clamando vadit & mouetur, & per impetum iræ sequitur animalia bruta, quia efficitur similis feris crudelibus & impetuosis. Et habet quatuor facies & gradus: vnam prout ira est in corde. aliam prout effunditur ore. scilicet in verbis clamorosis & cõtumeliosis. tertiam prout proditur per aliquod aliud signũ siue oris siue digitorum, sicut Itali intercludunt pollicem interduos digitos collaterales, quod vocant facere ficum, siue silbectũ, vt grammatici dicunt, vel alio signo consimili. quarta, cum opere perficitur percutiendo vel occidẽdo, & aspectus vultus variatur, & mutatur sicut mare. Mach. Facies 2. Mach & color immutatus, declarabat internum animi dolorem.

Septimo, quia mare est caloris solaris repressiuum. Et hoc competit accidiæ, quæ sua frigiditate repremit calorem solarem, id est; amoris spiritualis feruorem: & aliquando accidia ipsum spiritualẽ & vitalem calorem, id est, amorẽ totaliter in anima extinguit, & mortem spiritualẽ inducit. Apoc. Apo. 16. Omnis anima viuens, mortua est in mari.

Item peccatum manifestatur laeni primo, ratione retentionis, quia (secundum Isid:) Lacus dicitur Isido. quasi locus aquæ, quia stat & non fluit. Nam aquas recipit, alijs non effundit. Et ideo propter quietem est aquis cæteris grossior, & ad potandum peior. Et hoc competit peccato auaritiæ: quia auarus bona quæ recipit, & congregat, sibi soli retinere conatur. & alijs non infundit vel communicat largiẽdo, vnde vult semper recipere, & nunquam tribuere. Hæc scilicet auaritia vel cupiditas est quodãmodo cæteris aquis deterior: quia 1. Thi. 6 (sicut Apo. dicit) Radix omnium malorum est cupiditas. Auari ergo & cupidi, quia intendunt solum ad congregandum, & cumulandum diuitias mundi, congregabuntur ipsi & colligabuntur simul in lacu, id est, pœnis inferni: vt sicut profundati sunt in lacum auaritiæ, ita profundetur in lacum Isa. 24. miseriæ. Isa. Congregabuntur congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere. Et tangit duplicem pœnam quæ respõdebit duplici culpæ. Nam quia fuerunt auidi ad congregandum, ideo congregabuntur congregatione vnius fascis in lacum, quia verò manum habuerunt ad largiendum clausam, ideo claudentur ibi in carcere.

Secundo ratione indurationis. Nam in Reatinis paludibus & lacu, dicuntur iumentorum vngulæ indurari. Quasi autem vngulæ iumentorum sunt mentes peccatorum, quæ maximè per superbiam Dan. 6 indurantur. Dan. Miserunt eum in lacum leonum. Quasi enim lacus leonum, est malitia & crudelitas superborum: & talis crudelitas & feritas indurat cor superbi. Iob. Cor eius indurabitur quasi lapis. Iob. 40.

Tertio, ratione submersionis.

Nam in Iside est lacus in quo nihil natat, sed omnia submerguntur: & hoc pertinet ad vitium gu-

Digitized by Google

dæ, quod primos parentes nostros cum tota posteritate submersit. Et multi submerguntur hodie in aquis delitiarum. Vnde gulosis similis est Dauid, qui desiderauit aquam de lacu, id est, suauitatem & deliciositatem gulæ.

a.Reg.23

Quarto, ratione ebrietatis. Nam in Italia dicitur esse lacus, qui bibentibus tædium facit. Hoc pertinet ad iram, quæ quando excrescit nimis, quasi vinum inebriat, et rationem absorbet, et ideo homo iracundus est etiam socijs, & amicis in tædium & grauamen. Quia enim homo iratus quasi cæcus in homines impingit, ex eo quod rationis, & veritatis consilium seu

Ps.38. iudicium non expectat. Non expectabunt qui descendunt in lacum, veritatem tuam.

Quinto, ratione profundationis. Nam in quodam lacu Iudææ seu Palestinæ nihil viuum vel habens animam, potest mergi vel profundari. Et hoc pertinet ad vitium accidiæ quo non absorbetur, vel mergitur qui habet animam viuentem per charitatem: quia charitas qua anima spiritualiter viuificatur, nuquã est ociosa seu accidiosa. Vnde quando præeminet in anima, non sinit animam cadere in lacũ accidiæ. Et si aliquis labitur in vitium accidię sicut crescit accidia: ita labitur &

Thre.4. perditur ipsa spiritualis vita. Tre. Lapsa est in lacum vita mea.

Sexto, ratione variationis, quia in Traconitide est lacus ter in die dulcis, & totiens amarus, vt dicit Isid. Hoc autem competit inuidiæ, quæ quotiens ex vna parte dulcorat, & delectat, totiens ex altera contraria amaricat, & contristat. Lætatur enim inuidus, & exultat de damno proximi tripliciter, scilicet de damno personæ, de damno substantiæ, & de damno famæ siue honoris & glorię. Sed econtrario tripliciter amaricatur, scilicet, de prosperitate personæ, de augmentatione substantiæ, & de exultatione famæ & gloriæ. Et ex tali varietate & tristitia, inuidia est quædam miseria: vere enim miser est qui de aliqua miseria lætus est. Sed adhuc miserabilior censetur qui de alterius felicitate torquetur. Vnde de lacu huius miserię se eductum à Deo lætabatur Propheta dicens: Exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ. Psal.39.

Septimo, ratione generationis, quia lacus Sodomorum, dicitur mare mortuum. Mare propter suã magnitudinem; mortuum, quia nihil generat viuum. vnde nec pisces habet nec volucres: & ideo illud refertur ad vitium luxuriæ, præcipuè Sodomiticum, cuius actus non ordinatur ad generationem, sed solum ad delectationẽ. Et ideo vocatur vitium contra naturam, ex eo quod natura actum carnis ordinauit ad generationẽ prolis. Et ideo est vitium magnũ pronocans iram Dei. Apoc. Misit Apo.14 in lacum iræ Dei magnum, & calcatus est lacus.

Item peccatum assimilatur fonti propter tria.

Primo propter occupationẽ auaritiæ, quæ circa terrena intendit. Genes. Fons ascendebat de terra, Gene. 2 irrigans, &c.

Secũdo, propter ardorem luxuriæ. Eccle. Sicut viator sitiens, ad Eccl. 26 fontem os aperit. & loquitur de muliere luxuriosa.

Tertio, propter corruptionem societatis purę quæ rumpitur per malum exemplum. Prouer. Fons Prou.25 turbatus, & vena corrupta. Item peccatum in cõscientia clausum, est causa timoris & periculi, sicut vapor siccus, siue ventus inclusus in visceribus terræ, & coarctatus aliquo consimili superueniente & comprimente ipsum, & non valens expirare propter profunditatem

Digitized by Google

tatem terræ,& soliditatem,cõcutit terram sibi obuiantem & obstantem,si &c causat terræmotũ, & facit terrã trẽsire:& aliquando est causa magnorum periculorum,quia quandoque facit diluuia & effusiones aquarum & hiatuum:& quandoque scindit terram,& euertit eam,& superius fit inferius.Ita similiter peccatum in conscientia clausum, & retentũ, est causa terræmotus,id est,timoris.Matth.Vito terræmotu & his Mat. 27 Sen. quæ fiebant,timuerũt valde.Sene. Nihil timidum facit animum,nisi reprehensibilis vitæ conscientia. Est etiam periculosum,tum quia peccatum quod per pœnitentiam non deletur,mox suo pondere ad aliud trahit:& sic est causa cadendi, sicut terræmotus facit cadere domos.Apoc. Terræmotus factus Apo. 11 est magnus,& quarta pars ciuitatis cecidit:tum etiam quia dum homo diutius in peccato manet, Deus cum subito percutit & subuertit,sicut quandoque terræmotus subito fit, qui commouet & subuertit.Act.Subito terræmotus Act. 16 factus est magnus,ita vt mouerẽtur fundamenta,&c.Et omni bene consulitur.Eccl.Ne tardes cõuerti ad Dominum,& ne differas Eccl. 5 de die in diem: subito enim veniet ira illius,& in tempore vindictæ disperdet te.

Peccatores qui & fines terræ vocantur,variis rationibus,& proprietatibus Lunæ, Martis,aquæ,terræ & postremo ipsi deserto assimilantur.

Cap. LIX.

PEccator assimilatur lunæ propter quatuor.

Primo,quia luna est solis eclipsatiua siue obscuratiua inter nos & solem interposita,quando cõcurrunt simul in eadẽ linea ecliptica,& de hoc dictum est supra cap.xlviij. Ita similiter peccatum eclipsat & obscurat in anima lumen rationis,vel quia interponit se peccatum inter nos & Deum; tollit animæ lumẽ gratiæ: propter quod viæ peccatorum vocantur tenebrosæ,secundum illud Pro. Via Prou. 4 impiorũ tenebrosa:& Apo. dicit, Rom. Obscuratum est insipiens cor eorum.Ioel.Sol conuertetur in tenebras,& luna in sanguinem. Ioel.

Secundo, quia luna est oculorũ viciatiua. Nam (secundum Pro.) luna efficit hominem male dispositum in oculis & inordinatum, Efficit enim in homine vnũ oculum maiorem altero, aut strabonem siue orbum in vno oculorũ. Et subdit: Homo autem in cuius complexione lunæ constellatio dominium habuerit,vicio in oculo non carebit.Ita similiter peccatores in oculis mentis prauè sunt dispositi,quia oculum ad terrena habent magnum,sed ad spiritualia paruum. Et similiter hypo Matt. 7 critæ qui vident festucam in oculo fratris sui, trabem autẽ in oculo suo non vident: habent oculũ ad videndum se,paruum;& ad videndum alios,magnum.Specialiter inuidiæ vicium vel iræ,videtur facere hominem in oculis prauè dispositum. Vnde de Saule hoste 1.Re.11 Dauid dicitur, quod iam non rectis oculis respiciebat Saul Dauid. Sed talem aspectum inuidiæ auferunt iustitia & pax.Nam pax remouet odium,iustitiam rectificat aspectum & actum. Vnde in Psalmo.Orietur in diebus eius iu Psa. 71 stitia & abundantia pacis, donec auferatur luna.

Tertio,quia luna est temporalium euẽtuum indicatiua. Eccle. Luna in omnibus in tempore suo Ecc. 43 ostensio temporis & signum æui. Luna enim (vt dicit Beda) si in principio rubeat vt aurum, ventos ostẽdit.Si in summo eius corniculo maculis quibusdam nigrescit, pluuiosum mensis prætendit exordiũ. Si verò nigrescit in medio plenilunium, serenum.

Cum

Cùm verò in doctrina nauigationis ſcintillet ad ramos, in breui tempeſtas futura erit. Quæ omnia peccatoribus competunt, quorũ quidam ſunt rubentes per ignita deſideria, quidam nigreſcẽtes per turpia opera, & aliqui ſcintillantes per praua eloquia. Item quidam ſunt ventoſi per ſuperbiam, quidam pluuioſi ſiue aquoſi per luxuriam: quidam verò ſereni videri volũt per vanam gloriã, quidam tempeſtuoſi, & inquieti fiũt per cupiditatem, & auaritiam.

Quarto, quia luna eſt ſui ſtatus mutatiua, nec vnquam in eodem ſtatu permanſiua, & eſt luna non ſolum in ſe mutabilis, ſed etiam in effectu. Nam (vt dicit Ptol.) luna efficit hominẽ inſtabilem & mutabilem de loco ad locum diſcurrendo. Eſt etiam in hominibus quadruplex mutatio, quæ adhuc deſignatur in luna.

Prima eſt naturæ ſecundum quod homo variatur per quatuor ætates; Prima eſt augmentatiua, ſcilicet in iuuentute. Secunda eſt ſtatiua, quę ſcilicet dicitur virilis. Tertia dicitur diminutiua, ſcilicet virtutis. Et hæc eſt ſenectus. Quarta eſt decrepita ſiue ſenium, quæ minuit ſubſtantiam & virtutem. Hæc mutatio ætatum (ſecundum Ptolo.) accipitur ſecundum circulum lunæ quæ quadrupliciter variatur. Nam primo luna creſcens quouſque efficiatur dimidia, eſt in effectu ſuo calida & humida: & talis eſt prima ætas: deinde luna vſque ad pleni lunium eſt calida, & ſicca, & talis eſt ſecunda ætas, in qua hominis complexio calido paulatim humidum conſumente efficitur calida, & ſicca: tertio luna cadens à plenilunio quouſque redeat ad medietatem eſt frigida & ſicca, & talis eſt ætas tertia, in qua complexio, quia cum humido egrediente deficit calidum, eſficitur frigida & ſicca: quarto luna à medio vſque ad defectum eſt frigida, & humida, & talis eſt ętas quarta, in qua complexio, quia frigiditate inualeſcente inducitur humidum extraneũ non nutriens nec augens ſed humectãs extrinſecus, quod eſt humidum phlegmaticum, efficitur frigida per ſe, & humida per accidens.

Ptolo. in almag.

Secunda mutatio eſt fortunæ, prout homo variatur ſecundum diuerſos euentus bonos & malos, quos etiam luna ſignat. Nam luna (vt dicunt Ptol. & Albumaſar) aliquando ſignificat & efficit euentus malos, aliquãdo vero bonos. Nam in ſecundo ſigno exiſtens poſt aſcendens, mærorẽ deſignat & triſtitiam, & ablationem ſubſtantiæ per fures. Et etiam in quarto, quinto, & octauo rixam, fugam, & mutabilitatem. In ipſo etiam ſignat, quòd qui tunc incipit regnare, cito deponetur. In xij. autem impedimentum rixam, duritiam, & carcerem ex parte amicorum. In omnibus aliis domibus ſiue ſignis bonum efficit, & prætendit.

Tertia mutatio eſt culpæ quam etiam ſacra ſcriptura mutabilitati lunæ aſſignat. Eccl. Stultus autẽ vt luna mutatur. Nã luna apparet parua & corniculata, & tunc dicitur monoides: quandoq; vero apparet quaſi per medium ſecta, ſcilicet quando eſt octaua, vnde dicitur dicothomos: quandoque vero non apparet omnino plena, ſcilicet quãdo eſt xj. vnde dicitur amphitracos, quaſi de ſua plena rotunditate dubia: quandoque vero apparet tota plena, ſcilicet quãdo eſt xiiij. vnde dicitur græcè panſilenos. Ita peccatum paruum eſt quando in cogitatu cõcipitur, medium cum conſenſu ſtatuitur, integrum cum opere agitur, ſed totaliter plenum cum in conſuetudinem ducitur. Eccl. 27

Quarta,

Digitized by Google

Quarta, est mutatio miseriæ secundum corporis defectū, de qua
Iob.25. Iob. Homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miseriis, qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodē statu permanet. Et hanc etiam luna ostendit dum minuitur cadens à
Eccl.43 plenilunio in defectum. Eccle. A luna signum diei festi luminare, quod minuitur in consummatione. Vnde significat vitam humanam quæ incipit à festo, id est, à gaudio, quia lætè suscipitur. homo cùm nascitur secundum illud
Io.16. Io. Iam nō meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. sed tandem vita humana continuè diminuta consumitur Sed hæc mutatio & dimi nutio cessabit in futuro post re-
Isa.40. surrectionem. Isa. Luna tua non minuetur, quia Dominus erit tibi in lucem sempiternam, & complebuntur dies luctus tui.

Item peccator assimilatur Marti. Nam Mars est planeta in effectu calidus & siccus, masculinus & nocturnus. Ita peccator est calidus quando feruescit per iracū-
Eccl.23 diam. Eccle. Anima calida quasi ignis ardens, non extinguitur donec aliquid glutiat. Et Homo nequam in ore carnis suæ non desinet donec incendat ignem, scilicet iræ in aliis vel in se. Item peccator est siccus dum marescit per inuidiam. Nam (sicut dicit poëta) inuidus alterius rebus marcescit opimis. Inuidia (sicut dicit
Aristo. Philosophus) est tristitia in alienis
2 met. bonis. Et sicut dicitur Prouer. Spi-
Prou.4. ritus tristis exiccat ossa. Item est masculus, cùm resoluitur per luxu
Rom.1. riam, & præcipuè per vicium contra naturam. Apo. Masculi relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt in desideriis suis, inuicem masculi in masculos turpedinem operantes. Item est nocturnus per auaritiam, quæ animam præcipuè obtenebrat. Item quia fures, quos facit cupiditas, præcipuè de nocte ōnia tenebris furantur. Thess. Si-
Thes.5. cut fur ita in nocte veniet.

Item peccatorum vita assimilatur aquæ.

Primo, quia est turbida per affectum cupiditatis. Ier. Quid tibi
Iere.2. in via Aegypti vt bibas aquā turbidam? Via Aegypti, via sollicitudinis: Aqua turbida, anxietas temporalium.

Secundo, quia est immūda quātum ad lasciuiam carnis. Exo. Ad
Exo.4. percussionem virgæ Moysi, versa est aqua in sanguinē. Vnde Psal.
Psa.104 Conuertit aquas eorum in sanguinem. Moyses Christus cuius virga diabolus, de qua Isa. Væ Assur, virga furoris mei, qui cū tentat percutit: sed aqua conuertitur
Isa.10. in sanguinem cum anima consentit ad carnis lasciuiam. Exod. Vidi
Exo.28. te conculcari in sanguine tuo.

Tertio, quia est sterilis per accidiam. Reg. habetur de aquis Hie-
4.Reg. richo quod steriles erant. Et ideo
20. vitam peccatoris significant accidiosi, qui sterilis est à fructu bonę operationis.

Quarto, quia est frigida per inuidiæ malitiam, ardoris charitatis extinctiuam. Iere. Sicut cisterna
Iere.6. frigidam facit aquam suam, sic frigidam facit malitiam suam.

Quinto, quia infidelis per præsumptionem. Iere. Plaga mea desperabilis renuit curari: facta est
Iere.15. mihi in mendatium aquarum infidelium, scilicet foueas, & herbas occultantium.

Sexto, quia est congelata per obstinationē. Eccl. Vētus aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua.
Eccl.24 Ventus aquilo, est diabolica suggestio. Crystallus est aqua summe congelata, & significat animā obstinatam & induratam.

Septimo, quia est amara per iræ.
Apoca. Stella ardens cecidit in
Apoc.8. terram

Digitized by Google

tertiam partem fluminum & in fontes aquarum & multi hominum mortui sunt de aquis, quia amaræ factæ sunt. Aqua amara animæ peccatrix, stella ardēs ira, quæ cum cadit in aquam, amaritudinem generat, id est, rancorem.

Octauo, quia est maledicta per deiperationem. Num. Ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, & vtero tuo tumescēte putrescat fœmur. Venter conscientia est; aquæ maledictæ, fluxibilitates peccatorum animā desperare facientes, & ex hoc sequitur diruptio vteri, quæ signat vehementiā doloris. vermis interioris conscientiam corrodentis, & putredo fœmoris: in qua significatur priuatio spei, eo quod in fœmore est vis generatiua. Num. 5.

Nono, quia mortua est per pœnæ ipsius illationem. Iosue. A quæ inferiores, id est, peccatores ad in fima peccatorū descendētes, descenderunt in mare mortuum, id est, in amaritudinem mortis æternę. Sed nota, quod hę aquę, id est, peccatorum fluxibilitates, sunt quadrupliciter diuidendæ. Iosu. 3.

Primo per donum fortitudinis: quod signatur Gene. vbi dicitur Fiat firmamentū in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Firmamētum est donum fortitudinis, per quam diuiduntur aquæ culpæ ab aquis gratiæ. Gene. 1

Secundo, per virgam pœnitentiæ, quod signatur Exod. Vbi per virgam Moysi, diuisæ sunt aquæ maris. Et erat aqua quasi murus à dextris, & à sinistris. Virga est pœnitentia; & aqua à sinistris, vita peccatorū, qui sinistra quærunt, id est, tēporalia: aqua a dextris, vita sanctorum, qui quærunt æterna. Exo. 13.

Tertio, per arcam gratiæ Iosue. vbi dicitur, quod cum portaretur arca per fluuium, Iordanis aquæ diuisæ sunt, quia inferiores decurrebant in mare mortuum, & aquæ superiores crescebant. Arca est gratia, aquæ inferiores, peccatores ad ima peccatorum defluētes, quo vsque veniant ad mare mortuum, id est, amaritudinem mortis æternæ. Aquæ vero superiores, sunt viri sancti, qui semper in mento crescunt. Iosu. 13.

Quarto per pallium charitatis sicut habetur Reg. quod diuisæ sunt aquæ per pallium Heliæ. 1. Reg. 2

Item peccatoris cor assimilatur glebæ terræ: quia gleba si nimium fuerit indurata, semen non recipit, & receptum in germen prorūpere non permittit. Sed vomere sæpè confracta, semen tegit, & nutrit & per pluuiam remollita, quādam in se pinguedinem colligit, quam ad seminis productionem radicibus circunfundit, vt dicit Greg. Sic quoque cor hominis, si fuerit per peccati consuetudinem induratum, semen spiritualis doctrinæ vel inspirationis pœnitentiæ aut non recipit, aut si recipit, fructum siue germen operis non producit. Sed si vomere pœnitentiæ seu linguæ confitentis peccatum sæpe fuerit confractum, tunc semen huiusmodi in eo recipitur, & nutritur. Iob. Cōfringet glebas vallium post te. Glebæ vallių sunt corda humiliter pœnitentiū, quæ dum confringuntur aratro pœnitentiæ, suscipiunt semen spiritualis doctrinę, ita quod auxilio pluuiæ, id est, diuinæ gratiæ circunfusa, radices affectionum mittunt. Hier. Ad humorem mittit radices. Item in germen operis quam rumpit. Ezech. Plantabo illam, & erumpet in germen, & dignum fructum pœnitentiæ pariet. Isa. Iste est omnis fructus, vt auferatur peccatum. Assimilantur etiam peccatores finibus terræ, secundum illud Prouerb. Oculi stultorum in finibus terræ. Respiciunt enim homines stulti magis ad fines terræ, quam Greg. Iob. 39. Hier. 17 Ezec. 17 Isa. 28. Pro. 17.

Digitized by Google

ad medium, id est, magis ad extrema vitiorum quàm ad medium virtutum. Vnde magis eis placent opera peccatorū quàm exempla iustorum. Vocantur ergo peccatores, fines terræ, primo, quia terræ fines sunt à medio remoti. Et ita etiam similiter peccator à medio salutis: de quo in Psalm.

Psal.67. Operatus est salutē in medio terræ. Item quia sunt mali coniuncti, quia scilicet peccatores sunt amaritudini æternæ damnationis vicini. Item quia fines sunt vltimi, id est, viles, & despecti. Item peccatoris anima assimilatur deserto, quia desertum est locus ineptus habitationi humanæ, secū-

Iob.38. dum illud Iob. Absque homine in deserto, vbi nullus mortalium commoratur. Ita anima peccatoris est inepta habitationi sapiētiæ diuinæ, id est, filij Dei. Sap. In ma-

Sapi.1. liuolā animā non intrabit sapiētia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sapi. Iter fecerunt per deserta quæ non inhabitātur,

Cap.11. Hæc autem ineptitudo habitandi accidit in deserto, primo propter terræ vilitatem. Ita anima efficitur vilis propter peccati abomi-

Ezec.19 nationem Ezech. Proiiciam te in desertum, &c. Et dicit proiiciam, tamquam rem vilem, & abominabilem, maximè autem vilificat animam peccati reiteratio, Hier.

Hier.2. Quam vilis facta es nimis, iterās vias tuas.

Secundo propter loci sterilitatē quia sterilitas accidit animæ per meritorum euacuationē. sunt. n. peccatorum opera à fructu meriti vacua. Hiere. Erit quasi myricæ in deserto, myricę enim infructuosæ sunt.

Tertio propter aëris intemperiem, quæ intēperies accidit animæ propter concupiscentiæ inflammationem, Ioe. Ignis scilicet

Ioel.1. concupiscentiæ comedit spetiosa deserti. Et Eccles. Exurget desertum, & extinguet viride sicut ignem.

Quarto propter aquarum defectibilitatem, quia scilicet in peccatoribus deficit tā aqua gratiæ, Iere.2. quàm aqua sapientiæ. Iere. Arefacta sunt arua deserti.

Quinto propter hostium vastitatem, quia patiuntur peccatores dæmonum eos vastantiū frequētem intorsionem. Thren. In deser- Thren.4 to insidiati sunt scilicet dæmones 1.Cor. in peccato. Corin. Prostrati sunt in 10. deserto.

Pœnitentia perfectio declaratur, quæ tonitruo, ninis, mari, arena ac terræmotui cōparatur, & tandem loca ipsa terræmotui apta patefiunt.

Cap. LX.

POenitentia assimilatur tonitruo propter septem, quæ sunt in generatione ipsius tonitrui.

Primo, est vaporis inclusio, Est Arist. enim materia tonitrui (secundū de cę. & philosophum) vapor siccus, & ea- muca. lidus, inclusus in nube aquosa, & concaua. Talis enim vapor de facili totus incenditur, & in forti calore ambo simul vapores eleuā tur, scilicet vapor humidus nubis & vapor siccus tonitrui. & quia vapor terræstris non est adeo dilatabilis, vt aqueus, constringitur in medio eius, & vapor humidus expanditur sicut eorum circa ipsum. Huic itaque eleuationi vaporis assimilatur compunctio cordis. Nam tunc vapor terræstris sursum eleuatur, quando peccatum commissum ad memoriam reuocatur: sed tunc clauditur in nube aquosa, quando peccati memoriam sequitur compūctio lachrymosa. Ecc. Sicut, nubes Eccl.35 pluuiæ in tempore siccitatis.

Secundū est inclusi vaporis inflā matio. Nā, quia cōtrariū contrariū fugit, interior vapor siccus fugit exteriorem humidum in profundum nubis exterioris: exterior etiam vapor nubis, loci frigiditate

tate contrahitur,& amplius interiorē exagitat,& interior exagitatus cōfricat partē ad partē ad latetis exterioris.& ex ipsō motu, & confricatione cōtingit ipsum ignirri.Talis autem vaporis inflammatio est feruens peccati detestatio,& ad ipsum destruendum, accensio. Nam dum peccata sua homo considerat, & peccatorum delectamenta, quæ iam transierunt compara tad maxima damna quæ relinquerunt, quasi quædam cōfricatio fit vnius ad aliud, ex quo mens exagitata incenditur,& ad peccati reatum tollendum vehementius ignitur.Eccle. Eccl. 38
Vapor ignis vrit carnes,id est,feruor contritionis consumit peccata carnis. Sed attendendum est, quōd quandoque vapor inclusus deficit,& de nube egreditur ita quōd tonitruum non facit. Et ista egressio quandoque est ante inflammationem , quandoque post inflammationem. Ante inflammationem quidem, quandoque incipit comprimi in profundum acumē sui,eo quod siccus est, & penetrat nubem, & egreditur ad aerem, & ipsum commouet fortiter vel debiliter secundum diuersitatē suæ virtutis. Et inde est quod ante tonitrua venti sunt validi,& fortes. Sic quando memoria peccati est sicca sine lachrymarum compunctione,& nō imflammata peccati dolore,egreditur cito de nube, id est,corde, ita quod nō generat tonitruum, id est, confessionis tonum , sed potius tentationis ventum In inflammatione autem accidit egressio vaporis,quādo vterque vapor ratus est, & debilis: & tunc quia non inuenit resistens, egreditur sine sono vel vento qui ad nostrum auditum perueniat:sicut in æstate in serotinis paruis coruscationibus. Sic quando tam peccati recordatio quam ipsa cordis compunctio debilis est,& rata, & non feruens, sed quasi tepida,etiam multotiēs deficit,& perit ipsa contritio, ita vt non sequatur tonitruum , id est , debita peccati confessio, post inflammationem autem fit, eo quod vapor paruus existens pulsando latera parum facit soni.Sed antequam pertranseat extinguitur, & tunc auditur sonus sine coruscatione. Sic similiter est quando aliquis paruam contritionem habens , confitetur, quia bona voluntas etiam extinguitur,& non pertransit ad satisfactionem.

Tertium,est nubis aquosæ scissio. Postquā enim ignitus est vapor,in nube expellitur à contrario frigido nubes aquosæ,& tunc vis ignis scindit nubē aquosam. Scissio autem nubis aquosæ,est apertio mentis compūctæ per actū confessionis.Sed hæc scissio primo debet esse interius per propositum confitendi:& tunc si aliquo impedimento legitimo interueniente nón posset quis facere doti alicui confiteri, puta morte præuentus, vel alias omnino impeditus,sufficeret contritio cum ipso confitendi proposito ad peccati remissionem secundum illud. Psal. Dixi scilicet in propo- Psal. 31.
sito cordis, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.

Quartum est scissæ nubis sonatio,quæ quidem sonatio tanta est quod vsque ad nos terribiliter venit.nec mirandum cū pānus violenter scissus sic strideat,& vesica vento plena quāuis sit parua, tamen fortiter stricta, & confracta, maximū sonitū faciat. Hic sonus est confessio oris facta sacerdoti, in qua nubes aquosa,id est,mens compuncta de peccato, salubriter aperitur , & pestifer vapor

Digitized by Google

peccati exterius expellitur. Sed nota quod sonus tonitrui habet tripliciter fieri Nam quandoq; fit violenta expulsio vnius vaporis ab alio,& tūc propter nubis scissurā fit in eadē nube fortissimus sonus tonitrui. Et sic quando vapor compunctionis expellit vaporem criminis fit sonus confessionis,& sic violētia compunctionis producit sonum cōfessionis, Iob. Iob.38. Quis dedit vehementissimo imbri curlum & viam sonantis tonitrui? Quandoq; vero fit iste sonus ex collisione alicuius nubis altērius,quia vapor paulatim scindēs nubem suā in qua est,euolans inuenit aliam nubē siccā constrictā & spissam,& impingit in illam,& ex collisione facit sonū. Et hic sonus fit cum coruscatione interdum,quandoque sine coruscatione. Psal. Vocē dederunt nubes. Sic Psal.76. etiam sunt quidam qui dum confitentur, incipiunt quidem tepidè dicere facta sua,sed occurrēte materia interserunt aliena & ibi colliduntur & sonū faciunt, quia plus aliena & extranea facta quā propria confitētur peccata. Vnde nō deberet dicere sacerdos: Absoluo te,sed absoluo eos. Quandoque vero egreditur vapor parcus,rarus,& inflammatus ex nube tenui & non multum aquosa, & tunc videtur ille ignis sicut alba flamma per multum fumum, & non facit sonū in propria nube,sed obuiat ei alia nubes valdè aquosa & spissa: & quia debilis est flamma, extinguitur in illa aquosa nube potius susurrando quam sonando,sicut susurrat ferrum ignitum candens in aqua. Talis est susurronū confessio maligna,qui nō vadunt ad cōfessionem vt dicāt peccata propria, sed potius vt reuelēt peccata aliena, & vt malam opinionem generēt in cōfessore,vel prælato de aliena persona,vel propter aliquā aliam violentiam,& talis confessio potius est excusatio.

Quintum est vaporis egredientis coruscatio. Nam dum vapor ignitus,& inflammatus egreditur de nube, apparet coruscatio,& fiunt tunc simul tēpore coruscatum & sonus:sed non simul deprehendūtur, quia visus velocior est quā auditus. Vndelicet nubes prius scindatur quam emittitur ignis, & ideo tonitruum prius fit naturaliter quàm fit coruscatio, tamen coruscatio prius attingit sensum visus,eo quod visibile spiritualius est in aēre, scilicet per esse magis spirituale,& intentionale,& ideo statim fit in aēre. Au dibile autē in aēre est vt in propria materia, quia materia causæ soni non est nisi in aēre, licet intentio soni,& non esse recipit in aēre,& ideo sonus non fit in aēre subito sed successiuē, sicut cum mulier lauat pannos, eminus homo prius videt percussionem quam audiat sonum,& ita est in tonitruo,& coruscatione. Eccle. Accelerat coruscationes emitte- Eccl.43
re. Debet igitur esse in pœnitente non tātum sonus confessionis, sed etiam coruscatio bonæ conuersationis, de qua Dominus dixit. Sic luceat lux vestra corā hominibus, vt videant opera vestra Matt.5.
bona. Debet etiā pœnitēs euidēter vitam suam in melius mutare. Et hæc est coruscatio quæ quāto est rubicūdior,& magis ignea,id est, charitate feruidior, tanto est potior,& efficacior. Sunt enim tres colores coruscationis, scilicet rubeus clarus, & albus flammeus, & rufus quasi vinosus. Primus est ex vapore non multum sicco, humidum enim dat ei colorē rubeum sicut est flamma viridium lignorum: & est timendus color ille,quia humidum continet materiā ita quod non spargitur, & ideo facilius,& fortius incendit: flamma

Digitized by Google

flamma autem albi coloris est vaporis valde sicci sicut est flamma siccorum lignorũ, & ideo spargitur & non lædit nisi facile cremabilia, vt stuppam & huiusmodi. Rufus autem color penetrabilior est, eo quod ille est vaporis cõglutinatiui valde terrestris & multũ frequẽter simul incendit, & scindit. Ex his igitur colligitur quod vbi plus abundat humor compũctionis, & rubor, id est, feruor amoris, ibi est efficatior coruscatio boni operis.

Sextum est in tonitruo, fulminis percussio. Fulmen autem tonitrui extinguit venenũ animalis percussi. Nam percutiẽs serpentẽ vel aliquod aliud venenosum extinguit in eo humidum naturale quod est in eo venenum, licet nõ ei. Vnde huiusmodi cadauer fulminati vermiculat, quod non fieret si esset venenum, quia venenũ inde prohiberet nasci vermes & ex eo cibari. Similiter pœnitentiæ virtus extinguit in peccatoribus nequitiam, & venenum peccati & producit vermes, id est, remorsus cõscientiæ magnos, quia multum remordetur, & dolet de peccatis præteritis conscientia confitentis, sed tamen plures vermes non eam fœdant, sed purgant.

Septimum est nubis aquosæ in pluuiã resolutio, quia scilicet post tonitruum nubes in pluuiam resoluitur, terram fœcundantem, & plantas nutrientem: Et hęc est satisfactio per eleemosynas per quas pauperes nutriuntur.

Item in pluendo aër reddit terræ per nubium resolutionẽ quod acceperat per euaporationem: in quo restitutio designatur male ablatorum, quæ etiam est pars satisfactionis. Non enim remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, vt dicit Augu. Et hæc duo bene simul conueniunt, scilicet fulgur & coruscatio bonæ conuersationis & pluuia satisfactionis, vt scilicet ipsa pœnitentis opera & sint corruscantia ad ædificationem proximorum, & pluentia ad ablutionem peccatorum. Psal. Fulgura in pluuiam fecit.

Itẽ pœnitentia assimilatur niui propter septem. Psa. 134

Primum est quod nix, est malarum herbarum mortificatiua. Et sic per pœnitentiam mala vitiorũ incentiua extingũtur, quæ ex terra nostræ carnis oriuntur. Prou. Nix in æstate & pluuia in messe: sicut enim frigus niuis in æstate temperat incendiũ æstus: ita pœnitentia si est in pectore, temperat incendium culpæ. Pro. 26.

Secundo quia nix est terræ impinguatiua. Nam dum super terram moratur, poros terræ claudit sua frigiditate, & calore reuocato interius fit humorum attractio ad radices, vnde terra calescit & per consequens impinguescit. Isa. Descẽdit nix de cælo, & inebriat terram, & infundit eam. Et ita etiã similiter pœnitẽtia quamuis corpus attenuat, animam tamen impinguat; quia dum poros terræ, id est, carnis appetitus restringit, calor amoris, & humor gratiæ in radice, id est, in corde interius vberius excrescit. Isa. 55.

Tertio, quia nix est fœtidorum locorum coopertiua siue occultatiua. Et ita multi qui primo per peccatorum infamiam fœtebant, per pœnitentiam quam postea faciunt, infamiam suam cooperiũt, & famam recuperant sicut patet de Magdalena. Tegit & pœnitentia peccata quæcunque fœtida: vt scilicet ea non videat Deus ad puniendum. Psal. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Psal. 31

Quarto, nix sui ipsius diffusiua est, & super terram non cum strepitu, sed planẽ applicatiua, quia scilicet pœnitẽtiam suam homo:

Digitized by Google

vociferare non debet vel inaniter iactare seu publicare ad ostẽtatio
Matt. 5. nem. Matth. Attendite ne iustitiã vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.

Quinto, quia nix propter sui pulchritudinem est oculorum attractiua. Sic pœnitentia aspicientes ædificat & attrahit per exemplũ ad imitationem. Interdum tamẽ nix oculos aspicientiũ disgregat, & similiter etiam quandoque alios male dispositos quorundam pœnitentia scandalizat. Vnde clamant eos hypocritas. sicut Christus dixit Iudæis de Iohanne: Ve-
Tra. 11 nit Iohannes neque manducans neque bibens, & dicunt dæmonium habet.

Sexto ratione proficuitatis, quia nix calore soluta, est terræ valde proficua, quia scilicet eam remollit, & inebriat, quam prius frigiditate sua forti indurabat, vt dicit
Cre3. Gre. Sic si aliquando pœnitentiæ rigor fraternæ charitatis amore non gulæ vel corporis delectatione soluatur vel recreetur discretè, non obest, immo prodest. Nã nimia rigiditas quandoque cor indurat, sed ipsum charitatiua & discreta remissio siue recreatio remollit: Vnde dominus cũ publicanis, & peccatoribus manduca-
Iuc. 17. uit & bibit.

Septimo quia nix est alpium siue montium dealbatiua. Psa. Nive dealbabuntur in Selmon mõs
Psal. 67. Dei.

Sicut magni peccatores, denigrati per culpam purgantur, & dealbantur per veram pœnitentiam
Psal. 50. Psal. Lauabis me, & super niuem
Isa. 1. dealbabor. Isa. Si peccata vestra fuerint vt coccinum, quasi nix dealbabuntur.

Item pœnitẽtia assimilatur mari: primo quidem quia mare est nauseæ & vomitus ciborum prouocatiuum. Et ita similiter pœnitentia generat peccati abomina-
tionem. Nam quod primo peccatori videbatur pretiosum, & delectabile, videtur pœnitenti ignominiosum & abominabile. Vnde
Abac. Abac. Vomitus ignorantiæ super
Ezec. 2. gloriam tuam Ezec. Turbabuntur insulæ in mari, id est, mentes pœnitentium per peccati detestationem & abominationem.

Secundo, quia mare est doloris capitis inductiuum: sic pœnitentia facit conscientiæ remorsionẽ. Nam dolor capitis est tristitia mentis ex peccati recordatione prouenientis Psalm. Conuertetur dolor eius in caput eius: ex tali enim dolore mens pœnitentis amaricata vehementer sibi ipsi indignatur. Abac. In mari indigna-
Abac. 3. tio tua.

Tertio, quia mare est sordiũ reiectiuum, & sui purgatiuum, quia nihil retinet immundum: & hoc fit per pœnitentis confessionem, per quam peccata mortalia extra conscientiam abiiciuntur, sicut mare proiicit mortuorum cadauera. Apoc. Dedit mare mortuos
Apo. 20. suos, qui in eo erant.

Quarto, quia mare est durissimorum, & pretiosorum generatiuum. Nã quamuis mare sit liquidum, generat tamen durissima, vt patet in piscibus, qui sunt duræ testæ; & in gemmis, & lapidibus, quos producit. Et hoc est, quia pœnitens licèt sit mollis & liquidus in lachrymarum compũctione, tamen durissima tolerat in satisfactione, vt iciunando, & sese affligendo. Vnde etiam producit gemmas & lapides pretiosos, id est opera salutifera & Deo grata, quæ sunt quædam diuitiæ ipsius pœnitentis. Naum. Aquæ in cir-
Naũ. 39. cuitu eius, cuius diuitiæ mare, aquæ muri eius.

Quinto, quia mare non est vltra sua littora progressiuum: quia licet sit liquidum quod per se nõ bene terminatur & sistitur, ta-
men

Digitized by Google

men benè terminatur per aliud. Sic pœnitens facit quando non transgreditur præcepta diuinæ legis, vel limites à discreto cõfessore sibi impositos, vel etiam suæ
Iob.39. propriæ rationis, Iob. Circundedi mare terminis meis, & posui vectem & ostia, & dixi. Hucusq; venies, & non procedes amplius & hic confringes tumentes fluctus tuos.

Sexto, quia mare est piscium nutritiuum & conseruatiuum, quia spœnitentia non solum peccatores purgat, sed etiam deuotos & spirituales nutrit & conseruat: quia licet habeant amaritudinẽ exterius, habent tamen dulcedinem interius. Vnde etiã homines de aqua maris suscipiunt dulces cibos piscium siue auium quibus
Sap.19. reficiuntur. Sap. Postulauerunt escas epulationis, & in allocutione desiderij ascendit illis de mari ortigometra.

Septimo, quia est de amaritudine siue salsedine in dulcedinem conuersiuum. Dicit enim Philo-
Arist. me the. sophus, quòd ab aqua maris potest remoueri salsedo, quia si quis accipiat vas terreum nouum & crudum, & clauserit bene eius orificium, & ipsum in mare ejecerit vacuum, & dimiserit ipsum per vnum diem naturalẽ, aquã dulcẽ inueniet intra ipsum. Hoc ergo vas est cor pœnitentis quod si fuerit terreum per humilitatem, nouum per puritatem, crudum, id est, non coctum per libidinum ignoitatem, & bene clausum per custodiæ sedulitatem, & vacuum à peccati fœditate, quantumcũque circundetur exterius quacunque amaritudine, implebitur tamen interius ineffabili dulcedine: quia, s. illuminabitur anima in contemplatione diuinorum operum, quæ contemplatio ipsam
Psa.105 totam dulcorat. Psal. Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis, ipsi viderunt opera Dei & mirabilia eius in profundo.

Item pœnitentiæ onus assimilatur arenæ, propter quatuor.

Primo, quia arena habet virtutem restrictiuam. Nam arenarum multitudine maris impetus sistitur, & ad eius cumulos se cõstringens, ne vltra assignatos à Deo terminos effluat, impeditur, vt dicit Hiero. Similiter pœnitentia Hiero. coërcet & restringit impetum & super tentationem & fluxum peccati Hier.5. ne transgrediatur homo mandata Dei. Psal. Terminũ posuisti, quem Psa.103 non transgredientur, neque conuertentur operire terram.

Secundo, quia arena habet virtutem purificatiuam: purificatur enim aqua per arenam colata: & pœnitentia animam purificat, & mundat. Et ad hanc purificationem hortatur Iacobus dicens: Emundate manus peccatores, & Iac.4. purificate corda.

Tertio, quia arena habet virtutem dulcoratiuam. Nam aquã etiam salsa per arenã colata nõ solum efficitur purior, sed etiã dulcior. Quod etiam pœnitentiæ congruit, quia amaritudo, & tristitia pœnitentium, finaliter conuertetur in dulcedinem, & gaudium. Matth. Beati qui lugent, Matt.5. quoniam ipsi consolabuntur. Vnde populo in deserto pœnitentiæ aquæ amaræ dulcoratę sunt. Exo. Exo.15. Iudith Egressis mare rubrum de- Iud.5. serta Synai montis occurrerunt, & post illic fontes amari obdulcorati sunt eis.

Quarto, quia aliqua arena habet virtutem tumoris expulsiuã. Dicit enim Constantinus medi- Const. cus, quòd arena ex fabrili lapide resoluta, est metallorum purgatiua, & etiam repercussiua, deopilatiua, & tumoris expulsiua. Quæ omnia pœnitẽtiæ competũt, quæ purgat culpam deopilat, id est, ad

Digitized by Google

confessionem aperit conscientiã, repercutit præsumptionis audaciam, & repellit timentem superbiam. Primum patet per exemplũ in Magdalena, in qua feruens pœnitentia multa purgauit facinora
Luc. 7. secundum illud: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Secundum patet in Dauid: cuius cor dum pœnitentia tegebat protinus se peccasse con-
2. Reg. 12 fessus fuit, dicens: Peccaui Domino. Tertium quoque patet per exemplum in Publicano qui pœnitentia humiliatus non audebat oculos leuare ad cælum, sed percutiebat pectus suum. Quartũ
Luc. 8. patet in Paulo, cuius cor superbia prius tumidum, & contra Christi discipulos sæuitiã plenum expulso tumore superbiæ, per humilitatem pœnitentia paratum se Christo obtulit, dicens: Domine quid me vis facere, mutata est sæuitia lupi in mititatem, & man
Act. 9. suetudinem agni.

Item pœnitentia assimilatur terræmotui, & hanc similitudinẽ declarant modus, tempus, & locus terræmotus. Modi enim terræmotus (secundum Aristo.) duo
Aristot. methe. sunt, quia aliquis terræmotus est sicut tremor & hoc est quando ventus siue vapor inclusus est modicus. Quidam vero terræmotus est sicut sonus corporum confricantium se, & hoc semper est cum ruptura occulta vel manife-
Possid. sta. Possidonius autem dicit, quod terræmotus est quandoque tantum sursum & deorsum: quandoque vero est inclinatio ad alteram partẽ, in modum nauis. Et iste motus est periculosus, quia signum est, quod cauerna latet in qua terra declinat. Ideo si terræmotus tales sunt, in aliqua ciuitate, tutius est habitationem dimittere: præcipuè si aqua est ibi prope quæ alluuione aliqua cauernam augeat: quia tunc dispositus est locus ad voraginem. Concomitatur autem terræmotus sæpius sonus, qui quandoque non quiescit donec terra sit scissa. Vnde iuxta Corinthum in quadam insula fuit terræmotus eleuans locum in altitudinem collis: & cum ventus subterraneus non cessaret, sed semper multiplicaretur, collis fuit ruptus, & exiuit inde ventus fortis, qui tantum cineris exufflauit de colle super ciuitatem illam, quod destruxit eam & oppressit. Et ante terræmotum audiebatur sonus ex collisione ventorum in cauernis terræ ad solida corpora. Finis autem fuit ex hoc, quod calor frigiditate maris concluſus, & confortatus, incineravit loca circa cauernas. & si fuisset ibi sulphur, & huiusmodi, fecisset incendium. Isti autem soni sunt diuersi in principio, in medio, & in fine: licet non omnes sint in quolibet terræmotu. Patet ergo ex omnibus prædictis, quod in terræmotibus contingunt sex, scilicet tremor, scissio, sonus, motus, ventus, & finis. Sic pœnitens debet tremere in timore. Psal. Ti-
Psal. 54. mor & tremor venerunt super me.

Item debet scindi dolore. Ioel. Scindite corda vestra, &c.
Ioel. 2.

Item debet sonare in confessione. Psal. In voce exultationis & confessionis sonus epulantis.
Psal. 54.

Item debet moueri in bona operatione siue sursum in consideratione cælestis præmij, siue deorsum ex cõsideratione infernalis supplicij, siue in partem alteram, id est, in oppositum vitij. Nam baculus curuus non dirigitur nisi in partem contrariam flectatur, & omnis cura fit per oppositum. Apost. Sicut exhibuistis
Rom. 6. membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem ita

Ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ, in sanctificationē, oportet enim pœnitentem sustinere ventum tentationis. Vnde Eccl. 2. Eccle. Fili accedens ad seruitutē Dei; sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Sed tamen propter hunc ventum non debet homo dimittere bonum: quia (vt dicitur Eccle.) qui obseruat ventum, non seminat. Deber etiam pœnitens, incinerari i. humiliari ex mortis memoria. Eccle. Quid superbis terra & cinis?

Secundo, assimilatur pœnitentia terræmotui quoad tempus. Nam tempora apta terræmotui sunt illa in quibus vincit humilitas sine frigiditate sicut est ver: vel in quibus vincit siccitas sine cahditate, vt est autumnus, quando siccitas multiplicat materiam vaporis sicci humiditas verò non permittit exire. In æstate autem calor fortis & dominans consumit vaporem: in hyeme vero frigus dominans, euaporationem prohibet. Si tamen ista tempora, scilicet hyemale & æstiuum, ex aliquo accidente sint, vt vernalia vel autumnalia, nihil prohibet in iis fieri terræmotum: imo si tunc contingat, erit magnus & diuturnus. Similiter homines sunt ad pœnitentiam apti in quibus abūdat humiditas, id est lachrimę: ita tamen quod sint sine frigiditate accidiæ. Et talis fuit Magdalena. Similiter in quibus viget siccitas abstinentiæ sine calore concupiscentiæ. Vbi autem vincit calor æstatis, id est, feruor concupiscentiæ carnalis, vel frigus hyemis, id est, accidiæ torpor; ibi terremotus non fit, quia in talibus pœnitentia perit. Nisi forte contingat, quod tales ex Dei virtute tangantur, & ad temperantiam debitam reducantur.

Itē nota, quod terræmotus magis fit in nocte quàm in die, quia in die sol euocat calorē terræ exterius, & ideo non eleuat vaporē. In nocte vero clauditur, & vaporē intus multiplicat, qui multiplicatus comprimit alium ante se eleuatum: & fit motus terræ. Similiter in nocte, id est, tempore aduersitatis, magis conuertūtur homines ad pœnitentiam, quàm in die prosperitatis. Nam mala quæ nos hic premunt, ad Deum nos ire cō pellunt. Reuocat enim aduersitas hominem interius ad seipsum: multiplicat in eo vapores, id est, compunctiones.

Tertio, pœnitentia assimilatur terræmotui quoad locum. Nam loca terræmotui apta, sunt loca cauernosa; quia in cauernosis vapor congregatur, & ex alio superueniente coarctatur. Vnde in locis montuosis sæpius fit: quia sub montibus sunt cauernæ, & loca montuosa vniuersaliter sunt porosa.

Item sunt apta terræmotui loca inundationibus alicuius aquæ propinqua: quia ipsa aqua vndis percutiens est in talibus locis causa cōgregationis vaporis & coarctationis. Vnde loca mari propinqua etiam si non sunt cauernosa, nō tamē sunt à terræmotibus libera, vt dicit Calestenes: quia licet ex raritate loci, vapor liberū exitum habeat: tamen ex percussione vndarum vnus vapor impellens alium, replet locum: & ideo etiā in plano loco si tangitur mari vel mōtibus, fiunt terræmotus, vt in Lombardia, in cuius multis ciuitatibus fuit quandoque terræ motus magnus & diutūrnus. Et similiter in Pistoria, quæ est ciuitas Tusciæ. Et tempore etiam Bonifacij Papæ octaui fuerunt terræmotus magni in ciuitate beatę Mariæ, qui pluribus diebus durauerunt, existente curia Romana ibidem: quæ tamen ciuitas in Calest.

plano sita est, aquis plena, & lacui vicina, & montibus propinqua.

Item sunt apta terræmotui loca quæ habẽt mollia latera: quia mollities oppilat poros & coarctat eos. Patet ergo ex his quod loca terræmotuum, sunt loca cauernosa, & loca vndis aquarum percussa & loca quæ habent mollia latera. Per loca ergo cauernosa & conceaua, intellige humilium corda, quæ sæpe pœnitentiæ tremoribus commouentur. Per loca ab vndis percussa, intellige homines in aduersitatibus positos: quos dum impetus tribulationũ percutiunt, commouent ad compunctionẽ, & ad pœnitentiam festinare compellunt. Per loca autẽ quæ habent mollia latera, intelligе homines pios, & proximis qui circa eos sunt, compassiuos, quos pietatis mollities, etiam si potentes sint, ad pœnitentię commotionem & vitæ mutationem disponit & perducit, Sicut patet Cornelij Cẽturionis exemplo, quem pietas & eleemosynę suę ad fidẽ, & ad baptismum perduxerunt. Act. 5. Et nota, quod sunt quædam loca, in quibus raro, vel nunquam fit terræmotus, vt Aegyptus, quæ nunquam vel modicũ tremuit. Quod est, secundum Pindarum, quia Aegyptus quãdoque tota cooperta fuit aquis, sicut etiã Aristoteles dicit: ideo limus paulatim aggregatus est, & ita creuit terra quasi tota limosa, et mollis & bene continuata in partibus: ideo vapor non habet vbi coarctetur. In quo significatur, quòd illi qui sunt cooperti aquis, id est, qui molles sunt & assueti deliciis, difficulter & raro ad pœnitẽtiam commouentur. Nam pœnitentia non inuenitur, in terra suauiter viuentium. Vnde Matth. Quid existis in desertum videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt, & non in deserto pœnitentiæ.

Pind. Arist. Mat. 11

Item pœnitentia hypocritæ hominis est exterius in corpore, non autem in toto: quia non interius in mente, & ideo assimilatur etiã terræmotui, qui nunquam commouet totam terram, sed solum partem. Nam (secundum Seneca) non occupat simul locum vltra centum passus: quod est quia vapor expellit ab vno loco ad alium: ideo non potest terra simul tremere. Sed contra talem pœnitentiam dicitur: Conuertimini ad me in toto corde &c. Seneca. Ioel. 2.

Pœnitentis purgatio, quæ purgationi Maris similis efficitur, Planctis, terræ, agris, & Monti Oliueti assimilatur.

Cap. LXI.

POEnitentes assimilantur planetis. Nam planetæ in suis circulis aliquando videntur retrogradi, quandoque stationarij, quãdoque vero directi. directus dicitur planeta, quando directè mouetur à principio signi versus finem. Retrogradus verò quando è conuerso. Tendere videtur à fine signi versus principium. Stationarius autem quando stare videtur quasi in medio, ita quòd neque ad principium videtur accedere neque ad finem. Fit autem directio planetæ semper in parte epicycli superiori: Retrogradatio semper in parte inferiori, Statio fit in medio. Similiter in pœnitentia sunt quasi retrogradi ad peccatorum vilitatem redeuntes: de quibus dicitur, Melius erat eis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post cognitionem retro conuerti ab eo quod illis traditum est, sancto mandato, Contingit enim eis illud Prouerb. Canis reuersus est ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti. Et Luc. Nemo mittens manum suam ad aratrum, & aspiciẽs retro, 2. Pet. 2. Prou. 6. Luc. 6.

Digitized by Google

retro, aptus est regno Dei. Stationarij vero sunt in pœnitentia
Phil.4. perseuerantes, Apo. State in Domino charissimi. Hæc Statio magnam cautelam, & circunspectio
1 Cor. 10. nem requirit. Vnde Apost. Qui se existimat stare, videat ne cadat. Sed quasi directi in cursu sunt feruenter proficientes, secun
Phil.4. dum illud Apost. Quæ retro sunt obliuiscens, ad ea quæ sunt priora, extendès meipsum, ad destinatum persequor ad brauium supernæ vocationis.

Item adhuc pœnitentis purgatio est vt purgatio maris. Mare enim se purgat, qdia vapor eleuatur de fundo eius virtute Lunæ qui facit effluere aquam super litus. Hæc violentia proijcit cadauera & sordes ad litus. Sic etiã vapor contritionis, exurgens de fundo cordis, virtute Lunæ, id est, diuinæ gratiæ, facit effluere aquam lachrymosæ compunctionis, & cadauera, id est, maculas peccatorum carnalium, & sordes peccatorum spiritualium proijcit extra ad litus confessionis, & ita conscientia remanet munda inte
Iac.1. rius. Iac. Abijcientes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ.

Item pœnitens assimilatur terPsal.146 ræ. Ps. Humilians autem peccatores vsque ad terram, id est, vsque ad humilitatem pœnitentiæ. Nã pœnitentes ad modum terræ primo teruntur angustijs. Dicitur enim terra eo quod teratur.

Item humectantur lachrymis. Vnde terra vocatur humus, à madi humido, cui coniungitur.

Item abundant fructibus, id est, operibus bonis. Vnde terra vocatur tellus, quia tollimus fructus eius.

Item extenuantur ieiunijs. Vnde terra vocatur arida; ex eo quod ab aqua sit propria siccitate distincta, quia scilicet caro pœnitentis ab aquis delitiarum separatur, & abstinentiæ tenuitate siccatur.

Item pœnitens assimilatur agris propter tria.

Primo, propter laboriositatem. Nam ager cum labore excolitur, quia vomere aperitur, ligone foditur, & euertuntur, semine seritur, rastro retegitur, imbre perfunditur, sepibus cingitur. Similiter cor pœnitentis aperitur vomere contritionis: foditur & euertitur ligone confessionis, id est lingua confitentis: seritur semine, id est, eleemosynis; retegitur rastro aspero, id est abstinentia & ieiunijs; perfunditur imbre, id est, fletu & lachrymis,

Item debet vallari sepe, id est, diligenti custodia sensuum: se
Ecc.28. cundum illud. Sepi aures tuas spinis. Hæc est ergo agricultura,
Prou.24 quæ persuadetur Prouer. Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, & postea ædifices domum tuam.

Secundo, propter varietatem. Nam ager gelu hyemali constringitur, vernali tempore vestitur, calore æstiuali aduritur. Similiter anima pœnitentis quandoque tangitur frigore accidiæ, quandoque angustiatur feruore concupiscentiæ, quandoque decoratur
Luc.12. virore diuinæ gratiæ. Lucæ. Fœnum quod hodie in agro est, cras in clybanum mittitur. Sic enim variatur pœnitens: quia nunc viret humore deuotionis, nunc vritur feruore tentationis.

Tertio, propter continuitatem vicissitudinis. Nam ager in autumno collectis frugibus iterato præscinditur, & sic alternatis laboribus continuè lacessitur. Sic homo pœnitens quam diu viuit, debet continuare & esse in labore pœnitentiæ, & non cessare à
Eccl. 11 bonis operibus. Eccles. 11. Mane semina semen tuum, & vespere non cesset manus tua.

Item

Item pœnitens assimilatur mõti Olineti, quia debet in eo plantari Oliuetum pœnitentiæ. Cuius oleum (sicut dicit Hieronymus) ex radice amaritudinis surgit in pabulum luminis, in medicamen vulneris, & in refectionem esuriẽtis. Nam pœnitentia ab amaritudine contritionis incipit, lumẽ diuinæ gratiæ in anima nutrit, peccati vulnus sanat, & obstruit, & animam pane lachrymarum, & pauperem eleemosynarum reficit & nutrit. Vnde merito in hoc mõte pinguedinis debẽt firmari pedes, id est, affectus pœnitentis.

Zac.14. Zach. Stabunt pedes eius super montem Oliuarum.

Duabus stellis, firmamenti motum sequentibus, in bene haud perseuerantes, similes esse nonnullis de causis significatur.

Cap. LXII.

PErseuerantiam in bono incepto non tenentes assimilantur duabus stellis, quæ dicuntur caput & cauda Draconis, quæ sicut licet mouentur cum firmamento, & consequũtur cursum suum. Vnde à Leone transeunt in Cancrum, & à Cancro in Geminos. & sic deinceps. Et si caput Draconis est in aliquo signo, semper in opposito est cauda, & venter in quarto, vt si caput fuerit in Cãcro, venter erit in Ariete, & cauda in Capricorno, & sic de alijs. Et sic propter aspectum oppositũ cauda est totaliter venenosa. Similiter illi qui bene incœperunt, & postea retrocedunt, transeunt à Leone in Cancrum. Nam Leonis animalis à quo illud signum denominatur, virtus & fortitudo est in anterioribus, vt in pectore, collo, & pedibus anterioribus: & ideo signat fortiter inchoantes: sed Cancer est animal retrogradum, & ideo signat retrocedẽtes. Vnde quasi à Leone in Cancrum transeunt qui fortiter incœpta relinquunt. Sed inde transeunt in Geminos, qui retrocedentes & recidiuantes efficiũtur duplo peiores quam primo fuissent, dicente Christo. Fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Tales ergo homines habent caudã oppositam capiti, scilicet principiũ bonum, & finem malum. Et tales erant illi, quibus dicit Apo. Cum spiritu cœpetitis, nunc carne cõsummamini. Matt.12. Gal.3.

Prælatorum officium per Iouis ac montis, præcipuè montis Tabor similitudinis perfectissime declaratur.

Cap. LXIII.

PRælatus perfectus debet habere conditiones Iouis quoad quatuor.

Primo, quoad effectum. Nam Iupiter est in effectu suo benevolus, calidus, humidus, diurnus, & in suis qualitatibus temperatus. Similiter prælatus debet esse benevolus in affectione, calidus in dilectione, humidus in compassione, diurnus in conuersatione, secundũ illud Roma. Sicut in die honestè ambulemus, & iterũ temperatus in omni recreatione vel in omni correptione. Ro.13.

Secundo, quoad aspectum. Nã Iupiter in colore est argenteus: sic prælatus debet esse argenteus, id est, sonans per eloquentiam, candidus per munditiam, clarus per famam.

Tertiò, quo ad situm: quia Iupiter quando in superiori parte circuli sui, circulo Saturni coniungitur, bonitate sua temperat malitiam Saturni. Sic Prælatus habet resistere & reprimere malitias luporum, gregem corrumpentium, vel dissipantium, vt hæreticorum, vel tyrannorum, vel aliorum hominum.

Quarto, quo ad iudicium: quia in iudicijs (secundum astrologos) signat sapientiam, & rationem, & est

est veridicus. Expedit enim Prælato sapienter agere, & rationabiliter viuere, veraciter loqui, & docere. Item Iupiter quasdo apparet in ascendente, signat (secundum astrologos) reuerentiam, & honestatem, fidem ac disciplinam: quæ etiam prælatum exornant, scilicet reuerentia subditorum, honestas morum, & disciplina correptionum.

Item Prælati debent esse similes montibus.

Primò, quia mõtes sunt ad speculandum apti, scilicet propter altitudinẽ: quia scilicet prælati debent esse eleuati per contemplationem, & speculatiui per cõsideratione. Psal. Ascendũt mõtes, id est, contemplatiui, & descẽdũt campi, id est, actiui. Illi enim ascẽdunt ad considerationem æterno rum, isti verò descendunt ad subuentionem proximorum. Psa. 103

Secundo, quia montes sunt ad defendendũ tuti. Vnde quia sunt fortes, & solidi, sunt apti castrorũ ædificationi. nam propter suam duritiẽ non de facili possunt suffodi, & propter altitudinem non facile possunt adiri. Et Prælati debent esse constantes, & firmi ad defendendum. Iudith. Filij Israel non in lancea, nec in sagitta confidunt, sed mõtes defendũt illos. Iudith.

Tertio, quia montes sunt ad pascendum fœcundi. Sunt enim in montibus gramina puriora, & nutrimenta animalium meliora, quamuis in vallibus sunt generaliter pinguiora. Humor enim quo gramina nutriuntur, subtilior est in montibus, & purior quàm qui continetur in vallibus, propter hoc quod calor cælestis illum humorem facilius digerit, & in substantiam graminũ commutat per sectius & conuertit, tum propter illius subtilitatem, tum propter aëris ibidem puritatem. Sic etiam Prælati debent subditos solicitè pascere puris exemplis, spiritualibus verbis & piis & largis eleemosynis. Iob. Circunscriplit montes pascuæ suæ. Iob 39.

Quarto, quia mõtes sunt priusquam valles cælestium imbrium susceptiui. Vnde aquæ à mõtibus deriuantur ad valles, & non ecõtrario. Sic prælati debent cælesti doctrina inferiores subditos irrigare. Iob. Quos imbres montium irrigant, &c. Iob 27.

Item qualis debeat esse vita prælatorum, ostenditur per exemplũ montis Tabor, in quo Dominus quatuor fecit, per quæ designãtur quatuor opera, siue officia prælatorum. Nam in hoc monte spiritualiter docuit, in hoc monte orationis gratia pernoctauit, in hoc monte aliquando turbas pauit; in huius etiam supercilio montis se transfiguravit coram discipulis suis, & futuram gloriã suam reuelauit. In quibus scilicet instruuntur prælati, quod eorum officium est spiritualiter docere, instanter orare, indigentibus prouidere, & futuram gloriam, nõ præsentem, quærere.

Quo pacto anima à peccatorũ putredine præseruetur, quam plurimis rationibus, & exemplis ostendatur.

Cap. LXIIII.

PRæseruatur anima à peccati corruptione, sicut corpora præseruantur à putrefactione. Sunt enim quatuor accidentia putrefactionem prohibentia, scilicet caliditas, frigiditas, mobilitas, & continuitas.

Primum ergo est caliditas præcipuè intensa. Res enim multum calidæ non putrescunt, præcipuè cum siccantur: vt piper, galanga, Zinziber autem putrescit propter innatum humidũ. Similiter aqua in quantum feruet, non putrescit quia calor ignis in ea maior est quàm calor aëris: ideo non vinci-

tur

tur sed vincit. Similiter præseruatur anima à corruptione peccati & à tentatione per feruentē orationem. Vnde Dominus hortabatur discipulos: Orate ne intretis in tentationem. Luc. 22.

Secundum est frigiditas si sit ab extrinseco. Nam si est frigus extrinsecū præcipuè est impediens, quia per se repugnat calido alieno & extrinseco. Vnde in hyemo & vulgariter in aëre frigido cōseruatur corpus à putredine, quia calidum extrinsecum est paucum & frigus sibi contrarium est multū: nec in talibus apparet motus putrefactionis, nisi recedente frigore. Si autem est frigus intrinsecū, sic impedit, putrefactionem, quia coagulat humidū, nec permittit illud exhalare, sicut est in omnibus metallis & aliis frigido coagulatis, in quibus frigus claudit poros, & vincit calidum extrinsecum ne de humido aliquid exhauriat nisi parum, vt quando generatur rubigo: ideo in auro non est rubigo, & maior est in eo duratio, quia eius humidum naturale magis constat. Tanquam ergo frigus extrinsecū est tribulatio mundi, siue afflictio carnis, quæ calorē extraneum, id est, ardorem concupiscentiæ, siue luxuriæ, perquè extraneam carnem concupiscit, mitigat & extinguit. Nam malitia vnius horæ, obliuionem facit luxuriæ, sicut dicitur Eccle. Sed tanquam intrinsecū refrigerium est contemplatio cælestium. Hæc enim est quæ poros, id est, corporis sensus claudit: Hæc est quæ deuotionis humorem coagulat, nec exhalare permittit: hæc insuper est, quæ extraneum calorē, id est amorem mundi superat & vincit. Quia anima, sicut dicit Grego. quanto maiori studio exercetur ad summa, tanto maiori fastidio frigescit ad infima. Eccl. 11 Grego.

Tertium est mobilitas. Nā aqua vel vinum quod mouetur, impeditur putrefieri, eo quod calor naturalis exsiccatur à motu, & non præualet ei calor extrinsecus. Vnde vinum potens efficitur melius ex motu: quia calor naturalis magis digerit subtile humidum, ex quo etiam sapor melioratur: & pendulum vinum & motū, etiam si sit corruptum, quandoque reuertitur & reparatur. Et econtra, vinum non motum, & præcipuè soli expositum, corrūpitur & conuertitur in acetum: quia dum calor exterior exhaurit calidum interius, & humidum subtile exhalat cum ipso, & perit vinum. Similiter mobilitas obedientiæ, vel motus frequens operum bonorum, præseruat à peccati putredine ad quam pigritia & ocium inducit, Eccle. Mitte illum in operationem, ne vacet: multam enim malitiam docet ociositas. Eccl. 33

Quartum putrefactionem impediens est continuitas. Nam mare totum non putrescit, sed diuisum per partes paludales putrescit: innaturalibus enim multiplicato subiecto, multiplicatur qualitas & virtus. & ideo totum simul plus potest continere quàm calor aëris potest dissoluere: si tamē ipsæ partes sunt in toto continuè, alias non. Quia videmus q grana multa vel gramina vel germina simul adunata citius putrescūt, quā pauca: propter hoc quòd illa grana non sunt continua: & cùm sint parua, egreditur naturale calidum ab vnoquoque eorū, & trahit secum humidum, & calidum exiens fit alienum, & cum exeat à multis confortatur & corrumpit. Similiter continuitas, & perseuerantia, boni operis præseruat à corruptione peccati. Vnde potes colligere ex prædictis, quod præseruat animam à putrefactione peccati caliditas charitatis, quæ excludit putredinē inuidiæ,

Digitized by Google

uidiæ; de qua putredine dicitur
Prou.4. Prouerb. Putredo ossium, inuidia. hanc enim putredinem charitas excludit, quia charitas non æmulatur. Itē frigiditas castitatis quæ
1.Co.13 excludit putredinem luxuriæ: de
Ioel.1. qua dicitur Ioel: Computruerunt iumenta in stercore suo, id est, homines carnales & bestiales in fœtore luxuriæ. Sed hanc putredinē excludit castitas à concupiscentiæ ardoribus, velut quoddam frigus resistens. Vnde de prædicta caliditate charitatis, & hac frigiditate castitatis dicitur: Vtinam frigidus esses, aut calidus.

Apoc.3 Item mobilitas obedientiæ excludit putredinem superbiæ, de
Ioel.2. qua dicitur Ioel: Ascendit putredo eius: quia superbè egit.

Item continuitas perseuerantiæ, excludit peccatum accidiæ, de
Iob.41. qua Iob. Quasi lignum putridum es: lignum enim putridum nullū producit fructum: talis est accidiosus & qui non perseuerat, quia nō peruenit ad fructum operis sui: est enim fructus vltimum quod expectatur ex arbore: & ideo signat meritum siue præmiū operis, quod accidiosus & imperseuerās amittit. Est ęnim continuitas gratiæ per quam membra Christi ad inuicem colligūntur, & continuātur, & excludūt putredinem omnis peccati.

De variis similitudinibus Orionisque exēplis. Primo pis proprietates ac perfectiones, earumque describuntur.

Cap. LXV.

PRincipatus secularis dominij similis debet esse Orioni quo ad 5. in quibus signantur. v. virtutes, vel conditiones quæ debent esse in bono principe. Et primum est patientia aduersorum, & hanc designat Orionis ortus. Nam Orion est astrum tempore hyemali exortum, aquarum & tempestatum excitatiuum. Hyems enim quod est tempus acuti frigoris est status vitæ secularis, in quo frigus malitiæ abundat. Cui videlicet malitiæ dum creatus princeps ad obuiandum vel resistendum, se per iustitam præparat, sibimet tempestates & impetus, id est, persecutiones & scandala suscitat, quia scilicet superborum nequitia dum tangitur irritatur, & quasi modo ignis, dum flatum iustitiæ sentit, per impatiētiam excandescit. Vnde iustus princeps necesse est vt se primo per patientiam muniat, vt propter insurgentium malorum impetus à iustitiæ rectitudine non cadat. Scriptum est, Beati qui Matt.5. persecutionem patiuntur propter iustitiā. Vnde notabile est, quod Orion in ortu suo tempestatem significat; sed post serenitatē, quia nimirum iusto principi post tempestatē aduersitatis, sequitur serenitas pacis.

Secundum quod est necessariū iusto principi est potentia armorum, qua scilicet possit contueri subditos, & expugnare aduersarios, & hanc designat Orionis aspectus. Nam (sicut Isidorus dicit) gladiati militis, & accincti, etiam stellarum ordine faciem prætendit: Vnde modo armati militis pedes. & brachia extendentis disponitur: & ideo etiam in signo Tauri, quod in terra est animal ferox & cornibus armatum, Orion maximè fulget. Est ergo necessarium principi, vt iniquitates quas benignitate repellere nequit, violentia, & coactione dirumpat. Vnde dicitur Eccl. Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute dirumpere iniquitates. Isido. Eccl.7.

Tertium necessariū principi est iustitia respectu subditorū, id est, quod in suis subiectis iustitiā bene seruet, & hoc designat Orionis situs. Nam Orion ab Ariete vsque ad Geminos se extendit, & tota

& tota illorum trium signorum superficiem, i. Arietis, Tauri, & Geminorum, fulgoris sui plenitudine clariorem reddit. Hic ergo fulgor Orionis, est iustitia principis. Et sicut dicit Tulli. In iustitia splēdor est maximus, ex qua bōni viri nominantur. Sed splendor Orionis per tria signa extenditur, quia scilicet virtus iustitiæ per tria diuiditur. Nam est iustitia iudicatiua in punitionibus: & debet esse in Ariete, id est, in æqualitate, scilicet vt secundum modum delicti sit & plagarum modus. Aries enim est signū æqualitatis, in quo æquinoctium fit. Item est iustitia distributiua in dispensationibus, quæ vnicuique quod suum est, distribuit: & hoc est in signo Tauri, quia dum sol est in Tauro, terræ sulcantur, vt videlicet vnicuique culturæ debitum semen mittatur. Item est iustitia commutatiua in mercationibus, scilicet in emptionibus, & venditionibus: & hæc designatur in Geminis, ex eo quod commutatio talis fit inter duas partes.

Cic de off.

Quartum necessarium principi est prudentia agendorum: & hanc designat Orionis virtus. Nam existente sole in signo Orionis, scilicet in Tauro: & Geminis, omnia oriuntur, & germinant, quæ nutrimentum recipiunt ex aquis, & aëre (vt Marcus Celsus dicit) & operatur etiam ad terræ fœcunditatem. Tunc autem sol existit in signis Orionis, quando inuenitur prudentia in operibus principis, & sub tali principe omnia bona germinãt, omnia necessaria abundant. Et est notabile, quòd splendor Orionis (vt idem Marcus dicit) est signum futuræ serenitatis: Et econtratio, eius obscuritas, futuræ est præsagium tempestatis: Quia scilicet prudentia principis, est causa & signum serenitatis pacis. Et econtratio, eius obscuritas, id est, stultitia, signum & causa est scissuræ, & tempestatis, sicut patet de Salomone, & Roboam filio suo, de quibus dicitur. Ecclesiastici. Salomon regnauit in diebus pacis, cui subiecit Deus omnes hostes, vt conderet domum in nomine eius, quemadmodum eruditus est in iuuentute sua, & impletus est quasi physon sapientiæ: & ita finem habuit Salomon cum patribus suis, & dereliquit post se de semine suo gentis stultitiam, & imminutū prudentia Roboam, quia auertit gentem consilio suo, &c. Est etiam satis notabile quod sole existēte in Tauro, Orion sub eius radiis quasi se abscondit: nec tunc suã manifestat inferioribus claritatem. Quia scilicet prudens princeps, quando clariosa & fortiora exterius opera facit, tunc se ante Dei conspectum intus per humilitatem abscondit, & in ipsa solis præsentia suam claritatem ab inferioribus retrahit: quia in conspectu diuini apud homines obtinet, paruipendit. Omnem suam iustitiam quandam tenebrã reputat, dum subtilitatem diuini iudicij trepida mente penset. Vnde Dauid qui (teste scriptura) princeps sapientissimus fuit, sub huius solis radiis offuscatus dicebat: Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

Ecclesi. 47

Marc. Cel.

Quintum necessarium principi est diligentia vel cautela contra inuidos. Et hoc designat Orionis æmulus. Quia scilicet constellationem Orionis sequitur quædã stella, quæ Canicula dicitur, quæ scilicet ab astrologis maleuola & nociua esse iudicatur. Sed non est illa canicula, quæ oritur in Leone, de qua denominantur dies caniculares, sed est alia stella de cõplexione Martis. Hæc ergo canicula est inuidorum maleuolētia.

qui

qui principum claritati, & gloriæ inuidentes, eos multis modis & vijs subuertere moliuntur. Vnde necessaria valde est principibus contra tales magna diligentia, & cautela.

Item princeps etiam dulcis, & benignus quãdoque à malo consiliario, & suggestore sibi coniuncto ad iram inflammatur, & pestilens & periculosus efficitur. Cuius exemplum apparet in Iosue, qui de se est planeta beneuolus, sed Marti coniunctus efficitur pestilens & maleuolus. Antiqui enim Poetæ Ioui attribuunt tonare, quia illius stellæ est eleuare vaporem terrestrem, præcipuè cum iungitur Marti in signis aquilonaribus in æstate. tunc enim certissime potest dici, quòd erunt multæ scintillationes tonitrui & pestilentes, quia Iupiter cum Sole vapores eleuat. Mars vero incendit eos, & sic efficitur aër pestilentialis, & ita Martis inordinata caliditas, Iouis temperiem ad malitiam & pestilentiam trahit. Ita similiter malignus consultor mentem benigni principis aliquãdo ad furorem accendit, & ad nequitiam operis, & nocendi pestilentiam trahit: sicut patet de Aman & Assuero. Vnde dicitur Hester. Multi aures principum simplices, ex sui natura alios æstimantes, callida fraude decipiunt. Quæ res & ex veteribus probatur historijs, & his quæ geruntur quotidie, quod ex malis quorundam suggestionibus regum studia deprauentur. Heſt. 16

Fumi proprietates multiplices numerantur, quibus mundi proprietates fallaces, comparantur.

Cap. LXVII.

PRosperitas mundi assimilatur fumo.

Primo quidem, quia fumus est domorum denigratiuus: Et similiter prosperitas mũdi multis peccatis animas deformat & denigrat. Isa. Domus impleta est fumo. Et dixi, Væ mihi, quia vir pollutus labijs ego sum. Nam quãdo domus ecclesiæ cœpit repleri fumo mundanæ prosperitatis, tunc cæpit magis abundare væ, & pollutio iniquitatis. Isa. 6.

Secundo, quia fumus nõ est diu durabilis. Subito enim ascendit, sed cito deficit. & talis est prosperitas peccatorum. Psal. Mox vt honorificati fuerint & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient. Psa. 36

Tertio, quia est oculorum læsiuus. Prouer. Acetum dentibus, & fumus oculis, &c. Nam fumus ex materiæ suæ grossitie amaritudinem contrahit, ex cuius acumine oculos lædit. Similiter prosperitas nimia cæcat oculos mentis, vt non consideret, neque videat quid sequatur. Luc. Nunc quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi, sed abscondita sunt ab oculis tuis. Pro. 10. Luc. 19.

Quarto, quia fumus est cerebri siue capitis grauatiuus. Nam fumus cerebrum penetrat, & spiritũ animalem grauat. Similiter tẽporalis prosperitas caput rationis grauat, & deprimit ad infima per auaritiã. Amos: Auaritia in caput omnium. Apo. Impletum est templum Dei fumo: Templũ Dei, est mens humana, quæ tunc repletur fumo quando repletur terrena prosperitate. Amos. 6. Apo. 15.

Quinto, fumus candelæ extinctæ est multerum prægnantium abortiuus, vt dicit philosophus. Quasi enim mulieres prægnantes sunt ipsæ animæ, bonum propositum concipientes: quod tamen conceptũ mundi prosperitas destruit antequam veniat ad complementum operis. Vnde sicut talis fumus extinguit conceptos fœtus, ita etiã prosperitas mundi Arist. de anim. mal.

Iud.9. extinguit bonos affectus. Iud. Factũ est, vt fumo & igne necarentur viri pariter & mulieres, i fortiores, & debiliores affectus. propter quod Grego. dicit, quod sicut impossibile est, imò difficile ficulneam iuxta viam positam vsq; ad maturitatem producere grossos suos: ita hominem in seculo remanentem vsque ad finem boni peruenire.

Greg.

Sexto, quia fumus est angulorũ petitiuus. Sic prosperitas mundi detrahit ad angulos, idest ad sordes luxuriæ. In angulis enim, vt dicit Ber. Sordes congregantur. Vnde est prosperitas mũdi quasi quidam fumus incendij, quo scilicet incenditur in anima primo ignis concupiscentiæ, & tandem ignis gehennæ. Apo. Flebunt, & plangent se superillam reges terrę, qui cum illa fornicati sunt & in delicijs vixerint, cum viderint fumũ incendij eius.

Ber.

Apo.28

Septimo, quia fumus est fætorũ delatiuus, sicut quando res fætida, & corrupta fumat. Et similiter prosperitas mundi, dum vitã corrumpit, fætorem infamię inducit. Vnde isto fœtenti fumo obscurat claritas solis, & aëris, id est claritas rationis, & gloria hominis. Apo. Obscuratus est sol & aër, de fumo putei.

Apoc.9

Item prosperitas temporalis in homine peccatore signum est futuræ calamitatis. Cuius exemplũ est, quia tranquillitas aëris eo tẽpore, & loco, quando & vbi deberet causari ventus, signum est futuri terræmotus. Quod est quia tunc vapor ingreditur in cauernã, & non expirat extra. Sic quando homo peccator, qui esset dignus vento aduersitatis, & pœnæ, male agendo habet trãquillitatẽ prosperitatis, signum est venturæ calamitatis Vnde Boetius dicit, quòd fortuna, est quoddam futuræ calamitatis indicium.

Boet. de conf.

Prudentia partes quæ sint, ac quantum homini hac nobilissima Virtus expediat, per exempla montis Oliueti enucleatur. Cap. LXVII.

PRudens homo assimilatur mõti Oliueti, qui mõs erat ad partem orientalem templi, & ideo mane sole oriente illuminabatur, vespere vero, & nocte ex lumine tẽpli illustrabatur, propter quod mons trium luminum dicebatur, tum quia sol ipsum illuminabat; tum quia lux templi ipsum de nocte illustrabat; tum quia materiã luminis, idest oleum ministrabat. Similiter homo prudẽs debet hoc triplici lumine illustrari, scilicet lumine vespertino per memoriam præteritorum. Lumen enim vespertinum sequitur post diem præteritum.

Item lumine matutino solis: & hoc est per prouidentiam futurorum, quia lumen solis matutinũ, futurum diem inchoat, & respicit. Debet etiam esse lucidus prudens homo in dispositione præsentium. Et hæc est prudentia, quæ à Tullio vocatur intelligentia. Et hæc designatur in oleo, quod est materia luminis: quia præsentia quæ sensibus subiacent, materiã, & origo, sunt intellectualis cognitionis Vnde de hoc triplici lumine prudentis loquitur Seneca dicens, Si prudens est animus tuus, tribus temporibus dispensetur, præsentia ordina, futura prouide, præterita recordare. Est ergo prudenti necessarium habere præteritorum memoriã, ex eo quod prudentia est circa contingentia agibilia, in quibus oportet dirigi ex his, quæ vt in pluribus contingunt. Hæc autem per multam experientiam accipi oportet: experimentum autem ex pluribus memorijs bene habetur secundũ philosophũ. Vnde maximè prudentia regitur præteritorũ memoria. Deu. Memento dierum

Seneca de quatuor virtu.

Aristo. 1. meth

Deu. 32

rum antiquorum, cogita generationes singulas.

Item necessaria est ei præsentiũ intelligentia. Cognitio enim præsentiũ siue necessariorum, siue contingentiũ, dicitur intelligẽtia siue intellectus. Et accipitur pro recta æstimatione, & acceptione finis. Omnis enim deductio rationis, ab aliquo intellectu procedit. Prudentia autem est recta ratio agibiliũ, sicut philosophus eam diffinit. Et est tertio sibi necessaria prouidentia futurorum scilicet vt ordinet aliquid ad cõmodum, & expediens ad finem. Importat enim prouidentia respectu quẽdam alicuius distantis, ad quod ea quæ in præsenti sunt ordinanda concurrunt Prudentia autem propriè est circa contingẽtia agibilia, cuiusmodi sunt propriè futura: quia præsentia, & præterita necessitatem quandam habent. Et ideo præcipue ad prudẽtiam pertinet prouisio futurorum. Deut. Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent.

Arist. 6. Eth.

Deu. 32.

Religionis perfectio, qua cauerna assimilatur & qualis veloziorum status existat, variis exemplis exprimitur.

Cap. LXVIII.

REligio assimilatur cauernæ, immo diuersæ cauernæ diuersæ sunt religiones. Primo, quia cauernæ sunt pauescentium præsidium. Nam ad cauernas arborum, vel petrarũ, fugiunt voluores, scilicet columbæ, vel turtures, quando aquilam vel accipitrem timent. Can. Columba mea in foraminibus petræ, & in cauerna macerie. Similiter erinacij, cuniculi, lepores, fugiunt ad cauernosos lapides, quando sentiunt canum voces. Psal. Petra refugium erinacij. Prouerb. Lepusculus, plebs inualida, qui collocat in petra cubile suum. Ita simi-

Can. 2.

Psa. 103. Prou. 30.

liter homines qui volunt esse tuti ab aquila regina auium, id est à superbia regina vitiorum, vel accipitre, id est ab auaritia quæ rapit, & accipit aliena, vel à cane, id est à carnis immundicia quæ est luxuria, seculum relinquunt, & ad religionem (tanquam ad tutissimas cauernas, cõfugiunt. Isa. In die illo proijciet homo idola argenti sui quæ fecerat sibi, vt adoraret talpas, & vespertiliones, & ingredietur scissuras petrarum, & cauernas saxorum. Per idola argenti auarorum diuitiæ signantur, quia auaritia est idolorum seruitus, secundum Apost. Per talpas quæ cæcitatem oculorum habere dicuntur, intelligũtur carnis illecebræ, quæ cæcitatem mentis inducunt Sed per vespertiliones qui in tenebris in alto volant, intelligunrur dignitates, & gloriæ superborum, qui in tenebris huius vitæ volunt ambulare in magnis. Sed ista omnia proijcere iubetur qui cauernam religionis ingreditur.

Isa. 2.

Ep. 5.

Secundo, quia cauernæ sunt fru ctificantium hospicium. Nam in cauernis arborum vel petrarum mellificant apes & nidificant aues. Isa. Sibilabat dominus api, quę est in terra Assur, & venient, & requiescent omnes in torrentibus vallium, & cauernis petrarum, & in fruteris, & in vniuersis foraminibus. Sic in religione fru ctificant actiui, qui sunt apes bre ues per humilitatem, soliciti per operositatem, mellifici per benignitatem, ingenioſi per discretionis sagacitatem. Item proficiunt ibi contemplatiui qui sunt vt aues leues per paupertatem, pennatæ per virtutum multiplicitatem, veloces per charitatem, altè volantes per contemplationis sublimitatem, qui tamen post contemplationis volatum ad

Isa. 7.

Digitized by Google

cauernas seu fenestras suas redeunt, ad regulares obseruantias humiliter se reducunt. Vnde Isa. Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas. Ierem. Estote vt columba nidificans in summo ore foraminis. Summum enim os foraminis, est summum votum religionis, scilicet obedientiæ, in qua potissime nidificat, & fructificat columba, id est spiritualis, & pura persona.

Isa. 60

Ierem. 48.

Tertio, quia cauernæ sunt nocentium animalium latibulum. Nam sæpe in cauernis latitant mures. Iudit. Egressi mures de cauernis suis, ausi sunt prouocare nos ad prælium.

Iudi. 14

Item vermes, & serpentes, Isa. In cauerna reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet.

Item in cauernis quandoque subintrant venti, & includuntur vapores, & faciunt terræmotum. Vnde terra cauernosa sæpe patitur terræmotum. Sic sunt quędam religiones dissipate, & dissolutæ, in quibus habitāt sub habitu religionis mures, id est, detractores alios corrodentes; & vermes, id est carnales, alios corrumpentes, & serpentes insidiosi, & inuidi latenter lædentes, & interdum terræmotus, id est ambiciosi vel tyranni collegium vel ordinem periculose commouentes, & plurimum perturbantes. Iob, In desertis habitant torrentium vel in cauernis terræ.

Isa. 11

Iob. 19

Cælorum numerus & ordo, stellarumq; perfectio ac natura describitur, nubiumq; ac pratorum, & tandem iridis arcus proprietates apponuntur, quibus omnibus viri sancti assimilantur.

Cap. LXIX.

SAncti viri assimilantur cœlis quo ad quinque.

Primo quo ad substantiam. Nā cœlum habet in substantia simplicitatem, quia non est ex contrarijs. Vnde nullam habet contrarietatem, licet enim ponatur communiter ex materia & forma compositum, tamen materia talis tota est suæ formæ subiecta, & ab ea totaliter comprehensa. Et ideo in cœlo non est discordia (sicut Empedocles dixit) sed solum concordia. Similiter sancti viri in se contrarietatem non habent: Quia licet sit in eis materia & forma, idest caro & spiritus, tamen ipsam carnem subijciunt spiritui, secundum illud Apo. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Non etiam ipsi habent cum alijs, discordiam, sed omnimodā, quātum possunt, tam in se quàm cum alijs (diuina fauente gratia) concordiam habere nituntur. Iob. Facit concordiam in sublimibus suis. Luc. Pax in cœlo, id est in homine cœlesti, & sancto; & gloria in excelsis, scilicet in beatis.

1. Cor. 9

Iob. 25.

Luc. 19

Item habet cœlū in substantia immutabilitatem: quia in cœlo non est generatio nec corruptio, nec in toto nec in parte. Et hoc competit spiritualiter virginibus, & illis sanctis qui continenter viuunt, qui nec carne per luxuriam, nec spiritu per aliquam mortalem culpam corrumpuntur. nec est in eis generatio carnalium filiorum: Sed licet cœlum non sit in se generabile aut corruptibile, in inferioribus tamen est generationis eorum principium effectiuum, & regulatiuum. Quod quibusdam sanctis aliqualiter competit: qui licet ipsi per se generationi filiorū carnalium vel matrimonio non intendant, tamen circa hoc alios fideles mouent, & ordinant. Sicut patet de apostolo Paulo: qui licet ipse in se esset virgo, tamē alijs dicebat, Vxori vir debitum reddat, similiter & vxor viro. Et iterum, Volo autem

1. Cor. 7

autem iuniores nubere, & filios procreare. Non enim sancti viri,
1.Thi.5 etiam cõtinentes, matrimonium damnant in aliis, sed approbant & commendant, licet virginitatis munditiam nuptijs, & matrimonio præferant.

Item in cælo non est augmentum vel diminutio. Et sancti ad hoc summè studeant, vt non eueniat in eis vel augmentum culpæ vel diminutio gratiæ.

Secundo, sancti viri assimilãtur cœli circularitati. Nam figura sphærica est capacissima, quia vndique æqualiter concaua, & ideo valde competit cœlo, quod est omnium corporum contentiuũ.
Eccl. 13 Vnde dicitur Hester. Tu enim fecisti cælum, & terram, & quicquid cœli ambitu continetur. Ita similiter sancti viri per humilitatem sunt vndique concaui, & omnino diuinæ gratiæ, capacissimi.

Item figura sphærica est deitati conformis, & simillima, quæ & principio, & fine caret: & ideo competit cælo quod est nobilissimum corporum, vt sit sui opificis perfectioni conforme, & eius æternitatem gloriæ representet.
Psal.18 Psal. Cæli enarrant gloriam Dei. Ita similiter sancti viri etiam in hoc mundo diuinam perfectionem imitari conantur, & quantũ possunt, similari, & conformari
1.Cor. propter quod dicitur. Qualis cęlestis, tales & cœlestes.
15.

Item figura sphærica est ad motum habilissima, & aptissima, quia non habet angulum impedientem se, & detinẽrem. Et ideo bene competit cælo, cuius motus est circularis, & continuus, & maximè necessarius, quia est vt vita quædam natura existentibus omnibus, sicut philosophus
Arist. 8 phi. 1 dicit. Ita similiter sancti viri ad motum bonæ operationis, & ad exitum præsentis peregrinationis studeant quantum possunt esse habiles, & expediti. Vnde ab impedientibus quantum possunt se abstinent, & restringunt, secundum illud Pet: Obsecro vos tan-
1.Pet.1. quam aduenas, & peregrinos abstinere vos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam.

Tertio sancti viri assimilantur cœlo quo ad situm, habet enim cœlũ altitudinem situs, quia sicut nobilitate, ita & localitate præminet omnibus corporibus. Ecc.
Eccl. 1. Altitudinem cœli, & latitudinem terræ, & profundum abyssi quis dimensus est. Hanc altitudinem habent sancti viri in cõ-
Psalli. 9 uersatione secũdum illud, Nostra conuersatio in cælis est. Item in contemplatione siue in oratione
Thre. 4 secundum illud Thre. Leuemus corda nostra cum manibus in cœlum. Item in intentione, secun-
Mat. 6 dum illud Matt. Thesaurizate vobis thesauros in cœlo. Nam (vt ibidem subditur.) Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum, id est, intentio.

Quarto sancti viri assimilantur cœlo quo ad motum: quia motus cœli est naturalis, circularis, & incessibilis: licet enim motus cæli fiant effectiuè à motore separato, id est, ab intelligentia spirituali quæ non inhæret cælo vt forma, sed solum vt motor, & mouet ipsum imperio voluntatis: quia (sicut dicit Augu.) materia corporalis quantum ad mo-
Aug. 3. Tri. tum localem, obedit angelis ad nutum: Sicut etiam in nobis apparet, in quibus statim ad imperium voluntatis & imaginationis sequitur motus corporalium membrorum. Et adhuc in motu cæli (vt dicunt aliqui) supra voluntatis imperium additur etiam influxio virtutis illius. Tamen motus cæli dicitur naturalis quantum ad hoc quod habet naturalem

lem altitudinem, vt tali motu, & non alio moueatur. Vnde sic ex se non habet aliquid impediens talem motum, & ideo etiam est
Arist. 12. met. figuræ circularis. Dicit etiã philosophus, quod primum mouẽs mouet cælum sicut concupitũ, & desideratum: quod quidem intelligi posset non sicut cõcupitũ & desideratũ à cælo, sed ab intelligẽtia mouente cælũ: quæ ideo mouet cælũ, vt assimileturin causando, Deo. Et sic primo colligitur, quia in motu cæli, est obedientia mouentis intelligentiæ, cuius scilicet imperio cælũ obedit. Item aliqua influẽtia virtutis motiuæ. Et tertio desiderium assimilationis primæ causæ, & quarto ex parte cæli aptitudo naturæ propriæ. Et similiter ista sunt quibus sancti ad bene operandũ mouẽtur inceſſanter, scilicet, influentia cælestis gratiæ & charitatis: & obedientia diuinæ voluntatis, quæ, ſ. manifeſtatur in obseruantia præceptorũ, & implẽtione diuinæ legis, quibus diuina voluntas nobis innotescit Itẽ est in eis desiderium, & amor æternæ fælicitatis, in qua cum ipse Deus apparuerit, similes ei erimus. Est etiam in eis aptitudo propriæ voluntatis, & liberi arbitrij electio ad diuinam voluntatem
Psa. 142 implendam, secundum illud Psa. Vt faceremi voluntatem tuam Deus meus &c. Vnde in oratione dominica petere docemur. Fiat voluntas tua sicut in cælo, & in terra: ideſt vt impleturin homine cęlesti atque sancto, sic etiam impleatur in peccatore terreno.

Item motus cæli est circularis. Circularis enim motus est ab eodem in idem. Et hunc motum habent sancti: quia spiritum quem à Deo habent per creationem, ſtudent in ipſum reducere per finalem inhæsionẽ, secundum illud
Eccl. 12. Eccleſ. Reuertatur puluis in terram ſuam, vnde erat, & ſpiritus redeat ad dominum qui dedit illum: Eccl. Girum cæli circuiui, &c. Ecc. 24

Item motus cæli est inceſſabilis & infatigabilis, propter hoc, quod ſubſtantia mouens ipſum, est infinitæ virtutis. Quælibet enim virtus ſuperioris ordinis licet sit finita in ſe, & reſpectu ſuperioris ſui, est tamen infinita reſpectu inferiorum ſuorum, sicut etiam virtus ſolis est infinita ad reſpectum omnium inferiorum generabilium, & corruptibilium, per quorum productionem, etiam ſi infinita eſſent, non minoraretur: & ſimiliter virtus intellectus est infinita reſpectu formarum ſenſibilium. Ita & virtus ſubſtantiæ ſpiritualis quæ mouetur cælum, infinita est reſpectu motus corporalis, vnde non ſequitur fatigatio. Similiter ſancti viri ſunt in motu bene viuendi, & bene operandi inceſſabilis, & infatigabilis, ſecundum illud Apoſt. Bonum facientes non deficiamus, & ad Hebræos. Non fatigemini, animis veſtris deficientes. Et hoc habent ſancti viri ex virtute Dei confortantis & impellentis, cuius virtus omnipotens & indeficiens est. Vnde Apoſtol. Omnia poſſum in eo qui me confortat. Gala. 6. Heb. 12 Phi. 4.

Quinto ſancti viri aſſimilantur cælis quo ad numerum. Sunt enim decem cæli ſiue ſphæræ mobiles, ſecundum modernos aſtrologos. Quarum prima, est incipiendo ab inferiori, orbis Lunæ. Secunda orbis Mercurij. Tertia orbis Veneris, Quarta Solis, Quinta Martis, Sexta Iouis, Septima Saturni. Octaua cælum ſtellatum. Nona cælum criſtallinum, ſine aqueum. Decima est primum mobile, ſecundum poſitionem quorundam.

Hic

Digitized by Google

Hic autem denarius numerus competit sanctis viris per obseruationem decem præceptorum decalogi, quibus incessanter mouentur cursu suo in Deum, secundum illud Psal. Viam mandatorum tuorum cucurri. Sed sicut super has sphæras siue cælos prædictos (secundum Theologos) est cælum empyreum siue igneum, id est, splendidissimum, quod est omnium contentiuum: ita super omnia ista præcepta est præceptum charitatis, omnia alia præcepta continens, & includens, vt patet per Apostolos.

Psal.119.

Cor.13.

Isti ergo sunt cæli ad quos nos peccatores currere debemus, vt eorum beneficio diuinam misericordiam impetremus. Quia ipse Deus dicit. Exaudiam cælos, & ipsi exaudient terram.

Osc.2.

Item sancti viri assimilantur stellis, sicut stellæ ornant cælum, ita ipsi ornant ecclesiam. Eccles. Species cæli, gloria stellarum. Nam primo stellæ sunt natura purissimæ. Licet enim dicatur Iob. quod stellæ non sint mundæ in conspectu eius, tamen hoc dicitur per respectum ad puritatem diuinam, respectu cuius omnis creatura est permixta, & impura. Vnde signanter dixit in conspectu eius, id est in comparatione eius qui est actus purus: sed tamen in se stellæ vel in comparationem ad alia corpora mundissimę sunt naturę. Ita similiter viri sancti sunt puri, nulla peccati fœditate turbati. Vnde de eis dicitur Mat. Beati mundo corde.

Eccl.43.

Iob.25.

Mat.5.

Secundo, stellæ sunt simplicissimæ, non ex contrarijs compositæ.

Ita similiter viri sancti sunt simplices per intentionem, & non duplici corde. Prouer. Simplicitas iustorum diriget eos.

Pro.10.

Tertio, stellæ sunt incorruptæ. Et similiter sancti per virginitatem, vel mentis, & corporis integritatem. Talibus dicebat Apo. In omnibus exhibuistis vos incõtaminatos.

2.Cor.7

Quarto, stellæ sunt luminosæ, & radiosæ. Isa. Stellæ cæli, & splẽdor earũ expandent lumẽ suum. Et similiter sancti spiritualiter illuminant alios per radios doctrinæ, & per fulgores, id est exempla bonæ vitæ. Math. Sic luceat lux vestra coram hominibus.

Isa.

Mat.5

Quintò, stellæ sunt figuræ sphęricæ. Et similiter sancti per paupertatem, & contemptum temporalium: quia admodum sphæræ non attingunt terram nisi in puncto, id est per solam vitæ sustentationem. Apo. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus.

1.Ti.6.

Sextò, sunt stellæ quo ad substantiam, solidæ, non porosæ: sic & sancti viri sunt clausi nullis vanis aperti per aliquam vanitatem vel curiositatem, sed habent mentis stabilitatem veram. Iudi. Stellæ manẽtes in ordine, & cursu suo.

Iud.5.

Septimò, stellæ sunt quo ad superficiem planæ, non angulosæ, non asperæ. Similiter sancti viri sunt plani per mentis tranquillitatem & pacem, nõ angulosi per singularitatẽ, nec asperi per inordinatam rigiditatem, sed mites, & dulces per lenitatem.

Octauò stellæ sunt situ altissimæ, à corruptione eleuatæ. Similiter sancti sunt eleuati per animi magnitudinem vel conuersationem cœlestem.

Nono stellæ sunt motu velocissimæ. Sic etiam sancti velocissimi, & promptissimi, per obediendi velocitatem, Baruch. Stellæ vocatæ sunt, & dixerunt

Baru.4.

Digitized by Google

Adsumus. & luxerunt ei cum iocunditate.

Decimo stellæ sunt aspectu paruæ, quamuis in veritate sint maximæ, sed paruitas apparet ratione distantiæ. Similiter sancti apparēt parui per humilitatem, & sunt altissimi per sanctitatem siue gratiæ sublimitatem, Eccles. Dedit illi sicut stellas exaltare semen eius, scilicet Christi, ex cuius semine, id est doctrina, siue gratia, sancti regenerati sunt, secundum illud Pet. Renati nō ex semine corruptibili.

Vndecimò, stellæ sunt nobis innumeræ, soli Deo notæ, qui numerat multitudinem stellarū, & eis nomina vocat. Sic etiā soli Deo cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus.

Duodecimò, stellæ sunt potestate maximę, & hoc patet ex multis effectibus. Nam sunt stellæ, infectiorum generatiuæ. Quod cōpetit sanctis coniugatis, vel prædicatoribus qui generant filios spirituales Deo, secundū illud Apo. Christo enim Iesu per euangelium ego vos genui.

Item sunt temporum immutatiuę. Sic sancti eorum orationibus quandoque tempora mutant: sicut patet in Iosue, qui Solem stare fecit, & diem ad bellandū prolongauit. Et in Ezechia, qui dies vitæ orando, & flendo augmentauit, & in Helia, qui tempus siccitatis sua oratione in pluuiam mutauit. Vnde Iac. Helias homo erat similis nobis, passibilis, & oratione orauit, &c.

Item sunt conseruatiuæ. Quod competit specialiter sanctis prælatis, quorum specialiter est gregem subditorū custodire, & cōseruare in bono. Baruch. Stellæ dederunt lucem in custodijs suis.

Item sunt radiorum emissiuę, & hoc competit sanctis doctoribus, qui emittūt radios doctrinę. Dan. Qui ad iustitiam erudiunt multos, erunt sicut stellę. Dan. 12

Item sunt noctis illuminatiuæ: quia sanctis suis exēplis illuminat in nocte peccati existētes. Sapien. Fuit illis in lucem stellarum per noctem. Sap. 18.

Item sunt sui luminis occultatiuæ. Et hoc competit sanctis cū per humilitatem occultant vitam suam Ioel. Stellæ retraxerunt splē dorem suum. Ioel. 2.

Item sunt aëris purgatiuæ. Et hoc competit non solum doctoribus, qui purgant ecclesiā ab erroribus, sed etiam sacerdotibus qui per sacramentū baptismi vel pœnitentiæ purgant animas.

Item sunt serenitatis causatiuę. Et ita etiam similiter sancti turbationes, & scandala remouendo, & ad serenitatem pacis, & cōcordiæ reducendo.

Item sunt nauigantiū directiuę, quia scilicet sancti suis consilijs dirigūt fluctuantes, & dubitātes.

Item sunt sui luminis communicatiuę: quia scilicet per pietatē, & charitatem communicant se, & sua. Item & stellæ sunt in suis circulis ordinatè progressiuæ. Quia quilibet sanctus in suo gradu vel statu ordinatè viuere studet Hier. Dat ordinem stellarum in lumine noctis. Hie. 21.

Item sancti viri assimilātur nubibus. Nam nubium quædam sunt albæ: & hoc est quando vapor nubis est subtilis, ita quod non spissatur. tunc enim recipit lumen superiorum in profundo, & sic fit nubes alba; quæ si reprimitur ad terram ex aliquo frigore, fit inde nebula alba. Talibus ergo nubibus albis assimilantur innocentes, qui & lumen gratiæ interius, & eandorem continentiæ exterius cōseruant. Apo. Vidi nubem candidam, & super nubem sedentem similem filio hominis. Apo. 14

Digitized by Google

hominis. Hæc enim nubes candida est innocentium vita, qui cum Christo præsident, & ei inhærent.
Psa. 24. Psal. Innocentes, & recti adhæserunt mihi.

Aliquando vero sunt nubes nigræ, & hoc est quando calor circunstans expellit frigus ad interiora nubis, & per consequès inspissat, & aufert perspicuitatem luminis receptam, & fit nubes nigra. Et his nubibus nigris assimilantur pœnitentes, qui calore contritionis calescentes, frigidus malitiæ suæ introrsus ad mentis considerationem trahūt; & dum se per humilitatem diuinæ gratiæ lumine indignos aspiciunt, se ipsos etiam exterius despiciendo in oculis aliorum nigrescunt. Exo. Erat nubes tenebrosa illuminans. Nam pœnitentium humilitas licet videatur obscura & despecta exterius, illuminat interius. Aliquando vero sunt nubes rubeæ vel purpureæ. Et hoc est quando humidum nubis subtile est admixtum adusto terrestri. Tunc enim recipiendo lumen superius, fit rubea. Sed si tunc vapor humidus sit inferius iam præparatus, & ductus à sole in mane vel sero, erit nubes purpurea, & figurat pluuiam eodem die. Et talibus nubibus assimilantur patientes, & præcipuè martyres, qui fuerunt rubenti
Isa. 63. sanguine cruentati. Isa. Quare rubrū est indumentū tuū? Sed tanquam nubes purpureæ sunt amici Dei fruentes amore, qui & nitent puritate, & rubēt charitate.
Can 5. Can. Dilectus meus candidus &
Pro. 21. rubicundus, & Pro. Byssus, & purpura indumentū eius. in bysso candor puritatis, in purpura feruor charitatis accipitur. Quandoque autem sunt nubes virides: quod est si nubes sit iam rorans, & conuertens se in pluuiam propter frigus conuertens eam in aquam; quia si tūc recipit lumen à superiori fit viridis. Et talibus nubibus assimilātur virgines siue continentes. est enim virginitas in carne, velut viriditas in aqua siue aquosa nube. Eccles. Super Ecc. 40.
omnem aquam viriditas. Hoc enim erit in resurrectione, quia in omni carne glorificata incorruptio erit ca itatis.

Item sancti viri assimilātur pratis. Nam prata aquis crescentibus irrigantur, herbis, & floribus diuersi generis decorantur, vnde & videre dicuntur. Prata suo virore delectāt visum, suo odore efficiūt olfactum, graminum sapore delectant gustum. Ita similiter sancti viri irrigantur aquis gratiarum, decorantur herbis, & floribus, id est habitibus, & actibus virtutum diuersarum: delectant visum pulchritudine morum, afficiunt olfactum odore exemplorum, gustum animæ, sapore, & dulcedine verborum, Prouer. Aperta sunt Pro. 27.
prata, & apparuerunt herbæ virentes.

Item sanctorū vita assimilatur arcui cœlesti, qui dicitur iris, propter quinque.

Primo propter eius generationem: quia scilicet arcus cœlestis generatur de reflexione radij solaris in nubem concauam, lucidam, & aquosam siue roridam, ficut nos videmus, quòd radius fulgens in aqua, relucet ad parietem. & secundum hunc modum fit in animabus sanctorū infusio gratiæ. Quia sunt vt nubes concauæ per humilitatem, lucidæ per conscientiæ puritatem, & aquosæ siue roridæ per lachrimarum irriguitatem ideo sunt susceptiuæ radij diuinæ gratiæ, & ita efficiuntur arcus Dei. Eccles. Vide arcū, & benedic qui fecit illum. Eccl. 44

Secundo propter coloretionem. Nam arcus ille (vt Beda dicit) ex quatuor elementis contrahit

Digitized by Google

quatuor colores: quia ex igni cõtrahit rubeum in summo, ex terra viride in infimo, ex aëre hiacinthinum, ex aqua ceruleum. Secundum autem Aristo. primus
Aristo. meth. color, scilicet rubeus vel vinosus, ex radio fit tangente superficiem rotunditatis nubis, hunc sequitur color mixtus scilicet glaucus vel ceruleus secundum qualitatem dominantẽ in medio nubis. Tandem apparet color viridis, vbi vapor magis est terrestris, & inter istos colores sensim distinguere est impossibile: quia scilicet per nullam lineam potest distinguivnus ab alio, & ideo nullus
Lib. me te. pictor (vt ipse Aristo. dicit) potest dolores arcus depingere, quia semper picta per lineam distinguuntur. Redeundo autem ad quatuor dictos colores quos Beda accipit distinguendo medium in duos, prout contingit ipsum medium variari secundum duas distinctiones: Dicendum est, quòd sancti viri habent admodum arcus ruborem ex inflammatione charitatis, nitorem ex mundificatione sanctitatis, virorem ex conseruatione castitatis, siue virginitatis. Habent etiam, & colorem ceruleum ex compassione pietatis, secundum illud
Psal. 21. Psal. Factum est cor meum tãquã cera liquescens in medio ventris mei. Ex istis ergo virtutibus refulgent sancti ad modum cælestis arcus, secundum illud Eccl. Qua-
Eccl. 45 si arcus refulgens inter nebulas glorię.

Tertio propter figurationem. Habet enim iris figuram semicirculi, ideſt arcualem. Quamuis etiam Sol, cuius imago est iris, sit rotundus, quia tamen longe est altior nubibus, superiorem partem nubis tangens, imprimit ei figuram arcualem: Vnde quanto Sol est ortui vel occasui propinquior, tanto in parte opposita apparet arcus maior. Apparent ergo quatuor in huiusmodi arcus: figura quæ habet sanctorũ vitam, nam habet medium conuexum, & eleuatum superius. habet extrema, ideſt cornua inclinata inferius. Nec est etiam extensus; quia non apparet cum corda, nec etiam est sagittarius, quia nulla ibi est sagitta. Similiter sancti viri habent medium, ideſt cor eleuatum semper superius ad Deum, extrema siue cornua inclinata inferius ad proximum. Quasi enim duo cornua sunt duo studia eorum, quibus inseruiunt proximis; vnum circa salutem animarum, quod inclinatur ad proximum per eleemosynas spirituales, quæ sunt docere, pro eis orare, consulere, & huiusmodi: Aliud circa salutem corporis, & hoc inclinatur proximo per eleemosynas corporales, quæ sunt pascere famelicos, vestire nudos & huiusmodi. Sunt etiam non extensi, id est sine tensione; & corda nimiæ rigiditatis, & crudelitatis, neque suis sagittis percutiunt tyrannicæ prauitatis. Sũt enim benigni ac mites plus erga alios, quàm etiam erga seipsos. Hæc est ergo figura arcus quæ apparet in nubibus cæli, ideſt in sanctis, & cælestibus viris. Gen. Gen.
Arcum meum ponam in nubibus cæli.

Quarto propter significationẽ, secundũ illud Ps. Dedisti metuentibus te significationẽ, vt fugiant Ps. 11.
à facie arcus. Nam arcus iste cælestis quandoque significat pluuiæ inundationem, & hoc est quando apparet in meridie, quãdoque vero nubium cognationẽ; & hoc est quando apparet circa occasum, quia tunc significat quod tonabit, & leuiter pluet. Aliquando vero significat aëris serenationem, hoc est quando apparet in Oriente vel circa. Sic etiam

Digitized by Google

etiã viri sancti quando apparent, sequitur pluuia, ideſt abundantia doctrinæ, & tonitruum id est terror diuinæ iustitiæ, & serenitas animæ per purgationem conscientię, scilicet pœnitentiam, hęc studeant sancti viri peccatoribus assidue impendere.

Quinto, propter operationem, quia scilicet arcus cælestis tua interpositione Solis calorem temperat, Quia sancti viri se interponendo, inter Deum, & peccatores, iram eius mitigant, secun-
Psa. 120 dum illud Psal. Dixit vt disperderet eos si non Moyses electus eius stetisset in contractione in conspectu eius, vt auerteret iram eius.

Item arcus per sui resolutionem in pluuias, inferiora fœcundat. Et similiter sancti pro alijs orando, & se in lachrymis resoluendo, gratiam eius impetrant, qua anima fœcundatus ad fructus bonorum operum producendos.

Item arcus per suam speciem
Ecc.43. superiora pulchrificat. Vnde Ecc. dicitur de ipso quod valde speciosus est splendore suo. Et similiter sancti splendent non solum mundo, ideſt hominibus, sed etiam cælo, ideſt Deo, & angelis, ipsi etiam sunt superior, speciosior, & illustrior portio gregis Christi.

Item arcus aërem inhumidat,
Beda. vnde (secundum Bedam) per xl annos ante iudicium non apparebit arcus, quod erit signum desiccationis elementorum: Similiter sancti viri aërem suis lachrymis molliunt, quia frequentes & vberrime plorant, siue pro reatu culpæ, siue pro incolatu miseriæ, siue pro timore iustitiæ, siue pro dilectione patriæ.

Item arcus pacem inter Deũ & mundum denunciat. Et similiter sancti viri dum mõdum & pecca-
Ecc.44. tores Deo reconciliant. Eccl. In tempore iracundiæ, factus est reconciliatio.

Item sanctus homo assimilatur materiæ vaporali, quia idem corpus dicitur vapor, æther, & fumus. Nam secundũ quod habet continuans, dicitur vapor: secundũ vero quod habet subtile aëriũ inflammabile dicitur æther: secundũ vero quod habet in se calidũ adurens partes, dicitur fumus, & ideo est niger. Similiter sanctus vir primo est aqueus in lachrymali compunctione, secundo subtilis & aëreus in spiritualium contemplatione, tertio calidus, & fumans in feruẽti dilectione. Sapiẽ-
Sap.7. tiæ. Vapor est enim virtus Dei.

Quam plurima lucis, aquæ, & ignis proprietates enumerantur, quibus sanctorum beatorumq; sapientia comparatur.

Cap. LXX.

SApientia sanctorum assimilatur luci propter quatuor. Cap. 70

Primo propter munditiam vitæ. Lux enim purissima est & incoinquinabilis. Vnde per sordes transiens, non inquinatur. Hoc bene competit cœlesti sapientiæ qua sancti illuminantur. De qua dicitur Sapientiæ, quod nihil inqui-
Sap.14. natum in illam incurrit. Candor enim est lucis ęternę & speculum sine macula, & ideo cælestis sapientia munditiam præsupponit. Vnde dicitur Sap. quod in mali-
Sap.1. uolam animam non intrabit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Et idem dicit Grẽgorius Nazianzenus, quod
Gre.na prima sapientia, est vita laudabilis, & apud Deum mens pura, per quam puri puro iunguntur, & sancti sancto sociantur.

Secundo propter exercẽtiam notitiæ. Habet n. lux in medio se ipsam multiplicare, & augmẽtare, secundum illud Prouerb.
Prou.3. Lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectum diẽ. Similiter sapientia sanctorum in vita

ista

ista semper augmẽtabilis est quo usque perueniat ad perfectum diem, id est, ad perfectam & claram Dei visionem: propter quod
Eccl. 6 dicitur Eccl. Vsque ad canos inuenies sapientiam. Et ideo dicebat Gregorius Nazianzenus. Dicta & facta, quæ ad proprietatem pertinent semper discere potius ignorans malo quam docere. Optabile enim mihi est & percarum vsque ad vltimam discere senectutem, quoniam nulla ætas ad discendum sufficere potest.

Tertio propter euidẽtiam iustitiæ. Videmus enim, quod lux est radiorum emissiua, & diffusiua, sicut patet de luce solis. Sic etiam quando est lux verè sapientiæ interius, emittit, & producit radios non solum verborum bonorum, sed etiam bonorum exemplorum exterius, secundum illud Mat. Sic
Matt. 5 luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera bona vestra.
Iac. 3. Vnde dicitur Iac. quod sapientia quæ de sursum est, est plena misericordia, & fructibus bonis. Et idcirco etiam dicit Gregorius supra dictus: ille, inquit, sapiens mihi videtur, qui de virtutibus animæ, pauca quidem commouet, & proloquitur, plura autem in suis factis & moribus ostendit, & fidem verbi operum suorum à stipulatione confirmat. Clara enim sapientia est illa non quæ verbis volat, sed quæ in virtutibus constat.

Quarto propter efficaciam doctrinæ. Nam sicut lucis est alijs splendere, ita sapientis est alios docere, & sapiẽtes efficere. Vnde
Tho. 13 dicitur de sapiente Thobia. Luce splendida fulgebis. Hic est splendor doctrinæ præcedens à luce sa-
Eccl. 6 pientiæ. Eccl. Sapientia doctrinæ secundum nomen est eius. Habet autẽ doctrina sapiẽtiæ multos esse actus lucis. Nam lux est contrariorum conciliatiua, sic sapientes & sancti viri studẽt discordes pacificare & fœdere pacis eos tã Deo quam inter seipsos vnire. Isa. Dedi te in fœdus populi, & in lucem
Isa. 42. gentium.

Item lux est debilium confortatiua, vnde multum confortantur infirmi dum audiunt diem fieri. Sic & sapientiæ proprium est confortare. Vnde Eccl. Sapientia con-
Ecc. 7. fortauit sapientem super decem principes ciuitatis, & ideo sapientibus dicitur ilud Isa. Confortate manus dissolutas & genua de-
Isa. 36. bilia roborate.

Item lux est grossorum subtilia tiua: subtiliat enim lux aerem nõ solum de die, sed etiam de nocte. vnde Hippocrates dixit quod nisi
Hippo. stillaret lux de nocte, & subtiliaret aëris densitatem, destrueret omne corpus animatum. Similiter subtiliat sapientia mentes hominum simplicium ad omnia rectè diiudicandum. Sapientiæ, Omniũ
Sap. 7 artifex docuit me sapientia. Est enim in illa spiritus intelligentiæ, sanctus, simplex, vnicus, subtilis.

Item lux est durorum liquefactiua, sicut patet in cera & aqua congelata quę liquescunt ad calorem lucis solaris. Vnde Exod. Cũ
Exo. 17. incaluisset sol, liquefaciebat manna. Sic verba sapientiæ liquefaciunt corda dura. Psal. Emittet
Psal. verbum suum & liquefaciet ea. Iudith. Petræ sicut cera liquescent. Item lux est absconditorum
Iudith. 16. manifestatiua. Sic per doctrinam sapientium manifestantur nobis abscondita scripturarum, secundum illud Iob. Profunda fluuio-
Iob. 33. rum scrutatus est, & absconditа produxit in lucem.

Item est corporalis vitæ regitiua. Sic per sapientiam præsidentium, regitur vita plebium: Vnde
2. Par. Para. Salomon orauit Deum, dicens: Fecisti me regem super po-
c. 1. pulum tuum multum, qui tam innume-

Digitized by Google

innumerabilis est quasi puluis terræ. Da mihi sapientiam, & intelligentiam, vt ingrediar, & egrediar coram populo tuo.

Item lux est dormientium excitatiua, & solicitatiua. Nam qui de nocte dormiunt, adueniente diei luce excitantur, & surgunt. Psal. Ad te de luce vigilo. Sic sapientia solicitat dormientes in peccatis, excitans eos stimulo timoris vt e lecto peccati surgant. Vnde Psal. Initium sapientiæ timor domini. Timor enim domini expellit peccatum.

Item sapientia sacræ scripturæ assimilatur aquæ propter septem.

Primo, quia ipsa est facierum præsentatiua. Apoca. Ostēdit mihi dominus fluuium aquæ viuæ splendidum tanquam cristallum. In aqua enim viua, & splendida facies intuentium tanquam in speculo ostenduntur. Prouer. In aquis resplendent vultus prospicientium, & talis est sacra scriptura. Grego. Scriptura sacra mentis oculis quasi quoddam speculum opponitur, vt ibi interna facies nostra, videatur. Ibi enim fœda, ibi pulchra nostra conspicimus: Ibi sentimus quantum proficimus quantum a profectu longe distamus.

Secundo, quia est sordiū mundificatiua. Ezeç. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini. Iob. Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis.

Tertio, quia est sterilium fœcūditiua. Isa. Effundam aquas super sitientem, & fluenta super aridā, supple, vt fœcundetur. per aridam intellige animam in suis naturalibus consideratam. Nume. Anima nostra arida est. Sed per sitientes intellige physicas doctrinas quæ sine aqua istius sapientiæ nō proficeret.

Quarto, quia est frigidorū calefactiua. Gen. Anna inuenit aquas calidas in solitudine. Hæ aquæ calidæ, sunt sacræ scripturæ, verba siue documenta ignita. Psal. Ignitum eloquium tuum vehementer.

Quinto, quia est promissorum impletiua. Isa. Panis ei datus est, aquæ eius fideles. Panis enim reficiens animam, est doctrina sacra: cuius aquæ, idest promissiones, sunt fideles sine fraude, & deceptione. Dicuntur enim aquæ fideles, vbi non sunt foueæ vel herbæ latētes, per quas fraudes & deceptiones verborum signantur, aquibus sactæ scripturæ doctrinā penitus est munda.

Sexto, quia ab amaritudine dulcoratiua. Nam ipsa continet lignum, quod fuit positum in aquas Marath. Exod. Ostendit eis lignum; quod cum misisset in aqua, in dulcedinem versæ sunt. hoc est lignum crucis. Psa. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua.

Septimo, quia est inferiorum elenatiua. Ioan. Aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Item sapientia humana in ista vita, siue naturalis siue fidei, est imperfecta. Et ideo assimilatur aquæ ratione imperfectæ figuræ: quia aqua non habet sphæram completam: non enim aquæ sphæra vndique circundat terram, quia scilicet terra est in parte discooperta. Et dicunt philosophi, illud naturaliter esse, quia aqua cum non sit corpus ita naturale, sicut ignis, & aër, sed sit valde materialis, minus habet de loco, & de figura sphærica quàm aër, & ignis: & ideo non potest implere concauum alicuius sphæræ, cum humidum eius fluat in seipsum, & in partes cōtrahatur: ideo non habet figuram sphæricam, scilicet circularem quasi semicircularem.

Vnde

Pſal.62 Pſal.110 Eccl.1. Apo.17 Pro.27 Greg. in mor. Ezech. 36. Ioh.15 Iſa.44 Nume. 11. Gen.36 Pſ.118 Iſa.31 Exo.15 Pſ.118 Ioa.17.

Digitized by Google

Vnde dicit Alpetragius, quod ignis velociter, & vniformiter imitatur circulare motũ cæli & per consequens locũ, Aër vero imitatur, sed nõ vniformiter. Aqua vero nec vniformiter nec completè sed semicirculariter. Terra vero in nullo imitatur, sed sphæricam figurã cõplet non imitando cælũ, sed recedendo à cælo per hoc q̃ partes sua grauitate comprimuntur ad centrum. Locus ergo naturalis aquæ, non est tota superficies terræ, sed superficies aëris, scilicet illa quæ magis abundat in qualitatibus communibus aquæ scilicet in frigido & in humido, & superficies terræ sibi similis. Hæc autem est tantum in aquilone, vbi est purissimus locus aquæ quo ad generationem in meridie autem non est aqua, nisi quia illuc fluit ab aquilone Nec est contra theologos dicentes quod terra non apparebat in principio: quia tũc aqua erat in circuitu terræ vaporaliter, quia nondũ habebat propriũ locũ & distinctionẽ. Sicut ergo terra est tantum ex parte cooperta aqua, ita nos in vita ista siue notitia naturali siue fidei, tantum ex parte cognoscimus. Ex parte enim cognoscimus
1.Cor. 13. & ex parte prophetamus. Vnde scientia nostra est imperfecta sicut & aquę figura. Isa. Repleta est
Isa.11. terra scientia diuina, & quasi aquæ maris operientes, scilicet nõ ex toto, sed ex parte, sed scientia beatorum assimilatur igni. Isa. E-
Isa.10. rit lumen Israel in igne. Israel interpretatur videns Deum, & significat beatos qui Dei visione fruũtur quorum lumen, id est scientia igni assimilatur, quia est velox & vniformis. Velox enim est, quia sine discursu. Non enim (vt dicit Aug.) erunt in patria volubiles cogitationes nostræ ab alijs in alia
Aug. euntes atque redeuntes, sed totam scientiam nostram vno simul conspectu videbimus & sic non solum velox, sed etiam vniformis. quia vnico reali medio siue forma omnia cognoscunt beati quę ad eorum beatitudinẽ faciunt, scilicet diuina essentia.

Scientia autem angelica naturalis, licet sit completa, quia omnium creaturarũ habent plenam notitiam, non tamen vniformis, quia non per vnam speciem siue formam, sed per multas cognoscũt. Vnde dicitur in libro de causis, quod intelligẽtia est plena formis, & ideo similis aëri quæ non vniformiter imitatur cælum, & ita nec ipsi sapientiam habent diuinam, quia quæ Deus cognoscit vniformiter ipsi (vt ita dicam) cognoscunt multiformiter. Sed sciẽtia hominis viatoris est vt dixi, similis aquæ: quia nec perfecta nec vniformis, sed varia & multiformis. Illi vero qui cælestem sapientiam fugiunt qua dicũt Deo. Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus, similes sunt terræ, quæ recedendo à cælo complet am facit sphæram, quia recedẽdo à cælesti sapientia, completam quandam accipiunt nequitiæ figurã, quæ potius est tenebra quã lumen. Isa. Ecce tenebræ operiẽt terrã. Nã sapientia hũius mundi, Isa. 60
stultitia est apud Deum. 1.Cor. 3

Vita solitaria perfectiones per varia Eremi exempla breuiter conscribuntur.

Cap. LXXI.

SOlitaria & eremitica vita assimilatur eremo siue solitudini. Nam habet quatuor spiritualiter quæ habet eremus corporaliter.

Primo libertatem, quia ibi ferę siue stres liberius euagantur. Sic etiam anima à curis & tumultibus seculi separata, est liberior ad contemplandum. Thren. Sedebit solitarius & tacebit, & leuabit se Thre. 3:
supra se. Vnde ibi liberius percipit diuinas reuelationes, Ose. Du- Ose.22.
cam

eam eam in solitudinē,& loquar ad cor eius. Ibi ergo petra Christus animæ oranti,& sitienti se aperit,& aquam sapientię salutaris
Psal.77. vberius infundit.Ps. Interrumpit petram in eremo, & adaquauit eos velut in abyssō multa.

Secundo, quia habet dubietatē vel deceptibilitatē. Nam propter siluestres feras quæ in eremo cōmorantur, loca talia à venatoribus frequentātur, & laquei ibi & retia occultantur.Et sic etiam solitarij maximè molestantur & tentantur à dæmonibus,qui sunt venatores animarum diuersas deceptiones inuenientes. Et hinc est quod diabolus Christum in deserto tētauit. Vnde multo magis tentat & venatur ibi simplices homines.Eccles.Venatio Leonis Onagri in eremo. Leo enim est diabolus.Onagri vero simplices eremitæ.

Tertio habet difficultatem siue asperitatem. Nam talium locorū habitatores pluribus laboribus exponuntur,& nūc gelu, nūc frigore constringuntur, nunc æstu exuruntur, nunc rore, nūc pruina, nunc niuibus perfunduntur. Sic etiam spiritualiter solitarij, diuersorū vitiorū molestiis fatigantur: quia quandoque rigescunt gelu accidiæ,quandoque feruescunt æstu concupiscentiæ Sed si viriliter resistunt, perfunduntur rore gratiæ siue consolationis diuinæ.Vnde Deus quandoque ad horam videtur eis iratus, scilicet quando tot vitiorum tentationibus commouentur: sed statim videtur placatus, quia scilicet post tentationū victoriam, magnæ dulcedinis consolationibus perfunduntur.
Isap.12. Vnde dicitur. Tetigit autem & iustos tētatio mortis, & commotio facta est multitudinis: sed nō diu permansit ira tua.

Quarto habet tranquillitatem. Nam quamuis talis locus multū habeat afflictionis,multū tamen habet quietis,quia ibi habitantes raro nisi à latronibus molestantur.Similiter solitarij homines habent solum pugnam latronum,id est dæmonum.Sunt enim(vt dicit Antonius) à tribus bellis erepti, visus,auditus & locutionis: sed remanet eis pugna cordis propter dæmones infestantes.Et sic licet hæc vita ex vna parte videatur aspera,& terribilis,tamen ex partibus multis est secura & pertransibilis.Deut.Transiuimus per eremum terribilem & solitudinem magnam. Deut.1

Aquilonaris & Australis venti effectus, quorum alteri spiritus malus, alteri vero bonus comparatur.

Cap. LXXII.

SPiritus malignus assimilatur aquilonari.

Primo, quia aquilo est vētus frigidus;& hoc habet ex loco sui exitus.Et similiter spiritus malignus est frigidus,feruorem mentis extinguendo.Eccl. Frigidus ventus Eccl.43
aquilo flauit,& gelauit crystallus ab aqua.

Secundo,quia est ventus siccus,& hoc similiter habet ex loco exitus sui : Similiter spiritus Pro.25
malignus siccus est,id est desiccatiuus,humorem deuotionis consumendo. Vnde Prou. Ventus aquilo dissipat pluuias, id est de- Eccl.43
uotionem lachrymarum. & Eccl. dicitur, quod ventus aquilo flauit &c. Et postea sequitur quod deuorauit montes & exuret desertum, & extinguet viride sicut ignem,scilicet deseccando deuotionis humorem.

Tertio,quia est ventus subtilis & hoc habet quia aquilo propter nimiam congelationem minimè vaporatur , & ideo non ingrossatur ex vaporibus humidis. Similiter malignus spiritus subtilis,ideſt astutus est in fraudulen-

tes

ter decipiendo: & ideo tentatio eius propter subtilitatem, & obscuritatem assimilatur fumo, secundum illud Isa. Ab aquilone fumus veniet, & non est qui effugiat. Isa.14.

Quarto, quia aquilo est ventus vehemens: & hoc quia exit à locis frigidissimis, & motibus sub quibus continetur multus vapor terrens. Ecclesiastici: Tempestas aquilonis, & congregatio spiritus, &c. Similiter malignus spiritus, est vehemens & violentus crudeliter persequēdo. Iob. Ventus vehemēs venit a regione deserti & cōcussit quatuor angulos domus. Ezech. Ventus turbinis veniebat ab aquilone. Eccc.43. Iob.1. Ezec. 1.

Notandum, quòd spiritus malignus & Spiritussanctus contrario modo operantur. Ille quidem in hominibus peccatoribus, & hic in iustis: sicut accidit de vento aquilonari & australi. Nam auster congregat & inspissat vapores in nubes & rorem, eo quòd aperit propter caliditatem suam, & etiam congregat propter suam tortuositatem. Sed aquilo econtrario dissipat & dispergit omnem vaporem. In Corintho tamen contingit oppositum scilicet quòd aquilo inducit ibi vapores, & auster dissipat: quod est, quia illa ciuitas habet ad austrum terram arenosam, & desertam, cuius siccitate minimus vapor resoluitur, econtra habet ad aquilonem paludes & maria ex quibus ventus aquilo ingrossatur, & accipit tortuositatem, & generat ibi pluuias & alios vapores. Similiter in mentibus Sanctorum, auster id est Spiritussanctus, de quo dicitur Abac. Deus ab austro veniet: inducit siue congregat nubes & vapores, id est sanctas cogitationes & affectiones quas aquilo id est malignus spiritus dissipare, & dispergere conatur. Sed in peccatoribus econtra diabolus tanquam aquilo in Corintho inducit & congregat vapores, id est malas & terrenas vel carnales affectiones: Sed auster, id est Spiritussanctus eas dissipat, & dispergit, dum ad puritatem reducendo malas affectiones ab eis repellit. Et propterea aquilonem odiens, & austrum diligens, sponsa in canticis dicit: Surge aquilo, & veni auster, perfla hortū meū, & fluent aromata illius. Abac. 3

Item malignus spiritus quandoque vt deuotos, & spirituales viros decipiat, transfigurat se in angelum lucis: & tunc eius simulatio est similis speluncæ, qui a spelunca ex parte lucis habet introitum latum, sed terminum arctum. Vnde locus lucidus est in ingressu, obscurus in progressu, sed arctus & hispidus in egressu, si tamen inueniatur egressus, vt dicit Damasce. Sic etiam quandoque diabolus apparens in forma boni angeli (vt dicit Beda) in principio dat splendorem, & tuporem, in progressu dat timorem, sed in exitu dimittit errorem. Et propterea dicit Psalmus, quòd insidiatur quasi leo in spelunca sua. Cant 4. Dam. Psal.9.

Quam plurimis ignis ac nubis, omnisque vaporum effectus & virtus: quibus pulcherrimis similitudinibus, Dei spiritus comparatur,

Cap. LXXIII.

SPiritussanctus assimilatur igni. Actō. Apparuerunt illis dispartitæ linguæ tanquā ignis, seditque supra singulos eorum Spiritussanctus. Act.2.

Primo, propter gratiam, scilicet donorum: habet enim ignis vij. virtutes designantes septiformem gratiam septem donorum Spiritussancti. Nam Spiritussanctus admodū ignis alta humiliat per donum timoris, emollit dura

Digitized by Google

ditura per donum pietatis, illuminat obscura per scientiam, restringit fluida per consilium, consolidat mollia per fortitudinem, clarificat metalla tollendo rubiginē, per donum intellectus sursum tendit, per donum sapientiæ altissima comprehendit.

Secundò assimilatur Spiritus sanctus igni propter excellentiā. Ignis enim excedit omnia elemēta in tribus, scilicet in specie, in ordine, & virtute. In specie quidem, id est, in pulchritudine ratione lucis in aspectu. In ordine ratione sublimitatis in situ. In virtute ratione vigoris in actu. Similiter Spiritus sanctus in his omnia excedit. Primo in pulchritudine lucis.
Iob 37. Iob. Spiritus eius ornauit cælos.
Psal. 41. Ornamentum enim cælorum, est pulchritudo lucis. Psalm. Expandit ignem vt luceret eis per nocem. Item in altitudine originis.
Thre. 1. Thren. De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me. Item in multitudine virtutis. Psal. Spiritu oris eius omnis virtus eorum.
Psal. 32
Heb. 12 Hebr. Deus noster ignis consumens est.

Tertiò, propter viblentiam. Nam ignis ex violentia sua habet alta inclinare: grauia eleuare, & fluida coadunare. Et hæc tria facit Spiritus sanctus, quia inclinat excellsos ad humilitatem, eleuat infimos per supernorum auiditatem, coadunat inuicem diuisos per morum vniformitatem.

Quartò, propter munificentiam. Est enim munificus, & vt ita dicam, liberalis, communicando se & sua. Nam communicat suam formam, id est, igneitatem: & sic Spiritus sanctus per gratiam quodammodo communicat suam deitatem, Nam qui spiritu Dei aguntur: hi filij Dei sunt, sicut
Rom. 8. dicitur Roman. Item communicat suam potentiam, id est, calliditatem quæ est eius virtus activa. Et sic spiritus sanctus suam charitatem, per quam operatur magna. Apostolus: Charitas Dei
Rom. 5. diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Item communicat suam efficaciam; id est, operationem quæ multiplex est. Et sic Spiritus sanctus communicat suas operationes quæ multæ sunt secundum diuersas gratias gratis datas. Nam alij datur per spiritum sermo sapientiæ &c. vt dicitur Corinth. Et postea subditur, quòd
1 Cor. 12. hæc omnia operatur vnus atque idem spiritus. Et Spiritus sancti operationes assimilantur operationibus ignis. Nam ignis habet alterare, scilicet calefaciendo, deficcando & denigrando, & multis aliis modis transmutādo per suam virtutem actiuam. Et similiter Spiritus sanctus in diuersas qualitates siue virtutes eos in quos venit, alterat & trāsmutat. vnde dictum fuit Sauli: Insiliet in te spiritus Domini, & pro
1. Reg. 10. phetabis, mutaberisque in virum alterum.

Secundò, ignis habet renouare. Est enim ignis (vt dicit Dio.) sui renouatiuus in materia, scilicet aliena se generando, vt per nouas generationes seipsum extra sphæram suam conseruet. Nā extra sphæram suam ignis se renouando, melius custodit & conseruat naturam suam in materia aliena, quàm faceret ibi in materia propria, quia materia grossa tardius euellitur per actionem contrarij. Sic Spiritus sanctus quàmuis in sphæra sua, id est, in natura sua propria non remouetur vel immutetur, tamen in nobis existens quodammodo renouatur per nouos effectus gratiæ quos efficit in quibus operatur. Vnde propheta petebat dicens:
Dio. de cel. hier. rar. ca. vltimo.
Spiritum rectum innous in visce- Psal. 50.

Digitized by Google

ribus meis. & Ezec. Ecce dabo vo-
Ezec. 36 bis cor nouũ &c. Ipse ergo reno-
uare dicitur, dũ nos per ipsius gra-
Psa. 103 tiã innouamur. Psal. Emitte spiri-
tum tuum & creabũtur, & renoua-
bis faciem terræ.

Tertiò, ignis habet augmenta-
Dio. ri. Dicit enim Dionysius, quòd
ignis est latenter augmentatiuus
sui ipsius & alia translatio dicit,
crescens à seipso, id est, à propria
virtute actiua, nõ quòd in ipso sit
materia sui crementi, & ideo non
crescit nisi addito cõbustibili. Et
similiter Spiritus sanctus, quam-
quam ex se naturam nõ habeat vt
crescat vel minuatur, tamẽ in no-
bis crescere dicitur, quia crescere
Luc. 1. nos facit in gratia. Vnde dicitur
de Ioanne Baptista, quòd puer
crescebat & confortabatur spiri-
tu. Sic etiam multiplicari dicitur:
quia in nobis sua dona multiplici-
Sapi. 7. cat. Vnde Sapient. dicitur spiri-
tus multiplex. Et Helias dupli-
cem spiritum, id est, duplex
donum, siue duplicem gratiam
dicitur habuisse, scilicet ad pro-
4. Reg. 10. phetandum, & miracula facien-
dum.

Quartò, ignis habet segrega-
re. Vnde Dionysius dicit, quod
ignis est discretiuus. Segregat
enim ignis & discernit in me-
tallis purum ab impuro, & gros-
sum à subtili, vt plumbum ab
argento. Assumit enim subti-
lia similia sibi, & reiicit grossio-
ra propter quod dicitur congre-
gare homogenia sibi. Vnde pa-
tet, quòd ignis habet congre-
gare, & segregare. Habet enim
congregare similia, & dissimi-
lia disgregare. Vtraque autem
operatio attribuitur Spiritui san-
cto: segregat enim ab aliis il-
los quos sibi elegit ad aliquod
speciale. Vnde dixit Spiritus
Act. 13. sanctus, Segregate mihi Paulum,
& Barnabam in opus ministerij
ad quod assumpsi eos. Item ei at-
tribuitur bonorum cõgregatio.
Eccles. 43 Ecclesiastici: Tempestas aquilo-
nis & congregatio spiritus. Tem-
pestas enim aquilonis, est cõgre-
gatio superborũ, quia est cõgrega
Isa. 14. tio illius, de quo dixit Isa. Sedebã
in monte testamenti in lateribus
aquilonis, scilicet diaboli: sed cõ-
gregatio spiritus est congregatio
humilium.

Quintò, ignis habet penetra-
re. Vnde Dionysius dicit, quòd
ignis est acutè pergẽs. Illud enim
quod est acutum, pergit penetrã-
do. Ipse enim Spiritus sanctus
amor est. Amor autem facit pe-
netrare amantem ad intima ama
ti, & eius secreta perscrutari. Vn-
de Apostolus dicit, quòd Spiri-
1. Cor. 2 tus sanctus omnia scrutatur etiã
profunda Dei. Et ideo etiam
mentes diligentium Deum per-
ducit ad secretorum Dei con-
templationem. Notandum etiam
quòd ignis acutè pergit in quan-
tum est in materia aliena, quam
successiuè conuertit, & ideo
conuertendo quamlibet partem
post partem semper in acutum
vadit. Si enim simul conuerte-
rét, moueretur in rotundum, vel
in latum. Vnde philosophus ne-
Arist. 3. cæl. gat ignem esse acutorum angulo
rum, sicut quidam posuerunt:
quia non dant elementis secun-
dum naturam aliquam figuram,
nisi forte rotundam: quod intel-
ligitur de elementis secundum
quod statuuntur in propriis sphæ
ris suis, & intelligit etiam quòd
ignis non habet angulos perma-
nentes: quod quidem verum
est, quia semper variantur. Sic-
que spiritus sanctus mentem ho-
minis non statim totaliter perfi-
cit, sed paulatim proficere fa-
cit. Vnde Gregorius dicit, quod
Greg. nemo repente fit summus, sci-
licet in bona conuersatione: à
minimis quis inchoat, vt ad
maiora perueniat. Ideo quanto
plus

plus homo per spiritum proficit, tanto ab exterioribus amplius se restringit: sicut accidit de cælo quod acutæ figuræ existit, quia semper versus cuspidem strictius fit.

Sextò ignis habet se alijs incorporare, siue alia sibi vnire, quasi, vt ita dicam, sicut materia vnitur formæ sicut patet in ferro ignito, & carbone inflammato: in quib. ignis secùdum omnes partes suas sic partibus carbonis siue ferri cõiungitur, quod inter vnius, & alterius substantiam sensibilis differentia nõ habetur, Vnde & corpora talia dicuntur esse ignis materia, vt idem dicit Phi. Quia Spiritus sanctus quos per suam gratiã ad se trahit, secum quodammodo vnũ facit. Vnde dicitur quod qui adhæret Deo vnus spiritus est cũ eo.

Aristo. met. 4.

1. Cor. 6

Septimò ignis habet eleuare: Vnde Dionysius dicit, quod ignis est sursum ferens, scilicet alia: & hoc in quantum cogit alia in quibus habet victoriã, sequi motum suũ, quia sicut participant de forma eius, ita & de motu. Sic etiam Spiritus sanctus quibus formam suæ gratiæ tribuit, leuat. & post se trahit. Eze Quocunque ibat spiritus illuc eunte spiritu, & rotæ pariter leuabantur sequentes. Spiritus enim vitæ erat in rotis cum euntibus ibant, & cũ stantibus stabant, & cum eleuatis à terra pariter eleuabantur, & rotæ sequentes eum, quia scilicet spiritus vitæ erat in rotis. Vbi attende quod spiritus sanctus facit ire proficiendo, stare perseuerando, & eleuari à terra cælestia contemplando, vel terrena contemnendo.

Dio. de 6. cæl. hie.

Ezec. 1.

Item spiritus sanctus assimilatur nubi. Primò, quia nubes à terra vel mari eleuantur. Reg. Ecce nubecula parua ascẽdebat de mari. Quia 1. Spiritus sanctus quos replet, eleuat à terrenis per ipsorum terrenorum contemptum. Ezec. Eleuauit me spiritus inter cælum, & terram.

3. Reg. 18

Ezec. 8.

Secundò, quia ex nube refrigerium præstatur: quia scilicet Spiritus sanctus refrigerat etiam incẽtiua vitiorum. Vnde angelus dixit virgini Mariæ: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, id est, te ab omni æstu vitiorum refrigerabit. Matthæ. Nubes lucida obumbrat eos.

Luc. 1.

Mat. 17

Tertiò, quia ex nube pluuia generatur. Ecc. Quasi nubes pluuiæ in tempore siccitatis. Quia scilicet Spiritus sanctus resoluit animam in abundantiam lachrymarum, siue in compunctione, siue in oratione. Vnde dicit Apost. quod spiritus postulat pro nobis, id est, postulare nos facit gemitibus inenarrabilibus.

Ecc 35.

Rom. 8.

Item spiritus sanctus assimilatur vento: Primo quia ventus habet originem occultam. Et ista similitudo tãgitur Io. vbi dominus dixit Nicodemo: Spiritus vbi vult spirat & vocem eius audis, sed non scis vnde veniat, aut quo vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu: Quod Chrysostomus exponit de vento, qui etiam in Psal. dicitur spiritus procellarum. Et tangit Dominus primo eius potestatem, quia vbi vult spirat, id est, vẽtus quo vult flat. Et si dicas ventus non habet voluntatem: Dicẽdum est, quod voluntas sumitur pro appetitu naturali, qui nihil aliud est quam inclinatio naturalis. de qua dicitur Iob. Qui creauit pondus ventis.

Psal. 10.

Iob. 28.

Secundò tangitur venti indicium quia vocem eius audis, id est, sonitum eius ex percussione ad aliq̃ corpus. Sic enim dicitur in Psal. Vox tonitrui tui in rota.

Psal. 76.

Tertiò ponit venti originẽ quæ occulta est: quia non scis vnde veniat, aut quo vadat. Sed liceret

Digitized by Google

aliquis vtique scitur vnde veniat aut quo vadat. Nam auster venit a meridie, & vadit ad aquilonem. Boreas vero ventus venit a contrario ab aquilone, & vadit ad meridiem. Responderi potest, quod principium venti potest sciri dupliciter. Vno modo in generali, eo modo scitur quod auster venit à meridie, & vadit ad aquilonem. Alio modo in speciali, & hoc modo nescimus vnde veniat, id est, à qua plaga determinare incipiat, & quo vadat, id est, ad quã plagam determinatè terminetur. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Quasi dicat, si ventus qui est corporeus habet sic occultam originem, & processum vt sciri non possit, vnde veniat aut quo vadat: multo magis est occulta origo, & processus regenerationis spiritualis, & adhuc multo amplius origo & processus ipsius Spiritus sancti.

Secundo, quia ventus habet impulsionem inquietam, est enim ventus mobilis, & totus inquietus. Quod quidem spiritui sancto competit per effectum in quantum mouet ad bonũ, & nõ permittit nos quiescere per ociũ. Isa. 7. Commorum est cor eius, & populi eius sicut ligna siluarum ante faciem venti. Greg. Mentem quam Spiritus sanctus replet in amaritudinẽ temporalium, & delectationem æternorum commouet. Et notandum, quod ad modum venti Spiritus sanctus multipliciter commouet. Nam ad modum venti, mare, id est, cor peccatoris perturbat ad pœnitentiam delictorum: aërem condensat, id est, peccatorẽ ad se restringit & resoluit in pluuiam, id est, in abundantiam lachrymarum: ignem, id est, amantem inflãmat per desiderium æternorũ: Mõtes, id est, superbos concutit, & aperit per deiectionem, & humiliationẽ ipsorũ. poros corporis aperit exterius calorem euaporando educit, quia oculos mentis aperit, & calorem. id est, amorẽ charitatis extrahit, id est, extra propalari facit ad obsequium proximorum. Et nota quod Sapientiæ spiritus esse dicitur mobilis, & stabilis. Quia videlicet spiritus sanctus commouet ad bene operandũ, & etiam stabilitat ad perseuerandũ: vel facit mobilem ad bonum, & stabilem contra malum. Sap. 7.

Tertiò, quia ventus habet operationem fructuosam: Sunt enim diuersi venti scilicet in vniuerso xij. Quorum quilibet habet aliquid vtilitatis facere in mundo propter quod de thesauris diuinę prouidentiæ exire vel produci dicuntur: secundum illud Psal. Qui producit ventos de thesauris suis Vnde possunt. xij. ventis fructus spiritu sancti quos esse facit in nobis, congruè adaptari. Nam licet spiritus sanctus vnus sit in se, est tamen multiplex in effectu. Vnde & Sapient. dicitur Spiritus multiplex. Adaptantur ergo fructus spiritus ventis. Psa. 134 Sap. 7.

Primo in generali quo ad numerum Sunt enim vẽti in numero xij. secundũ Philosophorũ doctrinã. Licet enim sacra scriptura quatuor tantũ ventos cæli nominet & ponat. In quatuor vẽtis cæli dispersi vos dicit Dominus. Et iterum Daniel & Zach. & Apoc. quatuor venti tantum simpliciter nominantur. qui scilicet sunt principales à quatuor mũdi partibus venientes, quæ sunt Oriens, Occidens, Meridies & Septentrio. Et sumuntur prout tradũt Philosophi secundum coniugationem quatuor qualitatum: Tamẽ quilibet quatuor ventorum principalium duos alios habet ventos, hinc inde collaterales. Num subsolanus qui est principalis veniẽs ab Oriente habet à dextris ventũ Axisto. mete. Zach 6 Da. 7. 8. Zach. 6 Apoc. 8

qui

Digitized by Google

qui dicitur vulturnus, & sinistris Eurum. Auster vero qui est principalis à meridie habet à dextris Africum, & à sinistris Notum. Aquilo vero qui est principalis à Septentrione habet à dextris Corum, & à sinistris boream: Fauonius vero ab occidente habet zephirum à dextris, & à sinistris Circium: & sic sunt venti in vniuerso. xij. quorum numerum quidam secundum numerum signorum cæli siue domorum xij. accipiunt, Dicit enim Aristo. quod astronomia altera pars est physicæ & Pto. dicit quod oportet in huiusmodi consideratione cæli physicum esse. Domus autem cæli xij. hoc modo sumuntur, quia planeta dicitur signum ascendens seu emergens ab oriente super orizõtem. Inter quod & quartum quod est in angulo, sub medio terræ, oppositum medio cæli, sunt duo, scilicet secundum & tertium. Similiter inter illud quartũ & signum occidens quod opponitur ascendenti sunt duo, scilicet quintum & sextum. Eodem modo inter septimum & illud quod est in medio cæli super terram quod est ab ascendente sunt duo, scilicet vndecimum & duodecimũ. Hæc enim signa secundum Ptolomeum causalitatem habeant super omnia quæ oriuntur in mundo, tamen præcipuè causant ventos, & in nullo ita cito deprehenditur motus cæli, sicut in ventis. Et ita patet quod hæc signa vel domus ita sunt dispositæ sicut venti. Aliqui tamen sunt qui numerum ventorum accipiunt secundum diuersos ortus, & occasus solis. Est enim ortus æquinoctialis, vt cum Sol est in ariete, & libra: quod hic facit in Vere Subsolanus. Item contra hunc sunt duo, ortus scilicet, duo solsticiales & sic sunt ab Oriente (vt dictum est) tres. Opposita ratione sunt ab occidente alij tres. A septentrione vero sunt tres secundum, medium, & extrema, quia aquilo est medius, collaterales vero boreas & circius: vel secũdum alios medius est septentrio, collaterales vero aquilo, quod certius similiter est à meridie. Sed Seneca, & Varro sumunt. xij. ventos secundum xij. circulos quibus respondent totidem discrimina in aëre. Nam duo coluri æquinoctiales cũ duobus tropicis cum sint quinque, intersecantur ab orizonte, & sic intercepti faciunt decem partes scilicet quinque ab occidente. Meridianus vero circulus duas partes adiicit dum similiter in duo secatur, & ita sunt xii. Et similiter ipsi venti. Et licet in hac descriptione Seneca, & Varro conueniant, differunt tamen in modo ponendi circulos, & sectiones eorum. Sed quicquid sit de eis, omnes tamen communiter asserunt xii. esse ventos, & in eodem etiam numero scilicet duodenario. Apost. fructus spiritus commemorat dicens: Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, benignitas, bonitas, mansuetudo, fides, modestia, continẽtia, castitas.

Aristo. 2. Phi. Pto. Sen. 1. Gal. Rom. 5

Secundò, magis in spirituali possunt prædicti venti fructibus spiritus adaptari secundum proprietates aliquas singulorum. Nã subsolanus qui est principalis, ab Oriente veniens, & subsolanus nominatur, quia nascitur sub radiis solis, competit primo fructui spiritus sancti, scilicet charitati. Quasi enim radius qui à Sole, & eius luce emittitur, spiritus est qui ex patre filioque procedit, sub quo, & à quo charitas in nobis exoritur. Rom. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est vobis. Hic tamen subsolanus

Digitized by Google

vētus, quamuis à calidissima venit regione, temperatus tamen ad nos pertingit. Ita similiter quamuis charitas à spiritu sancto procedit, qui est amor increatus, & immensus, tamen ipsa quæ nobis infunditur qualitas quædam est creata, & limitata, licet quandiu sumus in via, semper possit augeri charitas intensiue.

Secundus autem ventus à dextris subsolani qui dicitur vulturnus. eo quod alte tonat. Vnde Lucretius poëta: Altitonans vulturnus, & auster fulmine pollens. cōpetit castitati quę ardua est ad seruandum, quia in carne præter carnem viuere angelicum est, non humanum. Hic ventus habet desiccare aëris humorem: quia castitas constringit humorem, id est, lubricitatem carnalis concupiscentiæ. Lucre.

Tertius ventus à sinistris subsolani, q dicitur Eurus, quasi ab eo ruens, scilicet ab Oriente, competit fidei quæ à Christo introducta est, qui visitauit nos oriens ex alto. De quo dicitur Zachar. Ecce vir, oriens nomen eius. Iste etiam ventus generat nubes quæ lumen solis coumbrant: quia per ipsam fidem non omninò claram, & apertam, sed vmbraticā, & obscuram de Deo cognitionem habemus. Zach. 6.

Quartus ventus scilicet principalis veniens ab Occidente, dicitur fauonius eo quod faueat eis, quæ nascuntur in terra, & foueat ea: & hoc competit continentiæ, qua caro nostra de terra sumpta fouetur, & conseruatur in mūdiciam, & sanctitatem. Hic etiam ventus facit nubila, sed in India serena. Similiter continentia quamuis carnem mortalem, quæ per mortem occidit, restringēdo vel refrenando quasi perturbet; tamen animæ serenitatem tribuit.

Quintus ventus a dextris fauonij versus meridiem, qui dicitur Zephirus: quia scilicet flores, & germina, eius flatu viuificantur. Zai enim idem est quod vita, & Zoe viuere ſ cōpetit gaudio quod vitā conseruat, & prolongat, sicut e cōtrario a tristitia festinat mors. Item iste ventus producit flores, quia scilicet animus gaudens, ætatem floridam facit, vt dicitur Prouerbijs. Prou. 17

Sextus ventus qui est a sinistris fauonij versus aquilonem dicitur circius, eo quod coro ſsit coniunctus. Hoc competit parientiæ, per quam homo in regnum cælorum choro angelorum iungetur. Matt. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum, Vnde dixit Abbas Effrem: Patiens homo consortium merebitur angelorum. Sub hoc vento fiunt pluuiæ, & fulgura, & tonitrua. Vnde iste ventus purgat pluendo, illustrat fulgurando; terret, excitat tonando: quæ omnia tribulationem faciunt animę si sint patiēter portata, quia videlicet eam purgat, & illuminat, & excitat ad terrorem. Matt. 5. Abb.

Septimus ventus principalis à meridie veniens, dicitur auster: quia scilicet aquas haurit. Et hoc competit bonitati, quæ scilicet aquas gratiarum, quas a Deo hauſit, alijs abundanter communicat, & effundit. Nam bonum (secundum Diony.) est diffusiuum sui Vnde auster gignit flumina, & præsum. bo bet pluuias largas. Dio. de

Octauus ventus qui est a dextris versus Oriētem, dicitur aphricus, scilicet eo quod frequēter in Aphrica initiū accipit flandi. Hoc competit benignitati. Nam hic ventus est calidus, & est a dextris austri. In calore igitur designatur amor, in dextris vero amoris rectitudo figuratur. Vnde fig-

nat

Digitized by Google

nat aphricus rectum amorem erga proximum: & talis amor est, qui benignū facit. Dicitur enim benignus, qui est bene ignitus, scilicet bono igne amoris ad bene faciendum proximo.

Nonus ventus qui procedit à sinistris austri versus Occidentem, dicitur nothus, qui licet sit temperans, tamen aliquando pestilētias inducit. Et hoc competit mā suetudini, cuius scilicet est iras temperare, refrenare, & cohibere. Nihilominus tamen aliquando mansuetus prælatus zelo iustitiæ coactus percussiones, & correptiones exercet cum digna severitate. vnde Moyses, qui erat mitissimus, propter peccatum pōpuli, qui vitulum adoraverat zelo iustitiæ accensus occidit vna die Exo.32. xxiij. millia de populo.

Decimus ventus, qui est principalis veniens à septentrione, vocatur aquilo, quia scilicet ligat aquas, & stringit. Et hoc competit longanimitati, id est, perseverantiæ, quæ ligatas, & confirmatas tenet aquas gratiarum & virtutum in anima.

Vndecimus ventus, qui est à dextris aquilonis, dicitur eorus, qui circulum ventorum quasi claudit, & ad se trahit. Hoc ergo competit paci, quæ omnes per appetitum sui trahit ad se, quia omnia pacem exoptant. Vt dicit Aug. 19 de ci. Dio. 9. de di. no. Augustī. Et Dionysius. Hæc etiam velut finis claudit circulum omnium virtutum, & affectionum animæ. Vnde Psalm. Posuit fines meos pacem. Hic etiam vētus infrigidat: quia pax iracundiæ accēsiones reprimit, & ita cordi refrigerium tribuit. Psal.

Duodecimus ventus, qui procedit à sinistris aquilonis, dicitur boreas, quia procedit ab hyperboreis montibus. Et hoc competit modestiæ: hic enim generat nitem quæ candorem pulchritudinis habet, secundum illud Eccl. Pulchritudine decoris eius admirabitur oculus, per modestiam exteriorum motuum hominum, conuersatio redditur pulchra, & grata oculis intuentium, scilicet quando aliquis exteriores mores suos siue motus ordinat, & moderatur secundum congruētiam suam, & negotiorum, & locorū, & aliarum personarum. Vnde Ambrosius, dicit: Hæc est pulchritudo viuendi, bene congruentia vnicuique sexui, & personæ reddere., hic ordo gestorum optimus, hic ornatus ad omnē actionem accomodatus. Sunt tamen quidam philosophi qui ordinem istorum ventorum aliter assignant. Dicunt enim, quòd fauonius, qui est principalis ad Occidentem, habet à dextris Zephyrū, qui secundum eos est idem quod aphricus: à sinistris vero habet Corū. Item auster qui est principalis à meridie, & secundum eos idem est quod nothus, habet à dextris eurō, austrum, & à sinistris austrum aphricū, qui sic dicitur, eo quòd coniunctus sit austro & aphrico. Ecc.43.

Item à septentrione est ventus principalis qui vocatur septētrionalis, habens à dextris aquilonē, & à sinistris circium, qui etiam dicitur boreas. In ventis autem qui veniunt ab Oriente, non differunt à primis. Sed hæc differentia parum vel nihil refert quantum ad moralem doctrinam siue similitudinem quam ex eis principaliter quærimus, & generaliter intendimus de omnibus in hoc libro. Quia vero in sacra scriptura sæpius spiritus sanctus (secundum expositionem doctorū) assimilatur australi vento quam aliis ventis prædictis, sicut econtrario malignus spiritus principaliter aquiloni, vt patuit in præcedenti capitulo. Est notan- Amb. 1. de off.

Digitized by Google

dum, quod ista similitudo est cōgrua propter tres qualitates quas habet ventus australis.

Prima est, quia ventus est calidus: & hoc non habet ex natura sua, cum omnis ventus sit ex vapore terreo, & frigido, sed habet caliditatē ex loco exitus sui, quia procedit de locis calidis. Et hoc competit spiritui sancto in quantum mentem accendit ad amorem cælestis præmij. Vnde Iob. Nunquid vestimenta tua calida sunt cum perflata fuerit terra austro. Vestimenta enim calida animæ, sunt eis affectiones feruentes ab austro, id est, spiritu sancto inflammante.

Iob 37.

Secunda, quia est ventus turbidus, quia scilicet aërem facit turbidū, & nubilosum. Et hoc competit spiritui sancto in quantum mentem perturbat in cognitione defectus proprij siue peccati sui. Zach. Dominus Deus in tuba canet, & vadet in turbine austri. Tūc spiritus sanctus canit tuba in corde hominis, quando immittit ei timorem iudicij: quia dominus in iussu, & in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo, scilicet veniens ad iudicium, vt dicit Apost. Sed tunc in turbine vadit, quando mentem ipsam timore concussam, perturbat ad pœnitētiam, & ad considerationem peccati sui.

Zach. 9.

1 The. 4

Tertia est, quia est nubilosus siue pluuiosus, licet enim vapor huius venti in locis calidis vnde oritur, non fit multum humidus cū ibi propter siccitatē nimiā sit humiditas modica, postea tamen paulatim appropinquando ad aquilonem fit humidus, eo quod suo calore aperiendo humidum inuentum sibi attrahit, & ideo etiam semper crescit & fit nubilosus & diluuiosus: Et hoc competit Spiritui sancto in quātum facit flere & lachrymari ex cōsideratione præsentis exilij. Psa. Conuerte Domine captiuitatem nostram sicut torrens in austro, Glosa. quando flat calidus ventus austri, soluuntur glacies, & fluunt torrentes. Similiter aspirante Spiritu sancto soluuntur mentes frigidæ & implentur oculi aquis, & fluxibus lachrymarum.

Psa. 125

Anni partibus in quibus hominis vita corporalis variabilis efficitur pluribus exemplis hominis status in spirituali vita assimilatur.

Cap. LXXIIII.

STatus hominis in vita spirituali distinguitur ad modum anni: Annus enim principaliter distinguitur per quatuor tempora. Habet enim hyemem in quo est frigoris asperitas, & ver in quo est pullulationis arborum nouitas: ęstatem in qua solis caliditas, Autūnum in quo fructuum maturitas. Igitur per hyemē accipitur asperitas tribulationis, per ver nouitas conuersionis, per æstatem feruor dilectionis, per autumnum maturitas perfectionis.

Primò igitur per hyemem repręsentatur status tribulationis, per quam incipit homo à malis resipiscere & ad bona disponi. Et ista similitudo patet quadrupliciter.

Primò, quia in hyeme fit in homine augmentatio phlegmatici humoris. Humor autem phlegmaticus est frigidus, & humidus: quia videlicet in tribulatione refrigescit ardor carnalium desideriorum, & abundat fletus, & humor lachrymarum.

Secundo, quia tempore hyemis varia est habitudo humanæ complexionis, quia scilicet in hoc tēpore melius se habent cholerici, peius phlegmatici, melius iuuenes, peius decrepiti. Vnde in tali tempore proxima est infirmitas quæ fit ex phlegmate, vt febris quoti-

Digitized by Google

quotidiana, minus autem illa quę ex cholera vt tertiana. Iuuenes & cholerici calidi sunt & sicci, phlegmatici & decrepiti frigidi sunt & humidi. Qui autem adhuc peccata sua deflent, nec tamen adhuc vllo amore cælesti feruēt, isti sunt vt phlegmatici: qui tempore hyemis, id est, tribulationis siue tentationis corruptioni mentis facilius subiacent. Sed illi qui spiritu feruent, & carnis humore carent, isti tempore tribulationis vel tētationis similes iuuenibus, & cholericis melius se habent, proxima autem est infirmitas, quæ prouenit ex phlegmate, id est, ex propria mentis corruptione. Ex propria enim mētis corruptione prouenit cōtinuus ardor carnis quasi ex corruptione phlegmatis quotidiana febris.

Tertio, quia in hoc tempore necessaria est discreto cibationis, quia in hyeme vtendum est calidis & siccis, vt scilicet amore æternorū tempore tribulationis sint opera sancti Spiritus ardore succensa, & ab humore desideriorū carnalium pœnitus arefacta.

Quarto, quia in hoc tempore est intensio frigoris, quod accidit ex solis nimia remotione: tunc enim Capricornū sol intrat, quod dicitur esse inferius signum. Notemus ergo animal, vnde signum hoc nomen accepit, quia Capra similitudinem delinquentium tenet, quia ex cōsuetudine peccādi peccator, vt capra fœtet, quæ tamen in altis rupibus pascitur, dū peccator verbis, & exemplis sublimium virorum delectatur. In hoc ergo tempore sol Capricornum intrat, dum scilicet iustitiæ peccatorem sancti Spiritus radiis illustrat, post Capricornum vero intrat Aquarium, vt fœtorem carnis abluat lachrymis. Ascendit etiam vsque ad Piscem, quod est tertium signum, & obtinet finem hyemis, vt quasi piscis sub aquis, sic peccator viuat in lachrymis.

Secundus status animæ in nouitate conuersionis, & ille significatur in Vere, in quo est renouatio arborum & plantarum. Nam primo in hoc tempore fit augmētatio sanguinis, quia cum aliquis de nouo conuertitur, spirituali dulcedine multiplicius delectatur. Item in hoc tempore mala est infirmitas, quę fit ex melancolia, & quartana pessima, quæ fit ex sanguine vt synocha. Ita in initio conuersionis dum delectatur animus contemplantis, scilicet ex abundantia boni operis, quasi ex inundatione sanguinis nascitur tumor elationis, tunc quasi ex corruptione sanguinis nascitur synocha febris, & contingit vt sanguis qui est amicus naturæ, fiat inimicus vitæ. Dicunt enim physici synochos esse mortis amicos: Item in hoc tempore melius se habent senes, peius iuuenes, melius decrepiti, peius pueri: quia ex natura cōsimilis temporis augmentatur materia infirmitatis, sicut in contrario tempore eum infirmitas contraria tempori nascitur, dolor contrariæ infirmitatis leuatur, quia cōtraria contrariis durantur. Similiter etiam cōuersionis tempore maiori tentationis feruore impugnantur, quia senes & pueri molestius ferunt ieiunia & labores. Item in Vere vtendum est frigidis, & siccis. Ne enim per desiderium vanæ gloriæ feruor sanguinis ebulliat, necesse est vt animus frigus tentationis, & sterilitatē siccitatis ad memoriam reducat. Vtatur ergo huiusmodi beneficio dietæ, vt sanior sit in vere, ne in initio conuersionis appetatur amor laudis. Nota etiā quod in vere ex calore & humore temporis aperiuntur pori terræ: procreantur diuersi coloris herbarum, & arborum flores: &

sic in anima pœnitentis conuersi ad Deum diuersi generis virtutes oriuntur, & fit quasi nouum ver interius in mente. Vnde in Psal. Psal. 73. Ver & æstatem tu psalmasti ea: in vere intellige nouiter conuersos, mansuetudine temperatos, in æstate proiectiores igne charitatis feruentes. In hoc etiam tempore sol ascendens tria signa dicitur obtinere: Arietem in initio, Cancrum in medio, Geminos in fine. Attende ergo in Ariete ducatū, in Tauro iugum, in Geminis consortium, Ducatum prælationis, iugum subiectionis, consortium, cogitationis, vt scias præesse, subesse, & coesse. Solet etiam hoc tēpus inconstans esse, modo pluuiosum ex vicinitate hyemis, modo siccum ex vicinitate æstatis, modo eadem ratione frigidum, modo calidum: & ideo homines citius infirmantur in martio, quia eum corpora humana aperta sint ex calore, statim corrumpuntur ex subito frigore. Sic nouiter siquidem conuersi, inconstantiæ motu solent agitari: & licet corda eorum sint aperta calore dilectionis, tamē corrumpuntur quādoque subito frigore improuisæ suggestionis. Et modo inundatione præcedentium delictorū quasi pluuiis humectantur, modo verò desiderio cœlestium, quasi solis radio deficcantur. Prouidendū est autē ne infirmitas quæ in frigore hyemis orta fuerat, in martio, id est, in initio conuersionis redeat & occidat.

Tertius status hominis est sub feruore dilectionis: & istū statum mentis signat tempus æstatis.

Primò enim in hoc tempore fit augmentatio caloris, per quam scilicet designatur ira contra peccatum. Nam quantò plus abundat charitas, tantò plus odio habetur iniquitas. Item in hoc tempore melius se habent phlegmatici, peius cholerici, melius decrepiti, peius iuuenes. Senes enim & phlegmatici frigidi sunt & humidi, ideo isti melius se habēt si infirmantur in æstate, id est, in contrario tempore: citius enim possunt curari, quia contraria contrariis curantur. Sed iuuenes & cholerici qui sunt calidi & sicci ex cōsimili tempore peius se habēt, videlicet si nimis alta sapiant, si nimis prælationis desiderio succensi calent. Vnde in hoc tempore pessima est infirmitas, quæ venit ex cholera, minus mala quæ ex phlegmate: quia augmentatur materia infirmitatis ex consimili natura temporis. In hoc igitur tempore vtile est vti frigidis, & humidis. Vtatur ergo frigidis, id est, consideratiōnibus tumorem inducentibus ad reprimendū nimium calorē, id est, nimiam præsumptionem indiscreti feruoris. Vtendum etiam est humidis, id est, consideratiōnibus ad fletum inducentibus contra ariditatem superbiæ, quæ scilicet quandoque prouenit ex nimia confidentia sui. Vnde ad hoc valet considerare casus & lapsus sanctorum virorum, & etiam humiditatem & lachrymas eorum, vt Dauid, & Petri Apostoli, & aliorum similium. Item in hoc tempore ascendit sol vsque ad Cancrum, & fit ibi æstiuale solstitium. Solstitium autem solis est in via charitatis summus gradus amoris, scilicet vt nihil vltra Deum siue supra diligatur. Vocatur etiam Cācer tropicum signū, id est, conuersiuum, vt ab amore Dei conuertaris ad amorem proximi. Hic est enim regressus à Cancro ad Virginem, à feruenti amore Dei vsque ad castum amorem proximi. Sol autem in eadem æstate tria signa dicitur obtinere, in principio Cancrum, in medio Leonem, in fine Virginem, vt habeatur charitas in

in Cancro ad proximum in conuersione compassionis, in leone vigilantia circumspectionis, in virgine, in puritate dilectionis. Cancer vero retro graditur. Leo dormiens apertos oculos habet. Virgo est qui carnalem commixtionem adhuc ignorat. Huius etiam temporis proprium est radices herbarũ, & arborum siccare. Sicca enim est species huius mundi, & siccantur herbarum, & arborum radices, dum nullo terrenæ dilectionis humore nutriuntur fideles.

Quartus status animæ, est sub maturitate discretionis siue perfectionis, quam designat tempus autumni. Nam primò in autũno crescit melãcolia, per quam significatur tristitia de peccatis: quia quantò plus accedis ad maturitatem sensus, & ætatis, tantò magis debet crescere immensitas doloris de defectibus, & peccatis, vnde Ec. Qui addit scientiam, addit dolorẽ. Item in hoc tempore melius habent sanguinei, peius melancolici, peius senes, melius pueri. Habuisti per sanguinem dulcedinem charitatis, habes nunc per choleram magnam tristitiam de peccatis. In vere vitæ nouitatem, in autumno maturitatem, vt temperetur maturitas vitæ nouitate, vitæ nouitas consilij maturitate, vt nouiterõ cursus peruenire desideret ad maturitatem perfectionis: senex recogitet quam feruens fuerit in initio conuersionis. Si ergo sic in vere, & autumno ætatis humores alternando consideras in cõtrarijs tẽporibus, vtrorumq; naturas incolumes seruas. Item oportet in hoc tempore vti calidis & humidis. Non enim sufficit ad conseruandam animæ sanitatem, siccari ab humore voluptatum, refrigerari ab æstu vitiorum; nisi etiam infundaris supernæ contemplationis rore, & sancti Spiritus simul accendaris amore. Item solet in autũno sol tria signa obtinere. Librã, videlicet in principio. Scorpionem in medio, Sagittarium in fine. Libra, in qua sol existens æquinoctium facit; æquali lance ponderat dies, & noctes, & tu æquali lance ponderes bonas, & malas operationes. Scorpio vero cauda minatur, aculeo pungit. aculeus in cauda, dolor est in fine. Cum autem ad maturitatem ætatis perueneris, time periculum mortis. Sagittarius autem ex duabus naturis constat, ferina scilicet & humana: superior vero homini, inferior vero assimilatur animali. Qui vero rationabiliter viuunt, digni sunt cælo: qui vero bestialiter, digni sunt inferno, arcũ tenet, id est, sagittam iacit. Est autem iustorum arcus, spiritualis intelligẽtia, corda doctrina, sagitta verba doctrinę, phatetra verò memoria. Hunc arcum tetendit Dominus & properauit illum. Arcum enim nobis parat dominus, cum nobis sacræ scripturæ intelligentiam explanat. Ex hoc arcu mittunt sagittæ potentis acutæ, quæ sic vulnerant vt corda transfigant Nouit enim Dominus (vt dicit beatus Aug.) sagittare ad amorem. Hac sagitta vulnerat cor hominis deuoti, vt dicat: Vulnerasti cor meũ. Vtinam percussus per hæc iacula, morerer mundo. Can 4.

Superbia multiplices effectus describuntur, qui ex varijs Martis, cometæ, tonitruiq; ac venti exemplis peracute eliciuntur.
Cap. LXXV.

SVperbia est similis Marti, Mars (secundum Pto.) disponit natum ad mobilitatem & animi leuitatem, iram & animositatem: quæ omnia competũt superbiæ. Nam facit hominẽ mobilẽ .i. inconstantem. Est enim (secũdum Aug.) superbia peruersæ celsitudinis appetitus, & ideo est sicut quidam Aug. de ci. Dei.

quidam ventus qui excelsas summitates arborū, id est, elatas mētes hominum commouet, & eas firmas & quietas nunquam esse permittit. Item facit animum leuem. Nam sicut ligna desiccata ab humore aquæ efficiuntur leuia: ita per superbiam consumpto humore gratiæ, efficitur mens leuissima, & est superbus animus, ve lut vter vento plenus. Iob. Leuis
Iob.24. erit super faciem aquæ. Item facit hominem iratum & animosum, scilicet vt nimis audeat, & nihil sufficrat: propter quod dicitur.
Pro.14. Proue. quod inter superbos semper sunt iurgia.

Item superbia assimilatur cometæ propter quatuor.

Primò propter ascensum, quia cometa siue cometes nihil est aliud quam vapor terreus & grossus, cuius partes sibi multū coniacent, quia scilicet est bene commixtus & vissosus ascendens paulatim ab inferiori parte aëris ad superiorem. s. vltra medium frigidæ regionis aëris ad illam partem s. vbi aër concaluitatem ignis contingit quæ dicitur regio æstus; & sbi talis vapor diffunditur & inflammatur, & in medio remanet superfluus, & ibi etiam cōtinuè nutritur de thesauro suo qui sub eo est, scilicet de ipso fumo paulatim ascendente, & ideo est in medio flamma alba valde & spissa. Illud autem quod distat à medio diffusum est ad latus alterū, & est tenue, & ideo habet flammam tenuem ad modū nubis albæ, & hæc vocatur coma. Et hoc
Cōst. in methe. Constantinus dicit concordās. s. cum Aui. & Algazel. Ex his autē habetur, quòd Cometa est ex vapore terrestri multum exaltato, igne inflammato continuè eleuato & comato siue caudato. Et talis est superbia hominis, qui in altum se erigit, vehementer incenditur; continuè ascensum petit, & caudam post se trahit. Primū est contra naturam, quia homo est naturę terrestris tam origine quā resolutione, quia de terra est, & in terram redit. terræ autem cum sit grauis, non est ascendere, sed descendere. Ex quo patet, quod non est hominis superbire, sed potius se deijciendo humiliare. Et ideo Eccl. exprobrando dicitur ei. Ecc.10. Quid superbis terra & cinis? Secundum autē, scilicet igniri, quia homo superbus frequenter & faciliter pro modico indignatur, & excandescit in iram. Hoc, inquā, inest ei præter naturam. Nō enim ex natura propria vapor habet caliditatem, sed potius frigiditatem cum terra sit elementum naturaliter frigidum: ineſt ergo illi incensio ex loco ad quem eleuatur. Sic homini est præter naturam quod feruescat in iram nimiam, cum homo sit anima mansuetum natura. Ineſt ergo inflammatio iracundiæ ex ipsa elatione superbiæ. Eccl. Non est creata à Deo homi- Ecc.10. nibus superbia, nec iracundia nationi mulierum. Est & superbiæ proprium expetere in hominibus continuum incremētum, & ideo nunquam quiescit, quia semper petit ascensum, secundum illud Psal. Superbia eorum qui te ode- Psa. 73. runt, ascendit semper. Patet etiā quod superbia dum semper vult præire, aliorum sequelam expetit tanquam caudam vel comam habere. Nullum enim vult se præcedere, sed omnes retro venire. Et ideo dicitur Apoc. quod cauda Apo. 12 draconis trahebat tertiam partē stellarum cæli.

Secundò, superbia assimilatur cometæ propter aspectum, quia cometes de die non apparet, sed solum de nocte conspicitur: quia scilicet homo superbus dum lucem gratiæ amittit; tenebras ignorantiæ necessario incurrit. Iob. Iob. 37.
Immanibus abscōdit lucē, id est, super-

superbis. Vnde glosa dicit ibi, quod immanes sunt qui se elatis cogitationibus extollunt, quibus lux absconditur, quia veritatis eis cognitio denegatur.

Tertio, propter motum, quia cometæ rotantur ad modum stel larum, & sequūtur eas quousque abscondantur. Et per hoc Alpetragius in astrologia sua noua probat ignem moueri circulariter, quia scilicet iste vapor incensus ei adhærens in circuitu rotatur. Vnde & Pto. in centiloquio propositione tertia, vocat cometas secundas stellas, secūdum expositionem Hali, & Abraam & Bugafari. Sic etiam superborum est proprium inuolutiones & circuitus quærere, secundum illud Psal. In circuitu impij ambulant, quia dum interiora non appetunt, in exteriore labore fatigantur.

Alpetr.

Pto.

Psal.11.

Quantò, propter signum, quia cometę signant mortem, magnorum destructionem regnorum, & concitationem bellorū. Vnde recitat Sen. quod post mortem Demetrij regis, parum ante bellum Achāycum, cometa fulsit non minor sole secundum apparentiam. Similiter ante aduentum Caroli Comitis Prouinciæ, & fratris Regis Franciæ, qui erat per Papam Vrbanum factus Rex Siciliæ, & vocatus ab eo vt veniret in regnum, quod scilicet fuit anno Mcclxiij. sequenti anno Domini Mcclxiiij. apparuit cometa maximus in mēse Augusti iuxta signū Cancri, paulatim procedens versus meridiem, donec ad stellationem Orientis appropinquauit, & nunc ad vnam partem, nunc ad aliam dirigebat comam. durauitque per plures menses, cuius coma se extendebat in longitudinē per quartam partē nostri hemisphærij. Et sequenti anno, scilicet anno Domini Mcclxv. debellatus est Manfredus cum exercitu suo per dictum Regem Carolū apud Beneuentum, vbi ipse Manfredus occubuit per magnā stragē gētis suæ. Ratio autem prædictæ significationis cometæ est, quia cometæ sunt de complexione Martis, & sunt ab ipso vt à primo efficiēte licet coniunctio eius cum Ioue augeat hoc. Dominium autē Martis signat mortem violētam, quia magis moriuntur magni quā parui. Et quia Mars est inclinans ad iram, concitat calorem regētium populos, cuius commotio fortior est in magnis quā in paruis. Hæc omnia signata per cometas superbiam sequūtur, scilicet occisio magnorū, dum vnus cōtra alium insurgit ex superbia. Et ideò dicitur. Isa. De Rege Caldæorum superbo: Tu vulneratus es sicut nos, & nostri similis effectus es, detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum. Item destructio regnorū, quia scilicet per superbiam diuiduntur gentes, & regna, & omne regnū in se diuisum, desolabitur. Item concitatio bellorum. Vnde Prouer. Arma, & gladius in manu superbi.

Sen. de na. quę. lib. 3

Isa. 14.

Luc. 11.

Item superbia assimilatur tonitruo. Pro. 22.

Primò, quia tonitruū ouа auiū pullificantium lædit. Et similiter superbia opera spiritualium virorum destruit. Aug. Superbia bonis operibus insidiatur, vt pereāt. Et ideo Grego. dicit, quod perit omne quod agitur, si non in humilitate solicitè custoditur. Psal. Fulgura coruscationes, & dissipabis eos. Fulgur enim & coruscatio fit in tonitruo, secundū illud Psal. Vox tonitrui tui in tota illuxerunt coruscationes, &c. Superbi enim spiritualiter dissipantur, quia tonant seipsos magnificando, fulgurant alios despiciendo, coruscant opera sua ostendendo. Et nota quod vox tonitrui, id est,

Aug. in Reg. Grego. mor.

Psa. 143

Psal. 76.

superbi

superbi dicitur esse in rota: quia quicquid etiam de alijs dicit, in laudem propriam reflectit.

Secundò, quia tonitruum prægnantes abortire facit, Et similiter superbia bona proposita in corde præconcepta ne pariantur, id est, ne opere compleantur efficit.

Eccl. 32 vnde monetur homo. Ecc. Age cõceptiones tuas non in dilectis & verbo superbo.

Tertiò, quia tonitruum turres altas concutit, & aliquando deijcit. Quia scilicet superbia perfectissimos viros inuadit, & aliquãdo etiam eos vincit, ipsa etiã deiecit angelos de cælo, & hominẽ

Sap. 14. de paradiso. Sap. Ab initio cum perirent superbi gigantes, &c. Sũt enim gigantes omnes viri virtutibus eminentes, quos dũm elatio superbiæ vincit protinus perite facit. Vnde Apocal. Dicitur quod

Apo. 16 facta sunt tonitrua. Et postea subditur quod ciuitates gentium ceciderunt. Quasi enim quædam tonitrua sunt hominum superbientium corda: quæ tamen ciuitates deijciunt, quia ipsa munimenta virtutum annihilant & destruunt,

Quartò, quia tonitruum arbores euellit. Quia scilicet superbiæ vitium etiam homines actiuos &

Eccl. 10 fructuosos subuertit. Ecc. Radices gentium superborum arefecit Deus. Nam sicut perit fructus arboris arescente radice, ita perit virtus boni operis superbiente corde.

Quintò, quia tonitruum magis in altis locis quam in infimis lædere consueuit: quia videlicet elationis tentatio magis eos qui sunt in sublimi, quam eos qui sunt in humili inuadere consueuit. Isa. Vę

Isa. 28. coronæ superbiæ. siue accipias de corona clericorum, seu prælatorũ, siue de corona dominorum & regum.

Sextò, quia tonitruum diuersimodè lædit & percutit. Et ponuntur præcipuè quinque modi percussionis & fulminationis tonitrui, qui satis congruè superbis, & tyrannis hominibus adaptantur.

Primus est, quia ex tonitruo quandoque egreditur sagitta quę dicitur tela tonitrui, & de huiusmodi sagittis dicitur in Psal. Etenim sagittæ tuæ transeunt, vox tonitrui tui. &c. Hæc autem sagitta scindit & incendit quicquid inuenit. Generatur enim talis sagitta in nube viridi profunda ex vapore sicco ibi inflammato, hoc modo, quia vaporalis cõmixtio terrestris vaporis incenditur, & cum tãgit viridẽ nubem in qua est inclusus, quæ est iam in conuersione ad aquam, conglutinatur vt farina in pasta, fortissima autem incensio obuiat, ita quod humore nubis non extinguitur, & sic conglutinatus vapor fit humidus, & ideo in inferiori parte acuitur, vbi primo incipit distillare, & est grossius in parte, & sic postea induratur in lapidem: qui scilicet est rubeus, & ad modum sagittæ inflammatus egrediens scindit & incendit quicquid inuenit. Quasi ergo sagitta lapidea in resolubili nube est cor tyrannicum & superbum in mortali carne. Hæc sagitta est lapidea, ignea, acuta & noxia, & talia sunt superborum & tyrannorum corda & opera: scilicet lapidea per duritiam crudelitatis, ignea per ambitionem dignitatis, acuta per astutiam malignitatis, & noxia per violentiam potestatis, & ideo non immeritò tonitruum superbiæ formidatur, tales sagittas emittens. Vnde in Psalm. A voce tonitrui formidabunt. Psa. 103

Secundus modus percussionis tonitrui est, quando talis vapor terrestris est minus conglutinatus & in nube minus aquosa: tunc

Digitized by Google

enim non continuatur, sed incēsus ibi egreditur cum impetu, & scindit itorum & incendit: sed nō scindit nisi ligna, & non lapides nisi raro, scindit autem ex impulsu, & incendit ex inflammatione. Et huic affimilatur illorum superbia, qui impulsu fastu gloriæ vel malorum suggestione & inflammatu impetu iræ, non lapides duros, id est, non sibi resistere valentes, sed ligna mollia, id est, impotentiores, & sibi resistere non va-
Psalm. 9 lentes inuadunt. Psal. Dum superbit impius incenditur pauper.

Tertius modus est qui scindit corpora solida, sed nō tara, & hic est vapor rubeus clarus qui nunquam facit lapidem, & sua flamma nunquam separatur à vapore, & hic nunquā scindit nisi sint valdè compacta corpora quę sunt magnæ quantitatis, quia hæc resistunt, & hic interficit homines, & apparet in eis odor combustionis, & non videtur vulnus. Quia cùm vapor sit subtilis intrat sine vulnere, & inuenit aurum, in bursa comminuit aurum, & non lædit bursam: quia bursa, vt rarum corpus dans locū, pertransitur de facili. Aurum autē & compactum resistit, & ideo quandoque minuitur in partes, quandoque in puluerem. Vnde aliquando accidit quòd perforauit gladium & non læsit vaginam. Huic autem affimilatur superbia eorū, qui solum magnis & potentibus se opponunt, subiectis autem & impotentibus se opponere dedignātur, sicut dicitur de Leone, quòd fortia animalia inuadit, sed vilibus subiectis ignoscit. Talis (sicut dicit August.) fuit antiquitus superbia populi Romani, qui scilicet sibi voluit per poëtam in laudem suam ascribi quod nostra scriptura sacra attribuit soli Deo, scilicet sibi proprium esse parcere subiectis, & debellare superbos, quod attribuitur ipsi Deo qui superbis resistit, humilibus Iac. 4.
autem dat gratiam.

Est etiam eiusdem vaporis alius quidem modus, cùm ex minus aquea nube egreditur, quia subintrat, & non lædit diuidendo, vel aperte incendendo, sed est coruscatio rubea valdè nociua, & illa nocet vineis sicut dicunt vinitores, & præcipuè botris illis qui sunt multis foliis cooperti, cum per aliquod foramen proiicit coruscatio illuc vaporem cum radio suo, eo quòd illæ vuæ læsę euaporare non possunt. Et hæc coruscatio non adeo est nociua corporibus cum directè cadit, sed suus radius ei quē attingit, est nocius, quia corrumpit ipsum eo quòd hoc sit de natura illius vaporis. Vnde hac de causa quidam aspicientes inflati sunt in facie, & quidam excæcati in oculis.

Huic ergo assimilatur superbia & malitia quorundam proditorum, qui minus habent de nube aquea, id est, de humanitate & pietate, & habent coruscationem rubeam, id est, astutiam maligna, & idcirco non manifestè, sed occultè & proditoriè lædunt, & bonorum opera quæ per fructus vineæ significantur, per aliquod foramen, id est, per aliquem malitiosum modum calumniare, impedire, & dissipare conantur, & non solum suos aduersarios directè sibi oppositos tales lædūt, etiā sibi adhærentes frequenter lædūt & decipiūt fraudulēter, quod est quasi eos excœcare. Nam latenter alium fraudare est lumen cognitionis subtrahere. Quartus modus est vaporis albi, qui egreditur in flamma sicca non coadunata, & ideo spargitur aëre, sed tamen egreditur magno impetu propter nubem profundā in qua est, quæ est aquosa multū, & ideo scindit, & scindendo extinguitur

ita,

Digitized by Google

ita quòd ea quæ scindit videntur alba, & non apparent in eis signa combustionis: & quandoque interficit quando est benè fortis impulsus, & quandoque propter suã disgregationem percutit in loco vno, & non lædit locum iuxtã eũ stãtem, sed percutit eum qui stat remotè: quandoque etiã reflexus à pariete vno progreditur ad aliũ & percutit illum. Et huic assimilatur superbia eorum qui quanquam videntur albi, id est, mansueti & pacifici, tamẽ habent spiritum in naribus latentẽ, & ideo quandocunque reputant se inhonoratos subitò accenduntur, & cum magno valde impetu prosiliunt ad nocendum, & quãdoque ad occidendum cum fortiori ira impelluntur: & quia ira tollit eis discretionem, quandoque nõ discernẽtes quod faciunt, modo prosiliunt ad lædendum vnum, modo alium, & quãdoque talem qui est ab offendente remotus, & sine culpa. Sed quandoque talium ira cito post factum extinguitur, dolent de eo quod fecerũt. Sed notandum est, quod aliquando talis vapor fulminis tam debilis est, quod pertingens & hominẽ, consumit vestem, vel aliquod huiusmodi, & extinguitur, & cessat eius violentia, & non lædit. Sicut ego vidi quendam in terra originis meæ, scilicet, in Castro Sãcti Geminiani, quod est in partib. Tusciæ prope ciuitatem Florentiæ ad viginti miliaria, qui de seipso referebat, quòd fulmine tonitrui subito percussus in terram corruit stupidus, & cum post lõgam moram ad seipsum rediisset lumbare bracharum suarum, quod scilicet de corio fuerat totaliter consumptum siue exustum reperit, carne vero sua vel corpore, nullam læsionem inuenit. Cuius ego rationem vel causam existimo extitisse, quia vapor ille fulmineus propter debilitatem suæ aduſtionis alterauit quidem siccum quod sibi prius occurrit, scilicet ipsum corium; humidũ autẽ post ipsum inuentũ, vt erat caro vel sanguis, non fuit sufficiens vel potens alterare, nisi fortè quod pilos circunstantes insensibiliter incẽdit, quia pili sunt valde inflammabiles. Huic ergo vapori debili assimilatur eorum superbia, qui sicut cito indignantur, ita cito reuocãtur: & ideo ex eorum indignatione vel elatione parua, vel nulla damna sequuntur. Sic Dauid prouocatus contra Nabal Cameli, cũ cogitasset eum extinguere, & nõ delinquere ex eius familia vsque ad mingentẽ ad parietẽ, per vxorem eius Abigail subito est placatus, ita quod nullum damnum ei- 1.Reg. dem postea fecit. Quintus modus 25. est eiusdem vaporis ex nube debilitata, & ille nihil nocet, quia statim ad tactum aëris extinguitur, & retunditur ita quod cessat incendium eius, & violentia impulsus: & huic assimilatur superbia eorum qui libenter nocerent si possent, sed debilitati paupertate, vel aliquo timore quiescunt, & dimittunt, nullum nocumentũ inferentes.

Item superbia assimilatur vento. Primò, quia ventus est aëris cõcitatiuus, turbatiuus, & obscuratiuus siue inspissatiuus. Nam superbia intelligentias mentis obscurat, corda ad malũ incitat, & hominum pacem perturbat. Eze. Vẽ tus turbinis veniebat ab aquilo- Eze. 1. ne, id est, superbia perturbans venit, & orta est a dæmone.

Secundo, quia ventus est in mari tempestatis generatiuus, vndarum ejeuatiuus, & per consequẽs maris inflatiuus, & in partes contrarias extensiuus, & ideo nauigantium submersiuus. Quia superbia in mundo bella, & rixas concitat: vndas, id est, afflictiones huma-

Digitized by Google

humanas extollendo eleuat mare etiam cordis inflat, & in partes contrarias separat, donec nauigantes in naui pœnitentiæ omnino submergat. Ioan. Mare vento magis flante exurgebat. Matt. Naucula in medio mari iactabatur fluctibus, erat enim ventus contrarius.

Ioan. 6. Mat. 14.

Tertiò, quia ventus, est montium concussiuus, & diruptiuus, domorũ subuersiuus, & arborum impulsiuus, & eradicatiuus. Videlicet, quia superbia etiam viros eminentes spiritu pulsat tentando, & subuertit assentiendo. Reg. Spiritus grandis, & fortis subuertens mõtes, domos diruit, & collegia diuidendo, Matt. Flauerunt venti, & irruerunt in domum illã, & facta est ruina eius magna. Prou. Domus superborum demolietur Dominus. Arbores, id est, homines fructuosos, & multisgratiis ditatos aliquãdo eradicat destruendo, deiiciendo. Sap. Si in ramis in tempore germinauerint infirmiter posita à vẽto commouebuntur, & à nimietate ventorũ eradicabuntur, confringentur rami inconsummati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti. Eccl. Subsantiam superbi eradicabitur.

3. Reg. 19. Matt. 7 Prou. 5. Sapi. 4. Eccl. 21.

Quartò, ventus est spumæ in aqua generatiuus, vesicæ inflatiuus, & extensiuus, palearum, & puluerum leuatiuus. Quia superbia quem aduersitate non deiicit in spumam vanitatis si potest adducit, & per vanã gloriam inflando, & eleuando submergit. Sapi. Spes impij quasi lanugo est quæ à vento tollitur, & tanquam spuma gracilis quæ à procella dispergitur. Apo. Timeo ne inflationes, & seditiones sint inter vos. Deut. Tumẽtes superbia ascẽdistis, &c. Iob. Erunt sicut paleæ ante faciem venti.

Sap. 5. 2. Cor. 12. Deut. 1. Iob. 21.

Quintò, quia vẽtus est in aqua dissimilitudinis, & in æqualitatis inductiuus, & multarum ægritudinum causatiuus, quando scilicet in corpore generatur vel ibi includitur, scilicet, quia superbia dissimilitudines volũtatũ, & inæqualitates rerum procurat. Vnde multas ægritudines in animo generat, Eccl. Synagogæ superborum non erit sanitas. Eccles. Mirabilis prorsus infirmitas, quomodo venit sic teuertetur. Quid ergo prodest ei, quòd laborauit in ventum?

Eccl. 3. Eccl. 5.

Superborum natura ex pluribus montium, collium, fluctuumq; proprietatibus ac exemplis facillime pernoscitur.

Cap. LXXVI.

SVperbi assimilantur montibus Primò quidem, quia sunt tumidi. Mons enim, secundum Isido. est tumor terræ. Superbi enim terrenis diuitiis præcipue intumescunt. Deuteron. Tumẽtes superbia ascendistis in montem.

Deut. 1.

Secundò, quia sunt elati. Nam montes se in altum erigunt: vndè secundum Isido. dicuntur mõtes, quasi eminentes. Superbi enim per elationem mentis erigunt se in altum Iob. Vir vanus in superbiam erigitur. & Psal. Ascendunt montes. i. per superbiam se extollendo.

Iob 15. Psa. 103

Tertiò quia sunt terreni, id est, de terrenis cupidi, mõs enim pede solum terram tangit, quia superbi affectum suũ solum in terrenis ponunt: sunt enim velut animæ pedes, ipsius affectiones. Psa. Non veniat mihi pes superbiæ. Hier. Nolite eleuari, quia dominus locutus est. Date domino Deo vestro gloriam antequàm offendant pedes vestri ad mõtes caliginosos: expectabitis lucem, & ponet eam in vmbrã mortis & caliginem quòd si hoc nõ audieritis, in abscõdito plorabit ánima

Psal. 35. Hier. 13.

Digitized by Google

mea à facie superbiæ.

Quartò, quia montes sunt nubium generatiui,& per cõsequẽs
Exo.24. aëris obscuratiui.Exod. Operuit nubes montẽ.Quasi enim nubes in montibus,sunt terrena desideria vel appetitus dominandi in superborum cordibus:& ex his aër obscuratur, id est, mens & ratio
Exo.14. errat et offuscatur.Exo.Erat nubes tenebrosa.

Quintò,quia sunt turbinum & ventorum & fluminum plus quã valles passiui.Quia scilicet superbi,turbationes, percussiones,violentias & deiectiones frequentius patiuntur,& ideo contritionibus
Abac.3 & doloribus implentur.Abac.Cõ
Exo.19. triti sunt montes seculi.Et in eodem, Doluerunt montes: Exod. Cœperunt audiri tonitrua ac micare fulgura,& nubes densissima operuit montem.

Sextò,quia montes sunt niuium diutius seruatiui.Quia scilicet superbi sunt niuis,id est,frigoris malitiæ & peccati diutius retentiui. vnde in hoc frigore malitiæ diabolus hominem superbum ad æternum interitum trahit. Quod
1.Para. figuratum est Paral. Vbi Banaias
20. interfecit leonem tempore niuis. Leo significat superbum quem in tẽpore niuis,id est,in frigore malitiæ diabolus extinguit. Vnde in his montibus frigidis superbiæ, multi pereunt æterna morte. Re-
2.Reg.1 gum.Inclyti Israël super montes tuos interfecti sunt.

Item superbientes de pulchritudine siue fortitudine corporis, assimilantur collibus. Nam collis est tumor terræ breuis: vnde & dicitur tumulus quasi tumens tellus.Nam superbi tales de vanitate intumescunt, quia de terra id est, de corpore,& cito vastantur,quia breues dies homini sunt & ideo mors sequens hanc superbiam collium in puluerẽ redigit,
Isa.41. Isa.Colles quasi puluerem pones

& Deo talis superbiam multum decipit,& fallit gloriantes & confidentes in ea.Hiere. Vere men
Hier.3 daces colles fuerunt.Fallax enim gratia,& vana est pulchritudo, &
Prou.31 similis est de fortitudine. Vnde Hierem. Non glorietur fortis in
Hier.9. fortitudine sua.

Item superbi assimilantur fluctibus maris.

Primo, quia fluctus se mutuò collidunt:& similiter superbi mutuo se inuadunt & lædunt.& hoc est de diuina sententia vt superbi se inuicem deiiciant & expellant.
Eccl.29 Eccl.Cõmouit illos quasi fluctus maris, viros potentes, gigantes migrare fecit, & vagati sunt in gentibus alienis.

Secundò,quia fluctus nunc sursum nunc deorsum mutuo se impellunt.Similiter superbi nũc extolluntur,nunc deiiciuntur.Vnde aliquando superbi sunt in exaltatione.Psal.Exaltati sunt fluctus e-
Psa.106 ius.quandoque vero in fractione
Iob.38. siue deiectione Iob. Confringes tumẽtes fluctus tuos. Quasi enim mare tumentes fluctus suos confringit cum mundus ipse sæuiens potentes & superbos opprimit.

Tertiò quia fluctus spumam & ventum gignunt.Similiter superbia gignit spumam iniquitatis & ventum vanitatis Vnde dicitur in epistola Iudæ, Hi sunt fluctus feri
Iuda. maris, despumantes suas confusiones.Iaco.Similis est fluctui ma
Iac.1. ris,qui à vento scilicet vanitatis, mouetur & circunfertur.

Quartò,quia fluctus arenulas inuoluunt,& superius secum ferũt. sic superbi inuoluunt alios mitiores secũ,id est,ad consensum suæ superbiæ trahunt : sicut Lucifer traxit alios angelos.Exo. Inuoluit
Exo.14. eos Dominus,id est,inuolui permisit in mediis fluctibus.

Quintò, quia fluctus pisces allidunt:quia superbi alios quos inueniunt molles & impotentes perse-

Digitized by Google

perſequuntur & opprimunt. Vn-
Iob. 30. Iob. In perſona ſic oppreſsi conqueritur dicens, Pedes meos ſubuerterunt, & oppreſſerunt quaſi fluctibus ſemitas ſuas diſsipauerũt itinera mea, inſidiati ſunt mihi, & prævaluerunt, & non fuit qui ferret auxilium.

Sextò, quia fluctus maris naues in periculo ponũt. Per naues intel liguntur eccleſiæ quas ſuperbi per
Matt. 4. ſequuntur. Matt. Venti & fluctus in naui. Venti, tentationes dæmonum, & fluctus, id eſt, perſecutiones ſuperborum, in naui, id eſt, in eccleſia Chriſtianorum.

Septimò, quia fluctus ſemper in motu ſunt, & quieſcere non poſſunt, ſed vel omnino deficiunt, vel fœtigitant & propellunt, ſimiliter ſuperbi, ſemper ſunt inquieti in ſe, & etiam in aliis quouſque vel ipſi deficiant, vel alios ſvnde
Iſa. 57. volunt propellant. Iſa. Impii quaſi mare feruens quod quieſcere nõ poteſt: redundant fluctus eius in conculcationẽ & lutum, & nõ eſt pax, dicit Dominus Deus impiis.

Item ſuperborum ſcientia ſicut inflat eos in corde, ita reddit eos tumidos in locutione, & ideo aſſimilatur aquæ mõtanæ. Aqua enim montana quæ extra ebullit cum diu bibitur, facit gulas ſtrumoſas, & propter nimiam frigiditatem multiplicat phlegma groſſum in gutture. Aqua enim montium eſt ſciẽtia ſuperborum, quæ ſtrumoſitatem facit in gutture, id eſt, tumorem in voce ſiue locutione. Nam facit eos verba fatuoſa & ampulloſa proferre, ſecundum illud Hora. Proiicit ampullas & ſexquipedalia verba, & ideo ſuperborum faſtuoſæ locutiones ſunt aquis ſonãtibus ſimiles, quia magnum ſonitum faciũt, & nihil diſtinctum ſeu rationabile proferunt. Pſal. Sonuerunt & turbatæ
Pſal. 45. ſunt aquę eorum. Iob. Verba illius
Iob. 34. non ſonant diſciplinam.

Ex Mercurij tribus proprietatibus, temperantia perfectiones elicientur.

Cap. LXXVII.

TEmperantia aſsimilatur Mercurio propter tria.

Primò propter dominium, quia Mercurius dicitur aquis dominari. Vnde Lucanus loquẽs de Mercurio ait, Quem deus aquarum
Lucan. perculsit. Similiter temperantia aquis concupiſcentię dominatur, & fluxum carnis, id eſt, luxuriæ lubricitatem reſtringit. Vnde ſine temperamento virtutis huius,
Eze. 13. murus continentiæ ruit Eze. Dic ad eos qui liniunt abſque temperatura, quod caſurus ſit. Illi enim abſque temperatura liniunt, qui carnem ſuam innumeris delitiis nutriunt. & quia non eis adeſt tẽperantiæ modus; cadit protinus continentiæ murus.

Secundo, propter effectum quia ſcilicet Mercurius conceptum vel natum ſub dominio ſuo, diſponit ad ſapientiam. Vnde à ſapientibus deus eloquentiæ dictus eſt.
Act. 14. Et ideo gentiles vocauerunt Paulum Mercuriũ, quia ipſe erat dux verbi. Similiter temperantia tam ciborum quam venereorũ, diſponit ad ſapientiam. Quod ſigno naturæ oſtenditur, ſeu creationis. Nam Deus corpus hominis qui præ ceteris animalibus ſapientia pollet, in maximo temperamento conſtituit: & ad æqualitatem complexionis inter omnia corpora maximè reduxit. Cor. Deus
1. Cor. temperauit corpus, &c. Et idcir-
12. co nos ipſum à ſuperfluis & inho neſtis temperare debemus. Dicitur etiam Mercurius fuiſſe Deus paleſtræ (ſecundum Iſidor.) eo quod cum ſole luctatur volẽs eũ ſuperare, ſemper enim iuxta ſolẽ graditur, nunquam plus diſtans ab eo, quam per tres gradus. Vnde raro videtur, quia ferè ſemper ſub radijs ſolaribus occultatur. Hæc luctatio cum ſole, eſt pugna

Digitized by Google

carnis cum ratione volentis eam superare, hanc luctam caro excitat, sed temperantia sedat ipsam carnem, rationi subiiciēs, vt eam sequatur, & iuxta eā vadat, sicut Mercurius iuxta solem.

Tertio propter principatū. Nam (secundum Ptolo.) sub Mercurio sunt Gemini, regnat in virgine, in piscibus regnum eius abscedit. Sic temperantiæ subsunt gemini, id est, sensus corporis, qui sunt geminati, vtpote quia duæ sunt aures, duo oculi, duæ nares, id est, duo foramina narium, & sic de aliis. Habet enim temperantia sensus corporis refrenare, & castificare: regnat in Virgine quia potissima temperantiæ species est virginitas. sed deficiet in piscibus, id est, in his qui viuunt in aquis delitiarum. Perit enim castitas in delitiis, sicut Ber. dicit.

Ber. in epi.

Nonnullis venti temporisque similitudinibus, fortius atque crebrius pœnitentes quam peccatores tentari declaratur.

Cap. LXXVIII.

TEntatur fortius & frequentius pœnitens quam peccatores. Et hoc apparet per similitudinem venti. Nam (sicut Seneca dicit) circa auroram fit ventus, quia tunc vapor ventum faciens est collectus, & radius solis appropinquans percutit gelidum aërem. Sed in prima parte noctis raro fit ventus, quia ille vapor non est copiosè collectus. Per auroram ergo intellige pœnitentis conuersionem, per quam nox peccati expellitur, & dies gratiæ illucescit: & tunc diabolus maximè tentationis ventum susciare conatur. Sed existente homine in tenebris seu nocte peccati, raro fit ventus: quia parum tentat diabolus. Et ideo super illud Eccles. Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tētationem, notat

Sen. de nat. quæst. 4.

Eccl. 2.

Greg dicens. Non ait ad requiem sed ad tentationem: quia hostis noster nos adhuc in hac vita positos quantò magis sibi rebellare conspicit, tanto amplius expugnare contēdit. Illos enim pulsare negligit, quos quieto iure possidere se sentit. Contra nos vero vehementius incitatur, cum ex corde nostro quasi ex iure propriæ habitationis expellitur. Item deficiente æstu tentationis, abundant lachrymæ compunctionis, Nam in autumno præcipuè circa finem, abundant pluuiæ, eo quod calor æstatis qui consumebat vapores remissus est, & plus eleuat quā consumit. Est enim quasi calor æstatis, feruor tentationis, quo deficiente & temperie subsequente, sequuntur pluuiæ, id est, abūdantes compūctionis lachrymæ Hier. Finita est æstas, & ita subditur, Quis dabit capiti meo aquam & oculis meis fontē lachrymarum?

Greg. Hier. 8.

Tribus de causis timorem in sanctis viris persistere debere, quibusdam similitudinibus exprimitur.

Cap. LXXIX.

TImere debent sancti viri quādiu sunt in carne, quantuncunque videantur spiritu feruentes.

Primò propter ipsius carnis fragilitatem. Sūt enim similes terræ, quæ licet per naturam sit solida, igneis tamen partibus cum aëre est permixta. Sic etiam sancti viri, licet habeant ex parte spiritus soliditatem sanctitatis, & igneitatem, id est, feruiditatem charitatis tamē immixtam & coniunctā aëri id est, fragili & passibili carni. Vnde dicitur Matth. Spiritus promptus est, caro autem infirma Vnde. Apost. Habemus thesaurū in vasis fictilibus.

Mat. 26

2. Cor. 4

Secundò timent Sancti propter suorum defectuū multiplicitatē, terra enim interius est cauernosa & spon-

Digitized by Google

& spongiosa. Sancti enim cum se introrsus ad semetipsos reducũt, videtur eis vita sua multis defectibus plena, non solum paruis, sed etiam magnis. Sunt enim defectus vitæ velut concauitates terræ. Cauernæ autem sunt concauitates magnæ, significãtes defectus maiores. Sed velut spongiositates paruæ, sunt culpæ & defectus leuiores. Dum ergo sancti in conspectu diuini iudicij vitã suã intrinsecus reuoluunt, velut terram cõcauitatibus, sic vitam suam defectibus plenam esse recognoscunt, de quibus apud iudicem vehemẽter iudicari metuunt, vnde Proph. Psa. 142 dicebat. Non intres in iudicium cum seruo tuo domine. Similiter Hier. 4. Hiere. sub terræ similitudine defectus humanæ vitæ considerans. dicebat: Aspexi terram, & ecce vacua erat,

Tertiò timent Sancti suarum cogitationum & affectionum impuritatem & tentationum impetuositatem. Nã sicut terra in suis concauitatibus est diuersorũ vaporum susceptiua & etiam ventorum, quorum violentia aliquando concuti tur, rumpitur, & terræmotus maximi interdum generãtur. Sic etiam sancti viri quandoque ex suis defectibus vapores malarum cogitationum vel immundarum affectionum sentiunt, & ventos subintrantes, id est, tentationes vehementes, per quas concutiuntur, & interdum per consensum rumpũtur. & ita fit terræmotus, id est, animæmotus in peccatum. Hest. Apparuerunt terræmotus & turbatio super terram. Hest. 12

Timor mundanorũ assimilatur terræmotui, qui semper fit ad latus, & per modum tremoris, non sursum neque deorsum. Sic enim vapor ille mouetur, qui terræmotum facit. Sursum enim dicitur Deus esse, deorsum infernus: sed quasi ad latus est nobis mundus, mouetur ergo sursum, qui timet Dominũ, deorsum qui timet infernum: sed quasi ad latus mouẽtur & tremunt, qui timent mundum & transitorias pœnas. Sed frequenter peccatores timentes & fugientes pœnas trãsitorias incurrunt pœnas æternas. Psal. Cadent à latere tuo, &c. Psal. 90.

Tribulationes Dei amicis esse apprimè vtiles, ex terra, marisque similitudinibus comprobatur.

Cap. LXXX.

TRibulationes & amaritudines & quæcunque concussiones, amicos Dei non dissoluunt, sed fortiores faciunt. Vnde tunt similes terræ, quæ (vt dicit Beda) vndique mari cingitur, vndique quæritur. & tamen nõ dissoluitur, sed potius solidatur. quia dũ eius siccitas maris beneficio humectatur, partes terræ coadunantur, quæ aliàs in puluerem verterentur. Sic ex tribulationum & amaritudinum circundatione stillatur mentibus electorum humor consolationis internæ, qua anima roborat ur, consolidatur, & sic in seipsam tota coadunatur. vt per iram vel impatientiam minime dispergatur. Psal. Firmauit orbem terræ, qui non commouebitur. Item tribulationis amaritudo tutiores reddit sanctos viros quam consolationis dulcedo. Sicut nauis tutior fertur & natat in amara siue salsa, quam in dulci aqua, ex eo quod aqua amara siue salsa grossior & grauior est dulci. Vnde in ea natat quum recens, & in mari Palestinæ mortuo nihil viuũ immergitur. Ideo nauis (vt dictum est) tutius fertur & natat in amara aqua quam dulci. Sic anima sũ habet amaram aquã tribulationis: tuta esse potest, quia aut est ei ad purgationem, aut ad augmentum meriti: Sed in aqua dulci consolationum dubitat, ne per Beda. Psal. 92.

eas aut resoluatur, aut forte in eis principaliter præmietur, si quid
Psa. 76. fecillet boni. Vnde Psal. Renuit
Sap. 14. consolari anima mea. Et iterum Sap. Transeuntes mare per ratem scilicet patientiæ, liberati sunt.

Itē tribulatio assimilatur mari. Primò, quia licet mare non sit potabile vel dulce quoad gustum est tamen quoad multa vtile, & proficuum. Nā multarum infirmitatum est curatiuum Sanat enim hydropicos, vlcerosos, & scabiosos. Ita etiam tribulatio licet non sit delectabilis, sed pœnale cami in sensualitate, est tamen vtilis & proficua spiritui, videlicet quia sanat infirmitates mentis. Curat enim hydropicos, id est, auaros; vlcerosos, id est, superbos, scabiosos, id est, luxuriosos, qui habent
Mich. 7 pruritum carnis, quia tribulatio castigat. Vnde Mich. Proiiciet in profundum maris omnia peccata

Secundò, quia mare quamuis ex se sit salsum & amarū, pro dulcedine tamen venarum per quas facit transitum, est sui saporis variatiuum. Similiter tribulatio licet videatur amara vt in præsenti, tamen propter dulcedinem & patiētiam eorum qui eam tēporaliter & transitorie sustinent mutabitur in æterni præmij dulcorem.
Iudit. 5. Iudith. Fontes amari obdulcati sunt eis ad bibendum.

Tertiò quia mare licet sit inquietum, est tamen propter continuū fluxū substantiæ à sua corruptione conseruatiuum. Sic tribulatio licet inquietet mentē vel carnem, tamen conseruat eā à corruptione luxuriæ. Eccles.
Eccl. 12. horæ obliuionem facit luxuriæ.
Iob. 14. Iob. Recedunt aquæ de mari, & fluuius vacuefactus arescit. Aquæ enim, id est, concupiscētiæ carnis, recedūt de mari, id est, de amaritudine tribulationū, & tūc vacue factus sit fluuius. i. luxuriæ fluxus.

Item tribulatio feruentē spiritū compunctionis gignit, & ventum vanitatis excludit. Cuius exemplū est, quòd tempore æstatis in parte septentrionali generatur spiritus multus, & vapor coarctatur, qui facit terrā tremere. Ibi enim iuxta mare quasi quotidie terra tremit, & tam fortis est ibi motus equi vel hominis ita quod vasa plena liquoribus effunduntur. Vnde quidam perforauit terram septentrionalem lācea longa, & exiit ventus tātus quod fere diruit magnam domum. Per terram septētrionis intelligitur ānima pec catoris frigida à calore charitatis. Est enim subiacens septem capitalibus vitiis quæ tamen æstate charitatis calescente concipit spiritum multum contritionis, vaporem compunctionis, & tremorem humiliationis, ita quòd vas cordis plenum liquore peccati euacuetur effusione cōfessionis, & interdum duni terra, id est, corpus perforatur lancea lōga attractione diuturnę macerationis & afflictionis, excluditur & exit ab homine ventus omnis peccati, & vanitatis.

In singulis creaturis tum corporeis, tum etiam incorporeis, supra caelestibus & sublunaribus, sanctissima trinitatis repræsentari vestigia, pulcherrimis similitudinibus ostentatur.

Cap. LXXXI.

TRinitas diuinarum personarum in vnitate essētiæ repræsentatur generaliter in omnibus creaturis. Et hæc repræsentatio in creaturis irrationalibus, vestigiū appellatur. Quælibet enim creatura subsistit in suo esse, & habet formam per quam determinatur ad speciem, & habet ordinē ad aliquod aliud. Per primum repræsentat Patrem, per secūdum Filiū, per tertium Spiritum sanctum.

Item in magnitudine creaturarum cognoscitur potentia Patris; in dispositione Filij sapientia, in ornatu,

Digitized by Google

ornatu, bonitas spiritui sancti.

Item in quolibet indiuiduo inuenies vnitatem, speciem, & vtilitatem, quorum primum conuenit patri, secundum filio, tertium spiritui sancto.

Item scriptura dicit, quòd omnia constituit Deus in numero, Sap. 11. pondere, & mensura. In omni enim creatura est vnitas, veritas, & bonitas, siue modus, species, & ordo, vt sic in omni creatura quo vna offenderetur principij vnitas, & quo trina, personarum trinitas.

Item inuenitur in omni creatura, quod est, quod discernit, & quod congruit. Sed omnes istæ distinctiones siue assignationes vestigij, ad personarũ trinitatẽ reducuntur, vt per se est manifestũ.

Item apparet repræsentatio Trinitatis in omnibus substantiis Nã in omni substantia creata (secun- Dio. de dum Diony.) inuenitur essentia, diuin. virtus, & operatio, quorũ primum nom. conuenit patri, secundũ filio, tertium spiritui sancto. Specialiter autem reperitur sanctæ Trinitatis repræsentatio in substãtiis incorporeis & immaterialibus, scilicet in animabus, & in angelis. Generaliter autẽ in tres diuiditur species, quæ sunt vegetabilis quæ est in plãtis, sensibilis quæ est in brutis, & rationalis quæ est in hominibus. Sed omnibus tribus cõpetit vna ratio. animæ cõmunis. Et in vna communi animæ ratione repræsentatur vnitas essentiæ, sed in triplici animæ distinctione repræsentatur personarum distinctio. Sed excellẽtior adhuc repræsentatio Trinitatis est in anima rationali, scilicet propter modum imaginis, propter quam dicitur, quòd homo ad imaginem dei factus est. Nã sicut sunt in vnitate essentiæ diuinæ tres personæ, ita in vna essentia rationalis animæ tres potentiæ sunt, s. memoria, Intelligẽtia & voluntas, imago enim Trinitatis diuinæ, non inuenitur in homine, nisi secundum mentem: in aliis vero partibus ostenditur ibi repræsentatio solùm per modum vestigij. Sed adhuc Trinitatis imago attenditur in mente, & magis secundum actus dictarũ potentiarum, quàm secundũ potentias ipsas. Propterea quia personæ diuinæ distinguuntur secũdum processionẽ verbi à dicente, & processionẽ amoris vtrunque connectẽtis. Verbũ autẽ in anima sine actuali cognitione nõ potest esse, Aug. dicit. Vnde principaliter attenditur imago trinitatis in mente secũdum actus, prout scilicet ex notitia rei quã habemus cogitando interius verbum concipimus, & ex hoc in amorẽ prorumpimus. Sed quia principia actuum sunt habitus & potentiæ, vnumquodque autem est virtualiter in suo principio, secũdariò et quasi ex consequenti imago Trinitatis potest attẽdi in anima secundũ potentias et habitus prout in eis actus virtute existunt. Sed adhuc attende, quod imago non attenditur in notitia, vel amore sui vel alterius rei, sed per respectum ad hoc quod est Deus: quia scilicet mens potest meminisse, intelligere & amare deum, à quo facta est, vt dicit Augustꝰ. Quia (vt dictum est) diuinæ personæ distinguuntur secundum processionem verbi à dicente, & processionem amoris. Verbum autẽ dei nascitur de deo secundũ notitiã sui ipsius, & amor procedit secũdum quod se ipsum amat. & manifestum est, quod diuersitas obiectorum diuersificat speciẽ verbi & amoris: quia non est idem verbum de lapide & equo conceptum. Vnde attenditur diuina imago secundum verbum conceptum de Dei notitia, & secundum amorem exinde detiuatum. Ipsa enim rationalis anima tribus

Digitized by Google

theologicis virtutibus perficitur, scilicet fide, spe, & charitate, in via. Ipsa autē in patria tribus dotibus dotabitur, quę sunt visio succedens fidei, inhæsio succedens spei, & fruitio correspondēs charitati. Vnde patet quod in anima rationali est sanctissimæ repræsentatio Trinitatis, & secundum esse naturæ & secundum perfectionē gratiæ & secundum statum gloriæ. Adhuc autē expressior, & nobilior repræsentatio Trinitatis est quæ in angelis reperitur. Vnde

Greg. secundum Greg Angelus dicitur signaculum similitudinis, quia in eo simílitudo diuinæ imaginis illuminatur expressa: & hæc similitudo inuenitur in quolibet angelo. Repræsentant etiā angeli sanctissimam Trinitatē in communi, quia distinguūtur omnes per tres hierarchias, & quælibet hierarchia adhuc tres ordines continet. Vnde Deus est in Thronis vt maiestas, in cherubim vt veritas, in seraphin vt charitas. per quę notatur trinitas personarum: & similiter inuenitur in aliis hierarchiis: Item apparet repræsentatio Trinitatis in substantiis corporeis & materialibus. Nā in omni corpore (secundū Philosophos) tres dimensiones existunt, scilicet lōgitudo in linea, latitudo in superficie: spissitudo siue profunditas dicitur esse in corpore, quia est eius dimensio propriè propria. linea est tantū producēs, & ideo cōpetit patri qui est principiū nō de principio. Linea enim (secundum

Arist. 2. cæl. Philosophum) dicitur esse producens, quia est principiū a quo superficies fluit, sed dicitur esse nō producta, quia licet dicatur fluere à puncto vsque ad pūctū, quod nō est in cōtinuo, nisi linea ducere tamen non potest habere à pūcto aliquam quantitatem, cum punctū sit indiuisibile. Vnde linea prout continua nō diuiditur in pūcta, sed in partes continuas. Et ideo physicus non considerat puncta, cum istæ dimensiones nō fluant à puncto, sed à materia. Corpus vero est tantum productum, quia profundum quod est proprium corpori, fluit à superficie. Alioquin idem producentur à seipso, si in plano essent plures superficies, sed tamen dicitur corpus non esse producens, quia non intelligibilis vltra corpus alia species magnitudinis differens ab istis. Vnde profunditas siue corpus congruit Spiritui sancto, quia ab aliquo procedit principio. I. patre & filio, sed nulla alia diuina persona procedit ab ipso. De quo etiam dicit Apost. scrutatur profunda Dei. Superficies autē: producens & producta est: producitur enim à linea, & ipsa simul cū linea producit ipsum corpus siue profunditatem: & ideo competit filio qui nascitur ex Patre, & ab eo simul & Patre, Spiritus sanctus procedit. 1. Cor. 2

Item beata Trinitas præsentatur in naturis. Cōpetit enim ternarius numerus omnibus rebus naturalibus. Et quia secūdum Pithagoram esse completum in natura habet principium, medium, & finem: ideo Pithagoras docuit Deum naturę proprietatibus eminentē volere ter in die. Quia ipsa cognitio quæ de possibili est, perficitur tribus, scilicet sensu, quo manuducimur, imaginatione qua indagamus verum ex his quę nos manu ducunt; & intellectu quo conspicimus inuentum. Ideo etiā honoramus Deum ter, secundum Termegistum, secundum tria pūcta hemisphęrii, id est, mane, meridie, & vespere: vnde lex Pithagoricorū & Christianorum adorat ad Orientem. Lex Termegisti & Machometi ad meridiem: lex Moysi ad Occidentem. Pithag.

Item posita sunt à philosophis magnis

magnis in cultu Dei tria, scilicet adoratio propter reuerentiã, thus propter distributionem suauissime cognitionis diuinæ, & virtutum cælestium, terrestrium; hymnus, secundum Pihtagoram, propter concentum cæli.

Item est repræsentario Trinitatis in cælis, id est, in corporibus cælestibus. Computãtur enim ab Apostolo tres cæli, quia dicit se raptum ad tertiũ cælũ, propterea quia in sphæris cælorum triplex est differentia. Quia est aliquod cælum mobile & stellatum, sicut firmamentum, cũ quo etiam cõputantur septem planetarum orbes, qui sunt sub eo. Aliquod verò est mobile, sed nõn stellatum sicut crystallinũ, vel si quod aliud supra ipsum quod sit primum mobile, secundum astrologos. Tertiũ autem quod nec est mobile nec stellatum, sicut empyreum, quod est beatorum locus. In cælo etiã relato ad terrã inuenitur triplex dimensio: sunt enim tres viæ cõtinuæ, scilicet lõgitudo à sursum in deorsum vel è conuerso: latitudo à dextro ad sinistrum: Altitudo ab ante ad retro. Igitur in cælo ad terram relato, relatio circũferentiæ ad centrum causat longitudinem ascendendo & descẽdendo. Ordo verò signorum in circulo obliquo facit altitudinẽ, quia ab Occidente in Orientẽ facit ante, sed retro est ab Oriente in Occidentem. Alius verò motus facit latitudinem, id est, dextrum ad sinistrum.

Item repræsentatio sanctæ Trinitatis in planetis est. Assignatur enim eis triplex circulus, scilicet deferens, æquans, & epicyclus.

Item in eorum cursu dicitur esse triplex gradus. Quia quandoque planeta est retrogradus, quãdoque directus, quãdoque stationarius. Nam quasi stationarius pater à nullo est procedens: sed quasi retrogradus est filius, carnẽ assumens: tunc enim sol retrocedit vsque ad decimam lineam, vt figuratum est Isa, id est, vsque ad humanam naturã, quæ quasi decima est post nouem ordines angelorum. & in decima dragma figurata, Luc. Sed quasi directus est Spiritus sanctus, qui missus est ad directionem fidelium. Vnde Psalm. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Sed præcipuè sancta Trinitas repræsentatur in sole, qui est maximus planetarum. In eodem sole secundũ Aug. tria hęc consideramus, quod est, quod lucet, quod calet. Primũ competit. Primi à quo filius habet esse, & Spiritus sanctus; Secundum filio, Tertium spiritui sancto. Isa. 38. Luc. 15. Psa. 142.

Item est ræpresentatio Trinitatis in locis. Est enim triplex locus deputatus creaturæ rationali, scilicet locus summus, id est, cælũ, vbi sola lætitia; & est infimus, scilicet infernus, vbi sola tristitia; & & est medius, hoc est mundus, in quo sunt summa speranda, & infima timenda. Vnde Phil. In nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum. In nomine Iesũ) vt dicit Ambr.) tota Trinitas repræsentatur, quia Iesus interpretatur vnctus, in quo intelligitur vngẽs, & vnctio, & ipse vnctus. Vngens pater, vnctus filius, & vnctio spiritus sanctus. Et ideo in nomine Iesu olim in Apostolorum tẽporibus credentes baptizabãtur in nomine Trinitatis. Phil. 2. Ambr.

Item repræsentatur Trinitas in elementis, quæ distinguuntur (secundum Philosophum) tripliciter: quia sunt simpliciter, leuia: vt est ignis, vel simpliciter grauia, vt est terra: vel media grauia & leuia, sicut aër, qui est grauis respectu ignis, leuis autem respectu aquæ: & aqua quæ est leuis respe-

Digitized by Google

ctu terræ, grauis autem respectu aëris. Item in elementis inuenitur quædam alia trinitas respectu loci: quia solum tria elementa se contingunt in loco generationis, scilicet, aër, aqua, terra. Aër enim non plus habet de natura grauis quàm aqua de natura leuis. Specialiter autem ignis repræsentat sanctam Trinitatem, quia ignis apparet tripliciter, in flamma, luce, & carbone. Item quia ignis habet triplex esse. est enim ignis purus in propria sphæra, ignis cõiunctus rei combustibili, scilicet in aliena materia, & est ignis mixtus, scilicet in re elemẽtata, in qua (secundũ quosdã) ignis & etiam alia elementa sunt actu. non quo ad esse primum, scilicet formarũ substantialium, sed quoad esse secundum, scilicet qualitatum suarum, quæ sunt reductæ ad mediũ: & in Deo sunt ibi sicut extrema in mediis, & secundum aliquos nullo modo sunt ibi actu, sed sunt ibi virtute. Repræsentatur etiam Trinitas beata in aëre, qui distinguitur per tria interstitia, supremum quod dicitur æthereum. & medium, ac infimũ quod dicitur aëreum. In supremo est calor & lux propter ignis & solis propinquitatem. Similiter in infimo per repercussionem radiorum à terra. In medio autem ad quod non potest pertingere reflexio radiorum, est frigiditas & obscuritas. Aqua etiam repræsentat personas Trinitatis, quia inuenitur aqua triplex, scilicet condensata vt in nube, vel congelata vt glacie, vel liquida vt in fonte vel flumine. Est enim aqua vnũ ex illis tribus quæ testimonium dant in terra ipsi Trinitati beatissimæ. Ioan. Tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua & sanguis: spiritus, inquam, sanctificationis, aqua ablutionis, sanguis redemptionis. Terra quoque repræsentat beatã Trinitatẽ. Dicitur enim Isa. Quis appendit tribus digitis molẽ terræ? per quos tres digitos intelligi possunt tres personę diuinæ in orbe terrę repræsentatę. Vnde & terra quæ inhabitatur trifariè à sapiẽtibus est diuisa. Vna dicitur Asia, altera Europa, tertia Aphrica est. Et est Asia mũdi totius pars media à meridie per orientẽ vsque ad aquilonem protensa, à quadã muliere sic vocata, quæ apud antiquos regnũ tenuit Oriẽtis, vt dicit Isido. Europa vero à septentrione vsque ad occidentẽ est extensa, quæ sic vocata est ab Europa filia regis Libiæ, quã Iupiter rapiens ab Aphrica duxit in Cretam, hanc tertiam partẽ orbis vocauit Europã. Et sic in Europa. gentes sunt, vt dicit Chrysostomus. Aphrica verò ab occidẽte vsq; ad meridiẽ est protensa siue porrecta, & secundum quosdã dicta, Aphrica quasi aprica eo quòd soli omnino sit aperta, & nulli quasi frigori sit subiecta, vt dicit Isid. Aliqui autẽ dicũt ab Afer filio Abraam ex certa causa esse dictam, qui versus Lybiam dicitur duxisse exercitũ, & ibi victis hostibus consedisse, & Aphrica cũ Europa est totius orbis medietas. Quidã verò dicunt, quòd has tres partes mundi, tres filij Noe diuiserũt postquã egressi sunt de arca, ita vt Sem cũ sua posteritate tutũ occuparet Asiã, Iaphet Europã, & Cham possideret Aphricam, sicut dicit glossa, Gen. x. & idẽ dicunt Chrysost. & Isido, Plinius & alij plures concordant cum eis.

Isa. 40.

Isid. Eth. 1.

Ioan. 5.

Item beata Trinitas repræsentatur in motibus. Est enim motus secundũ locum triformis, rectus, circularis, & obliquus. Item distinguitur motus secundũ aliquos in naturalem, cuius principiũ est natura; & violentũ, cuius principiũ est ab extra; & animalẽ, cuius principium ab intra, quæ ab anima

Digitized by Google

ma quæ mouet multipliciter,

Item in numeris est repræsentatio Trinitatis. Nam primū impar est ternarius numerus, in quo perfectio primi repræsentatur, scilicet Dei, qui trinus est & vnus. Ideo omnis res, quæ habet ista tria. s. principium, medium & finē, dicitur esse perfecta, vtpotè quia in trinario numero finis conformatur principio, & ideo sic dicit philosophus secundum tranflationem Arabicam. Per hūc numerum scilicet ternarium, adhibuimus nosmetipsos magnificare vnum Deū eminētem, proprietatibus eorum quæ sunt creata. Vnde & hermes Trimegistus ponit mundum perfici in tribus ymāmene, quod est impulsio vel implexio causarum; necessitate quæ est exæquatio causarum per motum ad esse; ordine qui est distributio cuiuslibet producti in locum & officium suum.

Arist. 1 cœl.

Item numerus diuiditur in tria quia numerorum (secūdum Isid.) alius linealis, alius superficialis, alius verò solidus. Linealis est qui ab vnitate incipiens ordinatè procedit, vt vnus, duo, tres, & sic in infinitum. Superficialis vero numerus est ductus in se vel in aliū semel, vt bis duo, bis tria. Solidus autem est qui ducitur in se, vel in aliam semel, & postea semel ducitur in totum, vt cum dicitur, Bis duo bis, ter tria ter, & sic de alijs. Vel alia distinctio numeri per tria est, quia numerorum alius digitus, alius articulus & alius compositus. Digitus enim continet numeros simplices ab vnitate vsquè ad decem, Articulus cōtinet decem, & alios denarios, vt viginti, triginta, quadraginta, & sic de singulis. Compositus verò vtrunque complectitur, vt vnde cim, duodecim, tredecim, &c.

Isid.

Item repræsentatur Trinitas in figuris. Nam prima figura dicitur rectilinea. Hæc est triangulus habens tres angulos æquales duobus rectis. Cui cōparatur anima vegetabilis, quæ habet tres vires nutritiuam, augmentatiuam, & generatiuam. Est ergo triangulus tribus lineis inclusus, in tribus angulis extensus, & per tres species diuisus, qui sunt, secundum Philosophum, æquilateris, qui habet omnia latera æqualia. Isoc heles qui habet duo latera tantum æqualia: & gradaium qui habet latera inæqualia. Figura circularis repræsentat Trinitatem: quia Deus est circulo similis. Dicit n. Hermes supradictus, quòd monas gignit monadē, & in se suū reflectit amorē. Quod quo ad nostrū intellectū trahētes dicimus, ꝙ pater vnus vnicū generat & genuit filiū ab æterno, cū quo etiā simul ab æterno spirat Spiritum sanctū, qui est nexus & amor amborum. Nā Deus pater ab æterno se perfectè intelligit, & intelligendo se diligit quam dilectionem extra se ad alium nō extēdit, sed in se reflectit, quia ad intelligentē & intellectum, ad patrem & filium, à quibus procedit ipsa dilectio ad modum circuli in seipsum reflectit. Vnde omnino Deus in essentia vnus pater intelligens, & intelligēdo filium gignens, & amor ab vtroque procedens, vt in vtrūque se referens & reflectens. Propter quod Trimegistus fuit interrogatus quid esset Deus, respondit: Deus est sphæra intelligibilis, cui us centrum est vbique, circunferentia verò nusquam. Nā quia Deus corpus nō est, nec etiā esse potest, eo quòd summè simplex est, quia omne perfectissimum oportet esse simplicissimō, eo quòd posterius componentibus sit omne compositum: ideo ad differentiam sphæræ corporalis dicit, quòd est sphæra intelligibilis. Vnde in centro, ꝙ est quid mi-

minimum & simplicissimum circunferentiæ comparatũ, diuinam simplicitatem intellige: sed per circunferentiam quæ est maxima immensitatem diuini accipe. Est ergo sensus descriptionis prædictæ, Deus est sphæra, id est, principio carens & fine: multo magis quàm circulus, siue sphæra. vt sic eius notetur æternitas, Intelligibilis, vt notetur eius immaterialitãs. Cuius centrum, id est, indiuisibilis & simplex essentia, vbique tota est: sed circunferentia eius, id est, eius immensitas, nusquam est, quia à loco comprehendi nõ potest, sic etiam circunferentia primi cæli dicitur minime loco contineri: quia si primum cælum esset in loco, cum locus sit termi-
Aristo. Phys. nus corporis continentis (vt Philosophus dicit) extra cælum aliud corpus esset, quod cælum includeret, & sic sequeretur, quæstio de illo alio corpore, & sic de alijs, & ita procederetur in infinitũ quod est inconueniens. Vnde secũdum
Alex. Auer. Alexandrum, vltima sphæra nullo modo est in loco, sed Auerroys dicit, quod licet vltimum cælum nõ sit in loco per se, id est, secũdum circunferentiam, est tamen in loco per accidens, ratione centri circa quod mouetur: quia ipsum cẽtrum habet fixionem in loco. Sed rationabilius videtur dictũ
Them. Themistij, scilicet quod vltima sphæra etiam secundum circũferentiam, dicitur esse in loco ratione partiũ, quia partes mutant locũ substantia & ratione, licet non actu, sed potentia tantum, cum nõ sit pars actu diuisa. Si enim esset pars cæli actu diuisa, tunc esset actu in toto sicut in loco. Vnde quia aliquid dicitur de toto ratione partium, in quantum partes vltimæ sphæræ sunt in loco in potentia, tota vltima sphæra est in loco per accidens ratione partium: quod sufficit ad motũ circulare, Quicquid autem sit de sphæra corporali, de Deo tamen qui est sine quantitate immensus & omnino indiuisibilis, hoc est verum, quod nullo apprehendatur loco. Sic ergo Deus dicitur sphæra propter suam æternitatem, intelligibilis propter suam immaterialitatem, & dicitur habere cẽtrum propter suam simplicitatem, vbique totus propter suam indiuisibilitatem, & dicitur esse nusquam, id est, à nullo loco comprehẽsus propter suã immensitatem,

Item repræsentatur Trinitas, in consonantijs musicis. Sunt enim musicæ tres partes, scilicet harmonica, rithmica, & metrica. Itẽ harmonica fit tripliciter. Nam (secundũ Iisd.) omnis sonus harmonicus aut voce editur, scilicet per fauces, aut flatu, scilicet per fistulas, aut pulsu sicut per timpana, psalterium, & citharam, & huiusmodi Pulsus importat potentiam patris, vox refertur ad sapientiam filij, flatus ad bonitatem vinificatiuam Spiritus sancti, Sic patet quia beatissima Trinitas in omnibus, licet vario modo, repræsentatur suis effectibus, & Deus omnium auctor est, non solum vt vnus, sed etiam vt trinus, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, cui sẽper sit honor & gloria, & erit in secula.

Varia verbi Dei similitudines, ac utilitates, quæ ex lumine, solis radijs, scintillis, guttis, & stillis roris & pluuia elicuntur.

Cap. LXXXII.

VErbum Dei assimilatur lumini, iuxta illud Psal. Lucerna pedibus meis, verbum tuum, & lumen semitis meis, & hæc similitudo attenditur quantum ad septem. Psalm.

Primò, quia lumen est diuersorum corporum diuersimodè penetratiuum. Vnde auctor perspectiuæ dicit, quod lumẽ est triplex, scilicet

Digitized by Google

Iob. 34.
Iac. 1.
Psal. 49.
Luc. 1
Mat. 6.
Iac. 1.
Psalm.
Ephe. 5
Eccl. 11
Pro. 15.
Ioan. 3.
Isa. 60.
Eccl. 12.

Tcllicet reflexum, fractum, & directum. Reflexum sicut à speculo, & alijs politis corporibus, quæ lumẽ à se receptum reijciunt. Et tales sunt qui Verbum Dei audiunt, sed ipsum auditum reijciunt, vel contradicendo, vel contrafaciendo, secundum illud Iob: ipsi fuerunt rebelles lumini. vel reiiciunt illud obliuiscendo, secundum illud Iac. Comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo. Psal. Proiecisti sermones meos retrorsum. sed Luc. dicitur: Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Aliud est lumen fractum, sicut quando lumen venit ad corpus aliquantulum densum, vel durum. Tale enim corpus lumen in se recipit, sed propter materiam quæ omnino non obedit, vt transire lumen possit, lumen non rectè incendit, sed ab incessu recto diuertit, & talis incessus dicitur fractio radii. Sic frangitur verbum Dei in his qui audiendo ipsum suscipiunt, sed non obediunt faciẽdo. Vnde nec rectè ipsum suscipiunt, & ideo dicitur Iac. Estote factores verbi, & non auditores tantum, fallentes vosmetipsos. Matth. Vide, ne lumen quod in te est, tenebræ sũt. Nam res, quam radius non penetrat, licet ex vna parte vbi lumen recipit, sit illuminata, ex alia tamen ad quam non transit, remanet tenebrosa. Vnde tales licet illuminentur in eo, quod audiunt, tamen tenebrosi sunt in eo, quod non faciunt. Tertium lumen dicitur directum, quando nõ repellitur nec materiam inobedientẽ reperit, sed liberè transit, & operationes perfectas facit. Sic simili modo etiam verbum Dei est cum diligenter & perfectè auditur ac deuotè, quia tunc memoriter retinetur, & obedienter ac solicitè impletur. Vnde tunc perfectam operationem facit, quia ad æternam beatitudinem perducit: secundum illud Iac. Si quis perspexerit in lege, perfectæ libertatis, nõ auditor obliuiosus factus, sed factor operis, vel verbi, hic beatus in facto suo erit. Psal. Deducet quasi lumen iustitiam tuam. Nã lumen huiusmodi, trãseundo deducit à principio ad medium, & de medio ad extremum. Sic verbum Dei quando auditur aure, retinetur corde, perficitur opere tũc iustificat hominem, & dignũ reddit æternæ beatitudinis.

Secundò, quia lumẽ est formarum vel figurarum declaratiuum & manifestatiuum: sic verbum dei manifestat nobis formas, & figuras vitiorum & virtutũ. Ephe. Omne quod manifestatur, lumen est.

Tertiò, quia lumen est oculorũ lætificatiuum. Ecc. Dulce lumen, & delectabile est oculis videre solem. Sic verba Dei interiores oculos animæ illuminant, ipsamque lætificant & delectant. Prouerb. Lux oculorum lætificat animam.

Quartò, quia lumen est ægris oculis odiosum, & molestiæ illatiuum. Similiter verba Dei in hominibus prauè dispositis sunt molesta. Ioan. Dilexerunt homines magis tenebras quam lucẽ: erant enim opera eorum mala.

Quintò, quia est pigritiæ excitatiuum. Nam lumen Dei adueniens, excitat mentem ad surgendum à lecto peccati, & etiam ad bene operandum. Isa. Surge illuminare Hierusalem, &c. sũt enim verba bona quasi stimuli. Eccl. Verba sapientum quasi stimuli.

Sextò, quia lumen est formarũ & specierum in superficie speculi, vel alterius corporis politi, impressiuum. Nam lumen politæ materiæ superficiem pertingens, in angelis æqualibus se reflectit, & omnium subiectorum formas impri-

Digitized by Google

imprimit . Vnde quod est extra subſtantiam , in ſuperficie collocat ſpecui per imaginem & figuram. Sic etiam per verba Dei imprimuntur mentibus hominũ diuerſę cogitationes & affectiones quaſi diuerſæ imagines Nam quãdoque verbum Dei auditum mẽtes audientium eleuat in contemplationem & amorem cęleſtium, quãdoque etiam imprimit timorem ſuppliciorum infernalium, quandoque etiam contemptũ & deſpectum omnium mundanorũ, quandoque fugam & odium omnium vitiorum.

Et hæc præcipuè facit verbum Dei in mentibus politis, & à peccatorũ rubigine terſis. Vnde hoc eſt lumen ſapientiæ, quod mentes multipliciter informat. Sap. Diligite lumen ſapientiæ. Sap. 6.

Septimò, quia lumẽ ſecundum diſpoſitionẽ materiæ quã ſubintrat, eſt variationis ſuſceptiuum. Nam eius claritas intendit in materia perſpicua & pura, & remittitur in materia fœculenta. Sic verbum Dei in mente pura & terſa à vitijs, lumen ſapientiæ plurimum inducit. Sed in mente impura & fœculenta peccatis, lumen ſapientiæ vel gratiæ non immittit. Item in diaphana materia, quia obſtaculum non inuenit, ideo per eam irradians proprios fulgores exprimit, & oſtendit, vt Diony. dicit, & quanto perfectius in illa profundatur, tanto latius ex ea reſuſa ad alia deriuatur. Dum autem lumen materiæ groſſæ infunditur, imperfectè ob ea recipitur, vnde ſolum ſe diffundit extrinſecus. Sic verbum Dei in mente peruia non habente opacitatem vel groſſitiem materialis amoris, fulget vel ſplẽdet, ſecundum illud Tob. Luce ſplendida fulgebis, id eſt, non ſolum in te ſplẽdida eris, ſed etiam alijs per doctrinam vel bonorum operum exempla fulgebis, ſecundum illud Matt. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra, &c. Vnde de talibus dicitur Baruch . Stellæ dederunt lumen in cuſtodijs ſuis. Stellæ enim ſunt mundiſsimæ ſubſtantiæ & lumen à ſole percipiunt, quod aliis refundunt. Sed in mente vbi eſt denſitas amoris materialis & temporalis, lumen diuini verbi ſolũ exterius in auditu percipitur: & ſi aliquo modo ad cor trãleat, non ibi figitur vel aliquid operatur, ſed citius à contrario facti ſiue affectus repellitur Sic lumen à groſsis vel compactis corporibus repulſam patitur, nec ad interiora admittitur, etiam in ſuperficie eſſe videtur. Matt. 5. Baruc. 4

Item verbum Dei aſſimilatur ipſi radio ſolari , ex cuius reflexione generatur flamma ignis, vt dicitur Mach. 2. Sol refulſit, qui prius erat in nubilo, & accenſus eſt ignis magnus. Ita frequenter diuinum verbum generat in mente hominis mirabilem flammã amoris. Pſal. Eloquiũ Domini inflammauit eum . Et nota quod radius inflammationem cauſans, oportet quod ſit à corpore terminato, ſolido, & firmo, id eſt, permanente. Vnde radius ſolis in aqua fluente inflammationem vel ignitionem cauſare non poteſt , ex eo quod huiuſmodi aqua non eſt ſolida, nec permanens, nec etiam terminata, & ideo nullam formam retinens : poſſet tamen fieri in aqua contenta in aliquo vaſe valde rotundo, & ſolido, & ſterminante, & quieſcente , puta in ampulla, vel huiuſmodi. Et ita ſimiliter etiam ad hoc vt ex verbis diuinis cor hominis inflammetur oportet, quod ſit terminatum per inquirendi ſobrietatem, ſcilicet vt non plus velit ſapere, quam oportet, ſed ſapere ad ſobrietatem. 2. Ma. 1. Pſa. 104 Rom. 12.

Item oportet quod ſit ſolidum id eſt, non confractum ſiue obliuioſum,

Tob. 13

Dio. de cæl. hierar.

uiosum, vt scilicet quod ex vna parte recipit, ex alia parte effundit. Vnde dicitur Eccl. Cor fatui quasi vas confractũ, omnẽ sapientiam non tenebit. Vel debet esse solidũ. i. non molle: quia quodcũque molle est, sicut faciliter impressionem recipit, ita faciliter amittit. Et talis etiam sicut faciliter ad verbum Dei accẽditur, ita faciliter extinguitur. Eccl. 21

Item oportet, quod sit permanens, vt non ad tempus credat, & in tempore tentationis recedat, secundum illud Ioannis: Si manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis. Cor ergo quod habet stabilitatem & soliditatem, vehementer inflammatur, & incenditur per diuini eloquij, id est sacræ scripturæ radium. Luc. Cor nostrum ardẽs erat in nobis, dum loqueretur nobis in via. Ioan. 5. Luc. 24.

Item verba Dei frequenter prædicata assimilantur scintillis. Primò, quia scintillæ habent igneitatem. Nam scintilla est modica ignis particula ex materia ignita, caloris impetu resoluta. Quia scilicet ex mẽte cælestis desiderij, vel superni zeli igne accẽsa, verbum deuotè prædicantis egreditur cũ impetu feruoris, quo mentes audientium succenduntur & inflammantur, secũdum illud Eze. Scintillæ quasi aspectus aris candentis, vt dicit Greg. Vita prædicantium sonat & ardet, ex quo scintillæ prodeunt, id est, verba ignita. Eze. 1. Grego.

Secundò, verba Dei frequenter audita assimilãtur scintillis ratione mobilitatis, quia habet mobilitatem: quia scintilla mox vt resoluitur, sursum mouetur, sed dũ ex partibus terrestribus grauatur, ad centrum iterum reclinatur, & ideo scintillæ discurrunt nunc ascendẽdo, nunc descendendo. Sap. Tanquam scintillę in arundineto discurrent. Sic sancti prædicatores nituntur per sũũ verbũ corda audiẽtium ad cælestia eleuare, & tunc eorum verba sunt vt scintillæ ascendẽtes: sed interdum propter auditorum imbecillitatem coguntur ipsa verba, quæ prædicant, temperare, & ea potius auditorum fragilitati, quam suę auiditati concordare: & tunc eorum verba sunt quasi scintillæ descendẽtes: sic faciebat Apostolus. Humanum dico propter infirmitatẽ carnis vestræ. Interdum etiam ea temperant propter infirmitatem propriam, secundum illud Apost. Parco autem, ne quis existimet aliquid esse supra id quod videt in me, aut audit ex me. 3. Rom. 8. Cor. 12.

Tertiò, quia scintillæ habent luminositatem, sic sanctorũ prædicatorum verba illuminãt audientium corda ad considerandũ Dei opera. Eccl. Desiderabilia omnia opera eius, & tanquam scintilla quæ est considerare. Eccl. 42.

Quartò, quia scintillæ habent virtuositatem. Ex modica enim scintilla fit sæpe maximus ignis. Ita similiter ex breui prædicatione, immo aliquando ex breui sermone sequitur magnus fructus. Eccl. Ab scintilla vna augetur ignis. Vnde Act. dicitur, quòd prædicante cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbũ Dei Sap. Sermo scintillæ ad commouendum cor nostrum. Eccl. 11. Act. 10. Sap. 2.

Item verba Dei assimilantur guttis & stillis roris & pluuiæ. Vnde Deut. Concrescat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquiũ meum, quasi imber super herbã, & quasi stillæ super gramina. Eccl. Guttas pluuiæ, id est, verba doctrinæ cælestis quis dinumerauit? Nam sicut sapientiæ eius non est numerus, ita nec verborum eius. Guttæ etiam siue stillæ terram humectant, radices ingrossant, semina fœcundãt, plãtas & arbores vegetãt, pisces in mari Deu. 32. Eccl. 1.

recreant, ostreas impinguant, ac in eis margaritas generant, insuper etiam lapides cauant. Ita similiter etiam verba diuina audita denotè vel lecta, animâ humectant deuotione; radices cordis, id est, cogitationes & affectiones ingrossant augmentatione semina, id est, bona proposita fœcundant operatione; plantas & arbores, id est, nouiter cõuersos & pœnitentes, qui debent fructus dignos pœnitentiæ facere, vegetãt, id est, confortant spirituali refectione, pisces in mari, id est, positos in amaritudine & tribulatione, recreant interiori consolatione, ostreas, id est, claustrales & inclusos impinguant religionis obseruatione, ac in eis margaritas puritatis generant solicita castificatione & emendatione. item lapides, id est, lapidea & dura secularium corda & peccatorũ emolliunt & cauant, id est, ad cõpunctionem & pœnitentiam disponunt frequenti auditione, sicut gutta cauat lapidem non vi, sed sæpe cadendo.

Virginum virginitatis, decor ac perfectio, qualis quantus, & existat, ex pluribus Galaxiæ similitudinibus.

Cap. LXXXIII.

VIrginum sanctarum perfectio assimilatur circulo Galaxiæ propter quatuor.

Primò, propter decorem & pulchritudinem. Nam galaxia est circulus cælestis, cæteris circulis pulchrior. Et similiter de virginitate
Cipri. dicit Cyprianus, quòd est flos ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum gratiæ spiritualis, & illustriot portio gregis Christi. Et
Ambr. libr. de virgi. Ambrosius de ipsa dicit: Pulchritudinẽ quis potest æstimare maiorem decore virginitatis? Quæ amatur à rege, probatur à iudice, dedicatur à domino, consecratur à Deo, semper sponsa, semper inupta. Vnde nec amor fratrẽ habet, nec damnum pudor.

Secundò, propter honorem. Est enim virginitas tantò honorabilior, quanto sublimior. Eius autẽ sublimitatem ostendit galaxiæ situs, quæ mediũ tenet inter duas partes cæli æquales. Virginitas similiter medium cæli tenet. Namque angelis debetur, & hominibus, inter quos quasi media est virginitas, habens cum hominibus communem carnis fragilitatem Sed cum angelis habet communem, & quasi supra homines incorruptionis integritatem. Propter quod dicit Hiero. quòd in
Hiero. carne præter carnem viuere, angelicum est, non humanum. Da-
Dam. mascenus dicit, quòd abstinentia à nuptiis, est angelorum imitatio. Dicit enim Ptolo. quòd circulus
Pto. li. 8 Alma. 2 galaxiæ duplex est. Vnus quasi intra allum, & ille qui est intra continuus videtur, incipiens à pedibus Geminorum, & regirans in Geminos per principium Sagittarij. Et alter est supra illum, non vbique coniunctus ei, sed in aliquibus partibus coniunctus ei, & in aliquibus distinctus ab eo: & iterum ille exterior circulus non videtur omnino cõtinuus, ab aliquo puncto in punctum idem, sed in multis locis videtur interfectus. Similiter etiam duplex est perfectio siue incorruptio virginalis. Vna interior in proposito mentis, & hæc continua & perpetua debet esse. Alia est extra, virginitas scilicet carnis, & hæc interrumpitur seu corrumpitur per violentiam absque cõsensu mentis: & tunc nõ amittitur meritum virginitatis: sicut dixit sancta Lucia: Si me inuitam feceris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam. Hæ autem duæ integritates in quibusdã inueniuntur cõiunctæ, quia vtranque habent: in quibusdam disiunctæ, id est, integritas

Digitized by Google

gritas carnis sine integritate mētis, vel e conuerso.

Tertiò, virginitas assimilatur galaxiæ propter candorem. Nam galaxia quendam candorem habet, & ideo vocatur via lactea, siue circulus lacteus: & iste candor competit virginitati, quæ est candor lucis æternæ, vt dicitur Sapi. Sap.7 Quædam sunt quę habent lucem & incorruptibilitatem æternam, ideſt interminabilem, vt Sol & ſtellæ. & ſic habebunt corpora Sanctorum poſt reſurrectionem, quæ erunt ſicut ſtellæ in perpetuas æternitates, vt dicitur Dan. Dan.12 Huius autem æternæ lucis & incorruptibilitatis eſt quidam candor virginitas carnis, in qua nihil coinquinatū incurrit, vt habetur Sap.7 Sap. Eſt enim in carne corruptibili perpetuæ incorruptionis meditatio, vt dicit Aug. Eccl. Pulchritudinem decoris eius admirabitur oculus. Eccl.43

Quartò, propter ſplendorem. Nam galaxia inter omnes circulos cæleſtes meliorem habet claritatem. In locis enim illis vbi videtur galaxia, ſunt ſtellæ multæ paruæ quaſi contiguæ, in quibus diffunditur lumen ſolis, omnino luminoſe, & magis refulget fulgor ille, & ibi materialis eſt pars orbis id eſt ſpiſſior, & ideo aptior ad tenendum lumen, & terminandum viſum: & ideo apparet locus iſte magis radioſus. Similiter virgines in cælo habent ſingularem ſplendorem gloriæ. Nam virginitati debetur aureola. Vnde corpus virgineum eſt in cælo ſicut circulus ſplendidiſſimarum ſtellarum. Iſa. Stellæ cæli, ſplendor earum. Iſa.13

Quintò, propter fixionem. Nam galaxia, vt dicit philoſophus, non recedit ab vno loco orbis: quod intelligitur quātum ad apparentiam propter motum tardiſsimū, quia in rei veritate compertum eſt, quòd galaxia mouetur motu ſtellarum fixarum, ſcilicet in centum annis vno gradu. Et hæc immobilitas competit virginibus ſacris, quæ ita inhæſerunt Chriſto, quòd nunquam ab eo potuerunt ſeparari, vt ait Apo. Rom. Rom.8. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Arist.li. 1. Meteo.

De Arcturi proprietatibus, eiuſque ſtellarum numero, ac de ſeptem planetis, quibus ſimilitudinibus multis, virtutum perfectio comparatur.

Cap. LXXXIIII.

VIrtutum perfectio dicitur ſimilis arcturo, de quo Iob: Qui facit arcturum, & Orionas. Iob 9. Nam arcturus à ſeptē ſtellis in axe fixis & in ſe reuolutis conſtituitur, vt dicit Iſido. Hoc ergo ſignum ſeptem ſtellarum, ſignificat in anima perfectionem ſeptem virtutū propter quinque. Iſid.

Primò, propter numerum: quia vt ſeptem ſunt ſtellæ, illud ſignū decorantes, ita ſunt ſeptem virtutes animam perficientes, ſcilicet ſecundum ſeptem quæ in nobis regēda ſunt, tria ex parte animæ, & quatuor ex parte corporis. Anima enim conſtat ex tribus potentis, corpus vero ex quatuor elementis. Nam ex parte animæ prima eſt vis rationalis, quæ illuſtratur fide ad cognoſcendum verum. Secunda eſt vis iraſcibilis, quæ erigitur ſpe ad malum declinandum. Tertia eſt vis concupiſcibilis, quæ incenditur charitate ad diligēdum bonum. Sed quoad quatuor elementa ex quibus conſtituitur corpus.

Primò in igne fulgente accipe iuſtitiam, de qua dicit philoſophus, quod eſt præclariſsima virtutum. Et ſicut ignis purgat fæces metallorum, ita iuſtitia purgat vitia malefactorum. In aëre vero illuſtrante, & viam qua eundum eſt oſtendente, accipe pru- Arist.5. Eth.

dentiam dirigentem: In aqua ardorem refrigerante, & terram ne dissoluatur in puluerem suo humore continente, accipe temperantiam, ardorem concupiscentiæ restinguentem, & carnis continentiam conseruantem. In terra percussa vndique aquis & tamen immobilitet permanente, accipe fortitudinem in periculis roborantem. Iste ergo girus arcturi est, quem nulla hominū potest violentia dissipare Iob Nunquid girum arcturi poteris dissipare. Iob. 38

Secundò, repræsentatur harum virtutum perfectio propter situm. Nam secundum Gregor. inter omnes circulos superiores, altior est circulus arcturi, & polo stellis altissimis stellæ eius sunt vicinæ: & nos per altitudinem dictarum virtutum maximè approximamus Deo & angelis beatis, qui sunt in cælis.

Tertiò, propter aspectum. Apparent enim stellæ illæ radiosæ & rutilantis formæ: Quarum quatuor anteriores in modum quadranguli alternis lateribus ordinantur. Tres vero sequentes stellæ in modum semicirculi ordinantur & disponuntur. Similiter & hæ virtutes, quando in homine sunt, euidentium operum radijs se ostendunt: Sed primæ quatuor quadrangulares, sunt quatuor cardinales virtutes, quibus humana vita ex quatuor lateribus ordinatur & roboratur. Nam prudentia dirigitur in eligendis, temperantia disponitur in vtendis, fortitudine roboratur in sustinendis, iustitia verò in distribuendis. Aliæ vero tres quæ quasi semicirculum faciunt, sunt tres virtutes Theologicæ, quæ nos in præsenti vita respectu perfectionis patriæ non ex toto, sed ex parte perficiunt, & ideo non totum circulum sed quasi semicirculum faciunt. Nam ex parte fide cognoscimus, spe imperfectè tenemus, charitate diminutè diligimus.

Quartò propter motum. Nam illæ stellæ sub polo circa axem locatæ, semper (sicut dicit Grego. vertuntur circa axē, sicut vrsa circa stipitem. Et hinc est quòd ille circulus vocatur vrsa maior, sicut Macrobius dicit. Item sicut dixit Greg. ille circulus semper vertitur, & nunquam ad ima dimergitur Et quando tres stellas eleuat, quatuor ad ima declinat Et e cōuerso, cum quatuor sursum erigit, tres alias ad ima submittit: quia videlicet hæ virtutes semper circa rectum se vertunt, & nūquam ab eo recedere, vel ad ima seu obliqua vitiorum ruere permittūt. Et quia tres ad cōtemplationem, scilicet theologicæ, quatuor vero cardinales ad actiuam vitam pertinent, cum illæ dimittuntur, istæ leuantur, & e conuerso, quia quāto magis contemplatiuæ insistimus, tanto magis remittimur in actiua, propter quod dicit Beda. quòd contemplatiua est ab omni actione quiescens. Macrob. Grego. Beda.

Quintò, virtutes assimilantur arcturo propter effectū. Nam arcturus dicitur ab arctando: quia suo frigore arctat & constringit terram. Vnde dicitur Iob. Ab interioribus egreditur tempestas, & ab arcturo frigus. Ipsa enim parte surgit frigus propter elongantiā à calore solis: frigore vero pori terræ arctantur Similiter etiā qui in istis virtutibus est perfectus, totaliter refrigescit contra terrena: & coarctat quantum potest poros terræ, ideſt necessitates corporis, secundum illud Apo. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus. Iob 37. 1. Thi. 6

Item septem virtutes assimilātur septem planetis. Nam in Luna, quæ est primus planeta versus terram

Digitized by Google

terram, & partim vmbrosa, noctis tamen illuminatiua & roris generatiua, repræsentatur fides, quæ est omnium virtutū prima. Et licet sit ænigmatica, est tamen intellectus ab erroris tenebris purgatiua & roris id est doctrinæ cælestis administratiua: vel roris id est diuinæ gratiæ impetratiua.

Veneri autem, quæ præcedit solē & etiam diem, & ex diei approximatione habet ægros erigere, assimilatur spes, quæ nunc præcedit verū solē & æternū diem, & confortat animum deficiētem, quousque perueniamus ad patriam.

Soli autem inflammanti, & omnia decoranti assimilatur charitas, qua corda inflammantur, & opera Deo denota & accepta efficiuntur.

Mercurio, cuius dicitur esse animam disponere ad sapientiam & eloquētiam, assimilatur prudētia. Marti, cuius dicit esse ad animositatem disponere, & sic animam deiectam erigere & ad bella præparare, assimilatur fortitudo: cuius est tentationes constanter & viriliter ferre.

Ioui, cuius est omnibus prouidere, assimilatur iustitia, quę omnibus prodest, dum bonos defendit, & malos corrigit, & refrenat à noxiis.

Saturno autem qui est planeta frigidissimus, & cuius est calorem firmamenti vel solis in istis inferioribus temperare, assimilatur temperantia, quæ habet æstuantes passiones & complexiones in corpore humano temperare.

Item de quatuor virtutibus cardinalibus, siue de vsu ipsarum, instruit nos tempus. Nam primo quidem instruit nos tēpus de vsu prudentiæ. Est enim homini prudētia tripliciter necessaria.

Primo in agendo, quia (sicut dicit philosophus) prudentia est recta ratio agibilium. Pertinet igitur ad prudentiā ea quæ agit mē surare secundū mensuram debitę rationis & hoc nos instruit tēpus, sicut dicit Alchindus de quinque essentiis, quia est mensura rerū mutabilium. Vnde quia omnis actio hominis est cum tempore & mensura, debet prudens in actionibus suis se tempori conformare, vt scilicet omnia faciat cum debita mensura. Arist. 6. Ethi. Alchin.

Item docet nos tempus ordinatè opetari vnum post aliud: quia tempus (sicut dicit philosophus) est numerus motus secundum prius & posterius. & hoc ad prudentiam pertinet. s. non omnia simul velle agere, sed ordinatè vnum post aliud. Vnde Eccl. Fili, ne in multis sint actus tui. Et ideo metricè dicitur pluribus intentus minor est ad singula sensus. Arist. 4. Phy. Eccl. 11.

Secundò, necessaria est prudētia in disponendo. Et hanc docent nos habere tres partes temporis, quibus tres partes prudentiæ adaptantur. Diuiditur enim tempus in præsens, præteritum & futurū. Et secundum hoc assignat Tullius tres partes prudentiæ. s. memoriā in recordatione præteritorum, intelligentiam in ordinatione præsentium, & prouidentiam in prouisione futurorum. De quibus Deut. Vtinam saperent, scilicet, præterita, & intelligerent præsentia, ac nouissima prouiderent, id est futura. Cic. Deu. 32

Tertiò, necessaria est prudentia in cauendo. s. futura pericula: & ad hoc solicitat nos temporis alterabilitas. Nam tempore nihil alterabilius, & ideo corpori nihil est periculosius. Quia dicit Hippo. Mutationes temporum maxime generāt morbos. Subita enim mutatio caliditatis in frigiditatē, corpora alterat, & mutat: ideo quia natura nō patitur repentinas mutationes: subita mutatio temporis est causa infirmitatis. Sunt Hipp.

Digitized by Google

enim præcipuè quatuor tempo-
ris qualitates, quarum diſtempe-
rantia cauſa eſt ſuo modo tã cor
poralis quam ſpiritualis infirmi-
tatis: à quibus, quia moderna tẽ-
pora præcipuè abundare viden-
tur, ſummè debet cauere homo
ſapiens, videlicet calidum, frigi-
dum, humidum, ſiccum. Quæ
quia his modernis temporibus,
exemplariter loquẽdo omnia ſi-
mul inordinatè abundant viden-
tur adeſſe tempora, de quibus
2.Thi.3 prædixit Apo. Inſtabunt tempo-
ra periculoſa. Æſtuat enim tem-
pus nũc ardore inordinato, id eſt
Iſa.9. deſiderio peccandi. Iſa. Succenſa
eſt quaſi ignis impietas. Itẽ abun-
dat frigiditas malitiæ & iniquita-
tis ex defectu caloris vitalis &
Mat. 24 ordinati, ſcilicet charitatis Matt.
Abundabit iniquitas, refrigeſcet
2.Thi.3 charitas multorum. Thim. Erunt
homines ſeipſos amantes. vix ho-
die amatur aliquid propter Deũ
ſed propter proprium cõmodum.
Vnde omnis amor eſt reciprocus
in ſeipſum: & ideo oportet, vt re-
mittatur in proximum & in
Deum.

Item eſt ſuper abundantia ſic-
citatis quæ fit per ingratitudi-
nem quæ deſiccat humorem vi-
talem in mundo. Vnde ſecũdum
Ber. Ber. Ingratitudo eſt ventus vrens
rorem gratiæ, fluenta miſericor-
diæ, venas pietatis exciccans.
2.Thi.3 Thi. Erunt homines ingrati, ſce-
leſti, ſine affectione & ideo mun-
dus eſt hodie in pede ſtatuæ vbi
coniungebatur ferrum, teſte Dã.
Dan. 2. Quia ſcilicet circa finem mundi,
erunt homines ſine fædere, & ſic-
ci ab humore gratiæ.

Item eſt intemperantia noxij
humoris voluptatum carnalium,
in quibus homines pro poſſe abũ
dant. Thi. Erunt homines magis
Thi.3 amatores voluptatum, quam
Dei.

Secundò tempus inducit nos
ad iuſtitiam, cuius eſt communi-
tatem ſeruare ſine perſonarũ ac-
ceptione. Hanc communitatem
iuſtitiæ tempus præcipuè ſeruat:
quia nihil eſt eo communius, &
omnibus æqualiter eſt commu-
ne. Vnde nequiſſimi ſunt vſura-
rij, qui eò quod Deus fecit com-
mune, vtuntur vſurarie, dum tem
pus alijs vendunt. Sunt autem
qui nihil commune eſſe vellent,
vt cupidi. Alij verò, qui & ſi
quandoque communia diſtri-
buant, tamen amore perſonæ vel
perſonæ diſtributionis & iuſtitiæ
æqualitatem non ſeruant: quos
omnes redarguit temporis com-
munitas & æqualitas.

Tertiò, tempus inducit nos ad
fortitudinem. Pertinet enim ad
virum fortem non otio vel igna-
uia torpeſcere, nec propter difficul-
tatem aliquam ab opere virtu
tis deſiſtere. Sed ſi aliquando re-
mitti contingat continuò reui-
uiſcere, quæ omnia tempus do-
cet. Nam tempus nunquam quie-
ſcit, & viciſſim curſum peragit.
In quo ſcilicet docet nos pigri-
tiam & ociſitatem vitare. Ad
quod inſuper ſolicitat nos ipſius
temporis præciſitas. Nam ſicut
dicit Auguſt. nihil eſt tempore Auguſt.
præciſius. Quia de omni poſ-
ſeſſione ſimul duo haberi poſ-
ſunt, ſed duo momenta ſimul ha
beri non poſſunt. Vnde tempus
recuperationem non recepit: &
ideo perdi à nobis pes otium non
debet. Solicitat enim nos tempo-
ris breuitas. Quia licet tempus
ſit longum, nobis tamen eſt cur-
tum. Quia perexiguum & cum
tedio eſt tempus vitæ noſtræ, &
ideo ſolicitè & nõ pigrè operan-
dum eſt. Ad hoc quoque ſolicitat
nos temporis incertitudo & im-
perceptibilitas: quia (vt dicit
Iſido.) tempus per ſe non dinoſ-
citur, ſed ſolum per actus huma-
nos. Item vbi deficit, ibi incipit:

quia

Digitized by Google

quia nunc, quod est finis præteriti, est initium futuri : vt homo
Psal. 76. dicat semper illud. Ego dixi nunc cœpi.

Item tempus si in hyeme senescit, in vere reuiuiscit: vt si homo quandoque remittitur, continuo renouetur.

Quartò, inducit nos tempus ad temperantiam, quæ maximè necessaria est ad conseruationem sanitatis, & gratiæ spiritualis. Quod etiam tempus indicat: quia moderato tempore in suis qualitatibus temperato, corpori nihil salubrius. Vnde dicit Hippocrates: Si tempora, temporaliter se habuerint, boni erunt status, & maxime bonæ enunciationis fiunt ægritudines. & hoc temporaliter & spiritualiter accidit de medio & temperameto delectationum: quia confert temperãtia salutem corporis & animæ.

Hip. in Aphor.

Virtuosorum perfectiones quæ sint, ex multis stellarum perfectissimis similitudinibus extrahuntur.

Cap. LXXXV.

VIrtuosi assimilãtur stellis quo ad tria.

Primò, quo ad stellarum essentiam Nam stellæ secundum suam essentiam sunt puræ, sunt altæ, sunt sphæricæ: Quia virtuosi viri sunt puri per cõtinentiã, alti per patientiam, & sunt sphæriei per obedientiam.

Secundò, quo ad stellarum permanentiam. Quia stellæ sunt incorruptibiles, infatigabiles & ineclypsabiles. Sic virtuosi viri sunt incorruptibiles per tolerantiam, infatigabiles per constantiam, ineclyplabiles per perseuerantiam.

Tertiò quo ad apparẽtiam: quia stellæ sunt paruæ, sunt pulchræ, sunt proximę. Et virtuosi viri sunt parui per humilitatẽ, pulchri per honestatem, proximi per amoris vnitatem siue charitatem.

Quartò, quoad influentiam: quia stellę sunt virtuosæ, operosę, & luminosæ. Similiter viri virtutum sunt virtuosi per gratiam.
Eccl. 50. Eccles. Homines diuites in virtute, pulchritudinis studium habentes.

Item operosi per iustitiam.
Heb. 11 Hebr. Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam.

Item sunt luminosi per doctrinam. Matth. Vos estis lux mundi,
Mat. 5 &c.

Hominis corporalis vita brevitas & instabilitas ex quàm plurimis fauille, vaporis, fluuijq ue ac ventii similitudinibus perfectissimè declaratur.

Cap. LXXXVI.

VIta hominis naturalis, seu corporalis, assimilatur vmbræ.

Primò propter causam. Quia vmbra (sicut dicit Gregor.) ex lu-
Grego. mine formatur & corpore. Est enim obiectio corporis opaci ad luminosum. Sic vita humana causatur ex coniunctione animæ intellectiuæ, & corporis humani. Anima autem intellectiua prout intellectualis est, lumini comparatur. Vnde & philosophus. In-
Ari. 3. De anim. tellectum agentem qui est in anima, dicit esse vt lumen & de hoc etiam dicitur in Psal. In lumine
Psal. 4. tuo videbimus lumen. Item signatum est super nos lumen vultus tui domine. Et ideo vita humana ex vna parte habet nobilitatem, scilicet ex parte luminis id est animæ intellectiuæ, à qua oritur. Io. Vita erat lux hominum.
Io. 1. Ex alia vero vilitatem, scilicet ex parte corporis, quod viuificatur, de cuius origine dicitur Genes.
Gen. 2 Formauit Deus hominem de limo terræ. Et hæc duo tangit Psal. quasi admirans tam dispariũ coniunctionem. Domine (inquit) quid est homo, quia innotuisti ei? aut filius hominis, quia
Psa. 143

Digitized by Google

reputas eum? scilicet quātum ad animam. Nam quantum ad corpus ibi subditur. Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut vmbra prætereunt.

Secundò humana vita assimilatur vmbræ propter figuram. Quādoq; enim vmbra habet figuram latam, quandoque rotundam, quādoque acutam. Nam si corpus luminosum minus sit quam corpus obiectum, tunc facit vmbram tendentem in latum ad modum calathi. Et tali vmbræ assimilatur vita peccantium quæ est vita vitiosa. Hæc est lata porta & spaciosa via quæ ducit ad perditionem, vt dicitur Math. Et hoc accidit, quia luminare est minus quam corpus obiectum, quia firmius potest in talibus anima quam corpus. Vnde caro in eis dominatur. Si vero corpus luminosum corpori obiecto est æquale, facit vmbrā ęqualem & rotundam. Talis vita est perfectorum, quæ est vita virtuosa & perfecta. Vnde assimilatur vmbræ rotundæ propter perfectionē figuræ rotundæ, siue figuræ circularis, quæ (secundum philosophum) est perfectissima figurarū. Talis vita est eorum in quibus luminare parificatur corpori obtecto, id est, in quibus caro spiritui conformatur, vt ambo pariter seruiant iustitiæ & virtuti. Si vero luminare sit maius corpore obiecto tunc facit vmbram tendentem in acutum: Vnde cum sol maior sit terra, facit vmbram pyramidalem. Et huic vmbræ quæ incipit à lato & tendit in strictum, assimilatur vita hominum imperfectorum, quæ adhuc sunt in pugna; & licet aliquid sentiant de latitudine vitiorum, tamen pugnæ non succūbunt: quia scilicet se coarctāt per pœnitentiam, scientes quod arcta via est quæ ducit ad vitam. Matth.

Mat. 7.

Mat. 7

Tertiò assimilatur vmbræ propter fugam secundum illud Iob. Fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet. Nam vmbra ad motum corporis mutatur: similiter & ipsa vita. Nam nō est eadem sanitas corporis mane & vespere, & hoc propter varietatem humorum, in quorum adequatione sanitas consistit. Est autem sciēdum, quod vmbra est corporum insequentium fugitiua, fugientiū insecutiua. Quia plurimi qui plus vitā suam diligunt, citius eam perdunt. Et de talibus erat qui dicebat: Præcisa est velut à texente vita mea, &c. Isa. E conuerso etiā plurimū accidit: quod qui plus cupiunt mori, illi diutius viuunt. Et de talibus erat qui dicebat. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, &c. Psal.

Iob. 12.

Isa. 38

Psa. 111

Quartò, assimilatur vmbræ propter mensuram: Quia quanto dies est maior, tanto vmbra est minor. Quod fit, quia nunc sol est in cœlo altior, & capitibus nostris proximior. Vnde corpus minus lumini opponitur, & ita fit vmbra minor. Et ideo si sol directè super nos esset, nulla super nos vmbra appareret. E contra, quanto dies est minor, tanto vmbra fit maior: quod est, quia tunc sol à nobis est remotior sicut quando est in Occidente, vel Oriente. Sic etiam accidit in hominibus, Quia quanto dies prosperitatis est altior, tanto vitæ vmbra sit breuior: secundum illud Eccles. Omnis potentatus, breuis vita. Quod accidit vel ex inuidia, quia plures inuident magnis quam paruis; & idirco frequentius occidūtur ab æmulis. Vel quia immoderatius delicijs vtuntur, & ideo quāto citius infirmantur, & moriuntur. Vel hoc etiam prouenit ex diuina prouidentia vt ostendat diuitias, & potentias humanas esse contemnendas. Sicut Petrus Rauennensis dixit, de vita summorum Pontificum,

Eccl. 10

Pet. Raue.

Pontificum, reddens rationem, quare parum viuunt communiter cum summo gradu dignitatis. E contrario autem, quibus deficit temporalis prosperitas, prolixior vita videtur: & talis erat ille qui dicebat, Tædet animam meã vitæ meæ. Iob.

Iob 10. Item vita hominis assimilatur fauillæ propter tria. Primò propter principium. Nam fauilla (vt dicit Isido.) est cinis modicus ex extinctione scintillaris materiæ

Isid. li. Eth. derelictus. Tanquã enim scintillæ fulgentes fuerunt primi parentes: ex quorum materia propagata sunt nostra tinerea corpora. Sed ex eorum extinctione, scilicet peccati transgressione, relicta est nobis fauilla modica, i. brevis vita. Quia per vnum hominem intrauit peccatum in mundum, & per peccatum mors, vt dicit Apo.

Rom. 5. Iob. Assimilatus sum fauillæ, & Iob 4 cineri.

Secundò, propter effectũ. Nam fauilla inhærens carboni, fulgorem eius occultat. Tanquam autem carbo igneus, est spiritus purus: qui ex fauilla, & cinere, i. ex corporeæ vitæ necessitate minoratur, primo in conceptione. Sap.

Sap. 9 Homo infirmus, & exigui temporis minorat intellectum.

Item in operatione, quia spiritus promptus est: caro autem infirma. Isa. Erit fortitudo nostra, vt

Matt. 26 Isa. fauilla stuppæ, & opus nostrum, quasi scintilla.

Tertiò, propter motum. Repræsentat enim scintilla triplicem motum. Primo motũ naturæ: quia

Grego. fauilla, vt dicit Greg. ad modicũ tentum dispergitur: qua dispersa, puluis nunquam colligitur.

Ita humana vita a modico contrario destruitur, & in puluerem mortis dispergitur, sed tamen mortuus homo vix ad vitam reducitur. Iob. Erunt sicut paleæ

Iob 21. ante faciem venti, & sicut fauilla, quam turbo dispergit.

Secundo, motum culpæ: quia fauilla de facili inflammatur, sed subito propter defectum nutrimenti extinguitur Sic homo viuens in carne luxuriæ, vel auaritiæ igne, vel cuiuscunque peccati ardore, de facili inflammatur: sed cito labente materia cum vitiis vita finitur. Isa. Erit sicut fauilla pertransiens, multitudo eorum.

Isa. 2. Tertiò, motum gratiæ, quia fauilla, dum est ignita, venti raptu sursum tendit, Sed derelicta, proprio põdere tendit ad ima. Sic anima hominis in hac vita posita, calore charitatis inflammata, vel flatu Spiritus sancti eleuata, sursum ad cælestia tendit: Sed sibi relicta, proprio pronitatis pondere, & corruptibilis corporis mole aggrauata, semper ad ima descẽdit. Vel quãdoque anima sursum ascendit per orationem ferentẽ: & quandoq; ad ima descẽdit per pœnitentiam humilem. Iob. Me reprehendo, & ago pœnitentiã in Iob 42 fauilla, & cinere.

Item vita humana assimilatur vapori propter quatuor.

Primo, ratione eleuationis. Sicut enim probat in lib. de crepusculis: vapores in aëre non ascendunt longius tribus miliaribus. Vel saltẽ distinguũtur tres regiones aëris, in quas eleuantur vapores. Quarũm vna est calidissima, s. suprema propter ignis vicinitatem. Alia frigidissima scilicet media. Tertia temperata, s. infima. Tales etiam sunt tres ætates, quibus humana vita deducitur.

Primò, est augmentatiua, quæ scilicet durat vsque ad viginti vnum annũ secundum augmẽtum longitudinis, vel vsque ad xxv. & hæc (secundum quosdam) est ætas calidissima.

Secunda autem ætas statiua, & hæc est ab anno 21. vel 25. vsque

Digitized by Google

ad 40. fiſit homo bonæ complexionis Et hic, ſecundum aliquos, eſt magis temperata ætas, quàm prima: quanquam alij contrarium dicunt.

Tertia defectiua eſt: & hæc eſt vſque ad finẽ, & hæc ætas eſt frigida. Sed ſicut quidam vapores reſoluuntur aliquando in principio ſuę eleuationis, ſ. in primo aëris interſtitio, ſicut patet in nebulis, & aliis vaporibus humidis: quandoque in medio, ſicut patet in nubibus, quandoque vero in ſupremo, ſicut patet de vaporibus ſiccis. Ita etiã de hominibus accidit: quia quidam moriuntur in adoleſcentia, ſiue iuuentute: quidam in media ætate: quidam in ſenectute. Vnde mors ætati nõ
Ambr. parcit. Et ideo Beatus Ambroſius dicit, quod mors eſt ſenibus in ianuis, & iuuenibus in ſoleis. Et ideo ſtultus eſt, qui perpetuitatem de vita confidit.

Secundò, aſſimilatur vapori, ratione diſtinctionis. Diſtinguitur enim triplex vapor. ſ. ſiccus ſiue terreus, & humidus, ſiue aqueus, & tertius ex vtroque mixtus. Solũ enim aqua, & terra ſunt vaporabilia elementa. In his ergo tribus vaporibus tres modos accipere poſſumus hominum malè viuentium. Quorum videlicet quidam ſunt terreni per auaritiam, quidã vero aquei per luxuriam, & quidam ex vtroque mixti per ſuperbiã Nam multi ſunt ſuperbi, qui idcirco ſtatus altos, & dignitates quærunt, & vt terrena poſſideant, & vt voluptatibus affluant. Ioã.
Ioan. 2 Omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ.

Tertiò, aſſimilatur humana vita vapori, ratione durationis: quia vapores durant parum in aere, & cito reſoluũtur. Sic homines parũo tempore viuunt in corpore, & cito moriuntur. Iac. Quæ eſt vita noſtra? vapor eſt ad modicum parens. Dicitur enim decurtatus humanæ vitæ decurſus ſecundũ augmentum peccati. Nam à principio mundi quando non erat peccatum adhuc multiplicatum, homines viuebant diutius, ſicut patet de prima ætate, quæ fuit ante diluuiũ, in qua homines diutiſſimè viuebant, vel vixerunt. Nam Adam vixit noningentis. 30. annis. Seth eius filius noningentis, 12. annis, cuius filius Enos noningentis quinque annis, & Cayn eius filius vixit noningentis annis. & x. & ſic de alijs. Poſtmodũ vero multiplicato vehemẽter peccato tempore Noe induxit Deus diluuium, & abbreuiari voluit Deus deinceps tempora humanæ Gen. 5. vitæ, dicens ad Noe. Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt. Eruntque dies illius centum 20. annorum. Quamuis Auguſt. hoc verbũ exponit: quia tantum tempus fuit abinde, ꝙ hæc Deus dixit Noe, vſque ad diluuiũ. Vnde erunt dies illius, ſcilicet ad pœnitentiam inducti, ſi quis redire vóluerit centum & viginti annorum, ſ. antequam inducã diluuiũ. Primus tamen ſenſus adhuc ſatis poteſt tolerari: quia certũ eſt, ꝙ poſt diluuium homines minùs vixerunt. Adhuc autẽ vlterius, quia à tẽpore diluuij ſemper inualeſcẽte peccato, amplius decurtata eſt, intãtũ, vt Dauid dicat, Dies annorum pſal. 8. noſtrorũ in ipſis 70. anni. Si autẽ in potentatibus. 80 anni: amplius eorum labor, & dolor.

Quarò ratione reſolutionis, quia ſcilicet diuerſi vapores diuerſimodè reſoluuntur; & ſic diuerſi homines à diuerſis vitiis abſorbentur. Nam quidam vapores ſunt qui reſoluuntur, ſiue cõuertuntur in ignẽ, ſicut illi qui aſcendunt ſurſum ad ſupremam aeris regionem,

Digitized by Google

regionē, quæ dicitur regio æstus: qui incendūtur, & in ignem conuertuntur. Et tales sunt multi ad statum dignitatis eleuati qui vel incenduntur igne iracundiæ, & seuitiæ, sicut Nero qui fuit crudelissimus & iracundus: vel auaritiæ, sicut de rege Antigono Senec. Senec dicit, quòd fuit rex auaritissimus: vel igne concupiscentiæ, & luxuriæ, sicut de Sardanapalo refert Orosius, qui fuit rex Assyriorum luxuriosissimus. Quidam vero vapores sunt qui resoluūtur in aërem, siue ventum, & iste ventus quandoque eleuatur in altum, & generat in aëre, vel in mari tempestatem: & talis est vita quorūdam inquietorum, qui semper in iurgiis, litigiis, & seditionibus delectantur, & pacem videntur odio habere. Sicut dicitur, quod Alexāder cuidam quærenti, quare mūdum ita infestaret, & in pace stare non posset respondit, quoniam pax ei esset bellum, si adesset. Quandoque vero ventus per cauernas, & foramina terræ ingressus facit terræmotus, qui faciunt terram tremere. Et sic quorundam vita, ita tyrannica est, & terribilis, quod faciunt alios tremere, & in hoc quasi ponunt beatitudinem suam, vt potentes reputentur, nec non terrori habeantur. Sen. li. de benefi. Sicut dicit Seneca de Alexādro quod ducebat summum bonum terrori esse: ignorans, quod ignaua quæque animalia timentur ob virus malum, sicut scorpiones, & serpentes, & huiusmodi.

Alij autem sunt vapores, qui in altum eleuati efficiuntur nubes. Et talibus assimilatur vita iustorum, qui à terrenis per affectum eleuati sunt, & segregati: & ideo ad velociter eundum ad dominum parati, & expediti. Etenim Isa. 6 ideo dicitur. Isa. Qui sunt isti qui vt nubes volant? Vnde sicut ex nubibus sunt pluuiæ, fulgura, siue sagittæ, & tonitrua: ita ex talibus sunt doctrinæ, correctiones asperæ, & quandoque manifesta miracula. Tales nubes habent intus igneū vaporem, idest feruorem spiritus, ex quo proueniunt talia. Et est sciendum, quod tales vapores nubium quandoque eleuantur, & trahunt aliquando secum paleas, pilos, ligna, vel lapides, propter quod postea quādoque talia pluunt: & non est hoc, quia talia fuerunt in nubibus generata, sed cum eis eleuata. Et sic sunt cupidi, qui volunt omnia rapere, & secum trahere. Sed sicut nubibus resolutis omnia talia cadunt. Sic quando huiusmodi homines per mortem resoluuntur, necesse est hæc omnia descēdere, & hic remanere, Iob: Diues cum dormierit, nihil secū affert. Iob 22

Item vita humana assimilatur aquæ fluuij propter septem.

Primò, quia fluuius habet continuitatem in fluxu. Vnde à fluēdo dictus est. Non est enim (vt dicit Isidorus) aliud fluuius, quā perennis, & continuus aquæ fluxus. Et nos admodum fluuialis aquæ fluendo continuè labimur, ad mortem tendentes. Iuxta illud Ouidij: Prætereunt anni, more fluentis aquæ. Reg. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram. Isid. Ouid. 2. Re. 14

Secundò, habet amaritudinem in ortu, & in exitu: quia à mari omnes fluuij oriuntur, & ad mare reuertuntur. Sic etiam humana vita, & à plāctu incipit, & in luctu finitur. Plorando enim homines nascuntur, & plorando moriūtur. Eccl. Ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur. Eccl. 1.

Tertiò, habet volubilitatē perpetuam in roratu, & velocitatē in cursu, vel motu. Et quid est aliud omnis vita nostra, quam quidam fluxus in rota, in qua sem-

Digitized by Google

per rotata, & nunquã ad modicũ manens fixa. vita continuo diminuta, & semper de ea aliquo subtracto, ad mortem currimus cursu velociori, quam fluuius absque
Ioel. 2 mora. Ioel. Fluuius circundedit me: inter omnes enim motus, motus vtique exili est velocissimus, ex quo causatur omnis alius motus. Vnde fluuij rotatus illi motui comparatus, est quasi nullus. Sed vita nostra in fluxu meum celi sequitur. Vnde omni die de vita nostra minuitur: ergo multo fortius, quam fluuius ad mare, vita nostra currit ad mortem.

Quarto ratione profunditatis, & pulchritudinis: habet enim aqua profunditatẽ in situ, & pulchritudinem in aspectu. Quia vita nostra, & si nunc apparet pulchra, & aspectu venusta, tanquam tamen in imo, siue profundo status vanissimi constituta, vana tota est sicut spuma, & sicut via nauis in aqua, & auis per aëra, cuius post transitum nulla est apparentia.

Quinto, habet dulcedinẽ transitu, ex progressus, quia scilicet vita hominis in medio suo esse videtur dulcis, dum homo est sanus, & iuuenis. Sed, quia medium non concordat cũ extremis, ideò nec recta consistit. Rectum enim (vt dicet philosophus) est cuius medium non exit ab extremis. Quare si vita nostra esset recta, qualis est in ortu, & exitu, talis deberet esse in transitu, scilicet luctuosa.

Sextò, ratione circulationis. Flumen enim habet circularitatẽ in motu, dum à mari exit multa circuit, & ad mare vltimò redit. Sic simili modo etiã vita à doloribus incipit, dolores decurrit, & doloribus desinit.

Septimo, habet virtuositatem in impetu: quia fortiter in omne resistens impingit, omnia frangit, nihil ei resistit: sed dum ad mare redit, penitus nomen perdit. Sic, & homo omnia in mundo disponit, omnia voluit, omnia rumpit, & frangit, nullum interdum resistens inuenitur: sed ad mortẽ dũ venit, omne superbiæ nomẽ amittit. Isa. Quasi fluuius violentus vita quem spiritus domini cogit. Isa. 59

Item vita humana assimilatur vento propter quatuor.

Primo propter infimum ortum, quia oritur materialiter ex vapore terrestri, scilicet ficco: & huius signum est, q̃ venti fortes, præcipuè sunt in autumno, Sole existente circa æquinoctiũ hyemale: quia tunc Sol comburendo exiccauit elementa, & ideo vapor tũc eleuatus magis est siccus, & terreus, propter quod in autumno dominatur complexio terræ, s. frigida, & ficca. Sicut igitur est ventus materialiter ex fumo terræ, sic etiã est homine materialiter ex terræ limo. Gen. Fecit Deus Gen. 2 hominem de limo terræ. Nec obstat, q̃ corpus humanũ dicitur esse compositũ ex quatuor elementis: quia fit denominatio à prædominante elemento. Vnde dicitur homo, quasi ab humo, id est terra. Apparet ergo similitudo aquæ in humoribus, virtus ignis in calore naturali, conaturalitas aëris in respiratiõe, soliditas & grauitas terra, in carnibus, & ossibus. Ex quo patet quòd in compositione humani corporis, multum ponit Deus de terra, parum de alijs elementis. Parum quidẽ de igne posuit: vt homo parum haberet de ardore concupiscentiæ, & de incensione iræ, & de vredine auaritiæ. Parum de aëre, vt homo parũ haberet de eleuatione superbiæ. Parum de aqua, vt parũ haberet de mobilitate inconstantiæ: Multum autem ponit illi de terra, quia habet frigiditatem contra æstum auaritiæ, infirmitatem,

Digitized by Google

tem contra eleuationem superbiæ, & stabilitatem cõtra motum inconstantiæ.

Notandum est autem, quod vapor siccus non potest ventum causare, nisi eleuetur a Sole. Nam calor Solis eleuans vaporem siccum terrestrem, & non consumens ipsum, est etiam causa venti. Calor igitur Solis, est vigor animæ ratio nalis, quæ ipsum humanũ corpus quãquã graue & terrestre vitalificat, & erigit sursũ. Vnde solus homo est rectæ staturæ, caput habẽs sursum. Vnde Aug. de hoc loquẽs ait: Beluas prostratas in faciem Deus fecit, pastum quærentes de terra: te autem in duos pedes erexit, de terra faciem tuã sursum habere voluit: non ergo discrepet cor tuum à facie tua, vt facies tua sit sursum, & cor tuum sit deorsum. Aug.

Secundo, humana vita assimilatur vento propter obliquum motum. Non enim talis est vapor vẽti, qui habet motum rectum, sed obliquum, & tortuosum, nunc scilicet descendendo, nunc ascendẽdo. Cuius ratio est, Quia talis vapor terrestris, & siccus, eleuatur à calore Solis ad mediam aëris regionem, quæ scilicet est maximi frigoris. Vnde cum talis vapor sit per naturam frigidus, & grauis, obuiãs ei frigus loci, quod etiam ipsum inspissat, & grauat, facit ipsum descendere aliquantulum: sed calor Solis, qui est in ipso, cum non sit ab ipso facilè separabilis, quia magis conseruatur in sicco terrestri, quàm in vapore humido, iterum releuat ipsum, & inde fit inuoluta impulsio aëris, quæ ventus vocatur. Nam superior pars vaporis cum sit grauis de se, & inspissata ex frigiditate loci, deprimitur valdè vehementer & cum sit latissimus vapor, & inspissatus à frigore, multum agitat aërem, & dat flatum donec descendat conuersio superioris extremitatis ipsius super inferiorem fere, deinde resurgit calor ex radio. Et interim calido radio sicco. Iterum eleuãte iterum ipsum, & subministrãte materiam ex eleuatione pluris vaporis in ipsum, & ideo confortando iterum dat ascendendo alium flatum fortiorem. Fortior autem est flatus descensionis venti, quam ascensionis propter hoc, quod superior extremitas inspissata à frigore loci, descendit, & ipsum fortius impellit aerem, quàm ratum. Patet ergo, quod motus venti non est rectus, sed tortuosus, scilicet per medium descensus. Nam vna flatio descendit, & alia ascendit: & quia non est motus continuus, sed interruptus. Nam in omni motu reflexo, oportet intercidere quietem: vt probat philosophus. Arist. Phys.

Item patet, quod vna flatio debilior est altera, scilicet ascendẽs, quàm descendens. Et hæc omnia competunt humanæ vitæ. Nã homo in corpore viuens, nunc ascẽdit per augmentũ scilicet minuẽtute: nunc descendit per decrementum naturæ, & virtutis, scilicet in senectute, & prolixius est tempus senectutis, quam iuuentutis, & ideo maior est descensus, quàm ascensus. nec vnum tempus continuatur alteri, quia ætas statiua. i. virilis, est intermedia.

Item homo in corpore viuens, nunc ascendit per prosperitatem, nunc descendit per aduersitatem, nunc ascendit per superbiam & gloriam, nunc descendit per confusionem, & ignominiam.

Item, nunc ascendit viuens, nũc descendit moriens.

Tertiò assimilantur vento propter incertum terminum. Nam ventus parum durat, nec scit homo, quando flat, vbi, vel quando quiescere debeat, secũdũ illud. Io. Spiritus vbi vult spirat, & nescit Io. 3.

Digitized by Google

vnde veniat, aut quo vadat. Hoc
Chryſ. enim ſecũdum Chry. Chriſtus dixit de vento, cuius initiũ, & finis, nobis occulta ſunt. Similiter vita
Iob. 7. hominis parũ durat. Iob. Memento mei domine, quia vẽtus eſt vita mea. Neſcit enim homo vbi, vel quando finiatur, ſecundum il
Eccl. 9. lud. Ecc. Nã nihil eſt certius morte, & nihil incertius hora mortis.
Greg. Vult enim Deus, ſicut dicit Gre. quod hora mortis ſit nobis incerta, & ſemper ſit nobis ſuſpecta, ſe
Mat. 25 cundum illud Mat. Vigilate, quia neſcitis diem, neque horam.

Notandum tamen, quod ſunt tres cauſæ abſciſionis, quæ etiã ſuo modo abſcindunt vitam humanam.

Prima eſt intenſum frigus, quod terram vehementer conſtringit, vaporem venti eleuari non ſinit.

Secunda eſt intenſus calor, qui vaporem eleuatum conſumit.

Tertia eſt magna pluuia, quæ aërem infrigidans, vaporem grauat, & in tantum deſcendere facit quod non poteſt ſubito à calido eleuari.

Item terram, & vaporem ſuperficiei conſtringit, vt non poſsit alius vapor eleuari ad augendum materiam venti: & omnis vapor cito deficit, niſi continuè aliquid generetur. In iſtis etiam ſignantur tres cauſæ mortis humanæ. Quia in intenſo frigore intelligitur malitia tranſgreſsionis, quia frigus ſignat malitiã peccati: malitia enim animam frigeſcere facit, dum calorem charitatis extin
Hier. 6. guit. Vnde dicitur Hier. Sicut ciſterna frigidam facit aquam, ita frigidam facit malitiam ſuã. Hoc ergo frigus eſt, ſcilicet peccatum quod mortem introduxit, ſecun-
Rom. 5 dum illud Apo. Per vnum hominem intrauit peccatum in mundum, & per peccatum mors. Intenſo vero calore accipitur diſperantia cõplexionis, quæ eſt naturalis cauſa humanæ infirmitatis, & mortis, vt patet præcipue in febribus. Sed per pluuiam ſupercadentem intelligitur iuſtitia diuinę ordinationis per quam (ſicut dicit Apoſtolus) Statutum eſt ho
minibus ſemel mori. Vel per plu- Heb. 9
uiam ſuperuenientem, intelligẽ occiſionem hominis violentam, dum vnus per alium percutitur, & occiditur.

Quarto, aſsimilatur humana vita vento, propter flationis ſonitum. Eſt enim ſonitus venti per modum vndarum conſtringentium ſeſe, eo quod vna inũdatio vincit aliam, & extendit ſe ſuper eam. Vẽtus ergo dum perflat fortiter ſonat, ſed ſonando tranſit, & nullum ſui poſt ſonitum veſtigiũ derelinquit: Sic quantumcunque homines in mundo viuentes magnum ſonitum faciunt, ſiue magnas dignitates adipiſcendo, ſiue bellorum victorias aſſequendo, ſiue magnas diuitias cumulando, ſiue magnæ ſapientiæ nomen habendo: omnia tamen cito præteruent, ſicut & ſonitus venti. Et poſt hæc ita ſunt ac ſi quaſi nunquam fuiſſent. Vnde dicit: Pro- Pſal. 9
phe. Perijt memoria eorum, cum ſonitu.

Humana moralis vita nullis ſimilitudinibus ad inſtar aquæ varietates variare comprobatur.

Cap. LXXXVII.

VIta hominis moralis, ſiue bona, ſiue malæ diſpoſitionis ſit, ſicut aqua, fit boni, & mali ſaporis. Variatur enim ſapor aquarum ſecundum Sene ex quatuor. ſ. ex principio, ex loco, ex Sen. lib.
conſortio, & ex ſpiritu. i., aëre in de nat.
aquam transformato. Variatur e- q.
nim aqua ex originali principio, id eſt ex re, à qua oritur, vt aqua roſacea ex roſis, & ſic de ſimilibus. Et ſic etiã homo ex origine

(ſecundum

Digitized by Google

(secundum philosophum) contrahit dispositiones quasdã ad quasdam passiones, & vitia. Vnde narratur in Ethi. q ex patre iracũdo nascitur etiam interdum filius iracundus. Et similiter secundum fidem catholicam nos omnes ex primo parente, peccatum originale contraximus, propter quod Apostolus dicit, quod eramus filij iræ natura.

Secundo, variatur ex loco, scilicet vnde ipsa aqua trãsit, vt patet in aquis sulphureis, & in Cicilia inuehitur à qua habens saporem aceti, qua vtuntur incolæ pro aceto. Similiter etiam secundum loca, & regiones varias, in quibus homines habitãt, videmus variari etiam mores eorum. Vnde etiã in sacra scriptura viri iusti à locis malorum hominum, infectarum regionum recedere iubentur. Sicut iussus est Abraham de Vr Caldeorum exire, & de regione Sodomorum Lot descendere. Nefles (inquit angelus) in omni circa regionem. Et loca quædam solitaria, ad diuinas reuelationes disponere, vel adaptare videntur, secũdum illud Osee. Ducam eam in solitudine, &c.

Tertiò, variatur ex vitioso consortio, id est, ex vitio, & natura, quam acquirit ex re vicina, vel ex mala vicinia, etiã si nõ cõmiscetur sibi, vt aqua posita iuxta amphoram sapit de amphora, licet non tetigerit eam. Similiter familiaritate, & cõsortio bono, vel malo efficiuntur multi mali, vel boni. Mores enim (secundum Tullium) formantur ex conuictu. Prouerb. 13. Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus autem stultorum efficietur similis illis. Psalm. 17. Cum electo, electus eris: & cum peruerso, peruerteris.

Quartò, variatur (sicut ibidem Seneca dicit) ex spiritu in aquam trãsformato id est ex diuersitate aëris immutantis. Vnde dicit, quòd sunt aquæ quædam ita venenosæ ex spumali materia minerali, & ideo magis actiuæ, quod statim bibitæ interficiunt. Et in Macedonia sunt aquæ, quæ ab auibus bibitæ, faciunt eas albas. Iste spiritus siue aër, est doctrina moralis, siue spiritualis, qua aliquis informatur: quæ si bona est, bonum facit recipientem: si vero praua, generat prauos mores. Vnde doctrina hæreticorũ venenosa statim animam credentis occidit. Apoc. Sermo eorum vt cancer serpit. 2. Thi. 2

De vita tum actiua, tum contemplatiua hominis spiritualis, qua ventis spiritualibus, & aëri comparatur.

Cap. LXXXVIII.

VIta hominis spiritualis assimilatur vento. Primò, ratione augmentabilitatis. Nam omnis ventus est à principio debilis, sed postea fortificatur secundum quod materia eius crescit, & secundum quod fortiori frigido repercutitur. Similiter in vita spirituali primo homo est debilis, & imperfectus; postea efficitur fortis, & perfectus. Primum quod animale, postea quod spirituale. Crescit autem homo in spiritu secundum augmentum materiæ id est bonorum operum. Et iterum repercussio frigoris, id est, tribulationis, & aduersitatis, est etiam sanctis viris causa crescendi, & proficiendi: quia virtus in infirmitate perficitur. 2. Cor. 12.

Secundo, ratione obliquitatis. Quia sicut omnis ventus mouetur obliquè, siue tortuosè, ita omnis homo viuit defectuosè. Tunc enim homo habet tortuosũ motum, quando declinat ad peccatum Psalmus. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt. Est autem triplex ratio, quare omnis ventus mouetur tortuosè. Psal. 13.

Prima

Prima est, quia ventus imitatur corpora cœlestia, sicut effectus causam. Iuppiter enim specialiter mouet ventos Aquilonares. Sol Orientales. Luna Occidentales, Mars Australes. Ideo etiã Aries, Leo, Sagittarius dicuntur triplici tas ignea, quia mouent ventos orientales, & illa signa sunt calida, & sicca. Taurus vero, Virgo, & Capricornus frigida, & sicca, quæ mouent Australes: Alia vero calida, & humida dicuntur tripliciitas aërea, qui mouent Occidentales: Alia frigida, & humida, qui mouent Aquilonares. Sicut ergo cœlestis virtus causat in ventis motum tortuosum, ita cœlestis spiritus i. diabolus, qui de cœlo cecidit, causat in homine peccatũ.

Sap. 2. Propter quod Sap. dicitur quod inuidia diaboli, mors introiuit in orbem terrarum. Ipse est, qui suis tentationibus mouet hominem ad peccandum, siue inflammando ad auaritiam, siue iram, vel ad luxuriam, quæ est triplicitas ignea, vel aërea, siue infrigidando, per inuidiam, accidiam, & pusillanimitatem, quæ est triplicitas terrea, vel aquea, & sic de aliis.

Secunda causa, siue ratio obliquitatis venti, est ex loco suæ generationis. Nam ventus inferius habet calorem, qui expellit ab ea frigus: similiter superius est æstus, idem faciens. Vnde cum ventus agitetur à frigore, oportet quod agitetur à loco frigoris circulariter, vt supra, & infra claudatur, vt dicunt quidam. Similiter homines à loco suæ generationis, id est a mundo tentãtur, & alliciuntur ad peccandum, vel ad peccatum, vt scilicet non rectè ambulent, neque viuant. Nam mundus superius prosperitatibus, inferius vero aduersitatibus nos obsidet, & includit.

Tertia causa est, quia ipse vapor terrenus, qui est materia venti, inferius impellitur à calore elemente: superius vero a frigore inspissante. Iste igitur vapor terrenus signat carnem, quæ aut calore cõcupiscentiæ, aut frigore, siue corpore accidiæ & tristitiæ hominem ad peccatum impellit. Ergo istæ sunt tres causæ, quare homines non rectè ambulant, scilicet diabolus, caro, & mundus: quæ suis tẽrationibus homines ad vniuersa varia impellunt.

Tertiò, assimilatur vento vita spiritualis ratione discontinuitatis: quia ventus non est cõtinuus, vel continui flatus: sed vna exuflatio est post aliam: quia frigus non continuè repellit, sed cum semel deprimitur tunc confortatur calore loci inferioris, & assumptione pluris materiæ, & elcuatur iterum, & iterum secundo repercutitur, & sic alterando vices ascendendo, & reflectendo, paulatim deficit. Similiter vita spiritualis non est semper vniformiter continua, sed aliquando sancti viri eleuatur ad contemplationẽ, aliquando deprimuntur ad actionem: & sic vices alternando continuant, donec moriendo deficiant.

Quartò, ratione inæqualitatis, quia ventus non est æqualis suffationis, cùm frigiditas repercutiens sit maior, & minor, & vapor inæqualiter spissus, & rarus. Inter quos etiam flatus fortes sunt multi, debiles. Similiter sancti viri sũt diuersis temporibus magis, & minus deuoti quantum ad deuotionem actualem, fortius, & debilius operantes quãtum ad vitam actiuam, vel aliquando debiliores aliquando fortiores ad tolerandã aduersa.

Item aliquando frequentius, aliquando rarius aliqua operantur.

Item vita hominis spiritualis diuiditur

Digitized by Google

diuiditur per actiuam, & cõtemplatiuam. Et vtraque repræsentatur in aëre: quia aër habet partẽ
Beda. sui (sicut dicit Beda) quæ communicat cum natura cælesti. Est enim pura, quieta, & clara: & ideo repræsentat vitam contemplatiuam. Est enim aër superior purus, quia nullis terrenis exhalationibus est infectus. Similiter vir contemplatiuus ad cælestia eleuatus, terrenis affectionibus non inficitur: secundũ illud, Quæ
Col. 3 sursum sunt sapite, non quæ super terra, & Grego dicit, quod
Greg. in Exec. vita contemplatiua ad quandam mentis libertatem transit, temporalia bona non cogitans, sed æterna.

Item ille aër est quietus i. nullo vento commotus. Sic vir contemplatiuus ventis. i. commotionibus curarum secularium non impellitur. Vnde Christus de
Mat. 12 Ioan. Bap. dixit, quòd non erat arundo vento agitata. & ideo Grego. dicit ibidem, quod vita cõtemplatiua, calcatis curis omnibus, ad videndum facié Creatoris sui inardescit. Psalmus. Va-
Psa. 45. cate & videte: vacate scilicet à curis, & actionibus exterioribus cessando: videte scilicet contem-
Aug. de ciu. Dei plando. Nam, sicut dicit August. Otium sanctum quærit charitas veritatis.

Item ille aër est clarus, quia cælesti lumine perfusus. Sic aër contemplatiuus cælestis inspirationis lumine frequenter perfunditur. Vnde dicit: Contemplatiua vita amabilis valdè dulcedo est, quæ super semetipsam animam trahit, cælestia aperit, & spiritualia mentis oculis patefacit. Alia vero (vt Beda dicit) est pars aeris inferior, quæ propinquat ad naturam terrestrem: & ideo est grossa, turbulenta, & terrenis vaporibus plena, multarum tamen rerum generatiua, vt pluuiæ, grandinis, & huiusmodi. Et huic assimilatur vita actiua. Vita enim actiua est grossa: quia mentem ingrossat, & hebetat circa intelligibilia. Vnde Grego. Gregor. dicit, quod Lya, quæ super actiuam vitam designat, hi- Exec. pa est, & fœcunda, quia dum occupatur in opere minus videt.

Item actiua vita est turbulenta: quia scilicet perturbatur circa agibilia. Vnde Martha, quæ vitam actiuam designat, dixit Dominus, Lu. Solicita es, & turbaris erga Luc. 10 plurima.

Item actiua vita est terrenis vaporibus id est solicitudinibus plena: quia occupat animam circa terrena ministeria. Et ideo dicitur Luc. & Martha, quæ scilicet Lu. 10 vitam actiuã elegerat, satagebat circa frequens ministerium.

Item est vita multorũ meritorũ generatiua, siue acquisitiua. Et ideo, vt dictũ est, designata est per Lyam, quæ multos filios peperit. Vnde etiam Gregor. dicit in eodẽ loco, quòd magna sunt vitæ actiuæ merita.

Septem capitalia vitia, pranique eorum defectus recenſentur, quibus ſeptem planetarum extrema proprietates, methaphoricè aſcribuuntur.

Cap. LXXXIX.

VItia capitalia, quæ sunt septẽ, assimilantur septem planetis. Nã primò in Sole præ cæteris gloriosus incedente, notat superbiã, quę semper appetit gloriosa: Psal. Pſ. 131 mus: Per diem, scilicet prosperitatis Sol scilicet superbiæ non vret te.

Secundò, in Mercurio, qui est colore argenteus, & semper iuxta Solem incedit, accipe auaritiam, quæ argentum quærit, & semper superbiam sequitur: Quia dum superbus appetit gloriosa, quę poteſt aſſequi, niſi

abundet

abūdet metallina materia, aurea, vel argentea, & ideo se totum dat ad acquirendam pecuniam. Similiter & auari diuitijs pleni, semper vt in pluribus, sunt superbi, & quærunt ab aliis honorari.

1.Thi.6 Vnde Apostolus Diuitibus huius seculi præcipio non sublime sapere. Augustinus: Vermis diuitum superbia.

Tertiò, in Luna inspissante aërem, & quandam semper vmbram, siue obscuritatem in se habentē, intellige accidiam, quæ menti ingerit quandam nigredinem per quam inspissat, & conturbat animæ rationem. Hæc præcipuè cauenda est in nocte aduersitatis.

Psa.120 Psalmus: Neque luna per noctem, id est accida per tempus aduersitatis, vret te, supple.

Quarto per Martem sanguinem circa cor accendentem, accipe iram, quæ est accensio sanguinis

Arist.2 circa cor, vt dicit philosophus.

Quinto, in Ioue qui quantum in se est, prodest, cum sit planeta benenolus, accipe gulā, quæ de se, necessaria est omnibus ratione vitæ, nec vlli inuenitur obesse, si eam sciuerit debite cohibere. Sed sicut Iuppiter ex coniunctione cum alio efficitur noxius: sic etiam quando necessitati voluptas coniungitur, vitium gulæ incurritur, quod obest.

Sextò quidem in Venere, quæ ad luxuriam disponit, peccatum carnis intellige.

Septimò, in Saturno, qui est stella colore plūbeo, siue liuido, accipe inuidiā, quę est quidam liuor de bono proximi, plumbeam & grauem faciens animam.

Item vitia assimilantur arenæ propter septem.

Primò propter āriditatem. Nā arena ab āriditate est dicta & hoc pertinet ad superbiā. Superbia enim pluuiā, seu rorē diuinæ gratiæ impedit, quia deus superbis resistit, animæ ariditatē inducit. Hanc ariditatem patiebantur qui dicebant, Anima nostra arida Nu.11 est. Et sicut arena si manu pressa fuerit, præ nimia siccitate, vel ariditate stridorem facit. Similiter superbus qualitercūque pressus, vel tactus, stridorē quendam impatientiæ statim producit. Ecclesiastici. Ascensus arenosus in Eccl.25 pedibus id est affectib. veterani, id est Adam, quando audiuit, Eritis vt dij.

Secundò, propter ponderositatem. Nam arena est pondere grauissima: & hæc ponderositas refertur ad iram, per quam homo efficitur aliis importabilis. Prouer. Graue est saxum & onerosa Pro.27. est arena, sed ira stulti vtroque grauior.

Tertiò, propter aquæ vicinitatē, quæ refertur ad incontinentiam. Inuenitur n. arena sub aquis, sicut in fluuijs; enim iuxta aquas, sicut in littori maris. Sic sunt incontinentes, quorum quidā sub aquis voluptatum, & fluxu peccatorū carnaliū viuunt, & immorantur, vt fornicarij, adulteri, & huiusmodi. Quidam vero ad modū arenæ, quæ est in littore maris, & si aqua non inundantur, tamen ea aliquando fluctuante infunduntur, & tales sunt coniugati: qui licèt matrimonio licitè possunt vti, tamen inundante in eis concupiscentia in ipso carnali opere, quandoque sordidantur.

Quartò propter partium discontinuitatem. Non n. arena habet partes, quæ possunt conglutinari. Et hinc est quod ex arena non fit lapis. Nam arena in aquis maris ab omni lutea viscositate absoluitur. Vnde vincens in ea siccitas, in lapidem cōagulari non patitur, vt dicit Aristot. Et sicut dicit in lib. Metheo. Terra pura nō fit lapis: quia siccitas

Digitized by Google

ficcitas vincens, non facit partiũ terrę continuationem: sed potius dissolutionem, propter quod non vertitur in lapidem. Et multò fortius hoc est in arena: cum sit terra naturaliter & substantialiter ficcior, & durior. Hæc autem diuisio, & discontinuatio arenarum partium ad inuidiam pertinet, quæ glutinium charitatis excludens, tenet homines ab inuicem diuisos, vt etiam lapidi singulari Christo incorporari non possint.

Quinto, propter sterilitatẽ: Est enim arena sterilis. & infæcunda tum propter defectum caloris, & humoris, tum propter dominium siccitatis & frigoris. Vnde imbre, superueniente non diffunditur, nec dissoluitur: sed magis comprimitur, & induratur. Hæc sterilitas pertinet ad accidiam, quæ calorem charitatis, & humorem deuotionis excludens, ariditatem mentis, & frigiditatem inducens, animam sterilem, & infæcũdam reddit, vt fructum bonorum operum non producat.

Sexto, propter mineralitatem. Habet enim arena virtutẽ mineralem, vel saltem ei similẽ. Vnde inter arenas fluuiales, & marinas inueniuntur arenæ aureæ, & lapides politi, & gemmæ prætiosę. Hoc autem pertinet ad auaritiã, quę circa metalla, aurum scilicet, & argentum, & huiusmodi insudat. Iap. Omn aurum tanquam arena est exigua. Sap. 7.

Septimo, propter obstantiam. Obstant enim arenæ quandoque fluminibus, ne intrent mare. Nã cumulatæ arenæ, & in maris hostijs siue fluuijs adunatæ, quãuis sint paruæ, quia tamen sunt multæ, flumen impediũt, & retardãt ne intret mare: & ideo faciũt flumẽ interdum retro redire, & per cãpos spargere, sicut patet de Nilo qui hoc modo irrigat totã terrã Aegypti, sicut dicit Hier. Hoc Hiero. super

autem pertinet ad vitium gulæ. Amos. 8
Nam gula, flumen plenum aquis, id est, peccatorem mollẽ, & assuetum delitijs detinet & retardat ne intret mare pœnitentiæ, & religionis. Et aliquando etiam si ingreditur, ipsum retroire, id est, quã cito facit exire, & redire ad sæculũ. Isid. tamen dicit quod nilus Aquilonis flatibus repercussus, aquis retro luctãtibus tumescit, & inundationẽ facit Aegypti, a medio Augusti vsque ad medium Septembris. Hanc vero dicunt inundationem fieri virtute stellarum. sicut etiam virtute stellarum fit, vt in Aegypto nunquã pluat, sicut dicit Plat. Et sicut videmus etiam, quod virtute stellarum certis temporibus vbique tẽpestates fiunt in mari, vt circa festum omniũ sanctorũ. Vnde nautæ tunc maximæ portum quærũt. Aliqui vero attribuunt diuinę virtuti, ex quo talis dispositio data est specialiter illi regioni, sicut etiam impetum maris. Ambro: enim attribuit diuinæ virtuti sic disponenti in prima creatione. Plat. thi.

Voluptas quæ est Diaboli laqueus, seu vir voluptuosus, diuersimode ipsi Saturno assimilatur.

Cap. xc.

VOluptuosus homo similis est Saturno. Nã Saturnus à saturando est dictus, vt dicit Isid. Cuius vxor Ops dicta est, ab opulentia, quam tribuit mortalibus. In Saturno enim delectatio gutturis, in vxore delectatio significatur carnis, in quibus delectationibus corporis voluptas cõsistit: sed adhuc ostendunt voluptuosum hominem esse Saturno similem, voluptatum exitus, effectus, tẽpus, & affectus: Exitus quidem, quia Saturnus pingebatur olim mæstissimus. Cuius causam assignant fabulæ, quia filio suo Ioue fingitur fuisse castratus: quod Isid.

Digitized by Google

propterea forte dicitur, quia planeta Iupiter impedit, & temperat malitiã Saturni. Sed verior causa
Ptol. lib. de iud. astror. tristitiæ est, quia (vt dicit Ptolomeus) Saturnus dat hominẽ sub eius dominio natum vel conceptum esse tristem, raro hilarem, vel ridentem. Vnde etiam in iudiciis mærorem, & tristitiam designat. Hæc autem tristitia competit fini
Boet. voluptatis, quia (vt dicit Boe.) Voluptas tristes habet exitus: se-
Prou. 5 cundum illud Prou. Nouissima illius amara quasi absinthium.

Secundò, si cõsideretur effectus. Nã Saturnus est effectu frigidus, & siccus, & ponderosus: & sic etiã in fabulis pingitur. Quæ omnia congruunt voluptati, quæ infrigidat, spiritualis affectionis calorem extinguendo, desiccat, humorem deuotionis consumẽdo, & grauat, mentem ad inferiora deprimendo.

Tertio, quãtum ad tempus. Nã Saturnus dicitur planeta nocturnus, quia voluptas carnis quærit
Iob. 24. tenebras noctis, Io. Oculus adulteri obseruat caliginem.

Quarto, tenet similitudinem, si cõsideret voluptuosi affectus. Nã sicut dicit Ptolo. Nati sub Saturno, turpia, & immunda non abhorrent vestimenta, & alia etiam diligũt fœtida: Quod totũ moraliter competit luxuriosis, qui non abhorrent notam infamiæ exteriorem. Insuper diligunt opera fœtida, & immunda.

Item voluptas generat tẽtationes carnis sicut pluuia suauis generat vermes. Nam quando pluuia est suauis, miscetur cũ humido aëreo, & terrestri sicco, ex quo formatur corpus aquaticũ, cui stãtim virtute stellarũ datur anima. Humidum enim bene commixtum cum terrestri ex ipso aëre fit viscosum. Et sit sicut pellis, in qua continuè pulsans calidum, facit spiritum: cui tanquam proprio subiecto dat anima sensibilis. Quasi autem suauitas pluuiæ est voluptas deliciosæ vitæ, quæ vermes in terra generat, quia in carne tentationes suscitat.

Item voluptas, & abundantia diuitiarum, & delitiarum est pedica, & laqueus Diaboli, qua hominem quem persequitur capit. Vnde Laban perlequens Iacob in monte Galaad eum comprehendit. Mons enim Galaad fertilissimus, & delitiosissimus esse dicitur in pascuis, frugibus, & fontibus, In monte ergo Galaad, à Laban Iacob capitur. Quia in fertilitate, & abundantia delitiarum, homo à Diabolo tẽtatur, & illaqueatur. Gen. 31

Praclaris similitudinibus ac exemplis, Christo Dei filio, Solis, Lucis, Montisq; Olympi proprietates, quàm doctissime conferuntur.

Cap. XCI.

CHristus assimilatur Soli: quia Sol excedit omnia luminaria cælestia, corporea in quatuor. Primo in quantitate. Nam (secũdum traditionem Alphragani.) Sol dicitur maior omnibus corporibus. post illum xv stellæ, quæ in prima magnitudine inter stellas fixas ponuntur ab ipso, tertio Iuppiter, quartò Saturnus, quinto omnes stellæ fixæ suis ordinibus politæ, quas Pto. & Alphraganus differentia 19 in sex gradus magnitudinis diuiduut: sextò loco Mars, septimo Terra, octauo Venus, nono Luna, decimo Mercurius. Sicut autẽ Dio. dicit in his, quæ non mole sunt magna, idem est magnum esse, quod bonum; & idem maius, quod melius. Vnde sicut Sol excedit omnia alia corpora in magnitudine quantitatis: ita Christus excelsit omnes sanctos in magnitudine bonitatis, non in quantum Deus, sed etiam in quantum homo: quia ipse habuit Alphr. diff. 22. Pto. 7. diff. Al.

Digitized by Google

buit plenitudinē gratiæ præ omnibus sanctis. Vnde dicitur habuisse spiritum non ad mensurā, id est, totaliter, non particulariter, quantum ad omnes gratiæ effectus. Vel non ad mensuram, super omnem proportionem respectu aliorum hominum.

Arist. de proprietatibus. Secundo Sol excedit in claritate: quia in aliis est luminis principium, vt dicit Aristot. & cum eo concordat Auic. & Pto. & Mesalach. Dicūt enim, quod sicut omnium calidorum est vna prima causa, scilicet ignis; ita oportet, quod omnium luminosorum sit vnum principium. Et hoc nō erit, nisi Sol, & idcirco vocatur Sol. i. solus lucens. Sic etiam in homine, qui est vt minor mundus, vnū membrum influit omnibus, scilicet cor. Oportet ergo, quod Sol cum sit principium luminis, plus habeat de lumine, quā aliquod aliud corpus, sicut ignis plus habet de calore, & cor de vitali virtute. Similiter ergo Christus, qui est principium vitæ spiritualis, vel luminis sapientiæ, de quo Iohan. Ioan. 1. Erat lux vera, &c. Et Ecclesiasticus. Fons sapientiæ, Verbum Dei, Eccl. 1. oportuit, vt præ omnibus aliis sapientiæ splendore fulgeret. Eccle Ecc. 17. siastici Quid lucidius Sole dici est, Col. 2. quid sapientius Christo? de quo dicit Apostolus quod in ipso sūt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ abscōditi.

Tertio, Sol excedit in dignitate. Vnde Sol dicitur esse vas admirabile secundum illud Eccl. Sol in Ecc. 43 aspectu annuncians in exitu, vas admirabile, opus Excelsi, in meridiano exurit terram, & in conspectu ardoris eius quis poterit sustinere? Similiter & Christus excedit etiam in dignitate, quia in quantum Deus, est æqualis Patri, in dignitate naturæ, in quantum homo, excedit omnes sanctos in Ioan. 8 dignitate gloriæ, Iohannes. Vidimus gloriam eius, &c. Et ad Hebræ. Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, tanto melior angelis, &c. Heb. 8

Quarto, Sol excedit in potestate. Nam maioris virtutis est, & plus influit in inferiora, immo Sol habet quandam potestatē, & virtutē super omnia corpora, dū omnia illuminat, & superiora, & inferiora. Vnde omnia respicere dicitur, Ec. Sol illuminās per om Ecc. 32. nia respexit. Similiter Christus di Mat. 28 xit. Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Specialiter autem Sol habet virtutem illuminatiuam. Et ipse Christus di Ioan. 8. xit: Ego sum lux mundi. Itē virtutem inflammatiuā. Ecclesiastici. Tripliciter Sol exurens mō- Ecc. 43. tes, radios igneos exufflans. Et de Christo dictum est, Nónne Luc. 24. cor nostrum ardens erat in nobis? &c.

Item renouatiuam: quia dum poros terræ aperit, virtutem latentem in radicibus ad actum producit, & quod mortuū videbatur reuiuiscit; & renouatur, quod vetustate tabuit. Et ita similiter per Christū renouamur, & regeneramur in nouam vitam secundū illud Ephes. Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, &c. Hic. n. Ephes. 4 nouus homo, Christus est.

Item virtutem purgatiuam. Nā tenebras fugat, & fœtores consumendo purgat. Sic Christus purgat tenebras ignorātiæ, & fœditates peccatorum. Hebr. Purgationem peccatorum faciens.

Itē virtutē nutritiuā. Quia dū Hebr. 1. suo calore, terræ humiditatē resoluit: vt sua attractiua, quod radicibus est simile, de illa attrahit, et in terræ nascentium nutrimentum conuertit. Sic Christus nutritor fidelium dixit, Ego sum pastor bonus. Qui calore amoris exsolutus in mortem, corpus suū

Digitized by Google

nobis simile, tradidit in cibum, et sangninem in potum. Et ideo ipse dicit, Caro mea vere est cibus &c.

Ioan. 6.

Item sol habet virtutem conciliatiuam, vnde virtute sua conciliat in corporibus animalium quatuor elementa. Sic Christus reconciliauit nos Deo per mortem suam, secundum illud: Recōciliati sumus Deo per mortem Filij sui.

Rom. 5

Item Sol habet virtutē immutatiuam. Nam secundum quod ascendit, & descēdit per Zodiaci signa, sic variat, & immutat tēpora. Nam existēs in nostro hemisphærio, diem facit; existēs in alio noctem inducit, similiter Christus existens per gratiam in anima, illuminat eam, & diem ibi facit: sed recedens ab ea per culpā, tenebrosam & nocturnam dimittit.

Item sol habet virtutem distinctiuam. Quia secundum 4. versiones distinguit 4. tempora anni. Quia existens in Ariete, ver facit: ascendens ad Cancrum, æstatem efficit: ad Libram, autumnū constituit, sed dum ad scorpionem, hyemem introducit. Vnde Eccl. Oritur sol & occidit, &c. Quod (secundum Hugonem de sancto Victore) sic exponitur. Oritur, quando scilicet per vernale æquinoctium ingrediens ad nostrum polum, consurgit. Occidit, quādo per autumnale exiēs ad inferiora descendit: Girat per meridiem, quando in hyemalibus signis cōmoratur. Flectitur ad Aquilonē quādo in æstiuis signis, quæ polo boreali viciniora sunt circunfertur, similiter sol spiritualis Christus ortus est per incarnationem Psalmus. Ortus est sol, & congregati sunt. Occidit per passionem, Vnde Psalmus. sol cognouit occasum suum, Ad locum reuertitur per ascensionē. Vnde Abac. sol & Luna, id est, Christus, & triumphans ecclesia, steterunt in tabernaculo suo, scilicet in cælo. Flectitur ad aquilonem per suam ad iudicandum reuersionem. Ierem. Ab aquilone pādetur omne malum super omnes habitatores terræ, quantum ad peccatores. In iudicio stabit Christus sicut sol in medio cæli. Ios. stetit sol in medio cæli, & dicit stetit: quia non plus flectetur, nec prece, nec precio.

Eccl. 1.

Hug.

Psa. 103

Abac. 3

Ierem. 1.

Ios. 10.

Item Christus assimilatur luci. Quia lux est altissima in ortu, velocissima in motu, speciosissima in aspectu, & efficacissima in effectu.

Primo dico, quod lux est altissima in ortu: quia causatur, & oritur de cælo, s. à sole, & stellis, quæ sunt altissima corpora situ, & dignitate Ecclesiast. Ego feci in cælis vt oriretur lumē indeficiēs. Nā sicut calor est qualitas actiua cōsequens formam substantialē ignis: Ita lux est qualitas actiua cōsequens formam substantialem solis, vel cuiuscunq; alterius corporis à se lucentis, si aliquod tale est, cuius signum est: Quia radij diuersarū stellarū habent diuersos effectus, secundū diuersas naturas corporū. sed sicut lux oritur de substantia solis, vel corporis à se lucentis: sic Christus Filius Dei genitus est de substantia Altissimi, scilicet Dei patris, Eccles. Ego ex ore Altissimi prodij, id est, de substantia Patris. Nam sicut verbum sapientiæ nostræ spiritualiter, siue inuisibiliter procedit ab ore, ita Filius à Patre. Vnde sicut lux est coæterna, & coæua soli: quia quam cito fuit sol, fuit lux sua, ita, quòd si sol fuisset ab æterno, fuisset etiam lux ab æterno: ita Filius est coæternus Patri, vt dicit Augustinus. Nec obstat, quod Genesis dicitur fuisse producta lux, postea sol quarto die: quia (secun-

Eccl. 14

Eccl. 34

Augu. li. de Tri.

Genes. 1

(secundum Beatum Dionysium) illa lux primo die creata fuit lux solis, sed informis, quantum ad hoc, quòd iam erat substantia solis, & habebat illuminativā virtutem in communi: sed post modū data est ei specialis & determinata virtus ad particulares effectus. Dio. c. 4 de diuino.

Secundo, filius Dei assimilatur luci: quia lux est velocissima in motu. Videmus enim, quod sole apparente in puncto Orientis, fit illuminatio totius hæmisphærij nostri, vique ad punctum oppositum. Ex quo patet, quod lux non est corpus: quia si lux esset corpus, illuminatio esset motus localis. Nullus autem motus localis corporis alicuius potest esse in instanti: quia omne quod mouetur localiter, necesse est vt prius veniat ad medium magnitudinis, quam ad extremum. Illuminatio autem fit in instanti quia quādo subiectum alicuius formæ susceptiuum est in vltima dispositione, tunc forma introducitur in instanti: si autem subiectum esset indispositum, tunc quidem requireretur tempus, non quidem ex parte formæ introducendæ, sed ex parte subiecti susceptiui: sed aër in quantum diaphanus, est in vltima dispositione ad lumē: & ideo illuminatio fit in instanti.

Item, quia illuminatio non est actum motus, sed terminus, terminus autem motus localis, & cuiuscunque motus, semper est in instanti: sicut generatio, quæ est terminus alterationis, fit in instanti. Hoc autē competit filio Dei, per quē omnia creata sunt. Creatio enim est productio instantanea. Vnde sicut a luce in instanti fit aëris illuminatio, ita à filio Dei est instanti facta rei creatæ productio. Ioā. Erat lux vera, quæ illuminat, &c. Vel per subitā incorporationem, vel receptionem luminis in aëre, possumus intelligere ipsam incarnationem verbi, quæ, quantum ad hoc fuit in instanti: quia ipsum corpus Christi fuit in ipso suæ conceptionis exordio in instanti formatū, & organizatum. Nō enim erat conueniens, quod filius Dei corpus assumeret, nisi formatum. Si autem ante perfectam formationem tēpus aliquod cōceptionis præcessisset, non esset tota cōceptio attribuī filio Dei, quæ nō attribuitur ei, nisi ratione assumptionis, & per hoc filius Dei conceptus dicitur: quod aliter dici non posset. Et ideo ipsa distinctio membrorum, & formatio, in instanti facta est propter infinitam virtutem agentis, & formantis. Vnde Greg. dicit, quod angelo nunciante, & Spiritu sancto superueniente, mox verbū in vtero, mox intra vterum verbū caro. Localis tamen motus sanguinis ad locū generationis, qui conceptionem præcedit, nō fuit in instanti: nec etiam augmentū corpori cōformās, quod sequitur cōceptionem. Quia hoc est contra rationem motus localis, & augmenti, quod etiam nō fit sine motu locali. scilicet quod fiat in instanti. Nota igitur, quod filius Dei aliquando vocatur lux, secundum illud Ioan. Ego sum lux mundi: aliquando vero splendor. Hebr. Qui cum sit splendor gloriæ. Ali. quando lumen, secundum illud Ioan. Non erat ille lux, sed vt testimoniū perhiberet de lumine. Lux autem proprie dicitur prout est in sole, lumen prout recipitur in aëre: sed splēdor: prout refulget ex polito & terso corpore, secundum illud Machab. refusit sol in clypeos aureos, & resplenduerunt montes ab eis, similiter filius Dei propriè dicitur lux, prout est in Patre. Thim. Lucem habitat, &c. sed lumen prout est in carne Greg. super Io. Ioan. 1. Ioan. 9. Heb. 7. Ioan. 1 Mach. 6 1. Thi. 6

carne. Isaias. Surge illuminare
Isa.60. Hierusalem, quia venit lumen tuum. sed splendor appellatur, prout exiuit de Virgine. Isa. Do-
Isa. 42. nec egrediatur, vt splendor, iustus eius. Scriptura tamen varie & diuersimode his interdū vtitur nominibus.

Tertio, filius Dei assimilatur lucis: quia est speciosissima in aspectu, immo etiam sine luce, nil apparet plenum. Vnde Ambr. dicit,
Ambr. quod lux est plenitudo omnis creaturæ visibilis. Cuius est maxima gratia, quod in suo conspectu omnia mundi corpora laudibus facit digna: sic etiā filius Dei, de
Sap. 7. quo dicitur Sapien. speciosior est sole, & super omnem stellarū dispositionem est pulchritudo, & ornamentum omnis creaturæ, non tantum visibilis, sed etiam invisibilis. Et ideo nota, quod secun-
Dio. c. 4 de diui. nomin. dum Dion. filius, qui & verbum Dei dicitur, habet pulchritudinē substantiuam, causatiuam & excessiuam. Primo filius Dei non habet pulchritudinem accidentalem, sed substantiuam, & essentialem. Nam pulchritudo eius non est ab alia re causata, vel participata. Et ideo dicimus ipsum non tantum pulchrum: sed ex pulchritudinem. In creaturis enim differunt pulchritudo, & pulchrum, sicut causa, & causatum, & sicut participans & participatum: quia pulchrum dicitur, quod participat pulchritudinem: pulchritudo enim creaturæ, est quædam participatio causæ omnia pulchrificantis: & ideo creatura dicitur pulchra, sed non pulchritudo, sed Deus qui est essentialiter pulcher, & non per participationem alicuius alterius. dicitur pulchritudo.

Secundo, habet pulchritudinē excessiuam. Dicitur enim verbū Dei pulchrū, sicut pulcherrimum, & super pulchrum, (vt dicit Dio.) quia pulchritudo sua excedit in pluribus omnem pulchritudinē.

Primō, in veritate: quia non est pulchritudo eius ficta, vel artificiata. sed naturalis, & vera. Item in perpetuitate: quia nunquam destruitur, nec ipse Deus aliquando sua pulchritudine destituitur.

Item in vniformitate, quia pulchritudo sua non augetur, nec diminuitur.

Item in totalitate, siue vniuersalitate, quia non vno respectu pulcher, & alio turpis: neq; hic pulcher, & illic non, neque aliquibus pulcher & quibusdā nō pulcher. sed sicut ipse secundū seipsum, cū seipso semper existens vniformiter pulcher: & sicut præsens in semetipso, excedens formā, & pulchritudinem omnis pulchri.

Tertio pulchritudo sua est pulchritudo causatiua omnis pulchritudinis tripliciter.

Primō, efficiēter: quia. s. pulchrificat omnia existentia secundum ipsorum propriam proportionē, & causat vniuersalem armoniā, & claritatem, iuxta significationē solaris luminis cum fulgorem emittit, & vniuersitatem rerum pulchrificans distributione sui fontanī radii. Vnde istud pulchrum est sicut principium effectiuum omnis pulchritudinis.

Secundo, exemplariter. Omnis enim pulchritudo, & omne pulchrum vniformiter, & causaliter præexistit in simplici & supernaturali natura omniū pulchrorū, & ipsa est causa exēplaris omniū in Verbo, quia secundum ipsum omnia denominantur, propter quod Boe. Mundum mente gerēs similique potentia formans pulchrum pulcherrimus ipse. Boe de conf. 3.

Item tertio, Quia. s. finis est omnium pulchrorum: omnia enim sūt causa pulchri, & propter hoc pulchrū, idē est quod bonū: quia omnia desiderāt pulchrum & bonū.

Quarto

Quarto, Christus assimilatur luci ex eo, quòd lux est efficacissima in effectu. Vnde Dion. dicit, quod lux omnibus corporibus cognitionem confert, & vitam, & motum. Et quicquid in istis inferioribus causatur, mediante luce producitur. Et hoc etiam dicit Auicenna. Ex quo etiam concluditur, & arguitur, quòd lux non habet in aere tantum esse intentionale, sed etiã reale, ex eo quòd intentiones non causant trãsmutationes naturales. Nec obstat, quod nimia albedo, vt in niue, oculum trãsmutat: & ita videtur, quod intentio si fortis sit possit transmutari realiter. Dicendum, quod albedo quantumcunq; magna, non habet oculum realiter transmutare, ratione qua color, vel ratione, qua intentionẽ suam multiplicat in medio; sed ea ratione, qua aërem facit lucidiorem, siue lucem adauget, propter quod reddit visui obiectum improportionatum ratione nimiæ claritatis, & aër sic fortiter illuminatus oculum contingit realiter, & ita ipsum transmutare potest ratione excellentis lucidi, & nõ ratione intẽtionis coloratæ. Possumus ergo effectus lucis filio Dei adaptare: cuius existere in carne humana non fuit intentionale, & fantasticum, vel imaginariũ, sed verum, & reale, sicut & lucis esse est reale in aëre. Fuit enim verus Deus, & verus homo. Et ideo ipse est similis luci.

Dio. de di no.

Primo, quia lux est rerũ generatiua, quod quidem habet lux inquantum instrumentaliter agit in virtute corporum cælestium ad producendas formas substãtiales.

Ita etiã similiter per ipsum Verbum, id est, per filium Dei, omnia producta sunt, secundum illud Ioan. Omnia per ipsum facta sunt. i. creata, & sine ipso factũ est nihil. Sed intelligendũ per ipsum non sicut per instrumentum. Vnde in hoc non est simile de luce, sed intelligendum est omnia esse facta per Verbum, sicut artificiata dicuntur esse facta per artificem, id est, per rationem artis præconceptam. Nunquam enim aliquis faceret aliquid nisi præexisteret actualis præconceptio suæ sapiẽtiæ, quæ est forma & ratio rei factæ: sicut forma arcæ in mente artificis præconcepta est ratio arcæ faciendæ. Et similiter Deus Pater nihil operatur, nisi per cõceptum sui intellectus, qui est sapientia ab æterno concepta, s. Dei Verbum; & Dei Filius: & ideo impossibile est, quod aliquid faciat, nisi per filiũ. Et ideo Aug. dicit, quod Verbum est ars plena rationum viuentium. Dicit etiam Patrẽ per Filium omnia fecisse, in quantum filius ab ipso patre habet, quòd sit causa omnium factorum: & ideo non sequitur, quòd sit, vt instrumentum, vel minister patris: quia eandem numero, & æqualẽ virtutẽ, quã pater habet, & filius ab ipso habet per quam operatur.

Ioan. 11

Augustꝰ

Secundò, quia lux est sui luminis omnibus communicatiua. Ita Christus quantum in se, lumen gratiæ, vel misericordiæ suæ communicat vniuersis. Ioan. Illuminat omnem hominem veniẽtem in hunc mundum. Chryso. dicit, quòd illuminat quãtum de se est omnem hominem, quia ex parte sua nulli deest, immo vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Vnde si quis non illuminatur non est ex parte Dei, sed ex parte hominis auertentis se à lumine illuminante. Sicut etiam homo non illuminatur à Sole, vel quando in domo tenebrosa se includit, vel quando oculos claudit, vel quando obstaculum interponit. Sic etiam spiritualiter non illuminatur à Christo, vel qui

Ioan. 1.

Chris. Ioã.

in tenebris ignorantiæ volũtariæ
Iob.24. se claudit. Iob. Ipsi fuerunt rebel
les lumini. vel qui oculos animę,
intellectum scilicet & volũtatem
Dan.13 Deo non aperit. Daniel. Declina-
uerunt oculos suos, vt non vide-
rent cælum, neque recordarentur
iudiciorum iustorũ. Vel qui pec-
cati mortalis obstaculũ interpo-
nit: Psalmus. Supercecidit ignis, et
Psal. 57 non viderunt Solem.

Tertio, quia lux est errantium,
siue deuiantiũ directiua, & Chri-
stus est dux & director, quem se-
quentes errare non possunt. Ioã.
Ego sum lux mundi: qui sequitur
Ioan.8. me non ambulat in tenebris, sci-
licet deuij, vel erroris. Non enim
sequens Christum ambulat in te-
nebris ignorantię, quia ipse est ve
ritas: neque in tenebris culpæ,
quia ipse est via: neque in tene-
bris dãnationis æternæ, quia ipse
est vita.

Quarto, quia lux est occultorũ
manifestatiua. Hoc autem Chri-
stus faciet in vltimo iudicio, quã-
do illuminabit abscondita tene-
1.Cor.4 brarum, & manifestabit consilia
cordium,

Item Christus similis fuit mõti
Olympo, qui est mons Macedo-
niæ ita excelsus, vt nubes sub eo
esse dicantur Tantæ enim altitu-
dinis est, quod omnes aëris turbi
nes, & impressiones excedit: quẽ
philosophi ascendentes, vt cursus
stellarum inspicerent, ibi viuere
non poterant, nisi spongias ple-
nas aqua portarent, vt sic per a-
quæ attractionem aërem grossio
rem hauriret, vt dicitur in histo
ria. Hæc autem omnia Christo
competunt, qui omnes nubes, id
est, sanctos excessit altitudine vi-
tæ, omnes turbines passionũ, vel
tribulationum altitudine patien-
tiæ, omnes philosophos altitudi
ne sapientiæ: nec altitudinem
suæ diuinitatis philosophi conti-
nere potuerunt, nisi cum spon-
giis, id est, creaturis plenis aqua
ipsius cælestis sapientiæ, Omnes
enim creaturæ (vt prius dictum
est) diuinam sapientiam repræ-
sentant. Dominus enim illam ef
fudit super omnia opera sua. Et
ipsi philosophi non cognouerunt Eccl. 2.
Deum, nisi ex creaturis Rom. In-
uisibilia Dei a creatura mundi Rom. 1
per ea quæ facta sunt, intellecta
conspiciuntur, sempiterna, quo-
que virtus eius, & diuinitas,

Quomodo Christiani, Iudæi, Sarraceniq; in Religione a se inuicem dissentiant, exemplis planetarum quibusdam aperitur: lexq; Mahumetica aliquantisper commendatur.

Cap. XCII.

CHristiani, Iudæi, & Sarraceni
differunt ad modum plane-
tarum. Nam planetæ aliqui sunt
boni, qui nulli nocent, sed tam
suos quorum natiuitati dominã-
tur, quam non suos adiuuare di-
cuntur. Tales ergo dicuntur Chri
stiani, quibus Apost. dicit: Nemi- 2.Cor.6
ni dantes vllam offensionem. Vn
de tam suis, quàm non suis bene
facere iubentur. Luc., Diligite i- Luc.6.
nimicos vestros: benefacite his,
qui oderunt vos. Quidam vero
planetæ sunt mali vt Mars, & Sa-
turnus, qui non suis obsunt, suis
tamen prosunt. Tales hodie Iu-
dæi qui licet suis non fænerentur,
tamen fænerantur non suis,
vt Christianis, & alijs nationibus.
Item dicunt se secundum legem
suam ad diligendum amicos te-
neri, & ad odiendum inimicos.
Vnde ad illud præceptum: Di- Mat. 5.
liges amicum, vel proximum
tuum: addiderunt in suis tradi-
tionibus, Et odeo habebis ini-
micum, quam additionem corre
xit Dominus. Matt. Quidam pla-
netæ vero mediocres sunt, vt sol,
Luna, Mercurius. Nam suis bona
ingerunt: nõ suis modo bona, mo
do mala. Tales autem videntur
esse

Digitized by Google

esse Sarracenis, quia non solũ inter se sunt misericordes, sed etiã interdum Christianis misericordiam impendunt, licet eos tamen frequenter impugnent. In hoc tamen sunt minus mali Sarraceni, quàm Iudæi: quia Christum non reuerentur, quem Iudæi blasphemant. Confitentur enim Sarraceni Christũ ex Maria Virgine sine viri semine natum. Hoc est certum, & ego qui inter eos fui frequenter hoc audiui ab eis, & à suis sacharij, qui religiosi sunt dicti apud eos, & Muschetis, id est, qui eorũ ecclesias officiant. Vnde in libro qui dicitur Alcoran, id est, lex, quam condidit Mahumet, proponitur quæstio vna sic. Quæ fœmina de masculo tantum, & quis masculus de fœmina tantum? Et respondet: Eua ex Adam, Christus ex Maria Virgine.

Item quærit, Quæ sunt tria, quæ fine feminis commixtione edita fuerunt? Respondet Adam, aries Abrahæ, & Christus.

Item cõfitentur Sarraceni, Beatam Mariam fuisse per Angelos commẽdatam, & de Christo nasciturò fuisse edoctam, & certificatam. Et in eodem libro primo sic dicitur: Angeli Mariam alloquentes inquiunt: O Maria omnibus viris, & mulieribus splendidior, mundior atque lætior, sibi Deo perseueranter studens, ipsum eũ humilibus genubus Deo se flectentibus adorans, & nequaquam in terrenas sordes proiicientibus, & curam agentibus, quis Mariæ custos efficeretur? Hæc arcana secretissima committo Angelis dicentibus. O Maria, cui summi nuncij gaudium cum Verbo Dei, cuius nomen est Iesus Christus filius Mariæ, qui est facies omnium gentium in hoc seculo, & futuro, senes & infantulos cunabula fernantes conueniens, præses sapiens, vir optimus ab vniuersitatibus creaturæ, mirarur? Respõdet illa: O Deus, cùm virum non tetigerim, quomodo concipiam? Respondent Angelis Deo nihil occurrit impossibile, omnia prout vult operanti. Cuius mandatum, omne suum placere perficit, ipseque filium suum cum diuina virtute venientem, librum legiferum, omnisque magisterij peritiam, & testimonium ac Euangelium mandaturumque filijs Israel, edocebit. Ille namque formis volatilium lutei, ac compositis insuffians, volare facit. Cæcos & mutos curabit, morpheticos, & leprosos mundabit, mortuos creatore cooperante viuificabit, quicquid comedunt, quidve disputatione deputatum sit, propalabit, similiter cuncta, quæ in Deum credentibus mirabilia censentur.

Item confitentur eadem lex Sarracenorum, Christum fuisse summum omnium Prophetarũ apud Deum. Vnde in eodem libro Mahumet introducit Deum loquentem, & dicentem: omnium Prophetarum alio super alium per me sublimato, & eorum quibusdam cum Deo locutis; Mariæ filio, animam nostram proprie cõferentes, vim atque virtutẽ præceteris præbuimus.

Item confitentur Christum esse Verbum, & virtutem Dei: & ideo ibidẽ dicitur, quòd quando Deus iudicabit mundum, clamabunt homines ad eum, & dicent: Iesu Christe spiritus, & Verbum Dei, & virtus Dei, moueat te pietas tua, intercede pro nobis. Et tunc dicet eis: Esuriui, &c. sicut est in Euangelio per omnia.

Item commendat idem liber legem, & Euangelium Christi, & dicit tres leges esse à Deo, in quibus rectæ viæ traduntur, scilicet

legem Moysi, & Euangelium, & suum Alcoranum. Et ideo dicitur in primo libro Deus pius, & misericors viuus, & altissimus, qui prius testamentum, deinde Euangelium, rectam viam hominibus tradidit: postremum librum veracissimũ Alcoram deluper præbuit.

Item in eodem introducit Deũ sibi loquentem, & dicentem sibi præcepta legum, & mores, sicut Noe, & Abrahæ, & Moysi, & Christo tradidimus.

Item confitetur eodem lex, quòd in resurrectione generali omnes perfecti in forma Christi resurgent. Vnde dicit perfecti omnes in statu Adæ, & forma Christi resurgent; nunquam incrementum, aut decrementum patientes.

Item eadem lex vsurarios detestatur. Vnde ibidem dicitur: Boni viri, Deum timete, & fœnerari prætermittite. De fœnore enim homines viuentes, non nisi quasi dæmoniaci resurgent.

Hæc omnia magnifica de Christo, Euangelio, & Virgine scripta sunt in Alcoran, id est, in lege Sarracenorum, quam eis Mahumeth dedit. Quæ, licèt multa falsa contineat, & immunda, tamen etiam multa testimonia perhibet nostræ fidei veritati, vt supra patuit, quæ omnia introduxi ad exaggerandum infidelitatẽ Iudæorum, Christum blasphemantium, cùm tamen scripturę eorum testimonia perhibuerũt Christo, sicut dixit eis: Scrutamini scripturas, quia illæ testimonium perhibent de me, & tamen cæci negant quẽ Sarraceni ignorantes scripturas, venerantur, & adorant. Ioan. 5.

Dei Zelus quid sit, & qualis esse debeat, ex tribus aëris regionibus, earumq; variis similitudinibus traditur.

Cap. XCIII.

ZElus Dei assimilatur aëri, qui habet tres regiones, quarum suprema, quæ igni coniuncta est, rara est, & vehemẽter calida propter vicinitatem ignis, & propter radios stellarum, & lumen, quę sibi sunt vicíniora, & illa pars est locus inflammationis per se, & dicitur regio æthius. Huic similes sunt, qui magno zeli ardore feruescunt Psalmus: Zelus domus eo medit me. Gloria: Zelus, est bonus feruor animi, quo mens pro defectione accenditur; eo quòd quælibet prauia, quæ videt, corrigere satagit; si nequit, tolerat, & gemit. Iste zelus causatur in Sanctis ex inflammatione ignis Spiritus sancti, vel charitatis diuinæ, & ex radiis stellarum, id est, exemplis Sanctorum Patrum, sicut Phinees, Heliæ, & aliorum qui multũ zelauerunt pro Deo, & lege eius. Macha. Phinees, pater noster zelando zelum Dei, accepit testamentum sacerdotij æterni. Helias dixit: Zelo zelatus sum pro Domino. Psal. 68. Macha. li. 2. 3. Reg. 19.

Secunda regio aëris, siue media zona, est locus frigoris, quia illa non habet calorem ex vicino igne, sicut regio superior, nec ex reflexione radiorum, sicut regio inferior, eo quòd radij non reflectuntur ad transpatẽs, siue peruium; aut ad multum diaphanũ, sed tantum ad solidum planum, & plus, si fuerit tersum, vt est aquæ superficies, vel speculi, vel alio modo politum, vel planum. Huic aëri similes sunt, qui sunt totaliter frigidi: ita, vt nec zelo Dei tangantur: quia nec igne diuini amoris incenduntur, nec radiis, id est, exemplis Sanctorum tanguntur: & ideo aufert ab eis diabolus zelum bonum. Tales sunt prælati mali, qui de gregis sui dissipatione non curant. Ita

Aufe-

Digitized by Google

A inferetur zelus Effraim. Effraim
11. interpretatur augmentum, vel fertilitas, & signat prælatos, qui cogitant de temporaliū augmentatione, & nihil de animarū perditione.

Tertia regio aëris est tepida, vel temperata, suscipiens aliquod de superiori, & aliquod ab inferiori: est tamen intemperatè calida secundū quod vincitur ab inferioribus quibusdam temporibus; intemperata frigida secundū quod vincitur a superioribus quibusdam temporibus aliis. Hunc similes sunt qui zelum Dei habent vel inordinatum. Nam aliquādo vincuntur ab inferioribus passionibus, ira, vel odio, & tunc nimis incandescunt, quandoque vero superiorum, vel potentiorum timore perterriti, omnino à zelo tepescunt, & frigescunt: Tales habent zelum, sed non secundum scientiam, id est, discretionem. Ro. 10.
Patet ego, quod zelus frigidus cum sit nullus est damnabilis, tepidus reprehensibilis, feruidus, & charitatiuus, laudabilis, qui meretur cæleste præmium. Machab. 1. Ma. 2
Helias dum zelat zelum legis, receptus est in cælum. Ad quod nos perducat Christus, qui est benedictus. Amen.

Explicit Liber primus.



PROLOGVS LIBRI SECVNDI,

In quo de Metallis, atque Lapidibus varijs, varia dicenda proponuntur.

HABET argentum venarum suarum principia, & auro locus est in quo conflatur. ferrum de terra tollitur, & lapis calore solutus in æs cõuertitur, inquit Iob Diuinæ prudẽtiæ largitas, à qua quæcunque creata sunt, connexionis mirabilis ordine gubernãtur, rationali creaturæ, id est, homini sic corpora inferiora subiecit, vt ei in subsidiũ adessent infirmitatis, & documentum insuper porrigerent veritatis, & in exemplum illi fierent etiã bonitatis. Nam ex vsu vario sẽsibilium corporum, humani corporis labilitati succurritur, quod ex eisdem ex quibus constat corporibus, enutritur, ex eorũdẽ quoque corporum specibus informãtur sensus & ratio eruditur vt sic humana cõditio a sensu sumat initiũ, & nõ per se res sensibiles, id est, per suas substantias, & essentias, sed tantum per suas species animæ illabuntur, ex quibus humana ratio, dum hinc inde inuestigando discurrit, rationes format quam plurimas, ex quibus intelligibiles elicit varietates, non solum de rebus infimis, sed etiam de supremis, sic enim inuisibilia Dei a creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur Quia vero opus naturæ est opus intelligentiæ, ex eo quod corporalia mediãtibus Angelis a Deo gubernantur, etiam ex ipsis corporibus humana dirigitur ratio, ex motibus eorum & ordine exempla sumens, & regulas suarum actionũ nõ tãtum artificialiũ, in quibus ars imitatur naturam, sed etiam moralium operum directiua. Et quoniã inter cætera talia potissime mineralia corpora, vt sunt ferrum, vel argẽtum, vel aurum, & alia quæcunque metalla, & cũ eis etiã lapides humanæ necessitati deseruiunt, scriptura sacra diuinitus inspirata in qua (testante Apo.) Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, de eis frequentius legitur, vt nõ tãtum ad commodum corporis illa concessa putemus, sed etiam ad morum exemplum inspicere studeamus. Quapropter Iob. diuersas metallorum origenes in verbis premissis declarat, siue describit. Ex quibus beatus Greg. perutiles moralitates assumit, Ait n. beatus Iob. Habet argentũ venarũ suarũ, &c. In quibus verbis pensandum est, quod nequaquam tam sanctissimus vir, aut de minera argẽti, aut de loco cõflationis auri, aut de ferri origine, aut de solutione lapidis, & de æris formatione, tam seriosè tractasset, si talia ad nostrã doctrinã proficere non nouisset. Et ideo beatus Gregor. dicit, per argentũ significari prædicatorum doctrinam, cuius venarum principiũ est sacræ

Iob. 17.

Rom. 1.

Ro. 15.

Gre. li. mor.

Iob. 27

Gre. li. mor.

sacræ scripturæ pagina. Nam qui ad veræ prædicationis verba se præparant, necesse est, vt initium à sacræ scripturæ pagina sumant. In auro verò significatur Martyrum patientia, cuius conflationis, id est, probationis locus, catholica est Ecclesia: quia non nisi in catholica Ecclesia veri martyres sunt, ex eo, quod sine fide, spe, & charitate, quibus membra iungitur ecclesiæ, nō habet passio meritū, sicut in hæreticis patet. Vnde Co.13 Apo. dicit. Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. In ferro autem accipitur bonum operandi potētia, seu fortitudo Sanctorum, quod ferrū de terra tollitur, quia fortiores viri à terrena quam prius tenuerant actione separantur, & pugnatores ipsius ecclesiæ ac pugiles deputantur. In lapide verò significatur interior cordis duritia: & in ære, charitatis constantia. Vnde nunc lapis calore soluitur, quando cor durum, & a diuini amoris igne frigidum, feruore spiritus tangitur, & ad amorem mollitur, & tunc in æs conuertitur, quādo charitate solidatum ad bona opera roboratur: vt sicut prius durus fuerat in amore sęculi, ita se postmodum fortem exhibeat in amore Dei. Et, quia de aliis huiusmodi talibus metallis, seu lapidibus, de quibus in scriptura legitur frequenter, & in pluribus locis est idem æstimādum, videlicet quod ad nostram conferant disciplinā. Est nostræ intentionis propositū post exempla simplicium corporum, quę iam sunt in primo libro adducta, in hoc secundo libro de metallis atque lapidibus, tam preciosis, quam communibus, & de aliis mineralibus exempla introducere varia, & moribus adaptare, eundem seruando ordinem, quem scilicet in principio tenuimus tam in capitulorum materiis, quam in exemplis.

Lapidum proprietates octo, quibus electi Dei suis perfectionibus charitate plenis assimilantur.

Cap. I.

AMatores Dei assimilantur lapidibus propter octo.

Primo quidem, quia lapides sūt naturaliter frigidi, & sicci, eo q̄ ex partibus terræ solidis, & compactis lapidis substantia generatur. Verum est tamen, vt dicit Aristo) ex sola terra non fit lapis, Arist. 4. Metho quia vincēs in ea siccitas nō permittit vt in lapidem coagulari possit. Sed ex cōmixtione terræ & aquæ fit lutum quod inter terram, & petram est medium, quod dum per partium suarum fortiter coagulationem constringitur, in lapidem mutatur. Vnde tali trāsmutationi lutum vnctuosum est aptius. Habet ergo lapis ex terra siccitatē, & ex aqua simul & terra frigiditatem. Vnde est naturaliter, sicut dictum est, frigidus, & siccus. Et ista competunt spiritualiter amicis Dei, quos charitas facit frigidos ab insatiabili auaritia: Charitas enim nō quærit quæ sua sunt, sicut dicitur Corin. Itē facit eos siccos à fluxu concupiscentiæ, quia virtus diuini amoris 1. Cor. 13. restringit lubricū carnis, sicut patet in Magdalena. Et tales sunt lapides sancti, qui sunt affectiones carnis, & mundi. Sach. Lapides Zach. 9 sancti eleuantur super terrā eius.

Secundo lapides sunt substantialiter compacti. Quia sancti sūt in seipsis coagulati vinculo, siue coagulo dilectionis & gratiæ. Vnde charitas dicitur esse vinculum perfectionis.

Tertio, quoque lapides sunt mirabiliter duri: & amici Dei sunt duri per soliditatem patiētię, quia charitas patiens est. Vnde sicut lapis a sua duritia ex aquæ infusione non soluitur: Sic amicus Dei

Digitized by Google

ex tribulationis cōcussione à sua patientia non mouetur. Iob. Cor eius indurabitur quasi lapis. Iob. 41.

Item sancti sibi ipsis duri sunt per austeritatem pœnitētiæ. Item quādoque duri sūt aliis per correctionem, & seueritatē iustitiæ, qua tanquam virga ferrea alios regunt. Deut. Cuius lapides ferrum sunt. Deut. 8.

Quarto, quia lapides sunt grauiter pōderosi. Sic amici Dei sunt graues, & pōderosi per grauitatē morum & deliberationē prudentiæ, siue in factis, siue in dictis, secundum illud Eccl. Verba sapientum statera ponderabūtur, & talium opera, vel verba sunt magis grata bonis. Psal. Placuerunt seruis tuis lapides eius. Eccl. 21 Psa. 101

Quinto, quia lapides sunt virtualiter igniti: quamuis enim lapis ex se sit frigidus, ignem tamē emittit si fortiter sit percussus. Nā ex forti & violenta aëris collisione in superficie ferri, & lapidis, subito aër allisus ignitur, & scintillando de lapide egreditur. Sic & amatores Dei quanquam sint frigidi ab æstu amoris mundani, cum tamen ab ipso mundo fortiter allidūtur, tūc diuino amore fortius igneūtur. Vnde præcipue in tribulationibus, & persecutionib. positi, ignitis scintillis, vel operum emicant, vel verborū: & taliū opera sunt sacrificia Deo accepta. Machab. De ignitis lapidibus igne cōcepto sacrificium obtulerunt. 2. Mach. 10.

Sexto, quia lapides sunt infimi loci petitiui. Quia amici Dei infima petūt per humilitatem. Luc. Recumbe in nouissimo loco. Corint. Ministratio mortis deformata in lapidibus fuit in gloria. Hæc ministratio lapidum, est humiliū abiecto, cuius est ministrare obsequia, mortificare vitia, deformare eorum corpora, quia humiles nec corpora eorum ornant, nec colunt. Vnde apparēt in corpore despecti: & ideo signantur per lapides impolitos. Ios. Aedificāt altare, id est, altitudinem ecclesiæ de lapidibus impolitis, id est, de hominibus despectis, & incultis. Item eius est glorificare. Prouer. Humilem spiritu suscipiet gloria. Luc. 14 1. Cor. 3 Ios. 13 Pro. 26

Septimo, quia lapides sunt terræ compressiui: quia scilicet amici Dei terram corporis sui cōprimunt, & domant per laborē pœnitentiæ, & abstinentiæ. Secundū illud Apost. Castigo corpus meū, & in seruitutem redigo, Eccl. Lapides grandes desuper irruentes. Sunt enim amatores Dei lapides grādes quoad spiritum, desuper irruentes per corporis dominiū, quia spiritus in eius carnem sibi subiugat potenter, & violenter. 1. Co Ecc. 14

Octauo, quia lapides sunt diuersarum partium terræ ne dilabantur vnitiui. Vnde Ambr. dicit, ꝙ lapides sunt ossa terræ, quia hoc in terra probātur facere, quod faciunt ossa in corpore. Similiter amici Dei, dum homines terrenos ad inuicem discordes ad cōcordiam & pacem reducūt, quasi quidā lapides medii diuersas partes terræ ad inuicem coniungūt: Immo etiā sicut in muro mediāte calce lapides connectuntur: ita etiā amatores Dei mediante charitate inuicē coniunguntur. Mac. Ionathas dixit faciētibus. Extruite muros in mōte Syon, & in circuitu de lapidibus quadratis. Isti lapides quadrati sunt amici Dei, qui Deū quadrupliciter diligūt, scilicet ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente, & ex omnibus viribus sicut dicitur. Luc. Et est intelligendum ex toto corde, id est, ex tota intentione, vt scilicet tota nostra intētio feratur in Deum: ex tota mōte, id est, intellectu, scilicet vt intellectus ei totaliter subdatur, ex tota anima, id est, volūtate, scilicet vt appetitus Ambr. 1. Mac. 10. Luc. 10.

secun-

secundũ ipsam reguletur: ex omnibus viribus, scilicet quòd omnis actus noster interior ei obediat, & propter ipsum fiat.

Anima rationalis perfectiones, quæ & quales esse debeant, ex vitri septem proprietatibus nonnullis similitudinibus declaratur. Cap. II.

ANima debet assimilari vitro. Primò, quia vitrum est summe perspicuum. Nam in aliis vasis metallicis quicquid intus ponitur, vi sui occultatur. In vitro aũt quilibet liquor positus, qualis est intus talis exterius oculis repræ-
Isi. li. 7. sentatur, vt dicit Isid. Hæc perspicuitas fit in anima pœnitẽtis, quãdo quicquid est intus in cõscientia extra per cõfessionem proditur iudicio sacerdotis. Mat. Vade,
Mat. 8. & ostende te sacerdoti. Prouerb.
Pro. 22. Splẽdet in vitro color eius, scilicet vini, & similiter cuiuslibet alterius liquoris immissi.

Secundo, quia vitrum est totaliter lumini peruiũ. Nam massa vitrea, quæ nunc fit ex cineribus arborum, & herbarũ, per fortissimã ignis conflagrationẽ, ex quibus cineribus fit vitrum, sicut cum nũc vtrunq; admiscetur, cũ in fornace fuerit liquefacta, & perfectè deputata, contrahit substantiæ puritatem, & perspicuitatem, propter quam totaliter à lumine penetratur. Similiter anima per munditiam puritatis, & perspicuitatem simplicitatis, efficitur lucis diuinæ gratiæ plenissimè susceptiua.
Apo. 25 Apoc. Plateæ ciuitatis aurũ mundum, & tanquã vitrũ perlucidũ.

Tertio, quia vitrum est imaginum, & vmbrarum repræsentatiuum: nulla enim alia materia est sic specularis, vt ista. Vnde de vitro præcipuè cõficiuntur specula. Hæc autem repræsentatio animæ conuenit tripliciter, vno modo, secundum naturã: quia scilicet inter omnes naturas, siue formas materiæ vnitas, magis repræsentat ipsa anima in se imaginem trinitatis, licet hæc repræsentatio sit secũdum partem intellectualem, qui nõ est actus materiæ alicuius in quantum huiusmodi. Vnde dicitur Gen. Faciamus hominẽ ad imaginem, & similitudinem nostram. Gene. 2. Sed adhuc anima secũdum naturam est repræsentatiua alicuius vmbræ, quia (vt dicunt philosophi) creata est in vmbra intelligentiæ. Alio modo competit hæc repræsentatio animæ secundum notitiã, quia anima cognoscit res exteriores, nõ quidẽ quòd ipsæ res sint in anima: sed per ipsarum rerum imagines, siue similitudines quas ipsa anima recipit ab eis, primo quidem in sensu, postea in intellectu, per abstractionẽ intellectus agentis à phantasmatibus. Vnde Philosophus dicit, quòd lapis non est in intellectu, sed eius species. Vnde quasi ad modum speculi vitrei est imaginum, siue specierum suo modo receptiua licet aliter sit, & aliter in intellectu: & per consequens est ipsarũ rerum repræsentatiua, & cognoscitiua, est etiam repræsentatiua vmbrarum, id est, naturarũ spiritualiũ, quas non nisi per naturas sensibiles, & phãtasmata capit quodammodo inumbratas. Ari. 3. de anima.

Tertio, hæc repræsentatio imaginum competit animæ secũdum gratiam. Quia scilicet anima per memoriam debet sibi sæpe repræsentare imaginem, id est, exempla virtutum, & vmbras vitiorum, & propriorum defectuum ad deserendum, siue alienorum ad compatiendum, vel corrigendum, vel vitandum.

Quarto, quia vitrum est summè ductile, sicut liquidum. Tantam enim recipit ductibilitatem, quòd facile ad statum artificis in formas varias, & figuras cõtrarias subito transformatur. Aliquando etiam corio tegitur, aliquãdo

argen-

argenti more sculpitur, sicut Isid. dicit. sic anima debet fieri ductibilis per obedientiam, vt per flatum, id est, ad inkinctum, vel per mandatum Dei, vel superioris sui moueatur, & transmutetur, & velociter obsequatur, etsi diuersa, & varia iniungãtur, & alterius voluntate potius, quàm propria, tãquam corio circũducãtur, & argenti mor quamlibet sculpturã sibi impressam, id est, quodlibet iuxta normam sibi traditã iussum suscipiat, & firmiter teneat.

Quinto, quia vitrum summè frangibile est, cum est frigidũ: sic anima per peccatum calore charitatis extincto frigescit, & à quibuslibet tentationibus faciliter frangitur.

Sexto, quia vitrum non est reparabile, nisi fuerit iterum liquefactum, quamuis antiquitus dicatur aliquem sciuisse vitrũ fractũ reparare permalleationem. Vnde fialam tali de vitro factam Tyberio Cæsari ipse artifex in terram proiecit, quam non ruptam, sed malleo plicatam emendauit, quẽ Cæsar decollari fecit. Considerãs quod si talis fic reparabile fabricetur, aurum pro luto haberetur, & ideo precium aliorũ metallorũ omnino perderetur. & hoc est cõmune dictum. Quidam tamen Alchimistæ dicunt, quod potest etiã hodie fieri vitrum malleabile, & flexibile si cum puluere Basilisci aspergatur super ipsum, quando liquefcit in fornace. quod vtrum verum sit, ignoro, Sed secundum primum dictum, quod est magis cõmune, dicimus, quòd sicut hodie vitrum fractum non est reparabile, nisi iterum liquefcat: ita anima per peccatum fracta nõ est reparabilis ad gratiam, nisi liquefcat per pœnitentiam.

Septimo, quia vitrum est omnium colorũ susceptiuum. Omni enim colore tingitur, vt iacinctino, vel smaragdino, & omnes lapides imitatur, scilicet in colore, licet non in valore. Et ideo dicit Auicẽna, quòd vitrũ est inter lapides sicut stultus inter homines. Declinat enim ad omnẽ tincturam. Sic ãnima ad omnem fortunam, vel statum quem Deus vult dare, debet se humiliter inclinare, & Sanctorũ colores, id est, virtutes imitari, nec curare si hoc ad stultitiam reputatur: quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus, detidetur enim iusti simplicitas ab hominibus, sed nõ deridetur à Deo. Auic.

Quæ & quot vitia ex auaritia oriantur, per varias lapidis Onychini similitudines aperte monstratur.

Cap. III.

AVaritia assimilatur Onycino. Primo propter aspectũ. Nã Onychinus Indicus habet aspectũ, & similitudinem vnguis. Et ideo vocatur onyx, siue onycinus quia: Græci vnguem onycem dicũt, sicut dicit Isido. Habet enim colorem permixtum ad similitudinem humanæ vnguis. In hoc ergo quod onychinus habet similitudinem vnguis, designatur auarorum rapacitas, quia aues vngue prædam rapiunt, & ideo qui sunt rapaces habent nigras vngues. Sed onychinus Arabicus est nigri coloris cum candidis zonis: quod competit diuitum auaritiæ: quia diuites auari, licet tingantur exterius zonis albis, id est, honoribus, & prosperitatibus mundi, interius tamẽ habẽt nigredinem, & defotmitatem peccatis propter quod Dominus dixit eis, Væ vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestrã in hoc mundo. Onycinus. Isi. lib. 16. Luc. 6.

Secundo, propter effectũ. Nam secundum Dioscori. Onycini zona collo vel manu portata, tristitiam excitat, timores multiplicat, animos cõmouet ad lites, & rixas. Dios.

S etiam prosperitas mundi quã

appe

apperũt auari, si in collo gestetur, hoc est, ad pectus pendens, siue manu, id est, siue habeatur in effectu cordis, quia cor infra pectus concluditur, siue in effectũ operis, quod est gestare manu; vtroq; modo excitat tristitiam. Et ideo
Gen. 13 Ge. dicitur, quòd lapis onychinus inuenitur in terra Euilath, quòd interpretatur dolens. Nam mundi substantia non habita, sicut in cupidis generat tristitiam, si acquiri non possit, scilicet iræ, quia ipse non assequitur. Ita & tristitiã inuidiæ, qua tristatur tamen si aliquis assequatur. Si autem actu habeatur, vt est in diuitibus auaris, adhuc excitat tristitiam iræ si perdatur, vel minuatur; & inuidiæ, si ab alio superetur, vel parificetur. In vtrisque multiplicat timores, quia cupidi timẽt ne eis lucrum impediatur. Auari timẽt, ne eis id quod habent auferatur. Item animos commouet ad lites. Quia cupidus litigat, vt accipiat; auarus autem, vt teneat. Vnde auaritia, siue cupiditas mater est litium, & causarum & quæstionum. Item rixæ, & bella ex cupiditate, & auaritia, vt plurimum
Sen. oriuntur: propter hoc Sen. dicit, quòd quietissime viuerent homines, si hæc duo pronomina, scilicet Meum, & Tuum, de medio tollerentur. Meum enim, & Tuũ omnes quæstiones, & lites generant auarorum.

Tertio, propter remedium. Nã Onycinus in præsentia Sardij nocere non potest. Nam Sardius qui mentem acuit cum flammei, siue rubei est coloris, designat amorem Christi, qui mentẽ acuit ad æterna considerandа, & etiam inflammat ad ea desideranda, & ideo facit vilescere omnia tẽporalia. Nam (sicut Greg. dicit) vi-
Greg. in hom. lescunt temporalia, cũ desiderantur æterna. Quod ergo onicynus non noceat in præsentia Sardi, est quia illum auaritia non inficit, in quo est amor Dei, quia vbi est amor Dei, non habet locũ amor mundi: & e cõuerso, Ioan. Si quis 1. Io. 2. diligit mundum: non est charitas Dei in eo.

Diuersorum marmorum proprietates describuntur, ex quibus bonorum virorum perfectiones prudentiales partes, pluribus similitudinibus patefiunt.

Cap. III.

BOni viri assimilantur marmoribus, quia marmor alijs lapidibus est solidius, cõpactius, vtilius, & pulchrius. Boni enim viri sunt solidi per patientiam, siue fortitudinem, benè compacti per temperantiam, pulchri per prudentiam, & vtiles per iustitiam. Vnde ipsi sunt columnæ marmoreæ, id est, virtuosæ personæ, quibus tentoria per curiã regis, id est, ecclesiæ Christi fulciũtur. Assimilantur ergo primo boni, & virtuosi viri marmoribus Hest. 8. ratione soliditatis. Marmor enim solidum est: nam propter sui soliditatem difficilè rumpitur. Similiter boni viri sunt solidi, id est, fortes, & constantes, ita vt aduersitatibus nõ cedãt; & sculpturas, id est, impressiones violentas, & iniurioſas, quæ sunt, odiũ, ira, tristitia, & huiusmodi non faciliter suscipiunt. Notandum est de soliditate marmoris, quod mirabilissimum accidit: quod marmorei lapides, nec chalybe, nec ferro, vel sera, vel malleo per violentiã edomantur, sed per laminam plũbeã asseribus mollibus interseratam. Plumbo enim, & non ferro lapides marmorei diuiduntur, & secantur inter asseres, & æquantur. Similiter fortitudo quorundam nec chalybe fortis inuasionis, nec ferro duræ percussionis, nec sera dentata dentibus detractionis, nec malleo violentæ percussionis, nec violentia cuiuscũ-

que tribulationis frangitur, nec vincitur. Et tamen plumbum i. vita voluptuosa, quæ in aquis cōcupiscentiæ submergitur, secundū illud Exo Submersi sunt quasi plumbum in aquis vehemētibus, inter asperes mollissimos carnis, omnem duritiam marmoris frāgit, id est, omnem mentis fortitudinem eneruat, & destruit. Vnde probissimi viri, & fortissimi bellatores, qui nunquam vinci potuerunt belli asperitate, victi tamen & debilitati sunt luxuriæ voluptate, sicut patet de Samsone, Dauid, & de multis aliis.

Exod. 15.

Secundo, boni viri assimilantur marmori ratione compactionis. Sunt enim marmora valde compacta corpora, quorū partes sunt ad inuicem colligatę, vel conglutinatæ, vel constrictę. Et hanc cōpactionem facit esse in bono viro virtus temperantiæ. Hæc enim est quæ efficit, vt caro spiritui, & sensualitas rationi concordet, & cōfœderetur, quasi temperantia remota, valde sibi inuicem aduersārentur, & mutuo diuideretur. Vnde temperantia est, quæ tenet has partes hominis ad inuicem concordes, & conformes, quę scilicet concordia & conformitas est, vt quædā salubris compactio, quæ est in bonis viris.

Tertio, boni viri assimilantur marmori ratione speciositatis, siue pulchritudinis. Inueniuntur enim marmora pulcherrima diuersorum colorum, & generum, sicut dicitur Paralipo. Diuersorū colorum omnem lapidem precio sum & marmor paraui abundantissime. Hæc autem pulchritudo, & varietas competit prudentiæ: quia omnium prudentium opera, grata videtur, & pulchra. Diuersa autem genera, & colores marmorum, sunt diuersæ partes prudentiæ, & diuersi modi prudentiæ: Inueniuntur. n. marmora cōmuniter octo colorū. Quia inuenitur marmor album, nigrū, & rubeum, & variū, siue serpentinum, & hæc quinque modorum, quoddā molle candidum, & nigrum, quoddā durum, quod dicitur purpureres, eo quòd, vt purpura rubeum est, candidis tamen interuenientibus punctis, & hoc est ex Aegypto. Est aliud corallicū in Asia repertum non habens vltra duos cubitos in dimensione, & mensura: & tale marmor est candidū, sicut ebur, tamen habet quasdam maculas, quadam proportione diuersas, & nigras. Est & aliud genus Thebaicum, aureis guttis tinctum: est & Caristeum viride optimum, quod valde gratum habent qui gemmas sculpunt, eo quod eius viriditas oculos reficiat Et etiā similiter assignātur à doctoribus octo partes integrales prudentiæ, quarum quædā ad prudentiam pertinēt, secūdum quòd est cognoscitiua agibiliū; & quædam, secundum quòd est operatiua, secundum enim quod cognoscitiua est, si consideratur ipsa cognitio, aut est præteritorum, & sic est à Tullio vna pars prudentiæ præteritorum memoria: aut est cognitio præsentiū, siue necessariorum, siue cōtingētiū; & hæc est alia pars prudētiæ, quæ ab eodem intellectus vocatur, siue intelligētia. Si vero cōsideratur cognitionis acquisitio, aut fit per disciplinā, & sic est tertia pars prudētiæ, quæ a Macrobio super sententias Platonis Pletini vocatur docilitas: aut fit per inuentionem, & sic est quarta pars, quam Arist. vocat eustochiam, id est, bonā cōiecturationem, cuius pars (vt dicitur in eodē) est solertia, quę est post verā coniecturationē medij, vt dicitur. Ari. 1. Si vero cōsideratur cognitionis vsus, secundū scilicet quòd ex cognitione aliquis procedit ad alia cognoscenda, vel iudicāda: sic

1. par. 20.

Macr.

Ari. 7. ethi.

perti-

Digitized by Google

pertinet ad aliã partẽ prudentiæ, quæ vocatur ratio per Macrobiũ. Secundũ vero, quod prudẽtia est operativa, siue operis præceptiua.

Primo necessarium est, vt ordinetur ad commodum, vt ad finẽ: & hoc pertinet ad aliam partem prudentiæ, quam Tullius prouidentiam vocat.

Secundo, vt attendat circunstãtias negotij: quod pertinet ad aliã partẽ prudentiæ, quã Macrobius vocat circumspectionem.

Tertio, quod vitet impedimẽta: quod pertinet ad octauam partẽ prudentiæ, quam vocat Macrobius cautionem. Sunt ergo octo partes prudentiæ dictæ, scilicet memoria, intelligentia, docilitas, solertia, ratio, prouidentia, circũspectio, & cautio.

Quartò, boni viri assimilantur marmori ratione vtilitatis. Nam marmor propter suam frigiditatẽ, & vnguentorum aromaticorum cõseruationem, vtilissimum inuenitur. Et hanc vtilitatem boni viri faciunt per iustitiam. Nã quasi vnguenta fouentia, & recreantia sunt bona opera, in quibus vnus homo alteri communicat, ad quę recte facienda, & conseruanda ordinatur homo per virtutem iustitiæ, cui inter alias virtutes proprium est, vt ordinet hominem in his, quæ sunt ad alterum. Importat enim iustitia æqualitatem quandam, vt ipsum nomen demõstrat. Dicuntur enim vulgariter ea quæ adæquantur iustari, æqualitas autem ad alterum est. Alię autem morales virtutes perficiunt hominem in his, quæ sunt secundum seipsum. Et hæc ergo sunt illa marmota, scilicet sancti viri, quibus pauimentum templi. i. inferior ecclesia s. militans, sternitur, in libro. Para manifestatur. Para. 3.

Charitatis excellentia & perfectio quanta sit, ex bitumnis, Sarcij lapidis, lapidisq; similitudinibus demonstratur.

Cap. V.

CHaritas assimilatur bitumini. Primo ratione igneitatis, quia bitumen est (secundum Isi) quædẽ terra glutinosa iuxta lacũ mortuum, cuius natura est ardẽs, & ignita. Sic charitas est quædam virtus conglutinatiua, & vnitiua, cuius quasi locus est proprius cor mortuum, & mortificatum peccato & mundo, quia si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo, vt dicitur Ioan. Hæc etiam virtus spiritualiter ardens ab igne Sancti spiritus est deriuata, secundum illud Cant. Lampades eius, lampades ignis, atque flammarũ. Lampades enim Dei, sunt mentes hominum, & puræ Sancti spiritus contemplatione & flammis charitatis succensæ. Gene. Vallis Syluestris habebat multos puteos bituminis. Vallis, est mens humilis, quæ si est Syluestris, & à tumultu mundi, & affectu remota, habet multos puteos bituminis, id est, multos, & profundos, siue altos affectus charitatis. Isido. Cant. 8. Gen. 14

Secundo, ratione tenacitatis. Nã bitumen est tantæ tenacitatis, vt nec aqua, nec ferro dissolui possit, sed sanguine menstruali. Sic charitatis glutinum tam tenax est, vt nec aqua tribulationis, nec gladio persecutionis soluatur. Cant. Aquæ multæ nõ potuerunt extinguere charitatem. Et ideo Arca Noë, vt esset fortis contra aquas diluuij, bitumine liniri eam Deus præcepit. Gen. Bitumine linies intrinsecus, & extrinsecus, Arca enim Noë, id est, mens iusti, debet contra aquas diluuij. s. contra tribulationes mundi bitumine, id est, charitate liniri intrinsecus quoad Deum. extrinsecus quoad proximum. Ferrum, siue gladius persecutionis charitatis bitumen separare non potest, secundum illud Apost. Quis nos separabit à charitate Christi? an angustia? an per- Cant. 5. Gen. 6. Rom. 8.

Digitized by Google

an nuditas? an tribulatio? an fames? an gladius? Soluitur tamen, & tollit bitumē charitatis sanguine menstruali, id est, peccato mortali quod ab intimo fluit ad modum sanguinis, & ad modū menstrui, & abominabile & infectiuum existit.

Tertio, ratione vtilitatis. Est enim bitumē vtile ad multa, quia multiplicem habet effectum. Nā habet virtutem cōpaginandi lapides. Vnde lapides viui. i. viri iusti, hoc glutino compaginātur ad inuicē in fabricā Ecclesiæ, & etiā lateres, id est, peccatores ad Deum conuersi, & igne doloris, seu cōtritionis excocti, hoc glutino coniunguntur. Gen. Faciamus lateres, & coquamus eos igni, habuerūt lateres pro saxis, & bitumen pro cemento. Similiter ligna, & rabulę nauiū alicubi bitumine cōpaginantur: per quas naues aliorū onera portātes, intelligūtur prælati, quibus ne dissoluantur aquis concupiscentiarū, & vndis tribulationum, necessarium est glutinum, & iuuamen charitatis. Gen. 11

Item habet bitumen virtutem attrahendi, consumendi, & cōsolidandi, si puluerizetur, & super vulnus ponatur, si etiam fumus naribus attrahatur multum reuma in capite cōsumitur, vt dicit Plato. Ita charitas ad Deū attrahit, secundum illud Eze. In funiculis Adā traham te, in vinculis charitatis. Ite majos humores. i. malas affectiones. Et reuma capitis, id est, fluxū mentis. i. malarum cogitationum cōsumit. Ite ipsam mentis mollitiem consolidat dum timorē seruilē foras mittit. Nam perfecta charitas foris timorem mittit. Ezec. 11

1. Io. 4. Item charitas assimilatur lapidi sardio, qui (sicut dicit Isid.) vocatur Sardius: quia in Sardis fuit primo inuentus, quia hæc similitudo est competens.

Primo, ratione coloris, quia scilicet Sardius est rubei coloris. Rubeus autē color est, sicut igneus color, & pretēdit dominiū calidi in permisto, & attribuitur amori, & præcipuè charitatis, quæ est, vt quidam ignis diuinus mentem feruere faciens, & rubere, Cant. Dilectus meus candidus, & rubicundus. Candidus propter puritatem carnis, rubicundus propter inflammationē mentis, Apoc. Qui sedebat, similis erat aspectui lapidis iaspidis viridis, intellige virginitatē carnis: est enim lapis viridis coloris, sed in rubore fardinis, intellige amorē charitatis, quo mens ignita rubet. Cant. 5. Apoc. 4.

Secūdo, ratione virtuosæ operationis, quia (vt dicit Dioscorides) hic lapis gaudiū accēdit, timorem pellit, audacē facit, & mentem acuit, & segestātem ab incantationibus & maleficijs tutum reddit: quæ omnia suo modo competunt charitati. Hæc enim est, quæ de præsentia amati, scilicet Dei, in anima gaudiū generat. Gal. Fructus spiritus sunt, gaudium, &c. Quia sicut charitas est à spiritu sancto, ita gaudium à charitate deriuatur. Item hæc est, quæ timorē pellit: & per consequens forrem, & audacem facit. Io. Timor nō est in charitate. Item hæc est, quæ mētem acuit ad cælestia contēplāda, & ideo est similis igni, qui habet figurā pyramidis superius acutam. Vnde mēs hoc igne flāmescēs, ingreditur in ipsum. Io. Qui manet in charitate, in Deo manet, & cætera. Hæc est etiam, quæ dæmonum incātationibus, id est, blādis tētationibus, & maleficijs eorum resistit, quia fortis est, vt mors dilectio. Dioſc. Gal. 5. 1. Io. 4. 1. Io. 4.

Tertio, ratione resistētiæ, & vigoris, quia tanti vigoris est hic lapis, Cant. 8.

Digitized by Google

lapis, quod onyx eo præsente lædere non potest. In onyche enim qui dicitur tristitiã excitare, potest intelligi quodcunque aduersum. Onyx ergo sardio præsente non obest: quia vbi charitas adest nulla aduersitas nocet. Nam diligentibus Deum omnia cooperãtur in bonum, sicut dicit Apost. Rom. 8.

Ex Saphiri Zimethiq; naturalibus effectibus vita contemplatiua status, virginitatisque perfectio exploratur.
Cap. VI.

Contemplatio assimilatur saphyro.

Primo propter aspectũ coloris. Est enim saphyrus gemma cærulea cælo sereno in colore simillima. Similiter contemplatiui viri habent colorem, id est, conuersationem serenam, & cælestem, secundum illud Phil Nostra cõuersatio in cælis est. Ezech. Supra firmamentum, quod erat imminẽs capiti eorum, quasi aspectus lapidis saphyri. Phil. 4 Ezec. 1.

Secundo, propter excessum valoris: quia saphyrus inter gemmas est summè preciosa, & regũ digitis magis apta, et inter omnes melior est, maximè Indica, quando habet quosdã pulueres aureos intermixtos. Similiter & inter vitas vita cõtemplatiua est preciosissima. Est enim maioris meriti, dulcioris exercitij, quietioris animi. Vnde Maria optimã partẽ dicitur elegisse. Hoc maximè cõpetit regibus, id est, prælatis, & rectorib. vt sicut alijs præeminent honoris dignitate, ita etiam alijs præemineant mẽtis sublimitate. Est autẽ contẽplatio optima, quæ sic mẽtẽ eleuat ad cælestium eminẽtiã, quod tamen ei non tollat propriæ fragilitatis memoriã, vt. s. cõtemplatiui animus & sit per contemplationem sublimis, & per sui cognitionem semper remaneat humilis. Et talis est saphyrus, qui habet pulueres aureos intermixtos. Est enim propriæ fragilitatis, vel mortis intuitus, velut quidã puluis aureus, puluis per humilitatẽ, aureus per vtilitatem, quia seruat animã ne à peccato corrũpatur, sicut aurum dicitur cõseruare a lepræ corruptione, si eius puluis, vel limatura sumatur in cibo, vel potu, vel medicina, vt dicit Plato. Iob. Locus saphyri lapides eius, & glebæ illius, &c. Eccl. Memorare nouissima, &c. Luc. 10. Iob. 28. Ecc. 8.

Tertio, propter defectum fulgoris. Est enim saphyrus depressus non perlucidus, vt dicit Isido. Sic contemplatio præsentis vitæ, nõ est lucida, sed obscura: quia videmus nunc per speculũ, & in enigmate. Eze. Vidi, & ecce in firmamẽto quod erat super caput cherubim, quasi lapis saphyrus: per firmamentum intelligitur firmitas & stabilitas gloriæ cælestis; quæ dicitur super caput cherubim, quia scilicet omnẽ mentẽ, & scientiam trãscendit: & est quasi lapis saphyrus, quia. s. contemplationis eius intuitus in hac præsenti vita, quãtuncunq; sit nobis delectabilis, & gratus nobis, tamen nõ est purus, & clarus, sicut saphyrus est aspectui quidem gratus, sed tamen condensus nõ lucidus. Et ideo philosophus dicit, quod de diuinis in vita ista paru possumus in contemplando proficere. Tamen illud modicum nõ est negligendum: quia delectabilius est adhuc, quam aliqua alia omnia, quæ apud nos sunt. Cor. 13. Isido. Eze. 10 Ari. propri. anima.

Item contemplatio cælestium assimilatur zimeth. id est, venæ terræ, de qua fit lazurium.

Primo, ratione coloris. Quia lapis hic est tanto melior, quanto colori cælesti similior. Et habet quædam corpuscula, quasi aurea interserta: Ita contemplatiui viri, tanto sunt meliores, quanto cælestibus ciuibus sunt in con-

templatione, & conuersatione similiores. Vnde virginitas coniugio præfertur, quia incorruptioni vitæ cælestis similius conformatur. Lucæ. In resurrectione, neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in cælo. Luc.20.

Secũdo, ratione communionis, Nam hic lapis sine terra valet cõtra syncopim: sed nunquam patienti datur, nisi subtilissime conteratur, & multotiens abluatur: & est signum perfectę ablutionis, quando aqua in qua abluitur parum, aut nihil coloratur: nec debet dari cũ decoctione, quia descenderet ad fundum, sed ante, vel post datur, & hoc cum fero, vt dicitur in lapidario. Nota, quod serũ est liquor, qui fluit de recenti caseo cũ premitur, vt dicit catholicõ. In quibus significatur, quod ea, quæ sancti viri per altitudinẽ contemplationis percipiunt, hæc, vt inferioribus prosint, debẽt eis communicare lucidè. Vnde oportet, quod subtilissimè conteratur. i. diligenter exponatur. Itẽ discretè, vnde non cũ decoctione. i. nõ cum illo feruore cum quo ab eis recipiuntur, sed secũdum conuenientiam inferioris auditoris. Itẽ mũdè sine administratione phãtasiarum, siue errorum: & ideo oportet, vt frequenter abluantur. Item sic dari debent, vt possit qui accipit, faciliter capere: & ideo cum fero quod est lacteum, & facile ad deglutiendum. Apostol. 1.Cor.3 Tanquam paruulis in Christo lac vobis dedi.

Tertio, ratione curationis. Valet enim miro modo talis puluis, siue potio ad soluendum, & curandum quartanam: quia ea quę sancti viri ex cælestium contẽplatione percipiunt, alijs (vt dictum est) debito modo data, id est, cõmunicata soluũt ab eis quartanã, id est, accidiam. Nã quartana ex putredine humoris frigidi, & melãcholici prouenit, quæ etiam ad accidiam disponit: sed verba cælestia audita mentẽ frigidam accedunt, & sic accidię fugus repellunt. Hæc requies, & dulcedo cõtemplationis habetur post certamina laborum, & subiugationem passionum. Vnde vita cõtẽplatiua assimilatur terraneo, qui est lapis crystallo similis, ceruleo colore infectus, vel refertus, & hic apud Germaniam est. Alius est Hispanicus rutilans, sicut flamma. Vnde per primum qui est crystallo similis, designatur cordis puritas, per secundum quidem flammeũ, designatur charitas. Et hæc duo maximè ad contẽplationẽ disponunt. Sed notãdum, quod vtriusque virtus dicitur esse ad prœlia & causas vincendas, & valẽt etiã ad dulces somnos, sicut in lapide dicitur. In quo significatur, quod post prœlia superata laborum, & tẽtationum, post causas deuictas etiam passionum, in quibus caro sub iudicio rationis aduersus spiritum contendit, sequitur dulcis somnus, id est, requies contemplationis.

Margarita aut, chalybis naturales proprietates: quibus continentes & virgines cõparantur, Christumq; ac Beatam Virginem veram esse margaritam declarantur. Cap. VII.

Continentes, & præcipuè virgines assimilantur margaritis.

Primo, ratione geniturę, siue generationis: quia margarita generatur ex cælesti rore, quem certo tempore anni conchæ hauriunt. Et dicitur margarita, quia in conchis maris inuenitur. Et dicitur in lapidario, quod quando margarita generatur ex rore, quanto rorantis aëris haustus plus fuerit, tanto roratio maiorem generãt margaritam. Et dicitur, quod

cum

uum margarita incipit generari, si coruscatio, vel tonitruum superueniat, & concha claudatur, quod sic aborsum patitur. Quod ergo margarita ex cælesti rore generatur significat, quòd continentia carnis ex dono cælestis gratiæ
Sap. 8. possidetur. Vnde dicitur Sap. Non
Aug. li. confes. possum esse continens, nisi Deus det. Et ideo dicebat Augustinus. Da quod iubes, & iube quod vis, imperans nobis continentiam. Et ideo quanto plus hauritur de gratia, tanto maior & purior est continentia, sic, quanto plus hauritur de rore tanto maior generatur margarita. Quod autem in cochis maris inuenitur, significat quòd continentia non in delitiis repe-
Iob. 24. Ber. ritur, secundum illud Iob. Non inuenitur in terra suauiter viuentium, Bern. Humilitas perit in diuitiis, & castitas in delitiis: sed in conchis reperitur. i. in duris & amaris potius conseruatur. Quod autem tonitruo, & coruscatio i se claudens aborsit, signat, quòd continens, nisi diuinę magnitudinis timori, seu inspirationi, quę in tonitruo designatur, se per humilitatem aperiat, interior margarita. i. interior puritas non integra
Eccl. 16. seruatur, sed perditur. Vnde Eccl. Nisi timore Dei tenueris teinstanter, cito subuertetur domus tua.

Secundò, ratione excellētię: quia quædam margaritæ sunt aliis excellentiores, quædam enim vniones vocantur, eo, quod tantum vnus, & nō plures simul reperiantur, & in his designatur prærogatiua continentiæ, siue virginitatis Christi, & Matris suæ: Quia Christus tantùm vnus inter homines, & mater eius tantùm vna inter mulieres, est vera, & perfectissima margarita, propter singularem & perfectissimam continētiæ puritatem. Vnde Matt. Inuen-
Matt. 8. ta vna preciosa margarita, &c. Communiter autē inter margaritas sunt meliores candidæ, quàm quæ aliquo modo sunt flauæ. Nā iuuentus, aut matutini roris conceptio tacit claras, has verò senectus, vel ros vespertinus reddit obscuras, vt dicit Isido. Margaritæ ergo candidæ sunt virgines, quasi autem flauæ, sunt viduæ cōtinentes: sed melior, & clarior est continētia virginalis, quæ ab ipsa iuuentute quasi matutino rore. i. tempestiua gratia decorata, virginitatis decorem retinuit, quā quę in senectute, quæ quasi vespertino rore. i. tarda gratia superfusa continētiam incepit. Inueniuntur quædam naturaliter perforatæ, & illæ adhuc meliores sunt aliis: & tales sunt virgines fideles, quæ scilicet verbo fidei perforatum habent auditum. Nam fides est ex auditu, & auditus per verbum Dei, quod penetrabilius est omni gladio ancipiti. Sunt ergo illæ margaritæ præ aliis eligendæ, quæ sunt albæ, claræ, speculares, & rotundæ. Quia illæ continentes sunt aliis meliores, quæ sunt albæ per carnis virginitatem, claræ per mentis puritatem, speculares per conuersationis sinceritatem, & rotundæ, id est, mobiles per operositatem: quia corpus rotundum motui est aptum. Non enim oportet virgines manere ociosas. Prouer. Panem ociosa nō comedit. Pro. 31.

Isido.

Tertio, ratione apparentiæ: videntur enim, & sunt margaritæ paruæ in quantitate, vt nec vltra feminucem crescere vnquam putentur, sed tamen sunt magnæ in valore. Sic virgines, & continentes decet esse paruas per apparentiam humilitatis, exēplo illo summæ Virginis, quæ dixit: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, Luc. 1. sed tamē debent esse magnæ, per existentiam, & valorem virtutis.

Quartò, ratione efficaciæ, quia habent virtutem malorū humo-

Digitized by Google

rum abstersiuam; fluxus ventris, & sanguinis restrictiuam, & etiã cordis confortatiuam: vnde valẽt contra cardiacam, & syncopim: Sic virgines, & continentes debent in seipsis malos humores, id est, malas affectiones, siue immundas cogitationes expellere; fluxum carnis, & sanguinis, id est, peccati per abstinentiam, & honestatem restringere; & spiritualibus, & piis operibus, scilicet orationibus, & eleemosynis sui cordis debilitatem confortare, ne pusillanimitate deficiant ex aliqua tribulatione, vel tentatione.

Itẽ cõtinẽs assimilatur chalybi.

Primo, quia chalybs est substãtia purior ferro, quia ferrum est magis terrenum in substantia, & habet terrestre lutulentum, & non parum. Et econtrario chalybs habet minus de terreno, nec ita lutulentum est, sed magis putum. Tanquàm ferrum ergo impurum homo incontinens est, habens lutulentiam carnalis immunditiæ, sed tanquã chalybs est homo cõtinens, habens parum de terrestri, id est, de concupiscentia carnis, & sine lutulentia, id est, carnali immunditia.

Secundo, quia chalybs est ferro compactior, & ideo etiã solidior. Similiter etiam continens est bene compactus, id est, bene compositus in moribus, & solidior, id est, stabilior. Sed e contra inconti nens incompactus est, id est, incõpositus, sed mollis magis ad cedendum tentationibus, sicut ferrum facilius mollificatur ab igne.

Tertio, quia est durabilior, quia ferrum propter impuritatẽ citius rubiginem contrahit, quæ ipsum consumit. Similiter homo incõtinens citius senectutẽ incurrit, quę ipsum corporaliter debilitat, & consumit, sed homo continẽs diutius viuit, quia nõ cito senescit.

Quarto, quia ignis citius adurit ferrum, quia minus compactũ citius penetrat. tanquam ergo ignis adurens est mulieris pulchræ consortium, vel conuictus, quæ cor hominis incontinentis cito penetrat, & inflammat, Hieron. Flammigero igne percutit mulier conscientiam & inflammat. Sed continens est, sicut chalybs, in quem ardor carnalis amoris non faciliter intrat. Hiero.

Zimiti lapidi correptor, Cotisq; correptio quibusdam exemplis assimilatur, veraq; correptoris munus exprimitur.

Cap. VIII.

CORreptio delinquentis debet esse similis lapidi, qui dicitur Cos. Dicitur. n. sic, eo quòd ad incidẽdum ferrum acuat. Cos enim Græcè, incisio Latinè dicitur. Quia scilicet correptio debito modo facta, etiam à mẽte ferrea, & dura, non tantum vitia amputat, & incidit, sed ad bona eam aptat, & acuit. Sed quædam Cos est, vt dicit Isido. quæ ad acuendum indiget oleo, quædam aqua. Quia videlicet discreta correptio, quandoque indiget oleo lenitatis, secundum illud. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, corripite huiusmodi in spiritu lenitatis. Etiam quandoque indiget aqua austeritatis: Nam (sicut idẽ Isido. dicit) Oleum coti additum lenem, aqua vero acerrimã aciem reddit. Hoc autem agendo Cos proprium habet, quod dũ acuendo alteri ferrit, se paulatim consumit, vt Grego. dicit. Et talis est prælatus malus, vel prædicator, qui dũ aliis prædicando, vel corrigendo proficit, seipsum male viuendo; vel se non emendando amplius condemnat, & destruit. Debet ergo esse, vt Cos, iustitia, vel zelus rectoris, qui dũ linguam vel manũ mouet ad corrigendũ vitia Gal. 6. Isid. Grego.

Digitized by Google

vitia delinquentis, quasi ferrum acuit ad incisionem vlceris. Corrigere volens delicta, debet intendere ad extirpandum vitiorū radices, id est, illa principalia vitia cohibere, ex quibus quasi omnia delicta præcipuè oriuntur, sicut sunt superbia, auaritia, luxuria. Et ideo corrector vitiorum debet esse similis lapidi zigniti. Zignites enim dicitur lapis quasi vitrei coloris esse, qui gestatus ad collum (sicut dicit Dioscorides) sanguinem
Dioſc. stringit, mentis alienationem expellit: & applicatus ligno ardenti, flammā eius extinguit. Fluxus sanguinis refertur ad luxuriam. proxima enim sibi sunt secundum naturam sanguis, & semen: mentis alienatio refertur ad superbiam, qua quis à vera sui cognitione alienatus, æstimat de se, quod nō est. Sed flamma ligni designat cupiditatem, & ardentem auaritiā animi. Vnde cum ista restenantur, omnia vitia cum eis cohibentur.

Vera dilectionis, amicitiæq; effectus, ex variis calcis tartariq; proprietatibus similitudine quadam depromptis exprimuntur.

Cap. IX.

DIlectio veræ amicitiæ assimilatur calci.

Primo ratione igneitatis. Nam
Iſido. secundum Isidorum propter hoc calx viua dicitur, quia quamuis actu sit frigida, occultum tamen in se obtinet ignē. Vnde si aqua perfusa fuerit, mox ignescit. Et quoddam valde mirabile accidit, vt
Aug. de ciu. Dei. Aug. dicit, quia calx ex aqua incenditur: ex qua omnis ignis extinguitur: oleo vero extinguitur, quo omnis ignis nutritur. Similiter vera amicitia, & si aliquando quantum ad exteriores actus videatur frigida, id est, quod non operetur, vel ostendatur exteriori signo, siue propter occupationis alicuius impedimentum, siue quia non sit oportunum; tamen semper ignem viui amoris seruat in intimis cordis. Et propter hoc
Pro. 27. dicitur Prouer. Omni tempore diligit qui verè amicus est. Sed superueniens aqua alicuius tribulationis, seu angustiæ, vel necessitatis, tunc statim ille ignis interior, id est amor, erumpit, & exterius in opere se ostendit. & ideo Salomon ibidē subdit, quòd frater in angustia comprobatur. Vnde ignis veræ dilectionis in aqua, id est, tribulatione, & aduersitate
Valer. Max. magis accenditur: propter quod dicit Valerius Maximus, quòd sinceræ fidei amici præcipue in aduersis cognoscuntur. Sed ex oleo consolationis, & prosperitatis calx dilectionis, quasi extingui videtur, siue quia prosperitas mūdi quandoque extinguit, & tollit dilectionem Dei, siue quia homini in prosperitate posito non est necessarium magna signa, vel obsequia dilectionis ostēdere. Quia (sicut dicit idem Valerius) prospera fortuna cū diuina largitione foueatur, humana minus indiget. Nō decet enim hominem amico in prosperitate posito magna signa dilectionis, vel obsequia ostendere, ne forte æstimetur, quòd propter illius prosperitatem, & propriam vtilitatem eum diligat.
Ariſt. eth. Vnde Philosophus dicit, quod ad amicum in aduersitate positum, eundum est cito, & sæpe: sed ad amicum positum in prosperitate, raro, & tardè.

Secundo, dilectio verę amicitiæ assimilatur calci ratione vnitatis, quia lapis lapidi nō bene coniungitur, nisi ei calce media vniatur. Nam ex calce cum admixtione arenæ & aquæ, fit cæmentū, quo lapides ad inuicem strictius vniūtur. Ita homo homini non vere sociatur, nisi ei dilectione animi immediatè veniatur; quæ scilicet dilectio si cum arena patientiæ,

quæ sub aquis tribulationū moratur, siue sit arena quæ abtritur a fluuio, vel saltem pedibus teratur siue sit quæ lodiatur a terra, quorum vtrunque patientia toleratur, & iterum cum aqua sapientiæ misceatur, cæmentum, id est, glutina faciet perfectæ vnitatis. Nam inter quos charitatis dilectio cum patientia & sapientia viget, ibi perfecta vnio & iocunda societas adest, de qua dicitur
Psal.132 in Psalm. Ecce quàm bonum, & quàm iucundum, habitare fratres in vnum.

Tertio, ratione vtilitatis, & bonitatis, quia sicut dicit Isido. illa calx est melior, & vtilior, quæ ex lapide albo, & duro generatur Et sic illa inuenitur vera, & vtilis amicitia, quæ ex animo puro, & vero generatur. Vnde philosophus probat, quòd prauorum amicitia, qui non se puro animo diligunt, non est amicitia vera. Et secundum Aug. Amicitia, quæ deseri potuit, nunquā amicitia vera fuit. Vnde vera amicitia debet esse pura, & firma.

Isido.
Ari. in ethi.
Aug.

Item dilectio proximi assimilatur tartaro.

Primo ratione terræstreitatis: nā tartarum est vini fæculentia, & terræstreitas, quæ ad modū terræ, vel mollis lapidis cirea partes doli) induratur, & vulgariter apud Tuscos dicitur Gromma. Vino autem assimilatur charitas, cuius pars subtilior, & purior, dilectio Dei est: sed fæculentior pars, & terræstrior, est dilectio proximi, quæ tamen in dolio cordis debet circunquaque diffundi, & firmari, secundum illud: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris.
Rom. 5.

Secūdo, ratione qualitatis: quia talis vini crusta calida est, & ficca in tertio gradu: quia scilicet dilectio proximi calefacit cor per cōpassionē, secundum illud Apost.
2. Cor. 12. Quis scandalizatur, & ego non vror? Et deficcat omnē inordinatum humorē, id est, omnē prauā affectionem erga proximum. Est etiā in tertio gradu, quia primus gradus est dilectio Dei, secundus dilectio sui, tertius dilectio proximi: propter quod dicitur Matth Diliges proximum tuum sicut te ipsum.
Matt. 22

Tertio, ratione vtilitatis, quia tartarū, sicut dicitur in Platone, extenuat, & mundificat, & consumit: & ideo valet contra icabiem, & serpiginem, & pruriginem, & contra capitis immūditias. Similiter dilectio proximi extenuat substantiā, siue diuitias hominis, quando facit largiri superflua, secundum illud Lu. Quod superest, date eleemosynam Sed tunc magis consumit, quando facit largiri necessaria. Iob. Si comedi buccellam meam solus. Et tunc mundat immunditias capitis, hoc est impuritates mentis huiusmodi eleemosynas largiendo, secundum illud Luc. Date eleemosynam, & ecce omnia vobis munda sunt.
Plato.
Luc. 11.
Iob. 31.
Luc. 11.

Artis naturæ atque distinctio, cui variis similitudinibus triplex eloquentia comparatur.

Cap. x.

ELoquentia assimilatur æri.

Primo ratione generationis: quia æs, siue cuprum, generatur, sicut cætera metalla, ex sulphure, & argento viuo, sed hoc accidit, quādo plus est de sulphure, quam de argento viuo, & sulphur est terreum, nō pure rubeū, habens calorem adurentem. Argentū verò viuum est mediocre, nec nimis grossum, nec nimis subtile. Ex tali enim commixtione ęs generatur. Similiter eloquentia componitur ex duobus, scilicet ex meditatione interiori, quæ sulphuri assimilatur, quia in inferioribus venis generatur terræ; item ex pronunciatione exteriori, quæ propter labiorum, & linguæ motum,

Digitized by Google

tũ, argẽto viuo assimilatur, quod scilicet multũ est mobile & propter motum, (vt dicit Plinius) viuum appellatur. Sed debet hoc esse mediocre, scilicet inter grossum, & subtile: quia nec nimis rudia verba, nec etiam nimis subtilia, id est difficilia, sed aperta, & mediocria audientibus conuenientia, sunt accepta in elocutione, vel pronunciatione vulgari. Et de tali eloquentia dicitur Hiere. Cor meũ ad Moab, quasi tibia æris, sonabit, & nominat primo cor, quia in locutione debet præcedere meditatio, & deliberatio cordis Psal. Os iusti meditabitur sapientiam, id est, meditatam sapientiam loquetur: secundo nominat tibiam æris, in qua attẽditur harmonia, siue proportio, & mediocritas quædam soni, quæ pertinet ad pertinentiam, & pronunciationis suauitatem.

Plin. Hier. 48 Psal. 36.

Secundo, ratione distinctionis (sicut enim Isido. dicit) æs si mixtum fuerit alijs metallis, colorem & virtutẽ cõmutat. Vnde quoddam est album ad modũ argenti, quoddã fuluũ ad modũ auri est. Et aliud est genus æris, quod ex ductibili ære attenuatum in lami nas & felle tauri vnctum, speciem auri prætendit, & poni consueuerat in histrionum coronis, propter quod coronarium est vocatũ. Similiter est triplex eloquentia, quædam spiritualis sicut prædicatorum, & hæc præcipuè intendit ad animarum purgationem, & dealbationem, vnde assimilatur æri, quod est album ad modum argenti Psalm. Eloquia Domini, eloquia castra, argẽtum igne examinatum. Prouer. Argentum elẽctum lingua iusti. Alia vero est eloquentia secularis, sicut Rhetorum, & aliorum prælocutorũ secularium, quæ vt plurimum ordinatur ad lucrum auri, vel commodum alicuius temporalis rei, aut re appreciabilis: vnde non incõgrue assimilatur illi æri, quod fuluum est ad modum auri.

Psal. 11. Prou. 10

Tertia vero est eloquentia iocularis, quæ ad delectandum, & solatiandum, sicut & poëtæ, hactenus faciebant: & hæc assimilatur illi æri quod ponitur in histrionum coronis. Quocunque ergo modo sit eloquens, habet aspectũ siue similitudinem æris, secũdum illud Eze. Cuius erat species quasi species æris.

Ezech. 40.

Tertio ratione corruptionis, quia es cito rubiginatur, nisi oleo perfundatur: Vasa enim ærea fiũt rubiginosa, nisi confricentur arena, ex quo accipitur quod omnis eloquens, & linguosus contrahit, & tenet peccati rubiginem. Iob. Est quasi lignum putridum æs, nisi præseruetur gratiæ, siue charitatis vnctione: propter quod dicebat Apost. Si linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem non habeam; factus sum velut æs, & cætera, vel nisi ab hac rubigine purgetur asperitate pœnitentiæ. Et idcirco (vt Hieron.) melius est habere sufficientiam sanctam, quam eloquentiam pectatricem.

Iob. 40. 1. Cor. 13. Hiero.

Quarto ratione sonationis, quia æs maximè conuenit officio campanarum, & tubarum propter sonoritatem. Quasi autem campanæ optimè sonantes, & à remotis partibus audibiles fuerũt Sancti Apostoli: quia in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, vt dicitur in psalm. Sed quasi tubæ æreæ sunt doctores, & prædicatores alij. Prædicatori enim dicitur. Isa. Clama, ne cesses, & quasi tuba exalta vocem tuam, Hierem. Vox eius quasi æris sonabit.

Psal. 18. Isa. 58. Hier. 46

Quinto ratione curationis, quia æs contra infirmitates multas vim tutè habet. Nã (sicut dicit Plin. & etiam

Plin.

Digitized by Google

etiam Dioſc.)æs exuſtum, & pulueriz atum habet virtutem diſſoluendi, & conſumendi, extenuandi, expurgandi noxios humores, vulnera ſanat, caliginem oculorum purgat, ſuperfluas carnes corrodit, & vltra creſcere nō permittit. Sic eloquentia, & lingua prædicatoris ſi fuerit adusta, id eſt, igne Spiritus ſancti ignita, & inflammata, & pulueriz ata, id eſt humilitate fundata, vel pulueriz ata, id eſt, diligenter, & ſubtiliter declarata: quia quaſi æs durū conteritur, dum verbum difficile, vel obſcurum diligenter exponitur. talis inquam eloquentia habet virtutem diſſoluendi duritiā cordis, & conſumendi humorem carnis, id eſt, luxuriam, extenuandi plenitudinem diuitum, dū eos mouet ad diuitiarū largitionem & mundi cōtemptum: Item purgandi noxios humores, id eſt, noxios affectus hominum peccatorum: ſanat etiam plurimum vulnera, id eſt, vitia tentationū, purgat caliginem errorum, corrodit ſuperfluas carnes, id eſt, ingluuedinem gulo ſorum, & etiam eas retinet ne creſcant, per abſtinētiæ, & temperantiæ remedium. Omnia enim hæc ſancti prædicatores operantur frequenter in conuerſione peccatorum. Et ideo ipſi ſunt inſtrumenta curationis, & ablutionis peccatoris. Exod. Præcepit Dominus fieri labrum æneū ad lauandum: per quod labrum eloquentia ſignatur, ſeu doctrina prædicatorum, quæ ablutiua; & mundificatiua eſt vitiorū, & ſordium hominum peccatorum. Exo. 40

Euchariſtiæ ſimilitudines quadam, quæ ex variis diadetis, eſchytis, & lapidis propriis ſatibus excipiuntur.

Cap. XI.

EVchariſtiæ ſacramentum aſſimilatur lapidi, qui dicitur diacletes, qui eſt pallidus, lucens, vt berillus: qui (vt dicitur in lapidario) ſi mortuo applicetur ſtatim ſolitas perdit vires. Sanctus enim hic lapis eſt, & quem mors ſternit abhorret: ſic euchariſtiæ ſacramentum abhortet eum qui eſt in peccato mortali, à quo ſi aſſumatur, nō ei prodeſt, ſed obeſt: Nō enim iſte cibus eſt cibus mortuorum, ſed viuorum. Ioan. Qui manducat me, & ipſe viuet. Ioan. 6

Item Chriſtus ſub cibo ſacramentali contentus ſimilis eſt illi lapidi, qui dicitur eſchites, qui inuenitur in nidis Aquilarum, de quo dicitur, quod ſi de veneni fraude aliquis ſuſpectus fuerit, ſi reus fuerit, & hic lapis ſub cibo poſitus, quærit cibum, eum deglutire non ſinit: ſed ſi ſubtractus fuerit lapis, mox eum deglutiet. Sic Chriſtus, qui inuenitur in nidis Aquilarum, id eſt, in cordibus contemplatiuorum virorum poſitus, id eſt, cōtentus ſub cibo ſacramentali, reum veneni, id eſt, peccati mortalis, glutire nō ſinit. vel reum fraudis, id eſt, hypocritam, vel fictum, ipſum cibum deglutire non ſinit, ſcilicet ſpiritualiter. Nam licet fictus, vel in peccato mortali exiſtens manducet ipſum ſacramentaliter, nō tamen ſpiritualiter, vt ſacramenti ipſius percipiat effectum. Vnde ſpiritualiter quoad animam ipſum non deglutit. Et ideo ſicut Apoſtolus dicit: Probet ſe homo vnuſquiſque, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. 1. Cor. 11.

Chriſtiana fidei perfectio atque dignitas, ex perfectione naturali, carbunculi virtute, pluribus ſimilitudinibus aperte monſtratur.

Cap. XII.

FIdes Chriſtiana aſſimilatur lapidi carbunculo.

Primo, ratione fulgoris, dicitur enim carbunculus, quia videtur quaſi carbo ignitus nō ardore, ſed ſi cen-

Digitized by Google

splendore, cuius fulgor est tãtus, quod nec nocte vincitur: lucet enim in tenebris, adeo vt flãmas ad oculos vibret. Sic fulgor fidei Christianæ tantus est, quod nocte, id est, tenebrositate hæreticorũ, vel obscuritate persecutionum, vel caligine peccatorum, vinci, vel extingui non potest. Nam in omnibus huiusmodi tenebris sic fides catholica fulget, vt flammas interdum excæcãtes, interdum vero illuminantes, ad oculos interiorum mentium vibret. Nam de lumine fidei aliqui excæcantur, scilicet, nõ rectè credentes: vel quod credunt, nõ tamen facientes. Quidam vero illuminantur, vt veri & viui fideles, qui habent fidem per dilectionẽ operantem. Eccl. Gemmula carbunculi in ornamento auri, &c. Nam per ornamentum aureum intelligitur charitas; per gemmã vero carbunculi, fides. Vnde carbunculus ponitur in auro, cum fides catholica charitatiuè operatur; & hæc est, quæ verè illuminat, & ad salutem operatur.

Eccl. 32.

Secundo, ratione distinctionis. Sunt enim 12. genera carbunculi fulgẽtis, & radios ad modũ ignis emittentis, & candida zona præcincti, vt dicit Isid. in quibus 12. significantur articuli, quibus ipsa fides distinguitur: de quorum distinctione dictum est supra in primo libro, capitulo 25. Qui articuli omnes 12. mirabilibus radijs veræ cognitionis, eorum quæ ad nostram salutem pertinent, nos illuminant. Sed quasi zona alba, est simplex fidei veritas, qua intellectus credentis astringitur, vt vnicuique articulo firmiter inhæreat, etiam si rationem non videat.

Isidor.

Tertio, ratione variationis, quia carbunculi proprium est, quod proiectus in ignem velut inter mortuos carbones extinguitur, sed aqua perfusus exardescit. Sic fides quasi in ignem proijcitur, quando fidelis quisque in peccatũ mortale prolabitur: quia peccatum perpetratum appetitũ peccandi non extinguit, sed amplius accendit, sicut lignum appositum igni. Et propter hoc peccatum assimilatur igni, quod dum opera fidei cessare facit, ipsam fidẽ mortificat, & extinguit, quia fides sine operibus mortua est. Sed tunc carbunculus aqua perfunditur, & quasi reuiuiscit, quando fidelis mens ad pœnitentiã reuertitur, & lachrimarum aqua perfunditur. Tunc enim redeunte diuina gratia, & reparatã charitate amissa, restituitur etiã fidei vita, id est, vigor operandi: quia fides per dilectionem operatur.

Iac. 2.

Gal. 5.

Quarto, ratione valoris, vel cõparationis: quia est quædam species carbunculi, in qua inter lucidos ignes apparent quædam guttæ aureæ, & hæc gemma respectu aliarum est quasi precij incompabilis. Quasi autẽ gutta carbunculi aurea in lucido igne, est patientia fidelis hominis in tribulatione sua, & persecutione quam patitur, præcipuè pro ipsa fide: & hæc vocatur probatio fidei, quæ est quasi incomparabilis precij, secũdum illud Pet. Vt probatio fidei vestræ multo preciosior sit auro.

1. Pet. 1.

Quinto, ratione vigoris, quia carbunculus sculpturis, & simulacris resistit, siue idolorũ, quia fides idolatriã horret: siue auarorũ quia auaritia est idolorũ seruitus.

Item fides sanctorum assimilatur lapidi, qui dicitur amiathõ, a quo, vt dicit Isido. Si vestis tacta fuerit, contra ignem resistit; & si supra ignem posueris, non ardebit, sed splẽdore accepto nitidior erit, hic omnibus maleficijs magorum resistit. Nam fides sanctorum est, quæ igni, id est, persecutionis seruori, siue persequen-

Gal.

tium

tium furori à principio ecclesiæ restitit, & finaliter ipsum superās vicit, secundum illud. Hebr. San-
Heb. 11. cti per fidem vicerunt regna, & ita extinxerunt impetum ignis. Et hæc est etiā, quæ splendorem miraculorū accepit, & quæ per processum temporis nitidior & purior apparuit: & hæc insuper est, quæ omnia magorum præstigia & maleficia repulit, & dānauit, quibus totus mūdus erat ferè plenus

Dei gratiæ perfectiones, quæ ex varijs Iaspidis, Saphyri, Onychini, nitri, salisq; similitudinibus eliciuntur, quemadmodum in corde conseruentur, exprimitur.
Cap. XIII.

GRatia dei assimilatur Iaspidi. Primo, ratione gratiositatis, quia iaspis est lapis viridis, smaragdo similis, sed est grossioris coloris. Color autem viridis su-
Ecc. 40. per omnes colores est gratior oculis. Vnde dicitur Ecclesiastic. Gratiam, & speciem desiderabit oculus: sed super hæc omnia viridem. Et similiter gratia Dei super omnia facit animam magis gratam, & placidam, & perlucidam, coram oculis Dei: & ideo vocatur gratia, quasi gratum faciens. Vnde sicut iaspidis aspectus est gratus oculo humano, sic aspectus hominis, in quo est gratia,
Apoc. 4 gratus est oculo diuino. Apoc. Qui sedebat, similis erat aspectui lapidis iaspidis.

Secundò, ratione diuersitatis: habet enim iaspis diuersitatem specierum: quia sicut dicit Isido. sunt. 27. species iaspidis.

Item habet diuersitatem colorū, quia quamuis præcipuus color eius sit viridis, multos tamen habet alios colores intermixtos: sic gratia Dei habet multos modos, & varios in hominibus facit affe-
1. Pet. 4. ctus Pet. Sicut boni dispensatores
1. Cor. multiformis gratię Dei. Et Apost.
12. Diuisiones gratiarum sunt, &c.

Tertio, ratione vtilitatis: quia valet ad multa Nam primo iaspis febrem refrenat. Et similiter gratia Dei reprimit morbum febrilē id est, inordinatum cupiditatis ardorem, qui est vt febris animæ, dans ei sitim insatiabilem, quam tamen diuina gratia reprimit, & extinguit.

Item iaspis hydropisim iuuat, quādo defertur a patientibus castè. Similiter gratia Dei valet cōtra superbiam, quę est hydropisis quędam, id est inflatio animi, præbens cōtra eā medicinā humilitatis, quę pręcipuè est necessaria virginibus, & continenter viuentibus, ne per superbiam virginitatis perdant eminentiam. Nam quādoque (sicut dicit Gregor.) Deus punit occultam mentis superbiam per manifestam carnis ruinam. Grego.

Item iaspis inter pericula facit hominem tutum Iuuat etiam patientem: quæ etiam competunt gratiæ cōtra vitium accidiæ, quia frequēter accidiosus, & piger bona refugit, timens difficultatem, & periculum vbi non oportet. Prou. 20
Prou. dicit piger, Leo est in vita, &c. Sed hūc timorem gratia Dei expellit, & ideo facit hominem tutum, & solicitum. Quandoque etiam homo piger, & accidiosus, licet bonum opus concipiat, id est, facere proponat, tamen ipsum nimis tardat; & ideo similis est mulieri, quę concipit quidem, sed tempore debito non parit. Contra quod gratia Dei modo iaspidis iuuat ad pariendum, id est, ad bonum propositum opere cōplendum.

Item iaspis interiorem ordorem refrigerat, quia gratia Dei mitigat irā quæ interius accēdit & vrit. Item iaspis luxuriā coarctat: & multo magis hoc agit gratia, à qua continentiæ donum manat, secundum illud Sapien. Non Sap. 8.
possum

possum esse continens, &c.

Item iaspis pulueriz atus, & cū lacte datus, vlcera inueterata sanat. Vlcera autem inueterata, sunt gulæ vitia, siue damna, quæ in ipso mundi exordio in nostris primis parentibus incœperunt, & nunquam plenè sanari potuerūt. Hoc etiam gulæ vitium, siue vlcus cum quolibet homine ab infantia nascitur, & semper cum eo crescit, & nutritur. Vnde nec hoc vlcus sic inueteratum sanatur, nisi per gratiam Dei.

Item iaspis sordes oculorū purgat. Oculorum autem sordes pertinent ad inuidiam: quia nequā
Eccl. 14 est oculus inuidi, vt dicitur Ecclesiast. Etiam inuidenti, & murmuranti de gratia aliis facta, dictum est à patrefamilias, An oculus
Mat. 20 tuus nequam est, quia ego bonus sum? Hanc ergo nequitiam, & impuritatē oculorum purgat diuina gratia, quia inuidiam expellit, dum qui non æmulatur, charitatem, infundit. Et sic patet quòd murus virtutum protegens ab insultu omnium vitiorum ex gratia Dei constituitur: & ideo congruè, vt dictum est iaspidi assi-
Apo. 21 milatur, de quo dicitur Apoca. Structura muri eius, scilicet ciuitatis, animæ ex lapide iaspide. Vnde in ea oportet principaliter animam esse fundatam, si vult euadere vitiorum ruinam, Apoca.
Apo. 21 Fundamentum primum iaspis.

Item gratia Dei assimilatur saphyro, quia generat in nobis septem virtutes secundum 7. conditiones saphyri.

Primo, quia saphyrus habet scintillam relucentem, per cuius relucentiā iudicatur virtus eius. Similiter anima existens in gratia Dei, habet veram relucentiam fidei: quia in peccatoribus gratia Dei carentibus, fides est non verum lumen, sed mortuum, vel extinctum: vnde fides talis est sine operibus meritoriis, & gratuitis, & fides sine operibus mortua
Iac. 2 est.

Secundo, dicitur saphyrus habere virtutem firmandi animū in boni. Et hoc cōpetit gratiæ, quæ in nobis causat spem futuræ vitæ, quā Apostolus assimilat anchoræ, quia animam firmam tenet in
Heb. 6. mari pœnitentiæ, & propter hanc firmitatem dicitur fundamētum.
Apoca. Secundum fundamentum
Apo. 21 saphyrus. & dicitur spes secūdum fundamentum, respectu fidei, quę est primum.

Tertio, dicitur habere virtutē timorē expellendi, quod competit etiam gratiæ, in quātum in nobis generat, & perficit charitatem, cui
1. Io. 3. beatus Ioannes attribuit expellere timorē: vnde in hac anima firmatur, & solidatur contra mundanum timorē. Ideo dicitur Eze.
Ezc. 10 Ecce in firmamēto, quod erat super caput cherubin, quasi lapis saphyrus. In firmamento, hoc est in Deo, in quo omnia stabilita sunt, & firmata sunt: quod caput cherubin, id est, omnē scientiæ subtilitatem transcendit, est quasi saphyrus lapis, quia scilicet in ipso Deo nos collocat, & firmat gratia charitatis, & quasi ei similes per
1. Io. 4. firmitatem, & fortitudinem facit. Ioan. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo Et ideo in tam tuto loco positus, nihil timere potest, seu debet.

Quartò, saphyrus habet vim vulnerū sanatiuam, si pulueriz atus, & lacti admixtus superponatur. Quod etiam competit gratiæ propter zelum correctionis iustitiæ, quia vulnera vitiorum, dum puniuntur, purgantur, & curantur. Sed etiam debet rigor iustitiæ lactis suauitati misceri, id est, misericordiæ, seu lenitatis dulcedini, quia misericordia superexaltat iudicium: vt dicitur
Iac. 3 Iacobi.

Quinto,

Quinto, quia saphyrus vegetat, & integra membra præseruat. Quod etiam competit gratiæ, in quantum in nobis generat temperantiam, per quam non solum anima, sed corpus vegetatur, & in sanitatis omniũ membrorũ integritate seruatur. Cant. Venter tuus eburneus distinctus saphyris. Sunt enim quasi distincti saphyri in ventre, diuersæ partes tẽperantiæ in carne, vt sobrietas, abstinentia, & castitas, &c. Cant. 5.

Sexto, saphyrus audacem, & victorem facit quod etiã facit gratia, in quantum in nobis fortitudinem generat, quæ contra pericula facit audere, & saltem animo vincere.

Septimo, quia quandoque saphyrus inuenitur in venis minerarum, in quibus inuenitur lazurium. In quibus etiã venis, quasi in medio, sicut in quodã ventre, quædã species carbunculi inuenitur: vnde à multis saphyrus mater carbunculi creditur, eo quòd in eius venis generetur. Sic gratia in nobis generat carbunculũ fulgentem; id est, prudentiã nos in agibilibus dirigentem, & illuminantem. Hæ autem prædictæ virtutes, quæ saphyri conditionibus congruunt, sunt velut fundamentum in quibus fabrica mentis erigitur. Isa. Fundabo te in saphyris. Item ipsæ eædem sunt lapides, ex quibus domus Dei construitur. Iob. Locus saphyri, lapides eius. Tob. Portæ Hierusalem ex saphyro. Isa. 54. Iob 28. Tob. 13

Item gratia Dei assimilatur onychino.

Primo ratione coloris. Onychinus enim Arabicus est nigri coloris cũ candidis zonis, quia gratia Dei, licet denigret per aspectũ humilitatis, tamẽ circũcingit zonis puritatis. Nã vna zona alba est continẽtia carnis, alia puritas mentis. Can. Nolite me cõsiderare, quòd fusca sim: quia decoloranit me Sol. & in eodẽ. Nigra sum, sed formosa: nigra per humilitatem, formosa per puritatem. Cant. 1.

Secundo, ratione virtutis, quia onychinus Arabicus, secundum Dioscoridem tristitiam excitat, timores multiplicat, animos cõmouet ad lites & ad rixas. Similiter diuina gratia excitat tristitiam pœnitentiæ in homine, multiplicat timores mortis, iudicij, & gehennæ, animos cõmouet ad lites, & rixas iustitiæ. Ex diuina enim est gratia, eum homo pœnitẽs cũ seipso rixatur, & litigat, vt de seipso iustitiam faciat. Apostolus: Si nosmetipsos dijudicaremus, non vtique à Domino iudicaremur. Et hinc est, quòd in rationali positi sunt lapides onychini: quia dum hominis mens rationalis diuinæ gratiæ radiis perfunditur, ad se ipsum diiudicãdum, vel puniendum protinus excitatur. Exo. Accipere debetis lapides onychinos ad ornãdum ephot, & rationale. Tam enim ex gratia prœueniẽte, qui ex subsequente rationale hominis, id est, mens hominis, seu anima rationalis ornatur. 1. Cor. 11. Exo. 25.

Item gratia Dei conseruatur in corde, sicut vnguentum in alabastro. Nam ex alabastro sunt vnguentaria vasa, eo quòd seruet vnguenta omni tempore incorrupta: Vnde Matth. dicitur, quod accesit ad Iesum mulier, habens alabastrum vnguenti præciosi. Est enim alabastrum solidum, frigidum, candidum, & variis coloribus tinctum. Et tale debet esse cor hominis, vt sit gratiæ diuinæ conseruatiuum, scilicet candidũ per munditiam, solidũ per patiẽtiam, frigidum per continentiã, & variis coloribus tinctũ per bonarum cogitationũ, siue affectionum copiam. Matt. 26.

Item gratia Dei assimilatur

Digitized by Google

nitro, de quo Salomon loquitur,
Pro. 25. dicens: Acetum nitro, &c. Nam
Plini. nitrum secundum Plin. & Dios. mundificat saniem stomachi, & intestinorum ex apostemate procedentem saniem etiam capitis detergit, spuma eius corrosionibus & inflammationibus subuenit. Vnde etiam hydropicis proficit, & cum melle mixtum caliginem oculorum detergit, venenu repellit, & paralysim linguæ potenter dissoluit. Similiter diuina gratia mundificat saniem stomachi, & intestinorum, id est, vitium gulæ. Item tergit saniem capitis, id est, superbiam mentis expellit. Itē nitri spuma, id est, gratiæ Dei feruor, corrosionibus & inflammationibus iræ subuenit hydropicis, id est, his in quibus exuberat fluxus inordinatus humoris aquosi, id est, lubricum luxuriæ, proficit: sed mixta cum melle, id est, cum amoris dulcedine, caliginē oculorum abstergit. i. cęcitatē mentis, quā inducit inuidia, s. bona opera videri mala, & venenum charitatis. i. cupiditatis re-
August. pellit. Dicit enim August. quod venen si charitatis, est cupiditas. Item paralysim lingue, id est, impedimentum confessionis tollit.

Item gratia Dei assimilatur sali, propter multas virtutes salis,
Auic. quas Auicenna ponit.

Primò, quia sal habet virtutem dissoluendi: quia scilicet diuina gratia plęrumque dissolvit duritiem hominum auarorum, & ad pietatem & compassionem emollit corda eorum.

Secundò, quia habet virtutem mundandi, quia scilicet gratia purificat immūdiciam luxuriosorū. Habet enim sal virtutem putridas carnes corrodendi, maximè quando est exustum, & hoc est, quia gratia remouet putredinem luxurię.

Tertio, quia habet virtutē vo-
tositatem extenuandi, & diuidendi, maximè si pulueriz atum, & co ctum, & calidum super stomachi orificium iacelletur. Aqua etiam salinata, tumores & inflationes, & hydropicas passiones soluit. Quia diuina gratia vanas gloriosorum ventositates extenuat, eos humiliando: & tumiditates, & inflationes etiam superborum soluit aqua salinata. i. tribulatione, morte etiam aspera eos implendo.

Quartò, quia habet virtutē humores putridos & corruptos cōsumendi, quia scilicet diuina gratia putridos, & corruptos affectus consumit inuidorū. Dicitur enim Prouerb. quod putredo ossium, Prou. 14
inuidia.

Quintò, quia habet virtutem humiditatem naturalem coadunandi, & seruandi, & innaturalē resoluendi, & absūtergendi. Quasi autem virtus naturalis, est virtus mansuetudinis, quia homo est animal mansuetum natura, e contra autem innaturalis est huiusmodi iracundia, quæ mansuetudini opponitur: vade diuina gratia, quæ est naturæ completiua, mansuetudinem hominis coadunat, vt eam diuersa perturbantia non dispergant, & conseruat eam ne superetur ab ira. Econtra autē inordinatam iram, quæ humanæ naturæ non congruit, resoluit, cor humiliando, & abstergit per patientiam, & tristitiam, & impetum iræ refrenando: vel resoluit, id est, annihilat irā in corde, & abstergit ne crescat, vel implea tur in opere.

Sextò, quia habet virtutem vētrem remolliendi, & superfluitatem educēdi, & maximè fulgemma, quod clarum est sicut gēma: Hoc autem competit diuinę gratiæ, in quantum remouet vitium gulæ, à qua est vitium, & superfluitas ventris.

Digitized by Google

Septimo, quia sal habet virtute venenoso humori resistendi. Vnde sal cum melle & cum pane sanat antracem, vt Auicen. dicit. Quasi ergo venenosus humor sua frigiditate calorem cordis extinguens, est vitium accidiæ, quod sua frigiditate, id est, pusillanimitate vigorem, & calorem cordis, qui est ex charitate, extinguit. Sed hoc accidiæ venenū, sal, id est diuina gratia, cum melle, id est, cū dulcedine contemplationis, & cū pane doctrinæ spiritualis, siue cū pane lachrymosæ compunctionis, penitus expellit, propter omnia prædicta, dicitur Lucæ. Bonum est sal, &c. Col. Sermo vester gratiæ sit semper sale conditus.

Luc. 1. Coll. 4.

Vera humilitatis exempla, quæ ex magnetis, & allectoria lapidis effectibus variis accipiuntur, patefiunt.

Cap. XIIII.

HVmilitas assimilatur magneti.

Primò, quia magnes habet virtutem attractiuam. Nam adeo attrahit ferrum (secundum Aug.) vt catenam faciat amoueri. Et vt idem dicit, tanta est eius vis, quòd si quis eundem magnetem sub aureo, vel æneo vase tenuerit, ferrumque desuper posuerit, admodum de subter lapidis, ferrum desuper mouebitur. Sic etiam est tanta humilitatis virtus, vt etiam mentes ferreas, & diuisas aliquando moueat, & placet, & attrahat ad dulcedinem, & mititatem. Sic etiam humilitas, & benignitas Dei sustinentis, cor peccatoris etiam durū deberet mouere, & ad pœnitentiam attrahere, Roma. 2. An ignoras, quòd benignitas Dei te ad pœnitētiam adducit? Etsi vas aureum, id est, cor sapiens, vel vas æneum, id est, os eloquens, se medium interponat; tunc maximè magnes, id est, humilitas visa mouebit mentem duram. Vnde humilis vita prædicantis, adiuncta ei sapientia cordis, & eloquētia oris, quasi omne ferrū, id est, omne cor durū mouebit. Sed notandum, quòd in Aethiopia est alia species magnetis, quæ ferrum non attrahit, sed fugit, & respuit, sicut & apud nos videmus, quod aliquando idem magnes in vno angulo ferrum attrahit, & in alio a se pellit. Ex quibus accipitur, quòd homines superbos expedit quandoque humiliter & dulciter attrahere, quādoque vero expedit eos sagaciter fugere, & declinare; quandoque expedit eos violenter expellere & fugare.

Rom. 2.

Secundò, quia magnes habet virtutē reconciliatiuam. Quia secundum Dioscor. reconciliat maritos vxoribus: quod siue verum sit, siue nō de magnete, de humilitate plerunque verissimum esse contingit: quia per humiles responsiones, vel blanda verba mulier mārītum suum durum, vel iratum frequentiùs emollit, & placat. Sic anima peccatrix sponsum suum Christum pro peccatis offensum per humiles lachrymas placat, & caro aduersa spiritui per humiles abstinentias ipsum sibi humiliter confœderat.

Dioscor.

Tertio, quia magnes habet virtutem gratificatiuam: auget enim (vt dicunt) gratiam, & pulchritudinem in sermone: quod quidem de humilitate verissimū esse constat, quia humilitas prædicantis auget ei gratiam sermonis. Nam Deus superbis resistit, &c.

Iac. 4.

Quartò, quia magnes habet virtutem curatiuam. Nam cū mussa valet ad curandum hydropisim, splenem, & alopeciam. Sic humilitas curat hydropisim. i. inflationem superbiæ, & splenem, i. dissolutionem ineptæ lætitiæ: quia dicitur, quod splen ridemus, sicut

Digitized by Google

felle irascimur, & alopeciam, quæ capillos cadere facit, siue fluere ex capite, id est, casum, siue fluxū spiritualium virtutum ex mente: quia humilitas virtutes conseruat in mente, propter quod dicit Greg. quòd qui virtutes cæteras sine humilitate congregat, quasi puluerem in ventum portat. Item prælatorum humilitas assimilatur cuidam gemmæ, quæ dicitur allectoria. Est enim lapis, qui inuenitur in ventriculis gallinaciis, cuius magnitudo est ad fabæ quantitatem. Hic, vt Dioscor. dicit, venenum excitat, gratum facit, & constantem, victorem, discretum, & oratorem, amicos reformat, & sitim mitigat. Hæc autem de illo lapide, siue vero sint, siue non, tamen humilitati verissimè competunt. Hæc enim, scilicet humilitas inuenitur in ventriculis gallinaciis, id est, in cordibus prælatorum, & imitantium Christum, qui se gallinæ comparauit, vt dicitur Matth. Quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, &c. Hic, inquam, licet parua sit quantitatis per reputationem, tamen est curatiuæ virtutis, quæ dicet venenum excitet dæmonum, vel etiam inuidorum; tamen facit prælatum gratum in conuersatione, constantem in persecutione, victorem in tentatione, discretū, in correptione, oratorem, id est, facundum & gratiosum in exhortatione, amicabilem in reconciliatione: & mitigat etiam sitim, id est, appetitū ambitiosum dominandi. Hæc omnia facit humilitas vera in bono prælato.

Ergo.

Mat. 24

Lapidis cælidonij variatio, origo, virtus, ad vtrū humiles suis perfectionibus assimilantur. Cap. XV.

HVmiles homines assimilantur cœlidonijs. Nam humiles plærumque, quanto in apparentia videtur minores, tanto sunt in virtutibus excellentiores, & in operibus efficaciores. Sic enim accidit de cælidonijs, qui sunt lapilli de ventre hirundinis extracti, quorum vnus est niger, & alter rufus: qui licet sint parui, & deformes, in virtutibus tamē multis aliis sunt maiores. Nam rufus valet contra lunaticam passionē, contra insaniam, & contra antiquum languorem, & facit hominem facundum, placentem, & gratum. Niger vero valet contra noxios humores, risas, & febres, & lotus aqua sanat oculos, vt dicitur in lapidario, vnde in illis duobus lapillis duplex humilitas repræsentatur.

Primo, sapientium: quia sicut dicitur Prouer. vbi humilitas, ibi sapientia, vnde Pro. dixit, quòd inter sapientes sapientior est qui humilior existit. Hæc est ergo, quæ valet contra lunaticam passionem, id est, mutabilitatē stultitiæ: quia sicut stultitia facit mentem instabilem, & variabilem ad modum lunæ, ita sapientia facit hominem stabilem ad modū solis, qui semper est in se vniformiter lucidus. Et ideo dicitur Ecclesiast. quòd homo sanctus in sapientia sua manet, sicut Sol: stultus vero sicut luna mutatur. Item valet contra insaniam, id est, contra furorem iracundiæ: quia homo dum sapienter respondet, & humiliat se tacenti, & humiliter cedit ei, frangit furorem iræ eius, vel saltem euadit. Item valet humilitas contra antiquum languorem, id est, contra inueteratum odium, quia frequentes sapientes humili & dulci lingua, vel opere, antiqua etiam odia conciliant. Hæc etiam est, scilicet sapientis humilitas, qui sicut facit verbum facundum, sic etiam & gratum.

Prou. 16

Eccl. 26

Secundò autem cælidonius, qui

est niger, repræsentat humilitatẽ pœnitentium. Hæc est enim quæ noxios humores, id est, nociuas affectiones purgat, iras frenat, & febres, id est, carnis calores refrigerat, & etiam oculos mentis à cæcitate superbiæ sanat.

Inferni ignis, quomodo inextinguibilis semper maneat, rationibus, exemplisque naturalibus approbatur.

Cap. XVI.

IGnem gehennæ inextinguibilem, & semper durabilem esse, non est incredibile, & præcipue per diuinam potentiam, cum legatur, secundum naturam, albeston, qui est lapis Archadiæ ferrei coloris, & ab igne sic dictus, quia semel accensus, nunquam extingui potest. Vnde in quodam templo Dianæ erat lucerna ex huiusmodi lapide semper ardens, ita vt nulla tempestate, nullo imbre extingui posset sicut Isidor. refert. Vnde pagani maximum suæ Dianæ miraculum esse arbitrabantur. Ergo si hoc fieri potest virtute naturæ in materia lapidea, ita vt non amplius ignis succendatur, nec vnquam extinguatur; quanto magis fieri hoc potest virtute Dei in alia quacunque materia, vt scilicet ignis inextinguibilis perpetuo conseruetur? Vnde Gregorius dicit exponens illud Iob. Deuorabit eũ ignis. Ignis corporeus, qui nunc succenditur, vt vltra corporeis indigeat fomentis, nec valeat nisi succensus esse, & nisi refotus subsistere: ac contra gehennæ ignis cum sit corporeus, & in semetipso reprobos corporaliter exurat, nec studio humano succenditur, nec ignis nutritur, sed datus semel, durat inextinguibilis, & succensione non indiget, & ardore non caret: Ratio huius dissimilitudinis est: quia ignis iste, qui apud nos est qui lignis nutritur, & ab homine succenditur est artificialiter, & per violentiam in alienam materiam introductus, sed ignis ille ignis non indiget quibus foueatur, vel quia est in materiam propriam existens, vel in materia aliena non per violentiam, sed per naturam à principio intrinseco, sicut etiam accidit in sulphure. Vnde non est accensus ab homine, sed à Deo, qui illam naturam instituit: & hoc est, quod dicitur. Isa. Flatus domini, sicut torrens sulphuris accendens eam.

Isid.

Greg. mor. Iob. 20.

Isa. 30.

Hypocritarum iniquitas qualis existat: ex aurichalci lapidisque chrysolenij natura explanatur.

Cap. XVII.

HYpocrita assimilatur aurichalco.

Primo, quia aurichalcũ est alieni coloris ostentatiuum: habet. n. auro similem colorẽ, sed eius non habet valorem. Similiter homo hypocrita habet quidem exterius apparentiam sanctitatis, sed tamen non habet interius existẽtiam veritatis, vnde dicitur hypocrita, ab hypos, quod est sub, & crisis, quod est aurum; quasi aliquid habens sub auro, id est, sub apparentia auri, scilicet sub apparentia sanctitatis, malitiam iniquitatis Matthæus. Vos quidem à foris apparetis hominibus iusti, interius autem plen estis hypocrisi & iniquitate. Tales abundabunt in fine mundi in ecclesia, quando multi etiam descendent, & declinabunt à vera sanctitate ad fictam religionem. Vnde legitur. Reg. quòd vasa, quæ fecit Iram, de auricalcho erant. Iram enim interpretatur ciuitas descẽdens, & signat flatum ecclesiæ in fine descendentis, & declinantis à cælestibus ad terrena: cuius vasa erunt de aurichalco, scilicet

Matt. 23

3. Reg. 7

clerici, &c

clerici,& religiosi hypocritæ,ficti.

Secúdo, quia aurichalcum interiorum est infectiuū. Nā cibaria nimis diu in vasis de aurichalco seruata,vitio eorum saporem horibilem contrahunt, & odorē. Et sic desideria,& verba iniqua,quæ diu hypocritæ in cordibus abscōdita tenuerunt,quando ea producere,& opere exequi possunt, inueniuntur horribilia, & hoc est quod hypocrisis interiores affectus corrumpit. Apoc. Pedes eius Apoc. 1
1.affectus, similes aurichalco: quia scilicet sunt per hypocrisim infecti,& simulati.

Tertio,quia aurichalcum est suę vtilitatis paulatim detectiuum. Nam vasa ex aurichalco facta in sui nouitate sunt tam pulchra, vt videantur aurea, sed paulatim à fulgore primo hebetātur,& quasi nubiginantur, & sic semper, quasi in peius,tam odore, quam colore cupream suam originem protestantur. Aurichalcum enim fit ex cupro, sed ex commixtione æris, & stanni,& auripigmenti,& quibusdam alijs mediantibus producitur in igne ad colorem auri, vt dicit Isidō. Sic hypocrita, cum sit verè malus, in quibusdam actionibus & conatibus prætendit quandam exterius speciem sanctitatis:ita vt primo, quando ab aliquo nouiter videtur,vel de nouo incipit inter aliquos conuersari,videatur eis sanctissimus, sed quia nihil fictū est durabile,si diu ibidem permanet, paulatim ex contrarijs operibus seipsum manifestat. Et ideo Dominus dixit: A fructibus eorum cognoscetis Matt.7.
eos. Quidam tamen ita cooperti sunt, vt vix vel nūquam cognosci possint; & tales cum sint aurichalcum, frequenter recipiuntur pro auro:econtra autem illi qui sunt,vt verum aurum, ab ipsis reputantur vt aurichalcum, qui dicunt eos esse hypocritas. Ecclesiastici Collegisti, quasi aurichalcum,aurum.

Item homo hypocrita assimilatur lapidi chrysolenio,qui est species quædā lapidis chrysoliti: hic f. chrysolenius est colore aureus, sed de mane est pulchrioris aspectus,postea hebetatur, & est ignis capacissimus. Vnde si igni approximatur,citius inflammatur, vt dicit Isidō. Similiter hypocrita colore est aureus, quia sanctitatem prætendit; & de mane apparet pulchrior, quia feruenter incipit: sed postea hebetatur, quia prosequendo deficit:ignis est capacissimus, quia inflāmationes tētationū facillimè,& delectāter recipit. Isido. li ethi.

Iustitia perfectio atque necessitas, ex quā plurimis ferri similitudinibus absolute describitur.

Cap. XVIII.

IVstitia bene regentium assimilatur ferro. Primo propter duritiem. Ferrum enim(vt dicit Isid.) dictum est à feriēdo, quia scilicet duritia sua feriendo domat omnia genera metallorum. Et iustitia regentis, domare & ferire debet omnia genera rebellium, & superborum,& reipublicæ pacem turbantium. Psalm. Reges eos in Isido. l. eth. Psal. 2
virga ferrea, & tanquam vas, &c Prou. Rex qui sedet in solio iudicij,dissipat omne malum intuitu Pro. 20.
suo. Secūdo propter temperiem, nam ferramenta mos est cū oleo temperare, ne frigiditate aquæ nimium indurentur, vt dicit Isid. Sic & plerumque temperanda est seueritas iustitiæ cum oleo misericordiæ, vnde Samaritanus sa- Luc. 10.
ciati vulneribus oleum infudit,& vinum. Vinum autem mordens significat seueritatem iustitiæ,sed oleum leniens, suauitatem misericordiæ. Et in arca Moysi, quæ gerit typum regiminis, non tantum fuit virga percutiens, sed & manna dulcescens: vt per vir-

Digitized by Google

gam rigor iustitiæ, per manna vero dulcedo misericordiæ significaretur. Ecclesiastici. Initium necessariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis, ferrum, & lac. In aqua accipe mollitiē misericordiæ, in igne feruorem iustitiæ, in ferro correptionis asperitatem, in lacte remissionis suauitatem: quæ omnia necessaria sunt regentibus, vt subditorum vita pacifice gubernetur.

Eccl. 39

Tertio propter rubiginem, rubigo enim (vt dicit Iud.) est vitiū rodens ferrum &c. hoc accidit sibi ex suæ substantiæ impuritate, siue ex terræ contactu & vicinitate, siue ex sanguinis, vel cuiuslibet infecti vaporis qualitate. Et addit ad hæc Isido quòd à ferro se humanus sanguis vlciscitur, quia nullius alterius rubigine sic ferrum consumitur, sicut quando humano sanguine maculatur. Simili quoque modo iustitia præsidentis rubiginatur, id est, corumpitur, & maculatur, quandoque quidem ex malitia, & impuritate regentis; quia non habet puram intentionem in facto, scilicet non intendens ad bonum reipublicæ, sed potius ad aliquid proprium: quãdoque vero ex contactu terræ, id est, acceptione, vel spe alicuius muneris terreni, & lucri temporalis: quandoque vero ex infectione sanguinis, vel alicuius vaporis, id est, ex ira, vel odio, vel alia inordinata passione, siue affectione, sed nulla deterior est, vel maior corruptio, quam si peruersō iustitiæ iudicis iudicio sanguis fundatur innoxius. Num. Si quis percusserit ferro, & mortuus fuerit, qui percussor est reus erit homicidij, & ipse morietur.

Isid. li. 16.

Num. 35.

Quarto propter vtilitatem multiplicem. Nam vsus ferri magis est vtilis, & magis necessarius quàm vsus auri, licet aurum amplius ab auaris diligatur. Nam sine ferro reipublica tutè non agitur, nō acquiritur, nec secure seruatur, nec sine ferro ab hoste defenditur ferro regitur communis potentia, defenditur innocentia, tuta sunt regna, & reprimitur malorum superbia. Item sine ferro nullum mechanicum opus quasi perficitur, nullum quasi opus vel ædificium erigitur, agricultura non exercetur, vestis nō inciditur, panis non editur, & breuiter quasi in humanis rebus sine ferro nihil ad perfectionem adducitur. Omnia autem hęc magis competunt iustitiæ, quam ferro: quia horum non potest esse perfectio, vbi iustitia non seruatur. Nam neque reipublicæ, neque communi potentię, neque bonorū innocentię, neque regno seu patriæ, ibi potest esse tutela, vbi non viget iustitia. Neque enim sine iustitia aut malorum proteruiæ reprimūtur, aut artes mechanicę liberè exercētur, aut ab agricolis terræ vtiliter excoluntur: quia vbi non seruatur iustitia, ibi omnia bona pereunt, & omnia vigent mala.

Iustorum genera tria, qui & tribus electri generibus, variis rationibus comparantur.

Cap. XIX.

IVstorū vita assimilatur electro. Primo ratione distinctionis: sunt enim tria genera electri: vnū quod de piro fluit arbore, quod dicitur siccum. Nam primo quando fluit de arbore est gummi liquidum, postea induratur calore ac frigore in duritiam lapidis perspicui, vt cristalli. Nam prius minuitur humidum operatione calidi: quia cum humiditas indigesta expellitur ab arbore, tunc calor continuè resoluit humidum subtile, & ita viscosa efficitur, & postea humidum paucum remanens extra premitur frigido: & sic coagulario eius

Digitized by Google

completur frigore. Huic ergo assimilantur iusti incipientes, sicut pœnitentes qui à principio, quando de arbore, id est, de mundo, vel peccato exeunt, sunt molles & teneri timore: sed postea paulatim calore charitatis crescente, mollities timoris excluditur, & refrigerio ab æstu carnis superueniente, solidantur in fortitudine spiritus mirabiliter, velut lapis, & efficiuntur perspicui in conscientiæ munditia, & vitæ
Eze. 8 sinceritate. Eze. Deorsum ignis à lumbis eius, & sursum quasi aspectus splendoris, & visio electri. In quo ostenditur, quod viri sancti & iusti, inferius ardent, vt ignis in dilectione proximi; superius splendent, vt electrum in contemplatione Dei.

Secundum genus electri metallis dicitur, quod in precio melius inuenitur, & habetur, & hoc cum sit magis serenosum, quàm primum, competit proficientibus & in soliditate, & in gratia doctrinæ.

Tertium autē sit de tribus partibus auri, & vna argenti. Et huic assimilātur perfecti. In auro enim significatur anima in qua est sanctæ Trinitatis imago, vnde tres partes auri in electro ponuntur; sed minima pars, quæ est argenti, corpus repræsentat, quod licet sit vilius, tamen auro iungitur, id est, animæ rationali. Quòd ergo in electro multum de auro ponitur, & parum de argento, significat, quòd perfectæ iusti multum de anima curant, de corpore vero parum.
Isido. Secundo ratione ostensionis. Electrum enim (vt dicit Isido.) in conuiuio clarius cunctis metallis fulget, & venenum prodit, si adsit, stridorem facit, & in calores varios ad modū cælestis arcus mutare se subito consueuit. Sic anima iusti est fulgida per gratiam: & si aliquando venenū peccati adest, siue in pugna tentationis, siue in lapsu operationis, statim stridore luctus & confessionis prodit ipsum, & in varios colores, scilicet confusionis ruborem, timoris pallorem se mutat. Vel varij colores ad modum arcus sunt variæ compunctiones, quæ sunt quatuor, quasi quatuor itides, id est, arcus cælestis colores. Primus, de perpetratione culpæ, vel protractione. Secundus, de incursione miseriæ. Tertius, de reatu pœnæ: Quartus, de amissione gloriæ.

Tertio, ratione commixtionis. Dicit enim Greg. quod in electro aurum cum argento miscetur: argentum quidē ad auri claritatem excrescit, aurum vero cum claritate argenti temperatur, suā virtutem non perdit, sed à decore ex admixtione argenti aliquantulum expallescit. Ita similiter in viro iusto sensualitas rationi coniuncta velut argentum auro in electro ad claritatem auri excrescit, quia scilicet per participationem efficitur rationalis, vt dicit Philosophus. Et dicitur sensualitas rationalis, quia eius passiones & motus regulantur, & modificantur: & tunc ipsa ratio velut aurum ex tali commixtione sensualitatis in sua contemplatione remitti videtur, non tamen suæ virtutis detrimentum patitur, quia per ipsas virtutes morales modificatas ad contemplandum amplius adaptatur. Quarto, ratione attractionis, quia electrum verum, si manu teneatur, vt à digitis calorem recipiat, rapit ad se omnia folia, & paleas, & vestimentorum fimbrias (vt dicit Isido.) Sic vir iustus per bona opera desiderio proficiendi calefactus, quicquid videt, vel audit ad suum profectum assumit, siue folia, id est, verba, siue paleas,

Greg. in Ezech.

Arist. 7. Eth.

Isido.

id est, etiam leuia bona exempla, dummodo ipsum inflāmare possint; siue sunt fimbriæ vestimentorum, id est, extrema opera virtutū. Ezech. Et de medio eius quasi species electri.

Ezech. 1

Luxuria obscœnitas, ex nonnullis sulphuris proprietatibus ac effectibus hic descriptis, aperte declaratur.

Cap. XX.

LVxuria assimilatur sulphuri. Primo, ratione ardoris. Nā sulphur est vena terræ, aëreitatis & igneitatis multum habens in compositione, vnde sulphur dicitur, quasi solum vrens, vt dicit Isido. vrere enim ignis dicitur. Vnde sulphur secundum Auicennam est calidum, & siccum, in quarto gradu, & est terra partibus aqueis, & terrestribus in igneas traseuntibus in naturā sulphuris transmutata. Eius autē ignea virtus ab aquis feruentibus sentitur. Sicut autem sulphur est vena terræ, ita luxuria est carnis terrestris vitiū, & corruptela, quæ quidem multū habet igneitatis, quia multum corpus calefacit, & appetitum delectationis incendit, ita, vt tam partes aquæ, scilicet humores corporis, quam etiā terrestres partes, scilicet caro, & membra, videantur transire in igneas, id est, vehementer accendi, & est in quarto gradu caloris, quia luxuria est quartum vitiū, cui ardor, & calor appropriatur. Nā primus gradus, est ardor auaritiæ, quæ mundi appetitum insatiabiliter incendit. Vnde ipsa est ignis qui nunquam dicit, Sufficit. Boetius. sed seuior ignibus Aethnæ feruēs amor ardet habendi.

Pro. 30. Boet. de cō. lib. 5

Secundus est ardor iræ, quæ secundum philosophum, est accensio sanguinis circa cor. Tertius est gulæ, cui attribuitur ardor, tum quia delectatio cibi & potus appetitum accēdit, & acuit, in cuius delectationis inordinata concupiscentia vitium gulæ consistit; tū, quia gulæ satietas libidinē inflammat, vnde Hier. dicit ꝙ sine Cerere & Baccho friget Venus, i. per abstinentiam cibi & potus, refrigescit luxuria. Quartus gradus ardoris, & caloris, est ignis cōsumptionis omnium virtutum. psal. Ignis sulphur &c. ignis, scilicet auaritiæ, sulphur luxuriæ, & spiritus superbiæ.

Arist. 1. Rhet.

Hiero.

Psal. 10.

Secundo, ratione fætoris. Nam aquæ per venas sulphureas transeuntes, ex vi ignea sulphuris contrahunt calorem, saporem, efficaciam, & fætorem. Aquæ autē sulphureæ, id est, personæ luxuriosæ, contrahunt calorē in cogitatione, saporem in delectatione, efficaciā i. affectū in operatione, fætorem plerunque infamiæ in publicatione. Ideo de luxuriosis dicitur Isa. De cadaueribus eorum ascendet fætor.

Isa. 34.

Tertio, ratione coloris: Nā sulphur aliquando est album, purum, clarum, & cum hoc subtile. Aliquando verò est feculentum, grossum, & crassum, quandoque vero mediocre. Opus enim carnale cum intra limites matrimonij & rationis continetur, tunc est album, quia famam non denigrat; purum, quia mentem con fædat; clarum, quia rationem non offuscat; & subtile, quia ratio carnem regulat, vt non sequatur appetitū delectationis, sed sinceritatem intētionis. Sed si fiat extra matrimonium, tunc est fæculentum per immundam operationem, crassum, per inordinatam delectationem; grossum, siue spissum, per nimiam frequentationē, vel mentis hebetationem. Quando verò fit inter coniuges, sed non cum debito modo, vel debita moderatione, tunc quasi mediocre participat de vtroque. Nam in quantum infra matrimoniū fit, sic est excusabile, tamen magis vel minus

Digitized by Google

minus, secundū quod plus vel minus receditur ab ordine rationis.

Deipara Virginis excellentia atque perfectiones, ex quam plurimis calchedonij smaragdi, lapidisq; sardonici virtutibus & similitudinibus excerptis describuntur.

Cap. XXI.

MAria mater Domini assimilatur calchedonio.

Primo ratione generationis: quia calcedonius (vt dicit Isid.) diuturno imbre generatur. Sic beata virgo fuit generata imbre, id est, gratiæ diuinæ operatione, scilicet per miraculum, ex parentibus sterilibus, sicut legitur de eius natiuitate. Apoc. Fundamentum tertium calchedonius. Tria enim sunt humanæ productionis principia, seu fundamenta. Primum est gratia, sicut in his qui producti sunt immediatè à Deo, vt Adam per creationem, & Eua per miraculum de costa; quod fuit de gratia liberali. Secūdum principium, siue fundamentum est natura, sicut in his, quæ producūtur per viam generationis absque miraculo, sicut Seth & Caim, & sequentes. Tertium est mixtū ex gratia & natura, sicut hi qui producuntur ex viro, & muliere, tamen sterilibus, & ideo partim per naturam, & partim per miraculi gratiam, sterilitatē remouentem, sicut fuit concepta beata virgo Maria: & ideo ipsa fuit calchedonius, habens tertiū fundamentum.

Isido.

Apo. 21

Secundo ratione inuentionis, quia calchedonius (vt idem Isid. dicit) ad reperçussum Lunæ plenæ inuenitur. Quasi enim plenitudo Lunæ, est plenitudo temporis gratiæ, in quo beata Virgo est nata, & mater Saluatoris inuenta, propter quod dicit Apostolus. quod quando venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum de muliere.

Gal. 4.

Tertio, ratione colorationis, quia calchedonius pallido colore est coloratus. Pallor autem conuenit timenti: quia timentes pallescunt, & etiam multum conuenit abstinenti: propter quod dicit Isaac, quod decor monachi, est pallor, & macies. Quod dicit quia monachus debet esse abstinens: & macies, & pallor ex abstinentia causantur, vt sūque pallorem, id est, palloris causam habuit beata Maria, scilicet timorē Domini: Ecclesiastici. Ego mater pulchræ dilectionis, & agnitionis, & timoris, &c. & etiam abstinentię, quia ipsa non vacauit delitijs.

Isaac, Abbas li. de vi. sol.

Eccl. 24.

Quartò, ratione vigoris: quia hic lapis sculpturæ resistit. Nam tantæ soliditatis est, vt non sit incisionis, & extraneæ impressionis susceptiuus. Similiter beata virgo Maria nullius carnalis impressionis, seu corruptionis susceptiua fuit, quia scilicet virgo ante partum, & post partum. Item dicit Dioscō. quod hic lapis tanti vigoris est, & efficaciæ, quod perforatus ad collum ligatus, facit vincere causam, & contra illusiones dæmonum adiuuat, & virtuteni conseruat. Hæc autem, siue vera sint, siue non de calchedonij virtute, verissimè tamen competunt beatæ Mariæ, quia ipsa est aduocata nostra, & ideo apud summū Iudicem pro causis nostris assistit, ipsa est nostra protectrix, & ideo ab illusionibus dæmonum nos frequenter defendit. Ipsa etiam est mater nostra, & ideo piè filios suos virtute & bonitate custodit.

Dioscō.

Item beata Maria assimilatur smaragdo.

Primo, ratione coloris: nā smaragdus (vt dicit Isido.) Gemmarum omnium viridium obtinet principatum. Nulli enim gemmæ, vel herbæ maior ineſt viri-

Isid. li. eth.

Digitized by Google

tium furori à principio ecclesiæ restitit, & finaliter ipsum superãs vicit, secundum illud. Hebr. San-
Heb. 11. cti per fidem vicerunt regna, & ita extinxerunt impetum ignis. Et hæc est etiã, quæ splendorem miraculorũ accepit, & quæ per processum temporis nitidior & purior apparuit: & hæc insuper est, quæ omnia magorum prælligia & maleficia repulit, & dãnauit, quibus totus mũdus erat ferè plenus

Dei gratiæ perfectiones, quæ ex variis Iaspidis, Sapphyri, Onychini, nitri, salisq; similitudinibus elicimus, quemadmodum in corde conseruemus, exprimimus.
Cap. XIII.

GRatia dei assimilatur Iaspidi. Primo, ratione gratiositatis, quia iaspis est lapis viridis, smaragdo similis, sed est grossioris coloris. Color autem viridis su-
Ecc. 40. per omnes colores est gratior oculis. Vnde dicitur Ecclesiastic. Gratiam, & speciem desiderabit oculus: sed super hæc omnia viridem. Et similiter gratia Dei super omnia facit animam magis gratam, & placidam, & perlucidam, coram oculis Dei: & ideo vocatur gratia, quasi gratum faciens. Vnde sicut Iaspidis aspectus est gratus oculo humano, sic aspectus hominis, in quo est gratia,
Apoc. 4 gratus est oculo diuino. Apoc. Qui sedebat, similis erat aspectui lapidis iaspidis.

Secundò, ratione diuersitatis: habet enim iaspis diuersitatem specierum: quia sicut dicit Isidor. sant. 27. species iaspidis.

Item habet diuersitatem colorũ, quia quamuis præcipuus color eius sit viridis, multos tamen habet alios colores intermixtos: sic gratia Dei habet multos modos, & varios in hominibus facit affe-
2. Pet. 4. ctus Pet. Sicut boni dispensatores
2. Cor. multiformis gratiæ Dei. Et Apost.
12. Diuisiones gratiarum sunt, &c.

Tertio, ratione vtilitatis: quia valet ad multa Nam primo iaspis febrem refrenat. Et similiter gratia Dei reprimit morbum febrilẽ id est, inordinatum cupiditatis ardorem, qui est vt febris animæ, dans ei sitim insatiabilem, quam tamen diuina gratia reprimit, & extinguit.

Item iaspis hydropisim iuuat, quãdo defertur a patientibus caste. Similiter gratia Dei valet cõtra superbiam, quę est hydropisis quędam, id est inflatio animi, præbens cõtra eã medicinã humilitatis, quę præcipuè est necessaria virginibus, & continenter viuentibus, ne per superbiam virginitatis perdant eminentiam. Nam quãdoque (sicut dicit Gregor.) Deus Gregor.
punit occultam mentis superbiam per manifestam carnis ruinam.

Item iaspis inter pericula facit hominem tutum Iuuat etiam patientem: quæ etiam competunt gratiæ cõtra vitium accidiæ, quia frequẽter accidiosus, & piger bona refugit, timens difficultatem, & periculum vbi non oportet. Prou. 26
Prou. dicit piger, Leo est in vita, &c. Sed hũc timorem gratia Dei expellit, & ideo facit hominem tutum, & solicitum. Quandoque etiam homo piger, & accidiosus, licet bonum opus concipiat, id est, facere proponat, tamen ipsum nimis tardat; & ideo similis est mulieri, quę concipit quidem, sed tempore debito non parit. Contra quod gratia Dei modo iaspidis iuuat ad pariendum, id est, ad bonum propositum operè cõplendum.

Item iaspis interiorem ordorem refrigerat, quia gratia Dei mitigat irã quæ interius accẽdit & vrit. Item iaspis luxuriã coarctat: & multo magis hoc agit gratia, à qua continentiæ donum manat, secundum illud Sapien. Non Sap. 8.
possum

Digitized by Google

possum esse continens, &c.

Item iaspis puluerizatus, & cũ lacte datus, vlcera inueterata sanat. Vlcera autem inueterata, sunt gulæ vitia, siue damna, quæ in ipso mundi exordio in nostris primis parentibus incœperunt, & nunquam plenè sanari potuerũt. Hoc etiam gulæ vitium, siue vlcus cum quolibet homine ab infantia nascitur, & semper cum eo crescit, & nutritur. Vnde nec hoc vlcus sic inueteratum sanatur, nisi per gratiam Dei.

Item iaspis sordes oculorũ purgat. Oculorum autem sordes pertinent ad inuidiam: quia nequã est oculus inuidi, vt dicitur Ecclesiast. Etiam inuidenti, & murmuranti de gratia aliis facta, dictum est à patrefamilias, An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Hanc ergo nequitiam, & impuritatẽ oculorum purgat diuina gratia, quia inuidiam expellit, dum qui non æmulatur, charitatem, infundit. Et sic patet quòd murus virtutum protegens ab insultu omnium vitiorum ex gratia Dei constituitur: & ideo congruè, vt dictum est iaspidi assimilatur, de quo dicitur Apoca. Structura muri eius, scilicet ciuitatis, animæ ex lapide iaspide. Vnde in ea oportet principaliter animam esse fundatam, si vult euadere vitiorum ruinam, Apoca. Fundamentum primum iaspis.

Eccl. 14

Mac. 20

Apo. 21

Apo. 21

Item gratia Dei assimilatur saphyro, quia generat in nobis septem virtutes secundum 7. conditiones saphyri.

Primo, quia saphyrus habet scintillam relucentem, per cuius relucentiã iudicatur virtus eius. Similiter anima existens in gratia Dei, habet veram relucentiam fidei: quia in peccatoribus gratia Dei carentibus, fides est non verum lumen, sed mortuum, vel extinctum: vnde fides talis est sine operibus meritoriis, & gratuitis, & fides sine operibus mortua est.

Iac. 2.

Secundo, dicitur saphyrus habere virtutem firmandi animũ in bonis. Et hoc cõpetit gratiæ, quæ in nobis causat spem futuræ vitæ, quã Apostolus assimilat anchoræ, quia animam firmam tenet in mari pœnitentiæ, & propter hanc firmitatem dicitur fundamẽtum. Apoca. Secundum fundamentum saphyrus. & dicitur spes secũdum fundamentum, respectu fidei, quæ est primum.

Heb. 6.

Apo. 21

Tertio, dicitur habere virtutẽ timorẽ expellendi, quod competit etiam gratiæ, in quãtum in nobis generat, & perficit charitatem, cui beatus Ioannes attribuit expellere timorẽ: vnde in hac anima firmatur, & solidatur contra mundanum timorẽ. Ideo dicitur Eze. Ecce in firmamẽto, quod erat super caput cherubin, quasi lapis saphyrus. In firmamento, hoc est in Deo, in quo omnia stabilita sunt, & firmata sunt: quod caput cherubin, id est, omnẽ scientiæ subtilitatem transcendit, est quasi saphyrus lapis, quia scilicet in ipso Deo nos collocat, & firmat gratia charitatis, & quasi ei similes per firmitatem, & fortitudinem facit. Ioan. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo Et ideo in tam tuto loco positus, nihil timere potest, seu debet.

1. Io. 3.

Eze. 10.

1. Io. 4.

Quartò, saphyrus habet vim vulnerũ sanatiuam, si puluerizatus, & lacti admixtus superponatur. Quod etiam competit gratiæ propter zelum correctionis iustitiæ, quia vulnera vitiorum, dum puniuntur, purgantur, & curantur. Sed etiam debet rigor iustitiæ lactis suauitati misceri, id est, misericordiæ, seu lenitatis dulcedini, quia misericordia superexaltat iudicium: vt dicitur Iacobi.

Iac. 3.

Quinto,

Quinto, quia saphyrus vegetat, & integra membra præseruat. Quod etiam competit gratię, in quantum in nobis generat temperantiam, per quam non solum anima, sed corpus vegetatur, & in sanitatis omniũ membrorũ integritate seruatur. Cant. Venter tuus eburneus distinctus saphyris. Sunt enim quasi distincti saphyri in ventre, diuersæ partes tẽperantiæ in carne, vt sobrietas, abstinentia, & castitas, &c.

Cant. 5.

Sexto, saphyrus audacem, & victorem facit quod etiã facit gratia, in quantum in nobis fortitudinem generat, quæ contra pericula facit audere, & saltem animo vincere.

Septimo, quia quandoque saphyrus inuenitur in venis minerarum, in quibus inuenitur lazurium. In quibus etiã venis, quasi in medio, sicut in quodã ventre, quædã species carbunculi inuenitur: vnde à multis saphyrus mater carbunculi creditur, eo quòd in eius venis generetur. Sic gratia in nobis generat carbunculũ fulgentem; id est, prudentiã nos in agibilibus dirigentem, & illuminantem. Hæ autem prædictæ virtutes, quæ saphyri conditionibus congruunt, sunt velut fundamentum in quibus fabrica mentis erigitur. Isa. Fundabo te in saphyris. Item ipsæ eædem sunt lapides, ex quibus domus Dei construitur. Iob. Locus saphyri, lapides eius. Tob. Portæ Hierusalem ex saphyro.

Isa. 54.

Iob 28.

Tob. 13

Item gratia Dei assimilatur onychino.

Primo ratione coloris. Onychinus enim Arabicus est nigri coloris cũ candidis zonis, quia gratia Dei, licèt denigret per aspectũ humilitatis, tamẽ circũcingit zonis puritatis. Nã vna zona alba est continẽtia carnis, alia puritas mentis. Can. Nolite me cõsiderare, quòd fusca sim: quia decolorauit me Sol. & in eodẽ. Nigra sum, sed formosa: nigra per humilitatem, formosa per puritatem.

Cant. 1.

Secundo, ratione virtutis, quia onychinus Arabicus, secundum Diosc. tristitiam excitat, timores multiplicat, animos cõmouet ad lites & ad rixas. Similiter diuina gratia excitat tristitiam pœnitentiæ in homine, multiplicat timores mortis, iudicij, & gehennæ, animos cõmouet ad lites, & rixas iustitiæ. Ex diuina enim est gratia, cum homo pœnitẽs cũ seipso rixatur, & litigat, vt de seipso iustitiam faciat. Apostolus: Si nosmetipsos dijudicaremus, non vtique à Domino iudicaremur. Et hinc est, quòd in rationali positi sunt lapides onychini: quia dum hominis mens rationalis diuinæ gratiæ radiis perfunditur, ad se ipsum diiudicãdum, vel puniendum protinus excitatur. Exo. Accipere debetis lapides onychinos ad ornãdum ephot, & rationale. Tam enim ex gratia pręueniẽte, qui ex subsequente rationale hominis, id est, mens hominis, seu anima rationalis ornatur.

1. Cor. 11.

Exo. 25.

Item gratia Dei conseruatur in corde, sicut vnguentum in alabastro. Nam ex alabastro sunt vnguentaria vasa, eo quòd seruet vnguenta omni tempore incorrupta: Vnde Matth. dicitur, quod accessit ad Iesum mulier, habens alabastrum vnguenti præciosi. Est enim alabastrum solidum, frigidum, candidum, & variis coloribus tinctum. Et tale debet esse cor hominis, vt sit gratiæ diuinæ conseruatiuum, scilicet candidũ per munditiam, solidũ per patiẽtiam, frigidum per continentiã, & variis coloribus tinctũ per bonarum cogitationũ, siue affectionum copiam.

Matt. 26.

Item gratia Dei assimilatur nitro,

nitro, de quo Salomon loquitur, dicens: Acetum nitro, &c. Nam nitrum secundum Plin. & Dios. mundificat saniem stomachi, & intestinorum ex apostemate procedentem saniem etiam capitis detergit, spuma eius corrosionibus & inflammationibus subuenit. Vnde etiam hydropicis proficit, & cum melle mixtum caliginem oculorum detergit, venenũ repellit, & paralysim linguæ potenter dissoluit. Similiter diuina gratia mundificat saniem stomachi, & intestinorum, id est, vitium gulæ. Item tergit saniem capitis, id est, superbiam mentis expellit. Itẽ nitri spuma, id est, gratiæ Dei feruor, corrosionibus & inflammationibus iræ subuenit hydropicis, id est, his in quibus exuberat fluxus inordinatus humoris aquosi, id est, lubricum luxuriæ, proficit: sed mixta cum melle, id est, cum amoris dulcedine, caliginẽ oculorum abstergit. i. cęcitatẽ mentis, quã inducit inuidia, s. bona opera videri mala, & venenum charitatis. i. cupiditatis repellit. Dicit enim August. quod venenũ charitatis, est cupiditas. Item paralysim lingue, id est, impedimentum confessionis tollit.

Pro. 25. Plini. August.

Item gratia Dei assimilatur sali, propter multas virtutes salis, quas Auicenna ponit.

Aui.

Primò, quia sal habet virtutem dissoluendi: quia scilicet diuina gratia plęrumque dissoluit duritiem hominum auarorum, & ad pietatem & compassionem emollit corda eorum.

Secundò, quia habet virtutem mundandi, quia scilicet gratia purificat immũdiciam luxuriosorũ: Habet enim sal virtutem putridas carnes corrodendi, maximè quando est exustum, & hoc est, quia gratia remouet putredinem luxurię.

Tertio, quia habet virtutẽ ventositatem extenuandi, & diuidendi, maximè si puluerizatum, & coctum, & calidum super stomachi orificium sacelletur. Aqua etiam salinaria, tumores & inflationes, & hydropicas passiones soluit. Quia diuina gratia vanas gloriosorum ventositates extenuat, eos humiliando: & tumiditates, & inflationes etiam superborum soluit aqua salinata. i. tribulatione, morte etiam aspera eos implendo.

Quartò, quia habet virtutẽ humores putridos & corruptos cõsumendi, quia scilicet diuina gratia putridos, & corruptos affectus consumit inuidorũ. Dicitur enim Prouerb. quod putredo ossium, inuidia.

Prou. 14

Quintò, quia habet virtutem humiditatem naturalem coadunandi, & seruandi, & innaturalẽ resoluendi, & abstergendi. Quasi autem virtus naturalis, est virtus mansuetudinis, quia homo est animal mansuetum natura, e contra autem innaturalis est huiusmodi iracundia, quæ mansuetudini opponitur: vnde diuina gratia, quæ est naturæ completiua, mansuetudinem hominis coadunat, vt eam diuersa perturbantia non dispergant, & conseruat eam ne superetur ab ira. Econtra autẽ inordinatam iram, quæ humanæ naturæ non congruit, resoluit, cor humiliando, & abstergit per patientiam, & tristitiam, & impetum iræ refrenando: vel resoluit, id est, annihilat irã in corde, & abstergit ne crescat, vel impleatur in opere.

Sextò, quia habet virtutem vẽtrem remolliendi, & superfluitatem educẽdi, & maximè fulgemma, quod clarum est sicut gẽma: Hoc autem competit diuinę gratiæ, in quantum remouet vitium gulæ, à qua est vitium, & superfluitas ventris.

R [illegible]pri-

Septimo, quia sal habet virtute venenoso humori resistendi. Vnde sal cum melle & cum pane sanat antracem, vt Auicen. dicit. Quasi ergo venenosus humor sua frigiditate calorem cordis extinguens, est vitium accidiæ, quod sua frigiditate, id est, pusillanimitate vigorem, & calorem cordis, qui est ex charitate, extinguit. Sed hoc accidiæ venenū, sal, id est diuina gratia, cum melle, id est, cū dulcedine contemplationis, & cū pane doctrinæ spiritualis, siue cū pane lachrymosæ compunctionis, penitus expellit, propter omnia prædicta, dicitur Lucæ. Luc. 1. Bonum est sal, &c. Col. Sermo Coll. 4. vester gratiæ sit semper sale conditus.

Vera humilitatis exempla, quæ ex magnetis, & allectoria lapidis effectibus varijs accipiuntur, patefiunt.

Cap. XIIII.

HVmilitas assimilatur magneti.

Primò, quia magnes habet virtutem attractiuam. Nam adeo attrahit ferrum (secundum Aug.) vt catenam faciat amoueri. Et vt idem dicit, tanta est eius vis, quòd si quis eundem magnetem sub aureo, vel æneo vase tenuerit, ferrumque desuper posuerit, admodum de subter lapidis, ferrum desuper mouebitur. Sic etiam est tanta humilitatis virtus, vt etiam mentes ferreas, & diuisas aliquando moueat, & placet, & attrahat ad dulcedinem, & mititatem. Sic etiam humilitas, & benignitas Dei sustinentis, cor peccatoris etiam durū deberet mouere, & ad pœnitentiam attrahere, Roma. 2. An ignoras, quòd Rom. 2. benignitas Dei te ad pœnitētiam adducit? Etsi vas aureum, id est, cor sapiens, vel vas æneum, id est, os eloquens, se medium interponat; tunc maximè magnes, id est, humilitas visa mouebit mentem duram. Vnde humilis vita prædicantis, adiuncta ei sapientia cordis, & eloquētia oris, quasi omne ferrū, id est, omne cor durū mouebit. Sed notandum, quòd in Aethiopia est alia species magnetis, quæ ferrum non attrahit, sed fugit, & respuit, sicut & apud nos videmus, quod aliquando idem magnes in vno angulo ferrum attrahit, & in alio à se pellit. Ex quibus accipitur, quòd homines superbos expedit quandoque humiliter & dulciter attrahere, quādoque vero expedit eos fugaciter fugere, & declinare; quandoque expedit eos violenter expellere & fugare.

Secundò, quia magnes habet virtutē reconciliatiuam. Quia secundum Dioscoridem reconciliat maritos vxoribus: quod siue verum sit, siue nō de magnete, de humilitate plerunque verissimum esse contingit: quia per humiles responsiones, vel blanda verba mulier maritum suum durum, vel iratum frequentiùs emollit, & placat. Sic anima peccatrix sponsum suum Christum pro peccatis offensum per humiles lachrymas placat, & caro aduersa spiritui per humiles abstinentias ipsum sibi humiliter confœderat. Dioscor.

Tertio, quia magnes habet virtutem gratificatiuam: auget enim (vt dicunt) gratiam, & pulchritudinem in sermone: quod quidem de humilitate verissimū esse constat, quia humilitas prædicantis auget ei gratiam sermonis. Nam Deus superbis resistit, &c. Iac. 4.

Quarto, quia magnes habet virtutem curatiuam. Nam cū mussa valet ad curandum hydropisim, splenem, & alopeciam. Sic humilitas curat hydropisim. i. inflationem superbiæ, & splenem, i. dissolutionem ineptæ lætitiæ: quia dicitur, quod splenē ridemus, sicut

Digitized by Google

felle irascimur, & alopeciam, quæ capillos cadere facit, siue fluere ex capite, id est, casum, siue fluxū spiritualium virtutum ex mente: quia humilitas virtutes conseruat in mente, propter quod dicit Greg. quòd qui virtutes cæteras sine humilitate congregat, quasi puluerem in ventum portat. Item prælatorum humilitas assimilatur cuidam gemmæ, quæ dicitur allectoria. Est enim lapis, qui inuenitur in ventriculis gallinaciis, cuius magnitudo est ad fabæ quantitatem. Hic, vt Dioscor. dicit, venenum excitat, gratum facit, & constantem, victorem, discretum, & oratorem, amicos reformat, & sitim mitigat. Hæc autem de illo lapide, siue vera sint, siue non, tamen humilitati verissimè competunt. Hæc enim, scilicet humilitas inuenitur in ventriculis gallinaciis, id est, in cordibus prælatorum, & imitantium Christum, qui se gallinæ comparauit, vt dicitur Matth. Quoties volui congregare Mat. 24 filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, &c. Hic, inquam, licet paruæ sit quantitatis per reputationem, tamen est curatiuæ virtutis, quæ dicet venenum excitet dæmonum, vel etiam inuidorum; tamen facit prælatum gratum in conuersatione, constantem in persecutione, victorem in tentatione, discretū, in correptione, oratorem, id est, facundum & gratiosum in exhortatione, amicabilem in reconciliatione: & mitigat etiam sitim, id est, appetitū ambitiosum dominandi. Hæc omnia facit humilitas vera in bono prælato.

ergo.

Lapidis cælidonij variatio, origo, virtus, cui viri humiles suis perfectionibus assimilantur. Cap. XV.

HVmiles homines assimilantur cœlidonijs. Nam humiles plærumque, quanto in apparentia videntur minores, tanto sunt in virtutibus excellentiores, & in operibus efficaciores. Sic enim accidit de cælidoniis, qui sunt lapilli de ventre hirundinis extracti, quorum vnus est niger, & alter rufus: qui licet sint parui, & deformes, in virtutibus tamē multis aliis sunt maiores. Nam rufus valet contra lunaticam passionē, contra insaniam, & contra antiquum languorem, & facit hominem facundum, placentem, & gratum. Niger vero valet contra noxios humores, risus, & febres, & lotus aqua sanat oculos, vt dicitur in lapidario, vnde in illis duobus lapillis duplex humilitas repræsentatur.

Primo, sapientium: quia sicut dicitur Prouer. vbi humilitas, ibi sapientia, vnde Pro. dixit, quòd Prou. 16 inter sapientes sapientior est qui humilior existit. Hæc est ergo, quæ valet contra lunaticam passionem, id est, mutabilitatē stultitiæ: quia sicut stultitia facit mentem instabilem, & variabilem admodum lunæ, ita sapientia facit hominem stabilem ad modū solis, qui semper est in se vniformiter lucidus. Et ideo dicitur Ecclesiast. quòd homo sanctus in sapientia sua manet, sicut Sol: stultus vero sicut luna mutatur. Item Eccl. 26 valet contra insaniam, id est, contra furorem iracundiæ: quia homo dum sapienter respondet, & humiliat se furenti, & humiliter cedit ei, frangit furorem iræ eius, vel saltem euadit. Item valet humilitas contra antiquum languorem, id est, contra inueteratum odium, quia frequentes sapientes humili & dulci lingua, vel opere, antiqua etiam odia conciliant. Hæc etiam est, scilicet sapientis humilitas, qui sicut facit verbum facundum, sic etiam & gratum.

Secundò autem cælidonius, qui

Digitized by Google

est niger, repræsentat humilitatē pœnitentium. Hæc est enim quæ noxios humores, id est, nociuas affectiones purgat, iras frenat, & febres, id est, carnis calores refrigerat, & etiam oculos mentis à cæcitate superbiæ sanat.

Inferni ignis, quomodo inextinguibilis semper maneat, rationibus, exemplisque naturalibus approbatur.

Cap. XVI.

IGnem gehennæ inextinguibilem, & semper durabilem esse, non est incredibile, & præcipue per diuinam potentiam, cum legatur, secundum naturam, albeston, qui est lapis Archadiæ ferrei coloris, & ab igne sic dictus, quia semel accensus, nunquam extingui potest. Vnde in quodam templo Dianæ erat lucerna ex huiusmodi lapide semper ardens, ita vt nulla tempestate, nullo imbre extingui posset sicut Isidor. refert. Vnde pagani maximum suæ Dianæ miraculum esse arbitrabantur. Ergo si hoc fieri potest virtute naturæ in materia lapidea, ita vt non amplius ignis succendatur, nec vnquam extinguatur; quanto magis fieri hoc potest virtute Dei in alia quacunque materia, vt scilicet ignis inextinguibilis perpetuo conseruetur? Vnde Gregorius dicit exponens illud Iob. Deuorabit eū ignis. Ignis corporeus, qui nunc succenditur, vt vltra corporeis indigeat fomentis, nec valeat nisi succensus esse, & nisi refotus subsistere: ac contra gehennæ ignis cum sit corporeus, & in semetipso reprobos corporaliter exurat, nec studio humano succenditur, nec ignis nutritur, sed datus semel, durat inextinguibilis, & succensione non indiget, & ardore non caret: Ratio huius dissimilitudinis est: quia ignis iste, qui apud nos est qui lignis nutritur, & ab homine succenditur est artificialiter, & per violentiam in alienam materiam introductus, sed ignis ille lignis non indiget quibus foueatur, vel quia est in materiam propriam existens, vel in materia aliena non per violentiam, sed per naturam à principio intrinseco, sicut etiam accidit in sulphure. Vnde non est accensus ab homine, sed à Deo, qui illam naturam instituit: & hoc est, quod dicitur. Isa. Flatus domini, sicut torrens sulphuris accendens eam.

Isid.

Greg. mor. Iob. 20.

Isa. 30.

Hypocritarum iniquitas qualis existat: ex aurichalci lapidisque chrysolenij natura explanatur.

Cap. XVII.

HYpocrita assimilatur aurichalco.

Primo, quia aurichalcū est alieni coloris ostentatiuum: habet. n. auro similem colorē, sed eius non habet valorem. Similiter homo hypocrita habet quidem exterius apparentiam sanctitatis, sed tamen non habet interius existētiam veritatis, vnde dicitur hypocrita, ab hypos, quod est sub, & crisis, quod est aurum; quasi aliquid habens sub auro, id est, sub apparentia auri, scilicet sub apparentia sanctitatis, malitiam iniquitatis Matthæus. Vos quidem a foris apparetis hominibus iusti, interius autem plenī estis hypocrisi & iniquitate. Tales abundabunt in fine mundi in ecclesia, quando multi etiam descendent, & declinabunt à vera sanctitate ad fictam religionem. Vnde legitur. Reg. quòd vasa, quæ fecit Iram, de auricalcho erant. Iram enim interpretatur ciuitas descēdens, & signat statum ecclesiæ in fine descendentis, & declinantis à cælestibus ad terrena: cuius vasa erunt de aurichalco, scilicet

Matt. 23

3. Reg. 7

dictici, &

Digitized by Google

clerici, & religiosi hypocritæ, ficti.

Secũdo, quia aurichalcum interiorum est infectiuũ. Nã cibaria nimis diu in vasis de aurichalco seruata, vitio eorum saporem horribilem contrahunt, & odorẽ. Et sic desideria, & verba iniqua, quæ diu hypocritæ in cordibus abscõdita tenuerunt, quando ea producere, & opere exequi possunt, inueniuntur horribilia, & hoc est quod hypocrisis interiores affectus corrumpit. Apoc. Pedes eius 1. affectus, similes aurichalco: quia scilicet sunt per hypocrisim infecti, & simulati.

Apoc. 1

Tertio, quia aurichalcum est suę vtilitatis paulatim detectiuum. Nam vasa ex aurichalco facta in sui nouitate sunt tam pulchra, vt videantur aurea, sed paulatim à fulgore primo hebetãtur, & quasi rubiginantur, & sic semper, quasi in peius, tam odore, quam colore cupream suam originem protestantur. Aurichalcum enim fit ex cupro, sed ex commixtione æris, & stanni, & auripigmenti, & quibusdam alijs mediantibus producitur in igne ad colorem auri, vt dicit Isido. Sic hypocrita, cum sit verè malus, in quibusdam actionibus & conatibus prætendit quandam exterius speciem sanctitatis: ita vt primo, quando ab aliquo nouiter videtur, vel de nouo incipit inter aliquos conuersari, videatur eis sanctissimus, sed quia nihil fictũ est durabile, si diu ibidem permaneat, paulatim ex contrarijs operibus seipsum manifestat. Et ideo Dominus dixit: A fructibus eorum cognoscetis eos. Quidam tamen ita cooperti sunt, vt vix vel nũquam cognosci possint; & tales cum sint aurichalcum, frequenter recipiuntur pro auro: econtra autem illi qui sunt, vt verum aurum, ab ipsis reputantur vt aurichalcum, qui dicunt eos esse hypocritas. Ecclesiastici. Collegisti, quasi aurichalcum, aurum.

Matt. 7.

Item homo hypocrita assimilatur lapidi chrysolenio, qui est species quædã lapidis chrysoliti: hic s. chrysolenius est colore aureus, sed de mane est pulchrioris aspectus, postea hebetatur, & est ignis capacissimus. Vnde si igni approximatur, citius inflammatur, vt dicit Isido. Similiter hypocrita colore est aureus, quia sanctitatem prætendit; & de mane apparet pulchrior, quia feruenter incipit: sed postea hebetatur, quia prosequendo deficit: ignis est capacissimus, quia inflãmationes tẽtationũ facillimè, & delectãter recipit.

Isido. li ethi.

Iustitiæ perfectio atque necessitas, ex quã plurimis ferri similitudinibus absolutè describitur.

Cap. XVIII.

IVstitia bene regentium assimilatur ferro. Primo propter duritiem. Ferrum enim (vt dicit Isid.) dictum est à feriẽdo, quia scilicet duritia sua feriendo domat omnia genera metallorum. Et iustitia regentis, domare & ferire debet omnia genera rebellium, & superborum, & reipublicæ pacem turbantium. Psalm. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas, &c. Prou. Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. Secũdo propter temperiem, nam ferramenta mos est cũ oleo temperare, ne frigiditate aquæ nimium indurentur, vt dicit Isid. Sic & plęrumque temperanda est seueritas iustitiæ cum oleo misericordiæ, vnde Samaritanus sauciati vulneribus oleum infudit, & vinum. Vinum autem mordens significat seueritatem iustitiæ, sed oleum leniens, suauitatem misericordiæ. Et in arca Moysi, quæ gerit typum regiminis, non tantum fuit virga percutiens, sed & manna dulcescens: vt per vir-

Isido. l. eth.

Psal. 2

Pro. 20.

Luc. 10.

gam rigor iustitiæ, per manna vero dulcedo misericordiæ significaretur. Ecclesiastici. Initium necessariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis, ferrum, & lac. In aqua accipe mollitiē misericordiæ, in igne feruorem iustitiæ, in ferro correptionis asperitatem, in lacte remissionis suauitatem: quæ omnia necessaria sunt regentibus, vt subditorum vita pacifice gubernetur.

Eccl. 39

Tertio propter rubiginem, rubigo enim (vt dicit Isid.) est vitiū rodens ferrum & hoc accidit sibi ex suæ substantiæ impuritate, siue ex terræ contactu & vicinitate, siue ex sanguinis, vel cuiuslibet infecti vaporis qualitate. Et addit ad hæc Isido quòd à ferrò se humanus sanguis vlciscitur, quia nullius alterius rubigine sic ferrum consumitur, sicut quando humano sanguine maculatur. Simili quoque modo iustitia præsidentis rubiginatur, id est, corumpitur, & maculatur, quandoque quidem ex malitia, & impuritate regentis; quia non habet puram intentionem in facto, scilicet non intendens ad bonum reipublicæ, sed potius ad aliquid proprium: quādoque vero ex contactu terræ, id est, acceptione, vel spe alicuius muneris terreni, & lucri temporalis: quandoque vero ex infectione sanguinis, vel alicuius vaporis, id est, ex ira, vel odio, vel alia inordinata passione, siue affectione, sed nulla deterior est, vel maiór corruptio, quam si peruerso iustitiæ iudicis iudicio sanguis fundatur innoxius. Num. Si quis percusserit ferro, & mortuus fuerit; qui percussor est reus erit homicidij, & ipse morietur.

Isid. li. eth.

Num. 35.

Quarto propter vtilitatem multiplicem. Nam vsus ferri magis est vtilis, & magis necessarius quàm vsus auri, licet aurum amplius ab auaris diligatur. Nam sine ferro respublica tutè non agitur, nō acquiritur, nec securè seruatur, nec sine ferro ab hoste defenditur ferro regitur communis potentia, defenditur innocentia, tuta sunt regna, & reprimitur malorum superbia. Item sine ferro nullum mechanicum opus quasi perficitur, nullum quasi opus vel ædificium erigitur, agricultura non exercetur, vestis nō inciditur, panis non editur, & breuiter quasi in humanis rebus sine ferro nihil ad perfectionem adducitur. Omnia autem hęc magis competunt iustitiæ, quam ferro: quia horum non potest esse perfectio, vbi iustitia non seruatur. Nam neque reipublicæ, neque communi potentię, neque bonorū innocentię, neque regno seu patriæ, ibi potest esse tutela, vbi non viget iustitia. Neque enim sine iustitia aut malorum proteruiæ reprimūtur, aut artes mechanicę liberè exercētur, aut ab agricolis terræ vtiliter excoluntur: quia vbi non seruatur iustitia, ibi omnia bona pereunt, & omnia vigent mala.

Iustorum genera tria, qui & tribus electri generibus, variis rationibus comparantur.

Cap. XIX.

IVstorū vita assimilatur electro. Primo ratione distinctionis: sunt enim tria genera electri: vnū quod de piro fluit arbore, quod dicitur siccum. Nam primo quando fluit dè arbore est gummi liquidum, postea induratur calore ac frigore in duritiam lapidis perspicui, vt cristalli. Nam prius minuitur humidum operatione calidi: quia cum humiditas indigesta expellitur ab arbore, tunc calor continuè resoluit humidum subtile, & ita viscosa efficitur, & postea humidum paucum remanens extra premitur frigido: & sic coagulatio eius com-

complectur frigore. Huic ergo assimilantur iusti incipientes, sicut pœnitentes qui à principio, quando de arbore, id est, de mundo, vel peccato exeunt, sunt molles & teneri timore: sed postea paulatim calore charitatis crescente, mollities timoris excluditur, & refrigerio ab æstu carnis superueniente, solidantur in fortitudine spiritus mirabiliter, velut lapis, & efficiuntur perspicui in conscientiæ munditia, & vitæ
Ezec. 8 sinceritate. Eze. Deorsum ignis à lumbis eius, & sursum quasi aspectus splendoris, & visio electri. In quo ostenditur, quod viri sancti & iusti, inferius ardent, vt ignis in dilectione proximi, superius splēdent, vt electrum in contemplatione Dei.

Secundum genus electri metallis dicitur, quod in precio melius inuenitur, & habetur, & hoc cum sit magis serenosum, quàm primum, competit proficientibus & in soliditate, & in gratia doctrinæ.

Tertium autē sit de tribus partibus auri, & vna argenti. Et huic alsimilātur perfecti. In auro n. significatur anima in qua est sanctæ Trinitatis imago, vnde tres partes auri in electro ponuntur; sed minima pars, quæ est argenti, corpus repræsentat, quod licet sit vilius, tamen auro iungitur, id est, animæ rationali. Quòd ergo in electro multum de auro ponitur, & parum de argento, significat, quòd perfectæ iusti multum de anima curant, de corpore vero parum. Secundo ratione ostensionis. Electrum enim (vt dicit Isido.) in conuiuio clarius cunctis metallis fulget, & venenum prodit, si adsit, stridorem facit, & in calores varios ad modū cælestis arcus mutare se subito consueuit. Sic anima iusti est fulgida per gratiam: & si aliquandò venenū peccati adest, siue in pugna tentationis, siue in lapsu operationis, statim stridore luctus & confessionis prodit ipsum, & in varios colores, scilicet confusionis ruborem, timoris pallorem se mutat. Vel varij colores ad modum arcus sunt variæ compunctiones, quæ sunt quatuor, quasi quatuor irides, id est, arcus cælestis colores. Primus, de perpetratione culpæ, vel protractione. Secundus, de incursione miseriæ. Tertius, de reatu pœnæ: Quartus, de amissione gloriæ.

Tertio, ratione commixtionis. Dicit enim Greg. quod in electro aurum cum argento miscetur: argentum quidē ad auri claritatem excrescit, aurum vero cum claritate argenti temperatur, suā virtutem non perdit, sed à decore ex admixtione argenti aliquantulum expallescit. Ita similiter in viro iusto sensualitas rationi coniuncta velut argentum auro in electro ad claritatem auri excrescit, quia scilicet per participationem efficitur rationalis, vt dicit Philosophus. Et dicitur sensualitas rationalis, quia eius passiones & motus regulantur, & modificantur: & tunc ipsa ratio velut aurum ex tali commixtione sensualitatis in sua contemplatione remitti videtur, non tamen suæ virtutis detrimentum patitur, quia per ipsas virtutes morales modificatas ad contemplandum amplius adaptatur. Quarto, ratione attractionis, quia electrum verum, si manu teneatur, vt à digitis calorem recipiat, rapit ad se omnia folia, & paleas, & vestimentorum fimbrias (vt dicit Isidor.) Sic vir iustus per bona opera desiderio proficiendi calefactus, quicquid videt, vel audit ad suum profectum assumit, siue folia, id est, verba, siue paleas,

Greg. in Ezech.

Arist. 1. Eth.

Isido.

Isido.

Digitized by Google

Id est, etiam leuia bona exempla, dummodo ipsum inflāmare possint; siue sunt fimbriæ vestimentorum, id est, extrema opera virtutū. Ezech. Et de medio eius quasi species electri.

Ezech. 1

Luxuria obscœnitas, ex nonnullis sulphuris proprietatibus ac effectibus hic descriptis, aperte declaratur.

Cap. XX.

LVxuria assimilatur sulphuri. Primo, ratione ardoris. Nā sulphur est vena terræ, aëreitatis & igneitatis multum habens in compositione, vnde sulphur dicitur, quasi solum vrens, vt dicit Isido. vrere enim ignis dicitur. Vnde sulphur secundum Auicennam est calidum, & siccum, in quarto gradu, & est terra partibus aqueis, & terrestribus in igneas traseuntibus in naturā sulphuris transmutata. Eius autē ignea virtus ab aquis feruentibus sentitur. Sicut autem sulphur est vena terræ, ita luxuria est carnis terrestris vitiū, & corruptela, quæ quidem multū habet igneitatis, quia multum corpus calefacit, & appetitum delectationis incendit, ita, vt tam partes aquæ, scilicet humores corporis, quam etiā terrestres partes, scilicet caro, & membra, videantur transire in igneas, id est, vehementer accendi, & est in quarto gradu caloris, quia luxuria est quartum vitiū, cui ardor, & calor appropriatur. Nā primus gradus, est ardor auaritiæ, quæ mundi appetitum insatiabiliter incendit. Vnde ipsa est ignis qui nunquam dicit, Sufficit. Boetius. sed seuior ignibus Aethnæ feruēs amor ardet habendi.

Pro. 30. Boet. de cō. lib. 5

Secundus est ardor iræ, quæ secundum philosophum, est accensio sanguinis circa cor. Tertius est gulæ, cui attribuitur ardor, tum quia delectatio cibi & potus appetitum accēdit, & acuit, in cuius delectationis inordinata concupiscentia vitium gulæ consistit; tū, quia gulæ satietas libidinē inflammat, vnde Hier. dicit ꝙ sine Cerere & Baccho friget Venus, i. per abstinentiam cibi & potus, refrigescit luxuria. Quartus gradus ardoris, & caloris, est ignis cōsumptionis omnium virtutum. psal. Ignis sulphur &c. ignis, scilicet auaritiæ, sulphur luxuriæ, & spiritus superbiæ.

Arist. 1. Rhet.

Hiero.

Psal. 10.

Secundo, ratione fætoris. Nam aquæ per venas sulphureas transeuntes, ex vi ignea sulphuris contrahunt calorem, saporem, efficaciam, & fætorem. Aquæ autē sulphureæ, id est, personæ luxuriosæ, contrahunt calorē in cogitatione, saporem in delectatione, efficaciā i. affectū in operatione, fætorem plerunque infamiæ in publicatione. Ideo de luxuriosis dicitur Isa. De cadaueribus eorum ascendet fætor.

Isa. 34.

Tertio, ratione coloris: Nā sulphur aliquando est album, purum, clarum, & cum hoc subtile. Aliquando verò est feculentum, grossum, & crassum, quandoque vero mediocre. Opus enim carnale cum intra limites matrimonij & rationis continetur, tunc est album, quia famam non denigrat; purum, quia mentem con fædat; clarum, quia rationem non offuscat; & subtile, quia ratio carnem regulat, vt non sequatur appetitū delectationis, sed sinceritatem intētionis. Sed si fiat extra matrimonium, tunc est fæculentum per immundam operationem, crassum, per inordinatam delectationem; grossum, siue spissum, per nimiam frequentationē, vel mentis hebetationem. Quando verò fit inter coniuges, sed non cum debito modo, vel debita moderatione, tunc quasi mediocre participat de vtroque. Nam in quantum infra matrimoniū fit, sic est excusabile, tamen magis vel minus

Digitized by Google

minus, secundū quod plus vel minus receditur ab ordine rationis.

Deipara Virginis excellentia atque perfectiones, ex quam plurimis calchedonij smaragdi, lapidisq; sardonici virtutibus & similitudinibus excerptis describuntur.

Cap. XXI.

MAria mater Domini assimilatur calchedonio.

Primo ratione generationis: quia calcedonius (vt dicit Isid.) diuturno imbre generatur. Sic beata virgo fuit generata imbre, id est, gratiæ diuinæ operatione, scilicet per miraculum, ex parentibus sterilibus, sicut legitur de eius natiuitate. Apoc. Fundamentum tertium calchedonius. Tria enim sunt humanæ productionis principia, seu fundamenta. Primum est gratia, sicut in his qui producti sunt immediatè à Deo, vt Adam per creationem, & Eua per miraculum de costa; quod fuit de gratia liberali. Secūdum principium, siue fundamentum est natura, sicut in his, quæ producūtur per viam generationis absque miraculo, sicut Seth & Caim, & sequentes. Tertium est mixtū ex gratia & natura, sicut hi qui producuntur ex viro, & muliere, tamen sterilibus, & ideo partim per naturam, & partim per miraculi gratiam, sterilitatē remouentem, sicut fuit concepta beata virgo Maria: & ideo ipsa fuit calchedonius, habens tertiū fundamentum.

Isido.

Apo. 21

Secundo ratione inuentionis, quia calchedonius (vt idem Isid. dicit) ad reperçussum Lunæ plenæ inuenitur. Quasi enim plenitudo Lunæ, est plenitudo temporis gratiæ, in quo beata Virgo est nata, & mater Saluatoris inuenta, propter quod dicit Apostolus. quod quando venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum de muliere.

Gal. 4.

Tertio, ratione coloris, quia calchedonius pallido colore est coloratus. Pallor autem conuenit timenti: quia timentes pallescunt, & etiam multum conuenit abstinenti: propter quod dicit Isaac, quod decor monachi, est pallor, & macies. Quod dicit quia monachus debet esse abstinens: & macies, & pallor ex abstinentia causantur, vt sūque pallorem, id est, palloris causam habuit beata Maria, scilicet timorē Domini: Ecclesiastici. Ego mater pulchræ dilectionis, & agnitionis, & timoris, &c. & etiam abstinentię, quia ipsa non vacauit delitis.

Isaac, Abbas li. de vi. sol.

Eccl. 24.

Quartò, ratione vigoris: quia hic lapis sculpturæ restitit. Nam tantæ soliditatis est, vt non sit incisionis, & extraneæ impressionis susceptiuus. Similiter beata virgo Maria nullius carnalis impressionis, seu corruptionis susceptiua fuit, quia scilicet virgo ante partum, & post partum. Item dicit Dioscorus quod hic lapis tanti vigoris est, & efficaciæ, quod perforatus ad collum ligatus, facit vincere causam, & contra illusiones dæmonum adiuuat, & virtutem conseruat. Hæc autem, siue vera sint, siue non de calchedonij virtute, verissimè tamen competunt beatæ Mariæ, quia ipsa est aduocata nostra, & ideo apud summū Iudicem pro causis nostris assistit, ipsa est nostra protectrix, & ideo ab illusionibus dæmonum nos frequenter defendit. Ipsa etiam est mater nostra, & ideo piè filios suos virtute & bonitate custodit.

Dioscor.

Item beata Maria assimilatur smaragdo.

Primò, ratione coloris: nā smaragdus (vt dicit Isido.) Gemmarum omnium viridium obtinet principatum. Nulli enim gemmæ, vel herbæ maior ineſt viri-

Isid. li. 16.

Digitized by Google

ditas, quã ſmaragdo, vnde viriditate ſua virides herbas ſuperat. Quaſi autem gemmæ, vel herbæ virides ſint ſacratiſsimæ virgines, quę carnes virorum ſemper cõculcãt, inter quas beatiſsimas beata virgo Maria obtinet principatũ.

Pſal. 44. Vnde Pſalm. Adducentur regi virgines poſt eam. dicit non tantum de ordine, ſed etiam de dignitate, quia ſcilicet virginitati eius nullus vnquam potuit coæquari, decebat nimirum Reginam virginum, vt tanta puritate niteret, qua maior ſub cælo nequit inueniri, vt dicit Anſelmus: vnde eius virginitas, & humilitas, ita Deo gratæ extiterunt, quòd fuerunt quaſi duæ portæ, per quas Chriſtus in eam intrauit, ſcilicet virginitas ſumma in carne, humilitas profunda in mente, & ideo

Tob. 17 dicitur Tob. Portæ Hieruſalem ex ſaphyro, & ſmaragdo ædificantur. Nam per ſaphyrum qui habet tumorem ſedare, intelligitur eius humilitas, quia virtus humilitatis ſoluit tumorem elationis: ſed per ſmaragdum viridis coloris, virginitatem intellige carnis.

Secundo ratione nitoris, quia tantus eſt nitor ſmaragdi, quod nec in Sole aliquo modo obumbratur. Et ſimiliter tantus fuit nitor virginitatis, & nitor puritatis virginis Mariæ, quod Solem iuſtitię, Chriſtũ gignendo, vel pariẽdo, in nullo eius integritas, vel virginitas ſiue virginitatis nitiditas fuit diminuta.

Tertio, ratione generationis, quia ſcilicet corpus ſmaragdi ſi exterſum fuerit, & politum, admodum ſpeculi imagines reddit. Item ſmaragdus ex ſe generat radium qui ſuo nitore tingit aërem circunfuſum. Beata autem virgo primo habuit corpus ſuum ab originali peccato politum, ſcilicet in vtero matris in ſua ſanctificatione. Secundo habuit ipſum politum à Spiritu ſancto, ſcilicet in Filij cõceptione, quia tunc Spiritus ſanctus ſuperuenit, & virtus altiſsimi obumbrauit ei, vt Angelus Dei Luc. 1. prædixerat: Et ideo ad modum ſpeculi imaginem reddidit, diuinam, & humanam: quia Verbum incarnatum genuit, quod, inquã Verbum eſt imago Patris, & figura ſpiritus eius, & ſecundum carnem, ſiue humanitatem eſt (vt ita dicam) imago matris, ſcilicet homo ex homine in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus, vt homo. Vel beata virgo, quæ ſpeculum politum, & terſum per ſuam maximam puritatem repræſentat nobis imagines omnium virtutum, vt eas imitemur. Item genuit ex ſe radium, ſcilicet Dei filium: quia ſicut ſydus radium protulit, virgo filium pari forma: quia neque ſydus radio, neque mater filio fuit corrupta, quo filio ſua viriditate, id eſt, ſua virginali carne qua ipſum veſtiuit, non tantum circunſtantes, & proximos eum Iudæos, ſed etiã totum mundum tinxit tinctura baptiſmali. Nam Chriſtus tactu ſuæ mundiſsimę carnis, quam ſcilicet de virgine traxit, vim regenerationis contulit aquis, quibus ſcilicet fideles tinguntur, id eſt, baptizantur.

Quarto ratione virtuoſæ operationis. Nam ſmaragdus (vt dicit Dioſc.) opes augmentat. ſic beata Dioſc. Virgo ſpirituales opes, ſiue diuitias nobis augmẽtat, dum gratias multiplices impetrat, vel cũ nos ad benè operãdum, & merita cumulandum iuuat.

Item ſmaragdus collo ſuſpenſus morbum caducum ſanat. Hoc beata Virgo nobis facit: non tantum per auxilium, ſed etiam per exemplum, ſcilicet ſuæ virginitatis, & honeſtatis.

Item ſmaragdus valet contra illuſiones,

Digitized by Google

lusiones, & phantasmata dæmonum: quod de beata Virgine magis est certum.

Item smaragdus memoriã perditam reparat. Sic beata Virgo, quæ conseruabat facta sancta, & verba pueritiæ Christi, conferens vniuersa in corde suo, & postea creditur sanctis Euangelistis (& præcipuè beato Lucæ) plurima enarrasse, quę ipsi de Christo scripserunt, videlicet de eius despontatione, annunciatione, purificatione, Christe natiuitate, & Magorum adoratione, & multis alijs, quibus nec ipsi Euangelistę per se interfuerant, nec etiam per historiarũ scripturas, vel forte per aliã personã, quam per beatã Mariam virginẽ scire tunc tẽporis poterãt.

Itẽ smaragdus visum cõfortat. Similiter beata Virgo spiritualem visum nostrum cõfortauit, producendo veram lucẽ, Christum, qui illuminat totum mundum, vel omnem hominem venientem in hunc mundum.

Item smaragdus tempestatibus resistit. Et sic ipsa contra mundi tempestates, seu aduersitates benignè auxilium impendit. Vnde etiam ab Ecclesia vocatur stella maris: quia nos in huius maris mundi, scilicet tempestatibus, seu fluctibus dirigit, & defendit.

Item dicitur Maria, id est, dominatrix maris: quia velut pia domina in omni casu amaritudinis nobis inuocantibus eam denotẽ impetrat remediũ iucundæ cõsolationis: Vnde dicitur Ecclesiastici: Sicut in fabricatione auri signũ est smaragdi, sic numerus musicorum in iucundo, & moderato cõuiuio. Quasi enim in auro signũ smaragdi est beata virgo Maria, refulgens vt gemma in gloria cælesti. De quo etiam signo dicitur Apoc. Signũ magnum apparuit in cælo, mulier amicta Sole, &c. Ex quo, videlicet signo prouenit, q nobis in amaritudinibus positis infunditur aliquando musicalis iucũditas modulationis. Et hoc est quando per vocem, seu per sonũ alicuius exhortationis ea procurante infunditur nobis dulcedo alicuius consolationis. Aliquando verò propinatur nobis iucunditas per eam internæ refectionis, puta quando ea impetrãte infunditur cordi nostro gratia internæ inspirationis, seu alicuius dulcedinis animam cõsolantis, & reficientis: & hoc est conniuium iucundum quidẽ, sed tamen moderatum.

Ecclı. 32

Apoc. 12.

Itẽ beata Maria assimilatur lapidi sardonico. Primo ratione colorationis. Nam sardonyx (vt dicit Isid.) ex Sardio, & onyce nomen suscepit. Constat enim ex tribus coloribus: nam niger est in imo, candidus in medio, rubeus quasi vinum in primo. Sic beata virgo Maria fuit nigra in imo per humilitatem, secundũ illud Can. Nigra sum, sed formosa, &c. Sed candida in medio per puritatem mentis, & virginitatem carnis. Ecclesiastici: Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus. Item rubea in supremo per feruentem charitatem. Prouer. Purpura indumentum eius purpura enim rubeum habet colorem.

Isid. lib. 16. hi.

Cant. 1.

Ecc. 27.

Prou. 31

Secundo ratione sigillationis, quia hæc sola gemina in sigillatione de substantia ceræ nihil euellit: & sic sola beata Maria generando, de corruptione carnis, vel peccati nihil accepit.

Tertio ratione virtuosæ actionis, propter quam iste pretiosissimus appellatur. Iob. Nec lapidi sardonyco, &c. Nam hic lapis luxuriam repellere dicitur, humilẽ efficit, & pudicum. Sic domina nostra, deuotos suos docet esse castos in corporibus, humiles in cordibus, & etiam pudicos in moribus.

Iob. 28.

Quæ

Qua mihi bona misericordia opera conferãt, ex lapidis iridis natura, pulcherrimè perspicitur.

Cap. XXII.

MIsericordia assimilatur illi lapidi, qui vocatur iris:

Primo ratione figuræ, quia hic lapis est ex sex angulis (vt dicit Isido.) Qui sex anguli competunt sex operibus misericordiæ, quæ Mat. 25 Christus enumerat. Mat. Esuriui, & dedistis mihi manducare, &c.

Secundò ratione tinctura, siue resplendentiæ: propterea enim dicitur iris, quia sub tecto positus et Sole percussus, colores iridis, id est, cælestis arcus in proximos parietes repræsentat. Similiter homo misericors, sub tecto, id est, sub tegumento humilitatis positus, & sole, id est, luce diuinæ gratiæ perfusus, colores arcus cælestis id est, affectus, siue effectus Christi in proximos sibi pauperes repræsentat.

Tertio ratione efficaciæ: quia hic lapis cooperatur parienti, vt citius patiat, vel vt saltem dolores parientes facilius ferat, & nõ tãtũ de periculo timeat. Consimili modo misericordia, siue misericordiæ operatio cooperatur pœnitẽti, vt citius satisfaciat, vel saltem, vt angustiam, & laborem pœnitentiæ facilius ferat, & de tentationum periculo minus timeat, Dan. 4. propter primum dicitur Danieli: Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs Psal. 40. pauperum: propter secundum dicitur in Psal. Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem, & postea: Dominus opẽ ferat illi super lectum doloris eius, propter tertium, dicitur Ecclesiastici: Conclu Eccl. 29 de eleemosynam in sinu pauperis, & hæc pro te orabit ab omni malo. Et postea: Super scutum potenter & super lanceam aduersus inimicum pugnabit.

Gemma Alabandina virtus, boni operis perfectiuũ, similitudine quadam demonstrat.

Cap. XXIII.

OPus bonum assimilatur illi lapidi, qui dicitur alabandina. De quo dicit Dioscorides, quod est Dioſc. gemma clara, & subrufa, vt sardis, cuius est virtus sanguinem augmentare, & prouocare. Similiter opus bonum debet esse clarum, id est, factum cum claritate, hoc est cum munditia conscientiæ, & Prou. 21 intentionis puritate. Prouerbior. Qui mundus est, rectum est opus eius. Gregor. Incassum exterius opus agitur, si non pro eo interius Grego. innocentiæ victima in ara cordis immoletur. Vnde econtrario, opera cum immunda conscientia, vel non recta intentione facta, erunt opera tenebrosa: de quibus dicitur: Abijciamus opera tenebrarum. Itẽ debet esse subrufum, Rom. 13 & hoc per feruorem dilectionis. Ecclesiastici. Bibe cum gaudio vinum tuum, quia Deo placent ope- Eccle. 9. ra tua: vbi innuit, quod tunc Deo grata sunt opera nostra quando cum vino charitatis, & gaudio de uotionis fiunt, Corint. Cuiuscun- 1. Cor. 3 que opus, quale sit, ignis probabit. Tunc est enim opus probatum, quando est igne charitatis inflammatum. Sed ad litteram exponatur de igne purgatorij. Item debet esse sanguinis prouocatiuũ & augmentatiuum, id est, deuotionis. Sanguinis humor est calidus, & humidus; quia scilicet deuotio bonì operis, in mente auget caliditatem, id est, spiritualem feruorẽ, sicut nutritio olei auget ignem; & auget etiam humorem, id est, lachrymarum compũctionem, sicut operationis vehementia producit sudorem.

Auri, chrysopasij, naturales effectus describuntur, quibus pastitia perfectionis assimilantur.

Cap.

Digitized by Google

cap. XXIIII.

PAtientia assimilatur auro.

Primo, ratione soliditatis: quia auro quoad substantiam nihil solidius, aut compactius. Vnde in igne positum nec euaporat, nec in pondere minuitur, neque consumitur; sed quando vi caloris dissoluitur, si quid habet impuritatis admixtum depuratur, & tunc fulgidius inuenitur. Similiter verè patiens tantam habet mentis soliditatē, quod in igne tribulationis positus, neque euaporat per iram, neque in pondere virtutis minuitur per diffidentiam, neque consumitur per accidiam, sed potius deputatur per pœnæ tolerantiam, & fulget per virtutis euidentiam. Ecclesiastici. Quasi vas auri solidum. Petr. Modicum nunc si oportet contristari in varijs tribulationibus, vt fides vestra multo preciosior sit auro quod per ignem transit.

Ecc. 1. 1.pet.1

Secundo, ratione ductibilitatis, quia auro nihil ductibilius. Nam, tam ductibile est, quod inter incudem & malleum sine diuisione sine interruptione partium in tenuissimas laminas dilatatur. Eodem modo perfectè patiens, persecutioni non resistit: sed se duci, & malleari permittit, ita vt non rumpatur, per inconstantiam, nec diuidatur etiam à persequēte per maleuolentiam: & ideo dilatatur in charitate per patientiam. Vnde de tali auro fiunt vasa Domini, de quibus Exod. Vniuersa ductibilia, de auro purissimo facies. Tale enim fuit aurum candelabri, id est, patientia Christi, vnde in eodem dicitur: Facies candelabrum ductibile, de auro purissimo, scilicet Christum, qui tanquam ouis ad occisionem ductus est.

Exo.25.

Tertiò, ratione tranquillitatis: nam auro inter metalla nihil quietius, quia percussum non resonat, sicut facit æs, vel argentum. Et consimili modo homo patiēs nō resonat, nec murmurando, nec maledicendo, detrahendo, vel cōtra contumacem linguam tixando, sicut de Christo legitur. Qui cum malediceretur, non maledicebat, cùm pateretur, non comminabatur, &c. Talis etiam fuit martyrum patientia, qui percussi & mortificati tota die, per patiētiam non resonabant, aut resistebant: Vnde ipsi erant, quasi mortariola templi, de quibus Paral. Facta sunt mortariola, à mortificatione tunsionum, id est, passionum psalm. Propter te mortificamur tota die.

1.Par.2.

Psal. 43.

Item patientia assimilatur lapidi crysopasso, qui est lapis Aethiopicus, quem lux celat, & obscuritas manifestat: de nocte enim igneus, de die vero apparet aureus, vt dicit Isido. In die enim (vt ipse dicit) est euanescens, & splendorem amittens, velut aurum expallescit. Similiter patientia cordis in luce prosperitatis absconditur. Vnde Greg. dicit, quod improbi tus miles est, qui se fortē in pace gloriatur: quia scilicet fortitudo vera non ostenditur tempore pacis, nec etiam tempore prosperitatis patientia. Et ideo patientia in tenebris aduersitatis agnoscitur, quia qualis quisque apud se lateat, illata contumelia probat, vt ibidem Gregor. dicit. psalm. Nox scilicet aduersitatis, illuminatio mea: nam ibi illuminatur anima, vt cognoscat qualis sit.

Isido. Greg. Psal.138 Psal. 55.

Item si est vera patientia in nocte aduersitatis efficitur ignea, id est, in amore diuino magis feruida, & lucida, sed in die prosperitatis pallescit, id est, efficitur timida. Nam viri perfecti in aduersitate per patientiam feruent, de prosperitate timent. psalmus. Ab altitudine diei timebo, id est, prosperitatis.

Ex sa-

Hæ saphyri, ligurij, cryſtalli, mitri, auripigmenti, tandemq; margaritis, gemma multiplicibus virtutibus, ac naturalibus perfectionibus, quemadmodum vera pœnitentia omnium ſit expultrix vitiorum, explanatur.

Cap. XXV.

POenitentia eſt omnium vitiorum capitalium, quæ ſunt ſeptem, expulſiua. Et ideo aſſimilatur ſaphyro eius virtutes. Nã primo ſaphyrus (vt dicit Dioſc.) habet virtutem ſudoris & ſanguinis reſtrictiuam. Et hoc conuenit pœnitentiæ, inquantum reſtringit vitium gulæ, ex qua prouenit ſuperfluitas ſanguinis, & ſudoris. Dioſc.

Secundo, habet virtutem caſtitatis amatiuam. Nam omnes auctores cõſentiunt, quod hęc gemma amatrix eſt caſtitatis: & ideo ne eius virtus per immunditiam portantis impediatur, oportet eã portantem caſtè viuere. Hoc etiã competit pœnitentiæ, inquantum tollit vitium luxuriæ, & caſtitatem ſeu continentiam diligit, & requirit, quamuis aliam in coniugatis, aliam in viduis, aliam in virginibus.

Tertio, habet virtutem tumoris, & inflaturæ ſedatiuam: Vnde & apoſtemata reprimit, ſi in principio nouæ collectionis cito appoſitus fuerit: Et hoc competit pœnitentiæ, inquantum expellit tumorem, & inflaturam ſuperbiæ, & maximè ſi in principio antequam ſuperbia inueteretcat, ad humilitatem pœnitentiæ omnino conuertatur.

Quarto, habet virtutem caloris febrilis repreſsiuam, ſi iuxta venas cordis pulſatiles ſuſpendatur. Eſt autem auaritia inordinatus ardor, velut quidam febrilis calor, qui quietem omnium tollit, & ſitim inextinguibilem gignit. Hũc calorem pœnitentia mirabiliter extinguit, vt patet de Euangeliſta Matthæo, quem fecit relinquere propria, qui rapere ſolebat aliena, vt dicit Beda. Beda in Mat.

Quinto, habet virtutem veneno ſitatis, & antractis expulſiuam, & ideo veneno contrariam habet virtutem, & virtutis eius penitus extinctiuam. Vnde ſi araneam in pixidem poſueris, & verum ſaphyrum ſuper eius orificium aliquãtulum tenueris, eius virtute aranea ſubito morietur, vt dicit Dio. Similiter pœnitentia expellit, & extinguit venenum inuidiæ, quæ facit hominem venenoſum, & calorem charitatis extinguit.

Sexto, dicit Dioſco. quod habet virtutem diſcordium reconciliatiuam. Nam plurimũ dicitur valere eius præſentia ad pacem inter aliquos reformadam. Quod quidem competit pœnitentiæ, non ſolum in quantum animam reconciliat Deo, ſed inquantum de cordibus pœnitentium iram & odium fugat, & ad remittendum offenſas receptas, & per conſequens ad pacem inclinat. Vnde etiam dicitur ad literam, quod ſaphyrus ſe portantem reddit benignum & mitem: quod de pœnitentia magis certum eſt, quam de ſaphyro. Hæc enim fuit, lupum ſeuiſſimum, id eſt, Paulum, contra Chriſtianos ferociſſimum, mutauit in manſuetiſſimum agnum.

Septimo, ſaphyrus habet virtutem cordis lætificatiuam, & confortatiuam. Vnde valet cõtra cardiacam, & melancolicam paſſionem. Et iſtud pœnitentiæ competit, inquantum expellit accidiam, quæ animam reddit triſtẽ, & grauem. Vnde ea expulſa anima lætificatur.

Item pœnitentia aſſimilatur ligurio.

Primo, ratione generationis. Notandum eſt enim, quod plærunque mala naſcuntur ex bonis ſicut de proſperitate naſcitur inuidia

Digitized by Google

uidia, & de virtute nascitur superbia. Quandoque e conuerso, de malis nascuntur bona. sicut de tribulatione patiētia, & de peccato pœnitentia: & hoc est quod repræsentat generatio ligurij, scilicet originem pœnitentiæ ex corruptionē culpæ. Nam ligurius (sicut dicit Isido.) Qui in colore est electro similis, sic vocatus est à lynce bestia, quia scilicet ex eius vrina inter arenulas generatur. Sicut ergo ligurius, quamuis sit gemma preciosissima, generatur tamen ex vilissima materia, scilicet ex animalis vrina: Ita pœnitentia quamuis sit preciosissima, tamen oritur, & causatur ex corrupta materia, scilicet ex hominis culpa. Nam nisi præcessisset culpa, non sequeretur pœnitentia.

Isi. lib. eth.

Secundo, ratione virtutis: quia ligurius (vt dicit Diose.) paleas attrahit, sedat dolorem, fluxum vētris restringit, perditum colorem restituit. Sic ad pœnitentiam attrahuntur paleæ, id est, pauperes qui exonerari à diuitiarum mundi sarcina, leuiores sunt ad modū conuersionis. Diuites enim ad patriam rarius, & difficilius conuertuntur. Luc. Quam difficile, qui pecuniam habent, in regium Dei intrabunt.

Luc. 18.

Itē pœnitentia dolorē ventris. i. remorsum conscientiæ, qui est ex recordatione peccati, sedat, dum ipsum peccatum tollit, & purgat.

Item pœnitentia fluxum. i. pronitatē, & labilitatem peccandi restringit: quia facit præterita peccata plangere, & plangenda nō committere. Colorem, id est, gratiam, & meritum, in quibus consistit animæ pulchritudo, perdita per peccatum restituit.

Item pœnitentia assimilatur crystallo.

Primo, per aspectum. Nā crystallus est clarus, & ita peruius, quod literarum omnium quæ sub eo sunt est manifestatiuus. Hæc ergo claritas fit in pœnitente per confessionis munditiam, nam dum pœnitentia, quæ in conscientia latebant peccata manifestat: ipsam miro modo purificat, & clarificat.

Item crystallus est luminis susceptiuus: quia anima per pœnitentiam luminis gratiæ fit susceptiua.

Item est colore aqueus, sic pœnitens est ploratiuus, & lachrimosus. Apoc. Ostendit mihi flumen aquæ viuæ, splendidum tanquam crystallum.

Apo. 10

Secundo, propter generationis modum. Generatur. n. crystallus ex aqua, quæ per multa annorum spacia in crystalli duritiam vertitur, vnde vt Grego. dicit, habet ex aqua fluxibilitatem, sed per frigoris virtutem in crystalli vertitur in firmitatem. Ecc. Gelauit crystallus ab aqua. Non tamē (vt dicit Dios.) sola vi frigoris, sed etiam ratione terreæ siccitatis. Sic pœnitentes, licet sint à principio molles & fluxibiles, & proni ad relabendum propter quod oportet, quod semper sint pauidi; tamen postea per perfectam perseuerantiam in pœnitentia efficiuntur fortes & solidi. Vnde dicit Gregor. quod in via Dei à timore incipitur, vt ad fortitudinem perueniatur. Corin. Prius quod animale est, deinde quod spirituale. Hæc enim soliditas præcipuè fit vi frigiditatis, id est. continentiæ, quæ refrigerat ardorem libidinis, & restringit fluxibilitatē carnis. Item fit virtute terreæ siccitatis, id est, abstinentiæ corporalis, quę desiccat humorem ventris.

Ecc. 4.

Grego.

1. Cor. 15.

Tertio, propter virtutis effectū. Nam crystallus habet virtutem inflammatiuam, repletiuam, sitis extinctiuam, & dolorum viscerum expulsiuam. Inflammatiuam quidem, quia si exponatur radijs Solis; adeo flammam rapit, vt fungus

aridus

Isidor. aridus siue stipula ibi posita incendatur, vt dicit Isido. Sic & cor pœnitētis radiis solis, id est, Christi exemplis vel verbis, vel inspirationibus sic aliquando incenditur, vt aliquos sibi per exemplum proximos incendat. Repletiuam virtutem habet, quia si trinus bibatur, vbera lacte replet, vt dicit Dioſc. Similiter vbera mentis, scilicet intellectum, & affectum pœnitentis, gratia pœnitentiæ adimplet lacte dulcedinis & cōsolationis. Vnde de Aug. ad pœnitentiam cōuerso legitur, quod non satiabatur illis diebus præ dulcedine mirabili cōsiderate altitudinem consilij super salutem generis humani. Item habet etiam cryſtallus ſitim ſedare, vt dicit Dioſco. Sic pœnitentia ſitim extinguit inordinati appetitus vitiorum. Item cryſtallus valet etiam portatus contra cholicā, & viſcerum paſſionem, ſi non adſit conſtipatio. Similiter pœnitentia remorſum, & amaritudinem interiorem conſcientiæ expellit, poſtquam ipſum peccatum purgauit, niſi adſit conſtipatio, id eſt, duritia, & dilatio ſatisfactionis.

Dioſc. Item pœnitentia aſsimilatur nitro. Nitrū enim (ſecundum Dioſ) eſt quaſi lapis ſubalbidus, & perſpicuus, cuius virtus eſt diſſolutiua & attractiua, ac abſterſiua, & humoris ſuperfluí cōſumptiua. Et ſimiliter pœnitentia duritiā peccati diſſoluit, gratiam Dei attrahit, ſordes conſcientię abſtergit, & ſuperfluos humores in abſtinētia conſumit. Item ſecundum Pliniū

Plin. nitrū eſt vena terræ, & eſt calidū, & ſiccum, leue, rubeum, & albū, vel citrinum. Quæ etiam omnia pœnitentiæ competunt per effectum: quia pœnitentia mentem inflammat, & ideo calida: corpus extenuat, & ideo ſicca, conſcientiam exonerat, & ideo leuis, verecundiam cauſat: & in rubea, conſcientia mundat, & ideo alba, vultum deformat, & aliquando etiam ad litteram citrinat per ieiunium. quia ieiunare in ætate ſecūdum medicos inter alia quæ facit, eſt quòd vultum citrinat: & ideo citrinat.

Item pœnitētia aſsimilatur auripigmento.

Primo, quia auripigmentum habet virtutem dealbatiuam. Habet enim, vt dicit Dioſc. fulguris naturam, ſcilicet calefactiuā, & deſiccatiuam. Vnde ſi aliquod metallum apponatur, ipſum ſua virtute in album tranſmutat. Similiter pœnitentia, dum cor calefacit per offenſæ meditationem, ſecundum illud Pſalm. Concaluit cor Pſal. 38.
meum intra me, & in meditatione exardeſcet ignis. Et deſiccat per triſtitiæ conſumptionē: quia ſpiritus triſtis exſiccat oſſa, vt dicitur Prouerb. Dealbat conſcientiam per culpæ purgationem. Prou. 17
Iſa. 1. Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, velut lana alba erunt. Iſa. 1.

Secundo, quia habet virtutē curatiuam: nam auripigmentum (vt dicit Plinius) conuenit medicinæ. Habet enim virtutem diſſol- Plini.
uendi, attrahendi & mundificandi: Vnde valet malum anhelitum habentibus, ſi fumus eius capite inclinato accipiatur. Sic etiā pœnitentia curat peccatorum infirmitates, diſſoluit corda dura, & attrahit ea ad bona opera, mundificat animæ intima. Etſi quis inclinato capite, id eſt mente humili, & deuota, fumum eius, id eſt, pœnam ſatisfactoriam iniunctam ſibi recipit, anhelitum malum, id eſt, malam vitam, vel malum peccandi vſum corrigit, & rectificat.

Tertio, quia habet virtutem depilatiuam. Nam ex auripigmento fit vnguentum depilatorium quādo cū calce, & vino decoquitur.

Simi-

Digitized by Google

Similiter pœnitētia cum calce. i. cum feruore, & puritate, quia calx est alba, & feruorem ignis in se continet. Et cum vino cōpunctionis lachrymosæ, de quo in Psalm. Isa. 59. Potasti nos vino compunctionis, aufert pilos. i. desideria carnis extinguit. Pili enim ex carne procedētes designāt appetitus carnales.

Quartò, quia vim habet vnguiū renouatiuam. Habet enim auripigmentum naturam incisiuā, & corrosiuam. Vnde & vngues facit cadere deformes, vt crescant meliores. Quasi autem vngues deformes sunt inordinati mores, qui ex vsu quasi inseparabiliter inhærent peccatori, sicut vngues tenaciter inhærent carni. Sed tanta est veræ pœnitentiæ virtus, quòd vngues veteres, id est, pristinos mores deformes facit derelinquere, & in meliores immutare, secundum illud: In nouitate vitæ ambulemus. Rom. 6.

Item pœnitentia assimilatur illi gemmæ quæ dicitur argarites, quæ est argento similis. Habet n. stigmata aurea: cuius forma quadrangulata est, & habet fortitudinem adamantis: & putat vulgus tale nomē sibi impositū, eo quòd frenet iras, & impetus animorū. Sic homo pœnitēs debet esse argenteus per conscientiæ claritatem: sed stigmata tribulationum habere aurea per patientiæ preciositatem; formā quadrangulatam, per operationum pluralitatem. Habet enim pœnitentia quatuor angulos, id est, quatuor opera exteriora, s. confiteri, ieiunare, orare, & eleemosynas dare.

Item debet fortitudinem habere, id est, constantiæ firmitatē. Et talis pœnitentia est, quæ frenat, & placat iram Dei, & impetum furoris. s. iudicij sui.

Pœnitens qualis esse debeat, adamanti, lapidi absintes, quibusdamq; metallis comparatus, ostenditur.

Cap. XXVI.

Pœnitens debet assimilari adamanti.

Primo ratione paruitatis: quia est lapis paruus, & modicus. Nunquam. n. in magnitudine nuclei auellanæ inuenitur. Sic pœnitens debet esse paruus per humilitatē, scilicet reputatione sui se paruificādo. Matt. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Mat. 18.

Secundo, ratione claritatis. Nā adamas licèt habeat colorē ferrugineum tamen habet splendorem crystallinum. Sic homo pœnitens, licet sit despectus in colore, id est, in apparentia exteriori, habet tamen mundiciæ interioris & gratiæ splendorem.

Tertio, ratione soliditatis. Nam tantæ soliditatis est, quòd nulli violentiæ cedit: quia nec ferro frangitur, nec igne soluitur, immo, nec vnquam calescit. Et cum sit inuictus ignis ferriquo contēptor, rumpitur sanguine hirci calido, & recenti. Sic pœnitens debet esse ita constans, vt nec ferro, i. violentia frangatur aduersitatis; nec igne, id est, calore prosperitatis soluatur, tamen sanguis hirci, id est, Christi pro peccato mundi immolati. Etenim hircus in lege pro peccato immolabatur: dum recenter, & feruēter ad memoriā reducitur, debet cor pœnitentis calefacere, & in lachrymas deuotionis, seu compassionis dissoluere, vel hoc signat, quod virtute sanguinis Christi soluitur duritia peccati in peccatore pœnitente.

Quartò, ratione contrarietatis. Habet. n. iste lapis contrarietatem quandam ad magnetem: quia positus iuxta ferrum, non patitur attrahi à magnete, immo iam attractum quadam violentia retrahit. Sic pœnitens retrahit animam ne attrahatur à peccato, & iam attractā adhuc habet virtu-

tem retrahendi, & reducendi ad gratiam.

Isido. Quintò, ratione vtilitatis: quia adamas (vt dicit Isido.) dicitur venena reprimere, metus expellere, magicis artibus resistere, & secūdum Diosc. Habet etiam separata connectere. Est enim gemma, vt ipse dicit Diosc. reconciliationis & amoris. Et ideo dicit, quòd si vxor fuerit viro odiosa, vel ab eo separata, per virtutem adamantis in eius gratiam faciliter reuocatur. Sic pœnitentia venenum peccati deprehendit, & abiicit: timorem etiam humanum, quo quis timet aspera peccati expellit, quia voluntariè homo pœnitens aspera assumit.

Item anima per peccatū à Christo sponso suo separata virtute pœnitentiæ, ad eius amorem & gratiam reuocatur. Habet etiam magicis artibus, id est, diabolicis tētationibus, quas diabolus quadam fallaci arte ingerit, resistere, & obuiare.

Item pœnitēs debet esse similis lapidi absintes, qui est gemma nigra, ponderosa, venis rubentibus distincta, quę igne calefacta septē diebus calorem seruat: vt dicit Isid. Sic anima pœnitentis debet esse nigra per pœnitentiam, ponderosa per prudentiam, venis rubentibus distincta, per amoris, & charitatis flammam, & septem diebus calorem amoris ignitum seruare per perseuerantiā: per septem enim dies septimanæ totum tempus vitæ præsentis deuoluitur: vnde vitæ præsentis septem diebus calorem seruat, qui scilicet in Dei amore omni tempore perseuerat.

Isido.

Item pœnitens assimilatur quibusdam metallis, quorū quædam sunt, quæ nunquā fundūtur, sicut lapides, quod est propter dominium terrei, & defectum humidi aquei. Et his assimilantur homines obstinati, qui nunquam per pœnitentiā emollescunt. Iob. Cor eius indurabitur, quasi lapis. Quædam vero totaliter funduntur, vt metalla, & his assimilantur veri pœnitentes, qui toto corde vestro ad Deū cōuertūtur, secundū illud Ioel. Conuertimini ad me in toto corde vestro. Quædā vero partim fundūt, & partim nō, vt almacrasia est lapis qui calore solutus in æs cōuertitur, eo quòd habeat in se venas minerales. Huic assimilantur hi qui partim pœnitent, & partim non, scilicet qui de vno peccato pœnitent, & de alio non, vel qui plangunt præteritum, & non vitant futurum. Ferrum autē mollescit ad ignem sed non funditur, nisi per aliquod sibi adiunctum, vt arsenicum. Et huic assimilantur qui per tribulationem immutantur, sed non tamen vt peccata demittant, sicut faciebat Pharao qui imminente plaga populum dimittere promittebat, sed ea cessante retinebat. Sed si arsenicum, id est, virtus diuinæ gratiæ infunditur, tunc omnino cordis duritia soluitur, & mundatur.

Iob. 41.

Ioel. 2.

Argenti, ac gemmæ, quæ astrion nuncupatur, multiplices perfectiones, quibus Dei concionatores assimilantur.

Cap. XXVII.

PRædicator debet esse similis argento. Nam argentum est purum, clarum, durum, sonorum, igne liquefactibile. Sic prædicator verbi Dei debet esse purus quoad conscientiam. Mala. Sedebit conflans, & emundans argentum: debet enim prædicator conflare aliis ex verbis sacræ scripturæ salutifera documenta, & emundare conscientiam, propria abiiciendo peccata. Apo. Attende tibi, & doctrinæ.

Mala. 3.

1. Thi. 4

Item debet esse durus per patientiam, Isa. Pro ferro afferam argentum, per duritiam ferri fortitudo

Isa. 6.

uulto secularium, per soliditatem argenti, constantia prædicantium intelligi potest.

Item debet esse clarus per sapiẽtiam, præcipuè per sapiẽtiam diuinorum eloquiorum ; de quibus.

Psa.11. Eloquia domini , eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ , purgatum septuplum.

Item debet esse sonorus per doctrinam. Prouerb Argentum electum lingua iusti.

Pro. 10.

Item debet esse liquefactibilis per compassionem & misericordiam. Zach. Nostrum as sicut argentum vritur . Argentum enim dum vritur, liquatur. Sicut vrebatur , & liquebatur ille prædicator

Luc.13.

Cor.2. Paulus cum dicebat. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror?

Item debet esse ductibilis per obediẽtiam. Numeri. Fac tibi duas tubas argenteas ductiles . Tubas, per sonum doctrinæ ; argenteas, per munditiam vitæ, ductiles , per motum obedientiæ.

Nu. 10.

Item argentum est balsami conseruatiuum , & virtutis in iaspide cultoditiuum. Vnde maiorem virtutem habet iaspis in annulo argẽteo , quã aureo. In quo signatur præcipue , quod prædicator debet intendere ad conseruandum odorem bonæ famæ, & honestatem vitę. Nam virtus iaspidis est honestas hominis, vel continentia carnis; & odor balsami, suauitas boni exempli, & nominis.

Item argẽtum ex tactu terræ rubiginem contrahit, sed ex confricatione salis, & arenæ, pristinũ colorẽ resumit. Similiter prædicator quandoq; cogitãdo, vel tractando terrena, cõtrahit rubiginem alicuius cupiditatis. Sed ex confricatione salis, id est, cõtemplatione, siue studio sapientiæ, quæ æternorum nobis saporem repræsentat , cuius comparatione temporalia vilescũt: & etiam ex confricatione arenæ, id est, ex inũdatione pœnitentiæ, quæ ratione grauedinis, arenæ assimilatur, ad pristinam restituitur puritatem affectionis.

Item qui dignè vult exequi officium prædicandi, debet effici similis cuidam gemmæ, quæ dicitur astrion, quæ est crystallo propinqua, & in centro lucet, vt stella fulgore plenę lumę. Vnde sic est dicta ab astris , eo quod fulgorẽ eorum in se rapit, vt dicit Isido Sic prædicator crystallo debet esse similis per conscientiæ puritatem, lucere in centro, id est, in corde per sapiẽtiæ claritatem, astrorum, id est, sanctorum, & perfectorum fulgorem , id est, doctrinæ , vel vitæ in se rapere per studium, & viuendi conformitatem. Daniel. Qui ad iustitiam erudiunt plurimos , erunt velut stellæ.

Isid.li. 16. etth.

Dan.12.

Lapidis hyacinthi varij naturales effectus, quibus prudentia virtus varijs similitudinibus comparatur.

Cap. XXVIII.

PRudentia assimilatur hyacintho.

Primo, propter fulgoris mediocritatem. Nam hyacinthus, qui est saphirei coloris, ille est optimus, sicut ille qui in Aethiopia inuenitur, nec nimis est clarus, nec nimis obscurus , sed mediocriter fulgidus. Similiter prudentia hominis requirit mensuram quandam mediocritatis. Prouer. Prudentiæ tuæ pone modum. s. vt neque plus sapias, quam oportet, nec plus ignores , quam quod scire non debes. Quamuis alij dicant quod hic Salomonis dictum non est sic intelligendum, quod ipsa prudentia sit in se moderanda. Sed, quia secundum prudentiam est alijs modus imponendus . Opus n. prudentiæ sic medium tenet rectę rationis, vt neq; excedat, quod est nimis sapere, vel fulgere ; vt deficiat, quod est quasi ignorare , vel obscurum.

Pro. 25.

Digitized by Google

Cant.5. esse. Cant. Manus illius tornatiles aureæ plenæ hyacinthis. Hæ manus sunt opera prudentiæ, quæ sunt plena hyacinthis, id est, moderationibus debitæ rationis.

Secundo, propter sculpturę susceptibilitatem. Quia licet hyacinthus sit ad sculpturam durissimus nō tamē est intractus, quia ab adamāte sculpitur, & signatur. Similiter homo prudēs, licet nō sit faciliter ad credendū omni verbo & omni dicenti inducendus, sed ad multa credenda sit durus. i. ita vt non à quolibet informetur, tamē veraciter, & rationabiliter loquēti, siue corripēti etiā si dura dicat nihilominus credit, & eius impressiones humiliter suscipit. Et talis impressio est sicut adamātis. Nā adamas est lapis durissimus, qui nullo metallo cedit. Talis debet esse facies prædicātis, seu corripientis. Eze. Vt adamantem, & silicem dedi faciem tuam. Ezec. 4.

Tertio, propter aēris conformitatem. Nam (sicut dicit Dioſc.) hyacinthus aēri se maximē cōformat, vt sit in nubilo nubulosus, & in sereno serenus. Similiter homo prudēs cōformet se decēter statui aliorū, cū quibus habet cōuenire. s. vt sciat gaudere prudenter cum gaudētibus, & flere cū flentibus. Dioſc. 2. Cor. 9 Hoc n. dicebat Apost. Omnibus omnia factus sum, sed sicut dicit quædā glossa, prudens, & diuinus Apostolo. ita omnibus cedit, quod formam veræ honestatis nunquā excessit.

Quarto, propter effectus vtilitatē. Est n. hyacinthus efficax, & vtilis ad multa. Nā hyacinthus (vt Dioſc. dicit Dio.) habet lætificare quod conuenit prudenti, inquātū vitat inuidiam, quę est tristitia in bonis alienis, vt dicit philosophus. Sed prudens de alienis bonis e cōtrario lætatur. Itē hyacinthus habes melancolici qualitatem fugare, & hoc competit prudēti, inquātū vitiat accidiā, quæ ad modū melācolici humoris infrigidat charitatis feruorē, & deficcat deuotionis humorē. Melancolia enim est frigida, & sicca. Sed e cōtra homo vere prudens conatur esse feruēs & deuotus.

Item dicitur, q hyacinthus facit suspitiones vitare, & hoc cōpetit prudenti inquantum vitat superbiam. Superbus. ſ. suspiciosus est, quia cum pax est & securitas, ille q super insidias suspicatur. Itē hyacinthus habet diuersis pestilentijs aēris obuiare, & hoc cōpetit prudenti, inquantum vitat iram, quæ facit hominē multipliciter pestilentem.

Itē hyacinthus habet mēbra vigorare, & neruos vegetare Et hoc cōpetit prudēti, inquantum vitat vitiū gulæ, & intemperantiæ, quæ membra faciunt e contrario debilitari, atque infirmari.

Item quantum etiam vitat vini ebrietatem, quæ neruos specialiter lædit, & etiam læsos eneruat.

Itē hyacinthus habet dulcem, & saluiferū saporem dare: & hoc cōpetit prudenti, inquātum vitat luxuriam, quæ licet videatur dare saporem, id est, delectationem, tamen ille sapor, siue delectatio nō est saluiferus, sed damnabilis, & finaliter sentitur non dulcis, sed amarus, secundum illud Pro. Nouissima illius amara, quasi absinthium. Prou. 5.

Item hyacinthus, qui est bene similis saphyro, habet venenū expurgare. Et hoc cōpetit prudenti inquātū vitat cupiditatem, & auaritiā. Nam (sicut dicit Aug.) venenum charitatis est cupiditas. Aug.

Coralli proprietates patefiunt, quibus cordis purgatio assimilatur. quod voluit scriptor à peccatorum vrbigine expurgatur.

Cap XXII.

PVrificatio cordis assimilatur corallo.

Primo, ratione generationis, quia coral-

corallus nascitur, & generatur in mari, maxime in rubro. Similiter purgatio peccati, maxime in mari rubro i. in amaritudine contritionis, & rubore confessionis reperitur.

Secundo, ratione transmutationis: quia corallus quandiu tegitur sub aquis, lignum est, siue herba habens ramos candidos, & molles; & statim, dum abstrahitur de aquis, & aëre tãgitur, in lapidem induratur. Vnde tunc rami eius rubescunt, & durescunt. Ita pœnitens, quamdiu manet sub aquis pœnitentiæ vel tribulationum, est vt lignum ramiferum per operositatem, & candidum per cordis & operis puritatem, & molle per flexibilitatem, id est, ad bonũ flexibile. Si autem ab huiusmodi aquis extrahatur, statim tegitur rubedine peccati, & infectione.
Isa. 1. Vnde dicitur Isa. Si fuerint peccata vestra quasi vermiculus rubra, &c.

Item induratur per peccati obstinationem.

Tertio, ratione distinctionis, quia corallus duplex est, rubeus & albus, possumus n. coralli rubeginem inflectere in bonam partẽ, vt scilicet corallus albus repræsentet puritatem innocentiæ, rubeus vero ruborẽ pœnitentiæ siue confessionis. Pœnitentia enim quanto magis est verecunda, tãto validior: quia erubescentia cũ sit pœna, magna pars est satisfactionis, secundũ Aug. Vtrunque autẽ corallũ dicitur magis valere cõtra fulmẽ, eiq; resistere. Quia s. vtrũque dictorũ. s. puritas innocentiæ, & purgatio pœnitẽtiæ, valet cõtra fulmẽ. i. cõtra impetum iræ Dei, siue pestilentiæ. Nam de puritate innocentiæ, patet in Sodomitis: quia Dñs asseruit Abrahæ, quia si fuissent inter eos, decẽ tantũ innocentes inuẽti, pepercisset omnibus illis. De purgatione pœnitẽtiæ, patet in Niniuitis, quibus Deus pepercit pœnitentia à plaga, quam per Ionam prophetam prædixerat, quia pœnitentiã egerunt ad prædicationem illius. Ion. 3.

Quarto, ratione virtuosæ operationis. Nam corallus & maximẽ rufus valet cõtra omnem fluxum sanguinis, contra epilepsiam, contra diabolica monstra, fructus multiplicat, fides & principia negotiorum abbreuiat. Quæ siue vera de corallo sint, sine non, purgationi tamen pœnitẽtiæ competũt verissime, quia ipsa restringit fluxum sanguinis, id est, refrenat odia, & rixas, quæ sunt causa effusionis sanguinis. Ipsa valet contra epilepsiam, siue morbum caducũ, quia à casu peccati præseruat: ipsa diabolica monstra, id est, diabolicas illusiones, siue deceptiones fugat: fructus ipsa meritorum multiplicat. Ipsa principium vitæ spiritualis, & finem, quæ est gloria æterna, abbreuiat, quia s. breuis pœnitentia & innocentiam restituit, & gloriam æternam acquirit. Itẽ purgatur homo à peccato, sicut ferrũ à rubigine. s. per ignis decoctionẽ, vel per limę corrosionẽ, vel per lapidis duri & aspersionis arenæ cõfricationem. Ignis decoquens, est dilectio feruida. Luc. Luc. 7.
Remittuntur ei peccata multa, quoniam, &c. Gre. Tãto amplius peccati rubigo consumitur, quãto peccatoris cor magno charitatis igne crematur. Lima corrodens, correptio aspera. Pron. Liuor vulneris abstergit mala criminis. Lapis autem est tribulatio dura. Ber. Pro. 20. Bern.
Quid facit fornax auro, hoc facit tribulatio iusto. s. purgat: sed grauis arena est pœnitentia. Act. Pœnitemini & conuertimini vt deleantur peccata vestra. Act. 3.

Topazij natura, pulchritudo, & perfectio, eiusq; quamplurimi vtiles exprimuntur effectus, ex quibus singulis, quemadmodum Christus a fidelibus quæri debeat, explanatur.

eq. xxx.

QVærendus est Christus sicut topazius, siue topazion. Nam traditur, quod in Tracomiride, dum incolæ loci tame maxime laborarent, & radices herbarū euellerent, gemmam effoderunt, quā in lingua sua topazió vocauerūt, quod sonat idem, quod quærere, quia eam multi quærunt est eo quod est omniū gemmarum maximè præclarissima, licet in effectu variabilissima, & est etiam vtilissima, propter quæ omnia quærendus est Christus,

Primo ergo quærendus est Christus multo amplius quam topazius propter suam maiestatem. Dicit enim Plinius hanc gēmam. s. topazion, tantæ magnitudinis fuisse repertam, vt ex ea Philadelfi facerent statuā quatuor cubitorū. Hæc autem magnitudo competit etiam Christo homini, qui omnium hominum maximus fuit .s. sanctitate, & potestate, dignitate, & felicitate. Vnde Christiani merito de ipso faciunt statuā, & eius adorant imaginem crucifixi: quia per Crucem maximè ostensa est virtus eius. Et hæc est statua quatuor cubitorum, immo potius fuit quatuor lignorum, ex eo quod virtus eius per mundi quatuor partes se diffundit, scilicet orientem, occidentē, meridiem, & septemtrionē.

Secundo, quærendus est Christus propter suam claritatem. Nā topazius est gēma præclarissima, eo quod ex virenti genere, omnique colore est resplendens, vnde sic lucet quādo tāgitur radijs solis, vt omniū gemmarum aliarum superet claritatem. Hāc si polis, eā obscuriorem facis: sed si suæ naturæ relinquis, clariorem. Similiter autē & Christus, ex genere virenti, id est, ex carne virginali est progenitus, & omni colore .i. omni gratiæ, siue virtute splenduit. Et tactu solaris radii .i. ex vnione ad Verbū tanta claritate & splendore gratiæ & sapientiæ plenus fuit, vt omniū gemmarū .i. omniū electorū claritatem excesserit, siue in miraculis, siue in virtutibus, siue in meritis, siue in doctrinis. Hic passionibus pœnarum expositus, scilicet in morte, in cordibus apostolorum, & oculis Iudæorum obscurior factus est. In cuius signum tunc obscuratus est sol: sed suæ naturæ diuinæ relictus per resurrectionem clarior est effectus.

Tertio, quærendus est Christus quemadmodum topazius propter preciositatem: est enim topazius gemma preciosissima, quia nihil ea in thesauris regum preciosius inuenitur, eo autē precioso quo rarior. Et habet duos colores, scilicet ex auro, & ex aëreo claritate, & tantæ est perspicuitatis, quod gemmarum sibi obiectarum in se recipit claritatem. Sic Christo in thesauris regum in spiritualibus diuitijs, id est, hominum benè seipsos in hoc mundo regentium, siue præmijs in cælo iam regnantium nihil preciosius, nihil clarius posse dicitur. Vnde sancti vt istum tanti lucri faciant, omnia alia vt stercora reputant. Et merito, quia in ipso sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi: vnde iste est thesaurus, de quo dicitur Matthæ. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo abscondit. Hic est etiam thesaurus rarus, immo singularis, & solus, cui similis nullus alius inuenitur, Psalm. Singulariter sum ego, &c. Eccles. Vnum de mille vnum reperi, id est, Christum, qui fuit vnus, id est, singularis in perfectione, quem millenarius signat numerus. Hic etiam habet duos colores .s. aureum deitatis, & aëreum mūdissimæ humanitatis, hic aliarū gemmarū claritatem in se recipit, quia quæ alijs suis membris siue fidelibus

Mat. 13

Psa. 144

Eccl. 4

Digitized by Google

fidelibus, fiunt sibi ipsi adscribit. Mattheus. Quod vni ex minimis
Mat. 25 meis fecistis, mihi fecistis. Vel in se eorum claritatem recipit, quia
scilicet eorum meritis seipsum in
Gen. 15 præmium tribuit. Ge. Ego merces tua magna nimis.

Notandum est autē, quòd licet topazius sit gēma preciosissima: esse tamē a luna passiua: sentit. n. motum lunæ & cursum, vnde dicitur valere contra lunaticā passionem. Sed maiorē dicitur habere effectum, secundum quòd luna recipit incrementū. Per lunę motum siue cursum, accipe humanæ naturæ passibilitatem, & motum quē Christus in se sentit, dum nostram mortalitatem, & pœnales passiones assumpsit. Assumpsit. n. passiones pœnę, & abstulit passiones culpæ. Et isto modo topazius valet contra passiones lunaticas, id est contra peccatum ipsum, scilicet à nobis tollendo, secundum
Io. 1. illud Ioan. Ecce qui tollit peccata mundi. Sed virtus eius secundum augmentum gratiæ dicitur duplicitęr, vno modo, quia Christus natura mutabili assumpta, quæ per lunam designatur, secundum incrementa ætatis plus, & plus aliis de sua virtute ostendit, secundum illud Luc. Iesus autem proficiebat sapientia, & ætate, & gratia. Ætate etiam crescebat secundum veritatem: sed sapientia, & gratia secundum ostensionem, licet etiam in veritate profecerit in sapientia experimētali. Alio modo secundum augmentum lunæ virtus eius crcuit, vt per lunæ mobilitatem eius passibilitas exprimatur: quia quanto passus fuit,
Phil. 2. tanto plus nobis meruit, & tanto plus exaltatus fuit. Phil. Christus factus est pro nobis obediēs vsq; ad mortē, mortē autē crucis: propter quod & Deus exaltauit illum.

Quæritò, quærendus est Christus quemadmodū topazius propter vtilitatem. Nam topazius est gēma vtilissima. Hæc est enim (vt dicitur in lapidario) quæ feruentes vndas compescit ebullire. Sic Christus feruentes persecutiones contra suos fideles extinxit, & eas contra eos præualere non permisit. In cuius signum dicitur Matt. Matt. 7. Imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas. Hic est qui fluxum sanguinis, id est, lapsum peccati restringit, dicens: Vade, & amplius noli peccare, Ioan. Et Ioan. 7. nō solū hoc facit per documentū, sed etiam per auxilium, dando contra peccata, & peccandi pronitatem remedia opportuna. Hæc est etiam gemma, quæ secundum Dioscor. iram sedat. Sed quis sic iram sedat, vt Christus, qui ait, Matth. Ego autē dico vobis, quia Matt. 10 omnis, qui irascitur fratri suo reus erit, &c.

Item hæc est gemma, quæ tristitiam fugat, quia & Christus ait: Mata. 6. Nolite fieri sicut hypocritæ tristes.

Item est, quæ nocios motus sedat: quia Christus non tantùm actus peccatorum exteriores, sed etiam motus interiores condemnat, dicens: Omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendū eam iam mœchatus est.

Luc. 2.

Itē hæc est, quæ phreneſim curat, quia Christus stultā, & inutilē locutionem, sicut est phreneticorum vel insipientium, solet reprimere, dō etiā de ocioso sermone, Matt. 5. inutili, iudicandos esse homines Mat. 20. dicit, De omni verbo ocioso quòd fuerint locuti homines, reddēt deō in die iudicij rationem. Hæc etiā (vt dicitur) mortē subitaneā vitat: quod etiā si quis nō esse verū, vel possibile de lapide hoc crederet, tamen de Christo verum esse patet, quia nos ad vigilandum, & mortem prequeniendum solicitat, dicens: Vigilate, quia nescitis Mat. 25 diem neque horam. Et hoc dicit,

Digitized by Google

ne sit nostra mors subitanea, & improuisa. Patet ergo, quòd Christus est quærendus sicut topazion, res maxima, res pulcherrima, res preciosissima, res vtilissima. Ideo
Psa. 118 ait Psalm. Dilexi mãdata tua super aurũ, & topazion. Sed si certe sua mandata, multo magis mandantem diligere debemus, id est,
Ioan. 12 Christum, qui dicit: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis vos inuicem.

Gemmarum varietas, ortus, & perfectio, quibus sancti viri plurium virtutum respectu, variis exemplis comparantur.
Cap. XXXI.

SAncti viri assimilantur gẽmis. Primo, ratione nominis, quia vocantur gemmę pretiosæ, siue lapides pretiosi. Dicuntur enim pretiosæ, quia rarę. Quod enim rarũ est, dicitur pretiosum, sicut dici-
1. Reg. 4 tur Reg. Sermo domini erat pretiosus, id est, rarus. Vnde sancti, & electi sunt pretiosi quia sancti, & electi pauci sunt, & rari. Nam arcta via est quæ ducit nos ad vitã, & pauci sunt, qui ambulant in ea,
Matt. 7. vt dicitur Matth. Via enim ista sancta est, & vir pollutus nõ tran-
Isa. 38. sibit per eam, vt dicitur Isa. Sequitur, quòd sancti pauci sunt & rari. Dicuntur etiam gemmæ pretiosę i. virtuosæ, vt in lapidario dicitur.
Isido. Vnde Isid. dicit, nulli esse debet dubium quin sit sua virtus diuinitus insita gemmis. Et in lapidario dicitur: ingens est herbis virtus, & maxima gemmis, quæ virtutibus abundant gratuitis, & diuinitus sibi collatis. Nam virtus (vt dicit August.) est bona qualitas mentis, qua recte viuitur, qua nemo male vtitur, quam in nobis Dominus operatur. Talibus virtutibus sancti homines abundãt, & diuites sunt, secundum illud Ec-
Eccl. 43. clesiast. Homines virtutis in virtute studium habentes.

Secundo, ratione originis. Nam gemmarum pretiosarum quędam tantum ex venis terræ cum metallis effodiuntur, quædam vero ex profundo maris ad littora proijciuntur: quædam vero ex corporibus animalium reptilium extrahuntur. Et in his tribus ostenditur triplex origo virtutum, quæ in diuersis sanctis reperitur, scilicet hominibus: prima est, ex naturę aptitudine, secunda ex gratię plenitudine, tertia ex perfectorũ similitudine. Sunt enim varię aptitudines ad virtutes, sicut venæ terræ ad preciosos lapides. Vnde sicut diuersæ mineræ, siue venæ terrarum, sunt diuersæ complexiones corporum. Et ideo sicut diuersæ venæ generant diuersas gemmas, & pretiosos lapides, ita diuersæ complexiones bonæ, quæ diuersas constellationes sequuntur, adaptãt, siue disponunt ad virtutes diuersas, sicut econtrario diuersæ complexiones malæ inclinant ad diuersa vitia. Et signãter dico, quòd complexio naturæ Arist. 2. Ethi.
bonæ ad virtutes aptat, nõ autem quòd per se virtuosum efficiat: quia sicut probat philosophus, virtutes nec totaliter à natura in nobis sunt, nec præter naturã: est n. in nobis quædam naturalis aptitudo, & dispositio ab suscipiẽdum & acquirendum virtutes: earũ autem perfectio fit cõpleta ex consuetudine, & loquitur de virtutibus moralibus: hæc tamen aptitudo de qua loquitur, nõ tãtũ pendet ex anima, sed etiã ex corpore: tamen, quia anima sequitur in pluribus complexionem corporis, tum quia opera virtutum, scilicet, ex quibus talium habitus generatur in nobis, cõmunitet per corpus explentur.

Quarto, origo virtutum est ex gratiæ plenitudine, quæ manifestior apparet in conuersione pœnitentium, per quam plurimũ videmus sceleratissimos peccatores

efficiẽ

effici virtuosissimos homines, vnde ipsi sunt velut lapides, qui de profundo maris, id est, profundo vitiorum, virtute lunæ, id est, cælestis gratiæ mouentis, & aperientis euomuntur, & ad littera pœnitentiæ solitudinis, vel soliditatis deducuntur; scilicet vitæ, & inter preciosissimos lapides colliguntur.

Tertio, origo virtutum siue virtuosorum est ex perfectorũ similitudine. Nam sæpe per exempla, vel verba sanctorum, & perfectorum virorum, quę, vt quędã imagines, & repręsentationes sunt internæ perfectionis eorum, alij ad virtutes accenduntur, & virtuosi, & sancti similiter efficiuntur. Et isti sunt lapides pretiosi, qui de animalium corporibus, scilicet reptilium, & volatilium extrahũtur, siue quantum ad vitam actiuam, quæ est reptilium, vel animalium gressibilium super terrã, quia scilicet actiui terrenis rebus dispensandis insistunt; siue quantum ad contemplatiuam, quæ pertinet ad volucres cæli, id est, ad homines meditantes cælestia.

Tertio, sancti viri assimilantur gemmis ratione incertitudinis. Quia (sicut dicit Isido.) in quibusdam gemmarum similitudinibus, aut generibus veras à falsis discernere, est magna difficultas: Eo quòd sæpe, quæ falsæ sunt, & sophisticæ, veris videntur similes. Quia (vt ipse dicit) quidam pro smaragdo vitrum arte inficiunt, & oculos videntium fallunt. Fallit enim sæpe mortales similitudo rerum. Quia enim inter sanctos viros, qui habent veras virtutes, sæpe sunt admixti hypocritæ, qui habent solas virtutum imagines, valde difficile est per similitudinem morũ exteriorũ inter vtrosque cognoscere, eo quòd frequẽter hypocritæ similia vel maiora signa exteriora sanctitatis & deuotionis sanctis viris ostendunt: propter quod frequenter fallitur hominum iudicium, & præcipue simpliciũ circa tales. Et ideo Dominus dixit, Attẽdite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Sicut igitur de lapidibus huiusmodi non est ad oculum iudicandum: quia plus virtutis est sæpe in paruo adamante ferrugineo, & obscuro, quàm vitro lucidissimo; & in parua margarita, quàm berillo. Sic etiam de hominibus non est iudicandum, sicut Dominus dixit: Nolite iudicare secundum apparentiam exteriorem, sed iustũ iudicium iudicate. Matt. 7. Ioan. 7.

Item viri sancti assimilantur lapidi resten, qui secũdum Auicen. est lapis inuentus in capite cancri. Et hæc similitudo attenditur primo ratione coloris: quia aliquando albus, & aliquando flauus. Similiter sancti viri aliquando sunt albi per innocentiam interius, exterius autem flaui per temperantiam. Nam secundum Auicen. color flauus generatur in materia temperata, scilicet respectu coloris viridis: vnde folia arborum, quæ primo quando multum abundat humiditas, sunt viridia: in autumno diminuta, & temperata humiditate, scilicet à calore eleuante, sed non totaliter assumpta, efficiuntur glauca, siue flaua. Et ita humor, & vigor carnis per temperantiam quidẽ minuitur, sed non funditus extinguitur, quo diminuto caro mansuescit spiritui, & ei humiliatur. Auic. Auic.

Secundò ratione humoris, quia hic lapis resten est frigidus, & humidus. Et similiter viri sancti sunt frigidi à mundi amore, & humidi in lachrymarum deuotione.

Tertio ratione vigoris, quia dicitur valere hic lapis contra morsum scorpionum & mustelæ, si

contritus more emplastri superponatur, & etiam contra morsum canis rabidi, si pulvis eius bibatur. Per scorpiones qui retro pungunt, intellige occultè detrahentes: Per mustelam, apertè maledicentes: sed per canes rabidos, tyrannicè persequentes. Contra quos omnes valet vti emplastris, id est, Sanctorũ exemplis, & pulvere, id est, eorũ humilitate, qua contra detractores vsi sunt linguę placabilitate, contra maledicentes, loquelę taciturnitate, cõtra tyrannos, verę patientię firmitate.

Auri generatio, ortus, & perfectio, aut lapidique arenario, multis similitudinibus, vera sapientia similis esse declaratur.

Cap. XXXII.

SApiẽtia assimilatur auro quadruplici ratione.

Primo ratione claritatis. Habet enim aurum inter alia metalla maiorem claritatem, & splendorem. Vnde aurũ dicitur obrizum, eo quod splendore radiet & fulgore. Similiter sapientia præclaros homines, & præfulgidos reddit non solum apud seipsos, sed apud alios. Vnde dicitur de sapientia. Habebo propter hanc claritatem ad turbas, in multitudine videbor bonus. De hoc auro dicitur Dan. Ecce vir vnus vestitus lineis, & renes eius accincti sunt auro obrizo, & corpus eius quasi chrysolitus. Et nota quòd aurum amplius fulget luce alia repercussam: & hoc naturale est omnibus metallis. Machab. Refulsit sol in clypeos aureos, & resplenduerunt montes. Similiter homo sapiens sapientior efficitur. Aliquando sapientes audiendo, secundum illud, Audiens sapiens, sapientior erit, &c. Et tùc sapiens alterna luce repercutitur, quando cõtra dicta sua subtiliter obiicitur, & tunc lucem suæ sapientiæ magis ostendere cogitur. Prouer. Da occasionem sapienti, & addetur ei sapientia. Pro. 9.

Secundo, sapientia assimilatur auro, & hoc ratione ponderositatis. Est enim aurũ ponderosius argento. Et huius ratio est, quia sicut dicit Philosophus: Aurũ sicut alia metalla procreatur materialiter ex sulphure subtili & rubeo, & ex viuo argẽto subtili & albo: Plus tamen concurrit ad eius cõpositionem de soliditate sulphuris, quàm de aëreo aquoso-viui argenti, & ideo aurum est solidius & ponderosius quàm argentum, quia in auro plus est de sulphure quam de argento viuo, in argento econtrario est. Sicut ergo aurum multam habet ponderositatem, sic homo sapiens habet pondus grauitatis, & maturitatis. Non enim sine pondere loquitur, nec sine pondere graditur, nec sine pẽdere debito aliquid operatur. Aristo. Meth. vlt.

Tertio, ratione vtilitatis: nã inter metalla nihil efficacius est auro. Habet enim aurũ (vt dicit Plinius) virtutem confortatiuã: vnde etiam aurum comestum confortat omnia membra, quamuis non nutrias illa. Hoc autem facit sua asperitate ea purgando, & à superfluis abstergendo, vnde etiam habet virtutem superfluitatũ corporum corosiuam, siue extersiuã, & ideo valere dicitur plurimum contra lepram. Plin.

Item aurum calefactum positũ supra membrum, pilos ab eo tollit, & vltra crescere non permittit. Et similiter sapiẽtia habet virtutem confortatiuam. Vnde dicitur. Eccl. Ecclesiastici. Sapientia cõfortat sapientem super decem Principes ciuitatis. Eccl. 8

Item est superfluitatum remotiua, propter quod dicitur, quòd sapientia sobrietatem docet. Sap. 7.

Item est lepræ, id est, infelicionis peccati impeditiua, quia sicut dicitur Prouer. Sapiens timet & declinat Pro. 13.

Digitized by Google

clinat à malo. Ipsa etiam remouet
pilos. i. opera carnis, quia pili in
Prou. 7. carne, & ex carne nascuntur. Vnde
dicitur Prouer. Dic sapientiæ, Soror mea es, & prudentiam voca
amicã tuã, vt custodiat te à mulie
re extranea. Ex quibus patet, quod
sapientia vtilior est auro, quia
quod aurũ facit corporaliter, vti
lius sapientia facit spiritualiter. Et
Ibi. 16. ideo dicitur Prouer. Posside sapientiam, quæ auro melior est.

Quarto, ratione incorporabilitatis: nam aurũ quanquã melius & nobilius, tamen est sociabile, & incorporabile argento: Sic sapiens cum sit humilis, non dedignatur eõdescendere parvulis, & simplicibus, & quandoque sociare se eis. Sed notandum quod argentũ per malleationẽ nõ potest incorporari auro, nisi præcaucatur a tribus, scilicet à pulvere, vento, & humore. Nam quodcunque se interponat non potest fieri vnio: ex quo accipitur, quod simplex nõ potest fieri sapiens, nec potest quis sapienti vera amicitia, vel conformitate vnitatis, nisi remoueatur pulvis superbiæ, ventus superbiæ, & humor luxuriæ: vnde amicitia quæ est inter auaros, vel superbos, vel luxuriosos, non est sapientiũ amicitia, nec amicitia vera.

Item sapientia assimilatur lapidi corneolo. De quo in lapidario dicitur, quod collo suspensus, vel in digito portatus, in disputando proficit, surgentes mitigat iras, & sanguinis fluxũ ex quolibet membro sistit, maximè in mulieribus. Quæ quidem siue vera sint siue nõ de corneolo, tamen de sapientia verissima sunt. Nam sapientia ad omnem veritatis disputationẽ proficit: Quia sapientis est scire omnia, & difficilia per cernit dinem & causas, vt Philosophus dicit. Et ideo qui talis est, scit de omni veritate disserere.
Ari. 1. Met.

Item sapientia iras eo primit: Secũdum enim Stoicos, nulla iræ perturbatio cadit in sapientem. Sed secundum Aristo. cadit quidem ira in sapientem, sed non inordinata. Vnde dicit, quod non irasci quando oportet, & sicut oportet, insipientis esse videtur. Ex quo patet, quod sapientia iras totaliter non euellit, sed sub rationis moderamine cohibet, & restringit, & hoc pertinet ad virtutẽ mãsuetudinis.
Ari. in Ethi.

Item sapientia fluxum sanguinis, id est, peccandi voluntatem, siue promptitudem sistit, & impedit.
Eccl. 3. Ecclesiastici. Sapiens cor & intelligibile, abstinebit se à peccatis, & in operibus iustitiæ successus habebit.

Achatis gemma triplex virtutis & diuersitatis, cui humana sapientia comparatur.
Cap. XXXIII.

SApientia, vel scientia humana assimilatur lapidi siue gemmę, quæ dicitur achates. Quia hæc gemma secundum Dioscoridem triplicis generis reperitur. Nam quædam est, quæ est nigra, habens venas albas, & hæc creditur valere magicis artibus, quia cum ipsa torrentes conuertunt, & sistunt, vt dicitur, & secundum Dioscoridem valet etiã ad regum formas, & simulacra monstranda fominiorũ. Talis ergo repræsentat supèrstitiosam scientiam Negromanticorum, quæ ad modum huius lapidis nigra est deformitate, & obscuritate peccati, ex eo quod semper est cum aliqua dæmonũ reverentia expressa vel occulta, vt dicit Augustinus. Habet tamen venas albas, quia in quibusdam necromãticis actibus ad decipiendum homines quædã ob seruantiæ fiunt vel ieiuniorum, vel orationum, & huiusmodi, quæ videntur prætendere quandã albedinem, id est quandam puritatem illius artis, & sic quandã speciem sanctitatis, sicut fit in arte noto-
Dioscor.
Aug.

Digitized by Google

notoria, & multis alijs necromãticis operibus, siue sint circa quædam aquarum, & fluuiorum, & aliorum corporum, quæ mirabiles apparent, siue circa diuinationes per somnia; vel alios modos varios, qui pertinent ad diuinos. Secundum genus achatis est cum venis carneis. Et hoc genus secũdum Diosc. vitat pericula, & placentem, & persuasorem, & facundum facit, & vires confert. Et hæc gemma signat scientiam fructuosam eorum, qui venas quidẽ carneas habent, id est, necessitates, siue infirmitates corporales, sed tamen secundum carnem nõ militant, quin sciant pericula vitiorum in serenitate & tranquillitate conscientiæ per pœnitentiam, vel cautelam vitare, Deo per omnia placere, alios facundè & vtiliter dirigere, & bona quæq; opera constanter, & viriliter agere.

Tertium genus achatis est cum guttis sanguineis varium, quod visum fouet, contra sitim prodest, & accensio eius odorifera est. Et talis est quorundã scientia delitiosa, quam beatus Augustinus vocat miserandã, siue miserabilem. Distinguit enim ibi triplicẽ scientiam, scilicet superstitiosam, & vtilem, & miserabilem. Et hæc vltima est, quæ mirabili sagacitate discernit cibos odore. Vnde scientia, siue peritia hæc illos cibos & potus approbat, & commendat, qui visum refouent colore, & sitim, seu famem mulcẽt sapore, & cerebrum, siue olfactum recreant odore, & talem scientiam Apost. vocat prudentiam carnis, dicens: Prudentia carnis, mors est, scilicet animæ.

Aug. de quant. an.

Ebrietatis turpitudo, viniq; sobrietatis perfectio describitur, quæ lapidi Dionio assimilatur.

Cap. XXXIIII.

SObrietas potius assimilatur lapidi, qui dicitur Dionius, quod (vt dicit Isid.) est niger, siue rufus, rubeis venis aspersus, qui aquæ mixtus, vt vinum, fragrat: tamen quod mirum est, ebrietati resistit. Et sic patet, quod iste lapis admixtionem aquę requirit, odorem reddit & ebrietati resistit. Quod etiam competit sobrietati. Hæc enim in vino potenti, aquæ temperamentum exigit, maximè in eo, qui habet debile cerebrũ, & etiam in viro religioso, in quo etiam deformior est nota ebrietatis. Et ideo ipsi pręcipuè debent vti temperamento vini, & in qualitate & quantitate. Vnde dicit Benedictus in regula sua: Legimus vinum nõ esse monachorum: sed quia monachis nostri temporis hoc persuaderi non potest, saltem sic in hoc consentiamus, vt non vsque ad saturitatem bibant.

Bene.

Item sobrietas odorem, id est, honorem nõ impedit. Est enim sobrietas honorabilis, sicut ebrietas vituperabilis. Et ideo sobrietas & abstinentia vini inducitur his, qui in gradu honoris, & dignitatis existũt, scilicet episcopali: Thi. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, prudentem, &c.

1. Thi. 3.

Item regibus. Prouer. Nolite regibus dare vinum.

Pro. 31.

Item sobrietas ebrietatem impedit, quia ei cõtrariatur, vt patet ab eis nominibus. Etenim ebrietas dicitur ab e, quod est extra, & bria, quod est mensura, scilicet, quia ebrius bibit extra mensuram debitam: sed sobrietas dicitur, quasi briam, id est, mensuram seruans. Vnde Ephe. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.

Ephe. 5.

Quantum sit superbiæ vitium detestabile, ex quamplurimis viui argenti, magnetisq; similitudinibus explanatur.

Cap. XXXV.

SVperbia assimilatur argento viuo.

Primo,

Digitized by Google

Primo, quia argentum viuum non est adhæsibile. Est enim argentum viuũ ex substantia aquea subtili terreo, mixta mixtione forti, & indissolubili, & hoc habet ex magna siccitate terrea, nec adhæret tangenti, sicut illud quod est liquidum. Similiter homo superbus ex magna siccitate, id est, ex magna inconsideratione suæ vtilitatis non considerans se esse terram, & cinerem, non liquescit in superficie plana, id est, non vult se coniungere, vel conformare, scilicet viliori, vel minori personę; nec inhæret tangenti, id est, non consociabilis conciui, vel cohabitãti tali. Cum enim præferat se cæteris, eos socios habere contemnit.

Secundo, quia argentum viuum nõ est coagulabile, hoc enim proprium est ei, quod non coagulatur per se, nisi cum sulphure, & plumbi substantia coaguletur: propter quod argentum viuum cum sulphure, est materia omnium metallorum, sicut dicit philosophus. Similiter homo superbus non est per se coagulabilis coagulo vnitatis. Non enim diligit vnitatis pacem, sed potius discordiam, & diuisionem, sicut patet de superbiẽtibus angelis, qui se ab angelorũ societate diuiserunt: propter quod Prouerb. dicitur, quod inter superbos semper sunt iurgia. Si tamen superbiæ squalor cum sulphure, id est, charitatis amore (quia sulphur est inflammabile, quod competit charitati) & cum plumbo, id est, humilitate, (quia plumbum est coloris cinerei, & competit humilitati, qua quis se in plumbum, id est, in cinerem, & in puluerem redigendum cognoscit) coaguletur, tunc est homo coagulabilis, id est, ad vnitatem reducibilis.

Ari. Methe.

Pro. 13.

Tertio, quia argentum viuum non est admiscibile. Nam est tanta cohærentia eius, & fortitudo, quod nulli rei potest admisceri, nisi primitus extinguatur: extinguitur autem cum saliua, quando cum ea fricatur, & maximè cũ cinis saliuæ additur, & præcipuè quando cinis ossis psipiæ prædictis associatur. Similiter non est superbus commiscibilis alijs, id est aptus ad conuiuendum alijs, nisi eius primo superbia extinguatur, ad quam extinguendam valet confricatio saliuæ, id est, redargutio sapientiæ, scilicet quod homo superbus sapienter redarguatur, & ad sui notitiã reducatur, & præcipuè, si addatur cinis, id est, memoria mortis, vel propriæ vilitatis. sicut dicit Ecclesia. Memẽto quod cinis es, & in cinerem reuerteris, & præcipuè ad hoc valet cinis ossis psipiæ, id est, diuisio, vel consideratio mortis alicuius potentis, vel alicuius notabilis viri.

Quarto, quia argentum viuum est cito euaporabile; cuius fumus multum nocet astãtibus, eo quod paralysim, & tremorem inducit relaxando neruos, & remolliendo. Similiter homo superbus cito vaporat per iram, & impatientiã, cum aliquid fit, vel dicitur in eius displicentiam. Vnde Psal. Tange montes, & fumigabunt, id est, superbos, & eorum ira quandoque terret astantes faciens eos tremere, & stupere.

Psa. 143

Quinto, argentum viuum semper est mobile, immo quasi nunquam quiescit, & propterea vocatur viuum (sicut Plini. dicit) quia à seipso, & circulariter mouetur, ex eo quod humidum nititur ascendere super terreum stabile, quod retinet ipsum. Similiter homo superbus, leuis, & inconstans est, & inquietus semper: quia appetitus dominandi semper impellit ipsum ad ascensum, & contra repugnantes sibi commouetur

mouetur, & inquietatur.

Sexto, quia argentum viuum est ad penetrandum subtile. Est enim argentum viuum calidum, & humidum in quarto gradu, quamuis aliqui contrarium dicãt, nõ recte. Quia quod sit calidum probatur per eius effectum, eo quod penetrat, dissoluit, & incidit. Et maxime in vitrei seruatur vasis, quia alias materias penetrat & incidit. Sicus ergo argentũ viuũ penetrat corpora, ita superbiæ vitium subtiliter intrat corda, sicut insidiator malignus: Nam bonis spiritualibus insidiatur vt pereant, sicut dicit Augusti. Augu. Re.

Quinto, quia argentum viuum non est substabile, nec etiam ponderosũ. Tantæ est enim virtutis, quod si super seruitium argẽti viui centum libras superponas, statim resilit. Sic superbus tantæ est superbiæ, vt nihil sibi graue sustinere velit. Et ideo statim resilit, & se grauanti resistere nititur, vel saltem cum effugere.

Item superbia assimilatur magneti propter tria.

Primo, quia magnes eleuat grauia. Nam si magnes quantitatis æqualis sursum teneatur, elevabit attrahendo ferrum quod erit inferius. Vnde dicit Aug. q̃ in quodã templo simulacrum erat de ferro ita stans per scipsum suspensum, vt in aëre pendere videretur: & hoc propter testudinẽ de magnete, quæ ipsum circũstabat. Ferrea nanq; simulacra sunt auarorum corda. Nam auaritia (secundum Apost.) est simulacrorum seruitus: Ferrea enim sunt, quia grauia, & dura: grauia quidẽ esse ostenduntur, dum ima petunt per affectum cupiditatis: sed dura, dũ nõ mollescunt per aliquam pœnitẽtiam, vel per affectum pietatis. Hæc ergo simulacra ferrea licet auaritiæ grauitas deorsum premat, superbiæ tamen vanitas sursum leuat.

Secundo, quia magnes involuit cerebrum: quia si assura pulueris eius per quatuor angulos domus aspergatur super carbones, existentibus in domo videtur subito domus ruere ex cerebri vertigine & commotione. Quasi ergo ad sura magnetis, quæ est, reliquia igais est cogitatio, & existimatio, quæ relinquitur ex operibus superbiæ. Hæc n. reliquiæ per quatuor angulos, id est, per quatuor modos, super carbones, id est, super ardentes appetitus & ambitiones quæ in eis sunt, aspergũtur Nam sicut dicit Gregor. quatuor sunt species, quibus arrogantibus omnis tumor superbiæ demonstratur. Cũ bonũ à semetipsis habere existimant. Aut si hoc datum desuper credunt, pro suis sibi meritis accepisse putant. Aut certè cũ iactant se habere, quod non habent. Aut cæteris despectis singulariter videri appetunt habere quod habent. Sic ergo per hos quatuor angulos aspersos in domo mentis, superbia sensum peruertit, & decipit, vt videatur id esse, quod non est, & timeat ne videatur esse quod est, & timeat quod non est timendum.

Tertio, quia magnes dissoluit nauigia Nam ex hoc lapide montes in mari sunt, qui naues ad se trahunt, & dissoluunt, & à se amplius separari non sinunt. Sic in mari pœnitentiæ quandoque sunt montes magnetum, id est, tumores, & eleuationes superbiæ, qui naues, id est, pœnitentium opera, quibus ad portum gratiæ, vel gloriæ tendant, ad se trahunt, scilicet, vt non fiant ad delectionem culpæ, sed ad denunciationem superbiæ, & lucrum laudis humanæ, eo quod ad modum mauis dissipantur, & vanitati ac iactantiæ inseparabiliter sociantur, scilicet, vt nihil tale fiat nisi ad vanitatem, & iactantiam.

Stan.

Digitized by Google

Stanni compositio, amethistiq; variatio recensetur, quorum proprietates multis similitudinibus temperantiæ attribuuntur.
Cap. XXXVI.

TEmperātia assimilatur stāno. Primo, ratione compositionis. Nam stannū (secundū Arist.) componitur ex argento viuo bono, & sulphure malo. Et hęc duo non sunt bene mixta, sed tanquā perpranè cōposita: propter quod secundum colorem imitatur argentum, sed nō eius soliditatem. Similiter temperantia componitur ex argento viuo bono, id est, ex moderatione, & vigore rationis regulantis, & sulphure malo, id est, delectatione, & voluntate carnis. Vnde Tullius dicit, quòd temperantia, est rationis in libidinem atque in alios non rectos impetus firma & moderata cohibitio. Nam temperantia principaliter pertinet ad impetus animi in delectationē luxuriæ, & gulæ, quæ dicuntur delectationes tactus, vt ratione regulentur: secundario etiam aliarum cōcupiscentiarum, scilicet impetus siue motus habet moderare. Sed quia rationis, & sensualitatis non sit perfecta commixtio, quin semper sit ibi aliqua dissensio: ideo licet tēperantia participationem habeat rationis, sic stannū colorē argenti, ad perfectam tamen puritatem rationis non pertingit, sicut nec stannum ad soliditatem & puritatem argenti. Hæc enim reseruatur homini in resurrectione beata, vbi stannum efficietur: argentum, id est, corpus animale resurget spirituale, quia erit totaliter subiectum spiritui, & erit sensualitas totaliter rationi conformis.

Sic. re-tho.

Secundò, ratione fractionis. Vnde dicit Hermes, quòd stannum omnia metalla, & corpora frangit quibus admixtum fuerit. Et hoc propter nimiam siccitatē, quę ductibilem naturam in eis destruit. Sic temperantia, & abstinētia cōtinuata frangit superbiam, & rebelliones omnes corporis. Vnde Ecclesia dicit in hymno. Carnis terat superbiam potus cibique parcitas.

Her. li. 6. Alch.

Tertio, ratione temperici perfectionis & cōfectionis. Nā ex stanno specula temperantur, & cerusa sicut ex plumbo, ex eo conficitur, vt dicit Isid. Ex quibus signatur, quòd temperantia corporis valet & adiuuat ad speculationem sapientiæ, id est contemplationem mentis, & quòd etiam in contemplatione, & speculatione sapientiæ oportet habere quandam sobrietatem temperantię, secundū illud Apo. Noli plus sapere quàm oportet, sed sapite ab sobrietatē. Ro 12.

Item, quia valet ad cōseruationem innocētiæ, & puritatis, quod in cerusa alba significatur.

Quarto, ratione corruptionis, quia si quis argētum viuum cum stanno miscuerit; stridorē eius tollit, & albescit: sed postmodum ad nigredinem ducit, & corrumpit. Potest autem in hoc loco assimilari hypocrisis, quæ licet ex apparentia sanctitatis videatur argentea. i. præclara & pura: tamen in veritate adhuc viuit in peccato immundo. Vnde est hypocrita argentū ratione apparentiæ, sed viuum. i. non mortificatum ratione culpæ. Hoc igitur quod est hypocrisis si misceatur stanno, scilicet temperātiæ, siue abstinentiæ, vt. s. ex hypocrisi aliquis se temperet, & ieiunet, finaliter tamen denigrat, & corrūpit ipsum ieiuniū, id est, tollit ieiunij sanctitatem, & meritum. Vnde dicitur Matth. Cū ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritę tristes, de quibus postea subdit. Amen dico vobis, receperunt mercedē suam, id est, perdiderūt. Matt. 6.

Item temperantia assimilatur amethisto, quod patet ex colore, & ex distinctione, & valore, est enim bonus

bonus amethistus duplicis coloris mixtione ornatus, quia est colore purpureo, & violaceo permixtus, quasi rosa nitens, & leuiter fundens quascunque flammas & emittens, vt dicit Isido. Et sic enim simili modo temperãtia ad hoc, vt sit hominibus perspicua, oportet quod sit duobus coloribus, id est, duabus virtutibus ornata, scilicet charitate, quæ designatur in colore purpureo, & humilitate, quæ designatur in colore violaceo Nam hæc virtus temperantiæ, siue abstinentiæ, sine charitate, & humilitate, modicũ valet, quia corporalis exercitatio ad modicum vtilis est, sicut Apo. 1. Thi. 4 dicit. Sed charitas est, quę facit, vt quod homo sibi per temperantiã subtrahit, alteri largiatur; & humilitas, ne de sua abstinentia, vel continentia in superbiã eleuetur.

Secundo, patet hæc similitudo ex distinctione, quia Isidorus dicit, quod quinque sunt species amethisti, quibus scilicet designãtur quinque partes temperantiæ principales. Quarũ prima est circa cibum, id est, cibi moderationem, scilicet, abstinentia: secunda est circa potum, scilicet sobrietas; tertia circa actũ verecundię, principaliter circa coitum vt castitas: quarta circa delectationes circũstantes, puta quæ fiunt in obscuris tactibus, & amplexibus, & huiusmodi, vt pudicitia: quinta autem circa alios motus, & corporales actus moderationem facit, & vocatur modestia.

Tertio, ex efficacia & valore, quia virtus amethisti scilicet purpurei, quæ est omnibus nobilior, quæ est efficax ad quinque, vt Dioſco. dicit. Primo contra ebrietatem: & hoc competit sobrietati, quæ est temperantia spiritualiter contra potum non quemcunque, sed cum qui sua fumositate natus est caput perturbare, sicut vinum, & omne quod inebriat, vel inebriare potest, cuius scilicet vsus moderatus multum confert, & modicus excessus multum lædit; quia impedit vsum rationis, & etiam excessus cibi. Vnde dicitur Eccle. Sanitas est animæ, & corporis, cibus sobrius, & potus. Eccl. 3.

Secunda virtus amethisti est, quia dicitur facere vigilem, & hoc competit abstinentiæ, quæ dũ cibos subtrahit, fumositates capitis, & per consequens somnũ minuit, & vigilantiam crescere facit.

Tertio, dicitur amethistus malam imaginationem, seu cogitationem tollere: quod siue verum sit, siue non, competit tamẽ temperantiæ veræ, quæ dum impudicos fugit tactus, & aspectus, malas per communes imaginationes, & cogitationes auertit, secundum illud Iob. Pepigi fœdus cũ oculis Iob. 31. meis, vt nec cogitarem quidem de virgine.

Quarto, dicitur habere dispositionem amethistus ad bonum intellectum. Et hoc competit spiritualiter sanctitati castitatis, ex eo quod actus venereus, & eius delectio vehemens in tantum rationẽ absorbet, quod impossibile est aliquid intelligere in ipso, vt Phi. Arist. 7. dicit, & Hiero. etiam dicit, quod Ethi. in illo actu, etiam matrimoniali, Hiero. ter facto, sanctus Spiritus nõ tangebat cordа prophetarum. Ex quo argui potest, quòd castitas multũ confert contrario.

Quinto, dicitur amethistus mollis ad sculpendum, & hoc competit modestiæ, quæ reddit hominem mollem, id est, facilem, & accommodum ad omnem pulchrã sculpturam, id est, ad omnem bonam informationem, & compositionem, seu actionem. Vnde Am- Amb. brosius dicit, quod in modestia lib. de consistit pulchritudo viuendi, & offic. ornatus ad omnem actionem accomodus.

Tim-

Timentis diuersitas viriq; Deum timentis perfectio, & berilli similitudinibus ostentatur.

Cap. XXXVII.

TImens Deum assimilatur berillo.

Primo, ratione coloris, quia licet berillus lapis viridis in viriditate sua smaragdo sit similis: tamen decem sunt genera eius, vt dicit Diosc. & quod inter berillos qui magis pallet, melior est. Et quia homines timore subito percussi pallescere consueuerũt: ideo significatur, quod sicut inter berillos ille est melior qui magis pallet, sic inter bonos homines hic est melior, qui magis timet Deum s. timore filiali, qui est timor reuerentiæ.

Diosc.

Secundo, ratione vigoris, quia virtus berilli est, vt dicit Dioscor. quòd contra pericula hostium inuictum reddit hominem, & eum facit mitem. Sic timor Domini erga bonos homines reddit hominem mitem: sed contra spirituales hostes facit eum inuictum, & terribilem: Timor enim, secundum Greg. secundum viam seculi facit hominem debilem; sed secũdum viam Dei, facit hominem fortem.

Greg.

Tertio, ratione agnitionis, quia berillus facit bonum ingenium, quod competit timori Domini, qui dicitur esse initium sapientiæ. Psal. Initium sapientiæ est timor Domini.

Psa. 110.

Quarto, ratione humoris, quia berillus sanat oculos humidos. Humor enim oculos cœcans est peccatum, siue peccandi affectus, quem timor Domini expellit, Ecclesiastic. Timor domini expellit peccatum.

Eccl. 1

Quinto, ratione caloris, quia berillus manum gestantis exurit, si radio solis opponatur. Sic timor Domini cum radio solis. i. cum amore Christi, incalescit. Vnde si sit timor Domini cũ amore, manũ gestantis exurit, sic quod faciet eũ feruentissimè operari: ita vt nihil negligat. Eccle. Qui timet Deum, nihil negligit.

Eccl. 7

Sexto, ratione honoris, quia berillus, vt dicitur, hominem magnificat. Quod de timore Domini verius puto quam de berillo: quia qui timet Deum, alia timent eũ. Eccl. Magnificauit eum in timore inimicorum.

Eccl. 45.

Septimo, ratione amoris. Maxime enim berillus diligere, & fouere dicitur copulam coniugalem, quia timor Domini necessarius est coniugatis. Prouer. Mulier timens Deum ipsa laudabitur. Tob. Accipies virginem cũ timore Dñi, amore filiorum magis quam libidine ductus.

Pro. 31. Tob. 6.

Plumbi generatio, virtus, & perfectio describitur, cui tribulatio, & vera patientia multis exemplis comparantur.

Cap. XXXVIII.

TRibulatio assimilatur plũbo. Primo ratione genituræ, quia aliquando plumbum, siue materia eius gignitur & inuenitur cum auro, quandoque cũ argento, quandoque per se solum in suo loco proprio. i. vena. Nam in aurifodinis cum materia auri quidam lapilli nigri inueniuntur, qui ab auro per se separatim conflantur, & in plumbum totaliter per se resoluuntur. Et inde est (secundum Isidor.) quod tanta est ponderositas auri, vt plumbi: plũbum vero quod est nigrum, aut ex sola vena funditur, aut cũ argento nascitur, mixtimque conflatur. Et in illa conflatione primo procedit stannum, deinde argentum, tertio vero quod remanet per conflationem, est plumbum nigrum. Tunc autem spiritualiter inuenitur plumbum cum auro, quando grauis est tribulatio, & portatur cum quodam gaudio. Hoc enim facit sola charitas, quæ auro

assimilatur : cuius proprium est lætificare cor. Et huius signū est, cum ex iniuria, quam patitur, contra inferentem non irritatur, nec eum diligere deserit. Et hæc duo simul iuncta, scilicet ira iniæ passio, & iniuriantis dilectio, quæ iunt in coniunctione auri & plūbi, perfectam patientiam faciūt. Vnde perfecta patientia est, quæ & ipsum amat quem portat. Nā tolerare, & odire, non est virtutis mansuetudinis, sed velamentum furoris. Vnde charitas (secundum 1.Cor. 13. Apostolum) non solum patiens est, sed etiam benigna. Sed plumbum inuenitur cum argento, quā do ipsa tribulatio portatur sapiēter. Nam argentum claritate sapientiam signat, de qua dicitur, quod clara est, quæ nunquā marcescit sapientia. Sapientis enim Sap. 6. est constanter ferre aduersa, & nō deficere animo in eis. Tunc aut inuenitur plumbum per se solum & in vena sua, quando ipsa totaliter grauis est in peccatore, qui destitutus est omni honore, vel virtute: & tunc ipsa tribulatio portatur insipienter, & est in vena sua: quia vena, & causa tribulationum: communiter est pecca Rom. 2. tū. Ro. Tribulatio, & angustia in omnem animam operantis malū. Prima ergo tribulatio sanctorum, quæ scilicet portatur lætanter. Secunda fuit philosophorū, quorum quidam tribulationes portauerunt valde sapienter. Tertia est peccatorum, quæ portatur insipienter, id est, impatienter.

Secundò, ratione tinctur̄e, quoniam plumbum aliquando albescit, quandoque rubescit, quādoque nigrescit. Albescit quidem Her. li. 6. Alch. quia sicut dicit Hermes, si plūbū super acetum effundas, cōdensat ipsum. Nam acetum eius penetrabit substantiā, & in puluerem cōuertet, & in colorē albū ipsum cærusæ commutabit: sed si super ipsum plumbum acetum fuerit albescit: & tunc acetum destruitur. Tunc autē super acetum plūbum effunditur, quando grauis tribulatio, quam quis patitur ab ipso patienter pro pœnitentia peccati sui suscipitur, & portatur, i. vt reputet & accepret se pro peccato suo pati. Nam sicut per plumbum grauis tribulatio, sic per acetum fortis & compunctiua pœnitentia designatur. Et talis pœnitētia quæ tribulationum amplectitur plumbū conuertit in puluerem, i. ipsam tribulationē in animæ humilitatem, & in albedinem cærusæ, i. in purificationē, & claritatē conscientiæ, vel animæ clāritatē. Sed tunc econtrario super plumbum effunditur acetum, quando ipsa pœnitentia pro tribulatione reputatur, sicut est in accidiosis, quibus pœnitētiæ onus graue est, & pœnosum. Vnde pœnitētia videtur eis magna tribulatio, & tot diū. Et ideo tunc virtus aceti destruitur, quia talis pœnitentia in angaria portata inutilis efficitur. Tunc autem plumbum bene rubescit, quando igne incenditur. Nam plumbum adustū colorem vermileum, & obscurum generat Tunc autem plumbum aduritur, quādo patientis cor diuino amore incenditur: & tunc ipsum plūbum generat colorem vermileū, & feruorem igneum, quia feruentior & inflammatior ex ipsa tribulatione efficitur: quāuis iste feruor propter sensualitatis pœnam semper aliquid obscuritatis habeat admixtū. Tunc autem nigrescit plumbum, quādo in sua vena generatur. Nam secundum Arist. Arist. Met. plumbum generatur ex sulphure grosso non depurato, sed fœculento, & argento viuo non puro. Vnde ex immunditia sulphuris contrahit nigredinem, & quandā humiditatē: ex cuius contractu manus tangentis inficitur. Et hæc immun-

Digitized by Google

immunditia ad horam per abstersionem aliquantulum à plumbo remoueri potest: sed ex toto remoueri nō potest. Quia quātumcunque plumbum abstergatur, vt etiam argentum esse videatur, naturam tamen eius, quod est plumbum nō immutat. Plumbum autē in sua vena est, quando peccator tribulatur propter sua peccata. Et hoc est ex sulphure faculento, id est, ex immūditia peccatorum suorum carnaliū, & argento viuo. i. suorum peccatorum spiritualium: vt superbia, inuidia, & vana gloria, & huiusmodi, in quibus ipse peccator tribulatus persistit; tunc plumbū ipsum denigrat, & inficit: quia tribulatio quō omnino ad pœnitentiam nō mutat, amplius corrumpit, & fœdat: quia dato, quòd pœna occupatus ab actu peccati desistat, tamen tentatione, & euasione pœnæ habita, statim redit ad pristina, & adhuc ad deteriora.

Tertiò, ratione efficaciæ. Nam plumbum habet primō virtutem dissolutiuam.

Dicit enim Hermes, quod plūbum in sua ebullitione omnium corporum solidorū duritiam soluit etiam adamantis. Sic tribulatio feruens frequenter dura corda emollit, etiam magnorum peccatorum.

Item habet virtutem refrigerariuam. Vnde secundū Augustī. Contra vstionē ignis, & apostema calidū, miro modo valet. Quasi autem vstura ignis incensa, est concupiscentia carnalis, & quasi apostema calidum, est feruens delectatio carnis, contra quæ tribulatio grauis miro modo est efficax, & vtilis. Nā malitia vnius horæ obliuionem facit luxuriæ maximæ, vt dicitur Ecclesiast. Eccl. 2.

Item plumbum habet virtutem conseruatiuam, & purificatiuam: quia (sicut dicit Hermes) plumbū quibus miscetur partes homogenias congregat, & ætherogenias separat, & mundificat. Et ideo cum argento ponitur in fornace, vt argentum facilius mundificetur. Partes enim argenteas à consumptione præseruat, & sua consumptione argentum purgat. Hoc idem dicit Hieron, super illud Hiere. Consumptum est plumbum, &c. Similiter tribulatio patienter portata animā ad seipsam colligit, & congregat, mala desiderio ab ea separat, ipsamque à malo purgat, & in bono conseruat. Hier. 5.

Virginitatis quiditas, & perfectio, quæ lapidi qui Asperites nuncupatur, assimilatur.

Cap. XXXIX.

VIrginitas assimilatur lapidi illi, qui vocatur asperites. Hæc gemma inclusam in se continens lucem, sicut stellam intus ambulantem, reddit radios cādidantes. Similiter virginitas exterius est candida per carnis incorruptionem, lucida per gratiæ splēdorem. Vnde intus in mente est, vt stella, quæ habet incorruptibilitatem & luminositatem, & mobilitatem. Similiter mens interior virginum, debet esse incorruptibilis per virginitatis amorē, i. quia virginitas est in carne corruptibili perpetuę incorruptionis mēditatio, & fulgēs per Dei agnitionē, & mobilis per orationis fre quētationē. Mouetur enim mens, & ascendit per orationem in Deū secundum Damascenum. Item radios i. considerationes, & contemplationes rationis debet facere candidos, id est, mundos, Virginitas enim multum confert ad contemplationis puritatē. Vel virgo carne debet habere interius lumen diuinæ gratiæ in mente, quod reddat eam, vt stellam in se corruptam per castitatem Damas.

Digitized by Google

fulgidam aliis per mortũ honestatem, & mobilem ad operãdum. i. ad bonorum operum studiositatẽ, scilicet, vt ocio non resoluatur.

Omnium metallorum perbreuis descriptio, quibus septem principaliores virtutes similitudinibus variis assimilantur.

Cap. XL.

VIrtutes septem assimilantur septem speciebus metalli. Primo enim argẽto viuo, quod est elementum (secundum philosophum) siue materia omnium metallorũ, assimilatur fides: quia
Heb. 11 secundum Apostũ. fides est substantia, id est, fundamentum omnium virtutum, quæ tunc est, vt vitium argentum, quando bonorum operum habet continuum
Iac. 2. motum. Fides enim sine operibus mortua est.

Secundò, æri assimilatur spes fatione duritiẽ, siue soliditatis. Est enim propter suã duritiam & soliditatẽ maximè durabile. Lapis enim qui per decoctionẽ educitur maximæ duritiæ esse probatur. Sed æs interdum per decoctionẽ maximi caloris producitur. Nam
Iob. 27. lapis solutus calore in æs cõuertitur, vt dicitur Iob. quamuis æs cõmiter frigido coaguletur, nec æs de facili frangitur. Hanc soliditatẽ facit esse in homine spes cælestiũ præmiorũ, vt tribulationibus & persecutionibus minimè frangatur: propter quod dicitur Iob.
Iob. 37. quòd cæli. i. cælestium præmiorũ spem certam habentes, quasi ære solidissimo diffusi sunt.

Tertio, charitas assimilatur auro, quia præeminet aliis virtutibus, sicut aurum cæteris metallis. Nam inter metalla nihil est pulchrius, & preciosius, vel in virtute efficacius auro: sic etiam charitatem præfert Apo. cæteris virtu-
1. Co. 13 tibus, dicens: Nunc autem manẽt fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem horum est charitas. Etsi præeminet virtutibus theologicis multo magis aliis.

Quartò argento solido assimilatur iustitia ratione claritatis, quia argentum album est, & clarum: est enim post aurum, omnium metallorum clarius. Quod bene iustitiæ competit, de qua philoso-
Arist. Ethi. 5. phus dicit in Ethi quod est præclarissima virtutum, quòd neque Lucifer, neque Hesperus est ita clarus.

Item argentum quamuis sit durum, est tamen liquabile, & ductibile. Sic est homo iustus, qui quamuis sit rigidus, tamen per correctionem est flexibilis, & ductibilis per compassionem. Nam secundum Gregorium vera iusti-
Grego. tia compassionem habet, falsa vero dedignationem.

Quinto stanno assimilatur prudentia, quia stannum est inter metalla separatiuum, & discretiuum. Ab auro enim & argento æs diuidit, & plumbum discernit. Sic enim prudenter habet distinguere, vel discernere, quæ sunt magis vel minus bona, aut conferentia aut vtilia.

Item prudẽtiæ discretio omnes virtutes alias dirigit, & custodit, quia omnis virtus sine discretione periret, sicut etiã stannũ alia metalla ab igne defendit. Vnde cum natura æris & ferri sit durissima, si tamen absque stãno igni apponantur, vrũtur, & eremãtur. Vnde si stanno vasa ærea superstannantur, malitia eorũ compescitur, & cibus in eis gratiosior efficitur. Similiter omnia opera efficiuntur grata, cum sunt prudenter & discretè facta.

Sexto ferro assimilatur fortitudo. Nam ferrũ à feriendo dicitur: quia sua fortitudine & duritia feriẽdo domat omnia metalla. Sic vir fortis vbi expedit, suo vigore aggreditur, & vincit omnia genera periculorum.

Septi-

Digitized by Google

Septimo temperantia assimilatur plũbo. Nã plumbum secundũ Constantinũ cum sit humidũ, & frigidum in secundo gradu, venerem prohibet, si plumbi lamina duobus lũbis apponatur. Et ideo frater Ambro. de Senis de ordine Prædicatorũ, singulari gratia præditus apud omnes, & ad cuius sãctitatem & merita declaranda, multa post mortẽ eius Dominus miracula ostendit: inuentus fuit portasse in morte lumbare de plũbo: omni enim ingenio vsus est ad suam virginitatẽ domino conseruandam: Nec suo fraudatus est voto: quia prout eius confessores testati sunt, integram, & illibatã cordis virginitatem, ac virginitatẽ carnis suæ omni tempore custodiuit. Quia igitur ad temperantiam pertinet, libidinem & venerem prohibere; vnde castitas est pars temperantiæ, patet quod non incongrue temperantia plumbo assimilatur.

Const.

Item secundum eundẽ Constãtinum ictus scorpionũ, & draconum mitigat. Et sic temperantia carnis, etiam dæmonis tẽtationes mitigat, & eas superare facit.

Quamplurima ipsius Christi perfectiones, quæ similitudine quadam ex lapidis, christi solitis, naturalibus proprietatibus, & vtilitatibus eliciuntur.

Cap. XLI.

1.Co.10 Christus assimilatur petræ, secundum illud. Apo. Petra autem erat Christus. Nam in Petris consideratur subsãtiæ solisditas, materiæ puritas, figuræ diuersitas, virtutis speciositas, & multiplex vtilitas. Quæ omnia competunt Christo, quia ipse fuit solidus per patientiam, purus per innocentiam, virtuosus per efficaciam, præcipuè miraculorum, speciosus per apparentiam, diuersas figuras habuit, diuinam, & humanã. Heb.10 bræ. Cum sit splendor gloriæ, & figura subsãtiæ eius.

Item multipliciter vtilis per vitam, & doctrinam. Sunt enim petræ vtiles in ædificijs construẽdis, in plateis sternẽdis, in põtibus faciendis, in hostibus expugnandis, in lupis & canibus effugãdis, pro infirmitatibus varijs sanãdis, pro turribus regis ampliandis, pro castris et ciuitatibus muniendis, pro hostibus feriendis, & se defendendis. Quę omnia Christus fecit: Ipse enim in mundum veniens spiritualis ecclesiæ ædificium construxit, cuius ipsemet angularis lapis, & fundamentum fuit. Ipse etiam plateas, i. latitudines populorum, vel humiles, & planas mẽtes fidelium diuersis lapidibus, id est, donis, vel virtutibus strauit: Ipse quoque pontem pœnitentiæ ad flumen peccati pertranseundum fecit. Ipse hostes spirituales pro nobis expugnauit. Ipse lupos, id est, hæreticos, & canes, id est, persecutores effugauit. Ipse antẽ infirmitates varias tam carnales, quam spirituales sanauit. Ipse tutes regis, id est potentias bene regentium ampliauit. Ipse etiam ciuitates & castra, id est, fidelium habitacula, Angelorũ. s. custodiæ muniuit. Ipse etiã à dæmonibus, & quibuslibet tentationibus nos protegit, & defendit.

Christus etiam assimilatur chrysolito qui est lapis Aegyptiacus, vt aurum lucens, sicut ignis scintillans, & mari similis, ad virorem declinans. Ita dominus noster Iesus Christus fuit sicut aurum lucens per sapientiæ splendorem, scintillans per doctrinæ feruorẽ, matis similis per passionis dolorem, ad virorem incorruptionis tendens per carnis resurrectionẽ. Item dicit Dioscо. quod chrysolitus in auro positus, & in sinistro lacerto portatus, terrere & fugare dæmones dicitur, & contra timores nocturnos iuuat, & melancholicam euacuat. Quæ siue vera

Dioſc.

Digitized by Google

sint siue non, tamen per similitudinem verissime Christo cõpetunt. Qui tunc ponitur, in auro, quando præ cunctis diligitur, quia sicut aurum præcedit omnia metalla, ita amor Christi debet excedere omnes alios amores. Sed tunc in sinistro lacerto portatur, quando aduersitas & tribulatio pro eo patiẽter sustinetur, Vel quando in tribulatione eius exẽplũ præ oculis habetur, vel ipsius auxiliũ inuocatur. Ipse.n. deuote inuocatus fugat dæmones, id est, tentationes manifestas, & timores nocturnos, id est, tentationes occultas quæ magis sunt timendæ: & euacuat melancholiam, i. tristitias, & accidias .i. consolationes infundendo.

Ipse enim electos suos hic refouit per gratiæ consolationem, sed in futuro replebit eos perfecta cõsolatione æternæ gloriæ, In qua ipse cum patre, & sancto Spiritu viuit, & regnat Deus, & nunc, & semper in secula seculorum. Amen.

FINIS SECVNDI LIBRI.

PROLOGVS LIBRI TERTII, IN quo de vegetabilium, & plantarum metaphoris pertractare proponit.

Videte ficulneam, & omnes arbores cum producũt iam ex se fructum, scitis quoniã propè est æstas ita & vos cum videbitis hæc fieri, scitote quoniã propè est regnũ Dei. Luc. Verbũ æterni patris & Dei vnigenitus filius, nostræ perditioni compatiens, & prouidẽs saluti, sicut nobis similis fieri voluit in natura, quia .s. exinaniuit semetipsum formã serui accipiẽs, in similitudinẽ hominũ factus, & habitu inuentus, vt homo, ita etiã nobis se conformauit in doctrina. Nã sicut Verbũ caro factum est, & verus homo est, sic hominum doctor effectus est, & modo humano nos docuit. Naturalis nãque modus est hominum, quorũ intellectiua cognitio à sensu sumit initiũ, ex sensibus intelligibilia capere, & per visibilium similitudines corporũ, etiã in inuisibiliũ, & spiritualiũ notitiam deuenire. Quẽ modũ factor hominũ, vt homines instrueret, tenens, cum nos de spiritualibus docere voluit, frequentissimè de corporalibus rebus tã naturalibus quã politicis metaphoras introduxit, sicut in Euangeliis patet. Has autem similitudines rerum Christus tanto moderamine tradidit, vt in eis non tantũ rudes facillimè informaret, sed & quoruncunq; excelsa ingenia sublimiter exerceret. Quapropter in verbis propositis plantarum seu arborũ exemplum introduxit ad regni Dei tempora designanda. Videte (inquit) ficulneã, & omnes arbores &c. Vbi põ ociosè Dominus inter omnes generaliter arbores de ficulnea solũ curauit facere mentionẽ, vtpotè de cuius singulariter foliis leguntur primi nostri parẽtes post trãsgressionem

Luc. 21.

Digitized by Google

greſſionē præcepti, nuditatis ſuæ ignominiā contexiſſe. Nam dicitur: Aperti ſunt oculi amborū. ſ. Adę, & Euę. Cumq; cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata. Vult ergo nō incōgrue dominus, quod ſicut ficulnea in mūdi principio humanæ trāgreſionis primū extitit tegumētum, ita quoq; in mundi termino fiat vicinæ humanæ reformationis indicium. Cum producunt (inquit) ex ſe fructū, ſcitis, quoniā prope eſt æſtas. Vbi nota, quod non incongrue dominus per fructificationē comuniter arborum, quæ tēpore fit æſtatis, Regni Dei, & iudicij vltimę preſētiā deſignauit. Quia cum illud iudicium venerit, bonitas Dei apparebit in ſanctis. Nā virtus radicum in hyeme nō videtur quia ramos vacuos foliis, & fructibus deſtituit. quæ tamē in æſtate apparēt, tum eaſdem, videlicet arbores fructibus, & frondibus repleri. Similiter in cōmuni iudicio bonitas virtutis Dei in ſanctis apparebit, cum eos omni infirmitate & penuria depoſita, decorabit. Ita (inquit) cum vos videritis hæc fieri, ſcitote, quoniā prope eſt regnum cælorum. Regnum vtique, de quo dicet, Venite benedicti patris mei poſſidete regnum. Hoc quippe regnum in quo conformabit ſaluator corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ, ita, vt regnum Dei etiā intra nos ſit. Sed, quia nos generaliter Dominus ad omnes arbores conſiderandas inducit. Videre (inquit) non ſolum ficulneam, ſed & omnes arbores, &c. vt hanc ipſius doctrinam melius nos implere poſſimus, in hoc tertio huius operis libro expletis mineralibus, de plantis, & arboribus, ac de ipſarum partibus, & variis proprietatibus earundem introducemus exempla, quibus nonde vltimis temporibus tātum, vt introducte in verbis prætatis Dominus inſtruamur, ſed in noſtris magis actibus, & moribus dirigamur.

Mat. 25

Virum ſpiritualem temporalia abdicantem artes magis profitere poſſe, ex ſimilitudinibus putationis arborum, exacte cognoſcitur.

Cap. I.

ABdicatio temporalium aſſimilatur putatiōni arborum. Primō, quia putatio arboris facit arborē magis creſcere. Videmus enim, quod arbor amputatis inferioribus ramis circunſtantibus, magis creſcit in directum ſuperius, quia humor qui tendebat ad ramorum nutrimentum, totus conuertitur in arboris augmentum. Sic etiam ſimili modo amputatis tēporalibus curis, per aſſumptionem videlicet voluntariæ paupertatis, dum totus animus ad ſpiritualia trahitur, miro modo in ſpirituali gratia proficit, & augetur. Vnde Geneſ. dicitur. Creſcere me fecit Deus in terra paupertatis meæ. Gen. 41

Secundō, putatio arboris facit eam magis vireſcere. Videmus enim, quod arbores interdū, dum multum veteraſcunt, efficiuntur aridæ, & ſuam viriditatem amittunt, ex eo, quod poſtquam plāta, ſenuit, decreſcit cortex ejus, & ex frigiditate claudūtur pori radicis eius, ita, quod humorem, qui plantam nutrit, ingredi prohibet, & ſic ipſa arbor arefcit, ſed ſi tunc præſcindantur, & putantur rami arefacti ſuperius, & ſcindatur radix inferius multo firmius trahit ſuecum per lignum radicis, & nō per corticem, & ſic incepit emittere ſurculos, & ramos virentes. Sic etiam ſimili modo ſolicitudo & occupatio temporalium, velut quoddam animæ ſenium, corticem arboris, id eſt, exercitium extrinſecus viri ſpiritualis facit

decrescere: quia tãto minus exercitatur quis in spiritualibus, quãto plus occupatur in tẽporalibus.

Item radicem cordis infrigidat, & poros eius, id est, affectus claudit. Quia quãto plus curæ tẽporalium crescunt, tanto spirituales affectiones in mẽte frigescunt. & deficiunt. Est ergo necessaria (vt arbor reuiuiscat) amputatio ramorum, id est, abdicatio temporalium occupationũ. Et postquã radix cordis cultello compũctionis se Deo multis scissuris, id est, considerationibus, & affectionibus deuotis aperuerit; fiet nouæ pullulatio gratię, & appatebit noua viriditas; .i. noua conuersatio plantæ, hoc est spiritualis personæ. Et de hac renouatione viriditatis loquitur Apost. Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, &c. Ephe. 4.

Tertio, quia putatio arboris facit eam magis fructescere, ex eo quod per putationem purgatur à superfluo humore aquoso, qui impedit humorem vnctuosum, ex quo fructus producuntur. Nam humor vnctuosus est materia fructuum ex qua producuntur fructus, sicut humor aquosus est materia foliorum. Vnde Ioan. Omnẽ palmitem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructũ plus afferat. Ita etiam similiter amputatis & abdicatis temporalibus curis, humor aquosus deficit, id est, mundanus amor, qui est materia foliorum, id est, vanitatum, & leuitatum; & humor vnctuosus, id est, amor gratuitus, & spiritualis proficit, qui fructus bonorum operum facit abundare, Coloss. Ambuletis dignè, Deo per omnia placentes, & omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei. Ioan. 15 Col. 1.

Exemplo balaustiæ mali punici floris, abiecti, à mundo, despectus, à Deo benignè vt colligi declaratur.

Cap. 11.

ABiecti à mundo, recolliguntur à Deo. Cuius exemplum apparet in balaustia, quæ est flos mali granatæ, quæ dum cadit ab arbore, siue ramo, recolligitur à medico. Est enim hic flos frigidus & siccus, & habet virtutem restringendi. & desiccandi humorem. Vnde valet contra dysenteriam, & sanguineum fluxũ ventris: vomitum etiam cholericum stringit, si coctus in aceto super furculam pectoris apponatur. Illi autem quasi de arbore cadunt, qui à mundo despiciuntur, & abijciuntur, sicut pauperes, qui sunt frigidi ab æstu auaritiæ, & continentes qui sunt sicci ab humore & fluxu luxuriæ, & mites qui restringunt vomitum cholerę, id est, impetum iræ. Nam pauperes despiciuntur ab auaris, tanquam homines inutiles, continentes despiciuntur à carnalibus, tanquam homines steriles, & agrestes: Mites, vero despiciuntur à superbis, tanquam homines pusillanimes: Sed licet tales eijciantur ab arbore, id est, à mundo, tanquam inutiles, tamen recolliguntur à medico, id est, à Christo, tanquam pretiosissimi flores, Vnde Apostolus dicit: Quę stulta sunt mundi, elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt, destrueret: vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. Vnde patet quod hæc abiectio mũdi bona est: propter quod dicebat Psalm. Elegi abiectus esse in domo Dei mei, quam habitare in tabernaculis peccatorum. 1. Cor. 1 Psal. 83

Abstinentia perfectiones, & vtilitates, ex similitudinibus arboris Agni casti, & Pini ostenduntur.

Cap.

Cap. III.

ABstinentia assimilatur arbori, quæ dicitur agnus castus, Quæ scilicet est arbor calida & ficca, vnde flos eius, siue semé poros corporis aperiendo, spiritus euaporando, humiditatem naturalem cõsumendo, castitatem inducit. Et ideo flos eius maximè agnus castus dicitur, quia tuo odore & vsu (vt dicit Dios.) homines castos reddit. Similiter etiam abstinentia, & afflictio carnis, eertam est, quod castitatem inducit & eriam custodit, tum quia vigorem carnis minuit, tum quia materiam luxuriæ, scilicet humorem seminalem, qui ex cibo causatur, subtrahit. Nota ergo, quod agnus castus tria facit, sine quibus abstinentia parum valet.

Primum est, quòd poros aperit, quasi autem pori animæ, sunt sensus corporis qui ad spiritualia, & vtilia debent aperiri, scilicet oculi ad videndum vtilia, ad plorandum peccata, & ad legendum spiritualia documenta. Item nares ad attrahendum odores, id est, bonorum exempla: & os ad confitendum peccata, & ad instruendum proximum, ad laudandum Deum, ad percipiendum cibum sacramentalem.

Secundum est, quia agnus castus spiritus euaporando educit. Sic similiter ab anima ieiunantis euaporari spiritus debent, hoc est progredi spirituales meditationes, spirituales affectiones, & spirituales orationes.

Tertio, ratione minutionis; quia agnus castus humorem nutrimentalem minuit, siue consumit. Hic est humor cibalis, ex quo luxuriæ materia fluit, quem dum abstinens subtrahendo minuit, luxuriæ fluxum consumit: propter quod dicit Hieronymus, quod sine Cerere, & Baccho, id est, sine cibo & potu, friget Venus. Et reddit homo ita per abstinentiam corpore castus, & spiritu mansuetus, vt recte agnus castus dicatur. Item abstinentia delicijs corporalibus præseruat spiritũ à vitiorum passionibus. Cuius exemplũ apparet in pino, Nam pinus diu durat si à suis corticibus fuerit spoliata, eo quod inter lignum & corticem vermes fiunt quæ lignũ corrodunt. Quasi enim exteriores cortices arboris, sunt exteriores delitiæ carnis, ex quibus inter carnem & spiritum, scilicet in sensualitate vermes, id est, carnalia & deteriorum passiones generantur, quibus spiritus vehementer corroditur; idem molestatur, & dissipatur. Sed corticibus i. delitijs amoris, huiusmodi vermes, id est, carnis passiones pereunt, & cessant: & tunc spiritus quasi liber à carnis corruptela, incorruptibilis conseruatur Apostolus: Expoliantes vos veterem hominẽ cum actibus suis. Col. 3.

Nonnullis florum, piris, exemplis, aduersitates plurimum prodesse, & prosperitatem obesse, ac Dei gratiam fideles nutrire declarat.

Cap. IIII.

ADuersitas modi plerunq; hominem ad seipsum reducit, sicut prosperitas econuerso educit hominem à seipso. Cuius exemplum apparet in floribus; qui frigore noctis contrahuntur, & calore diei foras euocãtur. Quasi enim frigus noctis est rigor aduersitatis: hic florem contrahit, dum hominem tãgit, ad seipsum redire, seque recognoscere cogit. Sed quasi diei calor est prosperitatis fauor, qua dum homo inaniter extollitur, extra seipsum vagatur. Item aduersitas seculi, sicut homini habẽti gratiam Dei prodest, sic non eam habenti nocet. Cuius exemplum apparet in piro, quia pirum post cibũ comestũ prodest, ex eo quòd laxatiuũ est.

Hiero.

Digitized by Google

Nam comprimit cibaria ad locā decoctionis, & neruos officij sto machi confortat. Sed ante prandium sumptum constipat. Et si quis multa & sæpe ex eis comedat, vermes in ventre generant, & cholicā passionem duram, & incurabilem prouocant. Cibus autem & nutrimentum animæ, est gratia Dei. Nam sicut dicit philosophus ex eisdem nutrimur, ex quibus sumus. Sumus enim spiritualiter per gratiam Dei, secundum illud Apostoli: Gratia Dei sum id quod sum: ergo ex gratia Dei nutrimur. Si quis ergo ex hoc cibo, sine nutrimento refectus sit scilicet quod gratiam Dei habeat in se, vtiliter pyrum sumit, quia non obest, sed prodest, si tribulationem incurrit. Quia licet tribulatio grauis sit ad portandum, tamen laxat, id est, purgat peccatū, & confortat etiam animā ac roborat in bonum. Nam virtus in infirmitate perficitur, sicut Apostolus dicit: Sed si quis esset ab hoc nutrimento vacuus, & ieiunus, scilicet gratiam non habens, tunc ei tribulatio nocet, ex eo, quòd generat ei plerunque aut constipationem, id est, duritiam mentis, & desperationem aut vermem, id est, impatientiæ inquietationem, aut cholicā, id est, implacabilem iracundię passionem.

Aristo.

1. Cor. 15.

2. Cor. 12.

De iunipero, pyri, Zingiberis, petroselini, & variis proprietatibus, ac similitudinibus. Dei amoris feruorem in carnis asperitate, mentis, & humilitate conseruari explanatur. Cap. V

AMoris diuini ignis conseruatur in asperitate carnis, & in humilitate mentis: cuius exemplum apparet in iunipero, quæ est arbor aspera, & aculeata habens folia, signans asperitatem pœnitentiæ. Iuniperus etiam ignem conseruat: quia si accenditur, vix extinguitur, in tantum, vt si prunæ eius sub cineribus operiantur, vsq; ad annum minime extinguatur, vt dicit Isi. In asperitate ergo iuniperi, accipe asperitatem carnis; in cineribus vero eiusdē, intelige humilitatem mentis: in quibus diutius perfeuerat diuini feruor amoris. Item amor charitatis etiam mala conuertit in bona. Nam sicut dicit Apostolus. Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. Huius exemplum apparet in pyro, quia pyra immatura, quæ sunt pontica, & dura, & grossa, & ad esum mala, per decoctionem ignis efficiuntur bona. Sic per decoctionem, & vigorem ignis charitatis, etiā magnæ, & grossæ aduersitates cedūt homini in bonum saltem animæ per patientiam quam charitas generat. Nam patiens est charitas, vt dicit Apostolus.

Isido.

Rom. 8.

1. Cor. 12.

Item amor charitatis assimilatur zingiberi, quod radix est herbæ calidum, & humidum, & valet contra frigidas causas pectoris, & pulmonis, stomachi dolorem, & intestinorum mitigat ventositates extenuat. Quanto autem est albius, & recentius, tanto acutius, & melius. Sicut zingiber igitur radix est herbæ, sic charitas est radix iustitiæ, & sanitatis animæ. Ephes. in charitate radicati, & fundati. Ipsa etiam cum sit ignis spiritualis, est calida, quia facit mentem feruere, & nihilominus est humida, faciens lachrymas fundere. Psalm. Transiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti in refrigerium. Ignis, est charitatis feruor; aqua lachrymarum humor. Ex quibus duobus in anima refrigerium magnum relinquitur. Hæc est quæ repellit frigus accidiæ causantis in pectore, id est, in intellectu frigidas cogitationes, & in pulmone, id est, in voluntate frigidas affectiones. Hæc est etiam, quæ mitigat dolores interiores impatientiæ,

Ephe. 3.

Psal. 65.

Digitized by Google

tiæ, vel ita, & extenuat ventositates, & inflationes vanæ gloriæ, & superbiæ. Corinth. Scientia inflat, charitas ædificat. Similiter amor Dei etiam tanto melior, & acutior, quanto albior, id est, mundior, & recentior, id est, fetuentior, ne scilicet vetustate tepescat.

1. Cor. 8

Item charitatis amor assimilatur petroselino.

Primo, propter originem; quia maximè in petris, & in locis petrosis oritur, & propterea dicitur petroselinum. Loca autem petrosa, sunt corda imitatorum Christi. De quo dicit Apostolus, quod petra erat Christus. Et in talibus invenitur verus charitatis amor. Vnde ipse dixit. Hoc est præceptum meum, vt diligatis invicem sicut dilexi vos.

1. Cor. 10.

Secundò, propter odorem. Nam petroselinum est odoriferum, quia scilicet amatores Dei etiã proximos per bonorũ operum tecreant, odorem, sicut Apostolus dicit: Christi bonus odor sumus.

Ioe. 15.

2. Cor. 2

Tertio, propter calorem, quia petroselinum est herba calida, & sicca, diuretica, & apertiua, diuisiua, & consumptiua, stomachi confortatiua & appetitus excitatiua. Similiter charitatis amor mentem calefaciendo, & inflammando habet virtutem apertiuã, quia cor Deo aperit: & diuisiuam, quia mundo per contemptum diuidit. Item consumptiuam, quia humorem, id est, amorem peccati consumit. Item confortatiuam, quia confortat ad bene operandum, & appetitus excitatiuam, quia scilicet mentem excitat ad cælestia appetendum.

Auaritiam valde detestabilem esse, ex cepe iusquiamique exemplis comprobatur.

Cap. VI.

AVaritia assimilatur cepe.

Primò, propter complexionis frigiditatem, quia cepe (secundum Dioscor.) est frigidæ, & viscoæ naturæ, maximè, quod est oblongum, & illud quod est rufum, & illud quod est crudum. Similiter auaritia. & inordinatus amor temporalium, animam infrigidat, calorem charitatis excludendo. Item inuiscat eam fortiter capiendo, & tenẽdo, & præcipue si ut oblongi, id est, diuturna, scilicet in homine inueterata, quia tunc semper crescit. Item si rufa, id est, inflammata ex paupertatis necessitate. Item si cruda, id est, non cocta tribulationis igne, quæ aliquando purgat animam, vel saltem minuit amorem mundi.

Secundò, propter nutrimenti modicitatem, quia cepe crudum, modicum, imo nullũ quasi nutrimentum corpori tribuit, vt dicit Dioscorides. Similiter accumulatio auri, modicum nutrimentũ frequẽter confert etiam eius auari corpori, quia multi propter auaritiã secundũ corpus misere, & tenuiter viuunt. sed animæ penitus nullum, quia vtiliter pro anima sua auarus sua bona non tribuit.

Tertio, propter nocumẽti multiplicitatem. Nam cepe crudũ, & comestũ cholericos offendit, quia videlicet auaritia iram ad quam cholera inclinat incendit. Item huiusmodi cepe inflationem gignit, quia diuitiarum abundantia, quam auaritia colligit, inflationem superbiæ inducit. Item acumine suo caput percutit, & nimis comestum insaniam facit, & terribilia somnia ostendit. Sic nimia prosperitas diuitiarũ, quam auari habent, facit eos infatuari. Item ad literam habent quandoque auari somnia terribilia, somniantes latrones, & prædones: vel quia post somnum mortis faciliter eorũ diuitiæ tanquam vana somnia euanescunt

Iob.

Iob. Dives cùm dormierit, nihil
Iob 27. secum affert: aperiet oculos suos, & nihil inueniet. Item suo odore facit lachrymari. Quia frequenter auaritia est causa fletus, & doloris, quia quando auarus perdit quæ diligit, cruciatu suo & dolore cogitur lachrymari.

Item auaritia assimilatur iusquiamo; quæ est herba venenosa, & mortifera: propter quod dicitur insania. Et hæc (vt dicit Dioscoro.) habet virtutem constringendi, & somnum prouocandi. Similiter auaritia veneno cupiditatis extinguit vitalem calorem charitatis, & ita est causa mortis spiri-
1. Joan. 2. tualis Ioã. Si quis diligit mundũ, non est charitas patris in eo. Item constringit cor auari ad non subueniendum pauperi, & bursam ad non restituendum. Hæc etiam est quæ causat circa spiritualia pigritiæ & negligentiæ somnum. Psal.
Psal. 75. Dormierunt somnum suum, &c.

Bonæ arboris boni effectus vacij, & eius impedimenta, crociq; perfectiones describuntur: quibus multis similitudinibus boni viri comparantur.

Cap. VII.

BOnus homo assimilatur arbori bonæ. Bona enim arbor illa iudicatur in qua est fructuum maturitas, fructuum pluralitas, & fructuum suauitas. Et hæc tria tanguntur Matth. Bona
Matt. 6. arbor fructus bonos facit. In eo, quòd dicit, Facit fructus, tangitur fructuũ maturitas. Sed in eo, quòd dicit fructus in plurali, tangitur fructuum copiositas. In eo, quod dicitur Bonos, intelligitur fructuum suauitas. Quædam ergo arbores sunt ex quibus nullus nascitur fructus propter defectũ humoris, & sunt homines otiosi & inertes, qui propter defectum amoris nihil boni operantur. Vnde arbores huiusmodi, ne otiosè terram occupent, excidẽtur, & in ignem mittentur. Quædam verò faciunt fructum, sed paucũ, quod est propter paucitatem humoris & caloris. Et tales sunt, in quibus est modicus humor compunctionis, & modicus calor dilectionis inuenitur sine frequentia bonæ operationis. Sunt etiam quatuor causæ aliæ, quare scilicet arbores aliquæ sunt fructum modicum facientes.

Prima est, quando sunt nimis frondosæ, quia humor qui deberet transire ad fructus, conuertitur ad folia. Et tales sunt qui delectantur tantum in foliis verborum. Vnde assimilantur ficulneæ, cui Dominus maledixit. Matt. 1.

Secunda causa est, quando nimis sunt proceræ. Humor enim à radice ascendens, per arboris altitudinem & latitudinem latè se diffundit, & ad ramos transiens paulatim euanescit. Magni enim viri, & prælati aliquando sunt infructuosi, quia ea quæ deberent dare pauperibus, expendunt in suis vanitatibus. Ambro. dicit: Auis se sociat auibus, & pecus pe- Ambr.
coribus, piscis piscibus: solus tũ homo consortem excludis, feras includis, parietem vestis auro, & pauperem nudas vestimento; panem petit pauper, & non accipit, equus tuus aurum sub dentibus mandit.

Tertia causa est, quando sunt nimis vetustæ, quia tunc (vt dictum est supra capitulo primo) radix induratur, & frigiditate cõfringuntur pori radices, ita quòd humor ingredi non potest; quo plãta nutriatur, & fructificet. Sed si perforetur radix, aut scindatur, & illi scissuræ immitatur lapis, tunc trahitur succus per lignũ radicis, & purificatur, & fertilior efficitur, sicut dicit Philosophus de amigdalo antiqua si perforetur radix eius. Quando igitur aliquis est vetulus in peccato, tria fora- Arist. de veg. & plant.

mina

anima siue scissuras in corde suo oportet facere, primum per dolorem contritionis, secundū per pudorem confessionis, tertium per laborem satisfactionis.

Quarta causa est, quando arbor nō amputatur, quia tunc humor qui conuerteretur in fructū, conuertitur in ramusculos superfluos, & inutiles. Vnde arbor melius fructificat, si homo ab eo superflua remoueat, eo, quod humor qui transit in nutrimētum superfluorum, illis remotis trāsit in fru-
Ioan. 15 ctum. Ioan. Omnem qui facit fructum purgabit eum, vt fructū plus afferat. Et ideo purgationi plantarum in vere est insistendum. Similiter si homo resecat à se superfluitates cibi, potus, & somni, & aliorum huiusmodi, efficitur aptus ad magis abundandum in spiritualibus fructibus, & pœnitentiæ operibus. Et nota, quòd rami arborū quanto plus sunt onusti fructibus, tanto magis inclinātur: quia sancti viri quanto plus abundant bonis operibus, tanto magis humiliantur.

Quædam autē arbores sunt, quæ licet fructus multos habeant, non tamen faciunt eos malos. Matth.
Mat. 7. Mala arbor fructus bonos facit. Quandoque tamē cōtingit, quòd arbor mala à sua malitia trāsmutatur in arborem bonam, & quod bonos fructus producēs efficitur. Sed ad hanc transmutationem arboris sunt quatuor necessaria.

Arist. de veg. & plan. Primo labor. Nā, sicut Aristoteles dicit, arbores siluestres per debitam culturam efficiuntur hortenses: & ponit exemplum de amigdalo, quæ si est amara, per culturam efficitur dulcis. Sic homo debet eor suum colere, & purgare, & tunc bonos fructus faciet.

Secundo, necessarius est locus. Dicit enim Philosophus, quod quædam plantæ in vno loco facient fructum perniciosum, quæ transplantatæ facient fructū bonum. Et ponit exemplum de iusquiamo, quia quod in Persia est natum, translatum in Aegyptum est perniciosum, sed in Hierusalē translatum sit comestibile, & bonum. Similiter animus hominis per translationem pœnitentiæ, de malo statu in bonum cōuertitur. Vnde in Aegypto, id est, in tenebris peccati, positus est perniciosus, & malus: sed in Hierusalem, id est, in pace iustitiæ, & conscientiæ per pœnitentiam transplantatus, efficitur bonus, & salutiferus. Nota tamen, quòd peccatori non prodest trāsmutatio loci sine mutatione animi. Nam sicut dicit Ber. Nec lucifero profuit locus cæli, nec Adæ locus paradisi, nec Loth locus montis excelsi, nec filiis Israel locus deserti. Vnde interrogatus Socrates à quodā, cur locorum mutatio nihil prodesset ad mutationem viciorum, respondit: Non est mirum si mutando locū non mutas vitium, quia circunfers semper teipsum.

Tertio, necessarium est tempus. Dicit enim Phi. quòd plures plātæ plantantur in vere, in autumno paucæ, pauciores in hyeme, pauciss imę in æstate. Plātatio ergo spiritualis conuenientius fit in vere, id est, in tempore iuuentutis, quàm in autumno maturæ ætatis, vel in hyeme senectutis, vel in æstate, id est, in feruore malæ cōsuetudinis, vbi totus humor deuotionis & gratiæ deficeatur.

Quarto, necessarius est surculus, qui trunco insertus totā eius virtutem trahit ad suam qualitatem. Et significat verbum Dei, quod animam sic immutat, quòd quæ primo faciebat fructus amaros, & noxios, postea facit fructus dulces, & salutiferos. Iac. In mansuetudine suscipite insitum ver-
Iac. 1. bum, quod potest saluare animas vestras.

Item

Item nota, quod bonus homo malo associatus, nonnunquã eius malitiã impedit, aut tollit. Cuius exemplum apparet in pyris, quia hoc habent pyra proprium maxime syluestria, quod cũ fungis mixta accepta omnem ab eis auferũt ustionem, puluis etiam pyri syluestris bibitus, valet similiter cõtra fungos. Quid autem per syluestre pirum, nisi hominem intelligimus bonum, à malorum hominum quidem consortio, & contagio remotum, & orationum solitudini deditum, vel in cepe pœnitẽtię positum? Huius tamen societas, & pœnitẽtia, fungi malitiam, id est, hominis mali nequitiam suis plerunque, aut exemplis aut monitis, vel meritis impedit, vel tollit. eius etiam puluis, id est, humilitas visa, vel puluis, id est, mors, eius corpus incinerans, & animam glorificans, etiam quandoque malitiam peccatorum immutat. Nã etiam post mortem sancti nonnũquam peccatores conuertunt, & euellunt.

Item nota, quòd bonus homo assimilatur croco. In quo primò posuimus notare bonitatis indicium. Quia crocũ, est optimum, quod est recens, odoris boni, longum, purum, album, integrum, in spiramine bonum, & cum tangitur, tingit manum, & leuiter est acutum. Similiter ille est inter bonos & sanctos viros optimus, qui est recens & feruens in opere, odoriferus, id est, redolens in hominum opinione. Item longus, id est, perseuerans in bona conuersatione, albus, id est, purus in intentionem, integer, id est, castus sine carnis corruptione, & bonus in spiramine, id est, in conuersatione, siue exhortatione, coloratiuus manus tingentis, id est, impressiuus suę virtutis in sui adhæsione. Ille enim manum tangentis se suo colore tingit, qui sibi adhærentem ad imitationem suorum operum, vel suarum virtutum trahit: vel ille manum tangentis se suo colore tingit, qui se lædenti beneficium porrigit: quod pertinet ad viros perfectos.

Item qui est acutus leniter in aliorum correptione, siue increpatione. Debet enim esse acutus in pungendo, sed lenis in percutiendo. Est enim necessarium in correptione delinquentis acumẽ seueritatis cum dulcore lenitatis. Secundò, notamus in croco natiuitatis locum. Nam sicut dicit Dioscorides orientalis melior est, quam occidentalis, quia scilicet contemplatiuus melior est, quam actiuus, ex eo, quòd cõtemplatiuus melior est, calore solis, id est, amore Christi magis calefactus, & splendore, id est, sapientia eius magis illustratus, sicut pars orientalis excedit in calore, & splendore. Dioſc.

Tertiò, notamus in croco florietatis aspectum: producit enim crocum florem caput habentem ad violæ modum, & in medio tres ramulos. Quasi autem flos croci, est conuersatio viri boni, quę debet esse purpurea per charitatem, violacea per humiliratem, & triplicata per fructificationem, scilicet vt fructificet Deo, sibi, & proximo. Vel sicut dicit Bernar. vt viuat humiliter Deo, ordinatè sibi, & socialiter proximo. Bernar.

Quarto, notamus in croco complexionis temperamentum: est enim calidum & siccum in primo gradu, in suis qualitatibus temperatum. Sic etiam bonus homo, & prudens, & in caliditate, id est spirituali feruore, & in siccitate, id est, in abstinentiæ extenuatione tẽperatus est, secundũ debitũ gradum, id est, discretionis modum.

Quinto, notamus in croco vtilitatis effectum. Nam crocũ multum

tum est confortatiuum, & valet contra debilitatem stomachi, & contra cordis defectū: quia boni multū alios confortant, debiles i. trepidos, & corde deficientes. i. pusillanimes vigorando suis consilijs, exhortationibus, & exemplis.

Quemadmodum quo ad semen, flores, frondes fructusq; ac varione loci: planta inter se naturaliter differre videntur: sic quadam similitudine boni viri a malis moraliter discrepant. Cap. VIII.

BOni a malis, vel etiam inter se inuicem differunt moraliter, sicut differunt inter se plantæ naturaliter. Differunt enim plantæ, vel arbores a se inuicem, primo in seminibus: quia quædam earum ex semine bono generantur, quædam vero ex malo. Et dicit Albumas. quod ex malo semine non proueniunt de facili bonæ plantæ, nec ex bono de facili malæ: quamuis in animalibus, & potissime in hominibus sæpe videatur contrarium. Cuius ratio est, vt idem dicit, quia planta est terræ affixa, propter quod vniforme à terra recipit nutrimentum: animalia vero non sic, tum propter varietatem complexionis, tum propter volubilitatem voluntatis. Similiter ergo inter homines illi homines ex malo semine nascuntur qui malorum exempla imitātur. Sed qui bonorum imitantur vestigia, illi ex bono semine oriuntur. Malum enim semen est semē vitiorum, quod seminauit diabolus. Nam superbiam seminauit in Adam, inuidiam in Cain, incontinentiam in Lamech, gulam in Esau, auaritiam in Balaam, iram in Saul, accidiam in Achitophel. Vnde qui in huiusmodi vitijs illos imitantur, hi sunt qui ex malo semine nascūtur. Vnde dicitur in epistola Iudæ: De illis, qui in viam Cain ablerunt, & errore Balaam seducti sunt. Bonum autem semen est, quod seminauit Christus, scilicet humilitatem in matre, fidem in Centurione, abstinentiā in Ioanne Baptista, continentiam virginitatis in Ioanne Euangelista, & sic de alijs virtutibus, in quibus qui eos imitantur ex optimo semine nascuntur. Nota tamen quod arbor siue planta ex malo semine nata, bona effici potest auxilio culturę. Vnde dicit Aristo. quod si scindatur rādix arboris, & illi scissurę immittatur lapis, fœcunda fiet, si erat sterilis. Cuius ratio est, secundum Albumalar, quia per scissurā fit grossi & noxij humoris vaporatio, & caloris aēris circūstantis attractio, cuius virtute fit illius mali humoris consumptio, & quædā plātæ innouatio. Ipse etiam Philosophus dicit malogranata stercore porcino firmata, & aqua dulci rigata, meliorescunt. Sicut ergo de malitia mutatur in bonitatē auxilio culturæ, ita malus homo efficitur bonus auxilio pœnitentiæ. Sed debet fieri scissio, id est, apertio radicis, id est, cordis per contritionem, & oris per confessionem, & immitti lapis, id est, perseuerantiæ firmitas, vel constantiæ soliditas apponi, & simus humilitatis cum aqua compunctionis, vel doctrinæ spiritualis, quæ dulcis est: vel aqua hæc apponenda, est eleemosyna: quia ignem ardētem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis.

Iudæ.

Ari. de veg. plan.

Secundò, differunt plantæ, siue arbores quo ad locum, siue situm, secundum quod inuenitur in eis triplex differentia. Vna est quo ad abundantiam humoris, quia quædam plantę nascuntur in terra, quædam in aqua, quædam in petra, non tamē omnino sine terra, quædam verò in arena. Sed, quæ in petra, parum crescūt, quia humor est paucus, & citò arescūt, nisi per oppositionem humoris, & aerem ab hominibus adiuuent.

Sig

Sic quidam homines spirituales sunt plantati in terra, id est, humilitate fundati. Terra enim est elementum infimum, & stabile; & ideo deliguat humiles, & bene proficiunt: quia omnis qui se humiliat, exaltabitur. Quidam vero
Luc.14. plantati sunt in aqua gratiæ, vel pœnitentiæ, vel sapientiæ: & isti etiã crescunt vel proficiunt. Psal.
Psalm.1 Erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarũ.

Quidam vero in petra, id est, in corde duro & parum deuoto, & illi cito deficiunt. Nam petra est dura, & parum humorosa. Lucæ.
Luc.7. Aliud cecidit supra petram, & exortum aruit, quia non habebat humorem. Quidam sunt plantati in arena: in quibus scilicet nullus est humor gratiæ diuinæ. Nam arena dicitur ab ariditate. Isti sunt peccatores quorum fructus vani, & inutiles sunt. Nota ergo, sicut
Arist. de reg. dicit Aristo. quod plantæ, quæ nascuntur in locis aridis, sunt paruæ quantitatis propter paucitatem humoris. Quæ vero in locis humidis, fluuialibus, & maritimis, sunt maioris quantitatis propter abundantiam humoris. Ille tamen quæ crescunt iuxta ripas marium salsorum, non multum crescunt propter arenarum multitudinem, & attracti humoris siccitatem. Sed sicut idem Philosophus dicit, iuxta mare rubrum hoc fallit, vbi arbores magnæ fiunt propter abundantiam humoris, & caloris. Ex quibus patet, quod in hominibus sicut in arboribus tanto magis fit augmentum (in arboribus quidẽ corporale, in hominibus vero spirituale) quanto magis abundat calor, & humor, scilicet in hominibus calor dilectionis, & humor deuotionis. Sed cauendum est, ne sit humor salsus, id est, deuotio tristis & sicca, sicut hypocritarum, de quibus Dominus dixit: Nolite fieri
Mat.6. sicut hypocritæ tristes: sed debet esse deuotio læta, & dulcis, nisi esset forsitan tristitia proueniens vel ex pœnitentia, hoc est peccati recordatione, vel ex passionis Christi compassione; quæ quidem ambo per mare rubrum designantur. Quia vtraque compunctio seu deuotio, licet salsa vel amara sit, tamen animam impinguat, & auget.

Secunda differentia localis attenditur in plantis respectu calo ris solaris: Nam plantæ, quæ sitæ sunt versus Orientem citius conualescunt propter aspectum solis, & sufficientiam caloris. Sed versus occidentem econtrario se habent, propter defectum caloris solis, vt dicit Aristo. Ex quo habetur, quod anima citius conualescit in spiritu, si sit in ea aspectus solis, id est, discretio rationis, sufficientia caloris, id est, debita mẽsura dilectionis. De qua dicitur,
Mat.22 Diliges Dominum Deum ex toto corde tuo, &c.

Tertia differentia localis attenditur in plantis secundum temperiem aëris. Nam sicut dicit Albumasar, si aër vbi nascitur planta, fuerit nimis calidus, poris apertis calor naturalis euaporabit, & ita planta siccabitur. Si vero frigidus nimis, plantam suffocabit: sed tẽperies eius nutriet, & conseruabit. Sic plantationem pœnitentiæ in homine ardor luxuriæ, vel gulæ euacuat, frigus accidiæ dissipat: Sed temperata abstinentia nutrit, & conseruat. Nota ergo, quod secundum Arist. planta quatuor indiget, scilicet semine terminato, & in sua specie perfecto, maturo, & à putredine seruato, Itẽ loco plantæ congruo.

Tertiò, humore moderato: & dico moderato, quia ex humoris temperie magis seruatur plantæ nutrimentum. Quia si humiditas fuerit nimia pororum, oppilatio fit, per quos nutrimentum transit

ad

ad incrementum arboris. Et eodem modo siccitas si superabundauerit pororum & viarum constrictio erit, & sic vtroque modo impedietur nutritio arboris. Sed si contemperatio fuerit caloris, & humoris, erit processus plantæ ordinatus, & vtilis.

Quarto, indiget planta, vt dictum est, aëre mediocriter temperato. Eodem modo anima pœnitentis indiget semine spiritualis doctrinæ. De quo Luc. Semen est verbum Dei: & istud semē debet esse terminatum & mensuratum secundum capacitatem audiētiū, & secundum regulas fidei catholicæ. Item semine eleemosynæ de quo Apostolus: Qui seminat in benedictionibus, &c. Et hoc semē debet esse in sua specie perfectū per charitatem scilicet, vt eleemosyna in charitate fiat, dico in sua specie, quia plures sunt eleemosynarum species, & modi siue corporalium siue spiritualium. Item indiget semine operationis bonæ. De quo Eccle. Mane semina semen tuum, & vespere ne cesset manus tua, id est bona opera operari ne desinas, & in mane iuuentutis, & in vespere senectutis. Hoc semen debet esse maturum ad discretionem, vt scilicet cum debita maturitate, & discretione bonū opus fiat. Item semine diuinæ gratiæ sine quo alia nihil valerēt. Et de hoc semine dicitur, Io. Semē eius, id est gratia, in eo manet, hoc semen debet conseruari à putredine peccati, cum qua esse non potest.

Luc.6
2.Cor.2
Ecc. 11.
1.Io.2.

Secundò, indiget plantatio pœnitentiæ loco sibi congruo. Nam alius locus competit ploranti, vel oranti, scilicet secretus, alius eleemosynam facienti, quia publicus, vbi sint, vel cōueniant pauperes, sed non publicus ad ostentationem, & similiter alia loca cōpetūt actiuis, sic alia cōtemplatiuis.

Tertio indiget humore, scilicet nutrimentali, & cibo temperato, vt sit quædam abstinentia, sed tamen discreta,

Quarto indiget aëre mediocriter temperato: In aëre enim, qui multarum varietatum est susceptiuus, pœnitens intelligitur spiritus, qui temperatus esse mediocriter debet: quia nec nimis calidus, vt aliquid sibi supra vires assumat tanquam præsumptuosus, nec nimis frigidus, vt. s. spiritualia & sibi congruentia negligat tanquam sit accidiosus: sed debet esse per discretionem ordinatè temperatus.

Tertio differunt arbores in partibus, scilicet partium suarū multitudine, & paucitate, magnitudine, & paruitate, fortitudine, & debilitate. Cuius diuersitatis causa est diuersitas humoris, qui in aliquibus est lacteus, vt in ficubus, & talis in latum, & in longum est ad se diffundendum idoneus. In quibusdam vero est viscosus, vnde nec ad extensionem aptus. In quibusdam vero est acutus qui ex sua fortitudine ad multam extensionem est aptus. Et raritas arboris accidit propter insufficientiā humoris: spissitudo vero propter sufficientiam caloris ad condensationem humoris. Quasi autem humor lacteus, quo paruuli, id est incipientes, nutrjuntur, est deuotio actiuorū. Sed quasi humor acutus, & subtilior, est contemplatiuorū, in quibus etiā est caloris charitatis abundantia. Et ideo tales habent partes, id est ramos operū plures, per frequentiam maiores, id est lōgiores propter perseuerantiam, & fortiores propter constantiam siue patientiam. Sed quasi humor viscosus est amor proprius animarum, qui ab eis nō separatur, nec faciliter ad alios extenditur. Vnde deficit in eis calor, & charitas: quia charitas non

quærit, quæ sua sunt, sic ideo eorũ partes, & rami, i. opera siue dona, sunt pauciora, minora, & debiliora.

Quarto differunt arbores in frondibus. Et primo in frondium variatione, quia quædam arbores siue plantæ habent folia aspera, propter dominum terrestreitatis, & siccitatis. Quædam vero habẽt folia lenia propter æqualitatem aquæ humectantis, & proportionem debitam caliditatis. Sic superbi, in quibus dominatur amor terrestris, & siccitas: quia carent humore pietatis, habent folia, id est verba aspera, hoc est contumeliosa, & alios asperantia. Sed illi qui humectantur aqua diuinæ sapientiæ, in quibus existit debita caliditas charitatis & beneuolentiæ, hi habent folia, id est verba lenia, & dulcia.

Item differunt arbores in foliorum duratione: quia quibusdã arboribus folia cito cadunt, propter humorem tarum, nõ vnctuosum, & cito siccabilem. In quibusdam vero permanent diu propter causam contrariam. Similiter in illis quibus deest vnctuosus humor gratiæ, & deuotionis, cito cadunt folia, quia cito deserũt promissa. Nam sicut faciliter verbis promittũt, ita faciliter & cito à promissis deficiunt. Sed illi, in quibus econtrario est gratia & deuotio, firmi sunt in promissis: & isti sunt sicut arbores ex quibus folia non cadunt. Psa. Et folium eius nõ defluet. Vnde tunc folium defluit, quando facit cõtrariũ eius, quod alijs dicit. Psal. 1.

Item folia arborum differunt in figuratione. Quia quarundam arborum sunt folia stricta, quarundam lata, quarũdã acuta, quarũdam rotunda, quarundam scissa, quarundam solida: quæ omnia variantur secundũ varietatem humoris magis vel minus terrestris, vel viscosi, & propter calorem æqualiter, vel inæqualiter humorẽ extendentem.

In hoc autem significatur, quod verbã siue corrigẽtiũ, siue docentiũ, siue consulẽtiũ nõ semper debẽt esse vniformia, sed diuersificari debet nõ solũ in substantia, sed etiã in modo proferendi, secũdũ exigẽtiam personarum, negotiorum, locorum & temporum.

Quinto differunt arbores floribus. Quia quædam arbores florent quod est propter puri & subtilis humoris existentiam in medulla. Quædam vero sunt quæ nõ florent propter nimiam viscositatem humoris, eo quod subtiliari non possit, nec propter suam vnctuositatem in subtilem florum substantiam dilatari, vt patet in ficu. Quædam etiam non habent flores propter liquiditatem, quæ non potest in florum substantiam coagulari, vt patet in palma, & similibus, de quibus exemplificat philosophus. Per flores ergo qui ex subtili & puro generantur liquore, intelligũtur subtiles meditationes & puræ, & considerationes contemplantium, quæ requirunt puritatem affectus, & subtilitatem intellectus. Vnde non in omnibus arboribus, id est in omnibus hominibus etiam bonis hæc inueniuntur: ex eo quod in quibusdam licet sit humor vnctuosus deuotionis, & gratiæ, tamen est grossius. Quia licet quidam habeant mentem deuotam, tamen habent eam simplicem, & grossam, & ideo non aptam ad subtiliora contemplãda, & licet non habeant flores, tamẽ possunt habere dulces fructus, id est opera, sicut habent istæ arbores ficus & palma.

Illi autem in quibus abundat liquidus, & fluidus humor carnis, id est amor carnalis, multo minus apti sunt ad flores contẽplationis

plationis habendos. Sexta differentia est in fructibus Quia quædam arbores sunt infructuosę, quę fructus non producunt, sed folia tantum emittunt. Et talibus assimilantur mali Christiani, verba confessionis fidei habēt, sed opera fidei non habent. Apostol. Cōfitentur se nosse Deum, factis autē negant.

Thi. 1.

Item mali doctores, & prælati, qui solum habent verba doctrinę, sed non opera vitæ. Matth. Dicunt enim & non faciunt.

Mat. 21

Item illi, qui verbis promittunt, vel vouent, sed facto promissa, vel vota non implent. De quibus dicitur Ecclesiastici: Melius est non vouere, quàm post promissa vota non reddere. Displicet enim Deo infidelis & stulta promissio.

Eccl. 5.

Quædam vero arbores sunt fructuosæ. Circa quod notandū, quòd arbor ad fructificādum indiget triplici exteriori fomento, scilicet humore terræ nutriente. Nam secūdum philosophum, terra est mater plantarum, eo quod suo humore plantam more matris nutriat, ex quo etiam nutrimento, & humore fructus producitur. Indiget etiam Sole humorem situm in medulla digerente, & præparante: quia humor nutrimentalis non potest in planta transire ad materiā fructuum, nisi prius calori ipsius plantæ adiuncto calore solis decoquatur, & digeratur, & ad locum emissionis fructus attrahatur. Et hinc est, q̄ in vere, quando calor solis incipit augeri, plantæ folia & fructus incipiunt emittere, quia sol suo calore partes plantæ, & humores strictos à frigore procedente resoluit & digerit, & ad loca debita attrahit & deducit. Et hinc est etiā quod in locis multum à sole remotis, plantæ paucæ sunt, & nō fructificant: vt dicit Aristote. Cuius ratio est secundum Albumasar, quia illi, qui sunt directe sub septentrione, diem habēt per dimidium annum continue, & per alium dimidium annum habent noctem, in æstate igitur non potest ibi crescere planta, propter nimium calorem, nec in hyeme propter maximam frigoris continuationem: propter, quod sicut dicit Aristot. planta ibi generata non habet vires ad fructus producendos, deficiente causa. Nam calor, qui est causa plantarum, & fructuum, in vna parte anni omnino modum excedit, in alia verò parte omnino deficit.

Tertio indiget planta tempore. Indiget enim hyeme ad humoris seminalis aggregationem, & vere ad humoris emissionem, tunc enim non est frigus vehemens humorem comprimens: nec calor vehementer adurens, vel humorem consumens. Indiget etiam æstate ad fructuum maturationē, & autūno ad fructuū repletionē, & collectionem. Sicut ergo planta his tribus indiget ad fructificandum, sic etiam homo ad bene operandum, & præcipuè in operibus actiuæ vitæ, scilicet calore charitatis cum humore pietatis, & discretione siue oportunitate temporis. Omni enim operi siue rei tempus est, vt dicitur Eccles. Vel ad fructificandum per opera pœnitentiæ indiget homo his tribus, scilicet humore compunctionis, qui scilicet est plantæ ideſt animę, plangētis quoddam nutrimentum, scilicet humor lachrymarum secundum illud psal. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte.

Eccl. 8.

Item feruore dilectionis, per quē mens quæ primo fuerat peccato costricta, resoluitur, humor devotionis attrahitur, & decoquitur dum feruens efficitur, ad bonorum operum productionē perducitur.

Digitized by Google

ducitur. Sed attẽde, q̃ feruor pœnitentis, vt bene fructificet, debet esse temperatus id est discretus, vt etiam dictum est superius, ita, vt neque deficiat per accid. ã frigus, neque excedat per indiscretionẽ. Indiget enim hyeme, id est tempore suo quo se ab exterioribus ad interiora recolligat; & vere, id est tempore quo abundanter humorem pietatis per opera misericordiæ emittat. Item æstate, in qua per contemplationis meditationem vel orationẽ seipsum ad feruorem accendat, vt sic fructus maturos, id est opera perfecta exhibeat, quousque finaliter sequatur autumnus, id est mortis tempus, quo suæ vitæ, & totius temporis fructus, id est præmia colligat.

Caritatis excellentia, perfectiones atque utilitates, ex radicis cypressi, casiæ fistulæ, calamenti, cardui, & denique mente quamplurimis similitudinibus aperte intelliguntur.

Cap. IX.

CHaritas assimilatur radici. Primo ratione originis. Quia ex humore de terra accommodato, & caloris cœlestis beneficio radix generatur, & à calore cœlesti tota penetratur, nutritur, & conseruatur. Similiter ex humore deuotionis attracto per feruorem orationis, & beneficio cœlestis caloris, id est superni & increati amoris, qui est Spiritus sanctus, generatur, id est diffunditur radix charitatis, & ab ipso calore cœlesti, id est Spiritu sancto nutritur & conseruatur. Vnde Apostoli in oratione vnanimiter perseuerantes, & eum deuotione expectantes, Spiritum sanctum acceperunt, per quẽ charitas diffusa est in cordibus eorum & nutrita, & conser-
Hier. 17 uata. Hiere. Ad humorem mitti
Luc. 75. radices.

Secundo ratione firmitatis, siue profunditatis: quia quanto matrici terræ profundius se infigit, tanto fortius, solidius, & firmius arboris fundamentum existit: sic quanto charitatis amor inest cordi profundius, & infixius, tanto spiritualis homo firmius est, & solidius fundatus. Vnde Apost. In Ephe.
charitate radicati, & fundati.

Tertio ratione virtutis, quia quamuis radix sit in substantia mollis, tamen fortissimos lapides vi caloris penetrat, & effodit: Sic charitatis amor, quamuis per patientiã sit mollis: nam molle non resistit tangenti, & sic perfectus non resistit lædenti, scilicet iniuriam pro iniuria reddendo, sed potius ei parcit. Item quamuis sit per mansuetudinem dulcis, quia charitas patiens est, & benigna est, tamen fortissimos lapides, id est immanissimas persecutiones, seu cruciatus virtute Spiritus sancti superat, & vincit, immo radices diuini amoris in petris duris magis condensantur. Quia scilicet charitatis affectus, & effectus in duris & asperis passionibus magis multiplicantur. Iob. Super Iob. 8.
aceruum petrarum radices eius densabuntur.

Quartò, ratione actualitatis, quia charitas omni tempore agit, & crescit: Nam radix tempore hyemali, calorem & humorem in se colligit, quem vernali tẽpore foras effundit. Sic charitas tẽpore aduersitatis in semetipsa pingescit. Sed prosperitatis tempore alijs se effundit, & per vigorem operis proximis reuiuiscit. Ose.
Ose. Erumpet radix eius, vt Liba- Aug.
ni. Aug. Radix omnium bonorum est charitas, radix omnium malorum est cupiditas.

Quintò, ratione viroris, quia scilicet sicut ex radice est viror arboris, ita ex charitate meritũ operis. Vnde Grego. dicit, quod Grego.
sicut multi arboris rami ex vna radice prodeunt, sic virtutes mul-

tæ ex

rę ex vna charitate generantur. Nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, si non manet in
Hier. 12 radice charitatis. Hiere. Plantasti eos, & radicem miserunt, proficunt, & faciunt fructum. Greg. Quisquis in charitatis radicem se infert, nec à viriditate deficit, nec à fructu inanescit.

Item charitas assimilatur Cypresso.

Primo, ratione substantiæ. Est enim substantia similis Cedro, quia sua substantia est imputribilis, & semper sua permanet firmitate. Videmus autem quod ligna putrefiũt ex humore aqueo superabundante. Sed hoc modo charitas putrefieri, vel corrũpi nõ potest: quia aquositas. i. vehemẽtia tribulationis non prævalet
Can. 8. contra eã. Can. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem.

Secundo charitas assimilatur cypressõ, & hoc ratione figuræ: quia cypressus in rotundum eius se erigit, vnde etiam eius fructus figuram imitatur, & ideo cypressi coniferi appellantur. Rotunditas autem figuræ, perfectionem charitatis significat. Quia figura rotunda siue circularis, (secũdum
Ari. de cæl. philosophum) est perfectissima figurarum. Vnde rotunditas cypressi est perfectio charitatis. Et ideo secundum Apostolum, Charitas est vinculum perfectionis.
Coll. Hæc enim virtus est quæ mẽtem Deo ligat, & iungit, & coniungẽdo perficit. Quod autem figura cypressi sursum tedit, signat, quod
Ecc. 50. charitas sursum trahit. Ecclesiastici. Quasi cypressus in altitudinem se tollens. Quod autem figura cypressi in conũ se stringit & acuit, significat q̃ diligentes Deum quãto plus in charitate proficiunt, semper magis se restringunt, scilicet ab illicitis, à superfluis & etiam à necessarijs. Sic ergo ex figura cypressi ostenditur, q̃ charitas hominẽ perficit, perficiendo erigit, & erigẽdo stringit, & vnit.

Tertio ratione redolentiæ. Est enim cypressi lignum, secundum
Isido. Isido. suauissimum in odore, vnde folia habet, licet amara, tamen o-
Plin. dore vinolenta, vt dicit Plinius. Similiter odor charitatis tam suauis est Deo, vt sine ipso nihil redoleat. Nam neq; eloquentia, neque eleemosyna, neq; scientia, neq; fides, neque prophetia, neq; quodcunq; opus, siue donũ, habet charitate deficiente meritum apud Deum, sicut expresse explicando per singula Apostolus ostendit di-
1. Co. 13 cens. Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem
Augu. non habeam, factus sum velut æs sonans &c. Augu. Charitas est sine qua nihil valent omnia, & quę vbicũque fuerit, ad se trahit omnia. Charitas ergo tota est odorifera, ita, vt eius folia. i. verba, licet amara, & aspera videantur interdum esse in delinquentium correptione, tamen odorifera sunt in corripientis intentione, & medicinalia sunt in correpti emendatione. Et ideo Pro. dicitur, quod
Pro. 17. meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula odiẽtis. Nam diligens non vulnerat, nisi vt medicus, qui solommodo, vt sanet ægrotum, incidit, & percutit vlcus. Vel quod cypressus habet folia amara, sed odorifera, significat, quòd ille qui ex charitate diligit, debet delinquentem amaricare, ad pœnitentiam inducẽdo; & pusillanimem odore recreare, benignè consolando.

Quarto ratione vmbræ, quia cypressus (vt dicit Plinius) habet vmbram multum gratiosam: hæc vmbra gratiosa ad quiescendũ est gratiosa mors, & requies Deum
Ps. 1. 6. diligentium; de qua dicit Psal. Cum dederit dilectis suis somnum &c. Vel hæc vmbra cypressi, est refrigerium animæ, in quo

Digitized by Google

per charitatem, extincto vitiorū & passionum ęstu, dulciter quiescit anima in tui dilecti fiducia,
Cant. 2 Cant. Sub vmbra illius quem desiderabam, sedi. Vel vmbra charitatis, est protectio diuina quā dilectio Dei & proximi, quæ sunt quasi alæ charitati, acquirunt.
Psal. 16. Psal. Sub vmbra alarum tuarum protege me.

Item charitas assimilatur cassiæ fistulæ.

Primo ratione productionis: quia scilicet fructus est ex arbore productus. Arbor igitur est Spiritus sanctus. Ipse enim est arbor vitæ in medio paradisi, id est media in Trinitate personę, cuius est per gratiam viuificare animā secundum illud: Spiritus est qui
Io. 6. viuificat. Huius arbo is fructus
Gal. 5. est charitas. Gala. Fructus autem spiritus, est charitas, gaudium &c.

Secundo ratione augmentationis: quia scilicet cassiafistula producit longa semina, quæ ingrossantur in actione caloris, exterius condensantur, medulla interius existente nigra, dulci, & humida, & ad modum faui mellis interius distincta. Sic quoque etiam charitas producit longa semina, idest diuturna & vsque in finem continuata opera. Quæ etiam ingrossantur, per augmentum deuotionis, & condensantur dum feruentes frequentantur, sicut ingrossantur membra, cum per pinguedinem augentur interius, & illa dicuntur esse condensa, vbi sunt multa & frequentia; sicut dicitur condensa sylua vbi sunt multa & frequentia ligna. Sed medulla interior, idest intentio, & mens, ex charitate operantis debet esse nigra per humilitatem. Nam nigrum est, quod parum ostendit de claritate. Quia bona intentio operantis non debet esse ad sui ostentationem, etiam si opus sit publicum: sicut nigrum etiam ad lucem deductū, non pretendit claritatem, sed obscuritatem. Vnde, vt dicit Gregorius, sic opus sit in publico, vt intentio semper maneat in occulto. Item debet esse dulcis per benignitatem: quia charitas est benigna, vt dicit Apostolus. Item
Cor. 13. debet esse humida per pietatem, scilicet vt sit interius compassibilis, & exterius faciliter effusibilis ad subueniendum. Quia humidum est passibile, & ad exteriora faciliter fluxibile Item charitas debet esse distincta, & ordinata, præcipue in eleemosynis
Cant. 2 dandis, Cant. Ordinauit in me charitatem.

Tertiò, ratione electionis: quia illa cassiafistula est eligenda, quæ est grossa, quia signat multam humiditatē sibi inesse. Vnde leuis & sonora reijcitur, quia vana esse dicitur. Eodem modo vera est, & probata charitas, quæ est grossa per patientiā. Nam id qđ est grossum non resonat, sed subtile grossum est metallū & ferrum. Et sic charitatē habens, licet patiatur, nō tamen resonat, alicuius impatientiæ sonū vel vocem reddendo. Item, quæ est ponderosa, idest firma per constantiam: Nam vera charitas est patiens, & constans.

Quartò, ratione operationis, quia cassiafistula multa operatur. Nam habet virtutem mollificandi: & hoc competit charitati, quæ inquam emollit dura, & crudelia superborū corda. Vnde assimilatur etiam igni, cuius carbones sunt beneficia eius, inimico
Ro. 12 duro & superbo impensa, secundum illud Roma. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit, potū da illi: hæc enim faciēs, carbones ignis congeres super caput eius, idest hæc erunt super caput eius, hoc est mentē eius duram, tanquam carbones ignis ad molliendum eius duritiam. Itē cassiafistula

fistula habet virtutem mundificandi: quia charitas cor emundat à rubigine peccati, & præcipue auaritiæ. Gregorius. Tanto amplius peccati rubigo consumitur, quanto peccatoris mens magno charitatis igne crematur. Item habet virtutem feruorem sanguinis mitigandi: quia charitas iram mitigat, quæ est feruor sanguinis circa cor, secundum philosophũ. Nam charitas non irritatur. Item habet virtutem choleram etiam purgandi: quia charitas luxuriam purgat, quam calor choleræ incitat, & inflammat. Item habet virtutem gulæ apostemata dissoluendi: quia charitas gulę delectamentum dissoluit & abijcit. Item habet virtutem sanguinis purificandi, quasi enim impurus sanguis est sanguis inuidorum, qui semper contra proximum maliuoli, & turbulenti sunt. Vnde per hoc significatur, quod charitas inuidiam purgat. Nam charitas non æmulatur. Vel, quia sanguis impurus, & grauis, & turbulentus, est sanguis melancholicus. Per hoc quod purgat sanguinem impurum, significatur quod purgat accidiam, & tristitiam, & grauedinem spiritus, & facit eum leuem, & solicitum. Item charitas assimilatur calamento, quod est quædam herba similis mentæ, & hanę similitudinem declarat, primo eus gradus, quia est calamentum calidum, & siccum in tertio gradu. Et sic simili modo etiam a sacris doctoribus charitatis gradus tres esse ponuntur. Quia est charitas incipientium, & proficientium, & perfectorum, & in quodlibet gradu, licet non vniformiter, tamen aliquomodo est calida, & sicca in effectu, quia calefacit mentem, & desiccat carnem, id est carnales fluxus.

Gregor.

Secundo declarat illam eius virtus, quia calamentum habet virtutem dissoluendi, & consumendi: Similiter & charitas dissoluit mentis duritiam ad bonũ suscipiendum, consumit humoris mollitiem, id est fluxibilitatẽ ad malum. Vnde per charitatem efficitur mens humana mollis & facilis ad bona, & dura & difficilis ad mala.

Tertio, hoc ostendit eius effectus Nam calamentum superfluitates humidas in corpore desiccat, & hoc competit charitati in quantum excludit vitium gulæ.

Item calamentũ libidinem frenat: quod multo magis competit charitati, quæ castitatem diligit, & libidinem odit.

Item intestinorum, & stomachi dolorem sanat: quod competit charitati, in quantum sedat vitium iræ, quod est cum interiori dolore. Item morsus reptilium curat: quod competit charitati, in quantum resistit morsib. inuidorum, & detractorum. Item cõtra reumaticas, & frigidas causas iuuat: quod competit charitati, in quantum expellit ab anima humana frigus accidiæ. Item cõtra lepram iuuat: hæc lepra est auaritia, quæ fere omnia membra ecclesiæ inficit: Nam à minori vsque ad maiorem omnes auaritiæ student: & hoc est ex defectu charitatis, quia qui diligit mundum, non est charitas Patris in eo. Item calamentum venenum ad exteriora euocat: quod competit charitati, quæ venenum nociuum superbiæ de corde extrahit, & abijcit. Item charitas assimilatur caricæ, quæ est ficus sicca à copia sic vocata. 1. Io. 2.

Primò, quia carica confert senibus. Nam caricæ à senibus in cibum sumptę, dicuntur eos defendere, ne rugẽtur eorum cutis.

Digitized by Google

Ratio huius est, quia rugositas accidit in senibus, quia membra à naturali humido desiccata intrinsecus, contrahuntur & obrigescunt, & pellis corrugatur frigore, & induratur. Sed carica humida est, & calida, & propter humiditatem non permittit membra contrahi; & propter caliditatem non permittit à frigore constringente corrugari. Per senes autem intelliguntur illi, qui diu peccata continuant: in his destituti ab humore deuotionis, & abundante in eis frigore iniquitatis, scilicet propter defectum caloris charitatis, non solum interius contrahuntur membra per retractionem à bonis, sed etiam pellis, id est, conuersatio exterior corrugatur, deformatur, & immutatur. Sed charitas repellendo frigus malitiæ, & replendo animam deuotionis pinguedine, prohibet contractum membrorum, id est, retractionem à bonis; & rugositatem pellis, id est deformitatem exterioris conuersationis.

Secundò, quia carica confert debil. bus: habet enim debiles cõfortare, & ratione saporis, quia est inter fructus dulcior, & ratione complexionis bonæ, quia calida & humida. Sic charitas inter omnes virtutes plus debilitatem animæ roborat, & confortat. Et ipsa etiam enumeratur ab Apostolo inter. 12. fructus spiritus. Inter omnes illos dulcior reperitur. Ipsa etiam est calida per inflammationem, & humida per compassionem, vel lachrymarum deuotionem. Gal.

Tertiò, quia carica confert tenuibus, id est macilentis; quia sicus siccæ multum sanguinem grossum generant, & multum impinguant. Similiter charitas multum sanguinem, id est multum meritum generat, id est adijcit animæ. Vnde & multum impinguat eam: Quia diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. Quarto confert vocibus: quia carica pectus mundificat, tussim sedat, & vocem clarificat. Similiter charitas, pectus, id est cor mundificat, & tussim spiritualem sedat, & vocem clarificat, siue in confessione peccati, siue in laude Dei, siue in exhortatione proximi. Item charitas assimilatur mentæ, quæ licet frigida sit & sicca, tamen habet virtutem dissoluendi, confortandi, & appetitum promouendi. Similiter charitas frigida est inquantum extinguit ardorem auaritiæ, & sicca inquantum desiccat humorem luxuriæ. Vnde habet virtutem dissoluendi, scilicet amoris mundi vincula, & confortandi corda debilia, & promouendi desideria sancta. Item mentæ cocta in aceto fœtores minuit, purgat gingiuas putridas, matricem mundificat & confortat. Item decocta in vino, dolorem viscerum, & renum placat. Dicit enim Isaac, quod abominationem amputat, & singultum sedat. Quæ etiam omnia congruunt charitati: quæ tollit fœtorem oris, id est vitium gulæ; & mundat matricem, id est vitium luxuriæ; & placat dolorem viscerum, id est vitium iræ; & amputat abominationem, id est vitium accidiæ, quæ spirituales delicias abominatur & fastidit. Item sedat singultum, id est vitium inuidiæ. Nam ille cui aliquis inuidet dicitur esse in singultum, id est in displicentiam, & in scandalum.

Psalmus: Pax multa diligenti legem tuam, & non est illis scandalum. Ps. 118.

Humanæ

Humana carnis fragilitas ex fœno, eiusque vitiatæ natura proteruitas, ex arbore Taxo, quibusdam similitudinibus aperitur.

Cap. X.

Isa.40. CAro humana assimilatur fœno, secundum illud Isa. Omnis caro fœnum, &c. Dicit ibidem glosa, quod fœnum nascendo habet virorem, crescendo habet decorem, & habet vltimo florem: sed tandem siccatum Solis ardore redigitur in puluerem.

Item præcisum & siccum, nutrimento est aliquando deputatum. Similiter humana caro nascendo habet virorem vitæ, crescendo decorem formæ, & post augmentum quandoque florem fortunæ & temporalis gloriæ. Sed Solis ardore id est grauis tribulationis, vel infirmitatis feruore siccata, id est exhausta, redigitur in puluerem, vel mortis, vel infimæ deiectionis.

Item hoc fœnum, id est corpus per mortem præcisum, & per totalem priuationem vitæ præsentis siccatum, sicut quando est in sepulchro clausum, vel humatis, ipsum efficitur nutrimẽtum animalium, Eccl. 10 id est esca vermium. Ecclesiastici: Cum morietur homo, hæreditabit serpentes, bestias, & vermes. Vnde dicitur: Post hominem vermis, post vermem fœtor & horror. Sic in non hominem vertitur omnis Ber. super cãt. homo. Bernardus. Cur carnem preciosis rebus impinguas, & adornas, quam post paucos dies vermes deuorabunt in sepulchro, & animam tuam bonis operibus non adornas, quæ etiam Deo, & Angelis præsentanda est in iudicio? Cur animam tuam vilipendis, & ei carnem præponis? dominam ancillari, & ancillam dominari, magna est abusio.

Item caro assimilatur taxo, quæ taxus est arbor venenata, ex cuius succo fiunt venena, & cuius vmbra dormientibus sub ea, est mortifera. Dicit enim Dioscorides. quod lignum hoc si ignem arripiat, inextinguibilem ignem seruat. Habet enim taxus principaliter hæc tria, scilicet venenosum succum, mortiferum vmbraculum, inflammabile lignum. Succus taxi, est carnis delectatio, quæ animam venenat: sed in vmbra taxi, est carnalis vita siue conuersatio, quæ animã necat secundum illud Rom. Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Sed ignitio taxi, est concupiscentiæ vel fomitis inflammatio, quæ in perpetuum durat. Potest enim in hac vita fomes peccati mitigari, sed non extingui, dum scilicet homo est in carne corruptibili. Licet in Beata Virgine ex priuilegio gratiæ, primò quidem in sua sanctificatione, scilicet in vtero matris suæ fomes dicatur fuisse non secundum essentiam extinctus, sed manifeste ligatus: Deinde in conceptione filij credẽdum sit, quod totaliter fuit extinctus. In alijs tamen hominibus communiter semper viget: propter quod semper est in eis aliqua repugnantia carnis ad spiritum. Et ideo dicebat Apost. Inuenio aliam legem in mẽbris meis Rom.7 repugnantem legi mentis meæ. Hier. Nos gestamus laqueum nobiscum circumferimus inimicũ, Hiero. carnem nostram loquor, de pecca in epi. to nutritam, corruptam nimis ipsa origine. sed multo amplius prava consuetudine vitiatam. Hinc est, quod tam acriter aduersus spiritum concupiscit, quòd assiduè murmurat, & impatiens est disciplinæ, quòd illicita suggerit, quòd nec rationi obtemperat, nec vllo timore inhibetur. Dioſc. Rom.8.

Digitized by Google

Castitatis, virginitatis, viduitatisque perfectio exprimitur, quæ ex variis cinnamomi Balsamique naturalibus perfectionibus, pulcherrimis exemplis optime colligitur. Cap. XI.

CAstitas continentiæ assimilatur cinnamomo.

Primo propter genituram. Nam cinnamomum verũ inter arbores, & tribulorum vepres, & rupes dẽsas gignitur, & ideo cum magna difficultate colligitur. In quo significatur, quod continentia carnis non in mollicie delitiosæ vitæ gignitur vel seruatur, sed in asperitate pœnitentiæ, & in austeritate abstinentiæ. Vnde dicebat Apostolus. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Isido. Sex, sunt quæ incorruptam seruant castitatem, scilicet sobrietas, operatio, asperitas cultus, cohibitio sensuum cauta, sermonis honestas, euitatio oportunitatis. Vnde patet quod cum magna difficultate continentia conseruatur, vel habetur. Nam sicut dicit Aug. Inter omnia certamina Christianorum, duriora sunt prælia castitatis. Nam ibi continua pugna, & rara victoria. Vnde dominus Matt. cum discipuli dixissent ei, Si ita est homini cum vxore, non expedit nubere: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est In quo arduitatem continentiæ dominus ostendit, quia ab eius consecutione deficit hominũ virtus communis.

1. Cor. 9
Isi. 2. de sum. bo.
Augus.
Augus. Mat. 19

Secundo propter staturam, quia cinamomũ est virgultũ in India vel Aethiopia tantummodo duorum cubitorum. Subtiles enim, & replicatos habet culmos, crocei vel nigri coloris. Duo ergo cubiti cinamomi, signant duos gradus continentiæ: vnus est continere se ab illicito coitu, qui omnibus competit etiam inconiugatis. Alius est abstinere à licito, scilicet etiam à coniugio, vel coniugali vsu: & ista continentia non est omnium, sed paucorum, vt patet ex verbo Domini supradicto, Quia nõ omnes capiũt verbũ istud. Culmi autẽ cinnamomi subtiles & replicati, qui sunt crocei, vel nigri, & terminato arboris, & ramorum, sunt perfectiones continentium. Consistunt ergo perfectiones continentium in subtilitate contemplationis, in replicatione dilectionis, vt scilicet habeant dilectionem Dei, & proximi, ita vt amor proximi inde reflectatur in Deum, quod est cum ipse proximus propter Deum diligitur; & iterum amor Dei in proximum rependatur, scilicet, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Item nigredine humilitatis, quia scilicet niger color virtutem habet visum congregandi: quod respectu aliarum virtutum competit humilitati. Quia qui cæteras virtutes sine humilitate congregat, quasi puluerem inventum portat, vt dicit Gregorius. Sed præcipue humilitas debet castitati adesse, quia sicut Gregor. dicit. Nulla est castitas carnis quam non commendat humilitas. In croceitate seruor deuotionis significatur, ex eo quod color croceus intensione caloris demonstrat. Vnde aues, quæ calidissimæ complexionis sunt, extrema habẽt crocea, vt pedes atque rostra, quod accidit ex abundantia humoris sicci & calidi, quem natura eijcit ad extrema, & propter hoc sic colorãtur. Et similiter color croceus interius signat intensionem caloris, ex dispersãtia sanguinis in hepate. Ergo moraliter illi habent colorẽ croceũ, qui habent seruorem intensum, scilicet ad Deum, & ad proximum: & hic est charitatis color, sine quo nihil castitas valet. Nam sicut dicit Bernar. castitas sine charitate est lam-

Bern.

Digitized by Google

est lampas sine oleo: subtrahe oleū, lampas non lucet: tolle charitatem, castitas nō placet. Ex omnibus ergo colligitur, quod illorū continentia est perfecta, qui sunt casti in carne, subtiles in contemplatione, replicati in dilectione, nigri & despecti in sui humiliatione, & feruidi in deuotione.

Tertio, propter fracturam, quia quando cinnamomum frangitur, quoddam de eo spiramē ad modum nebulæ emittitur: Vnde culmi eius fracti reddunt visibile spiramentum. Fractio autem cinnamomi, id est castitatis, est peccatorum luxuriæ, in quo est spiramentum sensibile: quia si in actu luxuriæ euaporat sensibiliter de corpore multū de spiritu, & naturali calore, & ideo coitus debilitat corpus, vt physici dicunt. Sed multo magis ab anima, dum per peccatum luxuriæ castitas frangitur euaporat, & perditur spiritualis gratia, & calor charitatis. Et ideo post peccatum anima remanet debilis, ita vt tēptationibus carnis postea superuenientibus resistere non possit.

Quarto, propter siccaturā, quia scilicet cinnamomum non redolet nisi siccum. Vnde oportet, quod arescat ad hoc vt odorem reddat, vt dicit Plinius. Similiter nisi caro arescat per abstinentiam ab humore luxuriæ, non reddit Deo odorem cōtinentiæ. De hoc Ecc.24. odore dicitur Eccles. Sicut cinnamomum & balsamū aromatizās odorem dedi. Balsamum enim coniungitur cinnamomo, quia sicut per cinnamomum continētia, ita per balsamum abstinentia signatur. Nam balsamum corpora mortua incorrupta seruat, quia quantum diffoluit, tantum consumit: & ideo abstinentiā recte signat, quæ à multiplici corruptione tam infirmitatum, quam superfluitatum corpora mortalia conseruat, & quātum refoluit de humore pinguedinis, tantum cōsumit de humore & vigore libidinis. Vnde cinnamomo balsamum subiungitur, quia castitati abstinentia obsequitur.

Quinto propter collecturam, quia cinnamomum cum magna difficultate colligitur. Ante enim Solis ortum velut post solis occasum, nulla licentia colligendi admittitur, nec datur. Vnde nō colligitur in nocte, sed solū in die, Collectum autem cum fuerit, sacerdos metam diuidit: & partem Deo deponit, reliquam mercator emit. Quod autē cinnamomū nō de nocte, sed tantum de die colligitur, significat, quod continentiam diligens non amat latibula tenebrositatis, quia hæc luxuria quærit. Iob: Oculus adulteri ob- Iob. 24. seruat caliginem. Nam sicut habet caliginosum animū, ita quærit tenebrosum locum. Sed continens diligit diem honestatis, secundum illud Roma. Abijciamus Ro. 13. opera tenebrarum, & induamur arma lucis, vt sicut in die honeste ambulemus.

Sexto, propter mensuram. Attēditur enim in cinnamomo duplex mensura, scilicet quantitatis, & qualitatis. Quantitatis quidē, quia summa bonitas est in summitate virgultorum ad longitudinem vnius palmi: quod autē duorum est, modicum valet, quia modicum habet corticis, in quo bonitas eius consistit. Similiter summa bonitas & perfectio continentiæ, est in summitate virgultorum. i. in virginum puritate: quia virginitas tenet in carne summitatem, ideſt extremitatem. Est enim quasi radix coniugium, mediū viduitas, sed extremum & summū virginitas. Vnde hæc extremitas est tantum vnius palmi ad differentiam coniugij, quod est quasi duorum palmorum, quod

Digitized by Google

Castitatis, virginitatis, viduitatisque perfectio explanatur, quæ ex varijs cinnamomi Balsamique naturalibus perfectionibus, pulcherrimis exemplis optime colligitur. Cap. XI.

CAstitas continentiæ assimilatur cinamomo.

Primo propter genituram. Nam cinamomum verũ inter arbores, & tribulorum vepres, & rupes dẽsas gignitur, & ideo cum magna difficultate colligitur. In quo significatur, quod continentia carnis non in mollicie delitiosæ vitæ gignitur vel seruatur, sed in asperitate pœnitentiæ, & in austeritate abstinentiæ. Vnde dicebat Apostolus. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Isido. Sex, sunt quæ incorruptam seruant castitatem, scilicet sobrietas, operatio, asperitas cultus, cohibitio sensuum cauta, sermonis honestas, euitatio oportunitatis. Vnde patet quod cum magna difficultate continentia conseruatur, vel habetur. Nam sicut dicit Aug. Inter omnia certamina Christianorum, duriora sunt prælia castitatis. Nam ibi continua pugna, & rara victoria. Vnde dominus Matt. cum discipuli dixissent ei, Si ita est homini cum vxore, non expedit nubere: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est In quo arduitatem continentiæ dominus ostendit, quia ab eius consecutione deficit hominũ virtus communis.

1. Cor. 9
Isi. 2. de su. bo.
August.
August. Mat. 29

Secundo propter staturam, quia cinamomũ est virgultũ in India vel Aethiopia tantummodo duorum cubitorum. Subtiles enim, & replicatos habet culmos, crocei vel nigri coloris. Duo ergo cubiti cinamomi, signant duos gradus continentiæ: vnus est continere se ab illicito coitu, qui omnibus competit etiam inconiugatis. Alius est abstinere à licito, scilicet etiam à coniugio, vel coniugali vsu: & ista continentia non est omnium, sed paucorum, vt patet ex verbo Domini supradicto, Quia nõ omnes capiũt verbũ istud. Culmi autẽ cinnamomi subtiles & replicati, qui sunt crocei, vel nigri, & terminato arboris, & ramorum, sunt perfectiones continentium. Consistunt ergo perfectiones continentium in subtilitate contemplationis, in replicatione dilectionis, vt scilicet habeant dilectionem Dei, & proximi, ita vt amor proximi inde reflectatur in Deum, quod est cum ipse proximus propter Deum diligitur; & iterum amor Dei in proximum rependatur, scilicet, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Item nigredine humilitatis, quia scilicet niger color virtutem habet visum congregandi: quod respectu aliarum virtutum competit humilitati. Quia qui cæteras virtutes sine humilitate congregat, quasi puluerem inventum portat, vt dicit Gregorius. Sed præcipue humilitas debet castitati adesse, quia sicut Gregor. dicit. Nulla est castitas carnis quam non commendat humilitas. In croceitate feruor deuotionis significatur, ex eo quod color croceus intensionẽ caloris demonstrat. Vnde aues, quæ calidissimæ complexionis sunt, extrema habẽt crocea, vt pedes atque rostra, quod accidit ex abundantia humoris sicci & calidi, quem natura eijcit ad extrema, & propter hoc sic colorãtur Et similiter color croceus interius signat intensionem caloris, ex distẽperãtia sanguinis in hepate. Ergo moraliter illi habent colorẽ croceũ, qui habent feruorem intensum, scilicet ad Deum, & ad proximum: & hic est charitatis color, sine quo nihil castitas valet. Nam sicut dicit Bernar. castitas sine charitate est lam-

Bern.

est lampas sine oleo: subtrahe oleū, lampas non lucet: tolle charitatem, castitas nō placet. Ex omnibus ergo colligitur, quod illorū continentia est perfecta, qui sunt casti in carne, subtiles in contemplatione, replicati in dilectione, nigri & despecti in sui humiliatione, & feruidi in deuotione.

Tertio, propter fracturam, quia quando cinnamomum frangitur, quoddam de eo spiramē ad modum nebulæ emittitur: Vnde culmi eius fracti reddunt visibile spiramentum. Fractio autem cinnamomi, id est castitatis, est peccatorum luxuriæ, in quo est spiramentum sensibile: quia si in actu luxuriæ euaporat sensibiliter de corpore multū de spiritu, & naturali calore, & ideo coitus debilitat corpus, vt physici dicunt. Sed multo magis ab anima, dum per peccatum luxuriæ castitas frangitur euaporat, & perditur spiritualis gratia, & calor charitatis. Et ideo post peccatum anima remanet debilis, ita vt tētationibus carnis postea superuenientibus resistere non possit.

Quarto, propter siccaturā, quia scilicet cinnamomum non redolet nisi siccum. Vnde oportet, quod arescat ad hoc vt odorem reddat, vt dicit Plinius. Similiter nisi caro arescat per abstinentiam ab humore luxuriæ, non reddit Deo odorem cōtinentiæ. De hoc Ecc.24. odore dicitur Eccles. Sicut cinnamomum & balsamū aromatizās odorem dedi. Balsamum enim coniungitur cinnamomo, quia sicut per cinnamomum continētia, ita per balsamum abstinentia signatur. Nam balsamum corpora mortua incorrupta seruat, quia quantum dissoluit, tantum consumit: & ideo abstinentiā recte signat, quæ a multiplici corruptione tam infirmitatum, quam superfluitatum corpora mortalia conseruat, & quātum resolvit de humore pinguedinis, tantum cōsumit de humore & vigore libidinis. Vnde cinnamomo balsamum subiungitur, quia castitati abstinentia obsequitur.

Quinto propter collecturam, quia cinnamomum cum magna difficultate colligitur. Ante enim Solis ortum velut post solis occasum, nulla licentia colligendi admittitur, nec datur. Vnde nō colligitur in nocte, sed solū in die, Collectum autem cum fuerit, sacerdos metam diuidit: & partem Deo deponit, reliquam mercator emit. Quod autē cinnamomū nō de nocte, sed tantum de die colligitur, significat, quod continentiam diligens non amat latibula tenebrositatis, quia hæc luxuria quærit. Iob: Oculus adulteri ob- Iob. 24. seruat caliginem. Nam sicut habet caliginosum animū, ita quærit tenebrosum locum. Sed continens diligit diem honestatis, secundum illud Roma. Abijciamus Ro. 13. opera tenebrarum, & induamur arma lucis, vt sicut in die honeste ambulemus.

Sexto, propter mensuram. Attēditur enim in cinnamomo duplex mensura, scilicet quantitatis, & qualitatis. Quantitatis quidē, quia summa bonitas est in summitate virgultorum ad longitudinem vnius palmi: quod autē duorum est, modicum valet, quia modicum habet corticis, in quo bonitas eius consistit. Similiter summa bonitas & perfectio continentiæ, est in summitate virgultorum. i. in virginum puritate: quia virginitas tenet in carne summitatem, ideſt extremitatem. Est enim quasi radix coniugium, mediū viduitas, sed extremum & summū virginitas. Vnde hæc extremitas est tantum vnius palmi ad differentiam coniugij, quod est quasi duorum palmorum, quod

Digitized by Google

quod scilicet in vtroque coniuge mensuram exigit debitæ honestatis. Item viduitas est duorum palmorum, quasi enim vnum palmum habuit dum in coniugio fuit, alium vero oportet quod habuerit dum vidua remanſit. Nam in vtroq; ſtatu debita quædam mensura requiritur habendæ honestatis, quamquam aliter & aliter. Sed virginitas vnum ſolum habet, quia videlicet honestatis mensuram in ſummo ſemper vniformiter tenet: Alia est cinamomi mensura in qualitate duplici quam habet, quia cinamomum (vt dicit Plato) est calidum in tertio gradu, & siccum in secũdo. Similiter in continentibus, vt ſe conſeruare poſſint, oportet esse triplicem gradum caliditatis, id est triplicem amoris. Nam tres latrones thesaurum quem habemus in vaſis fictilibus, ideſt in fragilibus corporibus, tollere moliuntur, ſ. mundus, qui perſequitur; caro, ideſt carnis appetitus, qui blanditur; & diabolus, qui latenter decipere, & inuiſcare nititur. Sed contra hæc omnia defendit amor Dei: ſi tamen (vt dicit Bernardus) ſit amor fortis, vt ſcilicet non frangatur à mundo perſequente.

Item amor dulcis, vt nõ attrahatur à carne blandiente.

Item amor ſapiens, vt non decipiatur à diabolo inſidiante. Et est triplex gradus caliditatis cinamomi, ſed adhuc neceſſarius est triplex gradus ſiccitatis. ideſt duplex modus abſtinentiæ corpus deſiccantis: vnus qui deſiccet carnis humorem, ſubtrahendo ei cibum, ſcilicet ieiunium: alius ſubtrahendo, ſiue temperando potum, & hic est ſobrietas. Nam luxurioſa res est vinum, & ideo ſubtrahendum, ſicut dicit Valerius Maximus, quod vini vſus Romanis fœminis olim incognitus fuit., ne ſcilicet in aliquid deterius prolaberẽtur: Proximus enim intemperantiæ gradus à Libero patre ad inconceſſam Venerem eſſe conſueuit, vel ſaltem est temperandus, ſecundum illud Apoſt. Modico vino vtere propter ſtomachum. 1. Thi. 5

Valer. Max.

Septimo, propter electuram. Nam illud cinamomum est eligẽdum quod est ſubtile, & acutum, habens ſaporem dulcedinis intermixtum cum multa aromaticitate, & colore ſubruſum. In quibus ſignificatur, quod electorum continentia est cum ſubtilitate abſtinentiæ, cum acumine prudentiæ, cum ſapore & dulcedine deuotionis internæ, cum aromaticitate & odore munditiæ, & cum rubedine charitatis inflammantę.

Item, quia caſtitas amat tenuitatem cibi, & ſobrietatem potus, aſſimilatur lenti, quæ amat terram tenuem magis quam pinguẽ, & aërẽ ſiccũ magis quã humidum. Similiter. n caſtitas magis diligit victus tenuitatẽ, quam delitiarum pinguedinẽ: quia perit caſtitas in delicijs, ſicut Bern. dicit.

Item potius ſobrietatem potus, quam nimiam vini humiditatem, vt dictum est ſupra. Et ideo Nazarei Domino conſecrati, non ſolũ mente, ſed carne vinum nequaquam bibebant.

Animam in contẽplatione atq; oratione perſeuerantem, ſimilisudinibus multis obiter, mãdragora, ficus, nuciſque muſcata ſumpotero ſerſi demonſtratur.

Cap. XII.

Contemplationis, & orationis continuatio animam in melius prouehit, & à caſu peccati protegit. Cuius exemplum apparet in oliuis, de quibus dicit Plinius, quod quãdiu ſunt in arbore, non pereunt, ed quanto diutius ibi

Plin.

Digitized by Google

ibi sunt, tāto meliores fiunt. Semper enim nouas vires resumunt, & difficilius inde cadunt. Quasi autem oliua suspensa in arbore, est anima leuata in contemplatione, vel oratione, quæ quanto diutius ibi potest persistere, tanto manifestius est eā magis in Deo proficere, quantoque ibi melior fit, tanto difficilius cadit in peccatum, vel quanto aliquis continuat quietem contemplationis, tanto difficilius inde cadit, ideſt, tanto molestius recedit.

Item contemplatio assimilatur mandragoræ. Primo propter suauitatē odoris. Mandragora enim sic est dicta, eo quod mala-ideſt poma habeat miræ redolētię, Cā-
Can. 7. tico. Mandragoræ dederunt odorem suum in portis nostris. Hanc herbam quidam fingunt habere radicem humanæ personæ similem, sed contrarium dicitur in Platone. Quasi autē poma mandragoræ, sunt studia contemplatiuæ vitæ, quæ multum redolent
Gen. 30 Deo. Et ideo Rachel quæ cōtemplatiuam vitam signat, mandragoras à Lia accepit, & sibi viri thorum & filiorum partum concessit. Quia scilicet vita actiua, quæ per Liam signatur, viro suo, ideſt Deo in laboribus, & doloribus præsentis vitæ fructificat, qui per partum filiorum significātur, pro quibus Rachel mandragoras obtinet, quia scilicet contemplatiua vita suauis Deo, & grata valde studia polsidet. Et ideo dicit Prof. Actiua vita habet solicitum
Prosp. de vita cont. cursum, contemplatiua gaudium sempiternum. In hac acquiritur regnum, in ista percipitur, hæc facit pulsare bonorum operum, vellut quibusdam manibus ianuam, ista vocat consummandos in patriam. In hac contemnitur mundus, in illa videbitur Deus.

Secundo, propter insensibilitatem saporis; quia huius herbæ cortex vino immixtus, & potatus, hominem insensibilem facit. Vnde illis, quorum corpus incidendum est datur, ne dolor sentiatur. Nam sicut dicit Dioscor. ista potata (vt dictum est) ita dormire facit, quod omnes dolores compescit, ita, vt nec ferri, nec temporis sentire dolorem quis possit. Sic continuæ contemplationis intuitus cum vino etiam diuini amoris atque æternæ consolationis admixtus, abstrahit animam, quandoque à sensibilibus, sicut secundum Auguſt. 2. cor. 12 fuit abstractus Paulus in raptu. Et ideo ipse dixit, Siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit. Vnde ipsa contemplatio est, quæ sanctos martyres dum secarentur, & vterentur, & mortibus afficerentur varijs, ita sensibiles fecit, vt nihil de illis pœnis curarent, tanquam si eas nullatenus sentirent. Aspiciebant enim per contemplationem Deum remuneratorem.

Tertio, contemplatiua vita assimilatur mandragoræ propter fecunditatem prolis, quia (secundum Constantinum, & Plinium) mandragora dicitur præbere fœminis virtutem ad concipiendū, & hoc si ex nimio calore matrix sit impedita, quia cum hæc herba frigida sit & sicca, matricem ad conuenientiam reducit: & sic ad cōceptum disponit, propter quod mulieres frigidas non iuuaret, sed potius impediret. Sic contemplatio cælestis præmij, dum ad bene operandum solicitat, ipsam animam fructibus meritorum fœcundat, si tamen non sit in contemplando anima per accidiam, vel negligentiam frigida. Item contemplatiua vita, actiuæ addita, fœcundiorem eam facit, scilicet operibus bonis, & facit etiā eam perfectus operari. Cuius exemplum est in ficu: quia sicus, sicut

sicut Isidorus dicit, remedio cuiusdã arboris, quæ vocatur captificus dicitur fœcundari. Est enim caprificus ficus nunquam maturescens, sed quod in se non habet, alijs tribuit. Nam si caprifici surculus cortici ficus infixus fuerit, eam fœcundam efficit, & citius maturescere facit. Caprificus ergo siue ficus syluestris, est contemplatiua vita, quæ syluas, & solitudines diligit. Sed velut ficus domestica, quæ ad manus hominum exiit, & nutrimentum fructus tribuit, homo actiuus est, qui per misericordiæ opera tribuit parperibus vitæ nutrimenta, & in frequentia & multitudine hominum est eius habitatio, & vita. Sed si radici eius, id est cortici surculus caprifici, id est contemplationis affectus, & sanctæ orationis studium inseratur, ad fructus bonorum operum producendos, fœcundior & maturior efficitur, id est perfectior, quia plura, & magis completa operatur. Nam fructus est completus, quando est maturus. Sed adhuc notandum est, quod contemplatiui custodiendi sunt maxime ab accidiæ frigore. Et in hoc iterum assimilantur arbori fici, quia ficus est arbor tenera, & delicata, & ideo facile à frigiditate læditur, præcipue quando incipit germinare: propter q̃ versus aquilonẽ raro, vel minus proficiunt, & citius arescunt, metuentes aquilonaria frigora. Sic quia contemplatiua vita facit cor tenerum per affectionem amoris, & delicatum ex nutrimento cælestis consolationis, facile læditur à frigore aquilonis, id est ab accidia, quam malignus spiritus immittit, qui dixit: Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis. Hæc enim vbi cor subintrauerit, rigidum, & frigidum facit. Rigidum quidem, id est inflexibile ad compassionem, & frigidum ad operationem.

Item contemplatiua vita assimilatur nuci muscatæ.

Primo propter continentiam. Quia est circundata quadam pellicula tenuissima, infra quam eius continetur substantia. Sic simili modo etiã vita ac mens contemplatiua oportet q̃ captiuetur, & includatur in fide, id est notitia, quæ tamen tenuissime attingit ad diuina & superna, & ideo est tenuissima pellicula, id est tenuissima notitia diuinorum, sed nihilominus est sufficiens ad saluandũ nucis medullam. i. ad saluandũ animam. Secundo propter excellentiam: quia nux muscata tanto est melior, quanto est põderosior, & in odore suauior, & sapore acutior. Sic contemplatiuus homo tanto est melior, quanto est ponderosior per mentis stabilitatem, quia grauis, & põderosa difficulter mouentur, & firmius stabiliũtur: & quanto odore suauior per conuersationis sanctitatem, & quanto sapore acutior per sapientiæ subtilitatem.

Tertio propter efficaciam, quia nux muscata habet virtutem calefaciendi, & stomachum cõfortandi, ventositates extenuandi, dolorem capitis auferendi. Similiter contemplatio inflammat amantẽ, confortat operantẽ, expellit ventum. i. vanitatem, & aufert dolorem exteriorem, infundendo interiorem consolationem. Iuxta illud Psal. Secundum multitudinẽ dolorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animã meam. Psal. 93.

Viri spiritualis cor quale esse debeat, ex radicis seminisq; rosæ perfectionibus cordi similitudinibus variis enucleatur.

Cap. XIII.

COr hominis spiritualis debet assimilari radici. Nam radix,

Digitized by Google

radix, vt arborem nutriat, debet esse viua, fixa, solida, & humida. Similiter cor hominis, vt ipsam spiritualiter nutriat, debet esse viuum per fidem, quia iustus ex fide viuit. Heb. Vnde dicitur Pro. Omni custodia custodi cor tuū, quoniam ex ipso vita procedit. Secūdo debet esse fixum per spē. Psa. Paratū est cor eius sperare in domino, &c. Item debet esse solidum per charitatem, Apost. Eph. in charitate radicati, & fundati. Stulti autē peccatores extra charitatē existentes, habent cor confractum, Eccl. Cor fatui quasi vas confractum, &c. sed charitas exigit integrum & solidum. Luc. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis. Item vt sit humidū per deuotionem, vel pietatis compassionem. Hier. Hier. Ad humorem mittit radices suas. Isaiæ. Omne cor virens, &c.

Heb. 10
Prou. 4.
Psl. 107
Ephe. 3.
Eccl. 21
Luc. 10.
Hier. 17
Isa. 1.

Item cor serui Dei debet esse sicut Semen rosæ. Nā in medio rosæ est semen minutum, croceum, & valde odoriferum. Hoc semen in medio rosæ, est gratia Dei in corde, quod est minutum per humilitatem, Matth. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Greg. Semper conscientia secundū Deum humilis & tristis debet esse, vt scilicet per humilitatem non superbiat, & per vtilem mærorem cor ad lasciuiā non dissoluat. Item debet esse croceum per charitatem, Deut. Circūcidet dominus cor tuū, & cor seminis tui, vt diligas eū ex toto corde tuo.

Mat. 11
Grego.
Deu. 30

Item debet esse valde odoriferum per orationis & deuotionis suauitatem Apo. Habētes phialas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum. Isido. Oratio cordis est, nō labiorū tantū. Iste fumus siue odor orationis procedens ex fernore cordis, mirabiliter virtutem dæmonis confringit. Tob. cordis eius particulam si super carbones posueris, fumus eius extricat omnē genus dæmoniorum.

Apoc. 5

Tob. 6.

Quemadmodum fraterna effici debeat correctio, cardui similitudinibus patefit.

Cap. XIIII.

CORrectio seuera peccati, assimilatur carduo.

Primo ratione figuræ, quia carduus herba est aculeatas habens hastas, & in summo capitella habens spinosa. Per hastas aculeatas intellige correctionem grauiorem flagellorum, & huiusmodi, Sed per capitella spinosa intellige correptionem asperorum verborum. i. pungitiuorum, quæ scilicet mentem delinquentis excitando an proprium sensum reducit. Ecclesiastici. Qui pungit cor, profert sensum. Item Ecclesiastices. Verba sapientum sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi, Greg. Clauis atque stimulis verba sapientum comparantur, quia culpas delinquentium nesciunt palpare, sed pungere.

Eccl. 12
Eccl. 12.
Greg. in regi.

Secundò ratione efficaciæ, quia succus cardui capillorum fluxum curat. Similiter seuera correctio capillos capitis, id, est virtutes mentis conseruat, & confirmat. Nam dum vnius vitium seuerè corrigitur alter ne defluat timore seruatur. Idemque qui flagellatur dum de vno vitio corrigitur, ab alio præseruatur Iob. Visitatio tua custodiuit spiritum.

Iob. 10.

Tertiò ratione medicinæ. Etenim carduī sunt matrici petutiles: quia, scilicet correctio aspera ad pœnitentiæ gratiam reuocat, quæ scilicet est vt matrix in qua peccator pœnitēs iterato cōcipitur, & formatur in esse spirituali. Itē carduus mulieres plurimū iuuat, & ad litterā correctio aspera necessaria

Digitized by Google

neceſſaria eſt omnino mulieribus infrunitis. Et adhuc talis correctio neceſſaria eſt mulieribus, id eſt mentibus, quæ nimis molles & fragiles ſunt ad peccãdum. Nam ſicut dicit Caſſio. iniquitas mortalium hoc fine vagaretur, ſi eam medicinalis increpatio minime reſecaret. Et ideo ſicut idẽ Caſſio. Occurrendum eſt, ne tractu temporis intemperata malitia conualeſcat, & vires iniquitati diſſimulatio, vel indulgentior gratia ſumminiſtret. Sed clarius audita correctio doceat imperitiam, & compeſcat audaciam.

Caſ. ſuper pſ. 31.

Cupiditatem omnium malorum radicem eſſe per radices aſſeritur.

Cap. XV.

CVpiditas aſsimilatur radici. Primò, quia per radicem arbor terræ inhæret, & ab ea humorem accipit quo nutritur. Vnde ſecundum Philoſophum, radix habet oris officium, quia per eam planta ſuſcipit nutrimẽtum, ſicut animal per os. Similiter per cupiditatem anima inhæret terrenis; Et ſicut planta mediante radice nutritur terræ humido, ſic cor hominis mediante cupiditate paſcitur terreno lucro. Vnde cupiditas eſt os cordis inſatiabile. Prou. Tria ſunt inſatiabilia. Infernus, & os vuluæ &c. Sene. Vidiſti aliquando canem fruſta panis aperto ore captantem, quicquid acceperit protinus integrum deuorat, & ſemper ad ſpem futuri hiat. Idem euenit nobis, quicquid expectantibus fortuna proiecit, id ſine vlla voluntate dimittimus, ſtatim ad rapinam alterius erecti, & attoniti in epicureorum iſtud chaos incidimus, quod inane, & ſine termino eſt.

Pro 30

Sen. epi. 25.

Secundò, quia radix ſequitur complexionem terræ in qua naſcitur; & ſic cupiditas ſequitur cõditionẽ hominis in cuius corde concipitur. Vnde diuerſa eſt in diuerſis Nam auarus eſt cupidus de diuitijs, ſuperbus, cupidus de dominijs, curioſus de rebus vanis, & ſic de alijs. Nam in omni peccatore eſt cupiditas immoderata alicuius rei, & ito modo cõſiderando cupiditatem, ſiue malitiam, eſt quoddam vitium generale, quod includitur in omnibus vitijs. Et ideo dicit Auguſtinus, quod auaritia, quæ græcè philargiria dicitur, non ſolum in argento, vel nummis, ſed in omnibus rebus, quæ immoderatè appetuntur, intelligenda eſt. Et Gregor. dicit, quod auaritia non ſolũ pecuniæ, ſed etiam ſcientiæ, & altitudinis eſt, cum ſupra modum ſublimitas ambitur.

Aug de li. ar.

Grego. Meho.

Tertiò, quia radix eſt cauſa diuerſarum pullulationum. Nam virtute radicis pullulant ſtipes, rami, frondes, flores, & fructus. Nil. n. eſt in arbore, quod prius non fuerit in radice. Eodem modo multa ſunt mala quæ pullulant ex radice cupiditatis. Apoſt. Radix omnium malorum eſt cupiditas. Super quo verbo dicit Baſilius, quod cupiditas eſt trangreſſionis mater, magiſtra nocendendi, primipilaria iniquitatis, auriga malitiæ, ſicaria virtutum, ſeditionis origo, fouea ſcandalorum. Dicitur ergo cupiditas pecuniarum, & diuitiarum, de qua proprie Apoſtol. loquitur, ſicut patet ex eo, quod præmiſerat: Qui volunt diuites fieri, &c. Idcirco dicitur eſſe radix omnium malorum, nõ quia omnia malã ex cupiditate ſemper oriantur, ſed quia nullum malum eſt, quod non interdum ex auaritia, ſiue cupiditate naſcatur. Nam ſicut dicit Innocentius; hæc eſt, quæ ſacrilegia committit, & furta & rapinas exercẽt, & prædas & bella gerit, & homicidia, ſimoniacè vẽdit, & emit, iniquè

1. Thi. 5

Baſ. in ho.

1. Thi. 6

Innoc.

Digitized by Google

iniquè petit, & recipit; iniustè negotiatur, & fœneratur; instat dolis, imminet fraudibus, dissoluit pactum, & violat iuramentum, corrumpit testimonium, & peruertit iudicium.

Deuotionis fructus, ex pluribus olei proprietatibus, exemplis clarissimis declaratur.

Cap. XVI.

DEuotio assimilatur oleo. Primò, quia oleum habet virtutē illuminatiuam, & ideo infunditur in luminaribus: & propter hoc significat deuotionē, in puritate & claritate conscientiæ. Et hoc est oleum quod præcipitur offerri. Exod. ad luminaria cōtinuanda, quia deuotio puritatis & claritatis conscientiæ nutrit in nobis reuelationes diuinas. Exo. 25.

Secundò, quia oleum habet virtutem alleuiatiuam, & ideo medetur doloribus. Vnde oleum designat deuotionem, & tolerātiam præsentis miseriæ. Deuotio etiam passionis Christi, consideratione alleuiat nobis, præsentes tribulationes, Can. Oleū effusum nomen tuū, adolescentulæ dilexerunt te nimis. i. feruenter: vt exponit Ber. Can. 1.

Tertiò, habet oleum virtutem enatatiuā, & ideo superfertur liquoribus; propterea signat deuotionem ex præguſtatione cælestis gloriæ. Psalm. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis: Et est notandum, quod oleum idcirco aliis liquoribus superfertur, videlicet, quia modicum habet terrestreitatis, multum aëreitatis, id est, aëreæ leuitatis. Et sic deuotio interna, tanto magis animā eleuat ad cælestia deguſtāda, quanto minus habet de terrena cupiditate, & plus abundat in aërea leuitate, id est, diuina charitate. Nam charitas amor est qui animam alleuiat, & sursum leuat: Vnde dicit Augustinus. Non putrescit cor si leuetur ad Deum. Frumentum tuum si habeas in inferioribus, ne putresceret, leuares illud ad superiora. Frumento tuo immutare quæris locum, & cor permittis in terra putrescere: frumentum leuares ad superiora, cor leua in cælum. Et vnde, inquit, possum? qui funes, quæ machinæ, quę scālæ opus sunt? Gradus affectus est, iter tuum voluntas tua est, amando ascendis, negligendo descendis: stans in terra, in cælo es, si diligis Deum. Psal. 44. Aug. super psal. 38.

Quantum ambire dignitates in illisque persistere periculum sit, arborum similitudinibus haud dubie patebit.

Cap. XVII.

DIgnitatis status quanto altior, tanto aduersitatibus & molestiis plenior. Vnde in dignitatibus positi assimilātur arboti: Flagella enim (vt dicit Isido.) dicuntur vitium & arborum summitates, eo, quòd sæpe ventis & turbinibus flagellantur. Sunt autem quasi summitates arborum, altitudines dignitatum, in quibus qui sublimati sunt, multarum aduersitatum ventis, frequentium anxietatū turbinibus flagellātur. Et ideo non incongruè de statu dignitatis posset suggeri illud proverbium. Macha. Si quem habes hostē, &c. mitte illuc, & recipies flagellatum. Tullius, Quo celsior es, eo magis te solicitum & anxiū esse oportet. Vnde Psalmus, Ab altitudine diei timebo, id est, ab altitudine temporalis dignitatis. Item ad dignitatis gradum ambitiosus homo quandoque paulatim exaltatur, sed subito deiicitur: sicut arbor cum difficultate eleuatur, sed subito ventorum deiicitur. Vnde dicit Greg. Paulatim ascendisti, sed non paulatim descendes, sed tanquàm Isido. 2. Ma. 3. Cic. Psal. 55. Grego.

fulgur, & sicut Sathan. Item dignitatis altitudo quanto minus est in humilitate fundata, tanto minus crescit, & minus durat Cuius exemplum patet in fœno, de
Psa. 128. quo dicitur in psalmo: Fiant sicut fœnum tectorum, quod priusquam euellatur, exaruit, vbi dicunt Glossæ, quòd quanto fœnũ altius stat, & minus profundè radices eius inferius deprimit, tanto minus crescit, & citius arescit. Sic homo quãto est in altiori statu, si radices cordis non profundantur in humilitate, id est, sui humili cognitione, & custodiæ sedulitate, parum proficit, & cito
Psal. 36. deficit. Psalmus. Vidi impium, i. superbum superexaltatum & eleuatũ, sicut cedros libani, & transiui, & ecce non erat.

In diuitiis cor apponendum non esse, quæ spinis comparantur, variis auctoritatibus, ac exemplis declaratur.

Cap. XVIII.

Diuitiæ assimilantur spinis.

Primò quidem, quia spinæ etiam sub flore sunt se carpentium pungitiuæ: & similiter diuitiæ etiã in flore mundanæ gloriæ se assequentes, pungunt punctione laboris in acquirendo, timoris in possidendo, & doloris
Pet. Ra. in perdendo. Vnde Petrus Rauenen. dicit in quodã sermone, Auri custos, seruator argenti securitatem non habet, nescit quietem, & cui deest securitas, quies perit: pœna diues est ille, non censu.
Innoc. Innocentius dicit: In superfluitate resoluitur, iactantia effrenatur, currit ad libidinẽ, & corruit ad illicitũ: & fiunt ei instrumenta pœnarum, quæ fuerunt oblectamẽta culparum: labor in acquirẽdo, timor in possidendo, dolor in amittendo, mentem eius semper fatigat, solicitat, & affligit.

Secundo, quia spinæ sunt vestiũ laceratiuæ. Sic diuitiæ lacerant interiores vestes virtutum. Vnde Gregorius dicit: Diuitiæ, spinæ sunt, quia cogitationum suarum punctionibus mentem humanã lacerant, & eum vsque ad peccatum pertrahunt, quasi inflicto vulnere cruentant. Tertiò, quia sunt serpentum communicatiuę, scilicet occultatiuę: propter quod Eccle. dicitur: Qui dissipat sepẽ, mordebit eum coluber, scilicet, qui latitat inter spinas. Sic diuitiæ latibulum sunt serpentium infernalium, Thim. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & in desideria multa & inutilia, quę mergunt hominem in interitum. Quarto, quia spinæ sunt sui inuicem complexiuæ. Sic enim se mutuo complectuntur, quòd facilius fasciculus spinarum excutitur, quàm partes separentur. Sic diuitiæ habitæ, difficulter bene dispensantur: & ideo consultius est totum simul onus deponere, secundum illud Matth. Vẽde omnia quæ habes, & da pauperibus.

Grego. Ho. 20.

Eccl. 1.

1. Thi. 6.

Quintò, quia spinæ sunt ignis incensiuæ. Diuitiæ enim sunt materia ignis cupiditatis in præsenti, Psalmus. Exarserunt sicut ignis in spinis, & ignis infernalis in futuro. Isa. Sapientiæ congregatæ igni comburentur.

Psa. 117.

Isa. 34.

Sexto, quia spinæ sunt seminũ suffocatiuæ. Nam propter suam densitatem radios Solis intercipiunt, & rorifluas cæli guttas ad ea, quæ sub eis sunt, descendere non permittunt: & ideo quæ iuxta spinas, vel infra seminantur, non de facili coalescũt. Vnde Luc. Aliud semẽ cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Similiter diuitiæ suffocant sua solicitudine fructũ seminis verbi Dei. Et ideo dicitur ibidem: Quod autem in spinis cecidit, hi sunt, qui audierunt;

Luc. 8.

Luc. 8.

Digitized by Google

runt, & à solicitudinibus, diuitijs, & voluptatibus vitæ suffocantur, & non referunt fructum.

Item diuites, quando abundãt diuitijs visitantur & frequentantur: quando vero sunt pauperes, contemnuntur & abijciuntur: sicut arbor, quæ diligenter seruatur, & custoditur, quando fructus est in ea: sed ablato fructu negligitur, & exponitur: vt patet in vineis, quę claudiuntur, & custodiũtur tempore fructus, sed postea exponuntur. Prouer. Diuitiæ addunt
Prou 9. amicos plurimos: à paupere autem, & eo qui habuit, separantur.

Sacrarum Scripturarum doctrina quantum expediat Apij similitudinib. cognoscitur, quibusque armis diaboli tentationibus resistendum sit optimè edocetur.

Cap. XIX.

DOctrina sacræ Scripturę assimilatur Apio.

Primo, quia Apium est herba, quę plenis & hepatis, opilationes id est, vias opilatas aperit: per hepar autem, & splenem, quę sunt duo membra intrinseca & multũ vtilia corpori, intelligimus duas intimas, & vtilissimas potentias animę. s. intellectum & affectum. Et sicut splen attrahit nutrimentum ab hepate. s. humorẽ quo nutritur, sic voluntas ab intellectu trahit præsens obiectum, à quo mouetur. Nam bonum apprehensum in intellectu, est voluntatis obiectum, & mouẽs ipsam: vtriusque autem potentię vias aperit doctrina sacræ scripturæ: quia intellectui aperit viam ad Deum cognoscendum, & voluptati ad Deum diligendum. De
quibus vijs dicitur. Pro. Viæ eius,
Prou. 4. viæ pulchræ, &c.

Secundo, quia apij vis, semen, & radix morsibus venenatis succurrit, vt dicit Dioscor. Morsus venenosi sunt tentationes diaboli, quibus verba sacræ doctrinæ optimè docent hominem obuiare. Matt. 4.
Vnde dominus à diabolo in deserto tẽtatus, sacræ scripturæ verba in qualibet tentatione opposuit. Induxit etiam contra eũ tria testimonia de lege, quibus ipsum vicit, & repulit, sicut figuratum fuerat, in Dauid, qui Goliã prostrauit tribus lapidibus de torrẽte, & sic Christus diabolum superauit tribus testimonijs, de lege, vt dicitur in glo. Quo exemplo etiam nos docemur, sacræ scripturæ verbis repellere tentatorem. Nam si tentat te de superbia & appetitu honorũ, respondeei: Scriptum est, Quid superbis terra, & cinis? & iterum, Noli quærere ab Eccl. 9.
homine ducatum, neque à Rege Eccl. 7.
cathedram honoris. Si tentat de appetitu diuitiarum, respondeScriptum est, Nihil intulimus in 1. Thi. 6
hunc mundum haud dubiũ, quia nec auferre quid possumus. Et iterũ: Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem diaboli. Itẽ si tentat de appetitu delitiarum carnalium: respondeei: Caro & 1. Cor.
sanguis, regnum Dei non possi- 15.
debunt: Glosa, per carnem & sanguinem, venter & libido, id est, peccata carnalia designantur.

Tertio, quia apium tristitiã expellit & lætitiam inducit. Nã est quoddam genus apij, quod dicitur apium risus, eo quod humoris melancolici sit purgatiuum, tristitiæ expulsiuum, & lætitię inductiuũ: imo dicitur, quod si quis ipsum in magna quantitate reciperet, ridendo eum occideret: Sic doctrina sacræ scripturæ melãcoliam, id est, tedium expellit. Vnde Sapi. Non habet amaritudinem Sap. 3.
conuersatio illius, nec tædium conuictus ipsius. Item tristitiam interdicit. Matth. Nolite fieri Matt. 6.
tristes. Item ad lætitiam inducit, Psal. Seruite Domino in lætitia. Psal. 99.

Digitized by Google

Vnde libri sacræ scripturæ magnũ solatium præbet contra huius mi-
1. Mac. 12. seriæ incolatum. Mach. Habentes solatio libros sanctos.

Quo pacto eleemosyna sit pauperibus erogan-da, qualemq; fructum fidelibus afferat, similitudine cardamomi, & seminis exemplo describitur.

Cap. XX.

ELeemosyna assimilatur cardamomo. Primo ratione originis: quia cardamomũ est semen arboris, quæ quasdam tumo rositates facit, in quibus semen continetur. Arbor ergo est pœnitentia, quæ in intimis cordis radicata, in terra, id est, in corpore nostro proficere, & fructificare debet: Vel in terra hæc arbor fructificare debet, quia supra terrã, i. in cælo, vel etiam sub terra, i. in inferno, pœnitentia locum nõ habet. Nam in cælo nõ est locus pœnitudinis, vbi nullum angit conscientia criminis: In inferno vero non habet pœnitentia fructum, vbi nõ potest expiari delictum. Ex hac ergo pœnitentiæ arbore producitur semen eleemosynæ. Est. n. eleemosyna opus satisfactionis, quod quidem ad pœnitentiã pertinet. Sed ideo semẽ vocatur, quia in aliena terra, scilicet indigentis, proximi carne seminata, mirabiles fructus affert. Hoc autem semẽ eleemosynæ ab arbore, id est, à pœnitentia, in quibusdam tumorositatibus, id est, cordis compassionibus producitur: quia tota virtus eleemosynæ est ex cordis compassione. Aug. In affectu cordis pensanda est eleemosyna tribuentis. Et idcirco Greg. dicit, ille perfectè tribuit, qui cum eo quod afflicto tribuit, afflicti quoque animum in se sumit vt prius in se dolentis passionem transferat, & tunc contra dolorem ipsius per misericordia concurrat.
Gregor. mor.

Secundo, ratione coloris: quia illud cardamomi semẽ est melius quod subrufum est aliquãtulum: Rubedo etiam eleemosynę est ex dilectionis feruore: nec dubium, quin tãto melior sit eleemosyna, quanto plus rubet ex charitatis flamma. Vnde sine charitate eleemosyna est omninò infructuosa. Apostolo dicente: Si distribuero
1. Cor. 13. in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autẽ non habeam, nihil mihi prodest. Tertio, ratione saporis: quia illud etiam est melius quod est acutum & dulcedini intermixtum: Debet enim dari eleemosyna cum acumine, id est, cum subtilitate discretionis, & cum dulcedine allocutionis: quia interdum verbum est melius, quam datum. August. Aug. in epist. Caue præsideas discretionẽ eleemosynæ, ita vt vtriusque, dãtis & accipientis, sit solatium. Quarto ratione virtutis, quia habet virtutem confortandi cor, cerebrum, & stomachum: in corde quidem est dilectio, in cerebro sensificatio, in stomacho vero nutritio, quia scilicet ex eleemosyna prouocatur recipientis dilectio: in ea etiam demõstratur largientis sensus, & discretio, ex ea etiã prouenit vtriusque partis nutritio: quia dantis quidem per meritum eleemosynæ, refouetur spiritus: sed recipientis per oportunum auxiliũ refocillatur corpus.

Item eleemosyna assimilatur semini: quia bonitas seminis (secundum Plinium) consideratur ex tribus. Primo ex tempore, quia illud semen est bonum ad seminãdum quod est bimum, vel trimũ. Quædã est eleemosyna, quæ disponit hominẽ ad vnum, s. ad hoc, vt liberetur à culpa, sicut eleemosyna peccatoris. Dan. Peccata tua eleemosynis redime. Et ista est quasi semẽ anniculum i. vnius an-
Dan. 4. ni tãtũ. Quædã vero eleemosyna valet ad duo. s. ad satisfactionem culpæ,

Digitized by Google

culpæ, & redemptionē pœnæ, vt
Tob.4. eleemosyna pœnitētis. Tob. eleemosyna liberat à morte. i. culpæ, & non patitur animam ire in tenebras, i. pœnæ, & ista est, vt semē bimum. Quædam autem valet ad tria. i. ad præcauendum à culpa, ad euadendum supplicia, & ad intrandum præmia, sicut eleemosyna iusti: & est quasi semen trimum.

Secundo cōsideratur bonitas seminis ex pondere, quia illud est optimum quod est grauissimum, pondus autem eleemosynæ, & cuiuslibet boni operis, est ex charitatis affectu, quia tanto eleemosyna plus valet danti, quanto cum maiori charitate datur.

Tertio cōsideratur ex cofore. quia illud semē melius est, quod magis albū interius est. Sed quasi medulla alba, est intentio pura. Vnde illa eleemosyna est bona, quæ datur cum intentione puri.
Matt.5. Matt. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid facit dextra tua.

Vera inuisibilis eloquentia varietas & exitus qualis existat, quamplurimis auctoritatibus arborum & frondositatis similitudinibus explanatur.

Cap. XXI.

ELoquentia sapientum assimilatur frondositati arborum. Primo ratione gratiositatis: quia viriditas & copiositas foliorum, reddit arborem gratiosam aspicientibus. Similiter efficacia, & affluētia verborum reddit sapientem
Ysa.44. gratiosum audientibus. Psal. Diffusa est gratia in labijs tuis.
Sed nota hic, quod ad gratiosam eloquentiam plura requiruntur. Nam secūdum Valeriū Maximū, doctrinæ, & eloquētiæ ornamēta, & in pronūciatione apta, & cōuenienti corporis gestu consistunt. Quibus qui se instruxerit, tribus modis homines aggreditur, aures penetrādo, oculos demulcendo, & animos inuadendo, sicut etiā Sene. dicit. De apta autē pronunciatione verborum loquitur Cassio. Eloquēs est ille, qui scit parua summisse, media temperatē, magna granditer dicere: qui scit ornare magnifice, disponere aptē, figurare varie. Idem etiam dicit, quod bonus doctor proœmiat apte, narrat apertē, arguit acriter, colligit fortiter, ornat decenter, docet, delectat, & afficit. Sen.ep. Cassio. in.Pf.7

Secundo, ratione vtilitatis: quia folia tenellos fructus à ventis, pluuijs, & caumatibus muniunt, & pro eis tanquam scutum ictus recipiunt. Sic Sapientum verba tenellos homines. i. spiritu debiles, siue pusillanimes, a ventis persecutionum, & a pluuijs, impetu inundātium tribulationum, & à caumatibus internarū tētationū, confortando, instruēdo, minādo, muniunt & defendunt. Et interdum etiam sapientes, & eloquentes viri pro patria, seu ciuibus suis, siue aduersantibus contradicendo, siue salubriter consulēdo, siue versutias & nequitias detegendo, inuidentium, vel hostium ictibus. i. odijs, & persecutionibus se exponunt. Isa. Posuit os
Isa.49. meum dominus quasi gladiū acutum. Vnde contra eos, quihoc nō faciunt, dicitur Ezec. Non oppo-
Eze.13. suistis vos murū pro domo Israel. Tul. Qui ita se armat eloquentia, non vt oppugnet commoda patriæ, sed vt & pro his pugnare possit, is mihi vester, & suis, & publicis rebus vtilissimus, atque amantissimus.
Cice. Rhetor.

Tertio, ratione firmitatis: quia folia cito à vēto mouētur, & hinc inde quassantur, sed propter abūdantiā humoris, non facilē, ab arbore diuidūtur. Similiter gratiosa in verbis, licet à vento vanæ laudis, & fauoris hominū plerunquē

agitentur: tamen si habent abundantiã humoris. i. diuini amoris, siue internę deuotionis, non faciliter ab arbore Christo, vel ab arbore virtuosæ vitæ per elationẽ, vel vanã gloriã separantur. Psal. Folium eius nõ defluet, & omnia quæcunque faciet prosperabuntur. Vel tunc folia propter vẽtum ab arboribus cadunt, quando viri eloquentes, propter metũ obmutescunt. Sed hoc amicis Dei non accidit, quia eos intimi amoris virtus ab omni timore defendit. Actuũ. 4. Petrus, & Iohannes hoc humore. i amore spiritus confortati, principibus sacerdotum prohibẽtibus, nę docerẽt in nomine Iesu: responderunt, Nõ possumus quæ audiuimus & vidimus, non loqui. Quarto, ratione fructuositatis, quia fructus sub folijs sunt primo virẽtes, tãdẽ maturescunt, & calore Solis dulces fiunt, qui prius amari fuerunt. Sic sapientes viri sub folijs verborum producunt fructus operum: qui fructus apparẽt virides i. gratiosi aspiciẽtibus, & maturi i. discreti discutiẽtibus, & dulces. i. sapidi suscipiẽtibus. Faciunt n. viri sapiẽtes opera gratiosa, discreta, & fructuosa, vel eorum fructus. i. actus sunt, virides per fidem, maturi per spẽ, dulces per charitatem. Et hic est calor Solis. i. amor Christi, qui omnia facit dulcescere, etiã amara quæq;. Can. Fructus eius dulcis gutturi meo. Et attende, quod sicut modici precij est in arbore frõdositas sine fructibus, ita modici valoris verbositas sine operibus: propter quod dicit Greg. ꝙ ille bene loquendi facundiã percipit, qui sinum cordis per recte viuendi studia extendit, nec loquentem cõsciẽtia præpedit, cum linguam vita antecedit.

Psal. 1

Act. 4.

Grego. 6. mor.

Quinto ratione mutabilitatis, quia quarundã arborum folia in æstate viridia & decora sunt, in autumno pallescũt, sed in hyeme cadunt, & in terra putrescunt. Sic eloquẽtia sapiẽtum seculi, in ęstate, id est, in tẽpore fauoris virescit per vigorẽ, sed in autumno Sole decrescente. i. deficiente humano fauore, pallescit. i. debilitatur per timorẽ: In hyeme autẽ. i. persecutionis tẽpore cadit. i. penitus deficit per obmutionẽ: & aliquãdo in terra putrescit per mali cõmẽdationẽ, & approbationẽ, siue fauorationẽ. Et tunc dicendũ est eis illud Isa. Væ vobis, qui dicitis bonum malum, & malum bonũ.

Isa. 40.

Ad bene agendum, malumq; dimittendum cohortatio qua ratione sit salubriter peragenda, ex ficus sterilitatis medicina demonstratur.

Cap. XXII.

EXhortatio ad bene faciendũ vel ad malum dimittendum diuersimode fieri debet, secundũ diuersam qualitatem eorũ quos hortari oportet. Cuius exemplũ apparet in ficu. Nam ficus sterilescit aliquando ob defectum humoris, aliquando vero propter nimiam abundantiam humoris: sed si accidit ob defectum humoris, subuenitur ei per conuenientem fimum, & aquam dulcem: sed si superabundat humor, arborem clauis perforant, & sic humorem euacuant: illi autem homines sterilescunt. i. à fructu bonorum operum deficiunt: & hoc est propter defectum humoris. i. propter defectum vigoris, qui vitio subiecti sunt pusillanimitatis, & timoris, & isti iuuandi sunt cum fimo, qui plantam calefacit, id est, cum doctrina, vel exhortatione inflammante & accendente ad bonum, & cum aqua dulci. i. cum dulcedine doctrinę, & verborum, vt attrahantur ex ipsa dulcedine exhortationis ad humorem bonitatis. Nam si contra tales pusillanimes quis vteretur asperitate

tate verborum, potius desperarẽt, quam proficerent: & ideo, qui talis est (sicut Prosper) leniter vestigatus reuerentiam exhibet castiganti: Asperitate autem nimiæ increpationis offensus, nec correctionem recipit, nec salutẽ. Patet ergo, quod in exhortatione talium si appareat calor amoris impellens, & dulcedo verborum demulcens, sequitur bonorum operũ fœcunditas crescẽs. Illi autem ad modum ficus sterilescunt, propter humiditatis excessum, qui bona opera ex superbia dimittũt, vel ex nimia abundantia tẽporalium, quæ inducit ad superbiã, & contemptũ spiritualium, & tales perforandi sunt clauis, id est, terribilibus, & asperis verbis. Ecclc. Verba sapientum, sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi.

Prosa. de vita cõtem.

Eccl. 12

Exemplo pini, quomodo diuini amoris feruor in nobis augeatur, aperte explanatur.

Cap. XXIII.

FEruor diuini amoris augetur in afflictione carnis, & abundantia deuotionis: cuius exemplũ apparet in pino. Nã pinus, quæ exterius habet durũ & grossum corticem, sed interius multum humorem pinguem, de facili & multum inflammatur, si igni aliquo casu applicatur. Ille ergo exterius habet durũ corticem & asperum, qui carnem suã per duram abstinentiam, vel asperos labores affligit. Ille interius habet multum pinguedinis, qui multam habet deuotionem mentis, & hic per diuinum amorem faciliter & fortius inflammatur, dum alicui ignitæ. i. affectuosæ rei applicatur, siue affectuosa verba audiendo. Psal. Eloquium domini inflãmauit eum. Siue deuotas scripturas intelligendo. Luc. Nonne cor nostrũ ardens erat in nobis, dũ loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? Siue de passione Iesu Christi meditando: quia ibi ostensus est singularissimus Saluatoris, scilicet in opere nostræ redemptionis; & ideo maxime debet in nobis accendere ignem amoris. Vnde Ber. dicit: Dixerit no Deus dulciter, sapiẽter, & fortiter, Dulciter nempe dixerim, quod carnẽ induit; sapienter, quod culpã vitauit; fortiter, quod mortem sustinuit: sed super omnia reddidit te mihi amabilem, bone Iesu, calix, quem bibisti, opus nostræ redemptionis. Hoc enim omnino amorem nostrum vendicat sibi, hoc inquam, nostram deuotionẽ blãdius allicit, iustius erigit, arctius stringit, & vehementius afficit.

Psal 104

Luc. vltimo.

Ber. super cant. sen. 10.

Fidei excellentia atque perfectio, ex quinq; plurimis Amigdali, castanea, sinapisq; similitudinibus recte sit perspicua.

Cap. XXIIII.

FIdes assimilatur amigdalo: quia amigdalus est ante omnes arbores floritiua, omnibus n. arboribus prior se floribus vestit, & ad fructum ante cæteras arbores se disponit. Similiter virtus fidei debet in corde hominis ante omnes virtutes florere. Nam fides est sicut dispositio mentis ad charitatem, & ad alias virtutes. Vnde sicut flos est dispositio ad fructum, ita actus fidei, qui est credere, est dispositio ad actus charitatis, & cæterarum virtutum. Ex qua re patet, quod dum fides credendo præuenit, ante omnes virtutes floresci t, & ad fructus virtutum, id est opera, se ante ipsas disponit. Vnde Apost. Fides, inquit, est sperandarũ substãtia rerum, &c. Nam sicut substantia natura antecedit, & accidentia consequuntur quodam ordine substantiam: ita fides antecedit spem, & cæteras virtutes. Et ideo ipsa fides à sanctis

Hebr. 11.

Digitized by Google

fundamentum vocatur virtutum tam infusarum, quàm acquisitarum, super quod constituitur totum ædificium spiritualium virtutum. Et etiam assimilatur radici ex qua tota arbor exurgit. Et
Aug. in Io. ideo Augu. Sicut in radice arboris nullus prorsus apparet pulchritudinis spiritus, tamen quicquid est in arbore pulchritudinis, vel decoris, ex illa procedit: Sic ex fidei humilitate, quicquid meriti, quicquid beatitudinis anima susceptiua est, ex fidei fundamento procedit.

Secundo, quia amigdalus est culturæ expositiua. Nã, vt dicit Aristo. hæc arbor culturain diget, maxime cum antiqua est, & plus fructificat antiqua quam nouella, præcipue si sit bene culta. Vnde, vt possit magis esse fructifera, clauis est in radice perforanda. Similiter fides indiget cultu, & custodia boni operis, alioquin est infructuosa, & vt arbor mortua,
Isa.2. vt patet Isa. 2. Fides autem quasi nouella fuit in patribus antiquis, qui fuerunt ante Christi aduentum, & ideo minus fructifera. Sed nunc in nobis qui sumus, in quos fines seculorum deuenerũt, est quasi antiqua, & tamen nostra fides post Christum, si studiosis operibus fuerit culta, est meritorum fructibus magis copiosa: sed est in radice cordis clauis timoris, & amoris perforanda, vt timore excitetur, & amore operetur quia fides per dilectionẽ operatur, vt dicitur Galat. Aug. Cum
Gal.5. dilectione fides Christiani, sine dilectione fides dæmonis. Qui autem non credunt, peiores sunt quàm dæmones, & tardiores.

Tertiò, quia amigdalus est morbo-
Dioscor. rũ curatiua: Dicit enim Dioscor. quòd tota arbor amigdalorum est medicinalis. Habet enim medicinale solidum, i. radicem: quia radix eius elixata & trita, maculas vultus purgat: Sic fides elixata charitatis calore, & trita tribulationum perpessione, purgat maculas faciei, id est, conscientiæ. Act. 15. Act. Fide purificans corda eorum.

Item habet medicinalem comã id est, corticem, & frondes: quia cortex eius, & folia sunt etiam mundificatiua, & sanatiua. Cortex autem, & folia fidei sunt verba confessionis fidei, quibus interior fides exterius ostenditur: & hæc etiam sunt sanatiua, quia sicut dicit Apost. Corde creditur Rom. ad iustitiam, ore autem confessio 10. fit ad salutem.

Item habet amigdalus medicinale oleũ: quia oleũ de amigdalis contra multas valet infirmitates. Nam vermes & lũbricos in corpore necat, menstrua purgat, contra surditatem efficaciter iuuat, & aurium saniem mundat, si auri tepidum instilletur. Flores etiam eius decocti in oleo, caducos & lz thargicos curant; cũ melle triti, morsibus obuiãt, & vlcera sanãt. Oleum autem fidei, est oleum sacramentale. s. vnctionis extremæ, quod etiam in virtute fidei valet contra infirmitates corporales, & spirituales. Vnde dicitur Iac. Infirmatur quis ex vobis? in- Iac. 5. ducat presbyteros ecclesiæ, & orẽt super eum, vnguentes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei.

Item habet medicinalẽ fructũ. Nam fructus amigdali homini proficit, quia de dulci amigdalo dicit Dioscor. quòd si recens cũ suo folio comedatur, stomachũ confortat, & ebrietati resistit. Et tamen dicit, quòd si vulpes amigdala comederit, morietur: Quia sæpe, quod est medicina homini, est venenũ alteri animali, & e cõuerso. Similiter fructus, i. opera fidei ostensa, & folia, id est, verba

fidei

fidei audita, stomachum, id est, appetitū hominis, scilicet fideliter, & deuotè recipientis, confortant, & accendunt ad bonum, & ebrietati, id est, stultitiæ, & deuotioni hæreticæ prauitatis resistunt: vulpes, id est, fraudulentus hæreticus, inde moritur. Quia dum ex verbis fidei, vel exemplis, occasionem, & fomentum erroris assumit, vnde fidelis vitam accipit, ipse mortem incurrit.

Item fides assimilatur castaneæ. Primò, ratione ædificationis, quia ex hac arbore sumuntur ligna solida & fortia ad domos cōstruendas. Hęc ligna fuerunt Apostoli, & eorum discipuli solidi per vitam, fortes per patientiam, vel solidi in sustinendo, fortes in operando, ex quibus domus Dei, id est, ecclesię primitus constructę fuerunt.

Secundò, ratione pullulationis, quia hæc arbor (vt dicit Isidorus) vt excisa fuerit, tanquā sylua pullulare consueuit. Sic accidit beatis martyribus, quia quanto magis opprimebant eos hostes, tāto magis crescebant.

Tertiò, ratione castrationis. Dicitur enim castanea à castrando, eò quòd fructus eius, dum assantur castrari est necessarium. In fide autē Christi multi sunt, qui vt diuino amore magis inflammentur, & vt ad regnum cælorum introducantur, semetipsos castrant, non ferri violentia, sed voluntaria continentia, sicut Chri-
Matt.19 stus dixit: Sūt & eunuchi, qui semetipsos castrauerunt propter regnum cælorum.

Quartò, fides assimilatur castaneæ, ratione administrationis. Quia castanea administrat nobis primo ex suo ligno carbones ardentes, quibus fabri vtuntur ad emolliendum ferrum. Isti carbones sunt fidei exempla feruentia, quibus etiam peccatorum corda dura & ferrea inflammantur, & emolliuntur ad bonum. Item ex suo fructu dat nobis altus dulces. Et ita sunt doctorum sanctorum fidei dulcia verba, quæ mentes audiētium delectabiliter nutriunt.

Item ex suo cortice, siue foliis habemus medicinales virtutes. Nam cum sale trita, & cum melle temperata, morsus canis rabidi sanat. Hæc sunt fidei sacramenta, quibus morsus canis rabidi, id est mors peccati, quam diabolus ex inuidia in hominē impressit, curatur. Item fides assimulatur sinapi secundum illud, Luc. Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, &c. Luc.17.

Et primo, ratione cōplexionis, quia est calida, & ficca in quarto gradu. Quia scilicet fides debet quadruplicitèr calescere, & feruere: primo in corde assentiendo. Roma. Corde creditur ad iustitiam. Item in ore prædicādo. Romano. Ore autem confessio fit ad salutem. Item in opere se manifestando. Iac. Ostendā tibi ex operibus fidem meam. Item oratione non hęsitando. Iac. Postulet autē, Iac.1. in fide, nihil hæsitans. Ro.10. Ro.10. Iac.2.

Secundò, ratione purgationis, quia comesta ad cerebrū fumat, & ipsum mirabiliter purgat. Vnde Auguſt. Mentis humanæ acies Auguſt. inualida, in tam excellenti luce de trinon figitur, nisi per iustitiam fidei emundetur.

Tertiò, ratione curationis, quia dicitur valere cōtra multas infirmitates. Valet enim hydropicis, epilenticis, lethargicis, & paralyticis. Nam poros aperit, & humores nertuos oppilantes dissoluit. Sed fides multo magis valet ad omnem infirmitatem, tam corporalem, quam spiritualem sanandam. Matth. Fides tua te saluum Matt.9. fecit.

Quartò, ratione multiplicatio-

Digitized by Google

nis, quia ex minimo grano sinapis multa grana producuntur, quæ fronde, flore, & semine in immensum dilatantur. Et ita etiam hæc herba se multiplicat, vt vbi semel seminatur, vix locus inde vlterius liberatur. Similiter fides Christi, quamuis fuerit principio parua per humilitatem, & in paucis seminata; tamē postea est in immensum augmentata, & dilatata in fidelibus, & in prædicationibus, & in virtutibus.

Vbi quomodo vos filij patres debeant imitari, exemplo rosæ ostenditur.
Cap. XXV.

FIlius licet sit à patre, secundum naturam, non tamen debet imitari eius malitiam: cuius exemplum apparet in rosis, quæ ex spina dura oriuntur, sed naturam spinarū non sequuntur. Nam spina non est odorifera, nec pulchra, nec est mollis, sed aspera, nec etiam ad medicinam reperitur valida: Sed econtrario rosa suo odore olfactu afficit, suo decore visum pascit, suauitatis mollitie tactum lenit. Sed virtute sua multis languoribus rosa succurrit. Sic filius si habuit patrem per infamiam fœtentem, debet ipse studere, vt habeat famam redolentem. Et si habuit patrem moribus displicentem, debet ipse studere, vt habeat morum pulchritudinē complacentem. Item si habuit patrem asperum, & pestilentem, debet ipse conari, vt habeat conuersationem mitem, & lenem. Item si habuit patrem lingua vulnerātem, debet ipse conari, vt habeat linguam medentem. Vnde patet, quod parentes in eo, quod mali sunt, à filiis sequēdi non sunt, nec etiam diligendi, quia in quantum mali sunt, tummo patri contrarij
Auguſt. sunt, & sicut dicit Auguſt. Amandus est generator, sed præponen-
Fleb. 12 dus est creator. Et Apoſt. Patres carnis habuimus eruditores, & reuerebamur eos. Nū multo magis obtemperabimus patri spirituum, & viuemus?

Fortuna inſtabilitas quanta ſit ex ſuæ vanitate facillime perſpici poteſt.
Cap. XXVI.

FOrtuna alsimilatur fœno.

Fœnum enim, quam diu viret & frondet, montes & prata vestit, & ornat, & sua venustate intuentium oculos reficit, & delectat. Sed feruente Sole humiditas eius consumitur, & herba, quæ florendo ridere videbatur, à sua gloria totaliter spoliatur, & pabulum ignis efficitur. Similiter fortuna hominis viret, quando est cum corporis incolumitate, vel venustate frondet, quādo est cum ybertate diuitiarum, vel quando est cum consanguineorū, seu amicorum circunstantium pluralitate. Sed tunc montes vestit, quando est cum honore, & dignitatū sublimitate. Tunc enim vestit prata, quando est cum famæ dilatatione, & claritate. Talem autem fortunæ venustatem vniuersorum oculi cum admiratione intuentur, & eius intuitu amici reficiuntur, & delectantur. Sed feruente Sole, id est, forti persecutione deiiciente, vel aduersitate deprimēte, vel vehementi infirmitate cōsumente, humiditas eius, id est, naturæ, vel fortunæ consumitur vigor, & à sua gloria per priuationem honoris, vel per ruinam mortis totaliter spoliatur, & pabulum ignis, id est, furoris persequentis, vel gehennæ alumnus infernalis
Iac. 1. efficitur. Iac. Exortus est Sol cum ardore, & arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius
Sen. ep. deperijt. Sene. Hanc imaginē animo tuo propone ludos facere fortunam, & etiam hanc mortalium cutam, honores, diuitias, gratiam excutere, quorū alia inter rapientium manus scissa sunt, alia infi-

da

dia societate diuisa, alia magno detrimento eorum, in quos deue nerunt, protensa.

Quemadmodū Dei gratia in nobis conseruetur, eiusq; perfectio qualis existat, ac vnctio multiplex, oleiq; natura exprimitur, qui diuina gratia comparatur, quoue pacto hæc ipsa in nobis conseruetur, & variæ ipsius effectus per similitudines frumēti, cepe, pini, cucumeris, & denique diptamni patefiunt.

Cap. XXVII.

GRatia dei assimilatur oleo.

Primo ratione conseruationis, quia diuisiuæ, & penetratiuæ est virtutis, & ideo in vasis vitreis, vel vitreatis melius, quam in ligneis conseruatur. Vasa namque lignea porosa sunt, & difficilius mundantur à sordibus quam vitrea, quæ sunt omnino solida. Sic gratia Dei in vasis vitreis, id est, in cordibus mundis, & solidis esse habet. Requirit enim animā mundam per innocētiam, vel saltem per pœnitentiam, & solidam per sapientiam: quia cor fatui, quasi vas confractum, vt dicitur Eccl. 21. in Ecclesiast.

Secundo, ratione effusionis. Nā si in aqua se quis miserit, & oleū in ore posuerit, ipsumq; in aquas effuderit, aquas adeo claras facit, vt ea quæ sunt in fundo videri possint. Sic homini in aqua tribulationis posito, oleum diuinę gratiæ, ipsam aquam, id est, tribulationem ei claram facit, vt scilicet ex ea illuminetur ad sui cognitionem, vel Dei contēplationem. Posset etiam hoc referri ad gratiam doctrinæ, quæ est in sanctis prædicatoribus, qui oleo ex ore effuso, id est, gratia, & dulcedine sermonis, siue doctrinæ, aquam sapientiæ salutaris ignorantibus, vel errantibus dilucidant, & declarant. Vnde talibus ipsa sapientia præmium promittit, dicens, Eccles. 24. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

Tertio, ratione vnctionis. Est enim multiplex vnctio olei, diuersos effectus vel modos gratiæ repræsentās. Est enim quędam vnctio dignitatis, sicut est vnctio regum, de qua dicitur Reg. A sumpsit Sadoch Sacerdos cornu olei 3. Reg. 1. de tabernaculo, & vnxit Salomonem, & cecinerunt buccina, & dixit omnis populus, Viuat rex Salomon. Hæc est ergo vnctio gratiæ, quæ ad illos pertinet, qui se, vel alios per iustitiā bene regūt. Esa. Ecce in iustitia regnabit rex. Esa. 32. Item est quædam vnctio sagacitatis, sicut erat olim vnctio pugilum, quæ fiebat ad cautelam: ad quam referri posset vnctio quæ habetur primo Reg. Qua Samuel 1. Reg. 16 vnxit Dauid in medio fratrum, & directus est spiritus Dei in eo die illa. Hæc est illa vnctio gratiæ, quæ pertinet ad omnes, qui per astutam pugnam vincunt alios.

Item est quædā vnctio iucunditatis: & hæc vnctio est mulierum, quæ se ad incunditatem, & pulchritudinem vngunt. Dan. Dixit Susanna, Afferte mihi oleum, & Dan. 16 smigmata, &c. Et hæc est vnctio spiritualis lætitiæ, quę pertinet ad nitorem & decorem conscientiæ.

Item est vnctio sanctitatis, sicut Sacerdotū: De qua dicitur, Exod. Compositum & oleum ad sanctifi- Exo. 37. cationis vnguentum, &c. Et hæc est vnctio deuotæ orationis, quæ competit non tantum Sacerdotibus, sed omnibus deuote orantibus.

Item est vnctio crudelitatis. i. fidei, sicut vnctio baptizatorum, quæ est ad fidei susceptionem: de qua vnctione dicit Rabanus: In Raba. vnctione baptismi descendit Spiritus sanctus ad habitationē Deo consecratam. Hoc igitur pertinet ad omnes illos, qui fidem susceptam bene conseruant.

Item est vnctio firmitatis, sicut vnctio confirmatorum: vt dicit Episco-

Digitized by Google

Episcopus: Consigno te signo crucis, confirmo te chrismate salutis. Hæc pertinet ad omnes, qui sunt confirmati, & solidati per charitatem.

Item est vnctio sanitatis, sicut est extrema vnctio infirmorum. De qua Iac. Vnguentes eum oleo sancto, &c. Hæc pertinet ad omnes, qui se infirmos per humilitatem reputant. Iac. 5.

Item gratia Dei conseruatur in asperitate, & in humilitate. Vnde assimilatur frumento. Cuius proprium est includi, & conseruari in thecis asperis, habentibus in summitate spicas pungentes, contra incursum auium munientes: Vnde ab illis spiculis spicam defendentibus, spica dicitur, quibusdam quoque foliis, seu variis culmis ambitur, & fulcitur; ne fructus pondere incuruetur. Quasi enim spicæ asperæ, vel quasi spinæ pungentes, sunt aduersitates, & tribulationes præsentes, in quibus per patientiam gratia conseruatur, ne ab auriculis, id est, tentationibus diabolicis auferatur, vel spicæ, & aristæ asperæ, sunt opera pœnalia pœnitentiæ, in quibus etiam gratia conseruatur: Vagina autem includens, tenens granum seminis ne cadat, est humilitas cordis, sine qua gratiæ semen minime seruaretur.

Itē gratia Dei assimilatur cepe. Primo, quia cepe comestum secundum Dioscorem venenum educit: & hoc competit diuinæ gratiæ, in quantū de corde hominis extrahit venenum cupiditatis. Nam cupiditas rerum temporalium, secundum Augustinum, est venenū charitatis.

Secundo, quia succus eius caliginem oculorum detegit. Hæc caligo est cæcitas siue obscuritas superborum, qui euanescunt in cogitationibus, & obscuratur insipiens cor eorum. Sed hanc caliginem cepe succus, id est, diuinæ gratiæ virtus, siue lux detegit, & expellit.

Tertio, quia cepe comestum, fastidium tollit. Quod competit diuinæ gratiæ, in quantum excludit accidiam, quæ fastidium spiritualium delitiarum inducit.

Quarto, quia cepe comestum præcipue coctum, oris fœtorem minuit, ventrem mollit, & cibos condit. Quæ omnia competunt gratiæ, inquantum refrenat vitiū gulæ: quia gulositas facit os fœtidum propter cibi superfluī in stō macho corruptionem. Item quādoque facit ventrem durum propter superfluī cibi indigestionē. Item cibum facit insipidum propter nimiam saturationem: quia anima saturata calcabit fauum, vt dicitur Proue. Vnde gratia ista remouet, & inducit contrarium, dum gulam excludit: quia per cibum parcum, & temperatum, nec os fœtet, nec venter induratur, nec cibus desipit, sed sapit, & maximē condimēto famis, quod abstinentia immittit. Pro. 22.

Quinto, quia cepe comestum viscosos humores incidit. Quasi enim viscosi humores sunt luxuriosi amores, quos diuina gratia præcidit, & tollit.

Sexto, quia succus cepe auribus instillatus cū lacte mulieris, eius dolorem minuit. Quia scilicet diuina gratia mitigat dolorem irę, quæ præcipue generatur in auribus, id est, in auditu verborum displicentium, sed ad hoc etiam adiuuat lac mulieris, id est, dulcedo linguæ excusantis, satisfacientis auribus instillata irati.

Septimo, quia morsum canis rabidi extinguit, & curat: Morsus enim canis rabidi, est detractio hominis inuidi, quem gratia diuina extinguit, inuidiam expellendo, vel saltem contemnendo.

Item gratiæ diuinæ abundātia eleuat

Digitized by Google

eleuat ad contemplandū, & corroborat ad patiendum, confortificat ad perferendum. Cuius exemplum apparet in pino, quæ est arbor valde abundans in pinguedine humoris, crescit tamen in locis montuosis, valde aridis, & lapidosis. Et item nullo calore, vel frigore tacta deponit virorem, vel folia. Ille autem abundat in pinguedine, in quo est abundantia gratiæ, sicut patefecit Psalm ad Deum dicens: sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Et talis in mōte, id est, in altitudine contemplationis crescit, & loca aspera & lapidosa diligit, id est, aduersa non refugit, & virorē virtutum, nec calore prosperitatis, nec frigore aduersitatis deponit. Ps. 62.

Item gratia Dei assimilatur cucumeri.

Primo, quia cucumer habet virtutem refrigerativam. Est enim humerosus, & frigidus natura. Vnde datur febricitantibus. Sic gratia Dei refrigerat animam ab inordinato ardore vitiorum, siue auaritiæ, siue iræ, siue cuiuscūque inordinati appetitus.

Secundo, quia habet virtutem purgativam, ex eo, quod soluit vehtrem, & per consequens purgat. Sic gratia Dei soluit mentem peccatoris, & purgat per fluxum compunctionis, id est, per lachrymas pœnitentiæ.

Tertio, quia habet virtutem sanativam. Nam folia cucumeris si fricentur medentur vulneribus, quæ impressit caninus morsus. Caninus enim morsus, tentatio prima fuit diaboli inuidentis, qui nobis in primis parentibus impressit (vt Beda dicit) quatuor vulnera, scilicet ignorantiam, cōcupiscētiam, infirmitatem, & malitiam. Sed hæc vulnera folia cucumeris, id est, sacramenta gratiæ remouent, atque curant. Nam contra ignorantiam, est sacramētum Ordinis, cuius vna clauis est scientia discernendi. Contra concupiscentiam est sacramentū cōfugij: contra infirmitatem valet Confirmatio. Contra malitiā vero valet Eucharistia, quæ est sacramentum charitatis, quæ per se opponitur malitiæ. Valent enim hęc folia gratię ad sanandum generaliter omnium peccatorū vulnera: quia ab originali sanat baptismus, ab actuali mortali pœnitentia, à veniali extrema vnctio. Beda. Apoc. folia ligni ad sanitatem. Apo. 22

Quarto, quia cucumer habet virtutem confortandi; quibus animus deficit, odore succurrit. Sic gratia deficientibus in tentatione, vel tribulatione succurrit. Hęc enim est, quæ tribus pueris in camino ardenti positis fecit medium fornacis, quasi ventum roris, qui ipsius flammæ calorem repressit, vt habetur Dan. Vnde Apost. Fidelis est Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Dan. 3. 1. Cor. 10.

Item gratia Dei assimilatur diptanno, quę est herba eijciens partum, consumens venenum, & excutiens ferrum. Nam primo quidem diptannus habet virtutem dissoluendi, attrahendi, & consumendi venenum.

Item hanc herbam primo ceruę ostendunt. Nam eam manducant, vt facilius pariant: & si sagitta fuerint percussiæ, quærunt diptannum quo ferrum in vulnere inflictum excutiant, sicut Basi. & Ambr. dicunt. Similiter gratia Dei consumit venenum auaritiæ. Hoc enim est venenum (vt supra dictum est) quod sua frigiditate calorem cordis, id est, charitatem extinguit. Basil. Ambr.

Item educit partū, id est, expellit luxuriæ peccatum, quia partus concipitur ex opere luxuriæ.

Item

Item excutit ferrum, id est, duritiam superbiæ.

Per quercus, coriandriq; similitudines, varia gula vitium non natura, sed voluptatis culpa introductum declaratur.

GVlæ delitias non introduxit natura, sed voluptatis culpa. Cuius exemplum apparet in quercu: quia quercus dicitur à quærendo, eo quod antiqui ad esum glandes quercus quærebãt. Et sic ieiuniũ nõ carnibus, aut delitijs, sed sola glande soluebant, vt dicit Boëtius. Vnde humanum genus in tota prima ætate fuit sine carnibus, & delitijs varijs ciborum: & ideo mirandum est, quomodo voluptas tantũ creuit, quæ à tãta parcitate inchoauit. Ecclesiast. Initium vitæ hominis panis & aqua: & tamen hodie, sicut Innocentius dicit, de vilitate conditionis humanæ, gulosis non sufficit fructus arborum, nõ grana leguminum, nõ etiam radices herbarum, non pisces maris, non bestiæ terræ, non aues cæli: sed quærunt pigmenta, parantur aromata, & nutriuntur altilia, capiuntur obesa, quæ studiose parantur ante cocos, quæ laute præparantur officio ministrorum: alius vndit, & colat, alius confundit, & conficit, substantiam cõuertit in accidens, naturam mutat in famem, vt saturitas transeat in esuriem, reuocat appetitum ad irrirandum gulam, non ad sustentãdum naturam, nõ ad necessitatẽ supplendam, sed ad auiditatem explendam.

Boë. de consol.

Ecc. 29.

Item gulæ vitium assimilatur coriandro propter quinque.

Primo, quia eius semen, quod est minutum & candidum, in vino dulci datũ, homines ad luxuriam proniores facit. Similiter gula per splendidum cibum, & dulcem potum, inclinat ad luxuriæ actum. Hieronymus in quodam sermone: Semper saturitati iuncta lasciuia est: vicina sunt sibi venter, & genitalia: pro membrorum ordine ordo vitiorum.

Hiero.

Secundò, quia si quis ex coriandro nimis accipit, amentiam, & phrenesim incurrit. Similiter per superfluitatem gulæ, & præcipuè quantum ad potum, homo per ebrietatem efficitur velut amens, & phreneticus. Nã sicut dicit Petrus Rauen. vbi regnat ebrietas, ratio exulat, intellectus obtunditur, consilia deuiant, iudicia subuertuntur.

Petrus Rau.

Tertiò, quia hæc herba cum suo semine canibus venenosa existit. Canes enim contra lupos latrantes, & linguam medicinalem habentes, prædicatores sunt, quibus gulæ vitium præcipuè est nociuum. Vnde dicebat Apost. Castigo corpus meum, & in seruitutẽ redigo: ne fortè cum alijs prædicauero, ipse reprobus efficiar.

1. Cor. 9.

Quartò, quia coriandrum in cibo sumptum calefacit, & somnũ inducit. Similiter gulæ vitium inducit somnum corporis, & somnolentiam, id est, pigritiam mentis. Reg. Comedit, & bibit, rursum obdormiuit.

3. Re. 19.

Quintò, quia hæc herba, licet integra sit, & odorifera, tamẽ fricata manibus fœtida fit. Sic etiã gulæ materia, scilicet cibus, quãuis primo odoriferus, & optimè sit paratus; postea tamen efficitur fœtidus in exitu de vẽtre. Et ideo sicut dicit Algazel, Cuiuscunque cura, vel solicitudo versatur circa id quod ventre ingreditur, eius valoris est, quod inde egreditur.

Humilitatis perfectio, qua elatus homo ac immanis fedatur, præcipuè tribulationibus agnoscitur, eiusq; vis quanta existat similitudinibus fraxini, Bdelij, casiæ, hysopi, & anethi aperte monstratur.

Cap. XXIX.

HVmilis homo & dulcis ferocitatem mitigat hominis super-

Digitized by Google

superbi, & crudelis. Cuius exemplum apparet in ficu: quia si tauri ferocissimi ad arborem fici ligentur, protinus ac repente mansuescere comprobantur. Per ficū enim quæ habet interius lacteum humorem & vnctuosum, & exterius producit dulcem fructum, intellige hominem, qui intus habet mentem humilem, extra vero conuersationem mitem, sicut
Mat. 11 Christus dixit Matt. Discite à me, quoniam mitis sum, & humilis corde. Nā lacteitas interioris humoris designat humilitatē mentis, ex eo, quod lac esse consueuit cibus paruulorum, qui gerunt typum humilium: sed dulcedo, & mititas fructus exterioris māsuetudinem signat operis, & conuersationis. Et hæc duo bene inuicē conueniunt: quia sicut dicit Hu
Hug. li 3. de el. ani. go de sancto Victore, Coniungi oportet mel humilitatis cum dulcedine manluetudinis: quia sicut mel conco dat in confectionibus medicinæ cum omnibus diuersitatibus specierum, sic & humilitatis dulcedine condiuntur omnia genera virtutum. Sed vnctuositas humoris signat affectionem pietatis. Et ita patet, quod ficus repræsentat hominē paruum reputatione, plum in affectione, mitem & dulcem in conuersatione. Sed per tautum accipe hominem elatum, & ferocem, cui dicitur.
Eccl. 6. Non te extollas in cogitatione animæ, quæ, velut taurus, &c. Quod ergo māsuescit taurus ferox ad arborem fici ligatus, signat quòd superbus humili associatus mitigatur. Nā eius humilitas vincit illius ceruicositatem, eius pietas confundit illius crudelitatem, sed eius mititas lenificat illius asperitatem. Vnde Cassiodorus dicit
Cas. super psal. 118. super illud psal. Humiliatus sum vsquequaque. Per humilitatem mēbra Christi sciunt diaboli vicisse superbiam. Per hanc fideles supra regna proficiunt: per hanc superbi tyrannici superantur: per hanc deiecti, & infimi exaltantur: per hanc in æternū martyres coronātur, nec potest dici perfectus qui hac virtute est priuatus.

Item humilitas in asperitatibus & tribulationib. magis excrescit & dæmonibus maximè inimica existit. Vnde assimilatur fraxino, quæ est arbor alta, & rotonda, vt pinea in locis altis & montanis crescens: cuius arboris tanta est vis, vt serpentes eius vmbrā matutinam vel vespertinā attingere non audeant. Vnde si interignē, & folia fraxini ponantur, prius ad ignem, quàm ad folia fugere comprobatur. Tanquam igitur loca montana & aspera, sunt aduersitatum, & tribulationum contingentiū discrimina, in quibus crescit fraxinus, id est, humilitatis virtus: quia tribulationes magis mentem humiliant. & ideo tribulatio, & delectio, humiliatio vocatur. Vnde Bernardus:
Bern in Epist. tribulatio via est ad humilitatem, sicut patientia ad mansuetudinem, sicut lectio ad scientiam. Si lucem appetis humilitatis, viam non refugias humiliationis. Vmbra autem fraxini matutina est humilitas pœnitentis tardiori ætate: & vtranque infernales serpentes, id est, dæmones odiunt, & detestantur. Vmbra etiam matutina potest dici humilitas in prosperitate: sed vmbra in vespere est humilitas in aduersitate. Quamlibet autem humilitatē serpens, id est, diabolus, tantū odit, quòd ipse pro se potius vult æterno igne gehennæ cruciari, quam ipse elegerit pœnitēdo humiliari. Vnde ipse dixit Beato Machario, q in re nulla alia superabat eum, nisi in humilitate, quā nullo modo poterat habere.

Item

Item excutit ferrum, id est, duritiam superbiæ.

Per quercus, coriandrique similitudines, varia gulæ vitium non natura, sed voluptatis culpa introductum declaratur.

GVlæ delitias non introduxit natura, sed voluptatis culpa. Cuius exemplum apparet in quercu: quia quercus dicitur à quærendo, eo quod antiqui ad esum glandes quercus quærebãt. Et sic ieiuniũ nõ carnibus, aut delitijs, sed sola glande soluebant, vt dicit Boëtius. Vnde humanum genus in tota prima ætate iuit sine carnibus, & delitijs varijs ciborum: & ideo mirandum est, quomodo voluptas tantũ creuit, quæ à tãta parcitate inchoauit. Ecclesiast. Initium vitæ hominis panis & aqua: & tamen hodie, sicut Innocentius dicit, de vilitate conditionis humanæ, gulosis non sufficit fructus arborum, nõ grana leguminum, nõ etiam radices herbarum, non pisces maris, non bestiæ terræ, non aues cæli: sed quærunt pigmenta, parantur aromata, & nutriuntur altilia, capiuntur obesa, quæ studiose parantur ante cocos, quæ laute præparantur officio ministrorum: alius vndit, & colat, alius confundit, & conficit, substantiam cõuertit in accidens, naturam mutat in famem, vt saturitas transeat in esuriem, reuocat appetitum ad irrirandum gulam, non ad sustentãdum naturam, nõ ad necessitatẽ supplendam, sed ad auiditatem explendam.

Boë. de conso.

Ecc. 29.

Item gulæ vitium assimilatur coriandro propter quinque.

Primo, quia eius semen, quod est minutum & candidum, in vino dulci datũ, homines ad luxuriam proniores facit. Similiter gula per splendidum cibum, & dulcem potum, inclinat ad luxuriæ actum. Hieronymus in quodam sermone: Semper saturitati iuncta lasciuia est: vicina sunt sibi venter, & genitalia: pro membrorum ordine ordo vitiorum.

Hiero.

Secundò, quia si quis ex coriandro nimis accipit, amentiam, & phrenesim incurrit. Similiter per superfluitatem gulæ, & præcipuè quantum ad potum, homo per ebrietatem efficitur velut amens, & phreneticus. Nã sicut dicit Petrus Rauen. vbi regnat ebrietas, ratio exulat, intellectus obtunditur, consilia deuiant, iudicia subuertuntur.

Petrus Rau.

Tertiò, quia hæc herba cum suo semine canibus venenosa existit. Canes enim contra lupos latrantes, & linguam medicinalem habentes, prædicatores sunt, quibus gulæ vitium præcipuè est nociuum. Vnde dicebat Apost. Castigo corpus meum, & in seruitutẽ redigo: ne fortè cum alijs prædicauero, ipse reprobus efficiar.

1. Cor. 9.

Quartò, quia coriandrum in cibo sumptum calefacit, & somnũ inducit. Similiter gulæ vitium inducit somnum corporis, & somnolentiam, id est, pigritiam mentis. Reg. Comedit, & bibit, rursum obdormiuit.

3. Re. 19.

Quintò, quia hæc herba, licet integra sit, & odorifera, tamẽ fricata manibus fœtida fit. Sic etiã gulæ materia, scilicet cibus, quãuis primo odoriferus, & optimè sit paratus; postea tamen efficitur fœtidus in exitu de vẽtre. Et ideo sicut dicit Algazel, Cuiuscunque cura, vel solicitudo versatur circa id quod ventre ingreditur, eius valoris est, quod inde egreditur.

Humilitatis perfectio, qua elatus homo ac immanis fedatur, præcipuè tribulationibus agnoscitur, eiusq; vis quanta existat similitudinibus fraxini, Bdelij, casiæ, hysopi, & anethi aperte monstratur.

Cap. XXIX.

HVmilis homo & dulcis ferocitatem mitigat hominis super-

Digitized by Google

superbi, & crudelis. Cuius exemplum apparet in ficu: quia si tauri ferocissimi ad arborem fici ligentur, protinus ac repente mansuescere comprobantur. Per ficū enim quæ habet interius lacteum humorem & vnctuosum, & exterius producit dulcem fructum, intellige hominem, qui intus habet mentem humilem, extra vero conuersationem mitem, sicut
Mat. 11 Christus dixit Matt. Discite à me, quoniam mitis sum, & humilis corde. Nā lacteitas interioris humoris designat humilitatē mentis, ex eo, quod lac esse consueuit cibus paruulorum, qui gerunt typum humilium: sed dulcedo, & mititas fructus exterioris māsuetudinem signat operis, & conuersationis. Et hæc duo bene inuicē conueniunt: quia sicut dicit Hu
Hug. li 3. de el. oni. go de sancto Victore, Coniungi oportet mel humilitatis cum dulcedine mansuetudinis: quia sicut mel concordat in confectionibus medicinæ cum omnibus diuersitatibus specierum, sic & humilitatis dulcedine condiuntur omnia genera virtutum. Sed vnctuositas humoris signat affectionem pietatis. Et ita patet, quod ficus repræsentat hominē paruum reputatione, plum in affectione, mitem & dulcem in conuersatione: sed per tantum accipe hominem elatum, & ferocem, cui dicitur.
Eccl. 6. Non te extollas in cogitatione animæ, quæ, velut taurus, &c. Quod ergo māsuescit taurus ferox ad arborem fici ligatus, signat quòd superbus humili associatus mitigatur. Nā eius humilitas vincit illius ceruicositatem, eius pietas confundit illius crudelitatem, sed eius mititas lenificat illius asperitatem. Vnde Cassiodorus dicit
Cas. su per psal. 118. super illud psal. Humiliatus sum vsquequaque. Per humilitatem mēbra Christi sciunt diaboli vicisse superbiam. Per hanc fideles supra regna proficiunt: per hanc superbi tyrannici superantur: per hanc deiecti, & infimi exaltantur: per hanc in æternū martyres coronātur, nec potest dici perfectus qui hac virtute est priuatus.

Item humilitas in asperitatibus & tribulationib. magis excrescit & dæmonibus maximè inimica existit. Vnde assimilatur fraxino, quæ est arbor alta, & rotonda, vt pinea in locis altis & montanis crescens: cuius arboris tanta est vis, vt serpentes eius vmbrā matutinam vel vespertinā attingere non audeant. Vnde si interignē, & folia fraxini ponantur, prius ad ignem, quam ad folia fugere comprobatur. Tanquam igitur loca montana & aspera, sunt aduersitatum, & tribulationum contingentiū discrimina, in quibus crescit fraxinus, id est, humilitatis virtus: quia tribulationes magis mentem humiliant. & ideo tribulatio, & deiectio, humiliatio vocatur. Vnde Bernardus:
Bern in Epist. tribulatio via est ad humilitatem, sicut patientia ad mansuetudinem, sicut lectio ad scientiam. Si lucem appetis humilitatis, viam non refugias humiliationis. Vmbra autem fraxini matutina est humilitas pœnitentis in iuuenili ætate: sed quasi vespertina est humilitas pœnitentis tardiori ætate: & vtranque infernales serpentes, id est, dæmones odiunt, & detestantur. Vmbra etiam matutina potest dici humilitas in prosperitate: sed vmbra in vespere est humilitas in aduersitate. Quamlibet autem humiliatā serpens, id est, diabolus, tamē odit, quòd ipse pro se potius vult æterno igne gehennæ cruciari, quam ipse elegerit pœnitēdo humiliari. Vnde ipse dixit Beato Macario, q̄ in re nulla alla superabat eum, nisi in humilitate, quā nullo modo poterat habere.

Item

Itē humilitas assimilatur Bdellio.

Primo, ratione coloris: quia secundū Plinium, Bdellium est arbor nobilissima, nigra in foliis, & ligno oliuæ simillima. Similiter humilitas pœnitentis profert folia, id est, verba, de se quidem nigra, id est, sui despectiua, & accusatiua. Nam iustus, id est, humilis, prior est accusator sui. Nomine enim iusti, siue iustitiæ, quādoque significatur humilitas, secundum illud Matth. Decet nos implere omnem iustitiam, id est, omnem humilitatem.

Plin.

Pro. 19.

Mat. 30

Secundo, ratione humoris, qui a Bdellij lachryma, siue gutta est transluçida, gustu amara, bene odorifera, sed maximè aromatica, quādo est vino infusa. Sic lachryma humiliter pœnitētis est amara, quia mentē perturbat. est etiā lucidissima, quia mentē serenat, est odorifera, quia Deū delectat; est aromatica, & medicinalis; quia morbos vitiorum sanat.

Tertio, ratione vigoris. Vigent enim in tali gummi Bdellij mirabiles virtutes. Nam valet contra apostemata, tam etiam interiora, quàm exteriora, si fuerint ex eo perunctа. Habet etiam substantiam glutinosam cōstrictiuam, & attractiuam, & ideo multū stringit dysenteriam ex acuta materia factam, & etiam fluxum ex fortissima formacia, morsibus etiam reptiliū occurrit. Sic humilitas pœnitentis apostemata interiora, id est, peccata cordis, & exteriora, id est peccata carnis curat, & purget fluxum dysenteriæ, & farmacię, id est, pronitatem peccandi, siue sit ex propria inclinatione, siue ex exteriore timore, refrenat.

Item morsus reptilium, id est, detractorum verba curat.

Itē humilitas assimilatur casiæ.

Primo, propter locum generationis: quia nascitur casia in locis aquosis, vbi multū crescit: & bonum odorem reddit. Sic humilitas nascitur in cordibus eorum, in quibus est aqua veræ sapientiæ. Dicitur enim Prouerb. Vbi humilitas, ibi sapientia, vel quia nascitur humilitas in aqua tribulationis, & crescit in aqua compunctionis, & reddit etiam Deo bonum odorem. Vnde multū est Deo grata. Can. Nardus mea dedit odorem suum: Nardus enim, quæ est herba breuis, adhuc humilitatem signat. Hieron. Nihil est quod nos ita hominibus gratos, & Deo facit, quā si vitæ merito magni, humilitate verò infimi simus. Glossa tamē super Psalmos dicit, quòd casia, quæ crescit in aquis, est fides, quæ crescit in baptizatis.

Pro. 16.

Can. 1.

Hiero.

Secundo, designatur humilitas in casia, propter successum varij caloris. Dicit enim Plinius, quod casia primò canescit, secundo rubescit, tertio nigrescit. Sic humilis canescit per prudentiam, quasi senes, & cani propter experiētiam longi temporis consueuerunt esse prudentes.

Plin.

Item rubescit per patientiam, & nigrescit per compassionis tristitiam, quæ est quædam mentis nigredo & obumbratio.

Tertio, propter modum probationis: quia bona casia probatur per odorem, per colorem, & per vigorem. Nam casia nobilis est subdulcis, & quasi saporis, & iucundi odoris, & subnigri coloris, & ponderis grauioris, & maximè laudatur, quæ de facili non frangitur, sed primò flectitur. Similiter, qui vere humilis est, habet dulcedinē in conuersatione, odorem iucundū in fama & opinione, & subnigrum colorem in sua despectione, quia claritatem suā non ostendit, sed abscondit. Nec frangitur tribulatione quacūque, sed flectitur compassione, & discretione.

Quarto

Quarto, per effectum curationis: quia casia reuma purgat, cerebrumque capitis confortat, & fœtorem oris amputat. Sic humilitas pœnitentiæ, reuma, id est, peccati fluxum purgat; cerebrũ, id est sensum confortat: quia humilitas reddit hominem magis sensatum, id est, sapientem.

Item fœtorem oris, id est, iactãtiam sermonis amputat, quã homo discretus odit, sicut naris fœtorem, eo quod laus in proprio ore sordescit: & ideo odor famæ perditur per iactantiam commẽdationis propriæ, sicut narrat Valerius Maximus de Mario, quod cum multã fecisset vna sui iactatione gloriam famæ perdidit: & quia sibi præsumpsit asscribere, quod ex ore alieno debuerat captare, publicæ commẽdationis vota demeruit.

Val. Maxim.

Item humilitatis clausura debet se homo munire, postquam diuinas cõsolationes recepit. Cuius exemplũ est in elitropio, quæ scilicet est herba, que in Solstitio æstiuali florem incipit. Vnde solsequium vocata est a Latinis, eo quod Sole oriente flores suos aperit: sed ipso occcidente iterũ se recludit. Tunc enim sol Christus quasi alicui oritur, quãdo scilicet ei consolationis suæ lumẽ infundit: & tunc debet homo quantum potest flores suos, id est, affectus Deo aperire. Tũc autem Sol ei occidit, quando ipsa consolatio transit, & tũc debet se homo sub custodia humilitatis claudere, ne latro, id est, vana gloria subintret. Vnde dominus, post transfigurationem descẽdens de monte mãdauit discipulis, dicẽs: Nemini dixeritis visionem.

Mat. 17

Item humilitas, sicut dicit Cassiodorus, assimilatur hyssopo.

Cassio.

Primo, ratione staturæ, quia est herba breuis, & modica, quia videlicet humilis est modicus in sui reputatione. Vnde Gre. dicit, quod humilitas vera est, qua quis de se parua æstimat, & bona alterius sine inuidia, & liuore commendat.

Grego.

Item homo humilis est breuis in locutione. Vnde secũdum beatũ Benedictũ, in regula sua. Vnus de duodecim gradibus humilitatis, est pauca & rationabilia verba loqui, & nõ in clamosa voce.

Secundo, ratione inhærentiæ quia hyssopus in terra petrosa crescit in radicibus petræ solidæ se infigens. Similiter humilitas crescit, in terra petrosa, id est, in anima amore Christi solidata. Vnde humilis homo mediante charitatis radice, solidæ petræ, id est, Christo inhæret. Regũ Dominus petra mea, & robur meum.

2. Re. 22

Tertio, ratione efficaciæ, quia pulmonem, & omnia vitia pectoris ex causa frigida purgat, si. s. cum ficubus siccis in vino coquatur. In pulmone, sicut dicit Cassiodorus, sunt inflationes superbiæ, quam purgat humilitas: & purgat pectus, quia cohibet inflammationes iræ, præcipuè sociata cum vino charitatis, & sicu dulci, scilicet mansuetudinis. Psa. Asperges me Domine hysopo, & mundabor.

Psal. 50.

Itẽ humilitas assimilatur anetho. Primo, quoad partiũ pluralitatem. Nam anhetum est herba habens radicem, semen, & herbã. In quibus triplex humilitas designatur. Nam radix est humilitas cordis, herba humilitas oris, semẽ humilitas operis.

Secundo, quo ad virtutis multiplicitatem. Habet enim radix anethi viricis virtutem apertiuã vẽtositatis, & inflationis extenuatiuam, & torsionis ventris mitigatiuam. Simili etiam modo humilitas cordis, quæ est vt radix Deo, vt mentem aperit, & ad eius gratiæ susceptionem præparat, &

disponit, ventositatem vanæ gloriæ, & inflationem superbiæ, expellit & tortionem ventris, id est, turbationem, & indignationem mentis excludit. Tertio, quo ad valoris varietatem: quia radix anethi.i.viridis, alicuius est valoris, eo quod compacta diuidit, calculum frangit, & singultum ex plenitudine abscindit. Sed postquam fuerit radix anethi siccata, nullius est ponderis. Tunc autem radix anethi humilitas cordis est viridis, quando nutritur, & fouetur humore diuini amoris: & tunc timor Dei mentem humilians, cor frigore peccati compactum per compunctionem diuidit, calculũ, id est duritiam peccati frangit, & singultum, id est, indignationem superbam, & turbationem repellit. Sed remota viriditate diuini timoris, tunc siccatur, id est, euacuatur humilitas mentis, ita vt nullius sit valoris, vel virtutis.

Item humilitas continet gratiã ne defluat, sicut psyllium dicitur continere vinum. Nam si psylliũ misceatur vino, calor vini pellit frigiditatem psyllij ad superficiẽ, & viscositas eius pellit viscositatem eius in circuitu, & non exhibet vinum etiam sine vase. Similiter humilitas reddit hominem circunspectum, vt non effundatur gratia eius per aliquam fatuitatẽ: propter quod dicit Greg. Qui cæteras virtutes sine humilitate cõgregat, quasi puluerem in ventum portat.

In bonis inceptis haud perseuerantes sycomoro lactuca, varijs similitudinibus comparantur.

Cap. XXX.

INconstans homo assimilatur sycomoro. Sycomorus.n.est fatua ficus, in folijs moro similis. Et dicitur à ficos, quod est ficus, & moros, quod est fatuus, quasi fatua ficus. De qua dicit. Dioscorides, quod fructus facit subdulces sed nunquam ad maturitatem venientes. Quasi autem fatua ficus est hominis instabilis animus. Vnde Eccl. dicit. Stultus autẽ, vt luna mutatur. Hic licet aliquos fructus, id est, bona opera facere incipiat, in eis tamen vsque ad maturitatem, id est, vsque ad finẽ debitum non perseuerat. Diosc. Eccl. 27

Item inconstantes, & imperseuerantes, qui bona incœpta non continuant, assimilantur lactucæ. Nam lactuca, quando est tenera & iuuenis, habet multas & magnas virtutes: quia cum sit frigida & humida, temperatæ & subtilis substantiæ, & facile digestibilis stomachi calorem sedat, sanguinem bullientem refrigerat, insomnietatem placat capitis, dolorem ex fumo cholerico sanat: in masculis veneris motũ refrenat, lac in mulieribus multiplicat, & sanguinem augmentat, & in qualitate perfecta bonum sanguinem generat. Sed quando antiquatur & induratur, humiditas nimium amaricatur. Quare ex eius vsu sanguis pessimus generatur, & virtus ex ea visiua debilitatur. Nam ex sua ponticitate sensum animalem mortificat, & naturalem spiritum suffocat. Vnde talis lactuca generare volentibus plurimum est nociua. Hæc omnia dicit Isaac in dictis particularibus. Eodem modo quidam à principio suæ conuersationis, vel in iuuentute sunt optimi, & videntur magnas virtutes habere, & multas; qui postea in processu in senectute efficiuntur pessimi, & indurantur in malis, vt efficiantur pleni multis & magnis vitijs. Apostolus. Cum spiritu cæperitis, nunc carne consummamini. Gal. 4.

Intentio opus, veluti radix fructus, corrumpit & perficit.

Cap

Cap. XXXI.

INtentio assimilatur radici.

Primo, quia radix est totius herbæ, vel arboris principium. Et sic intentio est principium totius verbi, vel operis.

Intentio enim est ipsius finis. Finis enim licet sit vltimum in opere, est tamen principium in intentione: quia finis mouet agentem, vt dicit philosophus. Vnde finis, secundum eum, dicitur causa causarum.

Arist. 12 Meth.

Secundo, quia radix expetit latibulum, Nam radix, quãdiu sub terra latuerit, nutritur, & proficit. Sed si euulsa fuerit, moritur, & arescit Ita intentio si cum humilitate latuerit, opus bonũ nutrit, & crescit. Sed si per ostentationẽ euulsa fuerit, ab humilitate extinguitur, & deficit. Vnde Gregorius dicit, Sic opus sit in publico, vt semper intentio maneat in occulto.

Grego.

Tertio, ratione effectus: quia radix est initiũ bonitatis, & malitiæ arboris causatiuum. Nam bonitas & malitia radicis ad ramos ascendit, & sæpe apparet in fructu & flore qualis est humor in radice: quia non potest alium humorem ramis infundere, quam in se habet. Sic etiã bonitas, & malitia operis ex intentione procedit. Apo Si radix sancta, & rami sancti. Luc. dicitur. Si oculus tuus, id est, intentio, fuerit simplex, totũ corpus tuũ, id est, opus lucidum erit: & si oculus tuus nequã fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Ambr. Intentio tua operi tuo nomen imponit. Gre Si semel cor intentione corrumpitur, sequentis actionis medietas, & terminus, ab hoste calido securè possidetur, quoniam totam arborem sibi fructus ferre conspicit, quam veneni dente in radice vitiauit.

Ro 11 Luc. 10.

Ambr. Greg. 1. mor.

Hypocritarum fraus & calliditas, multis arundinis proprietatibus umbraq; nucis effectibus perfecte declaratur.

Cap. XXXII.

HYpocrita assimilatur arundini. Primo, quia arundo in arena radicatur: quia scilicet hypocrita radicem amoris habet in terrenis. Illud enim, quod in arena plantatum est vel fundatum, tria timet, scilicet ventum, pluuiam, & flumẽ, vt habetur Matt. Per ventum, qui ab aëre procedit, & venit, intelligitur tentatio dæmonis, qui in aëre commoratur; per pluuiam, quæ de cælo descendit, intelligitur aduersitas, quæ à Deo venit: per flumen quoque, quod per terram fluit, intelligitur persecutio, quam tyrannus infligit. Ex quo patet, quod ille est, vt arundo in arena fundata, qui vel vento tentationis frangitur, in pluuia aduersitatis per impatientiam corrumpitur: vel flumine mundanæ persecutionis eradicatur: quæ omnia contingunt hypocritis.

Matt. 6.

Secundo, quia arundo à vento agitatur, Matth. Sed quid existis videre arundinem vento agitatã? Sed hypocrita est inconstans, quia modo vento aduersitatis inclinatur ad iracundiam, modo vento prosperitatis erigitur in superbiã. Isa Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis.

Matt. 11.

Isa. 1.

Tertio, quia arundo medullæ plenitudine non solidatur. Vnde est exterius pulchra, & interius vacua. Sic hypocrita nõ habet soliditatem, & plenitudinem interioris gratiæ, sed solùm pulchritudinem exterioris apparẽtiæ. Vnde dominus dixit, Mat. Vę vobis scribæ, & pharisei hypocritæ, & post. Vos quidẽ à foris apparetis hominibus iusti Gre. Quid est vita hypocritę nisi quędã visio phantasmatis, quæ hoc ostendit in imagine, quod non habet in veritate?

Matt. 2.

Grego. mor.

Quarto, quia arũdinis viriditas

breui tempore terminatur. Nam cito crescit & cito arescit. Nam arundo ab ariditate nomen accepit. Sic hypocritę gloria parum durat, citò enim crescit, & citò decrescit, Iob. Gaudium hypocritæ ad instar puncti. Iob. 20.

Quinto, quia arundini manus inuentis perforatur, quia scilicet hypocrita decipit, & lædit adhærentē sibi. Isa. Ecce confidis super baculū arundineū confractū, &c. Isa. 36.

Item hypocritarum pœnitentia assimilatur vmbræ nucis. Nux n. facit vmbram in apparentia grata, sed in existentia, & effectu nociuam. Vnde nux à nocēdo est dicta, quia rebus nocet eius vmbra. Vnde ipsa est dormientibus sub ea nociua, & multarum infirmitatē generatiua. Similiter hypocritarum pœnitentia, licet in apparentia exteriori videatur pulchra, tamē intrinsecus est mala, & multorum vitiorum in homine generatiua. Matt. Veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autē sunt lupi rapaces. Vnde hypocrisis est vmbra mortifera, de qua Luc. In vmbra mortis sedēt. Matt. 7. Luc. 1.

Variis palmæ arboris effectibus perpendibilis iusti perfectionis vsus ostenditur.

Cap. XXXIII.

IVstus assimilatur palmæ.

Primò quidem, quia palma in radice inferius habet asperitatē, & similiter iusti habent asperitatem laborū. Apost. In laboribus plurimis, &c. 2 Cor. 11.

Secundo, quia superius in coma habet venustatem, scilicet, quia iusti superius in cœlo habent venūstatē, & pulchritudinem gloriæ immortalis. Psalm. Iustus, vt palma florebit in domo Domini. Psal. 91.

Tertiò, quia palma in fructu habet tarditatem. Nam cū difficultate, & tarditate peruenitur ad eius fructum. Non enim ante centum annos fructum facit, sed nec primo perfectè vires accipit, vt fructificare possit. Vnde quanto palma est annosior, tanto eius fructus est melior. Hoc autem significat, quia iusti vix post diuturnitatem laboris perueniunt ad fructum consolationis. Iac. Ecce agricola expectat pretiosum fructum, &c. & quanto diutius expectant, tanto copiosiorem recipiūt fructum mercedis. Iaco. 5.

Lachrymarum vis quanta in cor pœnitentis existat, ex multis aloes, lapidum, pini, porri, & cæt. his monstratur, & eas vinum Angelorum esse, atque effectum dilectionis, & patientiam in tribulationibus comprobatur.

Cap. XXXIIII.

LAchryma pœnitentis assimilatur succo aloes.

Primo ratione materiæ. Dicitur enim aloes succus, qui ex quadā herba exprimitur, ad ignē decoquitur, & postmodum ad Solem deponitur, vt siccetur. Hic succus est lachryma pœnitentis, quæ ex amara herba, id est, compunctione exprimitur, & ad ignem interioris doloris decoquitur: sed Solis calore, id est, charitatis ardore siccatur: quia cum timor est in amorem Christi conuersus, iam lacrymæ timoris & doloris siccantur, i. cessant & restringūtur, quia in quadam securitatis fiducia animā solidatur. Et huiusmodi lachrymas significauit aqua in vinum conuersa. Vnde Ber. Illas lachrymas vere in vinum mutari dixerim, quæ fraternæ compassionis affectu in feruorem prodeūt charitatis: pro qua etiam ad horam tui ipsius immemor sobria quadam ebrietate videris. Vnde patet, quod aqua in vinum conuertitur, quando siue timor de seipso, siue dolor & luctus de proximo prodit in charitatis affectum. Ioan. 2. Ber. in Can.

Secundò ratione excellentiæ: quia

quia tanto de sui natura pœnitentis lacryma debet esse amarior, quãto plus habet de fœtore peccati. Et ideo simpliciter loquendo lachryma pœnitentis, tanto dulcior & melior est, quanto minus amara, & fœtida, id est, quanto minus habet de amaritudinis materia, siue causa, id est, de fœtore peccati.

Tertio ratione efficaciæ. Nã lacryma pœnitentis omne peccatũ abluit: quod significat efficacia aloes: quia aloes, licet sit amarum, tamẽ est multipliciter salutiferum.

Primo, quia visum clarificat: competit lachrymis pœnitentiæ inquantũ purgant vitiũ auaritiæ, quæ mentis visum obscurat, sicut pulvis terræ oculos corporis. Pſal. 72. Repleti sunt, qui obscurati sunt terræ domibus, id est, ex affectu terrenorum.

Item aloes ab hydropisi præservat, & in principio curat: quod competit lachrymis pœnitentiæ, inquantum mentem humiliant, & tumorem siue inflationem superbiæ curant.

Item aloes melancoliam mundificat: quod competit lachrymis pœnitentiæ, inquantum purgant vitium accidiæ.

Item aloes caput à dolore relevat: quod competit lachrymis pœnitentiæ, inquantũ expellunt vitium invidiæ: quæ causat capitis dolorem, id est, mentis tristitiam: quia invidia est tristitia in alienis bonis, vt dicit philosophus.

Item aloes choleram purgat: & hoc competit pœnitentiæ, inquantum mitigat vitium iræ, ad quod valde cholera inclinat.

Item aloes membrorum gonagrium vtcera sanat, si eius pulvis cum melle fumatur: quod lachrymæ pœnitentiæ præstant, dum vitium luxuriæ curant.

Item idem pulvis aloe cũ melle vermes ventris necat. Et similiter lachryma humilis pœnitentis cum dulcedine delio. ideos necat vermes ventris, dum gulæ inordinatus motus siue appetitus restringit: Omnia namq; illa apparent in pœnitẽte postquã bene ablutus est lachrymis pœnitentiæ, & ideo Cassio. dicit in illud psalm: Cas in Pſal. 41. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte, dũ dicitur mihi per singulos dies, vbi &c. & fletus est cibus animarũ, corroboratio sensuũ, absolutio peccatorum, refectio mentiũ, lauacrũ culparum.

Item lachrymæ pœnitentis amaritudinem conscientiæ convertũt in dulcedinem gratiæ: cuius exemplum est in lupinis, quæ cum sint legumina amara, per madefactionem in aqua efficiuntur dulcia, sicut dicit Isaac. Similiter aqua lachrymarum amaritudinem peccati convertit in dulcedinem gaudij. Pſa. Euntes ibant, & flebant, mittentes semina sua: venientes autẽ venient, cũ exultatione, &c. Ber. Ber. sup. Lachrymæ pœnitentiæ vinũ suæ cant. angelorũ, quia in illis odor vitæ, sapor gratiæ, & gustus indulgentiæ, sanitas redeuntis innocentiæ, reconciliationis iucunditas, & serenatæ conscientiæ suauitas.

Item lachryma compunctionis caulat affectum dilectoni, & patientiam tribulationis, cuius exemplum apparet in pino. Nam arbor pini est per sudorẽ, siue lacrymã, pleni generatiua. Et iterum de pino in Germania gignitur lachryma, quæ dum fluit, calore vel frigore indurescit, & gemma facit quam ille electum, sibi dicit. Sic lachryma compunctionis, dum mentem, & affectum accendit, generat plenitudinem gaudij, & dum amore lachrymat emittit, ipsa anima amplius inflammatur calore amoris diuini, ex frigore & ab amore mundi: & sic solita durare, & firmatur, & vertitur lachryma amoris, in gemmam pati-

patientiæ, & fortitudinis.

Item lacryma veri pœnitentis animam à malis operibus refrenat, & in bonis operibus fœcundat. Cuius exemplum apparet in porro, cuius succus, vt (dicit ipse Dioscorides, & etiam Macer) valet contra vomitum sanguinis. Vnde hunc solũ Hippocrates dedisse dicitur cuidam sanguinẽ vomenti. Valet etiam contra sterilitatem, si à puellis sæpius comedatur, quasi ergo porri succus, est pœnitentis fletus: qui sanguinis vomitũ. i. peccati fluxum restringit, & sæpius à pœnitente susus, animã à bonis operibus sterilem ad eorum fœcũditatem reducit.

Diosc.

Omnia capitalia crimina, quibus mediantibus hypocritæ, cæteriq; mali homines cognoscuntur, pluribus Zizaniæ exemplis exprimuntur.

Cap. XXXV.

MAli homines assimilantur zizaniis.

Primò per aspectum deceptiuũ: quia zizania. i. lolium, quę est fœminini generis, in singulari, sed neutri, in plurali, vt dicit Isidorus) inter triticum nascitur: nec quamdiu in herba est, à tritico plenè discernitur. Et ideo decipit aspiciẽtes, vt putetur esse triticũ, cum sit lolium. Vnde ei assimilãtur hypocritæ, qui inter bonos cõuersantes, & bonitatis & sanctitatis speciem extrinsecus ostendentes, creduntur esse boni, cum sint mali. Vnde quamdiu sic viuunt, zizania in herba similes tritico se ostendunt.

Secundo propter consortiũ infectiuũ: quia zizania tritico mixta, aliquando ipsum suffocat, nisi ab eo cautius separetur. Et similiter plerunq; hypocritę, in bonorũ collegio incogniti cõmorãtes, inficiũt quosdã simplices, & ad suas nequitias occultè seducẽdo, pertrahẽtes, spiritualiter eos suffocãt.

Tertio, propter iudicij delationem: quia enim propter similitudinem quam habere zizania cũ tritico videtur sæpe, dum zizania euelli creditur, triticũ pro ea euellitur, est separatio proroganda quamdiu sunt ita similia, vt cognosci non possint, & tempore messis zizania colliguntur, per fasciculos componuntur, & igni tradũtur: triticũ autẽ in horreum reconditur, vt habetur Matt. Ex quo habetur, quod mali tolerãtur quãdiu sunt occulti, vel quandiu extirpari nõ possunt sine periculo tritici, id est, sine scandalo bonorum, & damno. Sed aduenientemesse diuini iudicij, tũc fiet vniuersalis separatio malorum à bonis: & ad modum zizaniorũ mali alligabuntur fasciculis ad comburendum igni, quia scilicet in igne gehennę similes associabuntur similibus, vt eadem eos retineat pœna, quos similis tenuit culpa. Sed triticum, id est, bonorum collegium recondetur in horreo cæli.

Mat. 13

Quarto propter effectum nociuum. Nã zizania habet vim acutam, quodammodo venenosam, inflatiuam, & ventosam, vnde ebrietatem inducit, mentem percutit, & caput lædit: panẽ, cui admiscetur, inficit. De quo, si quis comedat in magna quãtitate, nõ solum eum grauiter lędit, sed etiã occidit. Igitur inquantum habet vim acutam, repræsentat vitium auaritiæ, quia auari sunt valde acuti ad decipiendum. Vnde Psa. Sicut nouacula acuta fecisti dolum. Inquantum vero habet vim venenosam significat luxuriã, quę est venenum aspidum insanabile, vt dicitur Deut. Inquantum vero habet vim ventosam, & inflatiuã, significat vanam gloriam, siue superbiam. Pro. Qui innititur mendaciis, hic pascit vẽtos. Inquantũ vero ebrietatem inducit, significat, vi-

Psal. 51.

Deut. 32

Pro. 10.

eat vitium gulæ. Contra quod dicitur ad Ephe. Nolite inebriari vino, &c. Sed inquantũ mentẽ lædit, & caput percutit, significat iram, quę caput rationis perturbat, & claritatem mẽtis offuscat. Inquantum autem panem inficit, significat accidiam, quæ gustum animæ lædit, & spiritualẽ panem verbi insipidum reddit. Sed inquãtũ grauiter lædit, & occidit, significat inuidiam, quæ inuidentẽ corporaliter & spiritualiter occidit, Iob. Paruulum occidit inuidia.

Iob. 5.

Mitis homo quo pacto in iniurijs sibi illatis agnoscatur, similitudinibus varijs explanatur, iracundus ligno spinoso assimilatur.

Cap. XXXVI.

MAnsuetus non probatur, cui nulla iniuria dicti vel facti irrogatur. Arbor enim quæ nullo vento flante agitatur, non propterea immobilis reputatur. Sicut nec lignum quod non arderet absente igne, diceretur incombustile. Eodem modo, non debet homo mansuetus appellari, dum nulla iniuria fit ei. Vnde Bern. dicit. Sunt quidam mites, dum nihil fit eis, vel dicitur, nisi pro eorum arbitrio. Patebit autem, quia longe sunt à mãsuetudine, si leuis oriatur occasio.

Bern.

Itẽ mitis homo & deuotus, linguas maledicorum pungentium non formidat. Cuius exemplum est: quia maluæ succus oleo admixtus, tantæ virtutis esse dicitur vt si quis eo perunctus fuerit, a puncturis apum, & aranearum, & scorpionum, tutus fiat, sicut dicit Plinius. Malua enim, quæ est herba mollis, mãsuetudinem signat. Vnde maluæ succus, est mansuetudinis virtus: cui si admixtum fuerit deuotionis oleum, ita cor hominis liniendo corroborat, vt neque apum, id est, pungitiuorum qui aculeos figunt, neque aranearum, i. impostorũ, quæ telã texũt, & venenum ferunt, neque scorpionũ, id est, detractorum, qui retro percutiunt, puncturas linguarum formident. Vnde Gre. dicit. Cum linguæ detrahentium, vel opprobria irrogantium corrigi nequeũt: æquanimiter per omnia toleranda, nec obtrectationis sermo timendus est, ne dum peruersorum lingua metuitur, recti operis via deseratur.

Gre. super. Eze

Iracundus autem homo similis est ligno spinoso, quod pũgit amplectentem se. Nam licet homo amet omnes arbores quæ sunt in horto suo, spinosas tamen declinat & fugit, ne lacerent eum. Sic licet omnes homines sunt amandi, familiaritas tamen iracundorum declinanda est. Prouerbior. Noli esse amicus homini iracundo.

Prou. 22

Deipara Virginis mirum in modum corporis animique dotes ac excellentia describuntur, quæ quamplurimis naturalibus cedri, cupressi, cinamomi, nardi, oliuæ, palmæ, platani, virgæ, vitis & denique balsami exemplis patefiunt.

Cap. XXXVII.

MAria, mater Domini, assimilatur cedro. Eccl. Quasi cedrus exaltata sum in Libano. Sũt enim duo genera cedrorum: quia sunt cedri, quæ nascuntur in Libano quæ sunt valde proceræ & odoriferæ, quarũ odor fugat serpentes, & interficit vermes. Libanus autem vbi nascuntur, candidatio interpretatur. Aliæ sunt cedri maritimæ, quæ sunt paruæ, sed fructuosæ, quarum poma cedrina triplicem habent substantiam.

Eccl. 24

Prima est calida, media temperata, vltima frigida. Per vtranque cedrum Beata Maria significatur. Ipsa enim instar primæ cedri fugat serpentes, id est, dæmones; extinguit vermes, id est, prauas

cogitationes; & reddit candidas mentes. Similiter instar secundæ cedri fructum protulit benedictũ, scilicet Christum, in quo fuerunt tres substantiæ, scilicet deitas, anima, & caro.

Prima s. deitas, est valde calida: quia omnium vitiorum consumptiua, & omnium sanctorum cordium inflammatiua. Hebr. Deus noster ignis consumẽs est. Media, scilicet anima, fuit valde temperata, quia omnes virtutes in ea suũ medium tenuerunt, & illa nunquam declinauit ad aliquod extremum. Vltima, scilicet caro, fuit frigida: quia fuit ab omni cõcupiscentia penitus aliena.

Heb. 12

Item assimilatur cypresso. Eccl. Quasi cypressus in monte Sion. Nam cypressus dicitur esse arbor tota medicinalis, scilicet in cortice, folijs, & fructu. Quia quicquid in Virgine extitit, totum virtuosum & medicinale fuit: & cortex id est, exterior cõuersatio sancta; & folia, id est, verba suauia; & fructus, id est, opera vtilia.

Eccl. 24.

Itẽ assimilatur cinamomo Eccl. Sicut cinnamomum aromatizans odorem dedi. Nam hæc planta est sicca, calida, & aromatica. Ipsa enim Beata Virgo fuit sicca in carne per temperãtiam, & parcitatẽ, calida in anima per feruorem, & charitatẽ, & aromatizans in vtroque per mũdiciam, & puritatem.

Eccl. 24

Item assimilatur nardo. Cant. Nardus mea dedit odorem suum: quod dicit Ecclesia de beata Virgine. Quia nardus est herba modica, & calida, odorifera, & speciosa. Similiter Maria fuit modica per humilitatem cum dixit: Ecce ancilla domini &c. calida per charitatem, odorifera per puritatẽ, & spicosa per fœcunditatem. Nã spica, quã produxit ista nardus, fuit Dominus Iesus Christus. Spica enim nardi, vt dicit Dioscor. habet virtutem confortandi cerebrum, scilicet naribus applicata.

Cant. 1.

Luc. 1.

Item confortandi stomachum, quia valet contra stomachi debilitatem.

Item confortat cor, quia valet contra cordis defectum. In cerebro est sẽsus, in stomacho appetitus, sed in corde amoris affectus. Christus ergo quasi spica nardi, sensum nostrum confortauit per fidem, appetitũ excitauit per spẽ, affectum inflammauit per charitatem: docuit enim nos cognoscere diuina, appetere superna, diligere æterna: vel quia docuit nos in Deum credere, de Deo confidere, & Deum diligere.

Item nota, quod nardus, siue spica eius masticata, humorẽ linguæ desiccat.

Item surditatem auriũ sedat: & quia est incisiua, & diuisiua, vsq; ad intima penetrat, vnde & lapidem frangit. Et hoc cõpetit beatæ Mariæ, quæ suo exemplo nos docuit linguam continere, aures Deo aperire, & gladio doloris animam penetrare. Siquidem ipsa pauca & rationabilia verba dixit, aures Angelo diligenter aperuit, & tempore passionis filij sui eius animam gladius doloris pertransit. In primo docuit nos humorẽ linguæ desiccare. i. lubricitatem loquacitatis refrenare. In secundo circa Dei verba aurium cordis surditatem fugare, ne forte dicatur nobis. Aures habẽt & non audiet. Sed in tertio docuit nos gladio verbi Dei, vel dolore contritionis animam perforare, ita vt lapis, id est, vt cordis duritia frangatur.

Psa. 134.

Item assimilatur oliuæ, secundũ illud Eccl. Quasi oliua speciosa in campis.

Ecc. 14.

Primo, quia oliua in arbore, siue ligno habet soliditatem. Nam lignum oliuæ est cõpactæ soliditatis, imputribilis puritatis, & in medulla multæ humorositatis.

Nam

Nam beata Virgo fuit compacta & solida in fide, imputribilis & purissima in carne, & plena humore gratiæ in mente: secundum illud Luc. Aue gratia plena, &c.

Luc. 1.

Secundo, quia oliua habet in fronde viriditatem. Nã folia oliuæ semper virẽt: Sic folia Mariæ semper fuerunt viridia, id est, virtuosa. In omni enim verbo suo vigor virtutis apparuit, siue virtutis prudentia in inquirendo, sicut quando dixit angelo: Quomodo fiet istud, &c. siue humilitatis in consentiendo, vt cum dixit, Ecce ancilla Domini, &c. siue deuotionis in laudando, vt cum dixit: Magnificat anima mea Dominum, &c. siue dilectionis in conquerendo,

Luc 1.

Luc. 2.

vt cum dixit, Fili, quid feciſti nobis sic? siue pietatis in compatiendo, vt cum dixit, Vinum non habent, &c.

Tertio, quia oliua habet in flore suauitatem. Nã eius flores suauiter redolent. Flores Mariæ, fuerunt eius mores, qui odore honestatis plurimum redolebant. Nam tanta pollebat beata Maria morum honestate, vt solum in eius aspectu omnis ab aspiciente tentatio, sicut testatur Hieronymus, fugaretur.

Hiero.

Quarto, quia oliua habet in fructu vnctuositatem. Et nota, quod oliua quanto sunt nigriores exterius, tanto & ipsæ sunt maturiores interius, & ad exprimendum ab eis oleum sunt aptiores. Similiter fructus, id est, operationes Mariæ, quamuis essent exterius nigræ, id est, per apparentiam humiles: tamen interius vnctione deuotionis & gratiæ erant plenæ. Vnde Mariæ virginis opera fuerunt nigra per humilitatem, vt fuola per pietatem.

Quinto, quia oliua in liquore habet vtilitatem. Nam liquor oliuæ est oleum, cuius vsus est multum vtilis mortalibus. Nam oleum (vt dicit Isidorus) est in pabulum luminis, in medelam vulneris, & in refectionem esurientis. Nam in lucerna ponitur ad ignem nutriendum, languidis membris apponitur ad medelam, & cibis additur ad comedendum. Oleum ergo oliuæ, est misericordia & pietas Mariæ: Nam ipsa illuminat tenebrosos homines in Dei agnitione. Vnde mater agnitionis vocatur. Ipsa languidos curat solidando in Dei timore: Nam timor Domini expellit peccatum, quod est languor animæ. Vnde etiam ipsa dicitur mater timoris.

Isidor.

Eccl. 24.

Item ipsa etiam cibat & nutrit sibi deuotos multiplici consolatione. Vnde ipsa inuitat eos, dicens: Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & a generationibus meis implemini.

Eccl. 24.

Item beata Maria assimilatur palmæ. Canti. Statura tua assimilata est palmæ.

Cant. 7.

Primo, quia palma habet radicis profunditatem. Habet enim palma radicem in terra multum defixam. Sic beata Maria habuit radicis profunditatem, id est, cordis profundam humilitatem. Lu. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ.

Luc. 1.

Secundo, quia habet stipitis firmitatem. Est enim truncus eius miræ & imputribilis firmitatis. Sic truncus Virginis, id est, corpus Virginis, habuit imputribilem firmitatem, id est, incorruptibilem virginitatem: quia virgo ante partum, virgo in partu, & virgo post partum.

Tertio, quia palma habet virioris perpetuitatem. Nam, diuturnis vestitur foliis, sine vlla successione ea conseruans, tempore hyemis & æstatis. Similiter beata Maria virginem fidei semper tenuit, & eam nunquam amisit: non solum tempore æstatis, id est, prosperitatis, sed etiam tempore hyemis,

Digitized by Google

id est, aduersitatis, scilicet passionis, quando discipuli, & alij fideles eam perdiderunt.

Quarto, quia palma habet culminis sublimitatem, quia est arbor magnæ proceritatis & altitudinis, sed cedri altitudinem non pertingit: quia beata Virgo licet magnam habuerit altitudinem meritorum, & etiam præmiorum.

Eccl. 14. Vnde Ecclesiast. Ego in altissimis habitaui, non tamen sicut Christus: & ideo non peruenit ad altitudinem cedri, id est, Christi: Eccle. Quasi palma exaltata sum in Cades.

Eccl. 14.

Quinto, quia palma habet fructus suauitatem, scilicet dactili. Cuius fructus tanto dulcior, & sapidior esse probatur, quanto immediatius Solis radijs exponitur.

Cant. 7. Cant. Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius. Suauissimus autem fructus Mariæ virginis ille est, de quo Elisabeth ei

Luc. 1. dixit. Benedictus fructus ventris tui. Iste fructus fuit dulcissimus, & sapidissimus: quia radijs Solis, id est, diuinis splendoribus immediatè coniunctus, immo ipse est splendor gloriæ, & figura substantiæ diuinæ.

Item beata Maria assimilatur platano, Secundum illud Ecclesiastici: Quasi platanus exaltata

Eccl. 24 sum iuxta aquas.

Primo, ratione dilatationis. Est enim arbor latitudine foliorum sic dicta, eo quod patula, & ampla, & plana. Nam platos Græci vocant planum, vt dicit Isidorus. Folia autem Mariæ, fuerunt eius virtutes, quibus ornata fuit eius vita. Et hæc folia fuerunt patula per exemplum, & ampla per meritum. Et tamen plana, id est, humilia per despectum: quia quantumcunque esset gratia & virtutibus plena: tamen semper se humiliabat, & despiciebat, ac illam Dei se vocans.

Secundo, ratione complexionis quia platanus est arbor frigida, & ficca. Quia beata Maria fuit ab omni feruore auaritiæ frigida, & ab humore concupiscentiæ ficca; quia terrena toto corde despexit, & nihil in se concupiscentiæ habuit.

Tertio, ratione curationis. Nam folia platani ad curandum causas calidas, & humiditates infirmitatum sunt valde vtilia, quia humorem deficcant, & calorem temperant: reuma restringunt, & contra tumorem calidum oculorum iuuant. Nam folia Mariæ fuerunt non tantum eius exempla, sed etiam verba, quæ quandoque ardorem auaritiæ temperant, sicut quando dicit in suo cantico. Esurientes implebit, &c. quandoque vero humorem luxuriæ deficcant, sicut Luc. 1. quando dixit Angelo: Quoniam virum non cognosco: quandoque verò fluxus reumatum, id est, cogitationum coardant: nam velut reuma capitis ad inferiora fluens, est cogitatio mentis ad inferiora tendens, quam beata Virgo suo verbo & exemplo ad superiora reuocat, & restringit, dicens: Magnificat anima mea Dominum. Et exultauit spiritus meus in deo Luc. 1. salutari meo. in Deo, non in mundo.

Item contra timorem, id est, superbiam adiuuat, cum dicit: Fecit potentiam in brachio suo, &c. Ita beata Maria assimilatur virgæ.

Primo ratione nominis: quia virga dicitur à virtute. Nam virtus, quæ latet in radice se prodit in vigore virgæ. Vnde beata Virgo recte virgæ assimilatur, in qua omnis virtutis perfectio reperitur. Ecc. In me omnis spes vitæ, & Eccl. 24 virtutis. In eius etiam vigore, ac fructu refulsit omnis virtus radicis. Radix enim ex qua hæc virga est producta, fuerunt Patriarchæ, in quibus quicquid gratiæ & virtutis

tatis fuit, totum in beata Virgine eminētius apparuit. Vnde in eius natiuitate cantat Ecclesia Euangelium beati Matthæi, in quo scribuntur genealogiæ Patriarcharum. Nota etiam quōd in virga inuenitur triplex virtus, secūdum quōd virga cōponitur ex triplici substantia, scilicet cortice, ligno, & medulla. Mediante ergo medulla nutritur, mediāte ligno sursum erigitur, & mediante cortice contra omnes exteriores iniurias defensatur. In beata igitur Virgine tanquā medulla nutriens fuit eius interior gratia, de qua Angelus dixit ei. Luc. Aue gratia plena. Sed lignum erigens; contemplatio assidua. Cant. Quæ est ista, quæ ascendit quasi virgula, &c. Et nota, quōd virgula ex quo ascendit, semper sursum tendit, & suam summitatē versus cęlum dirigit: & quanto à terra recedit, & sursum tendit, tāto semper subtilior fit. Similiter beata Virgo sursum tendebat intentione, & affectione. Vnde Odilio eiusdem in quodā sermone: Vnum quippe scimus pro certo, quod omnis Mariæ vita & actio semper fuit in Dño.

Matt. 1.

Luc. 1.

Cant. 3.

Item summitatē, id est, mentem ad cælū dirigebat, scilicet in oratione, & contemplatione: & quātō à terra per despectionem recedebat, tanto subtilior in contemplando erat. Tanquā contra defensās exterius, fuit in beata Virgine diligēs sui custodia: propter quā Cant. Vocatur hortus cōclusus. Igitur ipsa fuit, vt virga virtuosa, de qua psal. Virgam virtutis tuę emittet Dominus ex Sion.

Cant. 4.

Psal. 109

Secundo, assimilatur virgæ ratione germinis. Nascitur enim siue germinatur ex virga flos; & flos ipse de virga egrediens, virgā nō violat, sed fœcundat. Virga enim nō accipit fœcunditatis gratiā, nec germinandi potentiā ex aliqua seminis commixtione, sed solū à calore Solis, & cęlesti rore. Similiter ex virga nostra. i. Virgine Beata egressus est flos, Christus, incarnado, & nascendo sine vteri eius aliqua violatione. Vnde sic est fœcundata, quōd tamē non violata. Nam & ante partum virgo extitit & post partum virgo permāsit. Neque enim ex materiali semine habuit generandi potentiā: sed ex rore cælestis gratiæ, & ex Solis calore. i. Spiritus sancti opere. Luc. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Isa. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascēdet, & requiescet super eum Spiritus Domini.

Luc. 1.

Isa. 11.

Tertio, assimilatur virgę ratione culminis. Vtūtur enim virga præcipuè, qui sunt positi in culmine dignitatis, vel alicuius officij, sicut reges, & domini. Vnde nota, quod vsus virgæ est quadruplex.

Primo ad dominij ostēsionē: & sic virga vtuntur reges, & principes. Et hoc modo beata Maria dicitur virga, quia data est nobis, tā quā domina, et regina. Es ideo Maria interpretatur dominatrix. Ps. Virga directionis, virga regni tui.

Psal. 44.

Secūdo ad defensionē, siue percussionē, & sic vtūtur virga bellatores. Et hoc modo beata Virgo data est nobis ad percutiēdum, & repellendum hostes spirituales, i. dæmones. Nū Consurget virga de Israel, & percutiet Duces Moab.

Nu. 24.

Tertio ad regimen, & directionem, sicut vtuntur pastores, Sic deus per Beatam Virginē nos dirigit, & ad pascua vitæ perducit, Mich. Pasce populum tuū in virga tua, vt sit verbum patris ad filiū, in virga tua, id est, in Virgine.

Mich. 5.

Quarto, ad sustentationē, sicut vtūtur virga, siue baculo infirmi, & debiles. Sic similiter etiā Beata Virgo data est ad fulcimentum. Psalm. Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Ipsa enim est

Psal. 22.

est, vt virga ad expellendum dæmones. Ipsa quoque est, vt baculus ad sustentandum mæstos, & debiles.

Item assimilatur viti.

Primo, in radice. Nam vitis, vt fructificet bonum liquorem, debet esse plantata & radicata in loco vbi sit calor Solis, puritas aëris, & dulcedo humoris. Calor enim Solis viti necessarius est: quia quanto diuturnius, & diuturnius respicit Solem, tanto exhibet fructum dulciorem.

Item vitis dicitur diligere aërem purum, & clarum, & odire nebulosum.

Item dulcem, & non amarum diligit terram. Vnde in collibus bene altis Soli expositis, ratione dulcis humoris, & fortis caloris vineis locus aptus existit. In cuiusmodi loco hæc nostra vitis, id est, beata virgo Maria habet radicem cordis, scilicet in feruore charitatis, in nitore puritatis, & in dulcore benignitatis. Ipsa enim habuit feruorem charitatis in mente, nitorem puritatis in carne, & dulcorem benignitatis in conuersatione.

Secundo fuit similis viti in stipite. Stipes enim, siue lignum vitis, inter arbores crescit multum. Vnde super domos, & arbores, & circa villas circumduci potest. Sic beata Virgo super omnes Sanctos & Sanctas magis creuit in merito, & gratia cumulo. Prou. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu autem supergressa es vniuersas.

Pro. 31.

Tertio, fuit similis viti in palmite. Palmes enim vitis, est natura flexibilis. Et illud, quod apprehendit, quibusdam capreolis, quasi quibusdam brachiis constringit, quorum adminiculo in alta se erigit, & à ventis, & à pluuiis tutus consistit. Sic animus etiam beatæ Virginis, fuit per fidem ad consentiendum flexibilis, cum dixit Angelo, Ecce ancilla Domini &c.

Item Christum filium suum nō solū brachiis carnis dulciter strinxit, & tenuit, sed etiam brachiis animæ, scilicet intellectu per fidē, & affectu per charitatē, ita quod Christum nunquā dimisit, Cant. Tenui illum, nec dimittam. Vnde nec vento persecutionis, nec pluuia tentationis ab eius fide & dilectione recessit.

Luc. 1.

Cant. 1.

Quarto est similis viti in fronde. Frondes enim, siue folia vitis vulnera mundant, & ipsa mundata sanant. Sunt igitur, sicut folia vitis, verba beatæ virginis, quæ vulnera vitiorum mundat, & sanant. Nam, vt iam supra tactum est, mūdare volens vulnus superbiæ, dixit: Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Sed vulnus auaritiæ volens curare, ait dicens: Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit.

Luc. 1.

Item, vt mundaret vulnus luxuriæ, dixit: Quoniam virum nō cognosco, & sic de aliis.

Quinto, fuit similis viti in flore. In æstate enim vitis flos, & odor florentis vitis, omne venenosum expellit. Vnde fugiunt serpentes, dum vinea floret. Tanquam igitur flores vitis, fuerūt mores beatæ Mariæ qui tanti odoris, id est, tantæ honestatis fuerunt, quod omnes serpentes, id est, venenosas tentationes à cordibus aspicientiū effugabāt. Dicitur enim, quod eius facies tanta pudicitia & sanctitate pollebat, vt quisquis eam tentatus aspiceret, mox omnis ab ipso tentatio fugaretur. Ecclesiastici: Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris, & flores mei, fructus honoris & honestatis.

Eccl. 24.

Sexto, assimilatur viti in liquore. Habetur enim ex vite primo liquor aquæ, quia vite putata, & abscissa, exit ad modū lachrymæ. Nam cum vitis vulneratur tempore

pore veris, lachrymã de se emittit. Fuit autẽ beata Virgo in passione filij vulnerata, quãdo suam ipsius animam gladius pertransiuit, & tunc lachrymas emisit, quæ tantæ fuerunt, quod ad compassionem filium suũ inclinauerunt. Vnde eam ex compassione discipulo commẽdauit, dicens in cruce: Fili ecce mater tua.

Ioan. 19 Item ex vite habetur liquor vini: qui cum sobrietate sumptus, plus corpora omni liquore confortat, cor lætificat, morbos euacuat, & nutrimentũ corpori præstat. Quæ omnia beata Maria suis facit deuotis, quia confortat deficientes, lætificat mærentes, curat languentes, & nutrit deuotos & feruentes.

Item beata virgo Maria assimilatur balsamo. Eccle. Sicut cinamomum, & balsamum, &c. sicut dicit glosa super illud Cant. Botrus Cypri, dilectus meus mihi, &c. Olim balsamum Engadi nascebatur, & instar vineæ colebatur, scilicet in duobus regiis ortis, quorum maior viginti iugerum erat. Sed sicut legitur in quadam historia, Cleopatra Regina illas vites in Aegyptum transtulit, & in quodam campo, iuxta septem fontes illas plantauit, in quorum fontium vna Virgo, dum in Aegyptum fugeret, dicitur puerum balneasse. Vnde dicuntur illæ vites non ferre fructum, nisi à Christianis solummodo excolantur. Sicut dicit glossa super verbo præallegato, etiam omnia, quæ in balsamo sunt, virtuosa sunt. Per lignũ nanque intelligitur eius corpus virgineum, per corticem eius cõuersatio exterior, per semen eius anima benedicta in terra munda, id est, in carne virginea seminata: per liquorem vero, qui dicitur opobalsamũ, intelligitur eius filius preciosus: quæ omnia plena fuerunt cælesti virtute, & odore. Eccle. Quasi balsamum non mixtum odor meus. Eccl. 24

Eccl. 34

Cant. 3.

Martyrum excellentia qualis, martyrijq; perfectio, in viris ac mulieribus Palma exemplis posse reperiri asseritur.

Cap. XXXVIII.

MArtyres assimilantur palmis.

Primo propter signũ: quia palma est signum victoriæ. Est enim arbor victorialis sic dicta: quia manus victorum se palmis ornabant: vel quia similis est in foliis palmæ manus. Vnde recte pertinent ad martyres, qui fuerunt gloriosissimi victores. Apoc. Palmæ in manibus eorum. Palmas etiam manuum suarum frequentissime & largissime ad pauperes extenderunt, sicut patet de beato Laurentio, & multis aliis. Prou. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Apo. 1. Prou. 31

Secundo, propter fructum: refert enim palma suauissimos fructus, quos appellant dactylos, sic dictos, quasi ad similitudinẽ digitorum manus hominis, qui sunt saporis dulcissimi, & purissimi. Vnde significant merita Martyrum, ex pugna variorum tormentorũ acquisita, de quibus in Psal. Qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Manus ecclesiæ pugnantis fuerũt sancti Martyres, in quibus fuerũt diuersi digiti, id est, diuersorum suppliciorum modi, quibus diuersas victorias, & gloriosas cosecuti sunt coronas. Psal. 89.

Tertio, propter sexũ: sunt enim palmæ & mares, & fœminæ, de quibus dicit Arist. quod fœmina non fructificat sine masculo, nisi sit ita propinqua, vt mediante vento saltem odore masculi perfundatur. Quandoque vero ex coniunctis simul seminibus eorũ masculus simul & fœmina generantur, qui tãdem sibi mutuo cohærentes, quasi ad modũ retium Ari. de plan.

mire

miro naturæ artificio se connectunt. In hoc autem significatur, quod ad martyrij palmam & gloriam, non tantum viri, sed etiam fœminæ peruenerunt. Sed tamen ipsę fœminę ad tantam fortitudinem, & constãtiam minimę peruenissent, nisi fragilitati fœminæ virilem & masculinum animum coniunxissent, & sicut dicitur Macha. De illa sancta matre septem
2. Mac. 7. fratrum Machabæorum, quod repleta sapientia, & fœmineæ cogitationi masculinum inserens animum, dixit ad eos: Nescio qualiter in vtero meo, &c.

Misericordia vis, eiusque opera qualia esse debeant ex variis olei virtutibus lucide dignoscitur.

Cap. XXXIX.

Misericordia assimilatur oleo tripliciter. Nam primo assimilatur olei expressioni. Primo quidẽ, quia quanto oleum de torculari egreditur, & exprimitur citius, tanto iudicatur melius.

Item tanto nobilius, quanto recentius, quia per vetustatem vitiatur, vt dicit Plin. In quibus duobus significatur, quod opus misericordiæ scilicet eleemosynæ, requirit celeritatem dationis. Tempore enim indigentiæ tanto eleemosyna melior efficitur, quanto indigẽti citius porrigitur: & quasi recens oleum, est acceleratũ donum, sed quasi antiquum oleum, est diu detentum datum: vel illud quod datur frequentius postulatum, quod non ita iudicatur gratum, & acceptum.

Pli. Item secundo, vt idem Plini. dicit, melius in torcularibus oleum eliquatur, si oliua prius aqua calida perfundatur. Ex quo accipitur, quod in opere misericordiæ, scilicet in eleemosyna, debet pręcedere affectuositas cõpassionis: quia quasi aqua calida est cordis compassio feruida: quæ tunc oliuę, id est, eleemosynę cum magna compassione datur.

Item tertio, oleum tanto pinguius & suauius est, quãto cũ terrestritate admiscetur minus. Ex quo accipitur, quod in misericordiæ opere, siue eleemosyna, requiritur puritas intentionis, vt non admisceatur intentio terrena, scilicet, vt nõ detur eleemosyna intuitu alicuius terrenæ retributionis. Vnde eleemosyna, tanto est pinguior, id est, cælesti merito plenior, & Deo suauior, quanto est à terrena intẽtione remotior. Matt. Matt. 5.
Te autem faciente eleemosynã, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. Nam per dextram cęlestis intentio, per sinistram vero terrena significatur intentio.

Secundo assimilatur eleemosyna olei effusioni, quia cum oleum effunditur, quietè, & nõ cum sonitu cadit, sicut aqua, vel vinum, & hoc ratione aërię leuitatis, propter quam etiam omni liquori superfertur, & subesse aliis dedignatur. In hoc autem instruimur, quod opera misericordiæ, scilicet eleemosynæ fieri debent nõ cum sonitu vanæ ostensionis, sed cum silentio humilis intẽtionis. Vndę Matt. Cùm facis eleemosynã, noli tuba canere ante te. Matt. 9.
Quod autem oleum superfertur omnibus liquoribus, ostendit, quòd sicut dicit Aposto. pietas ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ: quasi pietas, seu misericordia quandam potestatem, & excellentiam habeat in omnibus bonis, scilicet præsentibus, & futuris. Vel refertur hoc ad misericordias Dei: quia miserationes eius super omnia opera eius. 1. Thi. 4

Tertio, misericordia assimilatur olei operationi: habet enim oleum multiplicẽ operationem. Nam oleum contractos relaxat. Quasi contracti se iuuare nõ valentes Psal. 144

lentes sunt existentes in purgatorio: sed opera misericordię per eis hic facta, eos relaxant, & libertant à pœna.

Item oleum apostemata dura mollificat. Quasi enim dura apostemata corda sunt in peccato indurata, quæ tamen assiduitate eleemosynarum emolliuntur, & ad pœnitentiam disponuntur.

Item oleum corpora lassa confortat: quia eleemosyna confortat corpus recipientis, & animam dantis, & etiam impugnantis diaboli vires prohibet.

Item oleum purum ferrum politum à rubedine seruat, & si fuerit corruptum & aquosum, cum fœce mixtum ipsum corrumpit, vt Plinius dicit: Similiter eleemosyna cum pura intentione facta, animæ munditiam conseruat. Vnde Luc. 2. Dominus dixit Iudæis. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Sed si fiat eleemosyna cum intentione corrupta, vel cum fœce peccati: puta de rapina vel simonia, vel huiusmodi: tunc amplius fœdat, & corrumpit. Aug. de ver. do. mi. Augustin. De iustis laboribus facite eleemosynas. Non enim corruptos estis iudicem Christum, vt non vos audiat cum pauperibus, quibus tollitis. Nolite velle eleemosynas facere de fœnore, & vsuris.

Varij mortis, morientiumque effectus, per similitudines colloquintidæ significatos describuntur. Cap. XL.

MOrs hominis assimilatur colloquintidę, quę est agrestis cucurbita.

Primo ratione amaritudinis. Est enim hæc herba amara, immo quasi amarior omni herba, & simpliciter amarissima. Similiter mors est per sui memoriam amara diuiti & auaro. Eccl. O mors, Eccl. 41. quam amara est memoria tua, huiusmodi diuiti.

Item est amarior per sui experientiam huiusmodi homini. Eccles. Inueni amariorem morte mulierem. Hæc mulier est voluptas Eccl. 7. carnis, quæ mortem amariorem reddit. & si ducit hominem ad mortem gehennæ, est amarior morte naturæ.

Item mors est amarissima propter consequentiam homini superbo, & impio cui sequitur durius iudicium, & terribilior occursus dæmonum, & profundior vocatio pœnarum. Deut. Denouabunt eos Deu. 32 aues morsu amarissimo. Hic morsus est mors, quæ partem tollit, scilicet animam, & partem in terram dimittit. s. cadauer, sicut mordet pomum. Ratione ergo amaritudinis maximè mors assimilatur colloquintidæ. Vnde Reg. Phij Prophetarum propter colloquintidas missas in ollam, cùm gustassent, et cibum amarissimum inuenissent, clamauerunt ad Eliseum: Mors in olla vir Dei. 4. Reg. 4

Secùdo ratione latitudinis: quia colloquintida, quasi ad modum vitis, iuxta terram ramos expandit. Vnde Reg. dicitur, quod egressus est vnus in agrum vt colligeret herbas agrestes, inuenitque vitē agrestem, & collegit ex ea colloquintidas. Rami colloquintidæ, sunt vires mortis, siue modi moriendi, quos ita super terram expandit, vt nullus eam effugere possit. Omnes enim morimur, & quasi aqua in terram, &c. 2. Reg. 14. 4. Reg. 4

Tertio ratione solitudinis, quia sicut dicit Dioscor. si herba hæc inuenitur sola, venenosa est, & mortifera, sicut cepa marina, sed cum multis inuenta, nō ita per omnia est nociua, eius autem medulla in medicina est optima. Manifestū est autē quod si homo moriēs solus sine socio esset, & corporaliter male moreretur, & multo magis male moritur, cuius mortē debita consortia non comitantur. Si enim mors sit sola, vt non comitetur eam

eam vel pura conscientia, vel vera pœnitentia, & alia etiam debita Ecclesiæ sacramenta; mors vertitur homini in deterius, quam venenum, scilicet in æternum supplicium. Sed si hæc morienti assistant, mortis malitiam mitigant, vt animam lastem non perdat. Colloquintidæ autem medulla, est ipsius mortis memoria, seu meditatio intima, quę viuenti homini plurimum est proficua. Eccles. Memorare nouissima tua, & in ęternum non peccabis.

Eccl. 7.

Quarto mors hominis assimilatur colloquintidæ, ratione bonitatis, quia illa colloquintida est bona & laudabilis quæ est alba, & cui sunt semina secundum Macrum, bene inserta. Sed parum est attendenda, quę enim concutitur, multum sonat. Similiter mors est melior & laudabilior quæ est albior, id est mundior & clarior, in qua ipse moriens purior, & mundior recedit, & cui semina bonorum operum sunt magis inserta, Apoc. Opera enim illorũ sequuntur illos: Illorum autem mors, in quorum obitu vel sepultura multæ campanæ, vel voces resonant, parum est attendenda: quia perijt memoria eorum cum sonitu.

Macrum.

Apo. 14

Quinto, ratione valetudinis & virtutis: quia colloquintida valet ad multa. Nam ab amaritudine habet virtutem dissoluendi, & cõsumendi, & subtilitate substantiæ diuidendi, & multas alias habet virtutes. Similiter ipsa mors dissoluit naturalem colligationem, scilicet animę & corporis, & consumit corporalem perfectionem, siue fortitudinis, siue pulchritudinis, siue valetudinis.

Item diuidit, id est, separat ab homine temporalem possessionẽ, siue possideat honores, siue amicos, siue diuitias, siue delitias: omnia ab eo in morte diuiduntur, & separantur. Psalm. Homo cum interierit, nõ sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius.

Psal. 48.

Mundo mortuos, & in humilitate fundatos tribulationes minimè formidare, Pini exemplo asseritur.

Cap. XLI.

Mortuus mundo, & in humilitate fundatus, tribulationes, & aduersitates non metuit, quia ei non nocent, cuius exemplum apparet in pino. Nam pinus sub terra profundè coopertus, etiam si aqua sit mersus, in duritiem conuertitur, & immunis à corruptione seruatur. Sed si super terram ponitur, & pluuiæ exponitur, cito corrumpitur. Ille ergo est sub terra profundatus, qui est omnino mundo mortuus, quia mortui sub terra absconduntur. Apo. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita, &c. Talis est, qui corde, & profundè humilis, vt non curet esse abiectus. Talis, inquam in quandam duritiam versus, aquam tribulationis non timet, quantumcunque sit in ipsa immersus, sed ab omni corruptione peccati manet penitus illæsus. Sed ille, qui super terram exaltari quærit, à pluuia tribulationis superueniente faciliter corrumpitur, & deficit. Et ideo Isa. consulit dicens: Ingredere petram, id est, Christum, & abscondere in fossa humo, id est, profunda humilitate, mundo morere.

Col. 3.

Isa. 2.

Quemadmodum bona opera sint, agenda, vt meritum potiantur, ex quam plurimis tum seminis, tum etiam germinis, bonorumq; fructuum exemplis, & perfectionibus, subtiliter edocetur.

Cap. XLII.

Opera bona non sunt ostendenda, sed potius occultanda. Nam semina, quæ non sunt operta humo, tollunt aues, & comedunt. Sic diabolus tollit bona opera. Luc. Aues cæli comederunt illud, scilicet semen, quod cecidit

Luc. 8.

cecidit in via. Gregor. Depredari desiderat, qui thesaurum publicè in via portat. Isid. Occulta quod agis, inquantum vales: quod ex toto non vales, sit in animo occultandi voluntas, & non erit de ostentatione vlla temeritas, notandum etiam, quod opera humilia tunc præcipue efficiuntur vtilia, quando sunt feruenter & affectuosè facta. Quod apparet in seminibus milij. Nam milij semina, licet sint valde minuta, & de se parum nutritiua, quia frigida sunt & sicca, assata tamē, & igne calefacta, torsionem ventris sedant. Quasi ergo milium assatū, & igne calefactum, est opus humile cum feruore & deuotione factum: quod fugat torsionem ventris: quia expellit tristitiā, siue accidiam nostræ mentis.

Isid. de confl. vi

Item sunt hominum bona opera velut quædam plantarū germina. Primo ratione continentiæ, quia germen plantæ multum calorem & humorem continet in se. Vnde secundum Isido. germen est prægnans surculus, à gignēdo, vel a gerendo dictus. Continet enim germen in se tria inuicem coniuncta: quia est in eo humor nutrimentalis, & humor seminalis, & viget in eo calor naturalis. Quasi enim humor nutrimentalis, est deuotio fidei: quia iustus ex fide viuit, sicut planta, vel germen viuit ex nutrimento humoris. Sed quasi humor seminalis, est motus spei, quia ille qui seminat, seminat in spe fructus, & alias semen non proijceret. Sed quasi calor naturalis, est charitas. Vbi ergo sunt ista tria, scilicet fidei vigor, spes præmij, feruor amoris, sequitur germinatio fœcunda boni operis. Vel nota, quod humor nutrimentalis, est lachryma pœnitentis, secundum illud Psalm. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte.

Heb. 10.

Pſal 41.

mor autem seminalis, est gratia, de qua Io Semen ipsius in eo manet. i gratia, vt exponit glossa, sed quasi calor naturalis, est charitas. Et vbi concurrunt ista tria, scilicet diuina gratia, compūctio lachrymosa, & charitas feruida, copiosa sequuntur & fœcunda pœnitentiæ germina.

1. Io. 3.

Secundo, opera bona sunt velut plantarum germina ratione cōsequentię. Sunt enim in germinātibus plura, sed successiue consequentia. Prima enim est radix, ex qua erumpit ipsum germen, ex germine stipes, ex stipite flos, ex flore fructus. Radix ergo gratia, germē est virtus, præcipuè charitatis, stipes est intentio finis, flos actus, fructus meritum operis. Igitur ex radice gratiæ procedūt germina virtutū, & ex germine charitatis procedit stipes rectę intentionis, & ex rectitudine intentionis procedit flos, id est, puritas & suauitas operis, & ex opere puro prouenit mercedis pulchritudo. Eccles. Operamini opus vim ante tempus, & dabit vobis mercedē vestram in tempore suo.

Eccl. 51

Tertio ratione perseuerantiæ, & continuitatis, & profectus bene operādi, qui est ex gratia Dei. Nam calor cælestis penetrans ad medullā radicis, partes liquidiores, & vnctuosiores, & puriores, superius ad se trahit, easque coagulat, & coniungit, & coagulatas per terrę poros inducit, & in substantiam germinum eas conuertere non desistit. Similiter gratia cælestis penetrans ad medullam cordis, cogitationes & affectiones liquidiores, id est, magis compunctas ad flendum, & vnctuosiores, id est, magis deuotas ad inflammandum, & puriores ad exequendum, trahit superius ad Deum, & coagulat, & coniungit eas coagulo & vinculo charitatis, scilicet dum disponit homi-

Digitized by Google

suas bonas cogitationes, siue affectiones implere propter amorem Dei, & vtilitatem proximi; & sic eas per poros terræ, id est, per sensus, vel membra corporis indueit, & in substantiam germinum non desistit conuertere, dum eas opere perficere perseueranter nō desinit. Nam, quia non cessat attractionis humoris continuatio in radice, non cessat augmentum in germine, quousque ad debitū peruenit, id est, ad perfectam quietem beatitudinis æternæ.

Quarto, ratione redundantiæ. Nā confortato calore in medulla incluso, radicis humorem attrahit necessarium sibi radix ex virtute ipsius caloris. Quod autem de humore necessarium non existit, à se exterius repellit: quod autem ex calore incluso superfluum leuatur, in materiā germinis trāsmittitur. Sic ex calore charitatis incluso in corde, homo de bonis quæ habet, humorem, i. nutrimētum corporis sibi necessariū sumit: quod vero necessarium non est, sed superfluum, ad nutritiones exteriorum germinum, id est, pauperum per pias eleemosynas mittit: quod pertinet ad redundātiā pietatis, & charitatis. De qua Luc. 10. dicitur Luc. Quod superest, date eleemosynam.

Quinto, ratione custodiæ: quia germē primo emittit frōdes minuto se nectentes, quod natura facit innati caloris ad cōtuitionem germinis. Nam cū tenera sit eius substātia, ab aëre frigido facile lædituri, nisi tutela frondiū muniatur. Aliter autē non solū à frigore sed à grādine, & à vento, & à noxio rore siccaretur faciliter. Sic germen boni operis vastaretur faciliter, siue à frigore accidiæ, siue à grandine superbiæ, siue à vento vanæ gloriæ, siue à noxio rore fraudis & deceptionis diabolicæ, nisi debitis circūstātijs vndique vestiretur, & cautelis & custodijs vndique muniretur.

Sexto, ratione efficaciæ, nā quāuis germen sit modicę quātitatis est tamen maximę virtutis: nā virtus radicis transit in substantiam germinis: & ideo herbæ quādiu sunt in germine, & viget in eis humor transfusus à radice, maximē cōueniūt medicinę. Similiter quamuis opera, quę sancti viri faciūr, videātur eis modica propter humilitatem, tamen maximę virtutis sunt apud alios per exēplū, & apud Deū per meritū: nā virtus radicis, i. charitatis, de qua dicit Apostol. In charitate radicati, & Ephe. 3. fundati trāsit in substātiā germinis. i. in solidātatem, & bonitatem operis Et propter hoc huiusmodi opera, quādiu manet in ipsis humor deuotionis & affectionis, transfusus, sa radice charitatis, medicinalia fiunt, non solum ipsi operanti, quem perunguat, sed etiam peccatori intuenti, quem ad iustitiam prouocant.

Item opera bona assimilantur fructibus bonis.

Primō, ratione generationis: generatur .n. fructus ex humore arboris, & calore Solis: & generatur fructus bonus ex nobiliore humore, qui sit in arbore. Similiter opera bona ex timore, & amore generātur: nam timor ad bene operādū solicitat. Ecc. Qui timet Eccl. 15 Deū, faciet bona. Et præcipue timor reuerentiæ, siue filialis, quia iste est nobilior timor qui possit esse in homine. Amor vero ad bene operādū fructificat, ita vt nūquam sit otiosus, sicut Gre. dicit. Secūdo, ratione defensionis; quia fructus generatus coopereulo foliorū defenditur. Hōc coopereulū est humilitas, quæ bonorum operum fructū interdū abscondendo cōseruat, propter quod Dñs dixit Matt. 6 Attendite ne iustitiā vestrā faciatis cōrā hominibus, vt videamini ab eis,

eis. Nota etiam, q fructus omnes generaliter in loco sicco melius conseruãtur, & in humido citius corrũpuntur. Similiter in humido. i. in mollitie delitiarum bona opera corrũpuntur, dum homines in delitiis resoluũtur, & carnales efficiuntur: in sicco vero abstinẽtiæ melius conseruantur.

Tertio, ratione maturationis, maturatio enim fructus à calore est, nã calore exteriore interioẽ cõfortante, & humorẽ terreũ dissoluẽte & dirigẽte, fructus crudi fiũt maturi. Sic calor amoris interioris animę, cõfortatus ab exteriori calore, vel alicuius verbi audiri, vel alicuius exẽpli visi, vel alicuius huiusmodi taliũ, dissoluto, siue expulsõ timore, vel amore terreno, producit fructus operum ad maturitatẽ. i. ad cõplemẽtũ. Et nota, quod illi fructus citius maturescunt, qui altius in ramorum summitatibus crescũt, eo quod radiis solis directius se opponũt. Summitates. n. ramorũ, sunt affectiones cõtẽplatiuorũ, qui quãto solis calore i. Christi amore directius accenduntur, tanto bona opera solicitius & perfectius operãtur. Itẽ nota, quod signũ maturitatis fructuũ est, mutatio coloris viridis in pallidũ, vel rubeum, & mutatio saporis insipidi, vel amari in dulcẽ, & gustui suauem. Ipse etiã tactus dilcernit aliquãdo inter fructus, & illũ iudicat maturũ quẽ digitis cõpressum cedere inuenit, & qui mollẽ se esse ostẽdit, vt dicit Isaac in dictis particularibus. Isaac. Ex quibus colligitur, quod illi fructus maturi sunt. i. opera cõpleta, & perfecta, quæ sunt pallida i eũ timore facta. Iob. Verebar omnia opera mea. Item, quæ sunt rubea. i. cũ amoris feruore. Itẽ, quæ sunt sapida, & dulcia, i. cũ deuotione, & delectatione, nõ cum accidia, & aggrauatione. Itẽ, quæ sunt mitia, siue mollia, i. cum mansuetudine facta. Eccl. in mãsuetudine opera tua perfice. Et nota (prout dicit Isaac ibidem) quod fructus dulces sunt in quatuor qualitatibus alios excedẽtes. Sũt. n. tẽperatiores, caliciores, suauiores, & nutribiliores. Ex quibus colligo, quod opera naturę tanto sunt Deo dulciora, quanto sunt magis temperata per discretionẽ, calida per dilectionem, suauia per deuotionem, & nutribilia per cõfortationem. Eccl. 36. Iob. 9.

Quarto, opera bona assimilãtur fructibus ratione multiplicationis: nã quædã plãtæ paucos, quædam vero multos fructus faciunt. Et ista etiã multitudo diuersificatur: quia quædã fructificãt tantũ semel in anno, quædam vero pluries, sed nõ maturantur fructus vltimi, sed remanẽt crudi, eo quod vicinitate frigoris hyemalis, calor ad digerendum nõ sufficit. Vndẽ semel fructificare perfectę magis vtile est, & consonũ plus naturæ.

Item quædã arbores sunt fertiles omni anno per multa tempora, propter abundantiã caloris, & vnctuosi humoris, sicut ficus. Et quædam fructificãt vno, & quiescũt alio, vt oliua: Cuius ratio est, quia in anno quietis priſtinũ humorẽ perditũ reparant, quem in anno fructificationis perdiderũt, & sic ad fructificandũ se renouãt, vt tẽpore quietis, & suæ refectionis multos producant ramos & folia, licet modicũ fructũ. Quod ergo quædã plantę paucos, quędã multos fructus faciunt; signat, quod quidã homines multa bona opera faciũt, & multa merita acquirunt, quidã vero pauca: quod vero quædam pluries in anno, sed imperfectiores, quædam vero semel in anno tantũ, sed perfectiores fructus producunt; signat, quod melius est facere opera pauciora, sed perfectiora, quã plura, & defectiua, præcipuẽ & defectus

sit in fine operis, sicut est in fructibus vltimis, qui non maturantur. Quod autem quædam aliquo tempore fructificant, & aliquo tempore quiescũt à fructificatione; signat quod quies, & intermissio laboris continui, nec non recreatio moderata ab operibus præcipue exterioribus, est vtilis & necessaria, sed quod plantæ etiam tempore quo quiescunt à fructu, nõ sunt propterea omnino ociosæ, quia producunt ramos & folia; significat, quod requies sanctorum virorum ab exterioribus & corporalibus operibus non est propter hoc ociosa à spiritualibus operibus. Vacat igitur in eorum operibus corpus, sed non est animus ociosus. Vnde Sen. dicit, Non semper in actu sis, sed interdum animo tuo requiẽ dato. Sed ipsa requies plena sit sapientia, & bonis cogitationibus.

Sen.

Item quædam arbores sunt in iuuentute fæcundiores, eo quod plus abundant in caliditate, & siccitate. Quædam vero sunt magis fœcundæ in senectute quã in iuuentute: quia dum in iuuẽtute nimis abundant in humiditate, calor naturalis non potest eam digerere, sed in senectute minorata humiditate fit bene digestibilis per calorem, & hoc in amigdalis & pyris patet, sicut exẽplificat Arist. Sic & quidã homines ad litteram in iuuenili ætate meliores sunt, & bona opera plura faciunt, quàm in senectute: quidã vero econuerso. Vel in iuuentute id est, in principio conuersionis, quidam feruentiores, & in bonis operibus solicitiores sunt, quam in senectute, id est, in progessu, & consummatione: quidam autem econuerso, quia in principio debiliores, in fine vero fortiores sunt. Item nota, quod vna plãta iuuat aliam ad fructificandum si sit ei vicina, sicut syluestres, vt dicit. Arist. iuuãt hortẽses, si eis ex opposito complantentur. Similiter malogranatæ oliuis conferunt, si plantẽtur cum eis, eo quod abundant in calore naturæ oliuarum conueniente. Ex hoc autẽ instruimur, quod vnus homo debet iuuare alium sibi proximum in bene operando, quod vtile est consociare, & vicinare se bonis, siue viris spiritualibus, & contẽplatiuis, qui designantur per arbores syluestres, siue actiuis qui designãtur in malogranatis. Itẽ dicit Ari. quod arbores quę fructificãt omni anno, fiunt cito senes, & quæ nimiũ faciunt fructũ cito desiccãtur, eo quod humor, qui deberet nutrire plantã, trãsit in fructum. In quo ostenditur, quod nimia exercitatio & lassitudo in exterioribus laboribus, est aliquando causa debilitatis, non tantum corporis, sed spiritus, & quandoque inducit accidiam, quæ desiccat humiditatem deuotionis æternæ.

Arist. in veg.

Quantũ pœnitentia opera ritè confecta proficiant, per arborum fructus, præcipuéque oliuarum, similitudine perspicue declaratur.

Cap. XLIII.

OPera pœnitentium assimilãtur fructibus arborum.

Primo, quo ad fructuum productionem. Producuntur enim & nascuntur fructus ex arboribus quibusdam retinaculis alligati, & huiusmodi retinaculo mediante, fructus natus arbori adhæret, sicut fœtus per vmbilicum cum matrice se tenet: & hoc retinaculum primo est debile & laxum, vnde tunc de facili fructus excutitur si fortioris venti impulsu feriatur: sed paulatim calore humorem desiccante, retinaculum primo debile induratur. Vnde tunc fructus de facili non vincitur. Hoc retinaculum, quo mediante fructus, id est, meritum boni

Digitized by Google

boni operis, ab arbore, id est, à pœnitente retinetur, est amor charitatis, sine quo nec meritorū opus agitur, nec etiam facti operis meritum retinetur: Vnde charitate perdita omnia cum ea pereduntur præteritorum operū merita. Hoc ergo amoris retinaculum in principio pœnitentiæ adhuc est laxum & debile, quia scilicet imperfectum: quia timorem seruilem habet admixtum, & ideo à vento fortioris tētationis nondum pœnitentiæ, & religionis facilitèr frangūtur. Et ideo cōsanguineis, vel occasionibus peccatorum, seu tentationū non sunt facilitèr exponendi, sed diligenter custodiēdi, postmodū autem calore charitatis proficiente, & humorem timoris mollitiē desiccante i. depellente, (etenim perfecta charitas foras mittit timorem) fortificantur, & solidantur.

Secundo, quo ad fructū colorationem, Sunt. n. fructus diuersorū colorū, scilicet quidam albi, quidam nigri, quidā rubei. Nam secundum Arist. ex humore frigido terrestri & melācolico nigrescunt, ex humido & frigido albescunt, ex calido rubescunt, vt dicit Albumasar. Talia debēt esse opera pœnitentiū, s. nigra per tristitię obscuritatem, alba per conscięntię puritatem, rubea per charitatis feruid tatē. Vel fructus albi sunt opera innocentium, nigra vero opera peccantium, rubea opera pœnitentiū, qui de culpa perpetrata erubescunt.

Arist. de veg.

Tertio, quo ad fructuum nutritionem: licet enim generaliter dicat Galenus, quod herbæ, & fructus parum nutriunt, tamen specialiter quidam sunt fructus qui minus nutriunt, quam alij. Nam quemadmodum experientia docet, & auctores tradunt, plantæ aromaticæ, siue medicinales, ad vescendum sunt minus delectabiles, & ad digerendum fructibus aliis duriores: & hoc propter vehementem coagulationē per calorem agentem in humiditatem. Vnde secundum Arist. fructus tales non sunt multum nutribiles. Vnde etiā dicit Albumasar, quod planta quanto magis est medicinalis, tanto minus nutrit. Plantæ igitur medicinales, sunt pœnitentiæ partes, scilicet contritio, cōfessio, & satisfactio, quibus animarū nostrarum morbi curantur, horū fructus, i. opera, & præcipue satisfactionis, non sunt delectabilia, neque facilia, sed dura & difficilia ad faciendum. Vnde plus ordinantur in peccatore ad tollendū morbi effectum, i. peccati reatū, i. ad satisfactionem debiti, quam nutrimentū, vel augmētū meriti.

Galen.

Quarto, quo ad saporis mutationem. Nam aliquando fructus primo sunt pontici, vel amari, & postea efficiuntur dulces, quod est propter humoris primo attractē grossitiem, & terrestreitatē; quasi propter indigestionē nō possit habere dulcedinē; Sed tēpore procedēte, cōfortato calore, & augmētato humore, digeritur, & in dulcedinē conuertitur. Vnde, & iterū Arist. dicit, quod amarū et acerbū missum in ignē, dulcescit, sicut patet in pyris acerbis in aqua elixatis. Aliquādo vero fructus primo sunt dulces, & postea efficiuntur amari, vel pontici, propter nimiā adustionē superueniētē, sicut sunt mirabolani. Cuius causa est (vt Philosophus dicit) magna raritas fructus. Vnde hora digestionis cū meatus sint magni subintrat calor sufficiēs, & humorē digerit, & dulcē efficit, sed post calor humorō cōsumit, & siccitatē inducit, & sic poros cōstrigit, vt calor, vel humor ad fructū peruenire nō possit & sic iterū fructū in ponticitatē cōuertit propter dominiū siccitatis. Sed tandē calor innatus vigeratur

gatur, & ad loci fructus elevatur à calore Solis auctus, vnde frigiditatē vincit, & immēsam caliditatem & siccitatem inducit, & sic fructus in amaritudinem vertit.

Primis igitur fructibus, qui primo sunt amari, postea dulces assimilantur opera pœnitentiū, quæ incipiunt ab amaritudine luctus, & terminantur in dulcedinē gaudij, in illud Matth. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Item tales sunt dolores, vel labores patientium, qui primo habent amaritudinem pœnæ, sed pariunt vltimo præmium gloriæ. Iohan. Tristitia vestra vertetur in gaudium, & hoc totum est ex virtute caloris. i. diuini amoris. Illis autē fructibus, qui primo sunt dulces, & postea amari, assimilātur opera peccantium, quæ in actu, dum fiunt, habent dulcedinem miseræ delectationis: sed post factum inducunt amaritudinē conscientiæ, vel sequentis punitionis.

Matt. 5.

Ioa. 16.

Item assimilantur talibus fructibus consolationes gaudentiū, & prosperantium in mundo: quæ licet nunc dulces sint, postea tamen ad infernalem amaritudinē perducunt, sicut patet Luc. de diuite epulone. Et hoc totū contingit, vel propter constrictionē auaritiæ, vel propter nimiam intensionem concupiscentiæ.

Luc. 16.

Item pœnitentię opera, si debito modo fiāt, sunt valde proficua. Cuius exemplum apparet in oliuis. Nam sicut dicit Isaac, oliuæ cum sint rubeæ, non bene maturæ, si cum aceto, vel aqua salsa fuerint præparatæ, sunt comestæ valde confortatiuæ, constrictiuæ & appetitus excitatiuæ, licet ad digerendū duræ. Similiter pœnitentiū opera, si sint rubea per charitatis feruorem, nōdū matura, i. non diu dilata, vel tardata, & fuerunt præparata cum aceto compunctionis, & lachrymarū salsedine, quę sunt vt aqua salsa, etiam si talia opera videantur ad faciēdum dura. i. difficilia, sunt tamen valde vtilia, quia confortant ad faciendum bona; restringunt, vt non fiant mala, excitant appetitū ad habendum cęlestia.

De variis fructuū figuris, præsertim pyramidali, cui proficientium opera multis exemplis comparantur.

Cap. XLIIII.

Opera proficientium in vita spirituali, assimilantur fructibus habentibus pyramidalem figurā: Inueniuntur enim fructus diuersarū figurarum. Nam quidā fructus sunt pyramidati, quidam rotundati, quidā angulati. Pyramidales fructus duorū sunt modorum: quidā pyramidati ex vna parte tātum, s. ex parte inferiori, quidam ex vtraque parte habent conum, & in medio dilatātur. Nā si poti plātæ in principio humoris, ampli & rari fuerint, sed postea frigiditate, aut siccitate constringuntur, fructus & folia ingrossabuntur superius, & inferius gracilabuntur, & pyramidabuntur. si vero virtute caloris, & raritate humoris superior particula leuiatur, & ex parte inferiori caliditate existente, humor in medio diffunditur, fructus & folia in medio dilatantur, & propter dominium caloris in vtraque extremitate in conum ducuntur, & subtiliantur, & sic in pyramidem transformantur.

Primis ergo fructibus, qui ex parte inferiori tantum pyramidantur, & superius dilatātur, assimilātur opera gradatim proficientium, quæ quidē in principio sunt gracilia. i. debiliter incœpta, sed postea vsque in finem crescunt, & dilatantur proficiendo. Greg. Ne mo repente fit summus, sed in bona conuersatione à minimis quis inchoat, vt ad maiora perueniat.

Gregor.

Secun-

Secundis autem fructibus, qui ex vtraque parte pyramidātur, & in medio tantummodo dilatantur, assimilātur opera quorundā, quæ tam in principio, quam in fine sunt gracilia, & parua, licet aliquando in medio visa sint dilatari, & prosperari.

Quidam vero fructus sunt, qui rotundam habent figurā propter æqualem materiam humoris, & æqualem actionem virtutis & caloris, per quam mediæ partes extenduntur æqualiter, & a medio vsque ad circunferentia vniformiter protenduntur. Hæc igitur figura propter æqualitatem & vniformitatem extēsionis vndiq; competit operibus iustitiæ, quæ exigit, vt omnibus sine personarū acceptione æqualiter & vniformiter reddatur quod suū est vnicuique. Et dico æqualiter, non secundum æqualitatem quātitatis, sed proportionis. Alij autem fructus sunt, qui angulares sunt ex cōtraria causa. i. propter inæqualem extēsionem materiæ. Et ideo significant opera injustitiæ, quæ s. inæqualiter fiunt, & cum personarum exceptione. Et hæc opera hominē non proficere, sed potius
Psa. 118. deficere faciunt. Vnde Dauid petebat, & dicebat: Nō dominetur mei omnis iniustitia.

Contemplantium in contemplatione perseuerantium perfectiones & dona, variis fructuum maturorum effectibus, clarisq; similitudinibus regnoscuntur.

Cap. XLV.

OPera contemplantium, & perseuerantium assimilātur fructibus maturis. Dicit enim
Ari. de veg. Ari. quod in terra mōtuosa, quia dulcis est, & dulcem continet humorem, fructus citius maturātur, & sapidiores & salubriores inueniuntur. Hæc ergo terra mōtuosa est vita contemplatiua, quæ mōtuosa dicitur, propter accendendi difficultatem, & propter cælestiū veritatem, & propter quietis securitatem, ibi quoque reperitur humor dulcis internæ cōsolationis. Vnde & fructus, i. opera contemplantium, citius matureſcūt, i. citius complentur, propter charitatis calorem, quę facit opus accelerare, & consummare.

Item magis sapiunt, quia supernis consolationibus admiscētur. Sunt etiam huiusmodi fructus. i. opera saniora: quia magis à vitijs remota. Et nota, quod maturationem fructuum habet principaliter planta à calore igneo naturali & interiori, & etiā ab aēre coopetante exterius. Nam sicut dicit
Ari. de veg. Philosophus, planta habet tres vires, quia à terra habet fixionē, ab aqua coadunationē, ab igne consolidationem, & partium terminationem, fructuum completionem, & maturationē, & hoc propter aēris cooperationē. Sic simil etiā modo, anima habet fixionē i firmitatem in Deo à terra. i. à fide: quia sicut terra est immobilis, & alijs quietē & stabilitatem tribuit, & concedit, sic etiā veritas fidei & in se manet immobilis, & animam stabilem reddit. Vnde
Dio. de. Dionys. dicit, quod fides est perfecta credentium stabilitas, quæ di. no. eos stabilit in veritate. Sed coadunationem habet ab aqua. i. à spe: quia sicut omnis aqua recolligitur, & coadunatur in mari, ita diuina spes debet recolligi, & collocari in Deo. Psal. Sperate in dño
Psa. 61. omnis cōgregatio populi Sed solū ditatē patientiæ habet ab igne, & aēre. i. ab amore dei, & proximi:
1. Co. 13. quia charitas patiēs est. Nā quasi calor ignis interior est amor dei. i. diuinus: sed vt calor aēris exterior, est dilectio & amor proximi. Similiter à charitate tā dei, quam proximi est perseuerātia boni operis, s. vsque ad impletionē maturitatis, i. vsq; ad cōplemētū finis.

Digitized by Google

In fructuum situationibus, similitudinibusq; diuersis, an varia docentium opera magis minusue perfecta existat, cognoscitur.

Cap. XLVI.

OPera docentium assimilātur situationibus fructuum in arbore: fructus enim in diuersis arboribus habet diuersam situationem, siue positionē: quia vt dicit Arist. quædam arbores sunt, quæ producunt fructus super folia, & hoc accidit per fortitudinem fructus, & indigētiam solaris caloris humorem digerentis. Quædā vero habent fructus sub folijs, & hoc propter debilitatē fructus ne calore nimio, vel frigore corrumpātur. Quædam vero aliæ sunt, quæ habent fructus ad stipitē suspensos, quod accidit propter insufficiētiam humoris, & caloris, ipsum ad extremitates expellere nō valētis. illi ergo habent fructus super folia, qui plus curāt factis ostēdere, quam verbis docere Vnde superat in eis cura faciēdi, studiū loquendi, & hæc est sapientis doctoris proprietas. Vnde Gre. Nazi. dicit: Ille videtur mihi sapiens, qui de virtutibus animæ pauca quidē commonet, & proloquitur, plura autem in suis factis, atque operib. operatur & ostendit, & fidem verbi in operum suorum astipulatione cōfirmat. Clara est illa sapiētia, nō quæ in verbis volat, sed in virtutibus cōstat. Illi vero habēt fructus sub folijs, quorum verba superant facta. Si quidem in folijs verba, in fructibus opera designātur. De talibus autem dicit Bern. quod monstruosa res est, lingua magniloqua, & manus ociosa Illi autem habēt fructus in stipite sine folijs, qui habent opera sine verbis, scilicet qui faciūt, & nō dicūt. Vel nota, quod illi sunt spiritu fortes, qui non indigent propter timorem vanæ gloriæ abscondere opera sua, & isti sunt fructus, qui non sunt sub folijs, vel inter ramos absconditi, sed super folia, id est, in manifesto. Illi vero, qui sunt debilioris virtutis, & timent ne eorum opera vel frigore persecutionis inuidorum, vel fauoris & gloriæ propriæ calore corrumpantur, abscondunt eā & isti sunt fructus sub folijs, vel ad stipitem absconditi.

Arist. de plant.

Greg. Naz.

Bern.

Orandi modus, orationisq; perfectio ex quam plurimis gutta, Ruta, ac thuris similitudinibus breuissime explanatur.

Cap. XLVII.

ORatio assimilatur guttæ.

Primo, ratione natiuitatis. Est enim gutta lachryma cuiusdam arboris, siue herbæ, cuius ramusculi diebus æstiuis ab incolis inciduntur, & lacrymantur: quæ egreditur, gutta, siue armoniacū appellatur. Ista ergo gutta arboris est lachryma orationis, siue oratio lachrymantis, quæ produci debet æstiuo tempore, id est, in cordis feruore. Et iuste vocatur armoniacū: quia in oratione vocali debet esse quædam armonia, i. quædam consonantia, & cōcordia, scilicet cordis & vocis, per attentionem, prout dicit August. Hymnis & psalmis cum oratis ad Deū, hoc versetur in corde, quod profertur in ore.

Aug. Reg.

Item consonantia vocis, & manus, per operationem scilicet: vt cum aliquis orat Deum voce, studeat ipsum etiam munere placare, id est, eleemosynæ largitione, vel bono opere: Et hinc est quod orantes manus etiam leuant ad cælum. Sic ergo in eo, quod gutta est lachryma arboris, signat, quod oratio debet esse lachrymosa. Vnde Aug. Plerunque hoc negotium, s. orationis, plus gemitibus, quā sermonibus agitur, plus fletu, quàm affatu.

Aug. ad Diosc.

Itē in eo, quod gutta egreditur in calido tēpore æstatis, signat q̄ debet

debet esse affectuosa, & feruida. Nam feruidus affectus orantis, est quasi thus redolens in diebus æstatis. Sed ratione nominis, quia vocatur armoniacum, significat, quod debet esse attenta, & operosa. Et ideo Cassiodo. Ipsa est suauissima virtus armoniæ, quãdo vox cognoscitur operibus cõsonare. Nam si heroes diserepabili sibi varietate dissentiãt, nequaquam possunt psalmodiæ efficere cantilenam: nec ad aures Domini veniet, quod se mutua contrarietate confundit.

Ecc. 50

Cassin Psa. 100

Secundò, ratione puritatis: quia illa gutta est nobilior, quę est purior, & fœculẽtiæ impermixtior, & quæ in pinguedine & candore thuri est similior. Sed Dioscor. & Plinius dicunt, quod illa est melior, quæ habet odorem castorio similem, & subamarum saporem. Similiter oratio tanto melior est, quanto purior, & fœculentiæ peccati impermixtior. Vnde Augustinus: Orationis puræ magna est virtus, & velut fidelis nuncius mandatum perägit, & penetrat, quæ non peruenit: & in vitis patrum dicitur, quod oratio si munda & casta fuerit, cælos penetrãs, vacua non redibit.

Aug. in Psal.

Item illa est melior, quæ pinguior est, id est, deuotior, & quæ candidior, id est, cum mundiori intentione. Debet enim esse non tantum puritas in oratis affectione, sed etiam candor mũditiæ in eius intentione. Vel puritas debet esse in affectu, & candor, id est, claritas fidei in intellectu. Iaco. Postulet in fide, nihil hæsitãs.

Iac. 1.

Item illa est melior, quæ odore castorij, & amaræ compunctionis est plenior. Nam cumpunctio, licet oranti videatur amara, tamẽ Deo est odorifera. Vnde beatus Grego. dicit, quod veraciter orare est amaros in compunctione gemitus, & non composita verba resonare. Et ita patet, quod in oratione perfecta debet esse puritas affectionis, pinguedo deuotionis, candor, id est, claritas intentionis, & odor, id est, amaritudo compunctionis.

Tertio ratione vtilitatis, quia gutta habet virtutem dissoluẽdi, nec non relaxandi, vt dicitur in Platone, & inflationes sedãdi. Similiter lachrymosa & deuota oratio dissoluit peccati vincula, relaxat debita, & sedat tumida, quia expellit tumorem superbiæ. Vnde & glosa dicit super illud, Myrrha & gutta, &c. quod gutta est humilitas, quæ ad modũ gutæ expellit omnes inflationes superbiæ: quod maximè facit humilitas in oratione, quia sicut dicit Hugo de Sancto Victore. Oratio est piæ mentis, & humilis conuersio, fide, spe, & charitate subnixa. Hugo.

Item oratio assimilatur rutæ.

Primo ratione complexionis. Est enim ruta naturæ feruentissimæ, & plus agrestis, quàm domestica. Vnde dicit Plin. quod habet virtutem muscatæ, calidam, & siccã. Sic oratio, oportet quod sit feruida per deuotionẽ, vt mẽtem calefaciat & inflammet ad dilectionẽ, & desiccet humorem, id est, fluxum cogitationum.

Secundò, ratione nutritionis, quia ruta gaudet siccitate, & vult nutriri cinere, vt erucis possit carere. Amicitia magna est sibi cum ficu, vnde nunquam sic conualescit, sicut sub ficu, & iuxta ficũ facit. Similiter gaudet oratio abstinentiæ siccitate, & nutritur humilitatis cinere. Propter primum dicit beatus Greg. quod antiqui Gre. supatres quoties orare voluerunt, per Mat ieiunium sum orationeinnxerũt. Vnde Tob. Bona est oratio cum ieiunio. Propter secundum dicitur Eccl. quod oratio humilian- Eccl. 35 tis, nubes penetrat, &c. Diligit

Tob. 12

Digitized by Google

etiam societatem fici, id est, eleemosynæ : quia ficus est fructus mitis & dulcis, & ideo significat eleemosynam, quæ dari debet cũ mansuetudine, & dulcedine pietatis. Gregor. Infirma est oratio, quæ eleemosynarum largitate nõ est munita. Greg. in Matth.

Tertio ratione munitionis, quia ruta munit & defendit contra animalia venenosa. Vnde sicut dicit Iſid Rutam contrariari venenis mustela prima docuit: Nam quando bellatura cum serpente, primo rutã comedit, & eius odore & virtute contra venenum se munit, & sic ad bellũ secura procedit: immo, vt dicunt Dioscor. Plin. & Constan. tanta est vis rutæ, quod post eius esum mustela etiam basiliscũ secura inuadit, & eum occidit. Mustela, quæ pugnat cum serpẽte, est anima tentata à dæmone, quæ si vult securè euadere, munit se ferente oratione. Matth. Orate, vt non intretis in tentationẽ. Est.n. oratio deuota, quasi flagellum quo tẽtator percutitur. Vnde Aug. dicit in quodã sermone, quod oratio est orãti subsidium, Deo sacrificium, dæmonibus flagellum. Basiliscus autem, qui vitã interficit, est luxuria, quam etiam extinguit oratio deuota. Vnde sicut dicitur Matt. Hoc genus dæmoniorum, scilicet de luxuria tentantium, non ejicitur, nisi in oratione, & ieiunio. Hier. Ieiunio pestes corporis, oratione verò pestes sanandæ sunt mentis. Et generaliter valet oratio contra omnem tentationem, sicut dicitur ruta valere contra omnem putrefactionem. Dicit enim Plin. quod lucco rutæ inuncti à scorpionibus, araneis, vespis, & apibus non punguntur. Quasi.n. punctio scorpionis, qui non ante, sed retro pungit, dicit posse tentatio carnis, quæ primo delectat, sed postea cruciat. Sed punctiones aranearum, quæ muscas insidiosè capiunt, sunt tẽtationes demonum, quæ insidiosè capiũt animas. Punctuæ verò vesparum, & apũ, sunt impugnationes mundi, siue per aduersitates, quas designant vespæ, siue per prosperitates quas signant apes, quæ mel faciũt & aculeũ infigũt, à quibus omnibus defenditur anima deuota per studium assiduæ orationis. Vnde Hiero. hortatur: Egredientes de hospitio armet oratio, regredientibus de platea occurrat, antequam sessio, nec prius corpusculum requiescat, quàm animam oratio pascat. Mat.26. Hier. in Epi. Hier. in Epi.

Item oratio, assimilatur incẽso, siue thuri. Psal. Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. Incẽsum enim siue thus bonum probatur candore, & carbone. Candore, quia illud incensum siue thus est optimũ, quod est albũm & mundum. Carbone verò probatur, si statim ardeat, & flammas emittat. Similiter oratio illa est valida, quæ sit cũ candore puritatis. Ambr. Sit oratio tua pura, & simplex, dilucida, atque manifesta, plena grauitatis, & ponderis, non affectata elegãtia, sed nõ intermissa gratia. Dicitur enim quod Arabes vbi thus nascitur, nolunt huiusmodi recolligi, nisi à personis religiosis & mũdis à mulieribus non pollutis. Vnde, & si mũditiam requirit collectio thuris, multo magis deuotio orationis. Et ideo etiam de cãta, & oratione vocali clericorum immundorũ, dicit Aug quod plus placet Deo latratus canũ, mugitus boũ, grunnitus porcorum, quam cantus clericorum luxuriantium. Psa.140. Amb. in offi. Augus.

Item valida oratio est, quæ cum ardore, id est, feruore fit charitatis. Hæc enim est ignis, qui fumã thuris .i. affectũ orationis dirigit ad Deum. Eccl. Quasi ignis effulgens, & quasi thus ardens in igne. Eccl. 5.

Om-

Omnium delictorum capitalium praui effectus multiplices describuntur, qui ex obnoxiis fructibus, eorumq; similitudinibus elicuntur. Cap. XLVII.

OPera mala assimilantur malis & illaudabilibus fructibus. Sunt enim plerique fructus insipidi, vel amari, vel pontici, indigesti, vel frigidi, crudi, & duri, & quidam etiam corrupti, vel putridi. Vnde tales fructus moraliter ad diuersa vitia referuntur. Nã fructus insipidi minus cunctis valent, quia stomachum nõ confortant: quia in eis dominatur humiditas aquosa, & ideo abominationem generant. Vnde insipidi fructus ad luxuriosos referuntur, in quibus aquositas, id est, carnalitas abundat, & quibus spiritualia insipida, & abominabilia sunt, 1.Cor.2 vnde Apostolus dicit, quod animalis, id est, carnalis homo, non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Psa.106. Et Psal. Omnem escam abominata est anima eorum. Et ideo fructus carnalium hominum, id est, opera eorum, sunt insipida per affectum: quia faciunt spirituales delitias tanquam insipidas, & abominabiles eos fastidire.

Secundo fructibus amaris assimilantur opera inuidorum: quia inuidi habent zelum amarum; de quo Iac. Quod si zelum amarum Iac.3. habetis inter vos. In cuius signũ Iudæi, qui per inuidiam Christũ tradiderũt, fellis amaritudine eũ Psal. 38. potauerunt. Psalmus. Dederunt in escam meam fel, &c.

Tertio fructus pontici referuntur ad iracundos: quia ira cor pũgit, & alios frequenter pũgere facit, sicut põtica & acetosa pũgunt.

Item fructus pontici sunt duri, stiptici, & constrictiui, sed stomachi confortatiui, & appetitus excitatiui. Similiter iracundorum, quidam sunt stiptici, qui fæcem de ventre non emittunt id est iniuriam de memoria vel corde, nõ expellunt. Vnde stiptici sunt, qui sunt difficiles ad iniurias obliuiscendum. Quidam vero sunt duri ad dimittendum, & constrictiui ad vindicandum, nunquam relaxantes offensas. Sunt etiam omnes motus iræ excitatiui appetitus ad vindicandum. Sed nota, quod si fuerint fructus acetosi modico terrestri compositi, acumen choleræ extinguunt: quia si fuerint in homine offenso aquosum pietatis, & terrestre humilitatis, extinguitur acumen iræ, & cito ad tranquillitatem debitam reducitur talis homo.

Quarto, fructus indigesti referuntur ad gulosos: quia frequenter indigestio prouenit ex gulæ superfluitate. Item cibus indigestus est impurus, quia per digestionem cibus purus ab impuro separatur. Et similiter gula immunditiam, & impuritatem generat corporis & animæ.

Quinto, fructus frigidi referuntur ad accidiam, quæ animam reddit frigidam in Dei dilectione, & pigram in bona operatione. Prouerb. Propter frigus piger Pro. 20. arare noluit.

Sexto, fructus crudi referuntur ad auaros, qui sunt crudi, id est, crudeles, & feroces, & incompassibiles, erga pauperes. Et nota, q fructus crudi, sunt malorum humorum nutritiui. Similiter auaritiæ opera malos humores, id est, malas affectiones interiores, siue desideria nutriunt, quia sicut dicit Apostol. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & 1.Thi.6. in laqueum diaboli, & in desideria mala & inutilia.

Item motus auaritiæ corrũpunt gustũ animæ, vt nõ sapiant auaris spiritualia. Vnde humor temporalium excludit amorẽ spiritualiũ. Item debilibus, & imperfectis maximè nocent occupationes tẽporalium, quas auaritia multiplicat.

Septimo,

Digitized by Google

Septimo, fructus duri referūtur ad superbos, quorum corda, propter defectum pluuiæ, & roris, id est, propter defectum pietatis, & gratiæ, arida sunt, & dura. Superbis enim sub typo montium dicitur, montes Gelboe, nec ros, nec
2.Reg.1 pluuia veniat super vos.

Item peccatorum opera, assimilātur fructibus corruptis. Quidam enim fructus non conseruantur, sed quandoque antequā compleantur, corrumpuntur, & efficiuntur vermiculoli: & hoc aliquando accidit ex vitio plantationis arboris, quia scilicet non fuit congruo tempore plantata. Nam in plantatione arboris, multum obseruanda est ætas lunæ, quia illæ plantæ, quę in recto plenilunio inseruntur, siue plantantur, non conualescunt, & si conualuerint, vermiculosum faciunt fructū, & tales fructus citius cōputrescunt, propter humorem nimium, qui ad lunę præsentiam in
Const. omnibus augmētatur. Vnde etiā arbores, quæ tali tempore præciduntur, minus durabiles esse probantur, & citius à vermibus corroduntur, vt dicit Constan. Per lunam autem, quæ est semper mu
Tren.1. tabilis & variabilis, mens intelligitur peccatoris, qui per peccati inquietudinē instabilis & variabilis fit, secundū illud Tren. Peccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est. Plenilunium ergo significat plenitudinem peccati, quę est in consensu, vbi ratio peccati mortalis impletur, & perficitur. Si ergo planta, id est, voluntas, & propositum alicuius boni operis faciendi, in plenilunio plātetur, id est, dum ipsa mens est in peccato mortali, vel in consensu & in voluntate peccandi, tunc talis planta infecitur, & fructus, id est, opus corruptum, & vermiculosum, id est, vitiosum producitur, ita vt sit à merito vacuum. Vnde in peccatorum operibus vel inuenitur vermis auaritiæ, vel luxuriæ, vel superbiæ, vel inuidiæ, vel alicuius alterius vitij, seu defectus, qui fructus medullam corrodit, & corrumpit, id est, qui boni operis substantiale meritum tollit.

Quantum Christi passionis meditatio nobis afferat vtilitatis, ex nonnullis Piperis, moriq; exemplis sit perspicuum.

Cap. XLIX.

PAssionis Christi meditatio feruida remouet diuini amoris impedimenta. Cuius exemplū apparet in pipere. Nā syluas, quæ dicuntur esse Caucasi montis serpentes ibidem custodiūt. Sed incolæ, cum syluæ matureſcunt, eas incendunt, & sic serpentes interimunt, vel expellunt, & ex hac cōbustione piperis grāna, quæ sunt naturaliter alba, efficiuntur nīgra. Sic ergo patet, quod combustio ignis expellit serpentes, vel extinguit, qui impediunt ne colligatur fructus piperis. Piper autem, quod est calidum & siccum in quarto gradu, significat charitatem, quæ quatuor gradus requirit in diligendo Deum, scilicet, vt diligatur ex toto corde, & ex tota mente, & ex tota anima, & ex tota fortitudine. Sed hoc piper, ne à nobis habeatur, serpentes, id est dæmones nos impediunt, vel peccata quantum possunt. Sed combustio ignis, id est, passionis Christi feruens meditatio, de qua dicit Psal. In meditatione mea ex-Psal. 38.
ardescet ignis, ipsos serpentes, id est, dæmones, & eorum tentationes fugat, & ad amandum Christum vehemēter mentem inflammat. Auguſt. Fratres, vt à peccato sanemur, Christū intueamur, Aug. ſu-
per Io. quoniam qui intuebātur serpentem æneum in deserto, non periebant morsibus serpentum: Sic qui intuentur fide Christi mortem,

sanan-

sanantur à morbibus peccatorum.

Item crux Christi assimilatus moro.

Primo ratione fructuum. Fructus enim mori fuit corpus Christi cruci affixum. Qui fructus mori (vt dicit Ambro.) primo albet, deinde viret, tertio rubet, vltimo nigrescit, & lucet. Sic corpus Christi fuit album, id est, purum, & candidum, in cõceptione, quia de Spiritu sancto cõceptum: post viride, id est, virtuosum in cõuersatione, vsque ad passionẽ: postea rubrum, id est, sanguine rubricatum in passione: postea nigrum in morte, lucidum autem in resurrectione. Et nota quod ex fructu mori (vt dicit Rabanus) fit potus nobilis, quem elephantes potantes, fiunt animosiores ad bellum. Vnde dicitur 1. Mach. quod ostẽderunt elephãtibus sanguinẽ vuæ, & mori, ad acuendum eos in prælium. Iste potus est sanguis Christi, qui per modum potus in sacramẽto sumitur ad ipsam passionẽ rememorandum. Vnde iste sanguis, siue rememoratio debet multum accendere cor nostrum, & animare ad bellandum contra vitia, & ad tolerandum quæcunque pericula.

Ambr.

Rabanus.

1. Mac. 6.

Secundo ratione seminum, quia secundum Dioscor. seminum mori sunt tres virtutes, solutiua, scilicet & purgatiua, & fœcundatiua. Semina mori. i. passionis Christi nobis relicta, sunt ecclesiæ sacramenta: quia sicut, virtus mori remanet, & seruatur in seminibus: ita virtus passionis Christi, remãsit & seruatur in sacramentis, vnde sacramenta omnia operantur in virtute passionis Christi. Et ista sunt semina, ex quibus plãtæ spirituales, id est, filij Dei regenerantur, sicut præcipuè patet in sanctis. Omniaque hæc semina, id est, sacramenta habent virtutem purgatiuam mẽtis, quia omnia conferunt gratiam, & gratia sanctificat animã. Sed aliquod sacramentum specialiter purgat, ab originali, vt baptismus: aliquod ab actuali mortali, vt pœnitentia: omnia alia purgant à venialibus, licet etiam habeãt maiores alios effectus.

Tertio, ratione frondium, nam sicut dicit Ambro. folia mori sunt perfecta serpẽti ipsum interimũt. Folia mori sunt exempla crucifixi, quæ omnem serpẽtem, id est diaboli suggestionem interimũt. Nam si tentat de auaritia, considera Christi crucifixi paupertatẽ, & nuditatẽ. Si de superbia, obiice eius humilitatem, si de luxuria, pensa pœnarum corporis eius acerbitatem, & sic extinguetur omnis tentatio. Et hoc figuratum fuit in serpente æneo, in deserto exaltato, cuius aspectus a venenosis serpentum morsib. liberabat.

Ambr.

Num. 21.

Patientia quid, & vbi sit ad exercitium ac virtutis præmium. quæ, eius materia, & vtilitas exiſtat, capparis, laticis, exemplis aperitur.

Cap. L.

PAtientia assimilatur cappari.

Primo, quia capparis (vt dicit Dioscor.) est herba spinosa. Et hoc competit patientiæ ratione materiæ. Nam materia patiẽtiæ, sunt spinæ, id est, pũctiones tribulationum, & aduersitatum. Rom. Tribulatio patientiam operatur.

Rom. 5.

Secundo, quia est herba frondosa super terram expansa. Hoc competit patientiæ, quæ non est in cælo, vbi nulla molestia, nec sub terra, id est, in inferno, vbi pœna inuoluntaria, & infructuosa; sed tantum super terram, vbi tribulationes abundãt, vires suas extendit: quia tantum super terram tribulationes sunt ad virtutis exercitium, & ad laboris præmiũ, & hoc est, per patientiã, sine qua tribulationes, nec ad virtutẽ, nec ad meritum pertineãt. Et ideo

Bar-

Bern. in serm.

Bema dicit: In hoc mundo quasi in cãpo certaminis positi sumus, & qui ibi dolores, & plagas, aut tribulationes non susceperit, in futuro inglorios⁹ apparebit. Et

Pet. Ra. in 1. pi.

Petrus Rauen. quod omnis cordis & corporis virtus citra meritum & fructum salutis est, sine condimento patientiæ.

Tertio, quia est herba vnctuosa: est enim vnctione plena. Quod competit patientiæ propter vnctionem gratiæ, quam continet, qua omne durum mollitur. Vnde etiam vnctio cappari dicitur virtutem splenis sua virtute super omnia iuuare.

Item hac vnctione omnis dolor lunigatur. In cuius exemplum capparis dolorem dentiũ dicitur mitigare. Hæc etiam est, quæ inuidorum, detrahentium, & mordentium nequitiã dicitur sedare. In cuius signum succus capparis aurium vermes necat. Hæc etiam est virtus, s. patientia, ex qua cibus animæ, & medicina præparatur. Medicina enim est, qua animi affectus purgatur & rectificatur. Nam flores capparis, postquã sunt aperti, habent virtutẽ digerendi humorem in ore stomachi existentẽ, quia scilicet tribulationes præsentes virtute patientiæ, humorẽ, id est, affectũ mundanũ digerunt, & in affectum Dei cõnectunt. Item ipsa est cibus, vel salsa quo gustus mentis cõfortatur, & excitatur ad appetitum spiritualium, & cælestium bonorũ. In cuius signũ idem flores habent virtutem appetitum excitandi, vt

Plato.

dicitur à Platone. Et hinc est quod desideria sanctorum in ipsis tribulationibus crescunt, & eorum apperitus magis accenditur circa æterna, quando vos atterunt tem poralia flagella. Et ideo Greg. di-

Gregor. ad lib. Mor.

cit, quod electorum mentes, æternitatis præmia præstolantes, vires ex aduersitatibus sumũt, quia crescente pugna gloriosiorem sibi non ambigunt manere victoriam. Electorum ergo desideria dum premuntur aduersitate, proficiunt, sicut ignis flatu premitur vt crescat, & quando quasi extingui creditur, inde roboratur.

Item patientia assimilatur ilici. Et primo ratione radicalitatis. Nam ilex est species querci, quę est arbor grossæ & profundæ radicis. Hæc radix, & grossa & profunda patientiæ, est charitas. Vnde dicit Apostolus, quod charitas est patiens: quia patiẽtem efficit. Et ideo sicut arbor contra ventũ firmatur per radicem, ita patientia cõtra iniuriæ impetũ firmatur per charitatem. Et propterea dicebat Apostolus. In charitate radicati & fundati. Vnde non est patiẽtia sine charitate, sicut nec arbor sine radice. Grego. Patientia vera est, quę & ipsum amat quem portat. Nam tolerare, & odisse non est virtus mansuetudinis, sed velamentum furoris.

Cor. 13.

Ephe. 4.

Gre. super Eze. hom. 7.

Secundo ratione fœcunditatis. Est enim arbor glandifera, & huius arboris fructum antiqui habuerunt in cibum, antequam haberent frumenti vsum. Sic patientia multũ est fructuosa, & magni meriti, & multum vigu⁹ in antiquis, vt patet in Iob, & Thobia, & multis aliis. Vnde Iudæ:

Iuda. 1.

Omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles.

Tertio ratione vmbrositatis, quia ilex habet vmbrã iucundã. Similiter patientia gratã vmbrã, id est, refrigerium in æstu tribulationum præstat, propter quod dicitur: In medio ignis non sum æstuatus. Cassio. Patientia religiosi viti est laborum ac dolorum omnium, spe futurarum rerum, & amore Domini grata tolerantia.

Eccl. 5. Cass super Psal.

Quarto ratione soliditatis, quia ilex est solidissimi ligni, & durissimę

simi corticis. Vnde in aquis lignũ eius est multũ durabile, & quasi imputribile, & ideo dum profunde sub aquis ponitur, quasi in lapidis soliditatem conuertitur. Et quanto per tempora longiora in locis humidis immoratur, tanto amplius induratur. Vnde & Tullius dicit, quod patientia est honestatis, & vtilitatis causa, rerum & arduarum, & difficilium voluntaria ac diuturna perpessio; & ideo posset ad patientẽ referri, quod dicitur Iob Cor eius indurabitur quasi lapis, & constringetur quasi malleatoris incus.

Cice. 2. de fin.

Iob. 41

Quo pacto pauper spiritu cognoscatur ex multis abietis similitudinibus declaratur.

Cap. LI.

PAuper spiritu assimilatur abieti.

Primo, quia abies ipsa sublimiter augmentatur, vnde secũdum Isidor. dicitur abies ab eundo, eo quod præ cæteris arboribus in altum eundo porrigitur. Est enim expers terrestris humoris, & ideo arbor est leuis. Vnde secundum Aristo. quia arbor est subtilis humoris, ideo calor eius naturalis fortificatus à calore Solis, humiditatem illã sursum trahit, & cõuertens illam in substantiam arboris, arborẽ aliã facit. Similiter ille qui est pauper spiritu, expers terreni amoris, qui animam grauat, efficitur leuis ad ascendendum, & subtilis ad contemplandum, vnde diuino amore confortatus, & sursum tractus, miro modo crescit, & exurgit in altũ. Ge. Crescere me fecit Deus in terra paupertatis. Pertingit enim paupertatis spiritus vsq; ad regnũ cælorum, Matth. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnũ cælorum. Isa. Pro saliunca ascendet abies.

Arist. de pla.

Gen. 42.

Matt. 5.

Isa. 55.

Secundo, quia recti linialiter eleuatur. Est.n. arbor nihil quasi habens tortuositatis, & hoc propter virtutem caloris attrahẽtis, & humoris obediẽtis. Similiter, qui pauper est spiritu, recto itinere ad cælum scandit, ita quod in nullã partem retorquetur, s. neque ad dexterã prosperitatis, neque ad sinistrã aduersitatis, quia ex quo mundum contemnit, nec eius aduersa metuit, nec prospera quærit. Nam calor diuini amoris eum ad superna trahit, cuius attractioni animus eius per terrenum affectum non resistit, imo sequitur & obedit, & ideo directo spiritu sursum tendit. Vnde Chryso. dicit quod paupertas est manuductrix quædam in via, quę ducit ad cælum, vnctiò auctẽtica, exercitatio quædã magna, & admirabilis, & portus tranquillus.

Chrys. super ep. ad Hebr.

Tertio, quia abies est faciliter inflammabilis: Nam quia eius humiditas vnctuosa est, igni applicata facile inflãmatur. Sic quoque pauper spiritu habet humiditatẽ vnctuosam, id est, affectionem mentis deuotã. Et ideo igni diuini eloquij, vel ipsius Spiritus sancti applicatus, statim inflammatur, secundum illud Psal. Eloquium Domini inflammauit eũ.

Psa. 104

Peccatorem nõ natura, sed natura vitio malum esse, exemplo lentis demonstratur.

Cap. LII.

PEccator est per naturam bonus, sed per culpã malus. Vnde assimilatur lenti, quæ sicut dicit Isaac, in medulla est bona, sed in cortice mala. Nam sine cortice comesta, valet hydropicis, & calidis, & etiã humidis aliquãdo prodest: ex eo quod ipsa calida & sicca sit, vt idem Isaac dicit. Sed in cortice habet acumen, cuius virtute ventrẽ soluit, torsiones generat, stomachum grauat, meatus corporis oppilat, cerebri substantiam desiccat, humiditatem oculorum distemperat, & pessimas passiones in corpore generat, maximã

maximè si quis eam quotidie comederit.

Quasi ergo medulla lentis est natura hominis peccatoris, quæ cum à Deo sit creata, bona est.

August. August. Quia deus bonus est, cuius factura sumus, & in quantum sumus, boni sumus. Sed quasi cortex mala, est ipsa hominis culpa.

August. act. pro spe. Aug. Peccatum non est natura, sed vitium naturæ appetentis, quod non est sui ordinis, & hæc cortex, id est culpa, seu vitiũ soluit ventrem in luxurioso, torsiones generat in iracundo, stomachum grauat in guloso, oppillationem facit in auaro, desiccat per tristitiam in accidioso: quia spiritus tristis exsiccat ossa: oculos mentis distemperat in superbo, pessimas passiones corporis generat in iracundo. Nam sicut

Pro. 17. Hier. super Iob. Hieron. dicit. Est ira, quæ iustitiã Dei non operatur, & furori proxima, mentem impotentem facit in tantum, vt labia trement, dentes concrepent, vultusque pallore mutetur. Et Grego dicit: Iræ suæ

Gre. li. 5 Mor. stimulis accensum cor palpitat, corpus tremit, lingua se præpedit, facies ignescit, exasperantur oculi, & nequaquam recognoscuntur noti.

Quanta ex peccatis, præcipueq; capitalibus, mala oriuntur quamplurimis absynthi, hedera, genesta, lactuca caprina, piri maturi, porri, rhamni, salicis, ac spina, miris similitudinibus explanatur.

Cap. LIII.

PEccatũ assimilatur absynthio. Primo, quidem ratione amaritudinis: primo quia absynthium sua amaritudine lædit gustum. Gustus animæ est intellectualis appetitus, qui ita ex peccato inficitur, vt ei dulcia & suauia. s. spirituales delitiæ, quæ de se sunt dulcissimę, amaræ videantur, & asperæ, sicut gustu carnis absynthij amaritudine infecto, etiam dulcia, quæ postea amara esse videntur. Isa. Væ vobis, qui dicitis bonum malum, ponentes dulce in amarum. Isa. 5.

Secundo, quia absynthium suo forti odore offendit olfactum. Et sic peccatum non odore, sed potius fœtore mali exempli offendit olfactum proximi interiorẽ, scilicet quia scandalizat eum. Exod. Fœtere fecisti odorem nostrum. Exod. 5.

Tertio, quia in amaritudinem redigit lac, & vinum, & omne dulce cui fuerit admixtum. Vnde apes, quæ frequentãt absynthium, faciunt mel amarũ, vt dicit Dios. Similiter peccatum amarum rem delectabilem, cui admiscetur, vertit tandem in amaritudinem, scilicet conscientiæ remordẽtis, vel pœnę affligentis, sicut patet in luxuria & voluptate carnis, quę maximè videntur delectabiles. Vnde Prouer. Fauus distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius: Nouissima autem illius amara quasi absynthium. Prou. 50

Item peccatum assimilatur hæderæ.

Primo ratione frigiditatis, quia hædera, cum frigidæ sit naturæ, terram, vbi crescit, frigidam esse indicat Similiter peccatum frigidæ naturæ est, ita, vt calorem diuini amoris excludat: & vbi peccatum crescit, certissimum indicium est, quod ibi calor diuini amoris non sit, sed quod talis anima sit frigida, à diuino amore penitus destituta.

Secundo, ratione contrarietatis, quia vmbra eius est noxia, & tamẽ serpenti est gratissima. Sic peccatũ quãuis homini sit summè noxium & damnosum, tamẽ serpenti infernali, id est, diabolo est gratissimũ. Et ideo vbi talis est vmbra peccati libenter requiescit. Iob. Sub vmbra dormit, &c.

Tertio,

Digitized by Google

Tertio, ratione separabilitatis: separat enim vinũ ab aqua, nam sicut dicit Plinius, mira est hederæ natura frigida ad expiandum vina. Nam vinum ex vase fluere, & aquam, si quę vino mixta fuerit, remanere certũ est. Similiter peccatum trahit de vase cordis vinũ diuinæ consolationis, & relinquit ibi aquã tribulationis, & ideo de peccatoribus vere potest dici illud Io. Vinum non habent. s. consolationis internæ.

Ioan. 3.

Item peccatum assimilatur ginestæ, quia ginesta crescit in locis incultis, & saxosis. Loca autẽ inculta sunt, peccatorum corda, quæ pœnitentiæ studio, vel labore non excoluntur: & saxosa loca sunt corda dura, quæ nullo compunctionis humore molliũtur, & in talibus peccatũ multiplicatur, & crescit. Item ginesta est signum sterilitatis. Et similiter peccatum sterilitatis fructuum, s. meritorum non solum est significatiuum, sed etiã causatiuũ. Itẽ ginesta est saporis amari, quia, s. peccatũ conscientiam amaricat, & insuper (vt dictum est), inducit amaritudinẽ pœnæ sequentis. Ita ginesta est nigri seminis, quia plerunq; peccatũ inducit, & relinquit infamię denigrationem. Vel nigra semina sunt exẽpla deformia, ex quibus alij nigri, & deformes peccatores generãtur. Itẽ peccatũ mortale. s. corde generatũ, extinguit omnia merita, & omnes virtutes formatas. Vnde assimilatur cuidam lactucæ spõte nascenti, quæ dicitur caprina, de qua dicit Plin. quod si in mari proiiciatur, omnes pisces, qui in vicino sunt, moriũtur. Mare est autem cor humanũ: in quod si peccatũ ingreditur, omnia merita & virtutes occidit. Vnde Iac. Peccatum cum cõsummatum fuerit, generat mortem. s. virtutum animæ. Item licet peccatum animæ habeat in se quandam transitoriã dulcedinẽ, tamen multa mala in anima facit. Cuius exemplum apparet in pyro maturo, quod habet in gustu quandã aquosam dulcedinem, tamẽ eius substantia est frigida, & sicca, & stiptica: sic peccatum habet dulcedinem aquosam, id est, delectationem transitoriam. Aquosum enim & humidum cito fluit, & faciliter trãsit: tamen postea peccatum infrigidat, in anima calorẽ charitatis extinguendo; desiccat humorem gratiæ, vel deuotionis consumendo; & constipat, sordes conscientiæ detinendo, vt scilicet peccatũ inductũ, nec faciliter de corde per pœnitẽtiam emittatur.

Ioan. 3.

Plin.

Iaco. 1.

Item peccatum assimilatur porro, quia porrum nimis sæpe cõestum (vt dicit Plinius) inflationes generat: quod pertinet ad superbiam, quæ animos tumidos facit. Item sitim generat, quod pertinet ad auaritiam, quæ sitim, i. ardorẽ habendi inextinguibilem gignit. Itẽ somnium prouocat: quod pertinet ad accidiam, quæ pigros & somnolẽtos reddit. Itẽ acies oculorum hebetat: quod pertinet ad inuidiã. Eccle. Nequã oculus inuidi. Item sanguinem inflammat: quod pertinet ad irã, quæ sanguinem circa cor accendit (vt dicit Dama.) Item Venerem stimulat, id est, luxuriam excitat. Item ventrem mollificat quod potest referri ad gulam, quia gulosi circa vẽtrem insistunt, & sibi mollia & delicata quærunt.

Plin.

Eccl. 1.

Dama.

Itẽ peccatum assimilatur rhãno, quæ est herba à principio mollis, sed quanto plus crescit, tanto durior fit, & in acutiorem aculeum indurescit: Sic peccatum à principio, est suaue, sed postea quãto plus crescit, plus in eo induratur, & in fine per illud aculeus æternæ punctionis inducitur. Item rhamnus (vt dicit. Iosephus) proprium habet ignẽ ex se proferre.

Digitized by Google

Nam eius folia postquã cadunt, & deficcantur, multæ siccitatis, & cuiusdam vnctuositati esse dicuntur.

Ideo quando adest fortis impressio caloris solaris, rhãnus facile inflammatur. Cuius occasione vicina sæpe nemora incenduntur. Similiter peccatũ profert ex se ignem, id est, inordinatum ardorem, ita quod folia eius, id est, cogitationes, vel delectationes peccati, postquàm cecidernnt in consensum operis, tunc desiccantur ab humore gratiæ, & efficiuntur vnctuosæ, id est, lubricæ, quia vnctuosa lubrica sunt, ita quod ad fortem impressionem, siue ærnorem tentationis facile appetitus hominis inflammatur, & omnes vires animæ incenduntur, &
Iudi. 9. etiã omnes corporis partes. Iudi. Egrediatur ignis de rhãno, & deuoret cedros Libani.

Item peccatum assimilatur salici, primo ratione augmẽti, quia
Isidor. cito crescit. Vnde dicitur secundum Isi. quia cito in altum salit. Sic peccatum hominis breui tem
Grego. pore multum crescit, quia secundum Grego. peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo põdere ad aliud tranſit. sicut ex crapula nascitur luxuria, &c.

Secundo, ratione ligamenti, quia salicibus vruntur homines ad ligandũ vites, sic peccata ligãt
Isa. 51. mentem Isa. Quasi vinculũ plastri, peccatum.

Tertio, ratione impedimenti: quia semen salicis dicitur hanc virtutem habere, vt si quis illud in poculo hauserit, generare non poterit, vt idẽ Isid. dicit. Sic peccatum impedit, ne opera meritoria homo gignere, id est, facere possit. Sumus autem nos principia nostrorum operum quemadmodum natorum, id est, filiorũ,
Arist. Eth. sicut dicit Philosophus, & ideo opera nostra filiis comparantur.

Quarto, ratione fundamenti: quia omnis salix, tanto est in ramis foecundior, quanto est terræ propinquior. Item salices si binis pedibus à terra putentur, coarcentur ne in altum crescant, sed in latitudinem se diffundunt. Sic peccator, quanto magis rebus terrenis appropinquat per affectionem, & occupationem, tanto magis in peccatis abundat. Item quasi salix duorum pedũ est peccatum operis, vsque ad delectationis consensum, puta cũ homo consentit immorari in ipsa delectatione cogitationis. Tũc tamẽ licèt non ascendat viterius per consensum operis, tamen dũ per moroſæ cogitationis consensum in ipsa delectationis latitudine se diffundit, peccatum mortale committit.

Septimo, ratione detrimenti: quia salix ex antiquitate temporis patitur detrimentum putrediniis. Nam postquam antiqua fit, cito putrescit, & ad medullã putrescere incipit. Vnde sæpe dum exterius viridis videtur, & pulchra, interius est vacua, cauа, & putrida, in cuius concauitate sæpe latẽt animalia venenosa, vnde iuxta salices dormire res est periculosa. Sic cum aliquis diu continuat permanens in peccato, putrescit per omnimodam corruptionẽ malitiæ: quã licet hypocrita conetur exterius cooperire, tamen ab interioribus eam nõ curat abiicere. Et ideo licèt exterius ipse aliquando appareat iustus, interius tamen est vacuus à virtute, canus cupiditate, & putridus malignitate, i. malitia corruptus. Vnde in eius concauitate, i. cordis cupiditate, sunt animalia venenosa. i conceptiones, & desideria fraudulenta, & periculosa, propter quæ periculosum est iuxta eos dormire, id est, de eis confidere, vel eis adhærere.

Item

Itē peccatū assimilatur spinæ: quia quando spina caro vulneratur, non recedit dolor, quadiu spina totaliter non extrahitur. Sic quando est anima peccato vulnerata, semper mordetur, & cruciatur, quamdiu ipsum peccatum in conscientia detinetur. Et ideo necesse est, vt per pœnitentiam extrahatur.

Inferni pœna quantum acerba existat, ex Rhamni varijs similitudinibus declaratur.

Cap. LIIII.

POena inferni assimilatur rhāno, vt dicit glosa super Psalm. quia rhamnus est herba multum dura, nodosa, ramosa, & spinosa. Nam folia habet aculeata, spinis acutissimis in lateribus consita. Similiter poena inferni est dura, propter suam acerbitatē, nodosa propter suam indissolubilitatem. Nam nodus fortis ligni, est quasi indissolubilis. Vnde signat illam poenam indissolubilem, & interminabilem, quia damnatus, sicut nunquam absoluitur à culpa, sic nec à poena.

Psal. 86.

Item est ramosa, propter poenatum multiplicitatem, & spinosa, siue aculeata per subtilitatē: quia sicut spinæ subtiles, & aculeatæ penetrant, sic illæ pænæ penetrāt intima animæ. Sed miser ille peccator, dum est sub spinis peccati, antequam aduertat, quod ducant eum ad duriores & maiores aculeos rhamni, i. poenæ inferni, permittit se à peccato totaliter absorberi, secundum illud Psal. Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum, sicut viuentes, sic in ira absorbet eos.

Psal. 86.

Pœnitentium perfectiones in quibus consistant actionibus, multis arboris aromatica, mali punici, & sambuci exemplis lucide demonstratur.

Cap. LV.

POenitentes assimilantur arboribus medicinalibus, siue aromaticis. Et est causa aromaticitatis in arboribus (vt dicit Albumasar) terreum subtile commixtum aqueo subtili. Tanquā ergo arbores aromaticæ & medecinales, sunt homines poenitentes: quia poenitentia habet medicinales virtutes ad curandū animarū languores. i. vitium: & in istis est subtile terreum. i. attenuatio carnis, bene commixtum subtili aqueo. i. compunctioni cordis. Illi autē in quibus hæc deficiunt, scilicet maceratio carnis, & compunctio cordis, non sunt aromatici. i. vere poenitentes. Et nota, quod arbor aromatica aliquādo habet aromaticitatē in cortice, aliquando in flore, aliquando in fructu, vt patet in cinamomo, ꝙ est cortex; & in mace, qui est flos; & in muscata, qui est fructus. Sic poenitentiam quidam habēt tātū in cortice. i. in exteriori ostensione, quidam tantum in flore. i. in mentis affectione, quidam in fructu, id est, operis executione.

Album.

Item poenitentes assimilantur malogranatæ. Primo propter augmentum: nam malogranata, scilicet arbor plus in latum, quam in altum se diffundit. Sic poenitens debet esse humilis, non vt quęrat crescere in altitudinē dignitatis, sed in latitudinem charitatis. Psa. Ambulabam in latitudine.

Psa. 118

Secundo, propter impedimentū, quia maximè impeditur à frigore. Est enim arbor frigoris impatiens. Vnde in pruina citò pereūt flores eius Similiter homini poenitenti maximè nocet frigus accidiæ. Et ideo pruina, id est, negligentia, destruit flores eius, id est, bonas affectiones.

Tertio, poenitentes assimilātur malogranatæ propter fructū, quia quædā faciunt poma dulcia: quædam acetosa: acetosa sunt frigida & sicca, dulcia vero calida & humida. Et ideo dulcia

magis conueniunt medicinæ, vt dicit Isaac, & etiam Dioſc. Quaſi autem poma acetoſa ſunt opera pœnitentis facta ex timore: ſed quaſi dulcia ſunt opera facta ex amore, & iſta magis proſunt ſani tati animæ: Vel acetoſa sũt opera hypocritarum, dulcia vero ſunt opera veraciter pœnitentium.

Iſidor. Dicit enim Iſidori. quod negant medici corpora noſtra mali puni ci cibo nutriri. Et dicunt, quod plus congruunt medicinæ, quam corporis alimento. In quo ſignifi catur, quod pœnitens debet in tendere ad ſanandum mentem, & non ad implendum, vel impin guandum ventrem.

Item pœnit ntium afflictio aſſi milatur ſambuco, de quo dicunt Plato. Dioſcor. & Plinius, quod ſi cortex eius medius radatur ver ſus ſuperius, purgat ventrem per partem ſuperiorẽ: ſi vero radatur verſus inferius, purgat per partem inferiorem. Tunc autẽm ſambuci cortex verſus inferius raditur: quando pœnitentis caro timore infernalis ſupplicij affligitur, qui timor dum a peccatis reuocat, quaſi à parte inferiori purgat: ſed tunc verſus ſuperius raditur, quãdo ſpe vel deſiderio præmij ma ceratur, & dum ſic carnem mace rando abſtergit, pœnitens ſordes peccati quaſi à ſe purgat a parte ſuperiori.

Quæ ad peccatoris conuerſionem requirũtur, quæ pœnitentiæ radix, gradus & perfectio exiſtat, explanatur: quæ arboribus variis, ac Helleboro, Myrrha, nuci, cauli, paliuro, arbori Aloes, Abſynthio, Beta, ci mino, cucurbita, cẽtaurea, & demum hedera, quamplurimis proſpicuiſque exem plis, aſſimilatur.

Cap. LVI.

PŒnitẽtia aſſimilatur arbori. Primo propter arboris gene-
Ariſt. de rationem Sunt enim ſecundum Ariſtotelem, quinque ſpecies ſiue modi generationis arboris, ſiue plantæ. Vnus eſt ex ſemine, alius ex putredine, tertius ex aquæ humore, quartus ex plantatione, quintus ex inſertione. In his de ſignantur quinque, quæ ſummè valent ad generationem pœnitẽ tiæ. i. ad conuerſionem peccato ris. Primum eſt verborũ Dei au ditio, & hoc deſignatur in ſemine. quia ſemẽ eſt verbũ, vt dicitur Matt. Secũdum eſt mortis medi- Mat. 13.
tatio: & hoc deſignatur in putre dine, quia per mortem corpus in putredinem reſoluitur, Iob. Pu- Iob. 17.
tredini dixi. Pater meus es. Ter tium eſt eleemoſynarum largitio: & hoc deſignatur in aquę humo re, quia (vt dicitur.) Ignem arden- Eccl. 30.
tem extinguit aqua, & eleemoſy na reſiſtit peccatis. Quartum eſt religionis ingreſſio, & hoc deſig natur in plantatione, quæ maxi mè competit iuuenibus. Pſalm. Pſa. 127
Quorum filij, ſicut nouellæ plan tationes à iuuentute ſua. Quin tum eſt bonorum ſocietas, & co uerſatio Nam quandoque pecca tor iuſto adiunctus, trahitur ab eo & conuertitur: & hoc deſigna tur in inſertione, Apoſtolus. Tu Ro. 12.
autem cum oleaſter eſſes, infer tus es in illis, & ſocius pinguedi nis & radicis olivæ factus es.

Secũdo propter radicis infixio nem. Nam arbor (vt dicit Iſid.) ab aruis nomen accepit, eo quod fi xis radicibus terræ inhærere con ſueuit. Oportet ergo ad hoc, q̃ ar bor ſit firma, vt radices eius in terra profundentur: & quanto ar bor radicem profundius figit, tãto attrahit plus humoris, & ſi fructificatura ſit, plus abundat in foliis, fructibus, atque ramis Item oportet quod radices arboris ipſi terræ cohæreant, & conglutinentur, vnde dicit Ariſtoteles quod lutum vnctuoſum & tenax cito producit plantam; & facit eam eſſe durabilem. Sicut ergo arbor

Digitized by Google

arbor immobiliter per radicem est infixa terræ, ita pœnitentia per humilitatem & charitatem oportet, quod sit immobiliter infixa animæ siue cordi, et perseueranter, ita vt pœnitens præterita mala plangat, & iterum plangenda non committat. Profundatur autem radix pœnitentię in corde per humilitatem, in qua quanto profundius descendit, tanto de humore gratiæ plus attrahit, & per eam maiorem copiam bonorum operum, & meritorũ producit: sed cõglutinatur pœnitentiæ radix cordi per charitatem, quæ est glutinum vnctuosum, per quã cito pœnitentia augetur, perficitur, & cõseruatur. Vnde Apo. In charitate radicati, & fundati. Ephe. 3.

Tertio, propter animæ vegetabilis informationem. Nã secundũ philosophum. In arboribus. & plãtis non est anima sensibilis, sicut in brutis, propter quod arbores & plãtæ sensibilibus passionibus non afficiuntur, quia nec percussæ sentiunt, nec scissæ dolent, nec quando cibantur delectãtur, nec spirãt, nec respirãt, nec dormiũt, vel vigilant, nec alijs passionibus subiacent, quæ sunt animæ sensitiuæ. Est ergo in ipsis arboribus & plantis informatio solius vegetabilis animæ, secundum quã est in eis generatio, cibatio, augmentatio, & renouatio: quæ omnia competunt suo modo pœnitentię. Nam primo necessarium est pœnitenti, vt passiones sensitiuas, viciosas, f. & inordinatas à se omnino remoueat, scilicet, vt percussus iniurias non sentiat per impatientiam, & scissus, vel laceratus verbis non doleat per iracundiam, quæ. f. eum ad odium, siue vindictam inclinet: nec etiã quando cibatur in cibo delectationem voluptatis, sed solum sustentationẽ necessitatis quærat. Aug. 1 conf. c. Auguſt. Hoc me docuisti domine Aristot. de veg.

vt quemadmodum medicamenta, ita et alimenta sumpturus accedã. Item non debet spirare, nec respirare. i. vel in se indignationem attrahere, vel ex se furorem emittere eo modo, scilicet quo dicitur de Saulo, Act. Saulus adhuc spirans minarum & cędis, in discipulos domini, &c. Item non debet dormire per negligentiã, nec etiã vigil esse ad cogitãdam, vel explendam malitiam. Sed debet in pœnitentib. esse generatio virtutum siue bonorum operum, cibatio lachrymarum, vel diuinorum verborum, augmentum laborum & meritorum, & etiã renouatio cõuersationis, & morũ. Act. 9.

Quarto, propter fructuum defectionem. Sunt enim quædã arbores, scilicet quæ habent solum folia, & nõ fructus: quod accidit propter abundantiam humoris aquosi, qui est materia foliorum. Et propter defectum humoris vnctuosi, qui est materia fructuum. His ergo assimilantur falsi pœnitentes, qui habent solum apparentiam frondium. i. exteriorum morum, sed non vtilitatem fructuum. i. verorum operum. Possent etiã talib. assimilari qui habent solum folia. i. verba, & non fructus, id est, opera, sicut doctores mali qui habent doctrinã sine vita: quod est propter abundantiam amoris mundani, & defectum amoris diuini. Quædam vero arbores sunt quæ faciunt fructum ante folia: quod accidit, sicut dicit philosophus) propter abundantiam humoris vnctuosi: quem cum calor naturalis digesserit cum auxilio caloris solaris, cito' ad maturationem adducit. Vnde talis humor vnctuosus abũdãs, prohibet humorẽ aquosum, qui est foliorum materia, ne ascendat ante fructum in tali planta. Illis sunt similes illi qui studẽt bona opera facere prius quãm

Digitized by Google

bona verba docere : ita vt bona vita præcedat bonam doctrinam, vel illi qui prius intendunt operibus actiuæ vitæ, quam refrigerio vel decori vitæ contemplatiuæ, si quidem contemplatiuorum internæ meditationes animã decorant, & vmbræ refrigerium præstãt, sicut & plantarũ folia. Opera autem actiuæ vitæ laboriosa quidem sunt, tamen fructuosa: vnde actiuæ vitæ merita fructibus cõparantur. Et ideo tales si habeant abundantiam humoris vnctuosi. i. compassionis & pietatis, & caloris naturalis i. amoris proximi ad quem etiã naturã inclinat, ex tunc à calore Solis, i. amore Christi citius efficiuntur in vita actiua perfecti per fructus bonorum operum: & ideo postea congruentius producunt folia verborum. Quædã tamen arbores sunt, quę simul producunt fructus & folia, sicut illæ quæ prædictos humores habent proportionabiles, quibus similes sunt illi, qui in humore mẽtis deuotę, & in humore aquoso salubris scientiæ positi abundanter simul dicũt & faciũt. Act. Cæpit Iesus facere, & postea docere. Sunt etiam & aliæ quædam arbores quæ citius producunt folia quã fructus, & hoc propter abundantiã humoris aquei, & defectum humoris vnctuosi: quia calor humorẽ aqueum citius attrahit ad locum productionis foliorum, quam vnctuosum ad productionem fructuum. Similiter illi qui habent multam scientiam, & paruam deuotionem, facilius & citius dicunt verba, quam producant opera. Act. 1.

Item pœnitentia interior si fiat eum debita præparatione, & moderatione, & exercitatione, purgat, & sanat animam, cuius exemplum apparet in helleboro, qui a fluuio vbi nascitur, sic est dictus: quia dicitur habere virtutẽ mẽtẽ motam reducendi ad sanitatem. Item purgat corpus, quia lignum quod radices habet albas, humores phlegmaticos purgat: lignum vero, quod radices habet nigras, purgat choleram nigram: sed tamẽ nullus debet eo vti nisi prius materia digesta sit & temperata, & tunc etiam cum cautela: quia virtus eius nimis est intensa, & præcipue radix alba multum laxat superius, & inferius. Vnde sæpe nimia virtus hellebori est mortis inductiua.

Itẽ debet qui accepit helleborum se mouere, & à somno abstinere, vnde Hypoc. dicit. Si vis helleborum ducere, moue corpus, ne somnus accedat. Similiter pœnitentia ad hoc vt animam in peccato desipientem & insanientem ad debitum sensum reducat, & purget à corruptis & superfluis humoribus, id est, affectionibus; oportet præcedere interiorem digestionem, & præparationem in feruenti contritione, sine qua pœnitentia exterior non est valida. Hypoc.

Item oportet in exteriori pœnitentia vti cautela & moderatione. Debet enim atteri, sed nõ occidi per immoderatã afflictionẽ.

Item oportet mouere corpus in bonorum operum exercitatione, & à somno negligentiæ & ocij abstinere. Item pœnitentia assimilatur myrrhæ.

Primo, ratione eminentiæ: quia myrrha est arbor in Arabia (vt dicit Isid.) quinque cubitis alta, in quibus accipere possumus quinque pœnitentiæ gradus: primus est in contritione, secundus in confessione, tertius in oratione, quartus in eleemosynarum largitione, quintus in ieiunij afflictione. Et isti tres vltimi gradus pertinent ad satisfactionem.

Secundo, ratione effluentiæ: quia de arbore myrrhæ gutta effluit amara, multum aromatica,

ista

illa vocatur myrrha, & (vt dicit Plinius) illa gutta, quæ per se manat non expressa, magis est preciosa, & minus vtique valet illa quæ de cortice preciosa est abstracta. Hæc ergo amara gutta, est compunctionis lachryma ex contritionis amaritudine procedens. Hæc est deo multū odorifera, secundum illud: Quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris.

Plini.

Eccl. 24.

Item est multum aromatica, i. medicinalis. Exo. Sume tibi aromatica myrrhæ primæ. Habet enim hæc myrrha virtutē dissoluendi & consumēdi quasi æqualiter, & etiam confortandi. Et similiter pœnitētis lachryma amara dissoluit peccata, consumit mala desideria, & confortat corda debilia, sed illa est per se expressa, quæ est voluntaria, & non coacta, & talis pœnitentia est valida, non autem illa quam solus metus, seu coactio caulæ.

Exo. 30.

Tertio, ratione efficaciæ: quia myrrha habet virtutem conseruādi corpora mortua, ex ea perūcta imputrida & incorrupta. Similiter pœnitentia mortificatos corpore, sed spiritu viuificatos conseruat à corruptione, & putredine peccati. Vnde in huius signū venit Nicodemus ad corpus Christi mortuū, ferens mixturā myrrhæ.

Item pœnitētia assimilatur nuci, quæ quidem exterius habet durū & amarum corticem, & interius habet nucleum dulcem & vtilē. Vnde his qui temperatæ complexionis sunt, & nucibus temperatè vtuntur, proficiunt, quia omnibus cibis venenosis obsistunt. Et similiter est de pœnitentia, quia quamuis eius opera exteriora videantur dura & pœnosa, vt ieiunia & huiusmodi, & interius etiā requirat amaritudinem cōtritionis: tamen conscientia per ipsam purgata, inuenitur fructus eius dulcissimus, & efficacissimus ad

Io. 18.

resistendum omni cibo venenoso. i. peccato, dummodo exteriotibus operibus pœnitentiæ, vt abstinentia, & huiusmodi, pœnitentes vtātur temperatè. i. discrete.

Item pœnitentia assimilatur cauli.

Primo, ratione transplantationis, quia oportet caules transplātari, vt possint in suo esse perfici. Sic peccatorem oportet transferri de statu culpæ ad statū iustitiæ, per transplantationē pœnitentiæ, vt possit spiritualiter perfici.

Secundo, ratione decoctionis. Oportet enim caules coqui, & elixari: in qua decoctione, licēt materia. i. caulium substantia sit minus bona, cū sit grossa, & dura, ad digerendū, ius tamen ipsorum caulium est colatiuum, vētris humectatiuum, & laxatiuū: sed substantia sine iure est constipatiua. Sed multum de ipsorum malitia tollitur, si illa aqua proiiciatur, & in alia decoquantur, & optime pinguedine condiantur, vt dicitur in dictis. Sic etiam in pœnitentia necessarium est decoctionem peccatorum fieri per contritionis feruorem. Et quantumcunque peccata de se grossa sint & dura, ius tamen, id est, compunctio ipsorum peccatorum lachrymosa, & feruida, est mentis laxatiuum, & purgatiuum. Vnde caulis substantia sine iure, i. memoria peccati sine compūctione, potius est constipatiua, id est, indurativa, ad peccatum retinendum, quàm ad emitendum per cōfessionem. Et sicut ad tollendum caulis malitiam fit duplex elixatio, ita quod aqua primæ elixaturę proiicitur: ita ad tollendum malitiam peccatorum, duplex fit in pœnitente compunctio: quia prima prouenit ex timore pœnæ: secūda autem ex amore iustitiæ, & hæc est perfectior. Vnde aduenientesecunda, prima proiicitur: quia

1.Io.4. perfecta charitas foras mittit timorem: sed debet addi optima pinguedo, scilicet contemplationis, & orationis deuotio.

Tertio, ratione electionis: quia caules debent eligi & accipi magis teneri, & meliores efficiũtur, quando à pruina primitus decoquuntur: quia dum calor ad caulũ intima reuocatur, melius substantia eorũ digeritur, & mollior & sapidior inuenitur. Similiter illi pœnitentes sunt magis electi, qui sunt magis teneri, i. molliores ad flendum, vel ad amandum, vel compatiendum. Meliores etiam, & feruentiores efficiuntur, qui primo a pruina, ab aduersitate mundana, & a tribulationum vehementia sunt tacti, & excocti, quia mala quæ nos hic premunt, ad Deum nos ire compellunt, vt dicit Grego.

Item pœnitentia quanto asperior, tanto magis valet ad frangẽdum corda dura, & ad expellendum venenosa diaboli tentamẽta. Cuius exemplum apparet in paliuro, qui quamuis sit crudus, asperrimus, & spinosus, tamẽ habet quædam capitella spinosa in quibus sunt semina ad calculum frangendũ, & cõtra morsus venenatos valentia, vt dicit Dioſco.

Dioſc. Item pœnitentia est similis arbori aloes, quæ est arbor aromatica in India nascens.

Primo, enim aloe est arbor gustus amaricatiuę, quia lignũ eius, licet sit aromaticum, tamẽ gustus eius est subamari sapor is. Hoc autem pœnitentiæ competit ratione contritionis, quæ amaricat gustum animæ ex ipsa recognitione culpæ. Isa. Recogitaui tibi omnes Isa. 38. Prou. 7. annos meos in amaritudine animæ meæ. Prouer. Aspersi cubile meum myrrha, & aloe. Hoc cubile est conscientia, quod est aspergendum myrrha, id est, amaritudine ex memoria culpæ, & aloe, id est, amaritudine ex considerationę offensæ.

Secundo, aloe ore masticata, est cerebri immutatiua. Nam odor eius tunc maxime sentitur cũ ore masticatur: quia tunc odor aromaticus statim cerebrum tangere videtur. Tunc autem peccatũ per pœnitentam masticatur, quãdo oris confessione diligenter, & aperte narratur: & tunc ipsius cõfessionis odore, & vigore cereb. ũ immutatur, dum ex eius resolutione cõfitentis facies lachrymis irrigatur: debet enim cõfessio esse lachrymabilis.

Tertio, aloe est humoris deſiccatiua: est enim (vt dicitur in Platone) calida, & sicca. Et hoc pœnitentiæ competit ratione abstinentiæ, per quam humor luxuriæ in corpore arescit; & amor spiritualis in mente accenditur, & calescit.

Quarto, est aloe odoris emissiua. Est etenim odoris suauissimi, atque fumi: cuius particula loco tymiamatis in altaribus adoletur, & hoc cõpetit pœnitẽtiæ ratione orationis: quia cum purè, & deuote oratur, quasi quidam fumus, & odor suauissimus Deo ministratur. Huius ergo particula prima est oratio mentalis: quia alia eius pars est oratio vocalis. Prima ergo particula, dũ in altari cordis feruenter imolatur, ex ea ipse Deus velut ex suauissimo tymiamate recreatur.

Quinto, est aloe corporis confortatiua. Nam lignum eius stomachum confortat, & vinum decoctionis eius bibitum debilitatẽ cordis & cerebri maxime iuuat. Similiter pœnitentia cõfortat stomachum animæ, id est, mentem ad suscipiendum, & retinendum cibum spiritualis doctrinæ.

Item vinũ decoctionis i. feruor, confortat cor debile ad largã dationem corporalis eloemosynæ.

confortat

confortat etiam cerebrum ad emissionem abundãtis lachrymæ: vel cõfortat cerebrum, id est, sensum ad cautelam, & discretionẽ conscientiæ.

Item pœnitentia assimilatur absynthio.

Primò, quia absynthium habet virtutem amaricatiuam. Est enim tantæ amaritudinis, quod etiam ipsum mures, & vermes horrent. Et hinc est, quòd libros & pãnos à vermibus, & muribus tutos seruat, si quis eum eis in cistula sua absynthiũ ponat, vt dicit Dioscorides.

Sic in corde pœnitentis debet esse contritio amarissima. Et hæc est, quę repellit mures, & vermes. Mures sunt tentationes diabolicæ, vermes remorsus conscientię, quos remouet, & extingnit amaritudo pœnitentiæ.

Secundo, quia habet absynthiũ virtutem laxatiuam, scilicet propter caliditatẽ & amaritudinem. Vnde si inuenit materiam digestam, eam dissoluit & expellit. Et hoc competit confessioni pœnitentis: quia ex caliditate, id est, feruore, & amaritudine confitentis, ipsa confessio habet virtutem laxatiuam, id est, emissiuam, & purgatiuam peccati: quia culpam quam per contritionem inuenit iam digestam, id est, ad purgationem & eiectionem paratam, dũ confitetur emittit, & eijcit.

Tertio, habet virtutem destructiuam, dicitur enim in Platone, quòd absynthium virtutes habet contrarias, scilicet laxatiuã, & cõstrictiuam. Nam sicut laxat ex caliditate, & amaritudine: ita restringit ex põticitate, & grossitie substantiæ suæ, vnde si materiam compactam inuenit, compactiorẽ eam facit. Hoc autẽ competit pœnitentiæ ratione satisfactionis, per quam dum peccatorũ materiæ, & causæ subtrahũtur, ab ipsis peccatis pœnitẽs restringitur. Est enim satisfactio secundum Aug. peccatorũ causas excidere, & eorum suggestionibus aditum non præbere. Augus.

Item pœnitentia assimilatur betæ, quæ est herba canis. Primo, propter coloris apparentiã, eius enim spes est duplex, vna est alba, & alia nigra. Quasi autem pœnitentia alba, est pœnitentia innocentium, sicut Ioannis Baptistæ. Sed quasi nigra, est pœnitentia peccatorum, sicut Mariæ Magdalenæ. Vtriusque tamen betæ succus naribus instillatus (vt dicit Dioscorides) caput purgat, quia vtriusque pœnitentiæ virtus mentẽ purificat, siue à venialibus, vt pœnitentia innocẽtium, siue à mortalibus sicut peccatorum: vel vna præseruando à culpæ defectione, alia expiando à culpæ cõtagione. Dioscor.

Secundo, propter virtutis efficaciam. Est enim eius virtus in humore, in frõde, & in radice. In humore siue succo est eius virtus ad conseruandum capillos, vt dicit Dioscorides. Sic, & pœnitentiæ virtus, & lachryma, capillos capitis, id est, virtutes mẽtis reparat perditas, & conseruat habitas. In frõde vero est virtus: quia foliũ eius tunsum, & morbo appositũ ignẽ saluaticum extinguit. Quasi enim betæ folia sunt diuersa pœnitentiæ opera, vt ieiunium, eleemosyna, & oratio. Ignis autem saluaticus est ardor vitiorum, siue auaritiæ, quem extinguit eleemosyna: siue luxuriæ, quem extinguit ieiunium: siue abiectionis, & superbiæ, quẽ extinguit oratio mẽtem humiliando. In radice vero est virtus, quia sicut dicit Aristo. super radicem betæ, sicut & super caulem potest inseri surculus, qui corroborat radicem, & in arborẽ transmutat. Radix betæ, id est, initium pœnitentiæ, est timor, quia pœnitẽtia ex timore gignitur. In qua radice si surculus amoris inseratur,

sequatur, id est, vt timor pœnitentiæ sit cum amore charitatis, proficit pœnitens in magnam arborem, id est, in virum perfectum.

Item pœnitentia assimilatur ciminо.

Primo, ratione cõplexionis, quia secundũ Marcum, & Persiũ, ciminum est calidũ, & siccũ in secũdo gradu. Pœnitentia enim est calida, & sicca: quia per compunctionem incendit mentem, & per abstinentiam desiccat carnem: & vtrunq; est in secundo gradu: primus enim gradus siue respectus est propter satisfactionẽ peccati, secundus propter cautelã futuri.

Secũdo, ratione decolorationis: quia nimius vsus, siue frequentia eius (vt dicunt Dioscor. & Pla. & Plinius) facit discolorationem inducit: quia scilicet per indiscretam pœnitentiam siue abstinentiam, corpus infirmatur, & facies discoloratur: & pallescit facies corporis propter diminutionem calidi sanguinis, & etiam facies animæ propter diminutionẽ feruoris.

Tertio, ratione operationis, scilicet quoniam ciminũ habet virtutem fumositatis subtiliatiuã, & digestionis confortatiuam. Quod facit pœnitentia dum per abstinentiam subtrahit superfluitatẽ cibi & potus, quæ pertinent ad vitium gulæ.

Item habet virtutem ventositatis subtiliatiuam, & inflationis ventris restrictiuam. Quod competit pœnitentiæ, inquantũ ventum vanæ gloriæ subtiliat, id est, annihilat, & inflationem superbiæ fugat.

Item dolorem stomachi mitigat, quod competit pœnitentiæ inquantum mitigat iram.

Itẽ habet virtute cũ baccis lauri frigidi, reumatis curatiuã. Et hoc competit pœnitentiæ inquantum expellit frigidũ humorẽ accidiæ.

Item habet virtutem sanguinis coagulati in poculo mixtũ in cęra munda dissolutiuã. Quod cõpetit pœnitentiæ inquantum refrenat luxuriam: cuius impudicitia maxime in oculis cõgregatur, & ostenditur.

Item habet virtutẽ liuoris carnis cum cęra bene mixtum, & sępe appositum totaliter ablatiuã. Et hoc habet pœnitentia inquãtum tollit liuorẽ inuidię.

Item habet virtutẽ faucium sanatiuã. Quod competit pœnitentiæ in quantũ sanat vitium auaritiæ. Sunt enim auari quasi quædam fauces insatiabiles, quorum dolor & cruciatus est, quia non possunt habere quæ cupiunt: quẽ dolorem insatiabilis appetitus vera pœnitentia sanat.

Item pœnitentia assimilatur cucurbitæ.

Primo, ratione extensionis. Nã herba cucurbitæ in ramos, & folia pariter, & flagella, ad modum vineæ, se distendit, & quibusdam ligamentis se vndique connectit. Similiter pœnitentia ramificatur in compunctione, vbi sunt diuersi rami. i. diuersi compunctionis modi. Itẽ habet folia. i. verba vtilia in confessione, & flagella i. opera pœnalia in satisfactione. In quibus omnibus verus pœnitens se proficiendo distendit: sed nihilominus oportet quòd vndiq; se quibusdam ligamentis, i. firmis cautelis & adiutoriis cõnectat, ita vt in peccatũ amplius non cadat.

Secũdo, ratione floritionis: Habet enim quosdã flores albidos, quos emittit præcipuè cõtra noctẽ. Hi flores albi sunt mundæ affectiones, quæ oriuntur in corde pœnitentis, præcipuè contra noctem peccati. Psalmus. Lauabo per singulas noctes lectũ meum, lachrymis meis, &c. Psal. 6.

Tertio, ratione fructificationis. Vbi nota, quod cucurbita ad bene

Digitized by Google

ne fructificãdum indiget calore. Vnde in terra calida maximè fructificat. Item humore, id est, aquę irrigatione, quia sæpe aquâ rigari cupit.

Item appodiatione: quia sine appodiatione florere quidem potest, sed fructificare vix potest: imo tunc fructus eius vel deficit, vel putrescit, quando non sursum à terra erigitur, & in lignis, vel virgulis se suspẽdit. Similiter pœnitentia bene fructificat, quando est radicata in charitatis amore. Hæc enim terra calida, est anima charitate succensa.

Item quando est rigata frequẽti exhortatione, vel lachrymarum crebra effusione.

Item quando est appodiata sanctorum virorũ familiaritate, vel cohabitatione, qui suis exemplis vel auxilijs pœnitentem erigunt, & sustentent.

Quarto, ratione complexionis, quia cucurbita, secundum Pla. est frigidæ & humidæ complexionis, & qualitatis temperatæ. Et pœnitentia frigefacit, ardorẽ concupiscentiæ extinguẽdo, specialiter per abstinentiam, & humectat in lachrymas resoluẽdo: sed in vtroque oportet esse temperamentũ, & in ieiunio, & in fletu. Plato.

Quinto, ratione augmenti, & corruptionis: quia cucurbita cito crescit, & cito decrescit, & in terra ficca nõ proficit: & prima cortex eius mollis est, sed postea cũ ad maturitatem venit, ad modũ ligni indurescit. Sic pœnitentiæ feruor in quibusdam cito crescit & similiter deficit, sicut flamma prunarum. Prouer. Substantia festinata cito minuetur. Prou. 13

Item non proficit pœnitẽtia in anima quę est arida, siue ab aqua sapientiæ, siue ab humore cõpunctionis lachrymosę, siue ab humiditate pietatis affectuosæ.

Itẽ pœnitẽs, licet à principio sit mollis & pauidus, tamẽ charitate solidãte efficitur fortis et firmus.

Sexto, ratione curationis, quia cucurbita est febris acutę purgatiua. Est enim cucurbita elixata, febrem acutã patientibus, cibus & medicina. Nam febris materiã per vrinam purgat. Quasi enim acuta febris, quæ corpus incendit & vehementem sitim gignit, est auaritia quę appetitũ inflammat, & insatiabile ad habenda desiderium causat: sed hanc febrem pœnitentia purgat & extinguit.

Itẽ cucurbitæ succus valet contra tumorem oculorum: pœnitẽtiæ humilis lachryma valet cõtra superbiam, quæ oculos mentis, quasi tumidos reddit.

Item cucurbita elixata calorem sedat, quia. s. pœnitẽtia calorem cõcupiscentię & luxurię mitigat.

Itẽ pœnitentia assimilatur centaureę, quę est herba amarissima, & cum amaritudine habet quandam dulcedinem admixtam. Vnde dolorem ventris sedat, visum clarificat, paralysim curat, vermes ventris cum melle necat. Sic pœnitentia ex vna parte debet esse amarissima: debet enim pœnitens esse amarus, quia merita sua perdidit, amarior, quia infernum meruit; amarissimus, quia cælum sibi clausit. Sed cum ista amaritudine est dulcedo admixta de spe veniæ, quæ innititur bonitati diuinæ misericordiæ. Ipsa ergo pœnitẽtia dolorem, siue tristitiã mentis prouenientem ex ira, siue inuidia restringit; visum interiorem obscuratum per superbiam, siue per auaritiæ puluerem, clarum facit, paralysim, id est, accidiæ, siue negligentiæ frigiditatem, & immobilitatem expellit, vermes ventris, id est, corruptiones gulæ, vel luxuriæ extinguit. Item pœnitentia quanto magis est amara, tanto est abundãtioris gratiæ causatiua. Cuius exemplũ appa-

apparet in hędem, quæ licet sit sapore amara, tamen est vberum lacte repletiua. Vnde hędera, vt quidam dicunt, dicitur ab hędo, quia sumpta in cibum à capris lac multiplicat, vnde hædi nutriuntur. Sicut ergo hędera amara multiplicat lac caprarum in vberibus, ita amara pœnitētia multiplicat gratiam, & virtutes animæ in pœnitentibus.

Quemadmodum ipsa pœnitentia perficitur, per nonnullas arboris proprietates, quæ & partibus animalis comparantur, erudite demonstratur.

Cap. LVII.

POenitentia diuersis virtutibus perficitur, sicut arbor, siue planta diuersis partibus integratur. Habet enim planta in se partes aliquas proportionabiles partibus animalis. Habet enim radicem loco oris, medullam loco ventris, quia in ea fit humoris decoctio, antequam transferatur in substātiam foliorum, vel fructuū, vel ramorum, vt dicit Arist. Quidam tamen vocant medullā matricem, vt ipse Philosophus dicit, quia in ipsa humor plantæ seminarius, sicut fœtus in matrice cōtinetur. Et quidam vocāt medullam viscera, quia in ipsa separatio fit puri ab impuro, sicut fit in animalium intestinis. Quidam autē vocant eam cor arboris, quia ex ea procedit motus vitæ vegetabilis, sicut vita animalis procedit ex corde. Item habet arbor nodos loco neruorum, quia per eos partes inuicem colligantur. Item habet venas, id est, rimulas, in quibus naturalis humiditas custoditur, & ad partes arboris deriuatur.

Ari. lib. de arb.

Itē habet corticem loco corij, scilicet ad interioris ligni defensionem. Vnde facit cortex in corpore arboris, quod facit corium in corpore animalis. Rami autem sunt sicut brachia, & ramusculi sicut digiti. Fructus autē & folia sunt sicut partes superfluæ, sicut capilli, & vngues. Vnde cadūt ab arbore subtracto humore, sicut cadunt pili de corpore animalis. Omnia autē prædicta instrumēta sunt etiam suo modo pœnitentibus necessaria. Oportet enim pœnitentem habere medullā, id est, cor compunctum, per cuius compunctionem spiritualiter viuificetur. Ezech Vita viuet, &c. Item radicem, id est, os, vbi fit cōfessio, per quam etiam nutrimentū spiritualis gratiæ attrahitur. Psalm. Os meum aperui, & attraxi spiritum, id est, gratiam spiritualem ad animæ vegetationem. Nā non intrarer per os animæ spiritualis gratia, nisi primo per confessionē esset purificata. Oportet etiam quòd habeat ventrē, id est, mentem, in qua fit dilectio, per quam spirituale nutrimētum decoquitur. Sicut enim nutrimētum corporale non applicatur corpori, nec ei prodest, nisi sit per calorē naturalem primo digestum, ita & nullum spirituale nutrimentū, id est, opus de genere bonorum, potest prodesse, nisi sit per charitatis dilectionem decoctum. Corin. Si distribuero in cibos pauperū omnes facultates meas, & tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem nō habuero, nihil mihi prodest. Item debet habere matrem, id est, humilitatē: in qua fœtus cōceptus, id est, bonū propositum, vel bona intentio claudatur, & conseruetur: quia sicut dicit Greg. perit omne quod agitur, si non in humilitate custoditur. Item oportet habere viscera, id est, considerationes, siue cogitationes, in quibus sit prudentia, discernens purum ab impuro, & vtile à nociuo. Nam prudentia, sicut dicit August. est amor, ea, quibus iuuatur ab his, quibus impeditur sagaciter eligens. Et dicitur pru-

Eze. 33.

Psa. 118

1. Co. 13

Gregor.

Aug. de Mor. eccle.

prudentia esse amor nō essentialiter, sed in quantum amor mouet ad actum prudentiæ. Vnde amor dicitur discernere, in quātū mouet mentem ad discernendū.

Item habere debet neruos, siue nodos, id est, vnitatis & pacis colligationes. Et venas, id est, eleemosynas, in quibus conseruatur naturalis humiditas, id est, misericordiæ pietas, quæ debet quasi naturaliter inesse homini, secundum illud Iob. Ab infantia mea
Iob. 31. creuit miseratio mecū, & de vtero matris meæ egressa est mecū. & etiam per eas ad membra nutrienda, id est, ad proximos sustētandum defertur. Debet enim habere corium durum ad defensionem interiorum, id est, patientiam in aduersis, quæ ab intrinseco eueniunt. Nam patientia, si-
Gregor. cut dicit Gre. est custos omnium virtutum. Debet habere ramos, id est, brachia, & digitos ad satisfaciendum, & ad opera meritoria discrete operandum.

Itē debet habere ornatū foliorū, siue capillorum, i. modestiā, vel cōpositionem morum exteriorū.

Pruni exempli qualia pœnitentiæ opera esse debeant, breuiter explanatur.

Cap. LVIII.

POenitentiæ opera quanto magis sunt humilia, & austera, & compungitiua, tanto magis valent contra peccata: cuius exemplum apparet in prunis: quia illa quæ sunt nigra aliquantulum, & acida, qualia sunt damascena, sunt stomacho meliora. Sunt enim frigida, quādo sunt bene matura. Vnde, quia bene infrigidāt, & humectant, valent contra febrilem calorem, & ventris constipationem. Sic pœnitentiæ opera, quæ sunt nigra per apparentiam humilitatis. Cant. Nigra sum, sed formosa, dicit anima pœnitens, nigra per humilitatem, formosa per charitatem.

Item dura per austeritatē laboris. Psa. Laboraui in gemitu meo.

Item acida per compunctionē Psalm. 6
mentis. Psam. In cubilibus vestris compungimini. Talia, inquam, o- Psalm. 4
pera refrigerant calorem febrilem, scilicet inordinatum peccādi appetitum extinguendo. Eccl. Ignem ardentem extinguit aqua, id est ardorem peccādi compunctio lachrymosa, & constipationem, id est, duritiā obstinatę mētis soluendo. Eccles. Auferam de Eccl. 20.
carne vestra cor lapideum, & dabo vobis cor carneum.

Boni operis propositum facilius in Religione quam in huius seculi vanitatibus perfici, per oliua exemplum declaratur.

Cap. LIX.

PErficere non potest bonum propositum homo stando in seculi vanitate: cuius exemplum apparet in oliuis: quia oliuæ, secundum Aristo. nunquam perfectè maturescunt in arbore: etiam si per plures annos ibi contingerit eas stare. Vnde debent colligi de arbore, & per plures dies caoceruari in vnam congeriem, & sic per mutuam compassionem confortato calore ad plenam perducuntur maturitatem. Quasi autē oliua suspēsa in arbore est homo positus in seculi vanitate. Hic etiam si boni propositi liquorem intus contineat, ipsum tamen ad debitam maturitatem, id est, ad debitum finem ibi stando, nunquam plene perducit. Sed si inde separetur, scilicet à seculi impedimento, & in congerie, id est, in cōgregatione alicuius sanctæ religionis seu societatis locetur, quia tales in operibus spiritualibus se mutuo fouent, cofortato spirituali feruore, citius maturescet, id est, ad boni propositi finem perueniet. Et ideo Chrysost. de hoc ipso loquens, sub similitu Ioan.
dine fici dicit, quod sicut difficile Chry. in
est, immo omnino impossibile, fi- Matt.
culneam,

culneam, iuxta viam positam vsq; ad maturitatē perducere grossos suos: ita difficile est hominem in seculo remanētem vsque ad finē boni propositi peruenire.

Electi Dei perfectiones per quamplurimas Gith, nucis muscatæ, olivæ, granique piperis proprietatibus, lucide patefiunt.

Cap. LX.

PErfecti viri assimilantur gith, quod est genus leguminis, colore nigrum, quantitate paruum, scilicet ad modum gummi.

Item dulcedine sapidum: & ideo in pane dulcorando spargitur. Sic Sancti & perfecti viri sunt colore nigri per diuini amoris adustionem. Nam ligna adusta remanent nigra: sed ista nigredo, scilicet diuini amoris, non causat deformitatem, sed formositatem Cant. 1. Nigra sum, sed formosa.

Item sunt quantitate parui per 1. Co. 15 sui reputationem. Apost. Ego sum minimus Apostolorum.

Item sunt dulcedine sapidi per Psal. 30. contemplationem. Psalm. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, &c.

Item perfecti viri dicuntur esse similes nuci muscatæ, quia inter nuces muscatas sunt pro optimis eligendæ, quæ sunt graues, & solidè interius, quæ cum franguntur non pulueriżantur, & subrubicundi coloris esse ostenduntur cum odore suaui, & forti. Sic illi sunt perfecti & electi viri qui sūt graues per prudentiæ maturitatem, solidi, id est, pleni interius per virtutum veritatem: qui non pulueriżantur cum franguntur, id est, cum persecutionem & violentiam patiuntur, per inconstantiæ leuitatem, quia puluis leuis est, & à vento mobilis.

Item, qui sunt rubicundi per amoris feruiditatem: & suauiter, & fortiter redolent per bonæ famæ suauitatem.

Item perfecti viri assimilantur oliuæ. Primo, propter lignum. Nā lignum olivæ in radice habet amaritudinem, in cortice habet duritiem, in medulla habet pinguedinem, & in ramis multitudinem. Sic viri perfecti habent in radicibus cordis, vel amaritudinem compunctionis, erga defectus proprios, vel amaritudinem compassionis, erga proximos afflictos, vel amaritudinem indignationis & zeli, contra impios.

Item habent in cortice, id est, in corpore duritiem patiētię, scilicet in laboribus plurimis: sed in medulla animæ habent pinguedinem gratiæ.

Item abundant in multitudine ramorum, id est, bonorū operum.

Secundo, propter locum. Requirit enim oliua primo quidem locum temperatum, scilicet nec nimis calidum, nec nimis frigidum, magis tamen se habentem ad calorem quam frigus.

Item requirit locum macilentum: quia non vult plantari in loco nimis pingui, sed macro.

Item requirit locum Soli expositum: multum enim diligit cæli rorem, & aëris serenitatem. Similitet in viris perfectis inuenitur temperamentum, id est, moderamen prudentiæ, & macredo abstinentiæ, & Solis calor, id est, feruor amoris, & deuotionis infimæ. Ipsi enim maximè appetunt rorem cælestis gratię, & in omnibus semper habere serenitatem conscientiæ.

Tertio, propter fructum: habet enim oliua fructū pinguem, dulcem, & vtilem. Similiter viri perfecti habēt opera pinguia, dulcia, & vtilia: pinguia scilicet propter deuotionē, & dulcia respectu sui per dilectionem, & vtilia respe

&c.

Digitized by Google

tu proximi per sustentationem. Opera enim sanctorum virorum sunt Deo pinguia, vt sacrificium: ipsismet dulcia propter meritum: proximis vtilia propter exẽplum. Vel quia opera perfectorum virorum fiunt cum pinguedine pietatis, cum dulcedine charitatis, cũ plenitudine vtilitatis. Vnde ex
Psal. 51. persona viri perfecti dicitur in Psalm Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei.

Item perfectus homo assimilatur grano piperis. Nam granum piperis est exterius nigrum, & interius album: sapore acutũ, odore aromaticum, quantitate modicũ, virtute magnum, actu frigidum, potentia calidum: cuius virtus nõ sentitur dũ est integrũ, sed postquam masticatum fuerit, vel contritum. Similiter homo perfectus est exterius niger, id est, despectus per apparentiam, vel niger, id est decoloratus per pœnitentiam, sed interius albus per innocentiam.

Item in sapore acutus, per subtilitatem sapientiæ: odore aromaticus, per suauitatem famæ: Item quantitate modicus, per reputationem humilitatis: & apparet virtute maximus per efficaciam operis: actu frigidus circa tẽporalia: potentia, siue potenter calidus, circa spiritualia. Cuius virtus non sentitur dum est integer, id est, ab iniuriis intactus: sed cum fuerit masticatus per iniuriarum oppressionem, & contritus per aduersitatum & tribulationum passiones: tunc maximè per patientiam ostendit suæ virtutis perfectionẽ: patientia enim
Iac. 1. opus perfectũ habet, vt dicit Iac.

Perseuerantia virtus quanto nobis conferat dona, exemplo lauri breuissimè pramonstratur.

Cap. LXI.

PErseuerãtia assimilatur lauro. Primo, ratione viriditatis: eo quod suo virore, nec hyeme, nec æstate hæc arbor spoliatur. Sic ergo debet homo perseuerare in bono, vt nec hyeme aduersitatis, nec æstate prosperitatis virorem virtutis amittat.

Secundo ratione securitatis: hic enim esse arbor dicitur, quę securat à fulminibus, à phantasmatibus, & à vermib. Propter primum dicitur in historia Scholastica, qp Tiberius Cæsar cælo tonante laurum in capite solitus erat ferre, ne posset lædi à fulmine. Propter secundũ dicitur in eodem libro, quod Rebecca propter mortẽ gentiũ quem in parentibus viderat, ferta lauri capiti suo imposuit, & ramis herbæ, quæ Agnus castus dicitur, incubuit: vt visiones veras videret, & phantasticas non sentiret. Quantũ ad tertium dicit Dioscor. quod folia eius viridia Dioſc. sunt, quæ multum odorifera, si contrita & apposita fuerint, puncturas apum, & vesparum, & omnem tumorem lædunt: libros, & vestes, cum quibus ponuntur, à tineis & vermibus tutos seruant. Similiter perseuerantibus in bono, nec fulmina aduersitatũ, nec phantasmata dæmonum, nec pũcturæ infirmitatum nocent: sed omnia finaliter eis prosunt.

Tertio, ratione dignitatis: Laurus enim dicitur à laude, eo quod eius ramis & foliis cum laudibus victorum capita olim coronabãtur, vt dicit Isidor. Sic sola perseuerantia est quæ laudem, & coronam meretur. Nam sine perseuerantia (vt dicit Gregorius) nec Gre. lib. pugnans victoriam, nec victor ac mor. cipit palmam.

Prælatorum quale sit officium, ac dignitas, ex veris multi similitudinibus edocetur.

Cap. LXII.

PRælatus debet esse similis malo.

Primo, quia est arbor satis magna,

Digitized by Google

magna, quia quilibet animarum prælatus est, & si non ratione personæ, saltem, tamen ratione officij satis magnus & honorandus.

Aug. in regu. Vnde August. Honore coram nobis prælatus sit: timore coram Deo substratus sit pedibus nostris.

Secundo, quia malus est arbor ligno solida: quia prælatus esse debet animo solidus per constantiam, vt nec prosperitate corrumpatur, nec aduersitate frangatur. Talis enim fortitudo requiritur in eo qui ad prælationē eligitur.

Isa. 40. Isa. Forte lignum, & imputribile eligit artifex sapiens.

Tertio, malus est ex cortice rugosa & nudosa. Cortex autem rugosa est humilis prælati apparentia: quia non decet prælatum Ecclesiasticum esse seculariter pōposum.

Quarto quoque, quia malus est frondium densitate vmbrosa: est autem quasi densitas & vmbrositas frondium, affluentia & gratiosita verborum, quæ debet esse in prælato ad exhortandum.

Quinto quoque, quia malus est florum varietate decora. Hic autem decor florum est pulchritudo & decentia morum, quæ debet esse in prælato. vel quasi flores odoriferi & attractiui, sunt bona exemplaprælati, in quibus abundare debet, secundum illud

1. Tim. 4. Thi. Exemplum esto fidelium, in verbo, in conuersatione, in charitate.

Sexto, quia malus est fructuum fœcunditategratiosa, fœcunditas autem fructuum est abundantia bonorum operum, & præcipuè eleemosynarum, tā corporalium

Col. 1. quàm spiritualium. Apo. In omni opere bono fructificantes.

Si imperfectus homo indies proficere voluerit, quid agere debeat, exemplo Hederæ, plantaqua gradibus septem, scitè declaratur.

Cap. LXIII.

PRoficere si velit homo imperfectus, & crescere in spiritu, debet perfectioribus adhærere. Cuius exemplum apparet in hedera, quæ secundum Isid. dicta est hedera, eo quod arboribus hæreat. Vnde multum in altum se extendit, quamdiu murum, vel arborem inuenit, cui appodiari possit, & hinc inde serpit, donec ad summum peruenit. Sic homo, qui vult spiritualiter crescere, debet talibus adhærere, qui sint ei pro muro ad defensionem, & arbore ad fructuum productionem, scilicet vt eorum exhortationibus, & orationibus, a tentationibus protegatur, & etiam eorum exemplis, quasi quibusdā fructibus reficiatur. Vnde illis homo debet adhærere, de quo sū verbis, vel exemplis spiritualem fructum capere possit. Et tunc hinc inde, id est, modo hoc verbum, modo hoc exemplum ad se capiendo, cito ad summum perueniet proficiendo. Isidor.

Item pœnitens, vel imperfectus homo gradatim proficiendo perficitur, sicut arboris corpus non subito, sed paulatim, & gradatim augetur. Nam primo semen in herba erumpit Dei, vnde herba in arborem crescit, dum herba in duritiem transit, & in arborem conualescit. Vnde dicitur arbustū quasi arboris hasta. Similiter etiā pœnitens nō fit in continēti perfectus: sed proficit gradatim. Psal. Psal. 83. Ibunt de virtute in virtutem: vnde Bern. Nolo repente fieri sum- Bernar. mus, sed paulatim proficere volo. Et ideo pœnitens a principio quidē est herba mollis, quia incipit cum timore, sed postea solidatur, & proficit in dilectione. Et nota, quod in corpore plātæ sunt septem gradus augmenti, qui debent esse in proficiente.

Primus gradus est in radicibus: habet

habet enim planta radices loco oris, vt dicit philosophus, quibus mediantibus humor trahitur ad totam substantiam arboris: & quanto plus augetur, tanto plus de humore attrahitur. Radices autem poenitentiæ sunt timor, & dolor: quia dolet poenitens de offensa, & timet de poena. Et quanto est maior dolor, & timor, tanto magis abundat meror. i. lachrymarum humor: quæ sunt poenitenti animæ vt cibus & nutrimentum, secundū illud. Psal. Cibabis nos pane lachrymarum, & potū dabis nobis in lachrymis. Psa. 79.

Secundus gradus est in stipite siue ligno; quod est pars arboris fortior, solidior, & substantialior, quod à radice exiens vsque ad summum arboris se extendit. Et ideo secundū eius augmentū siue quātitatem iudicatur arbor magna vel parua. Hoc lignū in proficiente vel pœnitente, est charitas, quę est virtus substātialior ad merendū, fortior ad aggrediendū, & solidior ad sustinendum: Vnde secundum eius quātitatem, & eius augmentū, indicatur aliquis apud Deum magnus vel paruus. Vnde Aug. dicit: Si vis scire quātus ille est, scias quantum diligit ille. Si enim multū diligit, magnus est: si parū diligit, paruus est: si nihil diligit, nihil est. Si enim charitatē non habuero nihil sum. Aug. de ci. Dei. 1. Co. 13

Tertius gradus est in cortice exteriori quæ est ad defensionem ligni. Vnde eius augmentum oportet quod sit proportionatum & commensuratum ipsi ligno interiori, secundum eius extensionē & exigentiam. Vnde aliquæ arbores habent corticem subtiliorē, aliquæ graciliorem, secundū ligni possibilitatem maiorem vel minorē. Hæc autē cortex in pœnitentē est exterior abstinentia, & custodia per quam defenditur spiritus a tentationibus multis: sed tamen abstinentia oportet quod sit mensurata, & discreta. i. maior vel minor secundum exigentiam spiritus, & valetudinem corporis, & nō omnibus eadem abstinentia competit, sed diuersa. Augustin. Distribuatur vnicuique vestrum victus & tegumentū non æqualiter omnibus, quia non æqualiter valetis omnes, sed potius vnicuique, sicut cuiq; opus fuerit. Aug. in Reg.

Quartus gradus est in ramis, per quos intelligūtur opera poenitentię, quę debent procedere ex charitate, ad hoc vt sint fructuosa. i. meritoria, sicut rami fructificantes pullulāt stipite. Et nota, quod quāto humor est abundātior, & calor fortior, tanto arbor est ramosior: Ita quanto in pœnitente plus abundat calor dilectionis, & humor compunctionis siue compassionis ad proximum, tanto est ramosior, id est, operosior.

Quintus gradus est in foliis, id est, in verbis. Dicit .n. Arist. quod folia sunt propter fructum: quia vegetiā verba debent esse talia, quod prosint ad meritum, & in talibus foliis bonum est abundare & incrementum suscipere: sicut sunt verba diuinæ laudis, confessionis, & orationis, vel exhortationis. Ari. de veg.

Sextus gradus est in floribus, per quos intelliguntur bonæ cogitationes, & affectiones, quæ in pœnitentibus debent abundare.

Septimus gradus est in fructibus. i. in meritis. Arbor .n. multum, vel parum fructificat, non secundū multitudinem, vel paucitatem ramorum, vel secundum augmenta temporū, sed secundū abundantiam, vel defectum caloris, & humoris. Sic est homo pœnitens, proficit in meritis, nō secūdum numerositatem operum, vel diuturnitatem tēporū, sed secundū quantitatem humoris, & caloris. i. deuotionis, & charitatis. Vnde dicit Aug. quod non numero-

Digitized by Google

ſi: asoperum, non diuturnitas tẽporũ, ſed maior charitas melior quam voluntas, auget meritum.

Rerum temporalium proſperitatis effectus, per multas fabæ proprietates ſummatim recenſentur.

Cap. LXIIII.

PRoſperitas temporalis aſſimilatur Fabæ, quæ humorem groſſum & inflationẽ gignit, ſtomachum lædit, groſſum eius ſanguinem facit, & fumũ, qui caput offendit, & ſomnia terribilia & vana inducit. Sic temporalis proſperitas inducit inflationem ſuperbiæ, voracitatem gulæ, per quã etiam ad litteram ſtomachus frequenter læditur. Vel vẽterin quo nutrimentum ſpiritualis doctrinæ recipitur & retinetur, eſt memoria, quam proſperitas temporalis lædit inducendo obliuionem Dei.

Item fumus vanæ glorię caput, i. mentem offendit, replens eam fumoſitate vanitatis: vnde nimia proſperitas temporalis infatuat, & inquietat caput rationis. Et ideo dicit Sen. Res inquiẽta fœlicites tẽporalis: ſe exagitat, mouet cerebrũ, nõ vno genere alios in aliud irritat, hos in potẽtiam, alios in luxuriam, hos inflat, hos inflammat, hos mollit, & hos reſoluit. Ipſa etiam gignit terribilia ſomnia, id eſt, terrores phantaſticos, vt frequenter timeant qui in proſperitatibus ſunt ea quæ non ſunt timenda, ſicut ſomniãtibus accidit, Pſalmus. Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.

Sene. epi. 38.

Pſal. 13.

Anima humana pulchritudo, ac nonnullorum hominum perfectio in quo conſiſtat, ex pulcherrimis arboris plantæ, perfectionibus facile cognoſcitur.

Cap. LXV.

PVlchritudo animę aſſimilatur pulchritudini arboris. Nam pulchritudo arboris conſurgit ex quatuor: primo ex ſtaturæ procẽritate, videlicet quoniam arbor eſt alta, & eſt recta, & ramorum denſitate debito modo conſerta. Sic pulchritudo animæ primo in hoc conſiſtit, quod ſit recta per intentionem, alta per contemplationem, & ramis varijs circumepta, per variam virtutum adornationem, vel diuerſorum bonorũ operũ multiplicationem. Dan. Arborem ſublimẽ vidiſti atque robuſtã, cuius altitudo pertingit ad cælum: aſpectus eius ingens erat, & rami eius pulcherrimi.

Dan. 4.

Secundo conſurgit pulchritudo arboris ex partium ordinabilitate: videmus enim in diuerſis arboribus, quod partes earum & rami diuerſimode ordinãtur & ſecundũ quod magis ſunt ordinati & inuicem proportionati, ita arbor redditur pulchrior vel minus pulchra. Iſti autẽ rami poſſumus dicere quod ſint ſenſus, & partes hominis exteriores; qui quanto magis ſunt ordinati, & in ſuis moribus modeſti, tanto redditur hominis conuerſatio & aſpectus, & conuictus pulchrior & gratioſior. Dan. Magna arbor, & fortis, & procẽritas eius cõtingens cælum, aſpectus illius erat, vſque ad terminos vniuerſæ terræ, folia eius pulcherrima.

Dan. 4.

Tertio, conſurgit ex figuræ congruitate ſiue formoſitate: variantur enim arbores in figura: quia quædam partes arboris tendunt ſurſum, quædam deorſum, quedã vero tenẽt medium, illæ enim in quarum medulla viget humor ſubtilis, quem calor ad ſuperiora ducit, pyramidantur in modum flammæ quæ aſcendit: Sed illæ in quibus eſt humor groſſus & aquoſus, inferius deprimuntur, & anguſtantur. Illæ vero in quibus eſt humor medius, mediũ tenẽt. Vnde pars alia aſcẽdit, & eſt cauſa eleua-

Digitized by Google

ſa eleuationis, alia deſcendit, & eſt cauſa ingroſſationis. Sicut ergo in arbore eſt triplex humor, ſic in homine eſt triplex amor: vnus qui eum eleuat, & iſte eſt amor ſubtilis, i. ſpiritualis. Alius, qui ipſum deprimit & grauat, & iſte eſt groſſus & aquoſus, id eſt, terrenus et carnalis. Tertius eſt quaſi medius, ſcilicet amor naturalis, vel amor ſocians, & animalis: qui de ſe non deprimit per peccatum, nec eleuat per meritū. Et nota hic, quod duplex humoris digeſtio fit in planta, prima in radice, quæ fit in plantæ augmentatione: ſecunda fit in medulla plātæ, propter eius completionē, maturationē, dilatationē, & cōſeruationem: & ſufficit hæc duplex digeſtio ad plantæ perfectionē: vnde digeſtio tertia in ſolis animalibus inuenitur, ſicut Ariſt dicit: Sic & duplex digeſtio, i. purificatio oportet quod fiat in anima, primo in radice, i. in intellectu per puras cogitationes, & iſta valet ad augendum feruorem ſpiritualē. Pſalm. In meditatione mea exardeſcit ignis. Secundo oportet quod fiat in medulla, id eſt, in affectu, vt habeat puras affectiones, & hoc facit ad maturitatem morum, & ad completionem operum, & ad dilatationem meritorum, & ad conſeruationem virtutum & donorum.

Ariſt. de Anim.

Pſa. 38.

Item quarto, conſiſtit pulchritudo arboris ſiue plantæ in coloris viriditate. Nam planta quanto viridior, tanto pulchrior. Sed nota, quod quædam plātæ ſunt quæ ſemper vireſcunt, ſicut arbores quæ compactam & ſolidam habent ſubſtantiam, & in quibus eſt ſufficiēs humoris; Quædam vero arbores ſunt quæ viriditatē ſuam aliquando amittūt. Sunt. n. frondoſæ & virides in eſtate: ſed ſine frondibus & viriditate in hyeme: ſicut illæ quæ raram & poroſam ſubſtantiam habent, quod eſt propter defectum humoris, quia quando humor nutrimentalis non ſufficit, natura illum ſubtrahit à partibus non neceſſarijs, puta a folijs, ne deficiat neceſſarijs. Quædam vero ſunt quæ aliquando vireſcunt, ſcilicet in æſtate: quandoque vero palleſcunt, ſcilicet in hyeme, folia tamen ſua non perdunt: nā fortem habent calorem ſibi incorporatum: & dum ipſe calor ad interiora arboris fugit, à facie frigidi aëris exterior facies arboris maxime in folijs glauca fit & palleſcit. Non tamen planta talis expoliatur folijs propter viſcoſitatem ſui humoris, & intenſionē caloris. Plātis ergo illis quę ſemper vireſcunt, aſſimilantur virgines, quæ ſummum vitorem carnis ſemper tenent in virginitate. Plantis vero quæ aliquando viriditatem foliorum ſeruāt, aliquando vero eam perdunt, aſſimilantur coniugati, qui quandiu matrimonij ſeruant honeſtatē, virides aliquo modo poſſunt dici, id eſt, continentes: vnde vocatur continentia coniugalis: Sed quando fidem thori non ſeruant, vel matrimonio indebitē vtuntur, præcipue in caſu vbi fit peccatum mortale: tunc ex toto viriditatem perdunt, id eſt, continentiæ honeſtatem. Plantis autem quæ vno tempore palleſcunt, & alio vireſcunt, ſimiles ſunt viduæ. Nā in quibuſdam inuenitur tam fortis calor interioris amoris, & tam viſcoſus, id eſt, tā tenax humor deuotionis, quod in matrimonio licēt aliquo modo palleſcunt, vt in vſu matrimonij delectationem carnis ſentiendo: tamen propter hoc folijs, ſiue foliorum viriditate non expoliātur, quia nō ratione libidinis, nec etiam indebito modo ipſo matrimonio vtūtur, ſed ita vt viriditatē

quando sunt postea viduatæ, quia continentiam seruant, & gratiam Dei per bona opera conseruare & multiplicare procurant.

Religionis, Religiosi, perfectio quo passo agnoscatur, & conseruetur, a Pinea, Rosæ, proprietatibus, perspicuè definitur exemplis.

Cap. LXVI.

REligio assimilatur pineæ, quæ est pini fructus.

Primo, ratione apparentiæ siue figuræ. Nam fructus pini, quanto in imo iuxta stipitem apparet grossus, & in rotundum dilatatus: tanto in summo pyramidalis est & acutus. In quo figuratur, quod religiosi quanto plus se dilatant & diffendũt circa inferiora, tãto plus muniuntur circa superiora: vel in hoc significatur, quod religiosus circa inferiora debet esse simplex & grossus, & circa superiora subtilis & acutus. Secundo ratione continentiæ, quia pinea est nux magna, continens in se multa grana, testis valde duris incluſa, quæ per ordinem sunt inuicem coniuncta, quibusdã tamen testarum folliculis, quasi quibusdam parietibus sunt distincta: & licet testa sit multum dura, fructum tamẽ dulcissimũ in se claudit. Hæc nux magna, religio est, quæ est magna propter magna vota, vel propter magna opera in qua contineri debent multa pretiosa grana, id est, multæ deuotæ personæ, valde autem duræ testæ quibus includuntur, sunt difficiles obseruantiæ regulæ quibus obligantur: quæ si non essent duræ, non essent conseruatiuę. Et hæc grana debent inuicem glutino charitatis, & pacis, & regularis vnitatis esse coniuncta, & tamen in suis actibus & moribus ordinata, & distincta, non tantum cellis, & hospitiis, sed & officiis, & tẽporalibus operibus cõgruis. Et licet testa. i. exterior regula, vel institutionũ obseruantia videatur esse dura, non tamen est fugiẽda: quia dulcissimum tã gratiæ in præsenti, quàm gloriæ in futuro includit in se fructũ. Vnde dicitur: Omnis disciplina in præsenti quidem non videtur esse gaudij, sed mœroris, in fine autem exercitatis per eam dulcissimũ fructum reddit iustitiæ. Heb. 12

Tertio, ratione adhærẽtiæ, quia scilicet pinea est adhærentiæ valde fortis, & magnę glutinositatis, quamdiu recens existit, suam pinguem humorositatem vetustate non perdit; sed postquam ille humor eius consumitur, sic facilè aperitur. Similiter etiam religiosi debẽt tam Deo quam sibi mutuo per amorem, & cõcordiam fortiter inhærere: ita quod diabolus non possit eos aperire, nec ab inuicem diuidere. Et talis fortis inhærentia est in pinea i. religione, quamdiu est ibi pinguis humorositas deuotionis & gratiæ, sicut erat in principio quando religiones inceperunt. Vnde tunc sic erant clausæ diabolo, quod non inueniebat locum ingrediendi in eis. Sed nũc quasi per vetustatem temporis illa bona humorositas nimis diminuta videtur. Et ideo quandoque diabolus eas aperit, & diuidit ab inuicem faciliter, per discordias, & inuidias, & in scissuras & partialitates pessimas. Et ideo hodie religiosos multos diuersis vitiis disipat, & maxime ambitionibus, superbiis, inuidiis, & multis aliis.

Item religionem nouiter ingrediens assimilatur propaginis. Propago enim secundum auctores, est nouella vitis. Nam secundum Isido. propaginare, est palmitem terræ immersum sternere, & inde nouam vitem producere. Nã palmes sub terra mersus, terræ admiscetur, & in radicẽ conuertitur

qua-

Digitized by Google

quæ nutrimẽtũ attrahitur, ex quo vitis propagatur, & nutritur, & augetur. Ille autẽ qui religionẽ ingreditur, quasi palmes terræ immergitur Terra. n. est religionis humilitas, in qua velut mundo moriẽs, qui ingreditur, sepelitur, sed ibi absconditus radicem charitatis mittit, per quã nutrimentũ virtutum, & bonorũ operũ, & diuinorum verborũ ad se trahit, ex quo nutritur, & proficit, quousq; perficiatur etiam ad fructus alios producendos.

Item religio sine disciplinæ studio non conseruatur, sed efficitur similis sęculo: Cuius exemplũ apparet in rosa domestica, quia rosa domestica plãtatur & colitur sicut vitis: & ideo si inculta remãserit, efficitur sicut syluestris, siluestris autẽ trãsplãtata, si bene culta fuerit, efficitur bona rosa. Quasi enim rosa domestica est religionis status. Nã præcipue religiosis dictum est: Estis ciues sanctorũ, & domestici Dei. Sed hæc si negligitur, vt studio & correptione disciplinæ non colatur, efficitur syluestris, id est, similis statui sæculari. Si autẽ econuerso rosa syluestris, id est, homo sæcularis, in religione plantetur, vbi diligenter cultu disciplinæ regatur, efficitur rosa Deo domestica, Angelis grata, & hominibus odorifera. Eph. 2.

Qualis Religiosus esse debeat, & quomodo a Laico differat, ex Anisi, Rosæ, Arborumq; syluestrium, & hortensium proprietatibus, plurimis similitudinibus aperte declaratur.

Cap. LXVII.

REligiosus debet esse similis anisi, quod est herba.

Primo, quia semẽ anisi est quãtitate minimũ, quia, i. religiosus debet se per humilitatem minimum reputare: exemplo Pauli, qui dicebat. Ego sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus: quia persecutus sum ecclesiam Dei. 1. Cor. 15.

Secundo, quia est figura rotundum: quia, i. religiosus debet se reddere ad modum obedientiæ promptum. Nam corpus rotundũ est motui maxime aptum, sicut patet in exlo, quod ideo factũ est sphæricum & rotundum, vt esset aptum reuolui, & moueri. Matth. Mat. 8. Dico huic, Vade, & vadit: & alio veni, & venit. Sic debet religiosus obedire suis prælatis.

Tertio, quia est sapore dulcoro sum, i. dulcedine plenum. Sic religiosus debet esse dulcis per mãsuetam & benignam cõuersationem: debet enim habere dulcem animum, id est, dulcem linguã, & dulcem vitã, vt possit de ipso laudari Deus, & dici, Præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis.

Quarto, quoque, quia est in effectu virtuosum. Nam habet virtutem calculũ frangendi, oppilationes splenis & hepatis aperiendi, dissoluendi, consumendi, & ventositates expellendi: quia, i. religiosus debet in se frangere calculum, id est, peccati duritiem per contritionem, & oppilationes intrinsecas aperire per confessionẽ, impietatis colligationes dissoluere per satisfactionẽ; humorem carnis & luxuriæ consumere per abstinentiæ subtractionem, ventositates vanitatis expellere per sui abiectionem.

Item religiosus debet differre à sęculari, sicut rosa domestica à syluestri. Differunt enim inter se primo in foliorum multitudine: quia syluestres rosæ habent folia pauciora, sed folia hortensis sunt multa. Tãquã ergo folia rosę sunt dona & virtutes animæ, quæ plus debent abundare in religioso, quã in sęculari, vel vt folia rosæ sunt verba sacræ doctrinę, quibus affluere debet religiosus, præcipue ille, cui cõpetit prædicare.

Item differunt in colore, quia folia hortensis sunt omnino rubea, vel omnino alba: sed sylvestris sunt modico rubore admixta. In quo significatur, quod religiosis cōpetit omnimoda charitas, quæ significatur in rubedine; & omnimoda puritas, quæ significatur in albedine. Vnde in vtraque debent religiosi seculares, quosque etiam bonos excedere.

Item differūt in odore, quia rosæ sylvestres sunt minus odoriferæ quàm hortenses: quia religiosi magis debent quàm seculares exemplis bonorum operum redolere.

Item differunt in virtute, quia hortenses sunt in sapore quodāmodo mordicantes, & magnę efficaciæ in medicina: Sic religiosorum, & præcipue prædicantium ora, licet mordeant peccatorum vitia, tamen sunt eis valde medicinalia.

Item religiosi debent differre à secularibus, sicut arbores hortenses à sylvestribus: sylvestres enim dicuntur, quæ nascuntur in sylvis, hortenses vero quæ plantantur in hortis: hortenses etiam excoluntur, sylvestres vero sibi relinquūtur. Vnde dicit Arist. quod domesticæ, siue hortenses, si non fuerint cultæ, fiunt vt sylvestres: & econuerso sylvestres per debitam culturam fiunt vt hortenses. Et sicut ipse dicit, arbores sylvestres magis fructificant, quia hortenses, propter maiorem humoris abundantiam parum vnctuosi. Vnde etiam fructus hortēses sunt maiores, meliores, & dulciores. Dicit enim Arist. quod sylvestres conferunt hortensibus, quandoeis ex opposito complantantur quia sylvestres sunt calidiores & siccriores: & ideo excitāt calorem hortensium, & cōfortant.

Arist. de veg.

In hominibus ergo quasi sylvestres arbores, quæ sibi ipsis, id est proprio arbitrio relinquuntur, sunt personæ seculares: Sed quasi hortenses, quæ sub cura & cultura hominum sunt plātatæ, sunt personæ religiosæ, quæ sub cultura obedientiæ, & cura, & gubernatione sunt positę Prælatorum. Vnde si huiusmodi hortēses. i. religiosi non fuerint culti. i. a suis Prælatis correpti, & à suis excessibus refrenati, efficiuntur vt sylvestres, id est, seculares Ecōtra autē sylvestres, i. seculares, & peccatores, per culturam pœnitentiæ efficiuntur vt hortēses. i. religiosi, & frequenter meliores quam multi ex e s. Isa. Erubescę Sidō ait mare. Gre Quia ex actione quorundam sæcularium confunditur vita religiosorum. Isa. 23. Greg.

Itē sylvestres. i. seculares, quamuis faciant plures fructus. i. plures eleemosynas, vel plures filios carnales, vel plures fructus temporales, i. per lucrum diuitiarum, quam religiosi pauperes & continentes, & non corporaliter negociantes: tamen fructus, id est, opera spiritualia hortensium, id est, religiosorum sunt maiores. i. maioris meriti propter obedientiam, & meliores. i. melius perfecti propter diligentiā. Cum enim sint pauperes & expediti à curis huius mundi, possunt diligentius intēdere operibus Dei, & sic melius facere.

Item sunt dulciores propter cōtinentiam. Et quanto aliquis plus abstrahitur à delectatione carnis, tanto plus percipit de dulcedine spiritus. Animalis enim homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. In hoc etiam, quod sylvestres faciunt plures fructus quàm hortēses, instruimur, quod non debemus respicere ad operū multitudinem, sed ad operum bonitatem. 1. Cor. 2.

Item sylvestres, id est, seculares suo calore. i. suo tēporali subsidio & fa-

Digitized by Google

& fauore cōferūt hortensibus, id est, prosunt ipsis religiosis, eis tēporalia conferēdo, & quia etiam ipsi religiosi proficiunt sibi quoad meritum, ipsos seculares ad spiritualia attrahendo.

Quo pacto fraterna faciēda sit correctio, propriaq; ac alienæ vtilitati vacandum, porri exemplo breuiter exprimitur.

Cap. LXVIII.

SAluti & perfectioni propriæ debet homo primum intēdere, deinde vtilitati & saluti alienæ. Cuius exemplum apparet in porro: quia in primo anno semen non producit, sed in secundo quasi in primo anno intendit solum propriæ perfectioni, sed in secundo producendo semen videtur quasi intendere aliorum propagationi. Similiter prædicator primo debet intendere sibi per profectum vitæ: deinde vtilitati aliorum per semina doctrinæ. Vnde Apost. Attende tibi, & doctrinæ. In cuius rei exemplum etiam Helias dixit mulieri viduæ: Vade, & fac mihi primum subcineritium panem, & filio tuo, deinde tibi: quia charitas hominis incipere debet à seipso. Vnde & iste ordo etiam in semine eleemosynæ est seruandus. Aug. Qui vult ordinatè eleemosynam dare à seipso incipere debet, & eam primo sibi dare: est enim eleemosyna opus misericordiæ: verissimeque dictū est, Miserere animæ tuæ placens Deo, Ideo etiam ordo in correctione seruandus est, scilicet, vt qui vult corrigere alium, prius corrigat seipsum, quia (vt dicit Gregorius.) Mundus esse debet à vitijs proprijs, qui curat aliena corrigere, quo tanto perspicatius in alijs fugienda videat, quanto hæc ipse per scientiam, & vitam verius declinat: quia nequaquam pure in membris maculam considerat oculus quem puluis grauat, & superiectas sordes tergere nō valent manus, quæ lutum tenent. Et similiter Isidor dicit, quod non debet vitia aliena corripere, qui adhuc vitiorum contagionibus fuerit inuolutus. Improbum enim est arguere quidquam in alio, quod adhuc reprehendit in seipso.

1. Thi. 4
3. Re. 17
Aug in Enthi.
Eccl. 12.
Greg. 6. Mor.
Isid. de su. bo.

Christi passionis, sanguinisq; ipsius efficacia quanta sit, quaque in nobis beneficia cōferat per plurimas Balsami, opobalsami, carpobalsamiq; virtutes, perspicue intelligi potest.

Cap. LXIX.

SAnguis Christi assimilatur opobalsamo, id est, liquori balsami. Primo ratione originis. Sciēdum enim, quod proprie arbor tota dicitur balsamum: lignū vero carpobalsamum, semē autem & succus opobalsamum, ex eo q̄ ferreis vngulis cortex ligni percutitur, & per corticis vulnera quasi per cauernas egreditur. Quod totum Christo competit ratione suæ passionis, cuius liquor, id est, sanguis, per cauernas corticis, id est, per vulnera corporis, ferreis clauis impressa effluxit. Bernard. Scio, quod merita mea mihi non sufficiunt, & quod mihi deest audacter vsurpo ex visceribus Christi, quæ misericordia affluūt; nec desunt foramina per quæ defluant. Patet enim arcanum cordis per foramina corporis, patent viscera misericordię Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto.

Item Berna. Ex consideratione remedij, periculi mei quantitatē cognosco, filius Dei iubētur occidi, vt precioso sanguinis illius balsamo meis medeatur vulneribus.

Secundò, ratione pōderis Nam balsamum in aqua positum, mox fundum petit, si verum & non sophisticatum fuerit. Similiter sanguis Christi, & gloriosa

Bern. in serm.
Bern.

eius passio posita per meditatio-
nē in aqua tribulationis nostræ,
mox fundum petit, quia grauiorē
se omnibus tribulationibus no-
stris ostendit. Et sic tribulationes
nostras grauitate sui pondetis le-
Grego. nes & tolerabiles reddit. Greg. Si
passio Christi ad memoriam re-
uocetur, nihil est adeo durum,
quod non æquo animo toleretur.
Hebr.12. Vnde Apostolus: Recogitate eū,
qui talem sustinuit aduersus se-
metipsum à peccatoribus cōtra-
dictionem, vt non fatigemini, a-
nimis vestris deficientes.

Tertio, ratione incisionis. Nam in balsamo sola exterior cortex inciditur: Lignum autē nullo mo-
do tāgitur uerro. Sic etiā in Chri-
sto sola caro incisa est & læsa li-
gno, diuinitate nullam passionē
vel læsionem sentiente, vel susci-
piente. Nota etiam, quod tempo-
re æstiuo cum cultello osseo ramus
ipsius balsami leniter incidatur,
ne lignū interius lædatur, & sub
cortice inciso vitreæ ampullæ po-
nuntur, in quibus guttæ stillantes
colliguntur. Istæ ampullæ vitreæ,
sunt mentes puræ & humiles, sci-
licet vacuæ per humilitatem, &
etiam vitreæ per puritatem, quæ
recolligunt rememorando, &
compatiendo guttas sanguinis
Christi, & pœnas corporis e-
ius.

Quarto, ratione odoris quia (secundum Plinium) omnibus o-
doribus præfertur balsamum. Bal-
samum enim illud est optimum,
quod est odoriferum, ponderosis-
simum, semine maximum, mor-
dens gustum, atque in ore feruidū, & colore rufum. Licet enim
arbor balsami siue eius frutex,
quæ nūquam excrescit vltra altitu-
dinem duorum cubitorum, sit vi
ti similis. & in foliis sit similis ru-
tæ, sed albioribus semper manen-
tibus, ramē liquor rufus est. Omnia autē prædicta habet sanguis
siue Christi passio. Est enim odo-
riferus per attractionis suauita-
tē. Vnde Christus dixit: Ego, si ex-
altatus fuero à terra, omnia tra-
Ioan.12 ad meipsum.

Item ponderosissimus, id est, grauissimus per doloris immēsi-
tatem. Thre. Attendite & est do-
Thre.1. lor similis, sicut dolor meus.

Item est semine maximus per propagationis fæcūditatem: quia multi filij Dei ex sanguine Christi, tanquam fruges ex quodam
semine in terram sparso, progeni
Ioan.12 ti sunt. Vnde Christus, assimilauit se grano frumenti in terram cadenti & morienti, quod multū frumentum affert.

Item debet mordere gustū animæ per dolorem compassionis, & debet feruere in ore per verbum prædicationis, scilicet vt fæquen-
ter Christi passio prædicetur. Apostolus: Nos prædicamus Christum crucifixum, &c. Est enim sanguis Christi colore rufus quia charitatis ardore, & cruciatus dolore vehementer excoctus, & est valde mirabile, quod balsamū quamuis sit rufum, tamen vestem mundam non polluit, vt dicit Isid. Sed longe amplius est mirabile, quod sanguis Christi rubens non solum no polluit, immo etiā immundos abluit. Apoca. Dilexit
nos, & lauit nos à peccatis no- Apoc. 1
stris in sanguine suo.

Quinto, sanguis Christi assimilatur balsamo, & hoc ratione valoris, valet enim balsamū ad multa. Nam fœtum mortuum educit, & hoc significat, quia sanguis, seu passio Christi, mediante pœnitentia, peccatum mortale de cō-
scientia extrahit. Nam pœnitentia, & cætera sacramenta in virtute passionis Christi operantur. Item balsamum mortua corpora incorrupta custodit: quia quantum dissoluit, tantum consumit. Similiter exemplum passionis
Christi

Christi carnem quidē, id est, carnalia vitia mortificat; sed mortificatos carne à peccatorum corruptione cōseruat. Nā qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Item balsamum morsibus venenosis occurrit: quia passio & crux Christi valde tentationibus dæmonum obsistūt. Et ideo figurata fuit in serpente æneo, cuius aspectus à morsibus serpentum liberabat.

Gal. 5.

Nu. 21.

Sanctorum virorum similitudines ac perfectiones breuiter enarrantur, quæ ex varijs florum gariophylorum, palmitum, lignorumq; thinorum proprietatibus colliguntur.

Cap. LXX.

Cant. 2. SAncti viri assimilantur floribus. De quibus dicitur. Flores apparuerunt in terra nostra, id est in Ecclesia, vel in carne humana. Sunt enim ad modum florum multi odoris, in exemplis quibus alios attrahunt. Apostolus: Christi bonus odor sumus. Cant: Vineæ florentes odorem dederunt, & vox, &c.

2. Co. 2.

Cant. 2.

Item sunt dulcis saporis in verbis, quibus audientium mentes reficiunt. Psalm. Quam dulcia faucibus meis. Proue. Dulcia eloquia maiora reperiet.

Psa. 118.

Pro. 16.

Item pulchri coloris, id est, gratiosi aspectus in moribus suis & honestis, & modestis, quibus intuentium oculos alliciunt, sicut dicitur de beato Stephano, quod intuentes in eum, omnes qui sedebant in concilio, viderunt faciem eius tanquā faciē Angeli.

Act. 6.

Item sunt sicut flores maximæ virtutis, scilicet in miraculis, & signis, quæ supra naturam ostendunt, sicut Christus dixit: Signa autem eos qui crediderunt hæc sequentur, In nomine meo dæmonia eijcient, &c.

Mat. 16.

Item flores campos, syluas, & hortos sua pulchritudine exornant, & vestiunt. Nam in campis lilia, & in hortis rosæ, & in syluis violæ inueniri consueuerūt. Tanquam ergo lilia agri sunt virgines, quæ in agro corporis sui virginitatis candorem, & odorem Deo exhibuerunt. Tanquam vero rosæ rubentes fuerunt sancti martyres, quorum vita fuit velut hortus, spina sæpe, hoc est multitudine pœnarum, & suppliciorū Christi amore circundatus, in quibus velut rosę albescentes puritatem intuerunt, & velut rosæ rubeæ sanguine suo purpureo rutilarūt. Sed tanquam violę syluarum fuerunt Confessores, quorum plurimi in syluis, seu eremis, Deum contemplantes, latuerunt: & omnes, velut violæ, odore bonæ vitæ redoluerunt: & per mentis humilitatem præcipuam, inclinata semper capita Deo tenuerunt, sicut viola circa florem aliquantulum incuruatur.

Item sancti viri assimilantur gariophylis, quorū illi sunt electi qui habent nigrum colorem, acutum saporem, suauem odorem, & qui manu compressi emittunt aliquem humorem. Sic viri sancti & perfecti, sunt colore nigri per apparentiæ despectionem, sapore acuti per sapientiæ contemplationem, odore suaues per gratiæ, vel gratam conuersationem, complexione humidi per lachrymarum emissionem. Nam compressi iniurijs plus iuuant se lachrymis quam vindictis. Vnde Ambrosius de se dicebat aduersus milites Gothos: Arma mea, lachrymæ meæ fuerunt.

Ambr.

Item gariophyli, cerebrum & virtutem animalem confortant: quod faciunt sancti suis consilijs, cordis pauorem reuelant suis exemplis, & virtutem naturæ deficientē in proximis, adiuuant suis eleemosynis vel beneficijs.

Rem sancti viri assimilantur palmitibus. Primo, ratione nutritionis: quia palmites à vite nutrimentum suscipiunt. Et ideo tam diu viuunt, & fructificant, quàdiu viti permanent vniti. Nam nutrimentum quod à vite suscipiunt, solum quantum necesse est retinent: quod vero superfluit in materiam germinis, frondis, floris, & fructus, trãsmittunt. Vnde palmites à vite separati non fructus faciunt, sed arescunt. Sic simili etiã modo sancti viri quãdiu per gratiam, vel charitatem viti Christo, qui dixit Ioan. Ego sum vitis vera, qui sunt vniti viuunt, & spirituales fructus faciunt: sed ab eo per peccatum separati, nõ faciunt fructus vitæ æ. opera vitæ æternæ digna. Et ideo dixit ipse Christus Ioan. Ego sum vitis, vos palmites: & sicut palmes non potest ferre fructum nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis.

Ioan. 14

Ioan. 15

Secundo, sancti viri assimilantur palmitibus, & hoc ratione insertionis: quia surculus vnius palmitis siue vitis, inseritur in alio palmite siue vite, & fructificat in eo. Vnde docentur homines ex eadẽ vite facere vuas diuersi doloris, quia sidum vitis inseritur, viti fiat insertio in tribus ramis procedentibus ab vno ramo ipsius vitis, & cũ vno surculo insertionis colorem rubeum apposueris, & cum alio album, & cum tertio colorem croceum, vel etiam aliũ, singuli palmites ex prædictis ramis procedentes, tales vuas facient, quales appositi sunt colores. Et similiter etiam posset fieri in alijs plantis suo modo. Sicut autem palmites, vel rami vitis inuicem incorporantur per insertionem: ita fideles Christi debẽt inuicem vniri, incorporari per charitatis dilectionem. Et tunc vnusquisque facit vuas diuersorũ colorum, quia scilicet participabit merita singulorum. Psa. Particeps ergo sum omnium timentium te & custodientium mandata tua.

Psal. 118

Tertio, sancti viri assimilantur palmitibus ratione protectionis: quia palmites pampinis vestiuntur, quorum subsidio ab ardore & frigiditate defenduntur. Hi pãpini, sunt virtutes, quæ nos defendunt, & à calore prosperitatis, & à frigore aduersitatis. Nã in prosperitate ardet luxuria, & gula: in aduersitate vero frigescit inuidia, & accidia. Sed à luxuria protegit pampinus cõtinentię, à gula pampinus abstinentię, ab inuidia pampinus charitatis, ab accidia pampinus spei, quia spes præmij multum solicitat, & confortat. Sed nota, quod quilibet pãpinus (vt dicit Amor.) est alicubi interciſus, vt solis calorem ad maturitatem fructus admittat. Et similiter quelibet virtus ad hoc, vt eius fructus sit completus, id est, vt faciat meritorium opus, oportet, quod admittat calorem solis, id est, amorẽ charitatis, sine qua nullum opus esset meritorium, & nulla virtus perfecta.

Ambro.

Quarto, sancti viri assimilantur palmitibus ratione colligationis. Nam palmites vitis quidam de se vincula emittunt, quorum adminiculo turbinibus ventisque resistunt, & suos fructus melius sustinere possunt. Multum enim à principio sunt graciles illi, & ideo huiusmodi retinaculis indigent quousque fiant solis beneficio fortiores. Similiter etiam illi qui sunt imbecilliores, & imperitiores, vel minores in via Dei, debent se maioribus atque peritioribus quibusdam obedientiæ, vel familiaritatis, & disciplinæ vinculis obligare & coniungere, vt sustententur ab eis, & eorum exemplo, consilio, & auxilio protegẽtur à turbinibus tribulationum, & ventis tentationum, quousque

quousque diuinę gratię beneficio ipsi efficiantur perfecti.

Quinto, sancti viri assimilantur palmitibus ratione putationis, videlicet, quia palmites singulis annis volunt putari, & magis fructificant; & si diu putati non fuerint, degenerant, & in labruscæ speciem se commutant. Et similiter homines qui volunt proficere, & in meritis dilatari, nec degenerare à iustis, ne efficiantur peccatores, debent cogitatus & actus suos sæpe cũ gladio linguæ per confessionem putare, & pronunciare: sed saltem semel singulis annis tenetur homo confiteri ex præcepto ecclesiæ, & debet putare vineam cõscientiæ, suæ vitæ. Ioan. 15 suæ. Ioan Omnem palmitem qui fert fructũ, purgabit eum, vt fructum plus afferat.

Item sancti viri sunt similes lignis thyinis.

Primo, quia talia ligna sunt spinosa, & albæ spinæ similimæ. Similiter etiam viri sunt in hac vita spinosi, id est, compunctionibus & afflictionibus pleni; cum spinis tamen, id est, afflictionibus carnis, habent albedinem innocentiæ, & puritatem mentis.

Secundo, sancti viri assimilantur lignis thyinis, quia ligna thyina sunt imputribilia, quia vt quidam dicunt, nec in igne comburũtur, nec in aqua resoluuntur. Sic sancti viri sunt per constantiæ sotidi, quod nec igne aduersitatis vruntur, nec aqua voluptatis resoluuntur. Psalm. Transiuimus per Psal. 65. ignem & aquam.

Tertio, sancti viri sunt similes lignis thyinis. Quia talia ligna sunt specularia, sunt n. valde fulgẽtia, & ad modum speculi polita, siue ad modũ vnguis. Vnde in eis resultant imagines sicut in vngue. Similiter sancti habẽt se per modum speculi. In quorum vita velut in quodã speculo quilibet cõspicere potest vitã suã, vel quàm sit fœda si ab ea dissentiat, vel quàm sit pulchra si in ea conueniat. Ex his autem verus Salomon Christus, fecit in domo ecclesiæ gradus: quia ex eorum exemplis conspicimus qualiter ad vitã æternam scandere debeamus. Fecit etiam ex his fulcra, id est, sedilia, quia ex eorum quoque virtutibus colligere possumus quales nos esse oportet, vt in nobis velut in suis sedibus resideat Deus.

Sapientis veræq; sapientiæ vis, ac sacræ scripturæ dignitas quanta existat, per plurima Amomi, Buxi, Radicis Hebeniq; exemplaritè declarantur.

Cap. LXXI.

SApientia assimilatur amomo, de quo fit mentio in Apo. Cinamomum, & amomũ, & odoramentorũ, &c. Amomũ est herba nascens in Syria; cui sapiẽtia assimilatur. Primo, propter odorũ varietatẽ. Est enim herba odorifera, habẽs odorẽ sicut cinamomũ. Item est colore subrusa, habẽs folia coniuncta, & semina copiosa, & albũ florem, vt viola, sicut dicit Dios. Similiter sapientia est odorifera, quia generat honestatẽ, & colore subrusa, quia inflãmat charitatem, & habet folia, i. verba cõiuncta in quantũ suadet vnitatẽ, & in semine copiosa per verborũ affabilitatem, vel affluibilitatem. Nam semẽ est verbum Dei, quo sapiens affluit. Item habet florem album per contemplationis puritatem, quia quasi albi flores sunt puræ meditationes. Apo. 18.

Secundò, sapientia assimilatur amomo, propter proprietatũ eligibilitatem: quia illud amomum est eligendũ, quod est recẽs, longũ, albũ, femine plenũ, super virgas purpureas expãsum; maximè odoriferũ, & ponderosum. Vnde propter omnes istas conditiones doctrina sapientiæ. i. sacræ scripturæ, est inter doctrinas maximè eligenda,

eligẽda. Nam ipſa eſt ſemper te-
ens propter expoſitionum no-
uitatem, ipſa lõgiſsima per tem-
poris diuturnitatem; ipſa enim
Auguſt. cœpit tradi, (vt dicit Auguſt.) ab
exordio generis humani, & dura
Eccl.24. bit vſque ad finem. Et ideo ipſa
de ſe dicit: Ab initio, & ante ſe-
cula creata ſum, & vſque ad fu-
turum ſeculum non deſinam.
Item ipſa eſt alba propter ſermo-
nis puritatem, in qua nulla inclu-
ditur obumbratio, vel permixtio
falſitatis: ſemine plena propter
verborum fœcunditatem: Nam
verba Dei quæ in ipſa continen-
tur, quaſi quædam ſemina, ſunt
Iac.1. quibus filij ſpirituales in fide
Chriſti generantur. Iacob. Volun-
tariè enim genuit nos verbo ve-
ritatis. Item eſt ſuper virgas pur-
pureas, id eſt, ſuper mẽtes doctor
rum, & martyrum expanſa: Ipſi
enim fuerunt virgæ propter tran-
greſſorum correptionem, propter
errantium directionem, propter
debilium ſuſtentationem. Fuerũt
etiam purpureæ per amoris inflã-
mationem, per ſanguinis effuſio-
nem, vel propter regiminis præ-
lationem: nam purpureus quidem
color, eſt regalis color. Item odo-
rifera propter honeſtatem: Hone-
ſtas enim aſſimilatur odori pro-
pter attractionẽ, quia honeſtum
eſt, quod ſua virtute nos trahit,
Sap.7. vt dicit Tullius. De ſapientia di-
citur: Venerunt mihi omnia bo-
na pariter cum illa, & innumera-
bilis honeſtas per manus illius.
Item ipſa eſt ponderoſa per ſen-
Iſa.33. tentiarum grauitatem. Iſa. Verba
legis ponderans.

Tertiò, propter virtutis multi-
plicitatem. Habet enim amomũ
multas virtutes, videlicet ſcor-
pionum ictibus reſiſtendi, ocu-
los foueẽdi, & dolorem inteſtino-
rum ſedandi. Sic ſapientia icti-
bus ſcorpionum, id eſt, deceptio-
nibus obuiat hæreticorum, ocu-
los mentis illuminando confo-
tat, & in doloribus conſolatur, &
lenificat.

Itẽ ſapientia aſſimilatur buxo.
Primo, propter ſubſtantiæ ſoli-
ditatem. Eſt enim arbor hæc ſoli-
dæ ſubſtantiæ, & cõpactæ, & hu-
miditatis viſcoſæ, propter quod
lignũ eſt ponderoſum, & in aqua
poſitum mox petit fundum, quia
potos aperros non habet in qui-
bus ſubintret aër: propter hoc ſu-
per aquam natare non poteſt. Si-
militer ſapientia vera & ſpiritua-
lis, reddit hominem ſolidum, id
eſt, patientem in aduerſis, & com
pactum, id eſt, cõſtantem in peri-
culis, & humidũ, id eſt, abundan-
tem in lachrymis. Nam cor ſapiẽ-
tis vbi triſtitia. Item viſcoſum in
amiciciis. Nam viſcus illud quod Eccl.7.
ei adhæret, non tantum capit, ſed
& tenet. Quia ſcilicet homo ſa-
piens tenax, id eſt, firmus eſt in a-
micitia quam accipit. Item facit
ponderoſum in verbis. Eccl. Ver- Eccl.21.
ba ſapientum ſtatera non ponde-
rabuntur.

Item profundum in ſcripturis.
Nam petere aquę fundum, eſt pe
netrare profunditatem ſcripturę,
ſecundum illud: Profunda fluuio Iob 28.
rum ſcrutatus eſt, & abſcondita
produxit in lucem.

Secundo, propter materiæ leni-
tatem. Nam tabula buxea propter
lenitatem materiæ, optime
politur, & tergitur. Et illud verè
competit ſapienti, habere mentẽ
politam & terſam ab omni vitio
& macula. Vnde Greg. Nazian- Grego.
zenus dicit, quòd prima ſapien- Nazian.
tia eſt vita laudabilis, & apud
Deum pura mens, per quàm pu-
ri puro iunguntur, & ſancti ſan-
ctè ſociantur.

Tertio, propter viroris conti-
nuitatem, quia buxus habet fo-
lia ſemper virẽtia: & dicitur hæc
buxus arbor, & hoc buxum pro
ligno, vnde quidam dixit. Hæc

buxus

Digitized by Google

buxus crescit, hoc buxum otescere nescit. Folia igitur eius non de leui cauſa cadũt, ſed dum vnum cadit alterum creſcit. Et ideo buxus ſemper virens eſt, & quia color viridis eſt maximè gratus oculis. Quod buxus habet folia ſemper virentia ſignificat, quòd homo ſapiens ſemper habet verba
Eccl.20 grata & amabilia. Eccl. Sapiens in verbis amabilem ſe facit.

Itẽ ſapientia aſſimilatur radici. Nam radix licet ſit viſu hiſpida, tamen eſt mollis in ſubſtantia: Sic ſapiens quamuis exterius oſtendat ſe hiſpidum, & rigidum, tamẽ corde eſt benignus & mol-
Sap.1. lis. Sap. Benignus enim eſt ſpiritus ſapientiæ. Item radix eſt poroſa: pori autem ſunt ſubtiliſſima corporis foramina, ſiue viæ. Vnde in hoc ſignat multas & ſubtiles vias, quibus ſapiens in bonis agẽdis, vel malis amouendis ſiue impediendis abũdat. Item quòd incedit tortuosè, nunc exit verſus latus vnum, nunc in latus oppoſitum, quod etiam ſapiens facit, ſiue in iudicio, dum mentis perſonarum ſeu partium diſcutit, vel in ſeipſo, dum vtrunque oppoſitũ attendit. Nam in die bonorũ non immemor eſt malorum, & econuerſo: & ſic vtrũque latus ad modum rei tortuoſe vnum tenendo, & aliud conſiderando occupat, & tangit.

Item ſapiens verus aſſimilatur hæbeno, quod eſt lignum æthiopicum, colore nigrum, tactu lene & planum, durum & ponderoſum. Vnde propter compactionẽ poro-
Ariſt.li. de veg. rum, in aqua poſitum mox fundum petit, vt dicit Philoſophus: & tamen ſi igni appoſitum fuerit, ipſum rapit, & ſuauem de ſe odorem, & fumum emittit. Similiter homo vere & ſecundum Deum ſapiens, eſt coloris nigri, id eſt, apparentia deſpectus per humilitatem: Non enim homo ſapiens eſt ſui oſtentatiuus. Vnde Grego. Nazianzenus dixit: Hoc ipſum philoſophatus ſum, ne philoſophari viderer, ſciẽs quod velle videri ſapientem, hoc eſt, omnino non eſſe ſapientem. Grego. Nazia.

Item eſt tactu planus, id eſt, manſuetus per cõuerſationis lenitatem, durus per iuſtitiæ ſenexitatem, ponderoſus per prudentiæ maturitatem. Fundi aquæ, id eſt, ſcripturæ, vel ſapientiæ (vt ita dicam) eſt petitius per intelligẽtiæ profunditatem: igne inflammabilis per charitatis feruiditatem, boni odoris emiſſiuus per boni exempli ſuauitatẽ: nã Chriſti bonus odor ſumus, vt inquit 2.Co.2. Apoſtolus.

Illius herbæ ortus & virtutes, quæ fumus terræ vocatur vocatur, ea enim ſimilitudinibus ſcientia humanæ vitæ, & delectatio declaratur.

Cap. LXXII.

SCientia humana aſſimilatur illi herbæ, quæ dicitur fumus terræ. Quod patet primo ipſius generatione: propterea enim ſic dicitur, quia eſt generata ex quadã fumoſitate groſſa, reſoluta à terra. Quaſi autem fumoſitas à terra reſoluta, eſt ſenſitiua cognitio per abſtractionem à materia, & ex hac fumoſitate generatur hæc herba, ſcilicet ex ſenſitiua cognitione, ſcientia intellectiua. Vnde Philoſophus dicit, quod omnis Ariſt. Phy. 2. poſt. noſtra cognitio oritur à ſenſu: Nihil enim, ſecundum eum, eſt in intellectu, quod prius non fuerit in ſenſu, licet alio modo ſit in ſenſu, & alio modo in intellectu.

Secundo patet ex comparatione, quia hæc herba eſt tanto melior, quanto viridior. Vnde dum ſiccatur, nullius valoris efficitur. Sic eſt in ſcientiis: nã herba quãto eſt viridior, tanto magis delectat aſpectum. vnde illa ſcientia eſt vt herba viridior, quæ magis

delectat

delectat intellectum: talis scientia est cæteris melior, sicut scientia diuina, vt Philosophus dicit, quod licet de diuinis possumus minus scire, quàm de alijs rebus, tamen illud modicum delectabilius est, quam omnium aliorum cognitio, quę apud nos sunt. Item herba est tanto viridior, quanto humorosior, & illa scientia est viridior, quæ est humorosior, id est effectuosior. In quo omnes alias scientias excedit scientia Theologica, quia maximè effectiua, id est, ad amorem, & affectum boni inflammatiua Hinc. Nonne verba mea quasi ignis.

Aristot. de partib. ani.

Tertio patet ex purgatione: quia hæc herba purgat melancholiã. Est enim calida in primo gradu. Sic scientiæ studium releuat tristitię tædiũ, & melancholiam. i. accidiam fugat: sed præcipue hoc facit Scriptura, quæ maximè in tristitijs consolatur. Vnde Mach. Habentes solatio libros sanctos.

2. Mach. 12.

Quarto, patet ex inflatione quia hæc herba est inflatiua, & ventositatis generatiua, vnde cum anisо, vel fœniculo est miscenda Sic scientia est occasio inflationis superbiæ, dicente Apostolo: Scientia inflat; & vētositatis vanæ gloriæ, nisi cum anisо, vel fœniculo, id est, Dei timore ventum vanitatis expellente misceatur. Vnde Greg Nazianzenus dicit, quod scientiæ desiderium, & inquisitio quæstionum, nisi timor Dei præcesserit, effrenatos animos in præceps ducit.

2. Gor. 8.

Greg. Naz.

Ipsius sacræ Scripturæ præstantia, atque vtilitas ex multis fagi, nucisque, ac huellanæ similitudinibus pulcherrimè aperitur.

Cap. LXXIII.

SCriptura sacra nutrit nos in verbis, & ædificat in exemplis, & purificat in memoriis. Vnde ipsa assimilatur fago, cuius glandes sunt exterius triangulæ, fœni cortici inclusæ, & sunt dulces, & nutribiles. vnde de eis homines antiquitus viuebant. Sic sacræ Scripturæ verba sunt triangularia, in quantũ instruunt nos de fide beatissimæ Trinitatis, vel in quantũ nos de tribus virtutibus Theologicis informant, vel quia continet sub litera triplicẽ sensum, mysticũ scilicet, anagogicum, allegoricũ, & tropologicũ, siue moralem. Et sunt spirituales sacræ scripturæ intelligentiæ sub leni cortice. i. sub facili litera inclusæ, & sunt dulces valde, secundum illud Psal. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Et sunt spiritus nutritiuæ, id est, spiritualis vitæ conseruatiuæ. Mat. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit ab ore Dei. Vnde Moyses in monte quadraginta diebus cũ isto solo cibo permansit, scilicet allocutionis diuinæ, sine aliquo corporali cibo: & similiter alij antiqui patres hoc cibo spirituali aliti sunt.

Psal. 118

Matt. 4.

Item fagus est arbor ædificiis & asseribus valde apta. Sic ex sacra scriptura trahũtur asseres, scilicet sanctorum patrum exempla, ex quibus construuntur spiritualium virtutum optima ædificia.

Item fagus est arbor, cuius substantia pura à vermibus non corrosa est, arti vitreæ valde necessaria, quia ex eius cineribus cũ aliis adiunctis vitrum maximè fit. Cinis autem fagi est memoria mortis, ad quam nos sacra scriptura inducit, & ex hoc fit vitrum puritatis. Et huiusmodi memoria hominem à peccatorum sordibus præseruat, secundum illud, Eccl. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.

Eccl. 7.

Item sacræ scripturæ doctrina assimilatur nuci. Quia fructus nucis (vt dicit Isid.) tantam vim habet, vt missus inter fungos, & cibos venenosos, quicquid in eis

Isid.

est

est virulentū, effundat, rapiat, & extinguat. Sic sacra scriptura, quicquid est virulentū vel noxiū in humanis disciplinis siue scientijs, corrigit & condemnat. Vnde de ipsa sacra scriptura dicit Aug. quod quicquid homo didicerit, si noxium est, ibi damnatur: si vtile, ibi inuenitur.

Aug. de Doctr. Christ. 2. li.

Item scriptura assimilatur auellanæ.

Primo, ratione communitatis, quia (sicut dicit Isid.) ex eo quod in publico loco quasi in sylua oritur, & ab omnibus euellitur, ideo auellana vocatur. Similiter sacra scriptura ita publice, & cōmuniter docetur vt ab omnibus participari, & haberi possit. Vnde præcipuus eius auctor & doctor Christus discipulis suis præcepit:

Mat. 16. Prædicate euāgelium omni creaturæ.

Secundo ratione difficultatis, & etiam vtilitatis. Quia auellanæ sunt quidem ad dirigendū duræ, sed si sunt bene digestæ, multum sunt nutritiuæ. Similiter sententiæ mysticæ sacræ scripturæ licet sint ad dirigendū duræ. i. difficiles, tamen bene intellectę, vel expositę, sunt spiritus mirabiliter nutritiuæ: propter quod dixit Dominus, vt supra allegatum est, quod non

Matt. 4. in solo pane viuit homo, &c.

Tertio ratione obseruabilitatis, quia auellanæ si cū exteriori pellicula fuerint māducatæ, sunt nociuæ, quia multæ inflationis sunt generatiuæ: & ideo sunt à pellicula spoliandæ. Sic quædam sunt in sacra scriptura, quę si secūdum exteriorē pelliculam, id est, secūdum literam fuerint obseruata, non prodessent obseruantibus, sed plurimum nocerent, sicut cæremonialia, & figuralia veteris legis, quæ non licet ad literā obseruare, quia iam eorum veritas quam figurabant, impleta est per Christum. Vnde & Apostolus dicit: Obseruandæ sunt non literæ, sed spiritu; quia litera occidit, spiritus autem viuificat, & ideo detrahenda, & abijcienda est ab huiusmodi exterior pellicula, id est, sensus literę exterior, & accipiendus est sensus mysticus interior.

2. Cor. 5

Per ipsius oleastri exemplum, quantum sanctorum virorum societas prodesse peccatoribus, breuis explanatur.

Cap. LXXIIII.

SOcietas sanctorum virorum multum quādoq; prodest homini peccatori. Cuius exemplum apparet in oleastro, qui est syluestris oleę, sic dicta, eo quod oleæ sit simillima, licet eius foliamagis lata, & est arbor inculta, sterilis, & amara. Sed si ramus eius oliuæ insertus fuerit, vim mutat radicis, & in propriā suam conuertit qualitatem. Quasi autem oleaster homo peccator est, qui licet in natura, siue in hypocrisis figura sit similis viro iusto, non tamē in vita vel anima, quia est incultus per veram pœnitentiā, & sterilis ad opera meritoria, & amarus in conscientia. Si tamen inseratur oliuæ, id est, si sancto viro societur, mutabitur vis radicis. i. affectus cordis, & cōuertetur verbis, & exemplis illius, & trahetur ad vitam consimilem. Apost. Tu autem cum oleaster esses, insertus

Rom. 11

es in illis, &c. Sene. Nulla res magis animos induit honestos, & in prauum inclinabiles reuocat ad rectum, quam bonorum virorum conuersatio: Paulatim enim descendit, & vim præceptorum obtinet frequenter aspici, frequenter audiri.

Sene. in epi.

Homo spiritualis vt ocium fugiat quid efficere debeat, exemplo ficus Aegyptiacę demonstratur.

Cap. LXXV.

SPiritualis homo non debet vacare ocio, sed vno bono opere completo debet ad aliud se parare: cuius exēplum apparet in ficu & præcipue Aegyptiaca. Est enim

ficus

fiens illa arbor quæ per singulos annos fructum facit, & vno matureſcente ſtatim oritur alter: vnde ficus eſt dicta à fœcunditate. Sic quædam ſunt opera quæ homo ex neceſſitate præcepti per ſingulos annos facere tenetur: quædam quidē ſaltem ſemel omni anno, ſicut confiteri in Quadrageſima, & cōmunicare in Paſcha. Hoc enim eſt præceptū eccleſiæ: & ſi pluries hoc fecerit aliquis, melius faceret, quamuis ex præcepto non teneatur. Quædam vero tenetur quis facere pluries in anno, ſicut ieiunare, & ieiunia ab eccleſia inſtituta, quæ in anno pluries occurrunt, ſicut Quadrageſima, & quorundam Sanctorum ſtatutorum vigiliæ, & ieiunia Quatuor temporū, quæ quater in anno occurrunt. Quædam alia ſunt quę homo debet facere quotidie, vt eleemoſynæ & orationes, & huiuſmodi. Et in talibus vno bono opere facto & completo, ſtatim deberet homo cogitare de alio faciendo, quia in via Dei non progredi, regredi eſt, vt dicit Bern. & Apoſto. Bern. Col. 1. fructificantes, & creſcentes in ſcientia Dei.

licet tactus & oscula, amplexus & huiuſmodi poſſint bono animo fieri, & ſine peccato, ſcilicet propter conſuetudinem patriæ, vel propter aliquam neceſſitatē, aut rationabilē cauſam, tamen quando fiunt ex libidine, id eſt, propter delectationem carnis, ſunt peccata mortalia. Quia nō ſolum conſenſus in actum luxuriæ illicitum, vel cuiuſcunque alterius peccati mortalis, eſt mortale peccatum, ſed etiam conſenſus in delectationem ipſius peccati mortalis, eſt mortale peccatum. Eccl. 19. Qui tetigerit picem, coinquinabitur ab ea. Hæc enim pix eſt caro mulieris inflammabilis, & inflammans.

Tactus & oscula quando peccatum in animā cauſent, & quando experimentur. Cap. LXXVI.

TActus laſciui, & diſſoluti cōcupiſcētiam excitant, & inflammant. Vnde aſſimilantur vrticæ, quæ cum ſit naturæ igneæ & & feruidæ, eſt ſe tangentium vritiua. Talis ergo eſt caro humana, quæ ſemper ſecum portat ignem concupiſcentiæ; Vnde non ſine periculo tangitur: propter quod (vt refert Gregor.) dixit quidam Gre. in dial. ſanctus homo infirmus, & quaſi in extremo poſitus, mulieri ipſum tangenti: Mulier tolle paleam, quia adhuc igniculus viuit. Et nota, quod dicunt doctores, quod

Quanta Dei timor nobis dona elargiatur, ex variis ſimiculi recitſſime ediſſerens. Cap. LXXVII.

TImor Dei aſſimilatur fœniculo.

Primo propter virtutem appertiuam, quia fœniculus (vt dicit Plat.) habet virtutem diureticam & apertiuam. Similiter timor Dei aperit viam amori. Vnde dicit Auguſt. quod timor introducit Auguſt. amorem, ſicut cera in corium calciciis introducit filum.

Secundo, quia habet virtutem incidiuam, ſcilicet ex ſubtilitate ſubſtantiæ ſuæ, & ſuis qualitatibus. Similiter timor Dei incidit vinculum affectus amoris mundi. Nam ſicut Io. Caſianus dicit; De Io. Caſ. timore Dei naſcitur compunctio de inſalutaris, & de compunctione mon. cordis abrenūciatio, id eſt, nuditas, & contemptus omnium facultatum.

Tertio, propter virtutem renouatiuam, quia fœniculi guſtu (vt ferunt) ſerpentes omnem ſenectutem deponunt. Sic homo Dei timore compunctus, ſenectutem non temporis, ſed peccati per cō-

feſſionem

fessionē annuatim deponit. Quia saltem semel in anno (vt supra dictum fuit) tenetur homo ex
Eccle.1. præcepto Ecclesiæ confiteri. Ecclesiastes. Timor Domini expellit peccatum.

Quarto, propter virtutem illuminatiuam, quia etiam fœniculi gustu ipsi serpentes caliginē oculorum detergunt, vt Plinius dicit.
Plini. Vnde & hominum intellectum, & caliginem oculorum dicunt ex eo maxime releuari, & ideo ex eius succo fit collyrium oculis valde aptum. Similiter timor domini oculos mentis purificat, & caliginem superbiæ fugat, & lumine vero sapientiæ mentem illustrat,
Iob.28. & ideo dicitur Iob. quod timor Domini ipsa est sapientia.

Quinto, propter virtutē defensiuam. Quia semen fœniculi cum vino potatum, valet contra morsus serpentū, & contra ictus scorpionum, & radix eius cocta cum vino, canis morsum sedat. Hęc n. omnia operatur fœniculus hortensis, & adhuc fortius operatur fœniculus agrestis. Similiter timor dei, & præcipue agrestis, i. fortis, resistit morsibus serpentū, id est, tentationibus diabolicis.

Item ictibus scorpionū, i. motibus carnalium tentationū, quæ antè delectant, & retro cruciant; sicut scorpio ante palpando incedit, sed retro cauda ferit, vt dicit
Gregor. Gregor. Item morsibus canis, id est, tentationibus mundi blandientis, vel persequentis: Quia canis aliquibus cauda blanditur, aliquibus vero latrat, & eos morsibus lædere molitur. Vnde, Greg. dicit, quod in via dei timor fortitudinem gignit, scilicet cōtra carnem, diabolum, & mundum.

Tribulationes in hoc mundo iustis magnas afferre vtilitates, ex plerisq; thelidonia, sicus Aegyptiaca, lactuca, radicis, ranis, ac ruta virtutibus, tinditis exemplis ostenditur.

Cap. LXXVIII.

TRibulatio assimilatur chelidoniæ, quæ est herba cuius succo oculi hirundinum stercore læsi ad statum pristinum reuertuntur, vt Isido. & Plinius dicunt. Similiter (vt dicit Greg.) oculos quos culpa claudit, pœna aperit.

Item tribulatio no nocet se humilianti, sed potius eum exaltat. Cuius exemplum apparet in ficu Aegyptiaca, cuius lignū in aqua missum, cōtra naturam aliarum ficuum mox fundū petit, & postquam fuerit aqua plenum, vnde magis debet esse ponderosum, tunc redit ad summum, vt dicit Augu. Similiter homo positus in
Augus. aqua tribulationis, si fundum petierit, id est, si profundè se humiliauerit, restituetur ad summum gradum, & etiam interdum talis exaltatur ad summum. Vnde de
Phi.2. Christo dicitur Philip. quod humiliauit se ipsum, factus obediēs patri vsque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod deus exaltauit illum.

Item, quod tribulationis flagellum aperiat oculos cordis (vt iā est supra dictum) eo quod tollat cæcitatem inductā per peccatum, patet etiā per lactucæ (quę à quibusdam herarchea dicitur) similitudinē, & exemplū. Huiusmodi enim lactucæ folia sunt breuia & rotunda, cuius succum accipitres herbam scalpendo extrahunt, & tangentes eo oculos, cæcitatem discutiunt cum senescunt.

Succus ergo lactucæ talis est acerbitas tribulationis, quæ scilicet cæcitatem accipitrum, id est, hominū peccatorum, & præcipue tyrannorum fugat. Vnde tribulatio figurata est in illo pisce. Tob. cuius fel. i. amaritudo valet ad
Tob 6. Apoc.3. inungendos oculos. Apoc. Collyrio, id est, tribulationis asperitate, iniunge oculos tuos, vt videas.

Item amaritudo tribulationis

causat dulcedinem cōsolationis: cuius exemplum apparet in radice: quia quandoque amara radix dulcem fructū producit, sicut in vite & oliua natura ostendit, in quibus & consimilibus amaritudo radicalis humoris digeritur, & dulcescit beneficio aëris & caloris cælestis, materiam penetrantis. Sic dolor cordis, vel tribulationis, beneficio aëris circūstantis, id est, alicuius boni viri, vel angeli assistentis, & beneficio gratię cęlestis animum per ipsam tribulationem purgātis, vertitur in magnam dulcedinem cōsolationis. Psal. Secundum multitudinem dolorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.

Psal. 93.

Item tribulatio assimilatur rāno quę licet sit arbor multę amaritudinis, & in radice & in folijs, & in ramis, multum tamen est medicinalis. Nam ex succo radicis medicamentū fit, oculos claros reddens, semen etiam secundinas ex vtero trahit. Sic tribulatio, licet sit amara, & in radice cordis ad considerandum, & in folijs, id est, in verbis ad audiendum, & in ramis, i. factis ad tolerandum; tamen medicinalis est contra peccata, & præcipue, quia oculos cordis clarificat, vt supra dictum est: quod præcipue radix ramni facit, id est cōsideratio causæ ipsius tribulationis, scilicet, quod aliquis consideret & reputet se pati propter peccata sua manifesta vel occulta.

Item deuotio mētis secūdinas, i delectationes & concupiscētias voluptatum educit: quia malitia vnius horæ obliuionem facit luxuriæ, vt dicitur Eccl.

Eccl. 11.

Item tribulatio humiliter portata, assimilatur rutę: primo, quia ruta habet vim purgatiuam: purgat enim immūditiā matricis, & inde fœtum mortuum educit. Sic tribulatio dum hominem ad pœnitentiam humiliat, immunditiā mentis purificat, & inde virtute pœnitētiæ mortale peccatū euacuat. Vnde Aug. super Psa. dicit, quod flagellum tribulationis excitat torpentem, humiliat superbientem, purgat pœnitentem, & coronat innocentem.

August. super ps.

Secundo, quia ruta habet virtutem illuminatiuā, s. quia ruta cruda commesta visum acuit: Sic etiā tribulatio acuit visum mentis, quia intellectū tribuit. Isa. Tantūmodo vexatio dabit intellectū.

Isa. 27.

Tertio, quia ruta habet viui mortificatiuā: debēt in mulieres grauidæ ab esu rutæ abstinere quia fœtum occidit in ventre. Quasi autem fœtus in ventre, est peccatum conceptum, quod tribulationis vis pœnitus extinguit. Eccle. Ignem ardentem, id est, incentiuū peccandi, extinguit aqua, scilicet tribulationis.

Quarto, quia ruta habet vim serpentū & bufonum expulsiuā, vnde debet plātari in hortis: quia abeis omne venenosum depellit, & debet iuxta saluiā plātari, quia eā serpētes diligunt, & bufones: per saluiā ergo calidam & humidam appetitū intellige sensitiuū, qui sensualitas nominatur. Serpētes autē sūt motus inordinati, & passiones virtutis irascibilis: bufones vero sunt passiones cōcupiscibiles, & hęc omnia in saluia fouentur: quia omnes huiusmodi motus in sensualitate nutriūtur. Sed hæc omnia reprimit ruta, id est, tribulatio humiliter portata. Nam bufones, id est, concupiscibiles passiones, puta gaudiū, delectationē, & huiusmodi, extinguit vis tribulationis Sed serpentes, id est, motus irascibilis, puta odium, iram, & huiusmodi, reprimit vis patientiæ & humilitatis. Mat. Serpētes tollent: & si mortiferū quid biberint nō eis nocebit

Matt. 16

Verbi

Digitized by Google

Verbi Dei perfectiones, hic per varias ipsius seminis similitudines exponuntur.
Cap. LXXIX.

VErbum Dei assimilatur semini, secundum illud Luc. Luc. 8. Semen est verbum dei.

Primo propter virtutē attractiuam: quia sicut semen attrahit ad se humorem terræ, ita verbū Dei attrahit affectionē animæ. Et sic Psa. 118 attrahebatur Dauid dicens: Quā dulcia faucib. meis eloquia tua. Ioh. 16. Et Petrus dicens: Domine ad quem ibimus: verba vitæ æternæ habes.

Secundo propter virtutem mūdificatiuam: Propter semen enim terra mundatur, & ipsum etiam terrā mundat trahendo ad se humorem, qui alias in malas herbas conuerteretur. Similiter etiam verbū dei mundat & purgat animā. Heb. Verbo virtutis suæ purgationem faciens. Ioan. Vos iam mundi estis propter sermonē &c. Heb. 1. Ioan. 15

Tertio, propter virtutem assimilatiuā: quia nō ex quolibet semine quodlibet generatur, sed ex simili semine (vt dicit Phi.) sicut ex tritico triticū, & ex hordeo hordeū & sic de alijs. Vnde quia verbū dei, semē dei est, ideo facit homines similes deo. Ioā. Illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est: Quarto, propter virtutū germinatiuam Isa. Sicut hortus semen suum germinat. Sic generatio & natiuitas spiritualis habet fieri per verbum dei. Vnde Pet. Renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei. Aristot. 1. Phi. Ioan. 10 Isa. 61. 1. Pet. 1.

Quinto, propter virtutem promotiuam: quia illud quod ex semine gignitur paulatim, & ex virtute quæ est in semine sēper perficitur & augetur Mat. Germinet semē, & increscat. Vitro enim terra fructificat, primū herbā, deinde spicam, deinde plenum fructum in spica. Semen est verbum Dei, fructificat herbam in incipientibus, spicam in proficientibus, plenum fructū in perfectis siue perseuerantibus. Mat. 13

Sexto, propter virtutem multiplicatiuā: quia ex vno grano seminis multa generantur. Apostolus: Multiplicabit semē vestrum. Et similiter verbum dei, secundū illud Matth. Audiunt verbum, & suscipiunt, & fructificant, vnum triginta, aliud sexaginta, & vnum centesimum. 2. Cor. 9 Mat. 13

Virginitas quantum cæteris præstet virtutibus, ipsique Deo grata existat ac præmietur. quamplurimis cedri, hordei, Rosæ, Violæ, & tandem lilij exemplis, sacræque scripturæ auctoritatibus sit persuasum.
Cap. LXXX.

VIrginitas assimilatur cedro. Primo, qui cedrus est arbor gratissimi vironis, est enim aspectu pulchra semper tenēs viridia folia. Est autem continentia carnis quasi quidā viror arboris. Gratus autem est deo viror continentiæ coniugalis, gratior autē continentiæ vidualis, sed gratissimus est ei viror continentiæ virginalis. Ecc. Gratiā & speciem Eccl. 40. desiderabit oculus, & super hæc virides sationes. Desiderabile est oculis Dei videre gratiam continentiæ coniugalis, & speciem pudicitiæ vidualis, sed super hæc virides sationes, id est, sacratissimas virgines.

Secundo ratione iucundissimi odoris: Odor enim cedri serpētes fugat, & homines recreat. Odor autem virginitatis dæmones fugat, & angelos delectat, quia virginitas cognata est angelis, prout Hieron. dicit.

Tertio, ratione efficacissimi vigoris, quia tāti vigoris est cedrus, vt nunquā à tinea, vel aliquo alio verme corrodatur. Vnde & huius arboris gūma, quæ dicitur cedra, est ad librorum cōseruationem summe necessaria: quia libri exeā

Digitized by Google

liniti, nec a tineis roduntur, nec tempore seneſcunt. Corpora etiã mortua in ligno cedrino repoſita, & eius lachryma peruncta, ab omni putredine præseruantur. Quaſi autem tinea in panno, vel vermis in ligno, eſt concupiſcentia in carne, a cuius corruptione, id eſt corruptione virginitas perpetuo ſe præſeruat. Vnde Auguſ. dicit, quod virginitas eſt in carne corruptibili perpetua incorruptionis meditatio. Nec perditur ſenio virginitas in corpore ſicut vires corporis perduntur. Corpora autẽ mortificata per abſtinentiam melius in cedro, id eſt, virginitate incorrupta ſeruantur. Auguſ.

Quarto, ratione ſuauiſsimi ſaporis: habet enim cedrus in ſuo fructu triplicem ſaporem. Nam in medio circa grana eius pomũ eſt acetoſum, in ſuperficie vero circa corticẽ eſt dulce, in medio vero medullæ, eſt temperatũ inter vtrunque ſaporem, quaſi medium tenens. Sic etiam ſacræ virgines debent eſſe dulces & mites exterius in conuerſatione, ſed interius acetoſæ, id eſt, timidæ, & ſolicitæ: In medio autem, id eſt, in corpore debent eſſe quodammodo temperatæ, vt neque acetoſitate nimiæ aſperitatis infirmẽtur, neque dulcedine delicioſitatis ſoluantur.

Itẽ virginitas aſſimilatur hordeo, primo ratione ordinis: quia ſecundũ Plin. hordeum inter fruPlin. menta primum ſeritur, & primũ recolligitur. Sic inter ſemina virtutum hæc quaſi primũ ſeminata fuit in humana natura & carne, ſ. virginitas. Vnde nec primus homo, nec prima mulier fuerunt producti per actũ generationis, aut per corruptionẽ carnis: quia corpus Adæ fuit ex virginea terra ſumptum, & corpus Euæ ex virginea coſta productum, ſimiliter fuit primo recollectum, & in horreo paradiſi locatũ, quia prima caro Deo vnita, fuit caro virginea, ſicut caro Chriſti, quæ & ipſa virgo fuit, & etiam de virgine ſumpta, & ipſa primo fuit beatificata, & in cælo locata. Tenetur etiam cõmuniter quòd tria virginea corpora ſunt, iam ante meſſem generalem aliorum corporum, in horreo cæli locata, ſ. Chriſti, & beatæ Virginis Mariæ, & Beati Ioannis Euangeliſtæ. De alijs autem, qui cum Chriſto reſurrexiſſe leguntur, tenet Auguſ. quod iterũ mortui ſunt, ita quod non ſunt in cælo, niſi eorum animæ: quamuis aliqui doctores cõtrarium dicant.

Secundo, ratione ſeminis, hordeum enim non vult ſeri, niſi in terra ſicca & ſolida, quia virginitas requirit ſoliditatem mẽtis, & ſiccitatẽ carnis. ſ. per abſtinentiã cibi & potus: quia ſine Cerere & Baccho friget Venus, vt dicit Te Terẽ.
rentius, id eſt, ſine abundantia in Eu.
cibi & potus. Et ideo merito ſignificatur virginitas in hordeo. Quod ſecundum Iſidor. dicitur hordeũ quaſi aridum: quod etiã eſt frigidum, & ſiccum, quia ſcilicet virginitas animam refrigerat ab ardore concupiſcentiæ, & deſiccat ab humore gulæ.

Tertio, ratione roboris. Nullũ enim frumentum eſt magis à corruptione remotũ, quam hordeũ, eo quòd citius recolligatur & creſcat, quam ipſum corruptio vel rubigo inuadat. Hoc autẽ virginitati competit, ob cuius amorem plurimæ elegiſſe leguntur, vt potius per martyrium & violentam mortem recolligerentur ad Deum, quàm inhoneſtæ corruptionis rubiginem paterentur.

Quarto, ratione corporis: quia totum corpus hordei habet quãdam excellentiã. Nam inter omnia frumenta validiorem habet paleam, humiliorem ſtipulam, & lauda-

laudabilem multum medullam, si debito modo sit parata, & farinâ acceptissimâ, seu polêtâ, vt Plinius dicit. Quæ omnia cõpetunt virginitati, quæ est valida in proposito, humilis in animo, laudabilis in exemplo, & acceptissima in merito: Vel valida in carne, humilis in mente, laudabilis in certamine, acceptissima in mercede. Vel valida contra mũdum, humilis cõtra diabolũ, laudabilis quo ad Angelum, acceptissima quo ad Christum.

Item virginitas assimilatur rosæ: quia ipsa est flos, de qua dici-
Eccl. 24 tur, Quasi flos rosarum in diebus vernis. Quod patet primo ratione decoris, quia sua pulchritudo visum pascit. Sic virginitas in oculis Dei & Angelorum maximã
Sap. 40. pulchritudinem habet. Sapie. O, quam pulchra est casta generatio cum claritate.

Secundo ratione odoris: quia suo odore olfactum afficit. Ipsa autem Virginitas tota odorifera est, cuius odore repletur domus
Ioan. 12 conscientiæ: Ioan. Domus impleta est ex odore.

Tertio ratione suauitatis: quia rosa suauitatis mollitie tactum lenit. Specialiter Ioannes inter apostolos, tanquam virgo purissimus Christum merebatur tangere, & ei intimius, & familiarius præ cæteris adhærere. Vnde & in cœna recubuit su[illegible]ra pectus eius, quia virgines quædam speciali vnione Christo cæteris in cælo familiarius inhærent, & circa ipsum sunt, sicut suauissimæ rosæ.

Vnde de virginibus dicitur,
Apo. 14 quod sequuntur Agnum quocunque ierit.

Quarto, ratione virtutis. Nam sua virtute multis lãguoribus rosæ succurrunt: quia scilicet virginitatis honestas à multis tribulationibus liberat quas coniugati
1. Cor. 7 patiuntur, vt Apostolus ostendit

Item virgines assimilantur violis, quæ sunt frigidæ, aquosæ, & odoriferæ. Sunt enim virgines frigidæ à concupiscentia carnis, aquosæ per lachrymas deuotionis, odoriferæ per exempla honestatis. Et nota, quod viola suo odore cerebri calorem mitigat, spiritum animalem confortat, & somnum prouocat. Sic virginitas suo odore ardorem carnis refrigerat, spiritum confortat, & recreat, & ad somnum, id est, quietem cõtemplationis disponit, & præparat.

Item virginitas assimilatur lilio. Can. Sicut lilium inter spinas sic amica mea &c. Et hæc simili-
Cantic tudo primo congruit ratione decoris. Est enim flos miræ pulchritudinis & decoris, quem habet ex candore, siue rubore. Nam lilia communiter sunt alba, sed quandoque rubea & purpurea: habet enim virginitas cãdorem, id est, puritatem carnis. Ecclesiastici: Pulchritudinem decoris e-
Eccl. 40 ius admirabitur oculus. Sed aliquæ virgines habuerũt ruborem passionis, scilicet suo sanguine rubricatæ. Isa. Quare rubrum est
Isa. 63 indumentum tuum, id est, corpus? Secundo ratione odoris. Nam flos lilij quando integer & intactus est, multum permanet, & suauiter redolet: sed confractus & cõfricatus, plurimum foret. Similiter hominũ caro, dum intacta & integra per virginitatem permanet, tam Deo, quã hominibus redolet. Ecclesi. Fructifi-
Eccl. 8. cauit suauitatem odoris. Sed dum per luxuriæ vitium confricatur, vel frangitur virginitatis signaculum, tam spiritualis, quam corporis fœtor egreditur.

Tertio, ratione fulgoris, quia in lilio quædam aurea grana fulgẽt, quæ septem hastulis sustentantur. Vnde ex septem foliis candidissimis simul continuis flos

Digitized by Google

iste componitur, & septē granis aureis decoratur. Hæc septem folia cādidissima inuicem cōtinua sunt septem virtutes animæ, quæ fuerunt in sacris virginibus inuicem connexæ, scilicet iustitia, temperantia, fortitudo, prudentia, fides, spes, charitas. Sed adhuc cum istis septem virtutibus habuerunt septem grana aurea, id est, septem sancti Spiritus dona, scilicet sapientiæ, scientiæ, intellectus, cōsilij, fortitudinis, pietatis, & timoris. Vnde & vere fuerunt virgines sacræ ecclesiæ quasi
Eccl. 50 lilia quæ sunt in transitu aquæ, vt sacra testatur scriptura.

Præstantiores hic virtutes recensentur, quarum perfectiones per Allij fabæq; naturales effectus multis similitudinibus patefiunt.

Cap. LXXXI.

Virtutes assimilantur allijs.

Primo, quia alliū (vt dicit Dioscorides) habet virtutē omne venenosum repellendi. Et hoc competit virtuti fidei, quæ venenosa dogmata, scilicet hæreticorum depellit, in quibus est vene-
1. Ioa. 5. num falsitatis, & prauitatis. Repellit etiam fides & vincit venenum mundi, id est, cupiditatem, vel rabiem tyrannorū per sequentium. Ioan. Hæc est victoria quæ vincit mundum fides nostra. Itē valet contra venenum diaboli.
Ephe. 6. Ephe. In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia telaignea nequissimi extinguere.

Secundo, quia allium habet virtutem dolorem iliorū mitigādi, scilicet si cum oleo coctum, & tritum super locum doloris ponatur. Et hoc cōpetit spei: quia ipsa spes cælestis præmij mitigat dolores præsentis exilij, præcipuè si adsit peccatorum cōtritio, & cælestis gratiæ vnctio.

Tertio, quia habet virtutem diuidendi, & humores grossos incidendi, & consumendi: & hoc cōpetit charitati, quæ nos à mundo diuidit. Vnde qui diligit mundum, nō est charitas Patris in eo, vt dicitur Ioan. Cui poëta consonat, dicens: Non bene concordant, nec in vna sede morantur: Vanus amor mūdi, verus amorq; Dei. Vnde charitas humores grossos, id est, affectus terrę nobis à mente separat, & consumit. 1. Ioa. 2.

Quarto habet virtutem vulnera sordida purgandi: & hoc competit iustitiæ, quia purgat maleficia & scelera in alterutrum commissa, quibus interdum vulnerantur corpora, vel saltem vulnerantur damnabiliter suscipientium corda.

Quinto, habet virtutem dolorē & tumorem a loco tollēdi, si coctum cum aqua fontana apponatur. Et hoc competit prudentiæ, quæ tollit dolorem, dum consolatur in aduersis, & sedat tumorem superbię, humilians in prosperis.

Sexto, habet virtutem morsum canis rabidi curandi, si cum sale, ruta, & nucibus sit admixtum, & positum super vulnus. Et hoc cōpetit fortitudini, quæ defendit à morsu canis rabidi, id est, à terrore aduersitatis, vel persecutionis mundi, si tamen ipsa fortitudo sit cum sale discretionis, cum ruta acutæ contemplationis (quia ruta dicitur reddere visum acutum) & cum nuce, id est, custodia humilitatis. Nam nux dulcedinē nuclei sub arida testa cęlat, & custodit. Et sic quoque homo humilis sub asperitate pœnitentiæ, vel carnis, cælat, vel custodit dulcedinem mentis.

Septimo, quia alliū habet vim hydropisim euacuandi, quia humorem subcutaneum desiccat. Habet etiam vim vermes ventris occidendi, si cum pipere, & succo mentæ, & aceto ad salsæ modum offeratur. Et hæc duo competunt

Digitized by Google

petum temperantiæ, quæ hydropisim curat, id est, luxuriam in qua fluxus canalis humoris exuberant, quem ipsa temperantia per virtutem continentiæ & abstinentiæ curat, item temperātia vermes ventris, id est, appetitum, & pruritus gulæ inordinatos, qui etiam ventrem replent & mordēt, nec cæ, si tamen abstinen ia cum pipere calido diuini amoris, & cum succo mentæ, id est deuotione mentis, & cum aceto compunctionis fuerit sociata. Quia abstinentia, & compūctio, dilectio, & deuotio optimam salsam faciūt animę, per quam omnis inordinatus motus carnis cōstringitur, & abscedit.

Item virtutum theologicarum perfectio repræsentatur in faba. Nam faba habet hastam, quæ crescit angulosa, & repræsentat fidem, quæ creuit per quatuor angulos, id est, per doctrinam quatuor Euangelistarum; vel per angulos, i. per quatuor partes mūdi. Gen 28 De quibus dicitur: Dilataberis ad Orientem, & Occidentem, & Septentrionem, & Meridiem.

Item faba habet florē odoriferū multum ab apibus frequētatum, Et hic flos significat spem: quia cum flos apparet, spes est de futuro fructu: per spem enim iam incipimus futurę vitę gaudia odorare, ac sapere, hanc frequentant apes, id est, actiui solliciti, & argumentosi, quia in spe fructus vitæ æternæ seminant, semina eleemosynarū, & operū misericordiæ.

Item faba producit in hasta theas, quæ scilicet interius diuersis sunt distinctę domūculis, in quibus fabæ per ordinem sunt locatæ. Istæ theæ sunt charitatis gradus, diuersas domunculas, id est, diuersos modos habentes, in quibus sunt fabarum grana. i. charitatis opera quodā ordine distincta. Nā debet esse charitas ordinata & gradata, & interius in affectibus, & exterius in effectibus Can. Ordinauit in me charitatē. Cant. 2.

Plantarum distinctio per masculinas & fœmininas, quadruplici cognoscitur modo, atq; ex earum exemplis virtuosorum vitiosorūq; hominum diuersitas manifestatur.

Cap. LXXXII.

VIrtuosi homines differunt à vitiosis, sicut plantæ, siue arbores masculinæ à fœmininis. Dicit autem Arist. quod diuersitas plantarum distinguitur per masculinas & fœmininas: & inuenitur inter vtrasq; quadruplex differentia. Prima sumitur ex complexione, quia masculina planta spissior est, durior, siccior, dēsior, & ramosior, quā fœminina Similiter inter homines, quidam sunt masculini. i. viriles cōtra vitia, & constātes cōtra aduersa: quidā autē sunt fœminini i. molles & inconstantes. Vnde masculini. i. virtuosi sunt magis spissi per gratiæ plenitudinē, sunt magis duri per patientiæ fortitudinē, magis sicci per abstinētiæ ariditatē, magis dēsi per virtutum multitudinem, & sunt magis ramosi per bonorum operum solicitudinem. Arist. de veg.

Secunda differentia sumitur ex foliorū distinctione: quia masculina arbor habet folia aspera, minora, & strictiora, propter dominiū siccitatis. Et dicit Arist. quod si folia, vel pulsis foliorū, vel cortex masculinæ plantæ foliis fœminæ componatur, vt simul cohæreant, citius maturabūtur fructus fœminæ, & prohibent casum foliorū, & fructuū, donec fuerit cōpleta digestio. Cuius ratio est secundum Alphredū quia masculina planta aēre deferente auget calorem fœmininæ, & sic sit potētior in operatione. Et dicit etiam idem Alphredus, quod si folia masculinæ plantæ coniungantur Arist. de veg. & plant. Alphr.

solijs fœmininæ, sic inuicē cohærebunt, quod vix possint separari ab inuicem. Similiter prælatus qui est masculinus, id est, virilis & prudens, habet solia, i. verba aspera in corripiēdo, pauca in præcipiēdo, stricta in seruando: effœminatus autem, i. timidus prælatus, habet verba leuia in corrigēdo, multa in adulando, & larga in relaxando. Sed quia nimia seueritas aliquādo frāgit, & nimia leuitas aliquando dissoluit, expedit coniungere aliquando in correctione. & componere verbā fœminina cū masculinis, id est, miscere verba blanda duris: quæ tamen sic debent coniungi vtrāb inuicem non separentur, vt neque verba blanda careāt seueritate, neq, seuera careāt lenitate.

Tertia differentia est in pullulatione: quia prius pullulat masculina quàm fœminina, propter fortiorem calorē. Sic homo virtuosus & virilis, bonum facere nō tardat quod expedit, sed timidus & tepidus, qui minus habet de calore charitatis, negligit & postponit.

Quarta differentia est in fructificatione: quia fructus masculinę plantæ est breuior, & etiam maturior quā fœmininæ: Cuius est ratio, quia in masculina, propter abūdantiam caloris & siccitatis, partes eius fortius constringuntur ad inuicem, & faciunt arborem spissiorem. Sic ergo ipsa stricta & soliditas venarum prohibet humorem multum emitti ad vnum locum, vt conuertatur in fructum, propter quod fructū habet breuiorem, vt dicit Albumas. Paucitas autem humoris, & abundantia caloris faciunt quod ipse fructus sit magis maturus. Vnde etiam dicit Aristo. quòd si ventus deferat odorē masculinæ ad fœminina, maturabitur citius eius fructus. Ergo viri masculini, id est, virtuosi & prudentes, faciunt fructus breuiores, i. operationes breuiores, vel breuiora, i. non diu dilata, & maturiora, i. discretiora, quàm timidi & imprudētes, qui faciunt opera tarda & indiscreta. Sed odor masculini, id est, cōsilium & exhortatio hominis magnanimi & prudentis, multū prodest fœminæ, i. homini remisso & debili, & reddit eum magis solicitum ad expediēdum illud quod faciendum est.

Albu.

Arist. de veg.

Allium in corporibus humanis septem detrimenta ponitur, quibus septem quæ capitalia vitia assimilantur.

Cap. LXXXIII.

VItia assimilantur allijs.

Primo, quia allium visum dannificat, quia oculos offendit. Vnde communis versus dicitur. Allia, vina, Venus, pulvis, ventus, faba, fumus. Ista nocent oculis, sed vigilate magis. Hoc autē competit vitio superbiæ, quod visum mentis obscurat. Iob. In manibus, i superbis, abscondit lucem. Gregor. Tumor mentis est obstaculum veritatis. Iob. 37. Grego.

Secūdo, quia stomachū turbat & hoc cōpetit inuidiæ, quę de aliena felicitate mentē perturbat.

Tertio, quia corpori appositum ipsum vlcerat. Et hoc cōpetit gulæ, per cuius superfluitates frequēter ex nimijs humoribus corpus vlceratur & apostematur, & multo magis anima.

Quarto, quia sua caliditate nimia ventrem deficcat. Et hoc cōpetit luxuriæ, quæ corpus nimis inflammat, & bonam humiditatem educendo deficcat.

Quinto, quia nimis comestum corpus inflammat: quod cōpetit iræ, in qua fit ebullitio sanguinis, & totius inflammatio hominis.

Sexto, quia leprā generat: quod competit auaritiæ, quæ est lepra diuitum, sicut dicitur de Naam. 4. 1. Reg. 5

quòd

quòd erat diues, & leprosus. Hæc etiam ad modũ lepræ est vniuersalis infectio siue corruptio, quia radix omnium malorum est cupiditas.

Septimo, quia choleram aduſtã multiplicat: nimia autem aduſtio choleræ melancholiam generat. Vnde melãcholia dicitur cholera nigra, per quam designatur accidia, quia vtraque, scilicet melancholia & accidia, grauedinem, & triſtitiam causat, illa in corpore, iſta in mente.

Varij florum effectus naturales, quibus non absurdè nonnullis similitudinibus vita comparatur humana.

Cap. LXXXIIII.

VIta præsens humana, assimilatur flori.

Primo, ratione generationis: quia flores in zephyro vento generantur: quod significat, quod homo in humilitate, & manſuetudine oritur: Nam ventus zephyrus (ſicut dicit Boetius) eſt ventus mitis & ſuauis, ſicut boreas, econtrario eſt rigidus, & tumultuoſus. homo enim mitior & humilior naſcitur omnibus animalibus: propter quod dicitur, quod homo eſt animal manſuetum natura. In cuius ſignum omnia animalia præter hominem, quaſi armata naſcuntur, vel horribilibus pilis, vel vnguibus retortis, vel calcibus duris, vel ſaltem dentibus acutis: quia dicit Auicenna, quod omnia animalia quæ non carent dentibus, naſcuntur dentata præter hominem.

Boet.

Secundo, ratione diſſolutionis: quia flores in auſtro vento diſſoluuntur. Auſter enim calidus, ſignificat infirmitatis feruorem, quæ incolumitatem, vel proſperitatem humanæ vitæ diſſoluit. Iob. Quaſi flos egreditur, & conteritur. Flores enim dum humore modico nutriuntur, ſubito Solis incendio deſiccantur, & omnis eorum pulchritudo deperditur, & cõteritur, & deletur. Et ſimiliter accidit de corporibus humanis.

Iob 13.

Tertio, ratione diuulſionis: quia flores in vento borea diuelluntur. Ventus boreas aſper & foris eſt mors, per quam humana vita totaliter diuellitur. Item flores dicũtur, quaſi fluores, quia cito defluunt, & ad materiã primariam redeunt. Sic hominũ vita cito defluit, & per mortem humanam corpus in propriam materiam, ſcilicet terram redit. Iac. 1. Flos eius decidit, & decor vultus eius deperiit. Iac. 1.

Christus qua ratione serpenti comparetur, per dracontea herba similitudines exponitur, per varietates florum varia etiam Christi perfectiones enumerantur.

Cap. LXXXV.

CHriſtus aſſimilatur illi herbæ quæ dicitur dracontea, ex eo quod hæc herba habet ſimilitudinem ſerpentis, & tamen non eſt venenoſa, immo eſt ſerpentibus contraria. Nam eius haſta ad modum colubri maculis eſt reſperſa, habens ſimilitudinẽ viperæ, vel draconis. Florem habet purpureum diuiſum, & apertum, ſicut os ſerpentis, de cuius medio procedit quaſi lingua ſerpentis nigra & rotunda. Hæc autem herba odore ſuo ſerpentes fugat, vt dicit Dioſco. Sic Chriſtus habuit ſimilitudinem ſerpentis, in quantum habuit ſimilitudinẽ carnis peccati: ſed tamen in rei veritate non habuit venenum, id eſt peccatum, quod ſerpens antiquus, id eſt, diabolus ſua tentatione humanæ naturæ immiſit. Hebr. Non enim habemus pontificem, qui non poſſit cõpati infirmitatibus noſtris, tentatũ per omnia pro ſimilitudine abſque

Heb 4.

peccato. Vnde Christus suæ passionis odore, ipsos serpentes, id est, dæmones fugauit, nos ab eorum veneno, id est, peccato liberauit. Vnde ipse fuit figuratus in illo serpente æneo quem Moyses fecit, qui figuram tegumentis habebat, & tamen veneno carebat. Lingua autem, id est, doctrina Christi fuit serpentina, id est, prudentissima. Nã prudentia serpenti ascribitur. Matth. Estote prudentes sicut serpentes. Mat.10.

Item nigra, quia humillima. Matt.11. Vnde ipse dixit, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. vel nigra, quia ardentissima: res enim a iustæ nigredinem habẽt. Luc.25. Luc. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via.

Item rotunda, quia perfectissima. Nam rotunda figura a philosopho iudicatur. Ioan. Nunquam sic locutus est homo. Ioan.7.

Item Christus assimilatur flori.

Primo, propter generationem: quia flos generatur ad calorẽ Solis, & infusionem roris, & sine læsione & apertione arboris. Sic ad Christi conceptionem calor sancti Spiritus se infudit, qui ipsam conceptionem fecit. Luc. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: Ros diuinæ gratiæ superuenit, per quam virgo Deo placuit. Luc. Aue gratia plena, Dominus tecũ. Nullam apertionem, id est, corruptionẽ pertulit, sed virgo concepit. Isa. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & gredietur virga de radice eius. Luc.1. Luc.1. Isa.7. Isa.11.

Item (sicut dicit Pythagoras) flos habet in cælo patrem, scilicet Solem, in terra matrem, scilicet plantam: & ita (prout ipse Origines dicit) in cælo est sine matre, & in terra sine patre, & ex hoc similitudinem habet cum Verbi conceptione, quæ fuit in cælo sine matre, secundum natiuitatem: In terra verò sine patre, secundum natiuitatem temporalem.

Secundo, Christus assimilatur flori propter delectationem: quia iste nos delectat vilium, sua pulchritudine. Per quem desiderant Angeli prospicere. Delectat olfactũ tui odoris suauitate, vt quilibet clamare possit: Trahe me post te. Delectat tactum sua lenitate. Psalmus. Quoniam tu Domine suauis, & mitis. ad Thitum. Apparuit benignitas. Delectat auditum, & etiam gustũ per spem futuri fructus; quia quando flores suaues audimus, speramus fructus. Multum enim debet auditum nostrum delectare, quando audimus istum nostrum florẽ Christum esse nostrum mediatorem. Nam sicut flos est medium inter ramum & fructum, sic ipse est mediator inter nos, & Deum. Delectat etiam gustũ in spe fructus, quia per ipsum, tanquã per florem vẽturi sumus ad illos fructus. Cant. Fructus illius dulcis gutturi meo. 1 Pet.1. Psal.85. Thi.3. Cant.2.

Tertio, propter odorationem. Habuit enim iste flos odorẽ Deũ patrem afficientem. Genes. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni. Gene.27.

Item odorem dæmones expellentem ad modum myrrhæ, quæ fugat serpentes. Eccle. Ego quasi myrrha dedi suauitatem odoris. Eccl.24.

Item odorem hominẽ à peccati corruptione seruãtem, ad modum odoris cedri. Et nota, quod flos habet odorem quasi indeficientem, quia auulsus, arefactus, & attritus, odorẽ suum non perdit. Similiter Dominus noster Iesus Christus auulsus in morte, arefactus in cruce, attritus in flagellatione, odorem suauitatis nõ perdidit, sed adauxit. Vnde Ambro.

Digitized by Google

Amb. 3 de spi. san. bro. dicit: Flos odorem suum, & succisus reseruat, & contritus accumulat, nec auulsus amittit. Ita & Dominus in patibulo crucis, nec cōtritus emarcuit, nec auulsus euanuit, & illa lanceæ compunctione succisus, sacro speciosior fusi cruoris colore vernauit: mori ipse nescius, & mortuus æternæ vitæ minus exhalat.

Quarto propter variationem: varia namq; florum genera sunt gratiosa. Et Dominus noster Iesus Christus fuit vt viola per humilitatem, vt lilium per puritatem, vt rosa per charitatem, per quam pro nobis se sanguine rubricauit. Vnde merito dicitur: Quasi flos rosarū in diebus vernis. Psalmus. Tanquam flos agri, sic efflorebit. Eccl. 50 Psa. 102

Verus coniugum Zelus qualis esse debeat, vt sit Deo gratus, nonnullis cepæ marini hic manifestatur exemplis.

Cap. LXXXVI.

ZElus carnalis & matrimonialis, qui est inter coniuges, assimilatur cepæ marino.

Primo ratione nocumēti, quia huiusmodi cepæ, quando inuenitur solum, est mortiferum, & venenosum. Tunc enim talis zelus est solus, quando est sine Dei timore, vel sine prudentiæ discretione, quibus omnis virtus & passio debet esse sociata. Vnde zelus qui est sine eis, generat suspiciones, & tribulationes mortiferas & venenosas: & ad litteram sequuntur quandoque veneficia, & mortes. Ioan. Si zelus amarum habetis, &c. Ioan. 3.

Secundo ratione medicamenti: quia reprimitur eius malitia si in vino & oleo aliquantulum dimittatur, vt sic in medicinis apponatur: quia si amor coniugalis sit cum vino charitatis, & cum oleo lenitatis, non nocet, sed prodest multum. Et de tali amore loquitur. Apostol. Viri, diligite vxores vestras, sicut & Christus ecclesiam. Ephe. 5.

Tertio ratione temperamenti: quia in tali cepæ debent interiora ac exteriora abijci: quia interiora propter caliditatem nimiā, exteriora vero propter siccitatem multum sunt mortifera: sed media sunt temperata, & multum medicinę accommoda Sic à zelo matrimonij debet remoueri illud, quod est vitiosum interius, scilicet amor inordinatus & carnalis.

Item illud quod est vitiosum exterius, vt indiscreta custodia, quam vnus coniugum alteri ponit. Sed amor, siue zelus temperatus, & medium tenens, laudabilis est, & bonus. Et hic zelus facit eos cōcordes in bono, & ideo gratus est Deo & hominibus. Vnde Eccle. In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus: Concordia fratrum, amor proximorum, vir & mulier sibi bene consentientes. Eccl. 24

EXPLICIT LIBER TERTIVS.

PRO-

PROLOGVS
LIBRI QVARTI,
In quo de natatilibus, & volatilibus exempla, similitudinésque quamplurimas dicere aggreditur.

INterroga iumenta, & docebunt te; volatilia cæli, & indicabunt tibi: loquere terræ, & respondebit tibi, & enarrabunt pisces maris. Creator cælorum, & dominator aquarum, vniuersæque Rex & Dominus creaturæ, spiritualem curam gerens de homine, quem sua insignitum imagine, ad sui fruitionem creauerat; aliter omnia quę produxit, humanis deputauit obsequijs, vt non tantum ex eorum aspectu solatia capere posset, sed ex eorum insuper vsu, vel famulatu varia illi commoda vndique prouenirēt. Verum inter ista magnifica sūę prouidentię dicta, volatilia cæli, & pisces maris, (vt ex sacra scriptura colligitur) quodā præcipuo munere ad humanę vitæ commoda tripliciter ordinauit. Nam primo ea constituit in obsequium subiectionis: & hoc ex verbis scripturæ clarius indicatur, vbi Deus hominibus loquens, dicit: Dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli. Dicebat namque, vt animalia cætera illi subijcerentur, qui naturalis rationis fastigij & prouidentiæ gubernaculo omnibus præminebat. Habent enim animalia cętera per extimationē vniuersalis & naturalis prudentiæ, quæ omniū agibiliū est ratio, naturalem quandā participationem: in homine vero viget per se vniuersalis & naturalis prudentia, quæ omnium agibiliū est ratio directiua. Omne autem quod est per participationē, subditur ei quod est per essentiam: quare conueniens fuit, quod omnia animalia homini subderentur: Vnde Psal. 8. ait, Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas, &c. vsque ad semitas maris.

Tob. 12.

Gene. 9.

Secundo, quia Dominus pisces maris, & volatilia cæli hominibus cōcessit in edulium refectionis. Siquidem ante tempus diluuij herbas tantum, & fructus arborum hominibus, & alijs animalibus Deus concessit in cibū, dicens eis: Dedi vobis omnē herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ. Sed postmodum peractio diluuio animalium cōcessus est esus, sed cum Dominus dixit, Omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt, & omne quod mouetur & viuit erit vobis in cibum: quasi olera virentia tradidi vobis omnia, excepto quod carnem cum sanguine nō comedetis. Hoc indultum igitur concessit Dominus, tum propter hominis fragilitatem,

Gene. 1.

Gene. 5.

Digitized by Google

litatem, ne videlicet prosternerentur in tanta vastatione rerum, tum propter terræ infæcunditatem causatam ratione diluuij, tũ etiam propter aëris differentem varietatem: quia (sicut Alicuinus testatur) qui fuit magister Caroli Magni, ante diluuij tempora super terram non cecidit, nec exitit pluuia, sed aquis fontium & rore copioso terra irrigabatur. Vnde herbæ suauiores erant, & maioris efficaciæ ad nutriẽdum quam fuerunt post tempora diluuij, quando aër ventis, ac nubibus, & pluuijs ac passionibus aëlijs distemperatur, ac perturbatur, sed pro tanto prohibuit Dominus esum carnium cum sanguine mixtum, vt dum homo assumere vitaretur sanguinem bestiarum, multo magis horreret effundere sanguinẽ humanum. Vnde subditur, in eodẽ cap Quicunque fuderit sanguinẽ humanum, fundetur sanguis illius.

Alicui.

Tertio, dedit Dominus volucres cæli, & pisces maris, in magisterium institutionis: quod ex verbis Iob supra positis euidenter comprobatur, dicitur enim: Interroga iumenta, & docebunt te, &c. Tunc enim aut iumenta, aut volatilia cæli, aut pisces maris quærimus, cum eorum naturas, aut motus subtiliter indagamus. Sed interrogata nos docent, loquuntur, aut respondent, cùm ex eorũ consideratione percipimus, qualiter nostros actus componere debemus. Et ideo de piscibus maris loquens beatus Ambr. dicit, quod in signum sunt facti, vt in his nostrorum morũ vitia videremus, & caueremus ea.

Ambr. in hexa. lib. 1.

Quapropter post herbarum, & arborum inductas similitudines, restat dicatur, vt in hoc quarto nostri operis, lib. de auibus, atque piscibus aliqua introducantur exempla, vt nostro stylo moribus adaptentur. Non autẽ mihi licuit de speciebus singulis, vel auium, vel piscium in hoc tam breui tractatulo facere mentionem, ex eo quod innumera sunt natatilium atque volatilium genera: quis enim vt de volucribus taceam, & marinorum natatiliũ species dinumerare possit, aut eas suis nominibus singulas designare? Vnde Psal. alt: hoc mare magnum & spaciosum manib. &c. Et secũdum Ambr. plura sunt in mari genera piscium, quã in terra sunt animalium. Ex quo patet quòd volatilium, & magis natatilium species, quæ à nobis cognoscuntur, parua quidem particula sunt respectu eorum quę ignorantur. Ergo exempla, & si nõ de omnibus, de aliquibus saltem magis famosis & notis inducemus, perstringentes materias singulas, quibus adaptabuntur: exempla secũdum modum in præcedentibus habitum sub ordine alphabeti.

Psa. 103.

Ambr.

De aquila pullis exemplo, à mundo dispectos ad suscipiendam pœnitentiam venientes suscipi, atque à Deo benigne nutriri & trahi declaratur.

Cap. I.

ABiecti, & despecti à mundo suscipiuntur & nutriuntur à Deo, cuius exemplum apparet in pullis Aquilæ, quia cum multa grauedine Aquila pullos nutrit, aliquando si tres pullos habuerit, vnum abijcit, quem tamen alia auis, quæ fulica dicitur accipit & nutrit, vt dicit Ambro. Tunc aquila pullũ proijcit, Ambr. cùm mũdus suum amatorẽ persequitur & affligit, quem tamen alia auis, scilicet Christi gratia misericorditer amplexatur, à mũdo etiam coactus recedens, spontè ad pœnitentiam venit. Vnde (sicut Greg. dicit) mala quæ nos hic premunt, ad Deum nos ire com-

Gregor.

Ezec. 34 compellunt. Ezec. Quod abiectũ erat reducam.

Item abiectos & despectos à mundo, Deus, licet excelsus, non tamen abhorret vel despicit, sed eos de excelso prospectãs potius ad se trahit. Quod iterum exemplo Aquilæ patet, quæ scilicet est tam limpidi visus, vt cum in aëre super mare feratur, vt vix videatur, inde tamen pisciculos in mari contemplatur, & instar lapidis imum petit, pisciculos rapit, at-
1. Thi. 6 trahit, & comedit. Sic deus, cuius oculis nuda sunt omnia, & aperta, quamuis in altitudine suæ lucis nobis sit inuisibilis, quia habitat inaccessibilem, quẽ nemo hominum videre potest: ipse tamen pisciculos paruos in mari existentes, id est, despectos & humiles spiritu, in mundo fluctuantes non despicit, sed prospicit in imo, ad eos venit suo lumine illustrãdo, eosque ad se trahit suo amore inflammando, & quasi cibum comedit eos sibi per familiarem gratiam coniungendo &
Psa. 112. incorporando Psalm. Quis sicut Dominus Deus noster qui in altis habitat, & humilia respicit in cælo & terra?

Cur bona opera ab homine facta sint celanda, Pauonis, atque gallinæ exemplis solerter enucleatur.

Cap. II.

ABscondere debet homo opera bona sua, vt non illa diabolus per inanem gloriam & ostentationem corrumpat: Est enim diabolus pauoni similis, qui oua gallinę suę perquirit vt frangat & comedat, vt liberius libidini vacet: sed gallina ipsa oua abscondit, vt seruet. Sic, quia diabolus bona nostra conatur auferre, nos debemus illa per humilitatem abscondere, secũdum il-
Matt. 5 lud Matth. Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Sed quidam sunt sicut gallina domestica, quæ statim cum ouum emisit, clamat, & reuelat, & ideo amittit. Isa. Omnia quæ in domo mea sunt, viderunt: non fuit res quam Isa. 33.
non ostenderim eis, dixit Ezech. de nuncijs Babylonis, & postea dictum est ei, quod omnia amitteret.

Item, quod homo debeat bona opera sua abscondere, propter timorem superuenientis elationis, vel tentationis inanis gloriæ, patet etiam exemplo ceti siue balenæ, quæ non parit oua, sicut multi alij pisces, sed parit viuos fœtus, sicut dicit Ambro. Quos qui- Ambr.
dem postquam peperit secũ tenet & ducit: sed statim cum aliquid quod illis possit esse obnoxium vel terribile superuenire sentit, eos aperto ore in ventrem suum recipit & abscõdit, quousque transierit omne periculũ vel abscesserit, & tunc eos, quasi iam securos, viuos & incolumes euomit, sicut idem Ambros. dicit. In quo quidem aperte docemur, quod bona nostra quæ agimus, etiam propter timorem gloriæ aliquando debemus abscõdere, & propter aliorum vtilitatẽ nõnunquam propalare. Vnde & Dominus noster, qui discipulis alicubi dixit: Attendite ne iustitiã Matt. 5.
vestram faciatis coram hominibus. Ipse etiam dixit: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, &c. in eodem capitulo.

Abstinentiam à cibis moderatam maximopere bonis viris necessariam esse, vnico Pauonis exemplo demonstratur.

Cap. III.

ABstinentia discreta à cibis liberat hominem à putredine & ardore libidinis. Est enim homo abstinens similis Pauoni, cuius caro tam dura est, vt vix putrędinem sentiat, nec facile coqui

eoqui valeat, sicut dicit Isido. Hanc profecto duritiem, moraliter, carnis discreta abstinētia facit, & causat, vt nec putredinis resoluatur fœtore, nec libidinis vratur ardore: cessat resolutio putredinis subtracta materia seminis, scilicet alimentis, & frigescit flamma carnis, ciborum remotis fomentis: sicut etiam lignis subtractis extinguitur feruor ignis.

Pro. 26. Prouerb. Cum defecerint ligna extinguitur ignis. Ioannes Cassianus. Nunquam, inquit, poterit ardentes concupiscentiæ stimulos inhibere, quisquis desideria gulæ refrenare non querit: Et Ambr dicit, quod fames amica virginitati, est inimica lasciuiæ, saturitas verò castitatem perdit, & nutrit illecebram.

Io. Cas. de inst. mona.

Ambr. ser de gula.

Secunda in rebus temporalibus, ac frequens fortuna, peccatorum vulnera haud sentire sinit, quod & ceti similitudinibus aperitur.

Cap. IIII.

ABundantia prosperitatis sentire prohibet vulnera mentis. Cuius exemplum apparet in cete, & in pisce balena, qui tantæ est pinguedinis, quod quādo percutitur, vulnera non sentit, nisi pinguedo eius totaliter perforata fuerit: sed quando caro interior læditur facile capitur, quia amaritudinem aquę non sustinēs, littus petit, & moritur cito. Velut autem pinguedo piscis, est abundantia prosperitatis, quæ quidē dum peccantibus affluit, mentis vulnera siue dāna sentire nō permittit. Vnde dominus cōtra Hierusalem dixit. Luc. Nunc quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, sed abscondita sunt ab oculis tuis. Sed tunc peccator intrinsecus tangitur, cum temporali aduersitate percutitur: Sunt enim mentium vulnera peccatoribus quasi extrinseca, ex eo quod spiritualia, in quibus læduntur, quasi reputant extranea. Sed eū in temporalibus, quæ magis diligūt, læduntur, quasi in intimis vulnerari affligunt, cuius interdum vulneris amaritudinem non ferentes, vel compuncti à suis peccatis littus pœnitentiæ quærunt, vel lapsi in desperationis barathrum æternam mortem incurrunt.

Luc. 19.

Pulcherrimis nonnullorum piscium exemplis accidiam, concupiscentiaque actum humana, anima valde obesse breuiter in hoc loco explanatur.

Cap. V.

ACcidiæ vitium, & concupiscentiæ æstus, maximè nocēt animæ. Cuius exemplum apparet in quibusdam piscibus: quos (vt dicit Aristo.) immoderatus calor nimium lædit. Vnde dicit, quod sunt pisces qui apud ascēsum caniculæ moriuntur præ calore. Vnde pisces in æstate fugiūt à littoribus calidis in profundū mare. Similiter nocet eis magnū frigus, & maximè habentibus lapidem in capite, sicut caneri, & huiusmodi. Nam talis lapis ex frigore congelatur, & sic de facile moriuntur. Quasi ergo calor ęstatis, feruor & flamma est concupiscentiæ carnalis, quæ nisi extinguatur interimit: ideo fugiēdum est in profundum maris, id est, ad abundantiam lachrymarum prouenientium ex amaritudine cordis, vt lachrymarum refrigerium extinguat concupiscentiæ æstum. Quasi hyemis vero frigus rigens, est accidia spiritus, quæ habentibus lapidem in capite, id est, duritiem in mente, præcipuè est mortalis. Nam si cor de se durū est, per accidiæ frigus amplius induratur. Et ideo satis faciliter mortem cuiusdam desperationis inducit, & induratum obtenebrat. Zacha. non erit lux, sed frigus, & gelu.

Arist. 7. libr. de anima.

Zach. 14

Quæ

Quæ ad actiua, & contemplatiua vita perfectionem in vnoquoque hominum gradu requirantur, per quamplurima, tam ex diuersorum auctorum & priscorum exemplis edocetur.

Cap. VI.

ACtiua vita frequentiam hominum & societatem requirit: contemplatiua verò solitudinem diligit. Vnde tam actiui, quam contemplatiui similes sunt auibus. Quarum quædam societatem amant humanam, vt gallinæ, galli, anseres, columbæ, ciconiæ, hirundines, & huiusmodi. Nam gallinis quidem assimilantur prælidentes, id est prælati, quorum est subditos congregare, & defensare, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, vt Mat. 23. Christus de se dixit. Anseribus autem assimilatur sæculares, potentes, quorum est iustitiam, & reipublicæ salutem diligenter custodire. Nã anseres, vt dicit Ambro. sunt optimi locorum custodes. Sed anatibus assimilantur Ambr. in hexa. 17. claustrales, qui quasi anates morari debent in aquis pœnitentiæ, & aquam lachrymarum vel sapientiæ scripturarum frequentare. Colũbis autem, qui cum simplicitate habent fœcunditatem, frequenter pullificantes, assimilantur cõiugati, qui pure ac simpliciter coniugalem vitã ducunt: Ciconiis autem, quæ certo tempore congregantur, maria transuolando, assimilantur peregrinantes, & præcipuè, qui transmarinam peregrinationẽ frequentant, scilicet ad Terram Sãctam. Hirundinibus autem clamosis & garrulosis, assimilantur prædicatores, qui contra peccatores clamant, & garriunt. Omnes enim huiusmodi, & alij consimiles, hominum frequentiam volunt, & non solitariam vitam.

Quædam vero aues sunt, quæ hominum societatem & cohabitationem fugiunt, nec suos nidos homines scire volũt, vt aues, quæ vocantur syluestres, Talibus similes sunt Anachoritæ, & viri contemplatiui, qui hominum frequentiam fugiũt, & mundo sunt abscõditi, in latibulis & in solitudinibus morantur. Psalm. Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Psal. 54.

Item actiui mouentur motu piscium: sed contemplatiui motu auium. Nam dum piscis natat in aqua, cõtracto corpore in longitudinem minorẽ se colligit, & iterum se extendens aquæ innititur, quo nixu repellente aquas, in anterius se propellit: Vnde vtitur quibusdam pennulis in natando, sicut auis in volando, sed tamen alio modo: quia piscis natans, pennulas mouet à parte posteriori in anterius, & quasi quibusdam brachiis sine remis aquam amplectẽs in anterius se extendit. Auis vero mouet pennas suum, & collectum aërem per expressam alarum amplitudinem cogit exire per partem posteriorem. Vnde dum aër à posteriori repellitur, corpus in anterius mouetur. Piscis autẽ natans in aqua est homo solicitus, & operosus in actiua vita, qui tunc in minorem longitudinẽ se contrahit, quãdo se ad humilitatem reducit, dicens & sentiens cum Apostо. Ego sum minimus omnium, &c. Sic & Dominus discipulos monuit, dicens: Cùm omnia benefeceritis, dicite: Serui inutiles sumus. Sed nihilominùs non dimittat, quin adhuc post talem contractionem, id est, humilitatem ad benè agendum se extendat. Nam tali nixu, id est, humilitatis & laboris, propellente diuina gratia, mirabiliter ad anteriora proficiet: Vnde istæ sunt duæ pennulæ quibus actiuus proficit, scilicet humilitas, & operositas: dũmodo ea, quæ retro sunt obli-

1. Cor. 15. Luc. 17.

obliuiscens, ad interiora se dispo
nit atque excendit, vt sic ad mo
dum piscis natantis à posteriori
in anterius proficiendo incedat.
Sed tanquam auis volans in aëre
est homo eleuatus in contempla
tione: qui tunc alas siue pennas
intellectus & affectus sursum e
rigit, cum cogitatione & auidita
te ea, quę sursum sunt sapit. Tunc
autem aërem per expressionem
alarum collectum posterius emit
tit, quando ex dulcedine, quam
cōtemplatione & affectione gu
stauit, ad posteriora, id est, tēpo
ralia contemnenda intendit &
dū aerē à posteriori repellitur, in
anterius corpus mouetur: quia
dum mundus plenè despicitur, a
nimus in spiritualibus virtutibus
semper proficiendo profitetur.

Item actiui assimilantur auibus
quæ morantur in aquis. In quib.
Arist. de ia. ani. (vt dicit Aristot. natura ingenio
ra est, vt pedes haberent latos &
claudos, non inter digitos diuisos, propter natandi necessita
tem: vt scilicet latitudine pedum
aquam propensius pulsent, vt
sic pulsis retro aquis, quasi remi
gando in anterius se extendant.
Caudas autem breues habent,
ne in natando madefactione
caudæ se impediant: Sic simili
etiam modo actiuus, qui proxi
morum necessitatibus per pieta
tis opera seruiunt, competit ha
bere pedes latos, id est, affectus
expansos ad omnem pauperem,
clausos ad peccatum, vel ad
mundani fauoris appetitum, &
in digitos non diuisos, id est, si
ne dissentione & discordia ope
rum. Vel debent habere homi
nes actiui digitorum distinctio
nem, tamen sine scissione eo
rum, id est, debent habere ope
rum discretionem, tamen sine
discordia & dissentione: quanto
autem latiori pede, id est, largio
ri affectu aquam tribulationis
& necessitatis proximorum ab
eis propellere niruntur, tanto ip
si copiosiori fructu in profitiendo gradiuntur. Caudam etiā de
bent habere breuem, id est, celerem expeditionem agendorum,
vt non protrahant dandū angustiaro. Vnde dicitur: Ne dicas a
mico tuo, id est, Christo, vel pau- Prou. 3.
peri eius, vade, & reuertere, &
cras dabo tibi, cum statim possis
dare.

Item actiua vita requirit maxi
mè puritatem intentionis: quod
patet exemplo merulæ, quæ cum
vbique sit in pennis nigra, in A
chaia innenitur candida. Achaia,
quæ interpretatur soror laborās,
actiuam vitam designat, quæ re
quirit germanitatem contempla
tionis: Duæ enim sorores fuerūt
Rachel & Lya, quarum prima
contemplatiuam, secunda vero
actiuam significat vitam. Et aliæ
duæ sorores in euangelio, scilicet
Maria Magdalena, & Martha,
hoc idem figurare dicuntur. Ha- Luc. 10.
bet etiā actiua vita laborē actio
nis. Vnde, & satagebat Martha,
laborans circa frequens ministe
rium: erat enim solicita erga plu
rima, &c. Est autē velut candida
merula, actionis intentio mūda:
& ideo candida merula Achaię,
mundā intentio est in operibus
vitæ, quā Dominus mundandam Mat. 23.
esse docuit cum dixit: Munda
prius quod intus est calicis, &
paropsidis: quia enim calice po
tatur sitiens, paropside vero esu
riens reficitur, merito quidem in
calice & paropside designantur
eleemosynæ, & opera vitæ actiuæ: Sed id quod intus est calicis
& paropsidis, est latens intentio
eleemosynā facientis, quā quidē
prius mundare debet, quàm dare
eleemosynā: Antè enim lauatur
paropsis, quā fiat immissio cibi,
Et ante mūdandus est calix, quā
fiat infusio vini & aquæ. Iuxta

dictum Horatij Poëtæ. Sincerum nisi sit vas quodcunque infundis acescit. Sic quoque mundanda est intentio ante exercitium boni.

Flora in epist.

Item actiuus bono assimilatur pisci tymalo. Est enim tymalus (sicut dicit Ambro.) quidam piscis quem Ticini fluuij vnda nutrit: sic dictus à tymo, eo quod redoleat ad modũ floris thymi. Vnde de eo qui suauiter redolet facetè dictũ est, aut florẽ redolet aut piscem: quia consimilis odor est illius floris & piscis. Vnde in Apoc. Apoc. Phialæ plenæ odoramentorum, dicuntur orationes Sanctorum. Sed actiuus redolet proximo ad modum piscis: Nam ille tymalus piscis & redolet & reficit. Et similiter homo actiuus redolet exemplo, & reficit ex dato.

Apoc. 5.

Hæretici qui more adulatorum loquuntur, variis marinis belluis, cicadæq; compatiuntur. Cap. VII.

ADulatores, seu hæretici, qui suauibus verbis, ac dulcibus, quosdam simpliciores seducunt, quibusdam marinis belluis possunt assimilari. Dicit enim Iorath philosophus, quod est bellua quædam in mari, quæ de faucibus suis aquam expirat, cum vapore odore pleno: Vnde pisces sequuntur ipsum odorem sentiẽtes, & intrant odoris gratia in fauces eius, quæ protinus ipsos deglutit, & sic ex eis se pascit. Est etiam piscis alius sasten dictus, in cuius ore aqua hausta dulcescit: quem pisces minores sequentes, & eius os intrantes, subito deglutiuntur ab eo. Quia igitur scripuum est: Aqua profunda, verba ex ore viri. Tanquam aqua odorifera, vel dulcis ex ore piscis, sunt verba blanda, nec non adulantia, hæretici quibus attractos simplices, quasi in ventrem traijciendo deglutit, dũ eos decipiendo seducens, ad intentã nequitiam trahit.

Iorath. lib. de anima.

Prou. 18

Item adulatio blanda interdũ mentes vanas occidit, quibus aspera & vera locutio reddit vitã. Cuius rei exemplum apparet in cicada, quæ, si eam oleo perfundis, statim necatur, eo quod poris obstructis spirare minime valet: sed statim, si superfundatur acetum, illico reuiuiscit, eo quod poros aperit, quos virtus obstruxetat olei: & hoc idẽ per omnia beatus Ambrosius dicit. Tunc ergo oleo cicada perfunditur, cũ mens vana adulatione linitur & tunc obstructis poris necatur, quando suis sibi clausis & occultatis defectibus, in superbiã eleuatur: sed aceti pungentis asperitas eidem vitam reddit, quia hanc increpatio aspera ad verã sui notitiam, & vitalem humilitatem reducit. Vnde bene Psal. dicit. Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

Ambr.

Psa. 140

Triplex amicitia vtilitatis causa contracta defectus, & quamdiu perseueret, multis auctoritatibus accipitris exemplo aperte monstratur. Cap. VIII.

AMicus, qui propter vtilitatem est assumptus, tamdiu honoratur vel in precio habetur, quamdiu vtilitas durat. Cuius exemplum apparet in accipitre, qui quamdiu est ad prædam aptus, à Domino suo diligitur, manu gestatur, in cauda & in pectore replanatur, sed dum moritur, vel quando inutilis ad prædam redditur, non pascitur: quia proijcitur, & tanquam si nũquã fuerit contemnitur, & abijcitur. Similiter (prout Sene. dicit) Amicus, qui vtilitatis causa assumptus est, tamdiu placebit, quãdiu vtilis

vtilis fuerit: Nam facultate & vtilitate remotis, contemnitur & abiicitur. Vnde nota, quod talis amicitia triplicē habet defectū.

Primus est, quia non est vera: quia ille qui propter vtilitatē diligit, non ipsum amicum diligit, sed rē amici. Et ideo potius seipsum diligit solū, qui amici bona appetit. Et ideo Augu. dicit: Non propterea amare debes amicum, vt aliquid tibi præstet, vt pecuniam, vel aliquid commodi temporalis: non enim illū amas, sed id quod tibi præstat. Amicus gratis amandus est, propter se, non propter aliud. Vnde Petrus Blascenus dicit, quod vera amicitia eodem oculo respicit amicum diuitem, & medicum fortem, ac debilem sanum, & ægrum humilem, ac sublimem.

Aug. in Serm.

Pe. Blasce. de amic.

Secundus defectus est, quòd talis amicitia non est fidelis. Nam sicut dicit Isidorus, non sunt fideles in amicitia quos munus non gratia copulat: nam citò deserūt, nisi semper acceperint, dilectio enim quæ munere cōglutinatur, eo suspenso dissoluitur.

Isi. 3. li. de sum. bono.

Tertius defectus est: quia talis amicitia nō est firma nec permāsura diu. Vnde Tullius dicit: Si vtilitas amicitias conglutinaret, & eadē commutata dissolueret, sed quia natura mutari non potest, idcirco veræ amicitiæ sempiternæ sunt. Prouerb. Omni tempore diligit qui amicus est.

Cic. de ami.

Pro. 17.

Auaritia defectus, auariq; diritas terminatur, qui etiā auibus præda aptis, & Gryphibus, montes gemmis ornatos custodiētibus, suibusq; marinis, variis comparatur exemplis.

Cap. IX.

AVaritia reddit homines insociales & crudeles, non solum ad extraneos, sed etiam ad suos domesticos. Cuius rei exemplum apparet in auibus prædæ: in quibus repræsentātur auari affectu, vel effectu rapaces: Omnes enim tales aues, vt dicit Aristot. solitudinem diligunt, & cum aliquo sociorum habitare non possunt. Nam sicut charitas quærit communicationem, & societatem, ita cupiditas appetit solitudinem, & proprietatem: Vult enim cupidus solus habere; & ideo suspectum habet, cum socio manere. Vnde possessio temporalium est mater dissensionum: propter quod de Abraham, & Loth dicitur, quòd erat substantia eorum multa, & non quibant habitare comiter. Vnde facta est rixa inter pastores Abraham & Loth.

Arist. 2. de ani.

Gen. 13

Item tales aues prædæ, vt idem dicit, pullos suos, postquam volare possunt, à se pellunt, & secum viuere non permittunt: quia scilicet plerunque auari etiam suos domesticos & filios abiiciunt, & graue sibi reputant, si eis expensas debitas impendant.

Item auari assimilantur Gryphibus, qui custodiunt montes, in quibus gemmæ preciosæ sunt, nec eas inde auferri permittunt, vt dicit Isidorus: & propter hanc causam, rarus est illuc hominum accessus: Nam viuos homines deglutiunt; & equitem armatum cum equo rapiunt, sed tamen de gemmis illis, quas ita acerrimè custodiunt, ipsi pro se nullam vtilitatem sumunt. Sic similiter est de auaris quibusdā, qui thesauros ita cupidè custodiunt, vt si quis eis vel modicum quid aufert, ipsum si possent viuum deglutirent. Ad tales diuites pauperes homines accedere non possunt; quia turpiter eos repellunt, & ideo timent pauperes accedere ad eos. Veruntamen ipsi de his, quæ sic tenaciter possident, etiam pro se expendere non audent,

Isido.

sed alij post eos de illorum diuitiis gaudent. Psal. Thesaurizat, &
Ps. 38. ignorat cui congregabit ea. Et
Eccl. 5. Ecclesiastici. Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis.

Item auarus, qui in diuitiis appetitus sui satietatem quærit, est porco marino similis: Nam piscis ille marinus qui porcus dicitur (sicut Isidorus dicit) more terrestris porci arenam fodit, & in ea cibum suum & satietatem quærit.
Sap. 7. Quia igitur omne aurũ tanquam arena est exigua, Auarus quisque, dum in auro vel argẽto satietatem quærit, quasi porcus in arena cibum, quo repleri possit, effodit, cum tamen scriptũ sit:
Eccl. 5. Auarus non implebitur pecunia.

Blasphemia quando veniale, seu mortale sit peccatum, definitur, & Deum ac Sanctos blasphemantes, cornicibus assimilantur.

Cap. X.

BLasphemantes Deum vel Sanctos, similes sunt cornicibus. Nam cornix aquilam, & alias aues prædæ, quas tangere formidat, garritu suo infestat: sed aliquando non lucrũ inde reportat, quia post simulationem longam eam percutit & occidit. Sic etiam blasphemi nepharij, Deũ & Sanctos, quos factis non possunt lædere, maledictis nituntur impetere, quos aquila. i. Deus, siue Christus, postquam diu eorum insaniam per patientiã tolerauit, eos nonnunquã in corpore monstruosis infirmitatibus percutit, sed tãdem, si non eos pœnitet, æternæ mortis supplicio eosdẽ affligit. Et nota, sicut dicit quædam
Isa. 18. Glosa super Isa. Omne peccatum blasphemiæ comparatum leuius est. Vnde blasphemia etiã ex surreptione, & absque deliberatione prolata, potest esse peccatũ mortale, quamuis aliquando potest esse veniale Nã cũ aliquis subito ex aliqua passione in verba imaginata prorumpit, quorũ significationem non considerat, tũc est veniale peccatum: sed quando aduertit hoc esse blasphemiã, cõsiderans significata verborũ, tunc non excusatur à peccato mortali: sicut ille, qui ex subito motu aliquem occidit iuxta sedentem.

Apum perfectio naturalisque prudẽtia multifariam decernitur, ac eis per varia exempla scitásque rationes boni & virtuosi viri comparantur.

Cap. XI.

BOni ac virtuosi viri assimilantur apibus, quoad tria.

Primo quoad innocentiam. Nã apes dictæ sunt eo quod sine pedibus nascuntur. Boni viri ergo, quique recti, sunt similes apibus, qui sunt sine illis pedibus de quibus scriptum est: Pedes illorum ad malum currunt: Sunt enim pedes animæ peccatricis quibus ad malũ curritur, ipsæ interiores Prou. 12.
nequitiæ, & affectus malignitatis. Secundo, quoad solertiã, & prudentiam, quia apes (sicut dicit Isido.) valde solertes sunt in gignendo mella, & fauum, & sua domicilia mira arte componunt, & ex variis floribus mirabili artificio fauum recolligunt. Sic viri boni, solertes quidẽ sunt, & mella gignunt, solertes quidem sunt, i. subtiliter & cito perpendentes qualiter est agendum, vel loquẽdum, est enim solertia facilis & prompta coniecturatio circa inuentionem medij, vt tradit Philosophus, & ideo cũ ea quæ dicunt per debita media ostendunt, & illa quę operantur per debitas vias perficiũt, quasi apes solertes aliis mella gignũt. quia s. melliflua verba loquendo audientibus proferunt, & etiam melliflua facta verbi operando ostendunt. Domicilia quoque sua i. consciẽtias proprias, vel proprias familias mira Arist. 1. post.

pruden-

prudẽtiæ arte siue sagacitate cõponunt: quia si sciunt componere, vel ordinare aliena, multo magis propria. Vnde ex odoriferis floribus, id est, ex placidis, & gratiosis aliorum factis, vel dictis, colligunt fauum. i. doctrinam, & modum, quo suas thecas, siue habitacula, id est, conscientias, vel domos ordinant, & componant.

Apparet etiam in apibus prudẽtia mirabilis tripliciter. Primo respectu temporum, quia prudentes discernunt tempora laboris & quietis: Nam hyemis tempore latent, quia scilicet vires non habent quibus ventis, niuibus, & pluuiis resistere possint: ex quo innuitur, quod maximè persecutionis tempore licet debilioribus fidelibus persecutionem declinare, & latere, secundum illud Domini: Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. In tempore autem veris apes exeũt, nec in illo ociosę sunt, sed primo fauos constituunt, ceram fingunt, cellulas faciunt, & sobolem tandem & mella conficiunt. Ex quo videlicet erudimur, quod tempore prosperitatis & pacis, ocio non vacemus, sed in variis exercitiis vtiliter laboremus. Tũ scilicet constituendi sunt faui, id est, actus exercendi virtutis, quibus ad cælestis hæreditatis dulcedinem preueniamus. Dicitur enim Ecclesiast. Hæreditas mea super mel, & fauum: Tunc quoque fingenda est cera, id est, componenda conscientia, quæ scilicet velut cera ad diuersas suscipienda figuras, vitiorum & virtutum, est apta. Psalm: Factũ est cor meum tanquam cera liquescens.

Matt. 10

Eccl. 24.

Psal 21.

Tunc etiam faciendæ sunt cellulæ, id est, sensus corporis, vel internæ vires animę disponendę: Tandem autem intendẽdum est vel ad bonorum operum sobolẽ per actuam vitam, vel ad mellis obtinendam dulcedinem per vitam contemplatiuam.

Item apes de nocte vsque ad mane quiescunt, donec vna omnes excitet vno, vel triplici bombo, sicut aliqui dicunt: & tunc peruolant vniuersæ, si dies fuerit mitis: sed si futuros viderint imbres, vel ventos, tunc se continẽt in theca; atque aduesperascẽte domos intrant, & strepũt, donec qui eas excitat eodem signo ad quietem inuitat. Quo exemplo nos instruit, quod videlicet nocturno tempore quies præstetur corpori, die tamen incipiente lucuscere, à lecto somni & pigritiæ est surgendum, secundum illud Nox præcessit, dies autẽ appropinquauit, abiiciamus ergo opera tenebrarum. Nam post quietẽ noctis surgendum est ad opera laboris, sed post noctem culpæ, illucescẽte die gratiæ, surgendũ est ad opera pœnitentiæ, ad quæ quidem prælatus vel prædicator, triplici bombo, id est, triplici modo, debet alios excitare, scilicet exhortationis verbo, conuersationis exemplo, & etiã orationis suffragio, secundum illud Thimo. Exẽplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate. Aduesperascente vero, id est, adueniente nocturno tempore, vel tenebrosa tentatione, debet se ad domum recolligere, siue corporalem, vt quiescat, & honestius maneat; siue ad domum mentis, ne eum hostis tentans foris vagantem capiat, ibique debet strepere, vel legendo, vel orando, peccata confitendo, & alia huiusmodi faciendo, quousque tentatione repulsa tempus quietis aduenìat. Quod autem audito signo, aut tumultu cessant, religiosos admonet claustrales, vt quietis tempore, vel audito signo ad hoc statuto, suum silentium teneant

Rom. 13.

1. Thi. 4

ita vt volentes quiescere vel orare, tumultu suo non impediant.

Item apes locum frigidũ quærunt in æstate, & calidum in hyeme; docentes bonos tẽpore prosperitatis refrigerio se tueri humilitatis, et tempore aduersitatis calore se defẽdere charitatis: quia charitas patiens est. 2. Cor. 13.

Item apes inueniuntur prudentes respectu operum. Primo quãtum ad materiam, quia ex floribus recentibus materiam colligunt, ex qua mella & ceram colligunt & conficiunt: & quando flores vicini consumpti sunt, speculatores mittunt ad alia pascua requirenda: & si eas nox apprehendat, supinè excubant, vt alas suas à rore & à pluuia protegãt, vt facto mane absque impedimẽto volare valeant: Quasi ergo flores nascẽtes in arboribus, sunt affectiones bonę crescẽtes in cordibus, ex quibus dum sunt recẽtes, ab apibus mel & cera colligitur. quia dum sunt nouæ, & feruentes, à viris solicitis dulciter & faciliter implentur opere: Mel enim dulce est, & cera faciliter formatur: sed completis vicinis floribus, alios ad pascendum explorant: quia postquam sua bona propositaopere compleuerint, adhuc an alia restent, quæ ab eis fieri debeant, cum magna cura perquirunt: sed nocte superueniente, supinè excubant, vt alas à pluuia vel rore defendant: quia se prosternendo, orando ante Deũ se humiliant, vt humilitatis meritò, & creationis suffragio, alæ suorum affectuum, vel operum, & à pluuia tentationum carnalium, & à rore, id est, subtilioni pugna vitiorum spiritualium protegantur: & facto mane, id est, redeunte serenitate, possint ad ea quæ cœperant liberius euolare.

Item apes inueniuntur prudentes, respectu impedientium. Primo quidem, quia thecã alueoris siccis arborum gummosam vim habentium & amaram per totũ liniunt, & contra hostes se muniunt prout possunt. Quasi autem gumi vel amari fieci arborũ, afflictiones sunt, vel lachrymæ pœnitentium, quibus apes, id est, sanctæ personæ suarum mẽtium aluearia liniunt, atque amaritudine fletuum contra hostium suggerentium dulcia maligna tentamenta defendunt.

Itẽ apes gerulæ, quando vẽtum timent, volant iuxta terram, vt onustæ cito redeant, ne flatu impediantur aliquo; & aliquando lapillis se onerant, vt à vento moueri nõ valeãt. Similiter illæ personæ, quæ actiuæ vitæ pẽdera, siue labores portant, si ventum vanæ gloriæ metuunt, vel venum, id est, conatum alicuius impedientis, debẽt iuxta terram volare, id est, humiliter & latẽter facere quod intendunt.

Itẽ onerare se lapillis, i. sanctorum humilibus exemplis & cautelis, vt illorum firmati pondere à ventis tẽtationum minime moueantur.

Tertio, apes rẽpræsentãt bonos viros, propter socialem vitam. Diligunt enim boni viri semper communem & socialem vitam: & fugiunt singularitates, quod quidem inuenitur in apibus: quia apes (secundum Ambro.) vnam communem eligũt mansionem, vnius portæ clauduntur limine, communis labor est omnibus, communis cibus, commune opus, communis vius, communis fructus, & communis volatus. Et talis communitas maxime competit clausſtralibus & regularib. in congregatione viuentibus, scilicet non se à communibus obseruantijs, vel operibus subtrahere, siue quantũ ad locum, siue Amb.

quan-

quantũ ad cibum, siue quãtũ ad labores, vel quo ad obsequia charitatis & opera humilitatis, siue quantum ad vsum vel socialem conuictum, siue quantum ad volatum, id est, promptum, vel velocem obedientiæ motum.

Diuinæ laudis cantica cordialiter affecta, quibus Angeli mirum in modum lætantur, quantum boni nobis gerant, breui terminatur.

Cap. XII.

CAntica diuinæ laudis & Ecclesiastici officii, si cum deuotione cordis & mentis attentione fundantur, delectant etiam angelos, sicut cãtus & harmoniæ hominum dicuntur delectare delphinos. Dicit enim Isidorus, quod delphini ad voces hominum sequuntur, & ad vocẽ symphoniæ congregati conueniunt, & in armonia plurimum delectantur. Isidor.

Sic etiam angeli faciũt de canticis & harmonijs deuote Deum laudantiũ, non quidẽ ratione vocis, sed ratione deuotionis, propter quod dicitur in Psalm. Præuenerũt principes coniuncti psallentibus, &c. quod beatus Bern. de angelis exponit. Vnde etiam Basil. dicit, quòd psalmodia dæmones fugat, & angelos in adiutorium salutis inuitat. Psal. 97. Basi. in hexa.

Item cantica diuinæ laudis valent ad subleuandum tædiũ vitæ præsentis, & etiam ad alleuiandum laborem prolixę tẽtationis: quod patet exemplo luscinię. Nã luscinia (sicut dicit Ambro. dum oua sua peruigili custodia fouet, longæ noctis laborem cantilenæ suauitate subleuat: Ille namque ad modum lusciniæ peruigili custodia oua fouet, qui bona in nido mentis concepta, implere opere cum cautela & solicitudine studet. Sed quasi labor longæ noctis prolixitas & tædium est tentationis insurgentis, vel laboriosa prolongatio incolatus vitæ præsentis: de qua Psalmista conquerebatur, dicens, Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: sed hunc laborẽ luscinia cantilenæ suauitas subleuat, quia mentem, vel tentationis, vel præsentis exilij tædio fatigatam, diuinæ laudis deuotio recreat. Vnde idẽ Basi. dicit de cãtu psalmodiæ, quod est scutum in nocturnis terroribus, & diurnorum requies laborum, tutela pueris, iuuenibus ornamentum, solamen senibus, mulieribus aptissimus decor, desertas habitare facit vrbes, sobrietatem docet, incipientibus primum efficitur elemẽtum, proficientibus nutrimentum, perfectis stabile firmamentum. Psa. 119. Basi.

Homines carnales vulturibus, lasciuaq; mulieres hirundini comparantur, quoue pacto carnales à spiritualibus discrepent, per Maris, ac fluuij Piscium exemplis elucidatur.

Cap. XIII.

CArnales homines sunt vulturibus similes. Nam vultur cum sit immundus, & fœdus de facili pro cadauere terram petit, & cum descenderit, nõ de facili inde surgit, sed vix sursum ascendit, vt Hieronymus dicit, & addit, quod in alto volans, cadauer in infimo conspicit, & pro amore cadaueris sublimitatem aëris derelinquit, & ad infima se summittit: & quando se erigit, contra ventum alas percutit & sic venti adminiculo plus quam robore proprio ab infimis in aerem se extollit. Sic quoque carnales homines, cum sint immundi in cogitationibus, & fœdi in affectionibus, de facili pro cadauere terram petunt, quia pro carnis delectatione ad turpia & immunda opera faciliter descendunt, & postquam talibus Hieron.

operibus se dederint, nō facilitèr ab eis recedunt, & vix sursum vel per desiderium surgunt. Et si etiā homo carnalissit in culmine dignitatis, nihilominus miserabile cadauer in infimo conspicit, quia s ad carnalia opera cogitanda, vel facienda, & eor sum inclinat, & oculos cōuertit, & suæ dignitatis altitudinem relinquens. id est, nō attendēs, in turpia & infima ruit. Psal. 48. Vnde Psal. dicit: Cùm homo in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientib. & similis factus est illis. Contingit tamen quandoque, quòd talis etiā postquā cecidit, à Spiritu sancti vēto, i. interno spiraculo excitatus, sic ad vētū ipsum. i. Spiritus sancti instinctū, ala mentis & ala operis, per pœnitētiam percutit, quòd iterum se in altū eleuat, & surgit: sed plus auxilio vēti. i. gratia Spiritus sancti, quā ex suo proprio merito, vel labore.

Item carnis cura quanto plus creuerit in homine, tāto magis ad bona opera animā tardā reddit, quòd quidē in vulturibus apparet: quia vultur propter multitudinē carnis tardis volatibus pergit: sic miserum corpus quod cor rūmpitur, aggratuat humanam animam, ex ipsa enim assidua corruptibilitate carnis, anima nostra compellitur insistere curis carnis, & sic ex corruptione grauata, & curarū multiplicitate detenta, ad virtuosa & spiritualia opera redditur valde pigra.

Item carnales differunt à spiritualibus, sicut pisces marini à fluuialibus. Nā pisces in mari nascētes, squamas habēt duras & grossas propter aquæ salsæ siccitatē: econuerso autem fluuiales pisces squamas habent subtiles & spissas & molles. Quasi autem squamæ in corpore piscis sunt, quæ tunc nascuntur in mēte hominis. Circa igitur spiritualia & diuina, in hoc carnales à spiritualibus differunt, quia carnales quique habent mentes, i. mentis cōsiderationes duras ad percipiendum spiritualia, secundum illud Apo. animalis homo non percipit ea 1. Cor. 2 quæ sunt spiritus Dei.

Item grossas ad intelligendum. Vnde carnalib. adhuc discipulis Dominus dixit: Adhuc & vos si Mat. 15 ne intellectu estis? Sed spirituales viri habent mentes molles, id est habiles ad percipiendum, subtiles ad intelligēdum, & spissas, id est, frequentes considerationes diuinorum.

Item carnis lasciuia assimilatur hyrundini, quæ est auis vaga, clamosa, & picturata, sic carnales & lasciuę mulietes sunt vagę in discurrendo & in circunspiciendo, sunt clamosæ in cātando, vel cōtēdēdo: sunt etiam sepicturātes, componendo, & ornādo: De quibus rectè sapiens loquutus est dicens: Et ecce occurrit mulier in Prou. 7. ornatu meretricio, &c.

Homines per carnales magis, quàm per spirituales cogitationes à Diabolo capi. per Auium prope terram volantium similitudines demonstratur.

Cap. XIIII.

COgitationes terrenæ faciunt incidere animā in laqueum diaboli Nam aues ad escā descēdentes, & circa terram volantes, citius rapiuntur, quam illæ quæ in alto volāt. Sic homines per carnales & terrenas cogitationes, citius capiuntur à diabolo, quam per cæleſtes. Prouerb. Frustra ia- Prou. 1 citur rete ante oculos pennatorū. Gloſſa, Laqueos diaboli facile euadit in terris, qui oculos semper habet in cælis.

Itē cogitationes immūdæ abēdāt in cordibus peccatorum, sed nōn in cordibus iustorum. Sicut enim maior multitudo muscarū solet sēdere super scabiosum, quàm

quã super sanum, ita cogitationes immundæ magis super peccatores, quam super iustos.

Item cogitationibus immundis maxime infestãtur homines deuoti. Nam vnctum locum inuadunt muscæ & inquinant: Sic dæmones illos quos vident habere gratiam, nituntur inquinare prauis cogitationibus. Eccles. Eccl. 10 Muscæ morientes, id est, cogitationes immundæ, perdunt suauitatem vnguenti, id est, meritum bonorum operum, siue deuotionem orationis.

Item apes super flores residẽt, & inde attrahũt mel. Sic iusti de æternis bonis cogitant, & tamen attrahunt dulcedinẽ. Sed muscæ loca immunda frequentant, deturpant: & sic immundæ cogitationes homines peccatores.

Coniux quo pacto sit quærenda, coniugijq; honestas ac dilectio conseruanda, & denique quantum contra naturam vitium sit detestabile, multis plurium Auium exemplis discretè enucleatur.

Cap. XV.

Coniugij honestatem quærere & seruare, docent exempla auium: inter omnia enim animalia, volucres in generationis ordine sequuntur maxime honestatem. Nam mares cum solicitudine fœminas quærunt, inuẽtas diligunt, pro ipsis pugnant, & periculis se exponunt, & eis coniugali quasi tantũ fœdere se coniungunt, & fœtus ab ipsis procreatos solummodo pascunt. Ex quibus quidem colligitur, quod circa coniugalem statũ nos aues quinque modis instruunt.

Primo enim exemplo auium, debent viri qui vxorari volunt, fœminas bonas soliciti quærere Pro. 18. in vxores: quia scriptum est, Beatus est, qui inuenit mulierem bonam: quam scilicet, cum quis vult inuenire, debet eam quærere, nõ sicut lasciuus & vanus, qui non quærit in vxore nisi pulchritudinem: Est enim pulchritudo in muliere, si sit sine prudẽtia & bonitate, plus contemnenda, quam appetenda. Quia, vt dicitur Prouer. Circulus aureus in naribus Prou. 10 suis, mulier pulchra, & fatua, & ideo in hominibus quãuis vtrunque sit onerosum, scilicet pulchram seruare, & turpem habere, tamen magis est tolerabile turpem habere, quam pulchram seruare. Nam (sicut dixit Aureolus Philosophus) pulchra cito adamatur, turpis facile cõtemnitur. Aureo. Difficile est custodire quam omnes amant: molestum est possidere quam nemo dignatur habere: Minori tamen, miseria deformis habetur, quam formosa seruatur.

Item, qui vult inuenire bonam, debet eam quærere, nõ sicut auarus, quia non quærit, nisi diuitias in vxore. Quamuis dicat Theophrastus, quod pauperem vxorẽ alere difficile est: diuitem vero ferre, est tormentum. Tamen Salomon dicit, quod melius est ducere vxorem pauperem & pacificam, quã diuitem, & litigiosam. Theophrast. Melius est sedere in angulo domatis, quã cũ muliere litigiosa; & in domo communi. Vnde etiã Chrysost dicit: Tu iuuenis, quando vxorem ducere vis, noli quærere diuitem, sed bene morigeratam: quia boni mores diuitias semper acquirunt. Diuitiæ autẽ bonos mores nunquam fecerũt; gloriosior est paupertas fidelium, quam diuitiæ peccatorum. Vnde cum interrogasset quidam Themistidem philosophum, cuinam filiam suam daret in vxorem, an pauperi, sed scientia & moribus ornato: an locupleti parum probato: Respondit malo hominem indigentem pecunia, quàm pecuniam indigentem hominẽ. Debet Prou. 21 Chris. super Matth.

ligitur, qui bonam vxorem cupit inuenire, quærere eam, sicut prudens, & discretus, scilicet attendendo ad mulieris bonitatē. Eccles. Mulieris bonæ beatus vir, nō dixit mulieris pulchræ, vel diuitis, sed bonæ. Eccl. 26

Item attendendo ad mulieris prudentiam, & discretionem. Prouerb. Domus, & diuitiæ dantur à parentibus, à Domino autem propriè vxor prudens. Prou. 19

Item attendendo ad mulieris progeniem, dicit Chrysost, quod ille qui vult vxorē accipere, debet considerare si habet ambos parentes bonos, vel ambos malos, vel vnum bonum, vel alium malum. Si ambo sunt boni, securè eam accipiat; si ambo mali, omnino eam dimittat; Si verò alter bonus, & alter malus, quid futurus sit timeat. Veruntamen, si pater eius sit bonus, & mater mala, magis conuenit timere. Si vero econuerso, minus: propterea, quia pueri magis consueuerunt conferuari cū matribus, quam cum patribus; & per consequens magis imitari mores maternos, quā paternos. Chrys. super Matth.

Secundo, docent aues coniuges honestè diligere, sicut ipsę aues comperes mutuo se diligunt: sed cauendum est in coniugibus, ne sit amor nimius, vel inhonestus. Nam (sicut dixit Sextus in sententijs) adulter quidem est in suā vxore amator, ardentior in aliena quippe vxore omnis amor turpis, & in sua nimius: nihil turpius, quam amare vxorem, quasi adulteram. Sex.

Item, ne sit amor nimius zelotypus. Eccles. Ne zeles mulierem sinus tui. Et eiusdem: Dolor cordis, & luctus, mulier zelotypa. Debet igitur esse amor honestus & ordinatus, Ephesis. Viri diligite vxores, sicut Christus Ecclesiam. Eccl. 9. Eccl. 26 Ephe. 6.

Tertiò, instruunt aues coniuges tueri, & defendere: Nā aues pro eis pugnant, & periculis se exponunt. Debent autem se mutuo defendere coniuges non solum ab iniurijs corporalibus: sed etiam à vitijs, & inhonestatibus: quod sit quando vnus coniugum alium male viuentem corripit, & castigat: Si enim vxor sit inassè morigerata (sicut dicit Chryso.) tribus modis à viro castigari debet. Primo docendo ipsam secundum Deum. Si autem timorem Dei non sentit, improperando, vt vel hominem erubescat: si autem nec pudorem sentit frequēter confusa, faciat illi, quòd præcipit Salomon, Cor durum in baculo percute. Quia igitur dicit Chrysostomus, sæpe proficit doctrina iustitiæ: Primo admone, deinde confunde, quoniā frequēter pudor est frænum vitiorum: tertio iustū est vt castigetur tanquam ancilla, quę erubescere nescit vt libera. Si autē vir male se habeat: tunc (vt docet Augustī.) vxor sua debet eum quatuor modis coercere. Primo admonendō. Secundo obiurgādo, vt si nō profint charitatiuæ admonitiones, faciat duras obiurgationes. Tertiò si hoc non valeret, ecclesiam interpellando, scilicet Prælati, vel Episcopi auxilium requirendo, maximè si peccatū ipsum notorium est. Quarto, ad Deum recurrendo per viros spirituales, & orationes: quia saluabitur vir infidelis per mulierem fidelem, vt dicitur Corint. Chry. in Matth. Eccl. 3. Aug. li. 1. Cor. 7

Quarto aues docent qualiter se debent coniuges ad matrimonialem actū coniungere, scilicet tantum coniugali fœdere & affectu, scilicet intentione & causa prolis procreandæ: Hac enim sola de causa aues ad inuicem sociantur, scilicet ad generationē, & hinc est, quod aues quasi solum generationis

rationis tempore videntur esse in amore. Hinc est, quod solũ etiam in coniunctione carnali inter sexum & sexum diiudicant, exceptis perdicibus, qua sexum non seruant, sicut dicit Philosophus: Vnde surgit in perdicibus masculus in masculum, fœmina in fœminam. Sed ex tali coitu nõ fiunt ouа pullificatiua: Immo faciunt ouа vento plena. & addit, quod ex tali coitu malus fœtor sentitur. In quo videlicet exemplo ostenditur vitium contra naturam triplici de causa detestabile.

xi. 6. e ani.

Primo, propter infructuositatem, quia nõ est ad generationẽ. Vnde in perdicibus ex tali coitu non generantur ouа pullificatia.

Secundo, propter insatiabilitatem, quia facit ouа plena ventos. Ventus enim, licet repleat, nõ tamen reficiendo satiat. Sic in huiusmodi operibus, licet quis suã malum desiderium impleat, tamẽ non satiat.

Tertio, propter fœtoris foeditatem, quia producit malum fœtorem, infamiæ vel mali exempli.

Item aues in opere generationis obseruant temporis congruitatẽ, s. tempus veris: in quo ostenditur, quod nõ omni tempore est vacandum operi coniugali: Nam in diebus sacris, vel ieiuniorum, huiusmodi non est vacandũ amplexibus. Ecclesiastici. Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus.

Eccl. 3.

Item aues tempore generationis nutibus & vocibus ad amorẽ mutuum se inuitant: ex quo ostenditur coniugale debitum persoluendum esse vxori, siue voce, siue nutu petenti.

Item aues pullificant, & pullos generatos educant: quia tenẽtur parentes filios alere naturales: & si non fortè secundum rigorem iuris ciuilis, vel positiui, tamen ex iure naturali.

Item aues, vsque ad iteratũ generationis tempus, sibi nõ appropinquant: quia scilicet post impregnationem quousque perpetrit mulier, abstinendum est ab vxore.

Quinto, docẽt aues fœtus educare: quia fœtus ab ipsis procreatos, tantummodo pascunt cõmuniter. In quo ostenditur periculum adulterij: præcipue ex parte mulieris, quia mulier ex adulterio occulto generans, statuit viro suo filios non suos, & facit eum alere non genitos à se, de quo, sicut de furto, ad restitutionem tenetur.

Item coniugij honestatem seruare ciconiarum exempla nos docent, in quibus viuente fœmina, nunquam masculus causa coitus cum alia se associat, sed suæ fœminæ, quo ad nidum & prolem, seruat fidẽ: sed si in fœmina adulterij concubitũ persenserit, vltra cum ea non habitat: immo ipsam si potest transuerberat, & necat, sicut dicit Aristoteles.

Arist. de anima.

Item mas fœminã aliàs quàm in nido non caloat: ex quo exemplo coniuges apertè monẽtur fidem thori diligenter obseruare, adulterinos concubitus horrere, & euitare, & carnalis operis debitum cum quadam honestate præstare.

Aspera abstinentia ad vitã contemplatiuã, in quibus designetur, quibusq; auibus contemplatiuis comparentur, contemplationis, perfectio qualis sit, variis definitur exemplis.

Cap. XVI.

COntemplatiua vita, & aspera abstinentia signantur in illis piscibus, seu natãtibus, quorum esus concessus est in lege Moysi. Dicitur enim Leuit. Omne quod habet pennulas, & squamas, tam in mari, quã etiã in fluminibus & stagnis, comedetis: quic-

Leui. 11

Digitized by Google

quicquid autē pennulas & squamas non habet, eorum quæ in aquis mouentur & viuūt, abominabile vobis execrandumq; erit. Ad literam, huiusmodi natatili, scilicet anguillæ, & similia prohibita sunt Iudæis, propter excessum humiditatis. Et pisces alijs concessi sunt, tanquam sieciores. Sed moralis causa siue figuralis fuit, quia per pennulas signatur vita subtilis, vel contemplatio: per squamas autē signatur vita aspera, quorum vtrunque necessarium est ad munditiā spiritualium.

Item contemplatiui viri similes sunt auibus modulantibus, quæ syluas amant, in arboribus & fructetis nidificant, dulciter modulantur & cantāt, super oua solicitè cubant, & pullos diligenter educant: & tales sunt philomelæ, merulæ, & consimiles. Sic perfecti & contemplatiui viri, loca solitaria diligunt, nidū mentis & contemplationis quietem in fructetis, & in arborū ramis, id est, humilium & piorū exemplis, & in magnorum sanctorum actibus & vestigijs ponunt; diuinas laudes dulciter, vel voce, vel saltē corde, quotidie modulantur & concinunt, sancta quoque desideria mentis cum calore deuotionis fouendo, vsque ad cōplementum operis perducunt, quasi super oua cubantes, & à suo calore fouētes vsque ad pullorum natiuitatem persistūt. Sed tunc quasi pullos diligēter emittunt, cùm cœpta bona non deserunt, sed ea congruentibus modis, quasi nutrientes & alentes, ad debitam perfectionem perducunt.

Item contemplatio hominis in carne viuentis non potest esse diuturna, propter grauedinē corporis. Est enim homo mortalis aui perdici similis, quæ scilicet est multæ carnis, & paucæ pennositatis, & ideo pauci volatus. Nam in volando parum à terra se erigit, & statim post paululum terram petit. Similiter, quia homo habet in vita ista multum de corporis grauitate & imbecillitate, & parum de pennositate, id est, de virtutum spiritualium leuitate, & si aliquando à terrenis ad cælestia capienda per cōtemplationis volatū surgere nititur, corruptibilis tamen carnis pondere vel infirmitate grauatus, post modicum ad inferiora reuertitur. Vnde dicitur: Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Sap. 9.

Item contemplatio, diuinorum tentationum impulsas fugat, & sæuientis seculi procellas sedat. quod patet Alcyonis exemplo. Alcyone enim (vt dicit Ambrosius) auis maritima est, quę quasi in medio hyemis, quando magis scilicet mare ventorum ac fluctuum tempestatibus sæuit, oua sua in litore maris & arena facit, & ibidē versus mare respiciens, per sex dies super ea incubando persistit: post quos nascuntur pulli: quibus natis, ad eos nutriendos alios septem dies adiungit: & per omnes hos xiij. dies mare tranquillum permanet & securum. Vnde industria nautæ hos xiij. dies serenitatis ad nauigāndum obseruant, & eos alcyonidas vocant, vt dicit Ambrosius. Si est ergo tanta virtus auiculæ, vt suæ contēplationis intuitu, mare sæuiens tranquillum efficiat, quantò magis si rationalis anima ad imaginem Dei facta, ad æternum ac immutabile bonum interiores oculos contemplando, vel orando direxerit: mare, siue cordis fluctuantis, siue mundi seuientis, tranquillū protinus atque pacatum habebit. Iob. Tu quo- Ambr. Iob 8.

quoque si diluculo consurrexeris ad Deum, & Omnipotentem fueris deprecatus, statim quoq; euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ, Docet & nos hæc auicula, vt propter persecutiones vel tentationes surgentes, neque bona timeamus aggredi, nec etiam, vsque ad perfectum, ea negligamus prosequi: Non enim auis hæc, quia mare procellosum viderat, aut se ponere ad oua cubandum in litore metuit, aut etiam vsque ad debitam pullorũ nutritionẽ recedit.

Luxuria deformitas, quæ ve ob ea detrimẽta, atque a castimonia continentia eriguntur bona, eloquenter explanatur.

Cap. XVII.

Continentia castimoniæ cõfert ad longitudinem vitæ. Quod in vulturibus patet, quos dicunt concubitu nullo cõmisceri, & sine omni concubitu pullos generare, & centum annos viuere, vt dicit Isidorus, Ex quo colligitur, quod diutius viuunt qui à carnalis operis resolutionibus se restringunt. Nam (secundum philosophum) animalia quæ sunt multi coitus, vt passeres, & huiusmodi, sunt breuioris vitæ. Vnde nota, quod luxuria minorat vitam corporalẽ, dehonestat vitam ciuilem, & necat vitam spiritualem. Propter primum dicitur, de iuuene prodigo & lasciuo, qui dissipauit substantiam suam, non tantũ personalem, sed etiam temporalem, viuendo luxuriosè: Est enim in actu luxuriæ euacuatio humidi, & expiratio calidi, in quibus duobus vita conseruatur. Et ideo ex frequentatione actus venerij, vigor & vita corporis eneruatur. Vnde Hugo de sancto victore: Luxuria, inquit, est immoderata carnis petulantia, dulce venenum, importuna lues, perniciosa potio, quæ humanum corpus debiliat, & virilis animi robur eneruat. Et Innocentius dicit de vtilitate conditionis humanæ: O, inquit, extrema libidinis, turpitudo, quæ non solũ mentem effœminat, sed corpus eneruat: & non solum fœdat animã, sed fœdat personã. Omne nanq; peccatum quodcunq; fecerit homo, extra corpus suum est: qui autem fornicatur, in corpus suũ peccat: semper illam præcedunt ardor, & petulantia: semper comitantur fœtor, & immunditia: semper sequuntur dolor, & pœnitentia.

Isido.

Arist. de anima.

Luc. 15.

Hugo.

Item luxuria dehonestat vitam ciuilem: quia tollit homini gloriam, inferens ignominiam & infamiam. Vnde dicitur de luxuriosis: De cadaueribus eorum ascendet fœtor, scilicet infamiæ. Vnde Valerius dicit, de vitiis carnalibus loquens: Quid, inquit, his vitiis fœdius? quid etiam dãnosius? quibus virtus atteritur, victoriæ relanguescunt, sopita gloria in infamiam conuertitur, animi & corporis vires expugnãtur, adeo vt nescias, an ab hostibus, an ab illis capi perniciosius habendum sit.

Isa. 34.

Vale. li. 9.

Item luxuria perimit vitam spiritualem. Rom. Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Hier. Qui luxuriatur viuens, mortuus est. Etiam ferreas mentes libido domat, quæ maiorem in virginibus patitur famem, dum dulcius putant esse, quod nesciunt.

Rom. 8.

Econuerso autem castitas, siue continentia dies vitæ multiplicat. Iob. Quasi palma multiplicabo dies meos. Per palmam intellige victoriam carnis, quæ per continentiam habetur.

Iob. 29.

Item vitam ciuilem exornat, & nobilitat. Vnde Cyprianus: Pudicitia, inquit, est ornamentum nobilium, exaltatio humilium, nobi-

Cypri. 12. abu.

nobilitas ignobilium, pulchritudo vilium, solamen mœrentium, augmentum omnis pulchritudinis, decus religionis, minoratio ęris, multiplicatio meritorũ creatoris omnium Dei amica.

Item corroborat, & conseruat vitam spiritualem Rom. Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Rom.8.

Conuersionis prolixitatem maximopere à Deo prędicandam esse, tum exemplis, tum etiam sacra Scriptura comprobatur testimoniis.

Cap. XVIII.

COnuersio non est differenda. Nam auis, videlicet quæ videt arcum tensum, & sagittam paratam, non differt euolare: Sed sicut sagitta parata est, auem percutere si steterit; sic Deus nolentem conuertit. Psalmus. Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrauit, arcum suum tetendit, &c. Sed multi faciunt, sicut auis stulta, quæ cùm differt euolare, percutitur. Sic multi, dum differunt euolare, & proponunt conuerti, subitò moriuntur. Isa. Subito, dũ non speratur, veniet contritio eius. Ecclesiast. Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem: subito enim veniet ira illius, &c. Ambro. dicit, Aurum tibi offeram, non mihi dicis, Cras veniam: sed iam exigis, nemo differt, nemo excusat: redemptio animæ promittitur, & nemo festinat. Et nota, quod peccator quando non conuertitur, quanto magis expectatur, tanto grauius iudicatur. Vnde Valerius Maximus dicit, quod lento gradu ad vindictam ira diuina procedit, tarditatemque supplicij grauitate pensat. Psal.11. Isa.30. Eccl.5. Ambr. Valer. Ma li.1.

Quo pacto sit cor hominis præparandum vt fiat ipsius Dei habitaculum, piscium exemplo sit perstimum.

Cap. XIX.

COr hominis prius est inquandum, & deuotarum orationum odoribus imbuendum, quam intra sui thalamum possit suscipere Deum. Cuius exemplũ apparet in piscibus. Nam piscis in odoriferis naturaliter delectatur. Dicitur enim ab Arist. quod quædam genera piscium odorãt, & audiunt: ideo ad noua vasa citius, quam ad antiqua pisces accedit: immo vbi fuerit nouum, raro accedit ad vasculum antiquum. Sic Deus cordis humani vasculum non ingreditur, quod non prius nouum per pœnitentiæ innouationem efficitur. Vnde Dauid petiit hanc nouitatem dicens: Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Nec etiam in cordis hospitio Deus delectabiliter habitat, de quo non odor suauis deuotæ orationis exprimat. Sed quidem phialæ plenæ odoramento, sunt orationes Sanctorum. Arist. 4. de anim. Psal.50. Apoc. 5

Immanes homines vulturibus, cuiusque conparantur, & qualis eorum sit exitus definitur.

Cap. XX.

CRudeles homines & raptores, communiter moriuntur famelici & mendici. Sunt enim vulturibus similes, qui exercitum sequuntur, vt de cadaueribus equorum, & hominum satientur. Et ideo dicuntur, aliquo naturæ sensu præsentire bellum, & signũ futuri belli præexistere, quando constat eos circa exercitum conuenire. Cùm autem senescit vultur, elongatur eius rostrum superius, & recuruatur in fine, & moritur tandem fame. Sic homines rapaces, qui vt lucrentur & rapiant diligunt bella, sicut faciunt stipẽdiarij milites, & quidam tyranni potentes; licet fortè in iuuentute, vel aliquo tempore lu-

Digitized by Google

se lucrentur, & abundent, in senectute tamē, vel aduersitate, seu infirmitate cum rapere non possint, dum rostrum, id est, oris sui victus necessitas crescit, & lucrū deficit, ad paupertatem & mendicitatem deueniūt, & fame moriuntur. Iob. Tigris perijt, id est, raptor, eo quod non haberet prædam.

Iob.4.

Item crudeles, debilium homicidæ sanguinem sitientes, inciderunt frequenter ipsi in manus fortiorum & potentiorum. Vnde tales assimilantur culicibus, qui dum aliorum sanguinem sitientes sugere volūt, in ferrea hirundinum incidunt, quæ ipsos occidunt & comedunt. Talibus ergo similes sunt, qui dū minores occidere quærunt, vel expoliare, ipsi maiorum præda, vel occisionis victima fiunt. Cuius exemplum manifestius in libro Hester habetur, scilicet de Aman, qui dum Mardochæi æmulatione Iudæos crucifigere voluit, ipse à rege Assuero in patibulo est suspensus.

Esth.4. 16.

Dei creaturarum scrutatores curiosi, quam pœnam accepturi sint, culicum exemplo notabili edocetur.

Cap. XXI.

CVrioſi, & præſumptuoſi perſcrutatores, culicibus aſſimilantur. Nam culex, quæ eſt idem quod cyniſes, lucipeta eſt, quia lumen candelæ, vel lucernæ libēter videt: ſed dum in lumen minus cautè irruit, ſe ipſam combuſit. Similiter qui diligunt lumen diuinæ vel humanæ ſcientiæ, intendū nimis curioſè vel præſumptuoſè perſcrutando, dum in ipſum lumen impingunt, per aliquos erroris, vel elationis ineurſum quaſi ſe ipſos occidunt. Vnde Prouer. dicitur, quod qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria. Et ideo (ſicut dicit Grego. Nazianzenus) ſcientiæ deſiderio, & inquiſitio quæſtionum, niſi timor Dei præceſſerit, effrenatos animos in præceps ducit. Vbi vero timor Dei eſt, ibi obſeruatio mandatorum, ibi carnis expurgatio, quæ ſcilicet caro ſe velut deſa quædam & obſcurior nubes animæ obijciens, conſiderare eā diuini radij lumina non ſinit.

Prou.25

Grego. Nazian.

Diaboli vis eius, & astutia, ac calliditas qualis ſit, bubonis, nictitationis, pauonisq; exemplis aperte monſtratur.

Cap. XXII.

DIabolus aſſimilatur buboni. Primo quidem, quia bubo ſtercoribus paſcitur. Sic delectatur diabolus immunditijs peccatorum. Thren. Qui voluptabantur in croceis, ſcilicet dæmones, antequam caderent, amplexati ſunt ſtercora, id eſt, immunda peccata, in quibus nunc delectātur.

Thre.4.

Secundo, quia bubo ad templa de nocte vadit, vt lampadarum oleo ſatietur: Templa enim Dei dicuntur quilibet ſancti viri, quorum ſcilicet lampades, ſunt eorundem ſanctorū mentes, quæ plenæ ſunt oleo; nocte, id eſt, latenter, & occultè ſanctorū mentes diabolus ſatagit vacuare, ſcilicet, vt aduenientē ſponſo, non habeant oleum ſecum in lampadibus: & ſic ab æterni regis nuptijs excludantur, ſicut accidit virginibus fatuis.

Matt.25

Tertio, quia bubo ab auibus oditur, & ab eis deplumatur: Volant enim circa ipſum de die, & eum deplumant. Sic diabolus oditur à ſanctis, tanquam aduerſarius: quem aues, i. ſancti viri & prudentes de die deplumāt, quādo eius machinationes malignas clarius cognoſcentes, eas & detegunt, & reuelant. Vel quaſi plumæ ei adhærentes ſunt eius imitatores,

Digitized by Google

imitatores, quos sancti viri deplumant, dum tales ad pœnitentiam reuocant.

Quarto, quia bubo pugnat cũ monedula, quæ est auis coruini generis: Nam illa de die destruit oua bubonis, & bubo de nocte comedit oua eius. Est ergo auis velut monedula, humilis pœnitentia: cuius oua dici possunt laboriosa pœnitentis opera. Sed velut oua bubonis sunt peccata, ad quæ oua induxit dæmon. Monedula ergo de die destruit oua bubonis, quia humilis pœnitentia, illucescente die gratiæ, destruit peccata quæ pœnitens ex demonis suggestione commisit. Econtra de nocte deuastat bubo oua monedulæ: quia irruente peccati tenebra destruit ipse diabolus omnia pœnitentiæ opera.

Item diabolus assimilatur nocticoraci, quæ scilicet est auis quæ lucem fugit, tenebras diligit, Solem sustinere non potest, sepulturas mortuorũ inhabitat, in lucis ruinosis nidificat, oua columbarũ deuorat, & cum eis pugnat, de die quasi cæca est, de nocte acutè videt. Nam splẽdor solis, eius visum hebetat. Sic diabolus fugit lucem gratiæ, diligit tenebras culpæ, nequit sustinere Solem iustitiæ, id est, Christum. Vnde dicebãt ei dæmones: Quid nobis & tibi Iesu, &c. Vel nequit etiam sustinere Solem, id est, bonum clare incedentem & viuentem: sepulchra mortuorum, id est fœtida & carnalibus desiderijs plena corda peccatorum inhabitat.

Item in locis ruinosis, id est, in eis, qui tentationibus statim cõsentiunt, & ad cadendum in peccatum habiles sunt & proni, nidificat, contra columbas, id est, simplices pugnat, & oua eorum, id est, opera libenter dissipando deuorat, circa bona est cæcus, in malis acutus. Splẽdor autem doctrinæ Christi, eius visum hebetat, quia subtilitatis eius malitiã totaliter annihilat, & ideo dicit Petrus in prima epist. Cui resistite fortes in fides, & Eccl. Refulgens radijs suis obcœcat oculos. Petr. 1. Ecc. 41.

Item diabolus assimilatur pauoni: Pauo enim habet caput serpentinum, sed cristatum, incessum occultum, collũ modicum, pectus erectum, & saphyrinum, & caudam oculatam. Sic diabolus caput, id est, suæ tentationis principium, habet ad modũ serpentis: quia serpẽs vbi caput immitit, postea totus illabitur (vt dicit Hieronymus) quia ibi principium tẽtationis eius recipitur, difficulter in processu repellitur: sed habet in capite cristam, inquantum in principio prætendit alicuius boni apparentiam: Non enim possit malũ immittere, nisi sub alicuius boni specie, quia nullus intendens ad malum operatur: habet etiam latentem incessum, quia occultè trahit hominem ad interitum: collũ etiã habet curuum, quia si capit hominem, cito deglutit ipsum, quia cito facit hominẽ qui ei consentit, ruere in peccatorum profunditatem, pectus, id est, appetitum habet erectum, scilicet superbiã, quæ semper excelsa appetit. Habet etiam caudam oculatã, quia præcipuè ad finẽ respicit, vt ibidem hominem decipere possit. Genes. Tu insidiaberis calcaneo eius, id est, fini. Hieron. Gene. 3

Deum summopere diligẽtibus omnia aduersa, etiamque peccatorum virus, in bonum conuerti, per passeris exemplum, breuibus ostenditur verbis.

Cap. XXIII.

Diligentibus feruenter Deum non obsunt, sed potius prosunt quæcunque aduersa. Vnde assimilãtur passeribus, de quibus Domi-

Matt. 10 Dominus mentionem fecit. Multis, inquit, passeribus meliores estis vos. Nam passeres calidissimæ sunt naturæ, & semina venenosa iusquiami sine læsione cõedunt. Quasi enim calidissimi passeres sunt Deum feruenter amãtes, à quibus etiam venenosa semina iusquiami, id est, aduersa & periculosa mala mundi, sine alicuius læsione periculi patienter suscipiunt, immo tanta est diuinę dilectionis virtus, vt hominibus conuertatur in bonũ, etiam pec-
Rom. 8. cati virus. Roma. Diligentibus Deum omnia cooperãtur in bonum. Omnia dicit, quia prospera, & aduersa, prospera ad vsum, aduersa ad exercitium, vel omnia, scilicet bona & mala, & non tantum mala pœnæ, sed & culpæ, dum scilicet ex eis humiliores, & cautiores, atque solliciores resurgunt.

Quatuor rationibus verbi dei concionator gallo comparatur, eiusq; officium quale esse debeat, variis modis declaratur.

Cap. XXIIII.

DOctrina sanctorum prædicatorum eripit homines à deceptionibus dæmonum. Legitur enim quod cerebrum galli in potu sumptum, valet contra morsus serpentum, quia demit eorum venenum. Per Gallum prædicator intelligitur, vt super
Iob. 38. illud Iob, Quis dedit Gallo intelligentiam? In cerebri autem partibus præcipue radicata est sensitiuæ cognitionis virtus. Est itaque velut cerebrum Galli, sensus prædicatoris sancti, qui dum per doctrinæ potum ab audientibus capitur, serpentis morsus seu venenum fugatur: quia antiqui hostis deceptio detegitur, & vitiatur.

Item gallus repræsentat sanctorum prædicatorum doctrinam, etiam in cantu, tripliciter. Primo propter discretionem temporis: Nã gallus primã horam noctis discernit, & postea vocem excitationis emittit. Quia ſ. prædicator sanctus, in suis auditoribus, scilicet in tenebrosis peccatoribus, prius qualitatem vitæ considerat, & tũc demum ad erudiendum congruã vocem format: Non enim eadem cunctis exhortatio congruit, quia nec cunctos per motum qualitas constringit: Sæpe autem aliis obsunt, quæ aliis prosunt. Nam plerunque herbæ quædam animalia reficiunt, alia occidunt. Leuis fibulus equos mitigat, & catulos instigat. Et medicamẽtum quod hunc morbum minuit, alteri vires iungit. Et panis, qui vitam fortium roborat, parvulorum necat. Pro qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum, vt Grego. dicit.

Secundo, propter variationem vocis; quia gallus (vt dicit Greg.) Grego.
in profundioribus horis noctis valentiores & profundiores educere cantus solet, sed circa matutinum tempus leuiores & mitiores format voces. Sic prædicator sapiens, quando loquitur peccatoribus profundatis, & obscuratis in tenebris peccatorum, loquitur terribilius & austerius, aut de diuinis iudiciis, aut de mortis angustiis, aut de inferni suppliciis. Sed quando loquitur illis qui iã illuminantur à Deo, & sunt Dei gratiæ coniuncti, loquitur leuius, & subtilius, & dulcius, scilicet aut de diuinis miserationibus, aut de internis retributionibus, & similibus. Tertio propter percussionem lateris: quia gallus cum se ad cantandum præparat, prius alas excutit, & latera sua feriens, se vigilantiorem reddit: Sic prædicatores sancti cum alios verbis sanctę exhortationis monẽt, prius exercitẽt se in sanctis actionibus,

ne in semetipsis torpentes opere, alios excitent voce: sed ante se per sublimia facta excutiunt, & sunc ad bene agendum alios solicitiores reddunt, prius cogitationum alis semetipsos feriunt, quia quicquid in se inutiliter torpet, solicita inuestigatione deprehēdunt, districta animaduersione corrigunt, & emendant: quia antequam verba sanctæ exhortationis proferāt, omne quod locuturi sunt, operibus clamant. Et sic patet, quod sicut gallus alas excutit, se ipsum percutit, & vocem emittit: Sic prædicator sanctus se excutit à malis, se percutit, id est, solicitat in bonis, & postea vocem emittit, scilicet prædicando aliis. Ergo ex prædictis omnibus habes quatuor rationes, quibus prædicator sanctus assimilatur gallo, scilicet propter vigorem medicaminis, propter discretionem temporis, propter variationē vocis, & propter percussionem corporis.

Eleemosynas pauperibus, præcipuèque ex ecclesia bonis erogandas esse, Aquila exemplo ac multis auctoritatibus aperitur.

Cap. XXV.

ELeemosynas pauperibus saltem de superfluis facere, docet exemplum Aquilæ, quæ (vt dicit Plinius) tantæ liberalitatis extitit, quod prædā, nisi nimis sit famelica, sola non comedit; sed auibus eam sequentibus quasi communem exponit, sua recepta primitus portione: Vnde eā semper aues aliæ insequūtur, & partem de præda sua sibi præstolantur dari. Vultur vero econuerso ea quæ rapit, solus comedit. Efficitur detestabilis auarus, qui cibum quem abundanter habet comedere vult solus: contra quē Beatus Ioh dicit. Si comedi bucellā meam solus, & nō comedit pupillus ea ex: Saltem enim miserabilis homo postquam saturatus est cibo, esurientes paupere pascere deberet de reliquo, vnde Luc. dicitur: Quod superest date eleemosynam. Et ad hæc præcipue tenentur clerici, quibus bona ecclesiastica cōmissa sunt, non ad abutendum pro suis consanguineis, sed potius ad fideliter dispensandum, secundum illud. Dispensatio mihi tradita est, & ideo de eis dicit Cesarius, quia nō solum decimæ non sunt nostræ, sed ad ecclesias deputatæ: verum quicquid amplius quam nobis opus est à Deo accipimus, pauperibus erogare debemus. Et si quod eis deputatum est, nostris cupiditatibus, vel vanitatibus reseruamus, quāti pauperes in locis vbi nos sumus, fame, vel nuditate mortui fuerint, nouerimus, nos rationem de animabus illorū in die iudicij reddituros. Sed nota, quòd non semper peccat mortaliter qui non dat pauperibus quod superfluum habet, sed quādo necessitas imminet. Quando autē sit talis necessitas quæ obliget ad peccatū mortale, non posset ratione determinari, sed committitur prudentiæ vel fidei dispensatoris. Vndè si bona fide det, quādo sibi videtur expedire, immunis est à peccato, alioquin mortaliter peccat.

Plin.

Iob. 35.

Luc. 9.

1. Cor. 9 Cesari. in admo

Cur diabolus interdum hominem (Deo permittente) exaltet, cornicula, aquilæq; exemplis aperte exponitur.

Cap. XXVI.

EXaltat aliquando diabolus hominem, vt in altitudine dignitatis frangat, quem in humilitate superare nō potuit. Cornicula.n. quando non potest frāgere nucē, in altum portat, vt fortius cadat, & frangatur: & simile facit aquila de testitudine. Vnde hoc modo occisus fuit AEschilus poēta, sicut narrat Valerius, quia dū sederet sub dio capite discoperto,

Digitized by Google

perto, aquila in alto testudinem ferens, candore capitis eius decepta, quia credidit quod esset lapis quidam, tandem super ipsum testudinē directo diametro cadere vt frangeretur permisit: & sic dum testudinem frangere voluit, cerebrum illius contriuit. Sicut ergo aquila testudinem, vel cornix nucem, sic diabolus in dignitatem eleuat aliquē quem vincere ante non poterat, vt ipsum in peccatū deijciat, & ideo statuit Christum super pinnaculū tēpli.

Matt. 4 Iob: Eleuasti me, & quasi super
Iob. 30. ventum ponens elisisti me valde.

Quomodo fidelis in aduersitatibus stabilis persistere queat, vero Christi exemplo, Echinique pisces similitudine demonstratur.

Cap. XXVII.

EXemplum humilitatis, & patientiæ Christi, contra omnes aduersitatis procellas animū fortem reddit. Cuius exemplum apparet in quodā pisciculo, qui Echinus est vocatus, de quo Am.

Ambr. dicit, quod dum procellas ventorum sentit, calculum validū arripit, & tanquā ancoram ne excutiatur fluctibus trahit: & sic non suis viribus liberatur, sed pōdere alieno munitur, & contra futurā tempestatem lapidis auxilio stabilitur, quod nautæ attendentes, sibi præcauent ne eos turbo præueniat imparatos. Sic qui procellas euadere vult, id est, aduersitates seculi sæuientis, arripiat calculū validū humilitatis, scilicet patientiæ, Christi exēplo; qui ait:

Ioan. 20. Si mundus vos odit, scitote, quia
1. Pet. 2 me priorē vobis odio habuit, vnde Pet. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. Et ideo, qui hunc lapidem angularē, scilicet Christum, accipit in exemplum, nullus ei nocere potest impetus tempestatis; nam si passio Christi ad memoriam reuocetur, nihil est adeo durū, quod non æquo animo tolererur, sicut Grego. dicit. Greg.

Item exempla sanctorum, qui nos præcesserunt, docent nos diuitias mundi contemnere. Legitur enim, quod ossa gallorum & gallinarum sunt auro venenum. Vnde si auro liquefacti ossa huiusmodi misceantur, ab eis consumitur. Sunt autem velut gallorum & gallinarum ossa Sanctorum & Sanctarum, qui mortui sunt, exēpla, quæ quasi aurū destruunt, dū nos viuētes ad ipsum contemnendum inducunt. Eccl. Beatus qui post aurum nō abijt, Eccl. 31
& dixit Petrus: Argentum & au- Act. 3
rum non est mihi.

Prælatos malis exemplis subditorum animas inficere vnica Galli senes similitudine explanatur.

Cap. XXVIII.

EXempla mala prælatorum si fouentur, corrumpunt & inficiunt mores subditorum. Cuius exemplum est gallus quia (vt Plinius dicit) gallus in vltima se Plin.
nectute ova quædam facit parua rotunda, & quasi liuida: maximè si talia ova ab aliquo venenoso verme, puta bufone vel huiusmodi, in diebus canicularibus fouēatur, basiliscus procreatur, qui tāta venenositatis est, quod solo aspectu inficit, & occidit. Quasi ergo senex gallus est quilibet antiquus prælatus, vel princeps in reuerentia habitus: cuius venenosa ova, sunt praua eius opera, ex quibus oritur basiliscus aspectu inficiēs, i. exemplū pestiferū, subditos corrumpens, præcipue si fouētur ab aliquo venenoso verme. i. si suadentur fieri ab aliquo pestifero & maligno suggestore, Augustinus: Omnis qui male viuit in conspectu eorum, quibus Aug. li
præpositus est, quantum in ipso Past.

est occidit, & forte qui imitatur moritur, & qui non imitatur vivit: tamen quantum ad illū pertinet ambos occidit.

Quantum deuota mentis feruor in tentationibus profit, hic breui clerum efficitur.
Cap. XXIX.

FEruor deuotæ mentis insurgentes tentationes expelliit, quod patet exemplo vulturis, qui (sicut dicit Plin.) intantum contrariatur serpentibus, quod si pennæ eius vrātur, ex odore serpētes fugantur. Tunc quippe pennæ vruntur vulturis, cum incenduntur & feruescunt meditationes, & affectiones cordis, secundum illud
Psa. 38. Psalm: In meditatione mea exardescit ignis. Et tunc quoque serpentes fugiunt, quia tunc dæmonum suggestiones absconduntur. Vnde Gre. Si nos virtus deuotio-
Gregor. nis in intimis afficit, omnis strepitus prauæ suggestionis obmu-
Mora. tescit: Virtus. n. deuotionis est, ipse feruor affectionis. Vnde Hu-
Hugo. go de sancto Victore dicit, quod deuotio est feruor bonæ volūtatis, quem mens cohibere non valens, certis manifestat indicijs.

Filios erga parentes fore omni tempore pijssimos, per varia nonnullarum animantium exempla, satis digna, terminatur.
Cap. XXX.

FIlios esse pios circa parentes præcipue in senectute, vel debilitate eorum, docent nos aues coruini generis. De quibus ait.
Arist. de anima. Arist. & Basil. quod pascunt pullos suos in iuuētute sua, & iuuenes pascunt parētes in senectute sua, & quando debilitātur seniores, in humeris suis eos ferunt iuniores Mira est igitur auium talium pietas, vt erubescat suis parentibus auxiliū non prostare homo, à quibus beneficia tāta susce
Eccl. 3. pit, vt dicit Ambr. & Ecc. Fili susci pe senectā patris tui, & cætera.

Item filios erga parentum defectus pietatis exercere officia inducunt cornicis exempla. Nam (sicut dicit Ambr.) erga parentes suos miranda est cornicis clemētia, quia cum parentes plumis & alis in senectute nudari cōtingit, cornices iuniores pennis propriis eos fouent, & collecto cibo nutriunt, & fulto alarum suarum subleuant, & ad volandum exercitant, vt scilicet in pristinos vsus membra dissueta reducant. Sic filij hominum suos parentes deberent pennis propriis nudos, si alios non haberent, induere, primo victu, vel labore famelicos nutrire, fulto brachiorū suorum eos infirmos vel debiles subleuare, & ad eundum vbi oporteret, iuuare. Sed nota quod inordinatus amor parentum ad filios, est etiam ipsis parentibus causa perdendi virtutes. Cuius quidem rei exemplū apparet in ciconijs. Nā ciconia (sicut dicit Ambrosius) Ambr.
miro affectu pullos suos diligit & custodit, ita quod ex cubatione assidua super eos pennas perdit: sic parentes qui filios suos inordinatè diligunt, frequenter propter nimiam curam, vel lucra illicita, quæ faciunt propter illos, pennas virtutum amittūt. In hoc tamen ipsę ciconię reddūtur imitabiles: quod quantum expendunt temporis in fœtibus educādis, tantum ab eis vice reciproca educantur (vt dicit Ambrosius) vt videlicet filij hominum, quos parentes in infantia eorum cum magna cura educant, eisdem in senectute sua vicariam opem reddant. Consimilem quoque pietatis speciem vpupæ erga suos parentes senes seruare reperiuntur: Nam cum vpupa senuerit, ita vt videre vel volare non possit, pulli eius euellunt ei pennas inualidas, liniūt oculos eius quibusdam herbarum succis, & suis etiam

Digitized by Google

etiam fouent sub alis, donec plumæ creuerint, & clare viderint, in quo exemplo innuitur, quod filij à parentibus senibus vel infirmis debent, quantum possunt, mala & molesta remouere, curas necessarias eorum infirmitatibus adhibere, obsequis proprijs & personis confouere, siue seruire, nec eos deserere debēt, quousque eos viderint suis obsequijs, vel auxilijs non amplius indigere.

Tribulationes, ac afflictiones interdum malos ad vitam spiritualem inducere, apum similitudinibus edocetur.

Cap. XXXI.

FLagellum tribulationis, & afflictionis, aliquādo etiam terrenos & lasciuos conuertit in fructuosas spirituales vitas: quod ostenditur per exemplum in apibus: Dicunt enim experti, quod apes sæpe de boum cadaueribus generantur. Dum enim vituli occiduntur, carnes verberantur, & sic de putrefacto cruore vermes generantur, qui receptis alis apes efficiuntur. Quid autem per boues, vel vitulos, nisi terrenos homines accipimus, & superbos: Boues enim terram arant, & vituli, siue tauri ceruicosi sunt, siue indomiti, sed occiduntur boues, vel vituli, & carnes verberantur: quia dum tales tribulantur à mundo, vel verberantur in carne, id est, corpore infirmantur, extinguitur auaritia, & superbia iugulatur. Occisi autem vituli vermes gignunt, quia extincto superbiæ spiritu, humiles fiunt, qui alis receptis apes efficiuntur: quia pennis virtutum ornati, tam in contemplatiua, quam in actiua vita perficiuntur. Apes enim, & volando se subleuant, & alijs mella fructificant, quia videlicet viri sancti, & in altum per contemplationem ascendunt, & aliis melliflua opera, vel etiam verba fundunt. Eccles. Breuis in volatilibus est apis, & initium dulcoris habet fructus illius. Apis breuis est homo humilis, qui est breuis per humilitatem, volatilis per contemplationem, dulcorosius & fructuosius, per pietatis subuentionem. Eccl. 11

Dæmonum, Hæreticorum, ac Hypocritarum astu, atq; fraus quanta sit, perdicis, polypi piscis, & cancri, certis definitur exemplis.

Cap. XXXII.

FRaudulentia dæmonum, vel hæreticorum assimilatur perdici. Est enim perdix fraudulenta auis, quia oua rapiens aliena, fouet ea, sed de hac fraude sua, nullum suscipit fructum, sed damnū, quia perdit laborem suum: Nam pulli nati, mox, vt vocem propriæ genitricis audiūt, puratiuam matrem penitus derelinquunt, & ad veram matrem accedunt, vt dicit Ambrosius: hinc Hieremias inquit: Perdix fouet quæ non peperit. Sic etiam diabolus, vel hæreticus, quasi aliena oua rapit, dum sanctæ Ecclesiæ filios callidè decipiens, ad se trahit. Sed frequentius laborat in vanum, quia frequenter sic decepti, dum veram & catholicam audiūt ecclesiæ veræ matris doctrinam, perfidiam, vel peccatum relinquunt, & ad veram matrem ecclesiam accedunt, vel ad diuinam gratiam per veram fidem, vel pœnitentiam redeunt. Ioan. Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me. Hier. 17 Ioan. 10

Item fraudulentus, & hypocrita assimilatur pisci polypo, qui est fraudulentus pisces. Nam (vt dicit Ambrosius) polypus in vadoso litore, petræ alicui se coniūgit, & ita illi inhæret, vt tam coloris similitudine, quàm figuræ, petra quidē, vel ipsius saxi pars aliqua esse videatur. Vnde pisciculi

decepti, dũ sub ipso, tanquam sub lapide, vel laxo latere voluũt, post quam ingressi sunt latibulũ corporis sui, eos polypus intercipit, & includit, atq; inclusos deuorat, & deglutit. Huic ergo pisci assimilatur fraudulentus & nequã, qui alteri adhęrens, & huius modum & mores assumit, & se conformare studet, vt de eo magis cõfidatur, & facilius decipiat, & de talibus dixit Christus. Venient ad vos in vestimẽtis ouiũ.
Matt. 7 Vel talis est hypocrita, qui petrę, id est, Christi in exteriori apparentia speciem prætendit, cum tamen sit piscis vorax.

Item fraudulentus homo assimilatur cancro, qui volens comẽdere ostreas, cum propter duras testas quibus clauduntur nõ valeat, obseruat tempus, s. quando ostrea radijs Solis se aperit, scilicet tempore quieto à ventis, & tunc vt ostrea recludi nõ valeat, clanculo aliquem lapillũ accipit, & latẽter immittit: post quod, immissa securè tela, siue brãchia ipsam diripit, & comedit. Huic ergo similis est homo fraudulentus, qui quem superare non potest, callida fraude decipit, & de eius erũna se pascit, vt dicit Ambrosius. Psalm. Sicut nouacula a-
Psal. 51. cuta fecisti dolum.

Garruli homines, qui semper inanibus abũdant verbis, quinque effectibus Graculo comparari explanatur.

Cap. XXXIII.

GArrulus, & gulosus homo, assimilatur graculo: quod patet ex eius cantu: Nam cantus eius, quidem est eius garritus. Vnde (sicut dicit Basilius) à garrulitate vocis graculus est dictus. Homo autem qui gulositati studet, post cibum rumores libenter refert, libenter detrahit, & nonnũquam contendit: Vnde talis non immerito designatur in graculo.

Secundo, patet ex transitu, siue volatu: quia graculus in syluis degens, de arbore vna in altam garriendo transit: & hoc est, quia homo garrulus, de his cum quibus habitat, etiam turpia, quæ de eis nouit, aliquando enarrare non cessat.

Tertio ex conspectu, quia cum graculus aliquam auem transire aspicit, garrit; & cum aliquos occultos reperit, similiter facit. Quia scilicet garrulus homo non tantum detrahit secularibus, sed etiam eis quos religionis occultat locus.

Quarto ex affectu, quia aliquãdo graculus captus clauditur, vt articulata verba loqui doceatur. Similiter aliquãdo garrulus secularis cũ ad conuersionẽ venit, & religionem ingreditur, verba religionis adiscit, vt lingua volucris, lingua loquatur hominis. i. vt qui inordinatè loqui consueuerat, ordinatè loqui deinceps assuescat.

Quinto in exitu. Nam aliquando contingit, quod graculus, qui tenebatur clausus, de ipsa clausura exiẽs liber euadit: & qui prius garrulus, fuerat, per egressionem magis clamat. Et eodem modo garrulus cum vitam religionis arripit, vix linguam suam deserit. Sed si forte relicto habitu foras exierit, bonum religionis in malum garriendo, s. detrahendo cõuertit. De tali ergo persona dici- prou. 7.
tur: Garrula & vaga, quietis impatiens.

Quando animæ gratia reficiantur diuina, quos in eis operetur effectus, ac finalis impœnitentia, quæ & peccatum in Spiritum sanctum dicitur, prauitas quãta sit, pullorum, coruorum, Ggalli, caladrijq; exemplis demonstratur.

Cap. XXXIIII

GRatia cælesti non reficitur anima, nisi quamdiu est à peccatis munda: quod patet exẽplo coruorum. De quibus glosa dicit

Digitized by Google

Psal. 146 dicit super illud Psalmi. Qui dat iumentis escam ipsorum, & pulnis coruorum inuocãtibus eum, quod quandiu pulli coruorũ habent plumas albas, à parentibus relinquuntur, & tunc rore cælesti pascuntur; quando autem nigrescere incipiunt, tunc corui eos pascunt. Quid autem sunt pulli pluma albi, nisi homines mundi corde? hi cælesti rore pascuntur, quia cælestis gratiæ pinguedine nutriuntur: sed nigri facti, pascũtur à coruis; quia peccatis obscurati, à dæmonibus reficiuntur.

Item gratia cælestis cautelam & fortitudinem præstat contra prosperitates, & cõtra aduersitates. Legitur enim de gallo, si quis eius pinguedine inunctus fuerit, à pantheris, & leonibus tutus erit: Potest enim Christus per gallum non incongrue intelligi, qui nos in noctis nostræ caligine excitat, atq; solicitat voce doctrinæ suæ. Est ergo pinguedo galli, gratia ipsius Christi, cuius scilicet sacratissima ipsius vnctio, de qua Ioan. 2. dicitur, Vos vnctionem habetis a sancto, tã contra pantheræ malitiã, quã contra leonis seuitiã nos defendit. Aduersarius nãque malignus, vel nos tentando delectabilibus allicit, pantherę videlicet more, quę os aperiens odore animalia attrahit quæ deuorare cupit, vel eos persequendo aduersitatibus frangit, sicut leo seuiens & rugiens circuit quærendo quẽ ipse comedere possit. Sed galli vnctio ab vtroque defendit, quia scilicet Christi gratia cautos nos facit in prosperis, & fortes, ac intrepidos in aduersis: & ideo Psal. 62. hãc galli pinguedinẽ Proph. petebat, dicens: Sicut ex adipe, & pinguedine repleatur anima mea.

Item gratia Dei nõ respicit quẽ finalis impœnitentia ad mortem æternam ducit, cuius manifestũ exemplum apparet in caladrio. Nam caladrius (vt Arist. dicit) albi coloris est, nihil nigredinis habẽs, cuius natura est talis, quod quãdo quis graui infirmitate detentus fuerit, si ægritudo ad mortem fuerit, caladrius ab eo faciẽ suam auertit, & tunc homo de morte certus existit: Si autem infirmus curandus sit, & tũc visum in ipsum figit, & quasi applaudens in eum intendit. Et differt iste caladrius a calandra, quæ est auis canora, sicut dicit Glossa super Deu. 15. Hæc ergo auis totaliter alba, est Spiritus sancti gratia, quæ est munda, & nullius nigredinis, i. culpæ admixtione infecta. Quasi autẽ infirmus grauiter omnino moriturus, homo desperatus est, & finaliter impœnitens ad æternæ mortis suppliciũ peruenturus. Vnde Spiritus sancti gratia hũc nunquam respicere potest, quia finali pœnitentia, & remissione caret. Ipsa etenim esse dicitur Spiritus sancti blasphemia, quæ neque remittitur in hoc seculo, neque in futuro, prout Aug. Vnde Io. Est peccatum ad mortem: pro isto non dico, vt roget quis. Quasi autem infirmus curandus, est ipse peccator pœnitentiam agens, in quem respectus diuinę gratię lætanter & perseueranter intendit, quousque ipsum a peccatis purgando, ad plenam sanitatem perducit.

Arist. de anima.

Augu. li. de verbis do.

Gulosi, qui ventri semper indulgere intendunt, cygno, locustis, milluisq; assimilantur, omniq; tempore ad contemplandum inepti redduntur.

Cap. XXXV.

GVlosus, & ventri deditus, ociosus est, & ad contẽplandũ ineptus. Quod patet exẽplo cygni. Nã cygnus est multę carnis, & ideo quietẽ diligit, & raro volare contendit, quia põderosi est corporis. Illi autẽ multę carnis sunt qui multam de suo corpore cura-

gerunt, & hi quietem ocij diligunt, & insuper ad cōtemplationis violatum minimè apti sunt, Nam corpus quod corrumpitur
Sap. 9. agrauat animam.

Item gulosi & voluptuosi assimilantur locustis. Nam locusta, quasi tota vena est, & ideo insatiabilis est. Os habet quadrangulatum, & habet vnum intestinū, quod fame & immunditia semper est plenum, quādiu viuit semper esurit, & siquid viride inuenit, rodere non desistit. Similiter quidam gulosi, sic totaliter sunt dediti ventri, quòd nil præter ventrem suum esse videntur. Vnde
Philip. 3 Apo de talibus dicit: Quorum Deus venter est. Tales insatiabiles sunt, qui vno prandio habito,
Prou. 30 ita solicitantur de alio. Pro. Vēter impiorum insatiabilis est. Os etiā habēt quadrangulatum, quia quatuor modis offendunt in comedendo cibum, scilicet, vel quia sumunt superfluum, vel quia quærunt cibum delicatum & preciosum, vel quia nimis curiosè paratum, vel quia sumunt per modū inordinatum, vel nimis ardenter, vel quia præuenit tempus.

Item eorum intestina, quando sunt referta, sunt plena immunditia, sed quando sunt ieiuna, id est, vacua, sunt inedia & fame cruciata & quia semper circa cibum intendunt, quicquid sibi gratum inueniunt, habere & comedere satagunt.

Item gulosi quidam assimilātur miluis. Nam miluus propter gulositatem immundis vescitur, & pro modico ventris pastu, tota die circunfertur. Sic aliqui gulosi sunt, qui propter gulā, quæ aliis vel inconsueta sunt, vel immunda communiter videntur, auide comedunt, vt carnes canum, vel serpentum, vel ranarū, & huiusmodi, quę propter immunditiam suam communiter in vsu non sunt: Et insuper etiam aliqui modo milui circa coquinam, & cacabum tota die circunferuntur. Psa. Famem patientur, vt canes, & circuibunt ciuitatem. Psal. 58

Qua via hæretici, atq; hypocrita, aspectu, ac eorum affatu multos decipiant. Ceti quadam similitudine clarum efficitur.

Cap. XXXVI.

HAeretici, vel hypocritæ, sicut decipiunt alios ex aspectu sanctitatis simulatæ, ita quoque eos subuertunt ex affatu falsæ doctrinæ, seu locutionis falsitate. Vnde assimilantur ceto, i. pisci balenę, de quo dicit Iorach, quod maxime quando senescit, propter magnitudinem corporis adunatur puluis in dorso eius, & condensatur in tantum, quod herbæ & fructices ibi crescunt, ita vt insulæ similis videatur: ad quem si nauigātes incautè appropinquāt, sine periculo vix euadunt: nam aquam in tanta quantitate de ore eiicit super nauem, quod aliquādo eā subuertit; Sicut ergo cetus ex aspectu simulato attrahit, siue decipit, & aqua ex ore missa, linum nauis subuertit; Sic etiam hæretici, vel hypocritæ plurimum ex aspectu attrahunt alios stimulata sanctitate: sed mentium naues aqua oris subuertunt, id est, doctrina & exhortatione falsitatis. Vnde de eis dominus dixit: Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Iora. li. de animal. Matt. 7.

Humilitatem præcipuè ex peccati consideratione, ac ex carnis corrupta memoria oriri, summopereq; nos ad Deum contemplandum idoneos reddere, ceti, Echini, Aquilæque oculorum exemplis, redditur perspicuum.

Cap. XXXVII.

HVmilitatis virtus nascitur in spiritu, dum infirmitas, & corruptio carnis ad memoriam reuoca-

reuocatur. Cuius exemplum apparet in ceto, de quo dicit Iorach quod abūdat in spermate, & post coitum eius quod superfluit superenatat, quod collectum desiccatur, & in ambræ lapidis substantiam conuertitur. Quid ergo in superfluo spermate, nisi carnalis corruptio peccati designatur? Cuius desiccatio, & eiusdem peccati pœnitudo. Tunc ergo carnis corruptio desiccata colligitur, quando cum mentis pœnitudine ad memoriam reuocatur. Et tunc mollities spermatis in soliditatē conuertitur lapidis, quia ex compunctione corruptionis carnis, nascitur humilitas mentis, quæ dum mentem tangit, ambræ soliditatem prætēdit. Sic Dauid ex consideratione suæ iniquitatis, deductus est in compunctionem
Psal. 50. humilitatis, dicens: Quoniam iniquitatem meā ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris, &c.

Item humilitas confirmat animum hominis contra fluctus superbiæ & mundanæ vanitatis. Vnde assimilatur cuidā pisciculo qui Echinus vocatur, qui quidem est paruus piscis, & vix semipedalis in lōgitudine, ab hęrēdo sic dictus, eo quòd licet sit exigui corporis, est tamen admirandæ virtutis: Nam nauis cui adhęret, licet feruente mari multę procellæ seuiant, tamen quasi radicata stare videtur, nec aliquo modo mouetur. Similiter humilitas cordis, quamuis hominem apud se faciat paruæ reputationis, reddit tamen immutabilem nauē mentis à vento procelloso superbiæ,
Eccl. 15 & fluctibus vanitatis. Eccle. Firmabitur in illo & non flectetur, & continebit illum & non confundetur, &c.

Itē humilitas mentis maxime eam perspicacem reddit ad contemplationem diuinæ claritatis, sicut econtra superbia hebetem eam facit. Cuius exemplum est (sicut dicit Auicenna) quia oculus aquilæ paruus est, & tamen ad videndum lumē Solis perspicacissimus: & econtra oculus nycticoracis magnus est, & tamen lucem Solis intueri non potest. Oculus ergo animæ mens est, quæ quanto fuerit humilitate minor, tanto erit ad diuinæ lucis claritatem contemplandam perspicacior: sed quanto ecōtra fuerit superbiæ reputatione grandior, tanto erit ad contemplandū obscurior. Vnde Matth. Abs- Mat. 11.
scondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.

Homines ad bonum peragendum inconstantes, Auibus in cauca clausis, mutationiq; Miluorum esse similes edocetur.

Cap. XXXVIII.

INconstans & leuis homo, similis est aui incarceratæ, quæ quiescere non potest, sed semper per capiolam currit, modo huc, modo illuc. Hiere. Hæc dicit Do- Hier. 14
minus populo huic, qui dilexit mouere pedes suos, & non quieuit, & Dominos non placuit.

Item imperseuerantia quorundam feruenter incipientium assimilatur mutationi miluorum: Nam miluus in iuuentute differre à preda auibus non videtur, sed quanto plus viuit, magis se semper degenerem ostendit, vnde secundum Aristotelem, quod- Arist. de
dā genus est milui, quod in prin- ani.
cipio aues capit, tandē vix muscas & vermiculos capit, & demū fame perit. Tales sunt, qui in iuuentute sunt boni, & senectute efficiuntur peiores. Efficiuntur etiam miluo similes, qui à suo cōuersionis principio aues capiunt,

id est, sanctorum virtutes imitari incipiunt: sed ab inœpto feruore post modicum paulatim deficientes, vix muscas capiunt, id est vix minima quæque bona facere satagunt, & tandem à gratia deficientes, omnino deuotionis spiritum totaliter amittunt. Et talibus dicebat Apost. Cum spiritu cœperitis, nunc carne consummamini. Gal. 3.

Ingratitudinis culpa filios quoque exhæredari, insigni ipsius pellicani exemplo præcisè definitur.

Cap. XXXIX.

INgratitudo filios etiam excludit à paterna hæreditate. Vnde pellicanus, auis scilicet fœminea, quæ super filios suos à serpente occisos, percussio pectore primò ad eos viuificandos sanguinem fundit, quo effuso sanguine in tantũ debilitatur, quod pulli pro cibo exire coguntur. Et illos pullos, qui naturali affectu ipsam pascunt, postquam resumpsit vires, tenerrimè diligit, & solicitè nutrit. Sed illos, qui de ipsâ tanquam degeneres nullam gesserunt curam, tanquam ingratos deiicit, etiam secum viuere non permittit. Ex quo patet, quod grati filij à parentibus nutriendi & diligẽdi sunt; Ingrati verò etiam secundum leges à parentibus repelli & exhæredari possunt. Vnde etiam pellicanus iste Christũ repræsentat, qui ait: Similis factus sum pellicano solitudinis: ipse enim homines, quos creauerat, tanquam filios ad imaginem & similitudinem suam, à serpente antiquo veneno peccati occisos, proprio sanguine viuificauit: Vnde gratos filios, qui eum in suis pauperibus nutriunt, finaliter secum ad suam hæreditatem admittet, dicens: Venite vos benedicti. Ingratos autem, & crudeles excludet, dicens: Ite maledicti, &c. Psal. 101 Matt. 15

Singularibus apum exemplis gulosi ociosique vacantes, durè esse plectendos, plenè demonstratur.

Cap. XL.

INertes, & gulosi, sunt durè castigandi, & à sua gulositate cohibendi. Nam apes (vt dicit Philosophus) inertes durè castigant, & cessantes ab opere morte condemnant. Et habentes magnum ventrem, & quæ nimis comedunt expellunt, vel occidũt, si possunt: Sic castigantur inertes, & damnantur inutiles homines etiam à Deo. Matth. Seruum inutilem proijcite in tenebras exteriores. Similiter gulosi, qui Christo Domino non seruiunt sed suo ventri, non solum expellentur à regno, sed etiam æternæ mortis deputabuntur supplicio: Dicetur enim homini gulosо, & ventris deliciis dedito illud. Apoc. Quãtum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date ei tormentum & luctum. Arist. de ani. Matt. 25 Apoc. 18.

Inter apes ergo nulla est ociosa, sed quædam certant, quasi in bello campestri, cõtra apes alias; quædam circa victum inuigilant, aliæ flores futuros explorant, aliæ ceras de floribus fugunt, aliæ cellulas nec rotundas, nec quadratas mira connexione & æqualitate componunt. Et inter tam diuersa opera, nulla alterius operibus insidiatur, nullo raptu victum quærunt, sed proprio labore conquirunt, quod inter herbas, & flores recolligunt. In quibus nos instruunt ocia fugare, in officio, vel opere sibi congruo quemlibet laborare, nulli in suo opere vel cõmodo insidias parare, non vi rapinæ, sed suo labore victum sibi procurare, item munditiam in omnibus operibus amare. Nam inter flores & mundas herbas, ipsæ (vt dictum est) colligunt fructum suum.

Delphini

Delphini exemplo notabili, Innocentium persecutores belluis immaniores existere declaratur.

Cap. XLI.

INnocentium persecutores crudeliores sunt belluis marinis. dicit enim Iorath, quod delphini sentiunt per odorem, si homo mortuus in mari vnquam comedit de delphino: quod si comedit, ipsum comedunt, si autē non comedit, ipsum ab aliorum piscium morsibus custodiunt, & eū ad littus perducunt. Ecce igitur quod belluæ maris, quāquā vindicent receptam iniuriam, non tamen persequuntur, sed tuentur innocentiam: sed tamē humana crudelitas tanta est, vt quandoque atrociter lædat eos, a quibus nullam iniuriam, vel lęsuram vnquam recepit. Vnde AEsopus dicit: Nocent innocuo nocui, causamque nocendi inueniunt.

Inobedientia varietas, ipsiusq; culpa grauitas, & denique quam acriter inobediens puniatur, apum exemplo aperitur.

Cap. XLII.

INobedientiæ culpam esse acriter puniendam, exemplo suo apes ostendunt. Nam apes, quæ regi non obediunt, de seipsis vltionem expetunt, & aculei sui vulnere se occidunt. Multo ergo magis, qui cęlestis Regis mandatis inobedientes fuerint, pœnitentiæ debent aculeum in sua corda infigere, & ipsam inobedientiæ culpam in semetipsis extinguere. Et quanto fuerit inobedientia maior, tanto ad ipsam extinguendam requiritur acrior dolor: Habet enim inobedientiæ culpa gradus suos. Ibique est grauior cuiuslibet inobedientiæ actus, vbi periculosior est contemptus: grauius est peccatum Deo non obedire, quam homini, nisi in hominis præcepto Dei præceptum includatur: grauior etiam inobedientia est, vbi maius præceptum contemnitur. Pręeminet enim præceptum præcepto, quia præfertur dilectio Dei dilectioni proximi: grauior est etiam inobedientia, in qua præcipientis persona contemnitur, quam vbi eius mandatum tantum respuitur, Regum. Peccatum ariolandi est repugnare: & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere: Similes enim sunt culpæ, idololatria, & inobedientia: quia vtraque ex Dei contemptu est proueniens: non tamen æquales sunt, sed est idololatria grauior.

1 Re. 15

Inuidia prauitas, inuidiosique natura describitur, qui & Pauoni vnico exemplo comparatur.

Cap. XLIII.

INuidus abscondit bona, ne alius inde fructum habeat, etiā si illis ipse non indigeat. Vnde similis est pauoni, qui fimū suum, qui valde medicinalis est, abscōdit, vt inueniri vix possit, quasi inuideat vtilitati hominis. Ex quo patet, quod inuidia bonorū communicationem excludit. Vnde dicit Augustinus. Tolle inuidiam, & tuum est quod habeo: tollam inuidiam, & meum est quod habes.

Aug. super Io.

Item hoc exemplo patet, quod proprium est minorum maioribus inuidere. Pauo enim inferior est homine: Vnde Iob. Paruulum occidit inuidia, quamuis & inter pares & dispares inuidia esse possit. Vnde dicit August. Inuidia est odium alienæ felicitatis, rerum inferiorum, ne sibi adæquentur; rerum superiorum, quia eis non æquantur; rerum parium, quia sibi æquantur. Vnde Cain inuidit Abel prosperitati, Rachel Lyæ fæcunditati, Saul Dauid fælicitati, per inuidiā procuratus est lapsus mundi, & mors Christi.

Iob. 5.

Aug. in serm.

Hypo-

Hypocrita ſtruthioni, cygno, aliisq; nonnullis animantibus comparatur, talium q; exemplis ipſius malignitas hypocriſis re-ctiſſimè demonſtratur.

Cap. XLIIII.

Hypocrita aſſimilatur ſtruthioni, qui (ſicut dicit Iſidor.) corpus habet animalis, ſed pennas & roſtrum habet auis, licet propter pondus in aera leuari nō poſſit. Vnde (ſicut dicit Gregor.) penna ſtruthionis ſimilis eſt pennæ herodij in colore, ſed non in virtute: Nam eius ſimilitudinem pennæ habet, ſed volatu caret: ad volandum alas erigit, ſed tamen à terra nō ſurgit: raris enim pennis induitur, magno corpore prægrauatur. Sic hypocrita eſt animal, id eſt, carnalis occultè apud ſe, ſed tamen pennas atque roſtrum prætendit auis, quia mores prætendit, & verba ſpiritualis hominis. Vnde ipſius penna, id eſt, exterior apparentia, videtur penna herodij, id eſt, ad modum vitæ alicus perfecti viri: caret tamen volatu eius, ſcilicet contemplationis, vel dilectionis, quibus mens volat ad Deum. Vnde quāuis alas erigat, id eſt, brachium ad cælum extendat, cor tamen à terra non ſeparat, id eſt, à terrenorum affectu. Habet enim pennas rariores, id eſt, paucas virtuoſas affectiones, & habet graues carnes, id eſt, carnales appetitus animam grauantes, qui eum ſurſum ad Deum aſcendere non permittunt. Iſido.

Item hypocrita aſſimilatur cygno. Nam cygnus pennam habet exterius candidiſsimam omnino nigredine inpermixtam; ſed carnem interius habet nigrā, & ad digerendum durā. Et ſic hypocrita, licet exterius ſit apparens albus, id eſt, innocens, & mundus, intus tamen viliorum nigredine niger eſt & obſcurus. Vnde væ vobis hypocritæ, qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, intus autē pleni eſtis hypocriſi, & iniquitate, dicit Dominus. Eſt etiā hypocrita erga proximum nō largus, vel pius, ſed mente durus. Matt. 2.

Item hypocritę & duplices homines, qui nūc ſpiritualia ſectari videntur, nunc terrenis actionibus & negotijs inuoluūtur, ſimiles ſunt quibuſdam piſcibus, ſine animalibus, quæ nunc in aquis, nunc in terris conuerſantur: Vnde ab Iſidoro appellantur dubia, eo quod non ſolum ſunt natatilia, ſed etiam greſsibilia per naturā, & talia ſunt phocæ, Crocodilli, caſtores, & equi fluuiales, & huiuſmodi, quæ cōmuniter ſunt animalia ſoeua, vel maligna. Sic etiam tales homines dubium videntur, vtrum ſint Dei, vel mundi, communiter tamen inueniūtur finaliter deceptores, & iniqui. Iſa. Omnis hypocrita eſt, & nequam. Vnde Apoſt. Nemo militans Deo implicat ſe negocijs ſeculatibus, vt ei placeat cui ſe probauit. Iſa. 9. 1. Thi. 2.

Proximi odium, in anima mortis aculeum infigere, Apum exemplo edocetur.

Cap. XLV.

Ira ſiue odium proximi, tollit dulcedinem manſuetudinis, & etiam vitam mentis. Cuius exemplum eſt, quia apes quando pugnāt, tunc efficiuntur ad mellificandum inutiles, vel paulo poſt moriuntur, vt dicit Ariſtot. maximè, ſi aculeum totum infixerint, eo quod impoſſibile eſt aculeum totū infigere, quin cum eo exeat inteſtinū. Similiter, qui proximum odit, & iratus lædere vel pungere contendit, ſaltem in cōſenſu, anima aculeum infigit, ſed ex ipſa mentis ira vel odio, quaſi apis ex proprio aculeo, & mel, id eſt, dulcedinem manſuetudinis amittit, & inteſtinū charitatis eijciens, animæ vitam perdit. Vnde ſcriptum eſt. Qui odit Ari. de ani.

fratrem

Digitized by Google

fratrem suum, homicida est scilicet animæ suæ occisior.

1.Io.3.

Hominem exterius nequaquam fore iudicandum, vnica ipsius accipitris similitudine palam fit.

Cap. XLVI.

IVdicandus nou est animus hominis secundum apparentiam carnis, quia qui quandoque est despectus in corpore, magnus est in virtute. Cuius.s. rei exemplum apparet in accipitre. Est enim accipiter auis regia, quæ plus animo, quam vnguibus, est armata. Vnde quod ei natura corporis in quantitate denegat, hoc in virtute animi & audacia recompensat, vt dicit Isid. Sic quandoque in multis hominibus quicquid, vel ex defectu naturę, vel ex accidentali infirmitate despectũ apparet iũ corpore, siue ex naturali sagacitate, siue ex diuina gratia, speciali munere suppletur, & recompensatur in mente: propter quod & dominus dixit: Nolite iudicare secundum faciem, maximè enim secundum Deum temerarium est tale indiciũ, quia homines vident quę parent, Deus autem intuetur cor.

Isidor.

1.Re.16

Tentationis pugna, quæ ex compunctionis lachrymis crebro oriri compertũ est, orationis feruore sedatur: quod Merguli animaliumq; aquatilium exemplo indicitur.

Cap. XLVII.

LAchrymas compũctionis sequitur pugna tẽtationis, cui opponendus est clamor orationis. Cuius videlicet rei exemplũ in mergulo apparet, de quo dicit Isid. quod sæpe demerso in aquã capite, aurarum signa sub fluctibus cognoscit, & futuram tempestatem præsentiens ad litus cum clamore fugit. Vnde certissimum iudicium est futuræ tempestatis cũ ad littus merguli fugiunt cum clamore, Ille igitur in aqua caput mergit, qui mente compunctus, se ad sua defienda crimina conuertit. Sed malignus spiritus eum perdere timẽs, mox auram contrà eum tentationis suscitat, vt à tentationis feruore frigescat. Sed cauta & prouida mens, cum surgentis tempestatẽ tentationis præsentit, mox ad litus humilitatis cum clamore orationis recurrit, attendens scilicet quod Dominus dixit: Orate, ne intretis in tentationem.

Isidor.

Mat. 26

Item lachrymarum aqua animam pœnitentis nutrit, & in ea ardorem & æstum tentationum, & vitiorum extinguit. Cuius rei exemplũ est in animalibus aquaticis, quæ secundum Auicennam duplici ex causa attrahunt ad se aquam. Nam quædam eorum sunt, quæ aquam in ventrem recipiunt, solum per modum nutrimenti, & non per viam respirationis, sicut conchæ marinę. Et talibus assimilantur pœnitentes, qui ex lachrymarum aqua, quasi quodam nutrimento pascuntur, secundum illud Psalm: Fuerunt mihi lachrymæ meę panes die, ac nocte. Super quo verbo Cassiodorus dicit, quod fletus est cibus animarum, corroboratio sensuũ, absolutio peccatorum; refectio mentium, lauacrum culparum. Sed quædam animalia aquatica sunt, quæ aquam recipiunt per modum respirationis, scilicet attrahendo, & emittendo, scilicet ad euentationem interioris caloris, ad expellendũ superfluum calidum: & talibus assimilantur qui plorant, vt lachrymarũ aqua ardorem tentationis extinguant. Psalmus: Transiuimus per ignẽ, id est, per ardorem tentationis; & per aquam compunctionis, & deuotionis, & eduxisti nos in refrigerium.

Psal.4

Cassio.

Psa.65

Quando laus diuina clarior ac laudabilior existat, cicada exemplo declaratur.

Cap.

Cap. XLVIII.

LAus diuina tãto clarior est, & laudabilior, quanto ex feruentiori & pulchriori mente procedit: quod patet per exemplũ cicadæ, quæ in medio ęstus, quando alia quasi ardent, tanto cantum reddit clariorem, quãto tunc aërem attrahit puriorem. Similiter vox laudis diuinæ tanto clarior & acceptior redditur, quanto cum feruentiori & puriori spiritu canitur, vel formatur. Vnde trium puerorum laus, & hymnus, quo Deum in camino laudauerunt, magnis cõmẽdatur præconijs, quoniã in pueris puritatem prætendit cordis, in camino vero affectum & feruorẽ deuotionis. Daniel: Ambulabant in medio flammæ, laudantes & benedicentes Dominum. Dan. 3.

Varijs sacra Scriptura exemplis, Delphiniq; similitudine choreas fore fugiendas lucide demonstratur.

Cap. XLIX.

LVdi hominum, & chorearũ saltus inordinati, communiter sunt præsagium, vel causa exitus mali: cuius exemplum ostenditur in delphinis, de quibus Isido. dicit, ꝙ in mari nihil velocius eis: Nam plęrunq; salientes naues transuolant: saltus tamen eorũ, & ludus futurã indicat tempestatẽ, & simile accidit de ludis humanis. Nam Israëliticus populus in deserto lusit: sed tandem peracto ludo magnã sui stragem suscepit. Post ludũ quoque puerorum Dauid, & Isboseth, secutum est bellum graue, Sic & post Sampsonis ludũ secutũ est Philistinorũ excidium. Et rursus post puellæ saltus, amputatur Ioan. caput. Chrys. quoq; dicit, ꝙ vbi saltatio, ibi diabolus, neque Deus ad hoc nobis dedit pedes, vt cũ camelis saltemus, sed vt cum angelis chorum faciamus. In saltibus lætantur dæmones, & exultant ministri dæmonum. Exo. 32. 1. Reg. 2 Eccl. 15. Matt. 6.

Luxuriosi, prolis conceptioni in muliere impedimentum inferentes, pauoni comparantur. Cap. L.

LVxuriosus, qui impedire conatur in muliere conceptione prolis, vt securius, vel diutius libidini vacare possit, similis est pauoni, pauo enim auis est non diligens fœtum. Vnde masculus persequitur fœminam, vt vbi oua faciat, inuestiget vt ea frãgat, vt sic luxuriæ magis vacare valeat. Talis fuisse dicitur Onan secundogenitus Iudæ. Qui introiẽs ad vxorem fratris sui, semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur: & ideo percussit eum Dominus, eo quod rẽ detestabilẽ faceret. Licet nõ credatur hoc fecisse ex libidine, sed potius ex liuore inuidiæ, cum nõ posset habere filios de propria vxore. Gen. 38

Malorum hominum insidia ex columbarum varijs similitudinibus, plurium auctoritate Doctorum approbatis, patefiunt.

Cap. LI.

MAli aliquando assimilantur columbis, secundum illud: Factus est Effraim, quasi columba seducta.

Primo quidem ratione dolositatis: quia inuenitur colũba quæ ad deceptionem auiũ est instructa. Nam se associat alijs: & ad rete eas ducit, & prima quasi intrat rete aucupis, & cũ eis inuolui se permittit; & sic sub amicitiæ specie, dum ad pascua allicit eas, ad interitum trahit. Sic etiã ad litteram faciunt quidam fraudulenti lusores, qui ludendo fictè cũ quibusdã imprudentibus, in societate & in participatione lucri acquirendi se ponunt, & sub societatis specie eos in manus verorũ suorum consociorũ deducunt, & quandoque se vinci & expoliari Ose. 7.

Digitized by Google

expoliari ab illis permittunt, donec per ipsos imprudentes illi nõ veri soçij tota suam pecuniam amiserint. Similiter etiã faciũt soçij quorundã prædonum, qui cũ viatoribus se ponunt, & sub soçietatis specie, in manus spoliantium deducunt, & quandoque simul cum eis ab alijs se spoliari permittunt, ne alij fraudem adnertant: & talibus similia faciunt multi alij deceptores.

Secundo, ratione curiositatis. Nam colũba est curiosa, quia super arborem sedens multum circunspicit super quem ramũ scandere possit, vel velit, & quasi deliberando collum vndiq; circunflectit: sed sæpe, dum tamen deliberat, antequã volatũ arripiat, eã sagitta perforat, & ideo volatum nõ perficit: quia quod diutius facere potuit, tẽpore quo potuit nõ fecit, vt ait Greg. Sic accidit pec-
Grego. catoribus illis, qui quanquam de ramo arboris, i. de actu, vel conscientia alicuius criminis recedere proposuerint, & ad meliorem ramũ, i. statũ per pœnitentiam se transferre decreuerint, tamẽ tantũ procrastinando deliberant, & aduersa circumspicientes implere propositũ tardant, quod mortis sagitta, vel vindictæ diuinę eos subito non solũm in corpore, sed etiã in anima multoties perfo-
Eccl. 5. rat. Et ideo consuluit Eccles. Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem: subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te.

Tertio, ratione humanæ humilitatis. Nam in Syria (vt di-
Ambro cit Ambros.) docetur columba vt literarum sit gerula, & prouinciæ ad prouinciam internuncia. Nam ligatur ei litera sub ascella, quæ sic dimissa eleuat se in aëra, & sic redit ad propria vt fuit edocta, sed quandoque ab hostibus cognita impetitur sagitta, & occiditur pro littera. Homo ergo indoctus, vel simplex, similis est columbæ, cui tunc littera ad deferendum committitur, quando ad prædicandum alijs sacras scripturas exponit: & ei tunc littera sub ascellis ligatur, quando ei prædicatio ex officio imponitur, qui litteras deferens, se in aëre subleuat, quãdoq; ipse non intelligit, alijs exponere tentat, quẽ nisi ad propria citius humilitas reducat, versutus hostis sagitta erroris necat.

Vitam solitariam Monachis necessariam esse, vnica piscium similitudine confirmatur.

Cap. LII.

MOnachi, & solitarij alsimilantur piscibus. Dicit. n. Ambrosius, quod magna inter Ambro
pisces & aquas vicinitas, & cognatio est: Nam extra aquas viuere non possunt diu. Sed quod est piscibus aqua, hoc est monachis & solitarijs cella. Vnde beatus Anto. dicit, sicut habetur in vitis patrũ quod sicut pisces sine aqua, si tardauerint in sicco, cito moriuntur, ita etiã monachi tardantes extra cellam, vel cum viris secularibus immorãtes, à quietis proposito resoluuntur. Vnde dicitur etiam Isa. Computrescunt Isa. 50.
pisces sine aqua, id est monachi sine cella.

Quantopere mortis, iudicij, memoria extremi nobis prosit, hic gallis, Pauonis, nonnullorumq; animantium exemplis clarissimum fit.

Cap. LIII.

MOrtis, & iudicij timorosa memoria, siue cõsideratio, debet nobis præ oculis iugiter esse. Nam gallus timens aquilam, & accipitrem prædones terræ, cũ sint acuti visus, vnum oculum ad victum inferius deprimit, alterum

alterum in aëra dirigit, vt aduentū aquilæ, vel vulturis scire possit, sicut Plin. dicit. Aquila signat Christū, & accipiter signat mortem. Vtriusque ergo aduentū, scilicet Christi ad iudicium, & mortis ad interitum, vir sanctus timere debet, qui in gallo designatur. Vnde etiam corpus reficiens, & corporis interitum timeat, ad ipsamque destructionem corporis oculum mortis intēdat, & aduentum quoque districti iudicis pauida consideratione respiciat. Vnde Hiero. dicit, loquens de die iudicij, Quoties diē cōsidero illā, corde contremisco: siue.n. comedo, siue bibo, siue aliud aliquid facio, semper illa terribilis tuba sonare videtur in auribus meis, Surgite mortui, venite ad iudiciū

Plin. de Ani.

Hier.

Item mortis memoria annihilat omnis pulchritudinis gloriā: quod exemplo pauonis patet: Pauo enim dum pennarum suarum pulchritudinem cernit, caudam erigit, & ad modum retis, vel arcus, per gyrum capiti circumponit: sed dum inter hęc deformitatem pedum circunspicit, plurimū erubescit, & obliuiscens suæ pulchritudinis, caudam deprimit, & deponit. Pes ergo, quo mediante corpus terram contingit, mortem hominis signat, per quam corpus in terram redit. Quicunque ergo gloriatur de aliqua pulchritudine corporis, respiciat corporis pedem, id est, ipsius finem: quia si bene respiciat, quale post mortem corpus fuerit, potius sibi aderit tristitia, quam gloria. Vnde dicitur, Quid superbis terra, & cinis?

Eccl. 10

Item mortis memoria animam dirigit, & à tentationibus defendit: Nam aues & pisces regunt se cauda sua: Iumenta autem, & boues se à muscis cum cauda sua defendunt: Sic homines vitam suam dirigunt, & tentationes excutiunt, mortis memoria Iob: Interroga iumenta, volucres quoq; cæli, & indicabunt tibi, & enarrabunt pisces maris.

Iob. 12

Mentis munditiem inuiter ab homine custodiendam fore exemplo suo apes ostendere, docetur.

Cap. L IIII.

MVnditiam mentis, quam debet homo deligere, exēplo suo apes ostendunt. Nam mira inter apes munditia est, quia nullas spurcitias dimittunt in opera sua: foras enim egerunt, quando possunt: egestiones quas intus fecerunt, quædam in vnum locum congerunt, & postea foras eiiciunt, quia nullum fœtorem sustinere possunt. Sic homo debet facere opera munda, id est, sine peccati spurcitia, & cum acciderit, quod alicuius peccati immūdita intus sit polluta cōscientia, eiectis per pœnitentiam sordibus, est solicitè purganda, vt nullius peccati fœtorē intus sustineat anima. Iaco. Abiicientes omnem immunditiam.

Iaco. 1.

Christum nonnunquam percussionis flagello, interdum etiam rerum temporalium subtractione nostram expellere ignauiam, Aquila, accipitrisq; exemplis demonstratur.

Cap. L V.

NEgligentia, & pigritia animæ aliquando expellitur flagello percussionis diuinæ, & quandoque subtractione temporalis substantiæ: quod patet exemplo aquilæ. Nam aquila (vt dicit Amb.) pullos suos adultos ad volandum prouocat, super eos volitando: & si ad exeundum pigri fuerint, eos rostro percutit, cibū subtrahit, & sic exire compellit. Sic aquila rex auium, id est, Christus, qui est rex regum, & dominus dominantium, pullos suos, id est, homines à se creatos, vel fide-

Amb.

Digitized by Google

fideles suos, baptismate regeneratos, tam verbis, quàm exemplis prouocat ad volandum, id est ad Deum feruenter amandum: Nam amor Dei, & proximi, sunt duæ alæ animæ, quibus ad vitam volat æternam, vel prouocat ad volandum, id est ad bene & solicite viuendum, & agendum. Nam nō locis, sed actionibus bonis tendimus ad Deū, secundum Augustinum. Ipse volitat super eos, vt volare exemplo doceat, quia eos ad bene agendū suis exeplis informat.

Deu. 37. Vnde Deut. Sicut aquila prouocans ad volandū pullos suos, & super eos volitans. Sed dū ad exeundū, siue de nido peccati, siue nido ocij pigritantes inuenit; rostro flagelli percutit, quia eos iusta sua sententia aduersitatis iaculo ferit: quibus etiā cibum subtrahit, quia subtractis diuitijs eos ad temporalis inopiæ nonnunquā extrema perducit: qui dum ex parte vna aculeo aduersitatis pungūtur, ex parte vero alia paupertatis nuditate confunduntur, de nido suæ pigritiæ saltem coactionis, vel vtilitatis confusione trahuntur. Quod bene ille prodigus filius, ad extremam paupertatem deductus, in se indicauit,

Luc. 15 dicens. Quanti mercenarij in domo patris mei abūdant panibus, ego autem hic fame pereo.

Item negligentes & pigros subditos debent eorum prælati disciplinis & abstinentijs corrigere ad laborem. Cuius correctionis exemplum apparet in accipitribus, de quibus Basilius dicit, quod eum eorū filij sunt ad volandum habiles, cibum eis subtrahūt, eos rostro percutiunt, & de nidis expellunt. Hoc (vt dicunt Ambros. & Beda) non faciunt ex crudelitate, sed vt eos adprędandum exercitent, ne forte tepescāt ocio, & cibum quærere negligāt. Sunt ergo à prælato subditi, tanquam ab accipitre filij, de ocij vel negligentiæ nido non verborum tantum percussione, sed ciborum etiam subtractione pellendi, vt panem suum non in ocio, sed in operis labore manducent. Apost. Si quis non vult operari, nec manducet. Prouer. Panem ociosa non comedit.

2. Thes. 3. Pro. 31.

Quid religiosus, vt Deo sit gratus, creatori suo offerre debeat. Turris turturum, columbarumque significatione, & actiua contemplatiuaq; vitæ perfectione recte explanatur.

Cap. LVI.

OFferre debet homo religiosus seipsum totū Deo, scilicet et corpus per castitatem, & animam per charitatem. Vnde & in lege Moysi de auibus, turtur & columba iubebantur offerri: quia in turture castitas, in colūba vero charitas designatur. Sed turtur quādoque in lege depilata iubebatur offerri, sicut patet in purificatione puerperæ. Leui. vbi iu-Leui. 12 bebatur à pauperibus offerri par turturum, aut duo pulli colūbarum, vbi nota quo ad litterā, quod non dicit duos pullos turturum, sicut duos pullos columbarum: quia pulli columbarum semper inueniuntur, pulli turturum autē nō semper, nec etiam dixit par columbarum, sicut par turturum, quia columba est auis libidinosa, & ideo eā in sacrificio suo Deus noluit offerri: turtur autem est pudica auis. Duplex autem turtur Deo offerri iubetur, vt duplex castitas in homine designetur. s. mentis, & corporis. Vel quia castitas duo requirit, s. continentiam carnis, & humilitatem cordis. Vnde & nō solum in Beata Virgine, Christo placuit abstinentia carnis, sed eius etiam humilitas cordis. iuxta verbū eius. Quia respexit &c. Nam (sicut Luc. 2. dicit Greg.) nulla est castitas, car-

nis, quam non commendat humilitas mentis. Et hinc est (sicut Grego. idem Grego. dicit) quod cum de ipsa continentia mens elatione tangitur, plerumque omnipotens Deus superbiam destruens, in immunditiam operis hanc cadere Aug. super Mat. permittit: immo etiam Augustinus dicit. Audeo dicere cōtinentibus expedit cadere, vt in eo ipso in quo se extollunt, humilientur. Quid enim prodest, si cui adest continentia, & dominetur superbia? Duo autem pulli columbarum, duplicem significant affectum ex charitate diligentium, s. Dei & proximi. Aliqui tamē dicunt: quod illi offerunt turturē, quæ est auis soliuaga, qui sectantur vitam contemplatiuā: Illi autem offerunt columbam, quæ est auis gregatim volans, qui sectantur vitam actiuam. Et vtraq; bina ponitur, & vtraque pro cantu gemitū habere perhibetur: bina quidem ideo ponitur; quia vita contemplatiua debet habere duplicē oculū, & vita actiua, duplicē habet actū: Debet enim contemplatiuus habere vnum oculum, quo contempletur cælestia ad desiderandū, aliū quo ad temporalia ad contemnendum. Item actiuus debet exercitari erga se ad sui correctionē, & erga proximum ad eius ædificationem, & sustētationem. Vtraque etiam vita in hac valle miseriæ, in gemino gemitu consolatur. Gemit enim contemplatiuus ex amore pro desiderio cælestis patriæ, & ex deuotione per considerationē passionis dominicæ. Gemit actiuus ex compunctione pro peccatis proprijs. Psal. 6. Psalmista: Lauabo per singulas noctes lectum meū lachrymis meis, stratum meum rigabo. Itē ex compassione peccati, vel miserijs alienis. Hiere. Hier. 9. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum: & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei?

Otium præcipuè ab hominibus ad malè agendum accensis, nunquam non fugiendum esse, struthionis exemplo aperitur.

Cap. LVII.

OCcupatio aliqua licita, vel non periculosa hominibus tentatis, vel ad male agendū accensis, danda est, vt videlicet circa eam detenti, vitent magis pernitiosa. Et huius rei quidem exēplum natura struthionis ostendit, cui natura dedit, secundum Auic. maxima oua facere, & durissimæ testæ, vt circa eorum generationem calor occupatus temperetur in eis, ne eo incenso citius moreretur. Sic homini calido multum, id est vehementer ad peccandū accenso, siue fortiter tentato, sunt magna & dura oua, id est fortia & difficilia exercitia, vel officia imponenda, vt ex difficili occupatione illorum vitiorum refrigescat incendium, & feruor tentationum. Vnde Eccle. Ecc. 33. siastici: Mitte illum in opera tua, ne vacet: multam enim malitiam docuit ociositas.

Pulcherrimo Aquilæ exemplo fidem ac charitatem in operibus meritorijs omnimodè necessarias existere breuiter edocetur.

Cap. LVIII.

OPera meritoria non possunt ab anima exire sine fide, & dilectione: quod patet exemplo aquilæ, quæ duos lapides præciosos nomine eschites in nido suo ponere dicitur, sine quibus parere nequit. Hi ergo duo preciosi lapides, qui ponuntur in nido Aquilæ, vt possit pullos parere, duæ virtutes sunt, scilicet fides, & charitas; quæ nisi in nido mentis fuerint, scilicet fides in intellectu,

Digitized by Google

intellectu, & charitas in affectu, non potest aliquod opus Deo acceptum parere. Nam sine fide impossibile est placere Deo, vt dicitur, Heb. & fides per dilectionem operatur.

Heb. 11. Gal. 5.

Quo pacto nonnullorum opera infructuosa remaneant, milui similitudine exprimitur.

Cap. LIX.

OPera remissa & mollia, licet sint laboriosa, tamen parum sunt fructuosa: quod apparet per exemplum in miluis. Miluis, licet sit auis patiens laboris, tamē volatus est mollis. Vnde miluus quasi molliter volans est dictus, quia molli penna, & quasi immobili, super aëra fertur, & leui tactu aërem mouere videtur, hic cibum quærens, & terram respiciens, volando per aëra molliter circuit, & famem quam sæpè patitur, querula voce perdit. Est ergo quasi miluus homo mollis, & in opere tepidus, qui licet in modico cibo, id est, in paruo opere multum patiatur laboris, tepiditas tamen & mollities eius impedit mercedem operis: sicq; fit, vt dum multum circuit, & parum fructificat, quasi miluus famem patiens, id est, mendicus semper & querulus incedit. Vnde per Salomonem dicitur: Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis.

Pro. 18.

Quam pauperis ac diuitis sit exitus dispar, accipitris gallinæq; vnico exemplo monstratur.

Cap. LX.

PAuperes sicut in hoc mundo contemnuntur, ita in alio glorificantur: sed diuites econtra. Nam gallina iuuenis, in domo diuitis vilipenditur, ita quod si intrauerit domum, turpiter eiicitur: sed accipiter, vel falco honorabiliter in domo super perticam ponitur, & solicite de bonis morcellis nutritur: sed si gallina mortua fuerit, cum reuerentia magna & lumine coram domino portatur: sed accipiter post mortem in sterquilinium proijcitur. Sic pauperes & simplices, in mundo vilipenduntur, & deprimuntur, sed post mortem ab angelis ad mensam Regis, cum honore deportātur. Sed econuerso diuites hic honorantur, sed post mortem in sterquilinium inferni eijciuntur. Luc. Mortuus est mendicus, & portatus in sinum Abrahæ, & in eodem. Mortuus est diues, & sepultus est in inferno.

Luc. 16.

Iurgia inter domesticos ferentes à societate penitus seiungendos esse, Apum exemplo comprobatur.

Cap. LXI.

PAcem communem perturbātes, & mutuæ societatis dulcedinem auferre volētes, omnino esse cohibendos, vel ab ipso congregationis collegio remouendos, exēplo suo apes ostēdūt: quæ (sicut Philosophus dicit) apes alias pacem dissoluentes, & mella sua detrahere cupientes, mortaliter feriunt, vel omnino à se repelluut. Talibus enim apibus similes existunt, qui sua inquietudine, vel scissura pacem proximorum separant, siue tollunt. Item, qui dulcia amicorum consortia, vel obsequia, quæ per mella signantur, aliqua arte malitiæ diripere contendunt. Tales ergo meritò sunt, vel asperis verborum puncturis, vel asperis correctionum aculeis feriendi, & ab omnibus tanquam pestiferi insuper repellendi. Apost. Vtinam abscindantur qui vos conturbant.

Aris. de anima.

Gal. 5.

Peccati, quod profecto natura vitiū existit, peruersitas quanta sit, ex Ephimera piscis, cuiusdamq; Delphini ac Turturis marini natura, haud dubiè percipitur.

Cap. LXXII.

PEccatum assimilatur pisci ephimeræ, qui nascitur sine coitu: de quo ait Iorach, quod post tres horas diei, quo nascitur, moritur. Quasi enim dies illuminãs animã, pœnitentia est, per quam respicimus gratiam: & huiusmodi diei tres horæ post quas ephimera moritur, sunt tres pœnitentiæ partes, per quas peccatũ extinguitur, s. cõtritio, cõfessio, & satisfactio. Quod autẽ ephimera sine coitu s. ex putrefactione generatur, significat, quod peccatũ præter naturæ ordinẽ, ex appetitus corruptione contrahitur. Vnde Aug. dicit, quod peccatum nõ est natura, sed vitiũ naturæ appetentis id, quod non est sui ordinis.

Iorach lib. de ani.

Aug.

Item peccatum, licet ante delectet, postea tamen mentem lacerat, & necat. Et ideo assimilatur cuidam generi delphini quod est in Nilo: Sunt enim ibi quidam delphini dorso ferrato, qui interna ventrum secantes interimunt cocodrillos. Delphinus ergo non anteriori pectore, sed posteriori dorso ferrato cocodrilli lacerat ventrem, peccatum repræsentat mortale, quod non ante, id est in principio, sed posterius inficit, peccatoris lacerat ac perimit mẽtem. Prou. Ingreditur blandè, sed in nouissimo mordebit vt coluber.

Prou. 23

Item peccatum in sola affectione existens, potest esse mortale: cuius exemplũ apparet in turture marina, de qua dicit Ambrosius, quod siquis eam etiam mortuam calcauerit, venenosum & mortiferum ei aculeum infigit. Quid est enim turtur mortua, nisi mortalis culpa? quæ si quis pede affectionis ei inhæserit, proculdubio reatus mortiferum ei aculeum immittit.

Peccantium peccatorum omnium capitalium varietas, grauitas, & malignitas, ex equi fluuialis, murenula, & serpentis, canis quoque maris, aquilarum, corui, cygni, ac cynomeæ vespertilionis, proprietatibus quam plurimis clare demonstratur.

Cap. LXIII.

PEccatores assimilantur piscibus, qui ita naturaliter sunt gulosi, & ad cibum auidi, quod non aduertunt laqueum, siue hamum. Sed quod facit in piscibus natura, hoc facit in hominibus praua concupiscentia, s. vt ita auidè attendant ad delectationem peccati, quod nõ aduertãt diaboli hamum, vel laqueum, qui pertrahit ad dolorem supplicij. Vnde dicitur, quod sicut pisces capiuntur hamo, ita capiuntur homines tempore malo.

Eccl. 9

Item peccatores similes sunt equis fluuialibus, quos Nilus fluuius gignit: qui sic vocati sunt ex eo quod equis terrestribus in dorso & iuba assimilantur. Hi de die in aquis morantur, sed per terram de nocte euntes, segetes depascuntur. Talibus ergo equis sunt similes, qui in die prosperitatis positi, sub aquis delitiarum viuentes, efficiuntur voluptuosi, sed ad noctem aduersitatis, & paupertatis educti, prædones efficiuntur, & noxij. Vnde in nullo tempore bene viuunt, quibus vel abundantia voluptatis, vel rapacitatis penuria occasiones fiunt.

Item peccator non potest gignere, id est facere opus meritorij nisi deponat peccatum. Cuius exemplum est in murenula, & serpente. Murenula enim (vt Isidor. dicit) non inuenitur, nisi fœminini sexus: coit autem cum serpente, & ex eo generat aliam murenulam: sed (vt idem dicit) serpens venenũ deponit antequã coëat cum murenula, sed post coitum suum resumit venenum: propter quod murenula, nec à serpente

Isido.

serpente læditur, nec generat aliquid venenosum, vel serpentinum, sed sibi simile natura. Quasi igitur serpens venenosus est homo peccato infectus: qui si venenum peccati non deponeret, murenulam bonam, id est bonã actionem & meritoriam non gigneret, quia alias cum matre eius id est, gratia, vel charitate quæ mater est omnis boni operis, cõiungere se non posset. Hoc tamen non imitabile, sed detestabile potius existit, quod post murenulæ coniunctionem serpens venenum resumit, id est post receptionem gratiæ quis ad peccatũ
2. Pet. 2 redit. Pet. Canis reuersus ad vomitum suum, & sus lota in voluptabro luti.

Item peccatores quidam similes sunt canibus maris. Nam sicut canis est animal mordens, & nociuum in terra, sic etiam in mari piscis canis terribilis est. Vnde (sicut Ambrosius dicit). Cames & in mari & in terra cauendi sunt. Tales sũt peccatores, qui non solum in terra, id est, in tranquillitate pacis, sed etiam in mari, id est, in commotione belli & litis, & periculosi & nociui sunt
Phil. 3. alijs, de quibus Apostolus: Videte canes, videte malos operarios. Vel similes canibus terrestribus sunt prædones, qui nocent in terra: sed tanquam canes marini
1. Cor. 9 sunt pyratæ, qui nocent in mari. Vnde Apo. Periculis in terra, periculis in mari.

Item peccatores assimilantur Aquilæ. Nam quoddam genus aquilæ est, quod rapit in aëre, & tale generaliter timent omnes aues. Talis aquila repræsentat superbiam, superbi enim in alto rapiunt, quia gloriæ & honoris celsitudinem, quę soli Deo debetur, sibi rapere & vsurpare contendunt. Vnde ipsi eripiunt Deo quod Deus sibimetipsi reseruauit, scilicet gloriam, iuxta illud: Gloriam meam alteri non dabo. Hanc aquilam, scilicet superbiã, Isa. 42. omnes aues, id est, omnes viri spirituales timere ac fugere deberent, quia Augustinus dicit. Alia Aug. in quæcunque iniquitas in malis operibus exercetur vt fiant, superbia vero etiam bonis operibus insidiatur vt pereant. Quædam vero sunt aquilæ quæ rapiunt in terra. Talibus assimilantur auari, qui circa terrena lucra tantummodo intendunt, & interdum alijs rapiunt etiã violenter. Quædam autem aquilæ rapiunt in aqua. Et istis assimilantur luxuriosi, qui se immergunt in aquis voluptatum. Et dicit Arist. quod Arist. de talis aquila timet vulturem, & cũ anima. eum videt venientem, fugit ad aquam, quam si exiret, vultur raperet eam. Talis autem aquila vnum pedem habet latum ad modum anseris, cum quo in aqua seregit: alium habet diuisum cum vnguibus acutissimis, quo prædam rapit. Sicut autem hæc aquila timet vulturem, ita luxuriosus timet reprehensorem, & detractorem, vel vulturem. i. mortem rapientem, siue flagellõ percussionis diuinæ: quod quidẽ si vult euadere, oportet quod recurrat ad aquam pœnitentiæ. Pes autem latus ad natationes aquæ, est affectus ad delectationem luxuriæ: Sed pes cum vnguibus ad rapiendum cibum prædæ, est appetitus ad delectationes gulæ: & vterque pes est in voluptuosis.

Item peccatores assimilantur coruis. Primo, quia corui sunt clamosi, & voces diuersas variãt. Hoc competit superbis, qui cum clamore imperant, blasphemant, garriunt, contendunt, & vituperant, & sic multis modis incongruis varias voces formant. Secũdo, quia corui sunt dolosi, furtiuè res capientes & absconden-

res. Et hoc competit auaris, qui dolis & fraudibus aliena deripiunt. Psal. Sicut nouacula acuta fecisti dolum. Tertiò, quia corui sunt immundi, scilicet cadaueribus insidentes, & ex fœtidis cibū quærentes. Et hoc cōpetit luxuriosis, qui delectantur in carnis operibus, fœtidis & immundis. Psa.51.

Isaiæ. De cadaueribus eorum ascendet fœtor. Isa.34.

Item peccator qui de peccato gaudet, cygno similis dici potest. Nam cygnus instante morte pēna in cerebro infixa canit, & contra morem omnium animalium pro gemitu cantum reddit, sicut Ambrosius dicit. Nam tunc penna cerebro infigitur, quando suggestioni prauæ peccati corde consentitur: & tunc anima completius moritur, cum ipsum peccatū opere perpetratur. Illi ergo ad modum cygni quasi cantant in mortis casu, qui lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Pro.2.

Item peccatores assimilantur cynomis, i. muscis caninis: de quibus loquitur Ps. dicens: Dixit, & venit cynomya & cynifes in omnibus finibus eorum. Nam talis musca & corpore magna, & ventre lata, & paruioris volatus quàm alia musca. Psa.104.

Item est multum pungitiua carnis, & vlceratiua, nec non corrosiua: insuper est multum sanguisuga. Corpore ergo magni possunt dici superbi, qui in carnalibus volāt magnificari. Vnde superbi homines gigantibus comparantur. Sap. Ab initio cum perirent superbi gigantes, &c. Ventre autē lati sunt gulosi, qui ventrē implentes dilatant & extendunt. Parui volatus, sunt pigri & accidiosi, qui parua & rara bona operantur. Fœtidi, sunt luxuriosi, qui fœtoribus vitiorū carnaliū pascuntur, & delectantur multū, Sap.14.

pungitiui sunt iracundi: sed corrosiui & vlceratiui, sunt detractores & inuidi Isidor. Musca carnē sanam transit, vlceri insidet: sic dæmones, & detractores Sanguisugæ autē sunt auari & vsurarij, qui exspoliando dulciter pauperes, sanguinem eorum sugunt. Prouer. Sanguisugæ duæ sunt filiæ dicentes, affer affer. Isid. Pro. 30.

Itē peccatores sunt similes vespertilionibus. Vespertiliones enim sicut dicit Glo. super illud Isa. In die illa proijciet homo idola argenti sui, & simulacra auri sui quę fecerat sibi, vt adoraret talpas & vespertiliones, &c. lucem fugiunt. Et quantum ad hoc signāt luxuriosos, qui latibula & tenebrosa quærunt Iob. Oculus adulteri obseruat caliginem. Isa.50. Iob.24.

Item puluerem lingunt: & quātum ad hoc signant auaros, qui terrena diligunt. Psa Inimici eius terram lingent. Psal.71.

Item oleum de lampadibus sugunt: & in hoc significant inuidos, qui ore detrahendo, bonorū gratiam auferre contendunt: Per oleum enim gratia, per lampades verò viri præclari signantur. Inuidi ergo homines quasi oleū de lampadibus sugunt, cū ore viros præclaros detrahendo gratiā auferre contendunt. Vnde inuidus homo gaudet de malo alterius, & dolet de bono alieno. iuxta illud Horat. Inuidus alterius rebus marcescit opimis: sic ergo conatur bonis viris gratiam eorū occultè detrahendo auferre. Isa.71. Hor.

Item in rimis parietum se de die abscondunt: & ideo signant superbos, & tyrannos, qui malignas & occultas viàs quibus possunt alios lædere rimantur.

Item de die quasi sicut talpæ cæci sunt, & signant iracūdos, in quibus rationis oculus ex nimio furore excæcatur.

Item frigidissimæ naturæ sunt.

Vnde

Vnde sanguis vespertilionis linitus super palpebras non sinit crescere pilos (vt dicit Constãtinus) quod ex frigiditate poros claudente creditur euenire: in quo signat accidiosos, qui efficiuntur in spiritu frigidi, ita vt pili oculorum, ideſt bona desideria mentiũ in eis non procedant.

Vera pœnitentia quam plurima bona reconſentur, quæ ex Phœnicis, Merguli, & denique Troctæ piſcis naturæ luculentiſſimis exemplis elicimntur.

Cap. LXIIII.

POenitentiæ feruor & humilitas, peccatorem mortuum reſuſcitant, quod oſtenditur exemplo phœnicis. Eſt enim phœnix auis, quæ (ſecundum Philoſophum) poſtquam trecentis, vel quingentis annis vixit, cũ ſuum defectum ſentit, nidũ ex lignis aromaticis facit, in tantum ſiccis vt vento calido accendantur quibus quidẽ accenſis, ſponte nidũ ingreditur, & inter ligna ardentia incineratur. Et ex hoc cinere infra triduum quidam vermiculus naſcitur, qui paulatim plumas recipiens in volucrẽ transformatur. Eſt autem auis pulcherrima, pauoni ſimillima in pennis, ſolitudinẽ amans, & ex mundis fructibus cibum quærens. Sic peccator poſtquã diutius vixit in ſuis peccatis, & ſuæ vitæ vel ſtatus defectũ, ſiue per mortis metũ, ſiue per aliquod aduerſum cognoſcit, debet ex cõſideratione offenſæ, ex contẽplatione diuinæ iuſtitiæ, & inſuper ex timore gehẽnæ, atq; mortis incertitudine, tãquã ex aromaticis lignis ſtruere nidũ mẽtis: & hi reſpectus tam ſiccæ, i. validi debent eſſe, vt Spiritus ſancti flatus faciliter poſsit accendere nidum mentis: tunc ad cor ſuum pœnitens ſpontaneus ac cito introeat, & in prædictis timoribus poſitus, ſe per feruentem cõpunctionem adurens, in humilitatis cinerem redigat: ex hac enim humilitate, infra triduum pœnitentiæ, ſ. contritionis, confeſsionis, ſatisfactionis, nouus naſcetur vermiculus i. mundus, & animus humilis, qui plumas virtutum paulatim recipiet, in completã transformabitur volucrem. i. in virum perfectum atque cõtemplatiuũ, habentem ſcilicet pulchritudinẽ in aſpectu ſanctæ contemplationis, item habentem varietatem colorum in pennis, ideſt varietatem virtutum, & gratiæ multiformis, amantem ſolitudinem ſanctæ orationis, & quærentem cibũ mundum ſacræ lectionis, vel mũdæ operationis.

Ari de ani.

Item pœnitentia libera, & defendit à tentationibus ſiue deceptionibus dæmonum: quod patet per exemplum in merigulo. Nam quando rapaces aues mergulos perſequuntur, ad aquã cõfugiẽtes ſub merſionis beneficio liberãtur. Tũc rapaces aues mergulum inuadunt, quando dæmones animã hominis tẽtando circũuenire ſatagũt: ſed ſi anima cõfugiat ad aquas pœnitẽtię, & ſe in eis humiliãdo ſubmergat, liberatur à fraudulẽtia dæmonũ. pſ. Tu contribulaſti capita draconum, ideſt tentationes dæmonum, in aquis, ſcilicet pœnitentiæ. Pſal. 73.

Item pœnitẽtia facit opera hominis eſſe viua, & meritoria. Cuius exemplũ apparet in variis maioribus piſcibus, qui dicuntur troctæ, qui oua in aqua faciũt, & ipſa aquæ fouenda cõmittunt, & aqua tãquã blanda mater ea ſuſcipiẽs, animat, & creat, & piſces ex eis format. Sunt ergo opera hominũ bona tanquã quædã oua troctarũ, quæ tunc in aqua prodeunt quando in vera pœnitentia fiunt, atque ex ipſa in aqua, i. pœnitentiæ lachrymoſæ & compunctiuæ lachrymis, viua. i. gratuita & fœtoſa, i. meritoria fiunt.

Digitized by Google

Pœnitentes in eorum vera pœnitentia quales esse debeant, multorum animantium in terris ac in aquis variabilis natura, præcipueq; coturnicis, ciconiæ, ac turdi similitudinibus non paucis artificiose palam fit.

Cap. LXV.

POenitentes qui tepidè & ociosè viuunt, faciliter ad putredinem peccati redeunt, cuius exẽplũ apparet in piscibus. Nam cum aqua vbi sunt pisces non mouetur, nec renouatur, cito in putredinẽ vertitur, vnde in ea pisces corrumpuntur. Similiter qui sunt in aqua pœnitentiæ, si non renouantur, nec mouentur per bonorũ operum solicitudinẽ, facile à tentationibus corrũpuntur, & à peccatorũ putredine iterum inficiuntur. Apostolus. Renouamini
Eph. 4. spiritu mentis vestræ.

Item pœnitentes virtute pœnitentiæ mutant mores. Vnde assimilãtur quibusdam animalibus,
Ambr. de quibus Ambr. dicit, quod contrariam naturam habent in terra & in aqua, sicut patet de Leone. Nam Leo, cum sit terribilis in terris, in mari tamẽ est dulcis, scilicet piscis leo. In quo signatur, quod aqua maris, i. pœnitentia amara hominẽ immitẽ & ferocẽ transmutat, & cõuertit in dulcẽ.

Itẽ rana, quę est horrẽda in paludibus, in aquis tamẽ est decora, & omnibus ferè præstat alimẽtis. In quo signatur, quod aqua pœnitẽtiæ homines horrendos & impios facit gratissimos, & præalijs acceptos.

Itẽ mustelæ odor grauis in terris, suauis in aquis est: in quo accipitur, quod fœtentes per malã famam, in aquis pœnitentiæ efficiuntur redolentes per gratiam.

Itẽ lepus est animal timidũ in terris, in mari vero formidabile, quia lanaceũ pœnitentiæ homines pusillanimes, & pauidos, magnanimes facit & fortissimos.

Item lupus est in terris animal rapiens, in aquis autẽ animal impotens: Vnde hos nescit lupos agnus timere. Sic per pœnitẽtiam, homines terribiles & rapaces efficiũtur benigni & misericordes.

Item porcus in terra animal est immũdum, in mari vero est animal mundum. Vnde porci marini (vt dicit Ambrosius) etiam luæis sunt grati, qui tamen terrestres non comedũt. In quo signatur, quod aqua pœnitentiæ purgetur omnis immunditia culpæ, & ideo etiam immundi per peccatum luxuriæ, in aquis pœnitentiæ efficiuntur mundi per continentiam.

Item terrestris scorpio percutit, & venenum immittit: scorpio vero marinus non percutit, sed reficit. In quo significatur, quod detractores, & inuidi alios retro percutientes, immutãtur in aqua pœnitentiæ, & efficiuntur benefactores.

Itẽ coruus terrestris habet carnis duritiẽ, marinus vero coruus habet carnis teneritudinem. In quo significatur, quòd pœnitentiæ mare, cor aridum & durũ facit molle, & deuotum, & pium.

Vnde pœnitentia facit de corde lapideo & rigido cor carneum & flexibile: facit enim de homine superbo humilẽ, de homine crudeli & truculento mitem, &c.

Item pœnitentes quales debeãt esse, exempla coturnicum demõstrãt. Coturnix in mare transiens, cum lassatur, in aquam descẽdit, & vnam alam erigens velum facit; Coturnices etiã accipitrem timent, nec de terra surgunt quandiu eũ vident. Sic quoque peccator transiens per mare huius seculi, cum se lassum sentit ex grauedine peccati, debet si vult euadere, se humiliãdo descendere ad aquam pœnitentiæ, & cum vna ala. s. timoris in ista aqua. i. pœnitentia se tenere; aliam vero, s. spem,

Digitized by Google

spem, sursum ad Deum erigere, quia sicut debet timere de iustitia, ita debet sperare de misericordia: & hæc ala spei, erit velum ducens eum ad pia opera. Debet autem peccator pœnitens præcipue & timendo cauere accipitrē diaboli fœueritatē: quia tūc maxime contra hominē fœuit: cū sibi rebellasse cognoscit. Et ideo cū eius prælentiā pœnitens sentatus aduerrit, debet in terra manere, i. humilitate se tenere: Sola enim humilitas (vt dixit beatus Antonius) est quæ euadit diaboli laqueos. Vel nō debet de terra surgere, id est, ab humili oratione.

Item coturnices per terram citissime currunt, speciem suam diligunt, & vociferando se mutuo
Ambr. requirūt: vt dicit Ambrosius. Illi ergo per terram citissime currūt, qui licet in terra positi, vehemēter tamen cælestia diligunt. Nam qui amat vehementius, currit velocius, & peruenit citius, sicut
Ber. dicit Bernardus. Ille vero diligit suam speciem, qui diligit quemlibet hominem. Nam participatione specieipiures homines sunt
Porph. vnus homo, sicut Porphyrius dicit. Vbi ergo est naturæ vnitas, debet etiā simul esse vnitas charitatis & concordiæ. Debet etiam diligenter homo suum quilibet requirere proximum, quem sentit errando perijsse, sine vociferando ad ipsum per prædicationis vel exhortationis clamorem, siue pro ipso vociferando ad Deū perfectæ orationis feruorem.

Item coturnices pro gratissimo cibo habent semina venenosa: comedunt enim hellebori, quod alijs est pernitiosum: & patiuntur etiam coturnices morbum caducum sicut homo. Quasi autem venenosa semina hellebori sunt oportunitates & occasiones peccandi, quibus si pœnitens pascitur, scilicet vt in eis delectetur, morbum caducum patietur, id est, recidiuum peccati.

Item pœnitentes debent esse similes ciconijs: primo quidem, quia ciconia est ad se purgandū ingeniosa. Nam quādo cibo grauari se sentit, aquam marinam in rostrum recolligit, quam ad interiora transmittit, & sic cibum indouratum remollit, & intestina mundando, superflua ejicit. Sicut autem cibus superfluus vel malus grauat stomachum, ita & peccatum grauat vel angustiat animam. Qui ergo se purgare desiderat, aquam marinam habeat, i. ita purgetur interius, vt amaras lachrymas effundat: quam necesse est vt etiā rostro recolligat, sicut ad ventrem purgandum eam ad intestina transmittat, id est, in ore suo peccata sic compunctus confiteatur & dicat, vt confessio sua humilis ad purgandas peccati fæces, compunctionis aquam, id est, lachrymarum virtutem ad inferiora mentis transmittat.

Secundo, quia ciconia est ad se nutriendum virtuosa. Nam serpentum vescitur ouis: & ex eis escam dat gratissimā pullis suis: quamuis autem venenosa comedat, venenum tamen eorum ipsius naturam non superat, nec imitatur, sed est ei nutrimētum, quod tamen multis animalibus est venenum: Nam vi caloris qui in ea dominatur, virtus veneni extinguitur. Quasi autem ouа serpentum, tentationes sunt malignorum spirituum, qui licet animalibus, i. hominibus carnaliter viuentibus, sunt venenū, spiritualibus tamen præbent proficuum nutrimentum. Nam vi amoris qui in eis accenditur, tentatis nequitia penitus superatur.

Tertio, quia ciconia est contra serpentes vigorosa; nam eos rostro percutit, occidit & comedit. Serpentes quippe rostro ciconia

persecutit, quia frequenter orando, confitendo humiliter, malignos spiritus pœnitens confundit. Tunc vero illos occidit, cum feruore pœnitentiæ, lachrymarũ inundatione tentationes penitus
Psa. 73. eorum extinguit. Vnde Psalmista. Tu contribulasti capita draconũ in aquis: quia videlicet in aquis lachrymarum extinguuntur tentationes dæmonum. Sed adhuc serpentes ciconiæ comedũt: quia videlicet ex tentationibus dæmonum nutritur & conualescit humilitas pœnitentium.

Quarto, quia ciconia est humanæ societatis amatiua, & ideo in domibus hominum nidum ponit. Sic etia quilibet pœnitẽs amare debet societates hominũ. i. rationabiliter & mansuetè viuentium: est enim homo animal rationale & mansuetum natura: nil ergo bestialius homine rationẽ habente, & ratione non vtente. Similiter qui crudeliter viuit, non homo dici debet, sed feris & beluis similis existit. Et ideo quicunque cum talibus habitando, vel conuersando conuiuit, non nidum in domibus hominum, sed inter bestias ponit: secũdum
Iob 30. illud Iob. Frater fui draconum,
Ezec. 2. & socius struthionum. & Eze. dictum est. Cum scorpionibus habitas.

Quinto, quia ciconia nidi sui vel loci est diligenter conseruatiua. Nam nidum vel locum quem prius accipit de facili non dimittit, sed quando circa hyemem recedit, nidum terra operit, & virgulas & spinas cum luto coniungit, ne à vento dissipari possit. In reditu autem suo eũdem locum occupat, & contra occupare volentes pugnando eum defensat. Similiter pœnitens nidum mentis diligenter custodit. Nam in eodem i. eodem humilitatis despectu, quem prius accepit, persistit, vel quia prius acceptã gratiam nunquam deserendo amittit: Sed si hyems aduersitatis imineat, ita vt circa exteriora cõtendens ad tempus exire cum oportear, terra humilitatis cooperit nidũ mẽtis, virgulas & spinas, i. abstinentias asperas cũ luto corporis iũgit: vel quia iũgit asperitates carnis cũ luto humilitatis: ne scilicet à vento superbiæ, vel à tẽtatione concupiscentiæ dissipari possit. Cum verò ab exterioribus curis reuertitur ad secreta cordis, eũdẽ locũ occupat, i. nidũ humilitatis: quẽ etiam circa superbos dæmones ipsum nitentes diripere, viriliter defendit.

Item pœnitentes semper debẽt respicere ad meliorum exemplũ, & in humilitate pœnitentiæ semper abscondere sua opera, & exemplũ istius doctrinæ apparet in struthione. Nam struthio, quãdo venit tempus vt oua ponat, ad pleiades oculos leuat: non enim oua ponit, nisi quando illa ascendit constellatio. Cum autem hãc stellam oriri viderit, arenã maris fodit, oua ibi ponit, & sabulo operit, & statim obliuiscitur vbi ea posuit, & nunquam ea vlterius quærit: sed calefacta arena, feruor Solis oua excoquit, & in ipsis pullos producit: qui cum fracta testa educti fuerint, tunc mater eos recolligit, & tanquam filios recognoscit.

Item struthio naturaliter odit equum: ita vt equus eũ sine terrore videre non possit: sed si equus ei occurrit: tanquam contra hostem alas erigit, & alarum strepitu fugere ipsum cogit. Sicut ergo ouã ponens struthio aspicit ad pleiades ascendentes; ita pœnitẽs operando aspicere debet ad maiores, id est, magis proficientes, secundum illud Apostoli. Aemu-
1. co. 12 lamini charismata meliora. Et cum viderit horum exẽpla more

pleiadum

Digitized by Google

pleiadum ſtellarū fulgentia, tunc debet in arena maris ponere opera ſua. i. in pœnitētia graui & amara perficere opera, & debet illa ſabulo operire. i. in humilitate cuſtodire, & non vlterius illa videre. i. ad ſuperbiendū vel oſtendendū aſpicere, & tunc caletacta arena, id eſt, ferueſcente pœnitētia, feruor Solis. i. amor Dei illā incendit, & fœtus inde multorū bonorum operum producit, qui cum teſta fracta. i carne mortua ante conſpectum diſtricti examinis fuerint producti, tunc eorum mater. i. anima pœnitentis clarius recognoſcit: & tāquam ſuos fructus recolligit glorioſos: debet tamen hic ſtruthio, id eſt pœnitens equū, id eſt peccatū quo anima portatur ad mortē, velut ſuum hoſtem peſtiferum fugere, virtutum alas contra ipſum erigere, atque earum ſtrepitu, id eſt conatu & actu ipſum in fugam vertere, id eſt a ſe repellere.

Item pœnitentibus reuertentibus ad Deum maxime dæmones tendunt laqueos tētationū: quod patet per exemplum in turdis. Nam turdi (ſicut dicit Ambroſius) in fine autumni, & hyemis cōfinio, quaſi exacta æſtate ſe referunt. i. ad nos redeunt, quibus nos molimur inſidias, & diuerſo genere nūc inſida ſepe decipere nūc viſco fallere, nunc laqueis, eos captare cōtēdimus. Similiter pœnitentibus ad Deum, & ad iuſtitiā redeuntibus, dæmones velut homines turdis diuerſi generis moliuntur inſidias, & nunc eos inſidia ſepe. i. tentatione dignitatis & ſuperbię decipere, nūc viſco luxuriæ fallere, nūc laqueis auaritiæ eos contendunt capere, propter quod qui ad Deum accedit monetur ab Eccl. Fili accedens ad ſeruitutē Dei, ſta in iuſtitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Militia enim eſt vita noſtra ſuper terram. Habemus enim tres hoſtes. ſ. carnem, mundum, & dæmonem. Eccl. 2.

Irrationalia animantia, quæ charitatis præcepta penitus ignorant, legem tamen charitatis interdum adimplere nos erudiūt.

Cap. LXVI.

PEregrinos & viatores eſſe in ſuo itinere pia charitate iuuandos, milui oſtendunt. Nam miluus (vt dicit Iſidorus) cuculos in ſpatulis ſuſcipit, & ne deficiant propter longa ſpatia itineris, à partibus Hiſpaniæ ſecum ducit. Si ergo miluī hoc auibus illis faciunt, quę ſecum eiuſdem ſpeciei non ſunt, quanto magis ergo debet hoc homo facere homini, & Chriſtianus Chriſtiano, non ſolū eiuſdem naturæ, ſed & fidei eiuſdem conſorti? Ecce irrationales volucres tam rationis quam virturis iura neſcientes, legē tamen charitatis adimplent, de qua Apoſtolus. Alter alterius onera portare, & ſic adimplebitis legem Chriſti. Non igitur conuiatorem tuum etiam minorem, vel debiliorem contemnas aut derelinquas, ſed magis eius debilitati compatiens, curam habeas, vt ſis ſaltem ſimilis illi Samaritano, quem etiam euangelica narratio commendat, qui inuētum in via vulneratum iumento ſuo impoſuit, in ſtabulum duxit, vulnera curare ſtuduit, & tandem ſtabulario cum precio commendauit. Ecce enim quam multa habes charitatis obſequia, pietatis officia, & ſupernæ compaſſionis exempla, vt tu quoque ſimiliter facere ſatagas. Iude. Gal. 6. Luc. 10.

Viri perfecti qui ſint, quidq; agant, ac agere debeant, dum vitam ducunt, optimorum præſcium animumque præda atque Ardea naturæ multis aperitur exemplis.

Cap. LXVII.

Perfecti

Auic. Perfecti viri assimilantur optimis piscibus. Nam(secūdum Auicennam)illi sunt optimi pisces qui morantur in aquis altis, propter quod de marinis illi sūt laudabiliores, qui nō alibi quam in altissimo pelago, cōuersantur.

Item qui in aquis discoopertis vbi perfiant liberè vēti, meliores sunt alijs qui contrario modo se habent, & meliores sunt illi qui sunt in aquis fortissimè agitatis, quam in aquis nō motis. Ex quibus collige, quod illi pisces sunt optimi qui morantur in aquis multū discoopertis & fortissimè motis. Similiter illi viri sunt perfecti, & optimi qui sunt alti per contemplationis sublimitatem.

Isa. 52. Isa. Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit.

Item qui sunt discooperti per conuersationis simplicitatē: quia in hominibus fictis, & coopertis per hypocrisim non perflat ventus Spiritus sancti. Sap. Spiritus, s. disciplinæ effugiet fictum.

Sap. 1.

Item qui sunt agitati per operationis mobilitatē, scilicet qui non ocio vacant, sed in bonis operibus assiduè laborant. Eccles. Quodcunq; potest facere manus tua, instanter operare.

Eccl. 9.

Item perfecti & viri spirituales similes sunt auibus prædæ, quæ (sicut Philosophus dicit) sunt volatibus altissimi & velocissimi & visus acutissimi & animositatis permaximæ, sicut patet in aquila falcone & huiusmodi. Similiter etiam viri perfecti sunt altissimi per conuersationem Apost. Nostra conuersatio in cælis est.

Arist 2. de ani.

Phi. 3.

Item velocissimi per dilectionem: quia qui amat operatur velocius, & peruenit citius, vt dicit beatus Ber.

Bern. Iob. 41

Item sunt acutissimi per contemplationem. Iob: Omne sublime vident.

Item sunt animosissimi per spiritus vigorem. Nam iustus quasi Leo confidēs absque terrore erit vt dicitur Prouerb.

Pro. 28.

Item perfectus homo assimilatur ardeæ. Primo propter volatū. Nam ardea vocatur quasi ardua propter alios volatus. Formidat enim imbres, & volat super nubes, vt scilicet procellas imbriū fentre non possit. Cum autē volauerit, significat tempestatem: & hanc auem quidam Tantalū vocant. Similiter perfecti viri timētes ne inftigante diabolo procellis persecutionum inuoluantur, intentionem suam supra omnia temporalia collocāt, & in serenitatem cælestis patriæ, vbi facies Dei conspicitur, mentes leuant.

De talibus viris fuit Gregor. qui de se ipso refert, quod talis erat eius animus, dum in monasterio fuerat, quod illi labentia cuncta subesant, & rebus omnibus quæ voluuntur eminebat, & nūquam nisi cælestia cogitare cōsueuerat.

Gregor. in dial.

Apo. Quæ sursum sunt sapite, nō quæ super terram.

Coll. 4.

Secundo, propter nidum: quia licet auis ardea in aquis ciborum quærat; tamē in syluis, & altis arboribus nidū locat. Quia perfectus quisq; licet secundū corpus pascatur rebus labētibus & trāsitorijs, tamen speciē suā ponit in supernis & spiritualibus. Vnde Psalmista dicebat, Mihi adhærere Deo bonum est: ponere in Domino Deo spem meam.

Psa. 72.

Tertio, propter zelum. Nam ardea pro pullis zelat, & ne ab aliis auibus de nido rapiantur, defendēdo laborat. Sic viri perfecti pro subditis laborant, ne à prauis per uertātur, & de nido fidei catholicę, seu à rectitudine iustitiæ subtrahantur. Ioan. Bonus pastor animā suam dat pro ouibus suis. Quilibet etiam vir perfectus toto posse pugnare debet, ne cōce-

Ioan. Io

plus

ptus vel affectus virtutum quos habet in nido animæ, à dæmone
Eccl. 4 vel ab alio rapiantur. Ecclesiastici. Pro iustitia agonizare pro anima tua.

Quarto, propter colorem: quia quædam ardeæ habent colorem album, quædam cinereum. In quorum primis munditia, in secundis vero pœnitentia designatur. Nam spirituales viri, & intus in mẽte mũditia, & extra in car-
Iob. 16. ne pœnitentia decorãtur. Sic Iob qui de puritate iam dixerat: Donec deficiam non recedã ab innocẽtia mea. Vltro de pœnitẽtia
Iob. 42. addidit: Ago pœnitentiam in fauilla & cinere.

In bonis actionibus perseuerãtia, Apum exemplo, multisq; auctoritatibus, ipsis dei electis magnopere prodesse comprobatur.

Cap. LXVIII.

PErseuerantia in bono opere est habenda, & multiplicitas siue varietas operis est plerunque vitanda: & hoc exẽplo apis. Quia
Arist. de anima. scilicet apis (vt Aristoteles dicit) quando extra exit, siue volat, ad diuersos flores non intendit, nec vnum florem demittit, & ad aliũ vadit, donec in illo flore inuenit quod quærit. Et sic etiam simili modo in varijs actibus homo se occupare non debet: iuxta
Eccl. 11 illud Eccl. Fili, ne in multis sint actus tui. Nam animus quidem hominis (vt dicit Gregorius) dum confusa mente diuiditur ad multa & varia, fit minor ad singula, ergo in illo opere, videlicet bono, q̃ incepit, tamdiu homo debet persistere, quamdiu illud in-
Sen. uenit proficuum & salubre. Seneca: Fastidietis stomachi est multa degustare, & sic est fastidientis
Phili. 1. animi multa opera inchoare. Apostolus. Qui cœpit in vobis o-
Mat. 10 pus bonũ, ipse perficiet. Et Matt. Qui perseuerauerit vsque ad finẽ hic saluus erit.

Quo pacto spiritualiter ipsa intellectiua anima pinguescat, vnica Merguli similitudine demonstratur.

Cap. LXIX.

PInguedo animæ interior per ipsam penuriæ asperitatem augetur, & per abundantiæ vbertatem minuitur. Cuius rei quidem exemplũ in mergulo monstratur: qui in hyeme, quando est tempus penuriosum & asperum, plurimum impinguatur, quod accidit propter motus paucitatem: sed in æstate, quando est tempus fructuũ vbertate refectum, carnibus & pinguedine spoliatur: quod accidit propter volatus frequentiam, mens enim Deo dedita, dum exterioribus rebus per paupertatẽ eximitur, ab internis solicitudinẽ quietatur motibus, quantoque magis sibi quiescens intendit, tanto diuina gratia vberius pinguescit. Cum vero volabilis mens rebus exterioribus affluit, hac ipsa cura rerum, & interna sæpe solicitudine, & extrinseca occupatione conuoluitur, atq; ita paulatim fit, quod ex ipsa inquietudine mentis, diminuta deuotionis pinguedine anima marcescit. Vnde Gen. Post Gen. 4.
annos fertilitatis secuti sunt immediatè anni sterilitatis: quia nimirum post abundantiã corporis, sequitur attenuatio mentis, Iob. Attenuetur fame robur eius. Iob. 18.

Prædicatorum munus, ac partes quæ sint vt Deo grati esse queant, per Animum prædæ, nec non aquatilium, ac Stari piscis naturam, variis aperitur exemplis.

Cap. LXX.

PRædicatores quales esse debeant in vita & prudentia, ostenditur in auibus prædæ, quibus (vt Aristoteles dicit) natura Arist. de
rostrum curuum & acutum de- anima.
dit, vt prædam fortius retinerent, & carnes facilius lacerarẽt.

Tales

Digitized by Google

Tales etiam sunt paucæ carnis, & pēnositatis, vt sint volatus velocioris. Caudam habent subtilem & longam, & tenuem, qua se in volando regūt, sicut gubernaculum regit nauem. Prædicatores itaque tūc habet rostrum, id est, os curuum, quando ad seipsos reflectunt quod alijs dicunt, scilicet, vt ipsi impleant opere quod alijs suadent sermone. Nam id quod curuatur, versus seipsum reducitur, & hoc necessarium est ad prædam quam ceperunt, id est ad gratiam vel mercedem quam prædicando acquisierunt nō perdendam sed obseruandam.

Item debent habere rostrum, id est os acutum, id est penetratiuum, & incisiuum ad percutiendum corda carnalium, & ad lacerandum siue amputandum vitia eorum. Isa. Posuit os meum dominus vt gladium acutum. Isa 9.

Item debent esse paucæ carnis, id est, parum de carne curare, & multæ pennositatis, id est, in pennis virtutum abundare.

Item debent esse velocis volatus, id est obedientiæ promptæ. Vel ille velocius volat qui feruētius amat.

Item debent habere caudam, id est, discretionis prudentiam, quæ caudæ assimilatur quia prudentia exitū rei prospicit. Vnde Boëtius: Rerum exitus prudentia metitur. Hac autem cauda tota vita gubernatur & regitur: sed debet hæc cauda, id est, hominis prudentia esse longa quo ad præteritorum memoriam, subtilis quo ad præsentium intelligentiam, sed non nisi tenuis esse potest, quo ad futurorum prouidētiam: quia cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidētiæ nostræ. Boet.

Item nota, quod prædicatur qui est mundus in opere, & portat Christum in corde, timetur etiā à dæmone. Nā gallus preciosum lapidem quendam, nomine allectorium, in ventriculo secū portat, propter quem eum leo formidat, & maxime si pēnis albus ipse sit, vt dicit Plinius. Gallus ergo qui lapidem portat in ventre, est prædicator sanctus qui Christum portat in corde, qui si in pennis fuerit albus, id est, in operibus mundus, etiam Leo timet ipsum, id est malignus spiritus: de quo dicitur prima Petri. Aduersarius noster diabolus tanquam leo rugiens circuit, &c. Plin. 1. Pet. 5.

Item prædicatores debent esse similes aquaticis auibus, quæ habent rostra lata, vt gramina & rādices aptius carpant. Quasi enim latitudo rostri est dilatatio verbi. Ad hoc enim prædicatores auditoribus verba declarando, & inculcando dilatant, vt vitiorum gramina, & radices peccatorum de cordibus eorum euellant.

Item habent colla longa, vt de profundo aquæ facilius victum trahant, ex longo quippe collo vocalis spiritus non statim emittitur: quia per arteriæ longitudinem transiens, aliquantulum immoratur. Vnde quasi vocis sonus ex collo longo egreditur, cū prædicantis verbum cum solerti meditatione profertur. Vnde Psa. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudiciū. Per ipsam longitudinem autem colli de aquæ profunditate victus facilius trahitur: quia per cogitationē morosam quasi de profundo aquæ, id est, intimo sensu scripturæ, illa qua mens fidelium pascitur, doctrina prædicantis educitur. Psa. 36.

Itē prædicator debet esse similis pisci scaro, de quo dicit Ambrosius, quod solus inter pisces ruminat. Quod propriè conuenit prædicatori, scilicet sacræ scripturæ verba per meditationem cōtinuam

Psal. 2. tinuam ruminare. Vnde Psalmista: In lege eius meditabitur die ac nocte.

Quid prædonibus nonnunquam eueniat, nō nullorum piscium exemplo describitur.
Cap. LXXI.

PRædantes alios, efficiuntur ipsi frequenter præda aliorum. Vnde iunt similes piscibus.
Ambr. Nam (sicut Ambrosius dicit) quidā pisces se mutuo deuorant, & fit sæpe esca minor maioris. Rursum dum ille maior deuorat
Arist. 6. anima. alium, ipse postmodum ab alio deuoratur. Vnde Aristoteles dicit, quod carabo vincit pisces magnos, & comedit. Sed pultipes vincit carabonem, & ipsum comedit. Vnde Isa. dicebat.
Isa. 43. Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis?

Prælati partes in subditos quales esse debeant, ceti natura, illius quām variis similitudinibus ostenditur.
Cap. LXXII.

PRælatus debet de subditis velut de spiritualibus filijs diligentissimam habere ac gerere curam: & hoc exemplo, videlicet ceti siue Balenæ pisces, qui sciliicet suos catulos mira cura perhibetur fouere. Nam miro amore eos diligit, & in pelago secū longo tempore circumducit: & si eos ab arenarum cumulis impediri contigerit, aquæ multitudinem in ore colligit, & super eos effundit & sic eos à periculo liberans ad pelagus reducit; contra omnia pericula se pro eis exponit, & semper eos inter se, & mare in loco tutiori ponit, & quando tempestas inualescit, filios adhuc tenellos in ventrem sumit, quos serenitate facta sine
Iorach. aliqua læsione emittit, sicut dicit Iorach. Similiter etiā debet prælatus subditos velut filios magno amore diligere, & eos per huius vitæ pelagus procellosum solicita dilectione deducere: eos si arenarum cumulis, i. diuitiarum vel rerum temporalium curis videat impediri: oris sui aqua, i. exhortationis doctrina studiosius adiuuare debet, etiam pro eorum salute se periculis quibusque exponere: quia bonus pastor ponit animam suam pro ouibus suis. Debet etiam eos de dubijs in tutiori parte ponere, & locare, & si exurgat persecutionis tempestas, illos quos magis tenellos, id est magis debiles viderit, debet in ventrem, i. mentis affectum vel intimæ solicitudinis curam colligere, & tenere eos suis monitis & auxilijs roborando, & securando, quousque trāquillitas redeat.
Gal. 4. Sic etiam Paulus faciebat, qui dicebat: Filioli mei quos iterū parturio, donec formetur Christus
Phili. 1. in vobis. & ad Phil. Eo quod habeam vos in corde meo.

Quantum superbi, qui falconibus, ab humilibus, qui muscardis comparantur, inter se differant, aperitur.
Cap. LXXIII.

PRæsumptuosi, & superbi semper altiora sequuntur: prudentes & humiles ad congrua sibi tēdunt. Cuius rei exemplum apparet in falconibus & muscardis, siue alietis. Nam falco est auis multum animosa: Inuadit enim ipsa aues lōgè se maiores: pectore & pede eas percutiens: cui similis est homo præsumptuosus, & audax, qui ad ea quæ se excedunt, intendit contra illud Eccl.
Eccl. 3. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Sed muscardus quē aliqui dicūt alietum, cum sit auis parua, paruulas capit aues: & ideo signat sobrietatem humilium: De quorum numero fuit Psalmista: Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me.
Psa. 130.

Item

Item præsumptuosi qui nimia & laboriosa assumunt, cito deficiunt. Nã ueut dicit Aristoteles, gallinæ quæ multum ouant, cito moriuntur. Quid enim sunt gallinæ multum ouantes nisi præsumptuosi quidam nimios labores assumentes, & plurima opera & magna inchoantes? Hi nimirum cito deficiũt, quia & si vires eis ad inchoandũ adsint, ad prosequendũ tamẽ, seu ad perficiendum non suppetunt, & ideo consulitur. Eccl. Fili ne in multis sint actus tui.

Aristli. 6 de animali.

Eccl. 11.

Hominum peccatorum prosperitas, quoddam futuræ calamitatis indicium esse, exemplo unico Bubonis demonstratur.

Cap. LXXIIII.

PRosperitates diuitum hominũ & peccatorum, assimilantur cuidam aui quę bubo dicitur: Bubo enim auis est onusta plumis, sed pigritia detenta, & debilis ad voladũ, in sepulchris mortuorum die ac nocte moratur, & fertur futurũ malũ prætẽdere: & loci vbi habitat solitudinẽ nunciare, vt dicit Isidorus. Quasi ergo bubo onustus pennis, est peccator abundans diuitijs: & hoc quia piger est valde ad exercitiũ bonoium operum; & etiam debilis ad contemplationis volatum, manẽsque in sepulchris mortuorum. i. fœtore operum, seu peccatorum, carnalium, est ei ipsa sua prosperitas futuræ desolationis prognosticum, & æternæ damnationis indicium. Vnde Luc. Væ vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram in hoc mundo; ac si apertius dicat: Ipsa vestra consolatio quam nunc in præsenti recipitis, væ vobis super venturum, significat æternę damnationis. Boëtius: fortuna est quoddam futuræ calamitatis indicium.

Isido.

Luc. 6.

Prudens homo quid agere debeat, vt sapienter tempora dispenset commensurans.

Cap. LXXV.

PRudens homo tempora diuidit: quia partem quietę mentis contemplationi, & orationi, & partem necessitatibus cospori's per actionis laborẽ distribuit & concedit: Est enim vulturi similis, De quo dicit Arist. venatur a meridie vsq; ad noctem, & ab ortu solis vsque ad meridiem in silentio requiescit: vt eius exemplo videlicet homo instructus, partim vacet quieti orationũ, & partim intẽdat venatui. i procurationi necessariorum Vnde Haimo de Paulo Apost. refert, quod (vt tradunt sancti doctores) à mane vsque ad horam quintam labori manuum insistebat, vt inde victum acquireret: & inde vsque ad vesperam intendebat publicæ disputationi.

Arist. de anima.

Haimo.

Quemadmodum contra diabolum sit pugnandum, Cetì contra Cocodrillum pugna nos instruit.

Cap. LXXVI.

PVgnandum est contra diabolum, sicut pisces contra cocodrillum. Nam cum cocodrillus pugnat contra cetum, fugiunt pisces ad caudam ceti, & ipse pugnat pro se, & pro eis: & videns cocodrillus quòd vincere non possit, fœtidissimũ fumũ emittit in aquam; Sed ecõtra cetus odorifero fumo de ore emisso fœtidũ illum beluæ odorẽ repellit. Si ergo aliquos cocodrillus i. diabolus persecutionibus impugnet, caudam ceti. i. ad vltimum vitæ Christi: i. ad exemplum crucis, & passionis Christi fugiant: quia si passio Christi ad memoriã reuocetur, nihil est adeo durũ & non æquo animo toleretur: Ipse enim contra diabolum pro nobis pugnauit & vicit; si vero fœtore carnis & de carnalibus illecebris infestet,

infestet, odore oris. i. virtute deuotæ orationis repellatur. Et notandũ, quod quidã dicunt idem esse cœtum, & balenã: sed Isidorus distinguit inter ea, per hoc, q̃ balena est piscis miræ magnitudinis, quæ aquam emittit in altum: quod non facit cœtus. Isido.

Religionem ingredi, in eaque laudabiliter permanere quærentes, quòue pacto eorum prælati seipsos atque alios regere debeãt, plurimum animum exemplis, multisque Anseris, & gruis similitudinibus sapienter edocetur.

Cap. LXXVII.

REligionem intrare volentes, vel statum mutare quærentes, illam religionem, vel statum magis eligere debent, qui magis competit eorum dispositioni, & conditioni: videlicet exemplo auium, quæ secundum varias cõplexiones sibi varia habitacula quærunt. Vnde quæ magis sunt frigidæ, & humidę, paludes & flumina inhabitant, propter ciborũ assignationem, & pullificationẽ, vt sunt merguli, anares, & cygni, per quos intelliguntur homines, qui corpore vel spiritu infirmiores sunt, quorũ est assumere status humiliores, siue propter nutrimentum, si sunt corpore debiles, vel infirmi; vel propter nidũ, id est habitationis locum. Quia interdum etiam periculosum est, quibusdam spiritualiter in aliquibus locis manere, siue quoad pullificationem, id est, ad regularium operum laborem. Volatilia verò quæ calidioris sunt naturæ, montuosa loca, & rupium concaua inhabitant: per quæ significantur illi, qui sunt fortiores corpore, & spiritu feruentiores, qui securius assumere etiam possunt status altiores & difficiliores.

Item religiosi in congregatione viuentes, debent esse similes gruibus, vel anseribus, præcipuè syluestribus: Hæ enim simul vadunt, simul comedũt, speciẽ suã diligunt, regem sibi constituunt. Hæ etiam grues vel anseres syluestres, ordinate volant, & si aliquando inter se pugnant, mox re conciliatæ simul volant, & à societate pristina non declinãt. Hæ etiam futuram tempestatem cognoscunt. Quia imminente tempestate, clamant, vigilias ordinãt, & in vigilando voces earum alternant, vt dicunt Basilius & Ambrosius. Aristoteles tamen addit, quod illa quæ vigilat, lapillum in pede tenet, vt sic, si forsitan dormiret, casu lapilli se excitaret. Dicit etiam idem Aristot. quod rex earum semper se deponit primo, & semper primo de terra se erigit, & circunspicit, si quẽ venientem viderit, clamare incipit, & eas ad custodiam munit. In eo ergo, quod simul vadunt, & comedunt, docentur religiosi, & in cõgregatione viuentes, communitatẽ diligere, & singularitatẽ fugere, siue in cibo, siue etiam in alijs. Debent enim religiosi viuere sine proprijs, sed omnia communia erunt, sicut Apostolis omnia legitur communia fuisse. Sed in eo, quod speciem suam diligunt, docentur religiosi suam congregationem & religionẽ præcipuè diligere. In eo autẽ, quod regem sibi constituunt, docentur suo obedientiæ viuere. In eo vero, quod ordinatè volant, docentur modestè & ordinatè incedere. Et in hoc, quod cito reconciliantur, & iterum consociantur, docẽtur iras seu lites, si aliquando accidant, citius terminare, & per remissionem, vel obliuionem iniuriarum, pacem & charitatem pristinam reformare celerius. Et in eo quoque, quod tẽpestates sentiunt, docẽtur futura pericula vel tentationes solicite præcauere, & eis ingruentibus ad Deum clamare. Et in eo etiam, quod vi- Ari. 2. de anim.

vilant, & vigilando voces earum alternant, docentur quod debent se vigiliter custodire, & pro mutua conseruatione succeßiue laborare. Prælatus autem qui pro omnibus debet solicitus esse, debet lapillũ, id est, humile Christi exemplum, (qui fuit lapis angularis) semper in pede. i. in affectu
Ioan. 21 mentis, vel aspectu habere. Christus enim dixit: Ego sum pastor bonus, & bonus pastor ponit animam suam pro ouibus suis. Vnde sono istius lapilli, id est, considerationc, vel imitatione istius exempli, fugatur omnis somnus, & negligentia Prælati.

Item ipse etiam Prælatus debet, quanquam sit maior cæteris omnibus, ratione dignitatis, tamen se primo deponere, id est, primus esse omnium in operibus humilitatis.

Item de terra se erigere, scilicet per studium sanctæ orationis & contemplationis: vel primus esse in contemptu terrenæ cupiditatis, præcipue autem quando in pascuis sunt subditi, id est, in consolatione corporis, debet circumspectionem mentis prælatus circa eorum custodiam erigere & habere; & si aliquid aduersum, vel obnoxiũ eis accidere senserit, monendo & corripiẽdo clamare.

Multis aquila similitudinibus, Accipitrisque eruditissimis exemplis, quo modo anima humana spiritualiter instauretur, enucleatur.

Cap. LXXVIII.

REnouatur anima spiritualiter, sicut aquila. Vnde Psal.
Psa. 102 Renouabitur sicut Aquilę iuuẽtus tua. Dicit enim Augustinus,
Aug. su quod aquila in senectute patitur per psa. caliginem in oculis, & grauedinem in alis, propter quod fontẽ aquæ quærit, super quem volando quantum potest ascendit, & sic ex labore, & calore aëris stomachus incalescit fortius: & ita poris apertis & pennis laxatis, subito in fontem se cadere permittit: vbi mutatis plumis, & caligine purgata in oculis, quasi renouata vires resumit. Et (sicut dicitur super Psal.) Cum senuerit incuruatur eius rostrũ, ita vt vix possit sumere cibum. Petrã igitus quærit, supra quã rostrum percutit & allidit: & sic onus rostri deponit, cibum capit, & resumptis viribus iuuenescit. Sic anima per peccatum vetusta, cæcata & aggrauata, si aliquando exurgat ab actionibus terrenis, & altius in seipsam eleuetur, considerando statum suæ mentis, suam perpendens miseriam, accenditur in ea fortior calor compunctionis, & tunc si se proijciat in fontem lachrymarum, renouabitur & purgabitur vetustas peccatorum: & si rostrum, i. os cordis grauatur, & ita ad terrena incuruatur, sic vt spiritualem escam sumere non possit, percutiat illud ad petram, Christi considerando exemplum quo omnia contemnere docuit: & tunc rostri curuitudo frangetur, id est, affectus terrenus corrigetur & dirigetur ad Deum.

Item renouatur à vitijs anima, sicut accipiter in plumis. Iob.
Iob. 39 Nunquid per sapientiam tuã plumescit accipiter? Tria enim sunt quæ faciunt ad eius renouationẽ, scilicet ventus, Sol, & cibus. Habet enim accipiter proprium, quod quando senescit & granari se sentit, alas suas contra radios Solis expandit, flante scilicet austro, vt sic tepente aura, & calore resoluente, aperiantur pori, quibus apertis, se excutit, & sic veteres pennæ exiliunt, & nouæ recrescunt: & sic ex nouitate pennarum suarum aptior fit ad motum. Sic domestico accipitri, qui vt renouetur, in mutatorio conseruatur, cibus de carne venenosa aliquantulum datur, vt facilius immu-

Digitized by Google

immutetur: & sic patet, quod flatus austri, calor cæli, i. solaris radij, & vis veneni faciunt ac renouationē ipsius. Per flatum ipsius austri intellige inspirationē gratiæ: per calore vero accipe feruorem pœnitentiæ: sed per carnem venenosam, percussionē alicuius aduersitatis vel infirmitatis corporalis, quæ frequenter peccatorem impellunt, vt renouetur per pœnitētiā. Dicit enim Beda, quod accipiter à fumo miro modo læditur. Vnde eorū mutatoria à locis fumiferis penitus remouētur. Quasi autem quidē nociui fumi, sunt tentationes peccandi, qui fumi maximè surgunt, vbi sunt occasiones, & etiam opportunitates peccati. Et ideo sunt pœnitentes a talibus quasi accipitres à locis fumiferis penitus elongandi.

Beda.

Item nota, quod dieta accipitris nō nimis lata debet esse, sed mediocris: quia ex nimia pinguescit, & pinguis factus vocatus nō redit. si vero nimis est tenuis, deficit vt volare non possit. Sic debet esse discreta dieta pœnitentis, vt nec ex nimietate eius impinguatum corpus animæ non obediat, secundum illud Deut. incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: nec etiam ex abstinentia nimia debilitetur corpus, ita vt inutile fiat. Apostolus: Obsecro, vt exhibeatis corpora vestra Deo, hostiam viuentem sanctam, Deo placentem. viuentem dicit, non occisam.

Deu. 22

Rom. 12.

Sanctorum virorum perfectiones quamplurimæ, ex columbæ, falconis, vulturisq; variis similitudinibus naturalibus depromptæ, connumerantur.

Cap. LXXIX.

SAncti & perfecti viri assimilātur columbis, secundum illud Isa. Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi colūbæ ad fenestras suas? Nam columba quidem est pacis nuncia, vnde in signum pacis & reconciliationis, ramum oliuæ ad arcam detulit. Sic etiam sancti viri pacem prædicando annunciant. Isa. Quam pulchri super montem pedes euangelizantis pacem. Annunciant etiam prędicatores sancti pacem peccatoris, id est, conscientię pœnitentibus, pacem temporis diligentibus, & pacem æternitatis persistentibus, i. perseuerantibus.

Isa. 9.

Isa. 52.

Secundo, columba est simplicitatis forma: Caret enim felle malitiæ. Sic etiam sancti viri sunt simplices, i. sine plica malitiæ, siue duplicitatis. secundum illud Mat. Estote prudētes sicut serpētes, & simplices sicut columbæ.

Matt. 10

Tertio, natura est munda: non enim immūda comedit, sed mūda grana eligit. Sic sancti viri student in omnibus esse mundi, secundum illud Tob. Mundam seruaui animam meam. Vnde mundiora grana, i. opera, vel exempla sumunt, immunda verò fugiunt, secundum illud Cor. Immundum ne tetigeritis.

Tob. 3.

2. Cor. 7

Quarto est prole fœcunda. Nam columbæ in regione calida omni tempore pullificāt, semel in mense. Vnde Arist. dicit, quod decem vicibus ouant in anno communiter: & quandoque vndecim, vel duodecim, & ideo sunt valde fœcundę. Sic sancti viri fœcundi esse student, siue in pullificatione spiritualiū filiorum, quos Deo generant ex scientiæ euangelicæ doctrina, secundū illud Corinth. In Christo enim Iesu per euangeliū ego vos genui: vel saltem fœcūdi sunt, fœcunditate bonorū operū: Sumus enim Domini nostrorum operum, quemadmodum & natorum: sicut dicit Philosophus.

Arist. de anima 6. lib.

1. Cor. 4

Arist. in Ethi.

Quinto, columba est pietatis ęmula. Nā circa pullos suos magnū pietatis & solicitudinis ostendit affectū: alienos insuper pullos

nutrit, columbas autem alias errantes a lociat & recolligit. Quæ omnia ex pietatis affectu faciunt sancti viri: Ipsi enim de suis subditis, vel domesticis solicitam curam gerunt; & insuper etiã ad extraneos beneficia charitatis extendunt, errantes etiã quoufque vel vagos recolligunt, & dirigunt, secundum illud Isa. Isa. 58. Egenos vagosque induc in domum tuam.

Sexto, colũba est societatis amica. Sunt enim columbæ suam speciem amantes, & societatem hominum diligentes: quia sancti viri sibi similes diligunt, & rationabiliter & ordinate viuentium societatem quærunt.

Septimò, columba est obliuiosa. Vnde sublatis pullis, damni immemor, in eodẽ loco nidificat Hiero. (vt dicit Hieron.) Similiter sancti viri sunt iniuriarũ immemores, neque propter damna illata à nido charitatis recedunt, sed fructum operum ipsis nocentibus velut præmia impendunt.

Item sancti & perfecti viri sunt falconi simillimi: primo, quia falco quẽdam auis est paucę carnositatis: nam sancti viri paucam curam habent de carne sua, quia nõ eius desideria implẽt, sed po- 1.Co.10 tius eam torquent. Vnde Apo. In carne ambulantes, non secũdum carnem militamus.

Secundo, quia falco est magnæ animositatis. Sunt enim sancti viri animosi, id est, magnanimi & securi, secundũ illud Prou. Prou.28 Iustus quasi leo confidens, absq; timore erit.

Tertio quoque est multæ pennositatis, quia sancti habent pẽnas multarum virtutum. Eccle. Eccl. 24 Homines diuites in virtute.

Quartò, quia est magnæ agilitatis, & ideo altè volat in aëre: nam (sicut dicit Grego.) modicum habet de eo quod grauat, & multum de eo quod sursum leuat. Sic sancti viri modicũ habẽt de grauedine, i. de amore cupiditatis & voluptatis, & multum de leuitate, i. de amore charitatis, & ideo in altum volant, siue contẽplatione, siue conuersatione. Isa. Isa. 52. Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur & eleuabitur.

Quintò, viri sancti & perfecti assimilantur falconi, quia est magnæ generositatis: nam si primò, vel secundò, prędam non arripit, quasi vindictam de se expetit, & de facili tunc præ verecundia ad manum non redit, sed per aëra vagus incedit. Nam deuictum & quasi degenerẽ se extimat, quãdo de aue quã impetit, nõ triũphat, vt dicit Grego. Ille igitur primo, Grego. vel secũdo prædã non arripit, qui vel bene inchoãdo, vel bene prolequendo, ad finẽ boni operis nõ protegit, & talis nimirũ à Christo degenerem se ostẽdit, qui ait. Nõ qui incœperit, sed qui perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit. Talis quidẽ cũ verecundia pœnitentię debet ad Christũ redire, & Matt.24 manus eius auxilium humiliter procurare. Sexto, quia est magnæ pietatis, si non solum erga pullos suos, sed etiam erga alienos. Nam eodẽ sedulitatis officio quo filios pascit, pullũ ab aquila derelictum nutrit, & cum suis recipit, vt quidam dicunt. Similiter etiã sancti viri, non solũ de suis curam gerũt domesticis, sed etiã de extraneis, & de miserabilibus pupillis, maximè ab alijs derelictis. Iac. Reli- Iaco.1. gio munda & immaculata apud Deum & patrem hæc est, visitare pupillos. Vnde Iob. Si comedi Iob.31. buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea.

Septimò, sancti viri & perfecti assimilantur falconi ratione puritatis, quia est magnę puritatis siue munditiæ in cibo capiendo. Nam cadauera fugit, & in vehemẽtis

Digitized by Google

mentia famis putridas carnes non tangit, sed patiēter expectat quousque prædam sibi cōgruam inuenit, vt dicit Grego. In quo redarguūtur non tantum illi qui noxia sibi cibaria comedunt, vt gulæ satisfaciant; sed etiam omnes illi qui fœtidis cadaueribus, id est, fœtidis carnis operibus delectantur.

Item sancti viri & in hoc mundo quendam odorē sentiūt eorū quæ sunt in cælo. Vnde assimilātur vulturibus: Nam in vulture (vt Plinius dicit) maximē viget olfactus. Vnde existens vltra mare, sentit odores carniū ex alia parte, & econuerso. Sancti autē qui sunt in cælo iam huius mūdi mare trāsierunt; Nos autem in vita ista mortali adhuc citra mare sumus. Ea tamen nihilominus quæ sunt vltra, id est, quæ sunt in alia vita, si boni, & mundi sumus, cōtemplando, & amando delectabiliter odoramus. Similiter vultures qui vltra mare sunt, id est, sancti qui in cælo consistunt, nostrarum orationum odores cum quadam auiditate percipiunt: Vnde phialæ plenæ odoramentorum dicuntur orationes Sanctorum.

Plin.

Vnius Apum exemplo, Dei sapientia tantum à iustis perfectè adipisci, declaratur.
Cap. LXXX.

SApientiam cælestem nō potest percipere, nisi mundus à sordibus culpæ: quod patet per exēplum in apibus. Apes non potant nisi aquam claram, nec potant nisi prius feces eiiciant, vt dicit Auic. Aquam igitur claram potant quicunque supernæ sapiētiæ adeptioni inuigilant, de ipsa enim dicit Eccl. Aqua sapientiæ salutaris potabit illum, & rursus, Clara est quæ nunquam marcescit sapientia: sed tamē nullus hāc aquā clarā cælestis sapiētiæ bibit, nisi prius à semetipso peccatorum fæces eiecerit: sicut scriptum est, in maleuolam animam non intrabit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.

Auic.
Eccl. 15
Sap. 6.
Sap. 1.

Simplicis columbæ naturales proprietates, & quæ de causa Spiritus sanctus sub hac forma apparuerit, aperitur.
Cap. LXXXI.

SPiritus sanctus in columbæ specie apparuit in Christi baptismo, quæ licet verè animal fuerit (vt dicit Auguſt.) ex suis tamen proprietatibus significabat spirituales effectus quos ipse spiritus sanctus facit in baptizatis: Nam primo columba, vt dicit Glosa super Can. ij. gemitum pro cantu habet: quia videlicet spiritus sanctus peccata gemere facit Isa. Quasi columbæ meditantes gememus. Rom. Ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, id est, nos postulantes facit & gementes.

Augu
Isa. 59.
Rom. 8.

Item columba felle caret: quia Spiritus sanctus iræ amaritudinē auferr, & benignitatis dulcedine repletur. Sap. O quam bonus & suauis est domine spiritus tuus in nobis, Et in eodē vocatur spiritus sanctus suauis, & benignus, & humanus, quia suaues, benignos, & humanos nos efficit; suaues in seipsis, benignos in corde, humanos in conuersatione.

Sap. 7.

Item columba in petræ foraminibus manet, quia scilicet Spiritus sanctus facit nos in Christi vulneribus & eius passionibus frequentes mēte stare. Vnde Cāt. dicit Spiritus sanctus, Columba mea in foraminibus petræ, glosſa, id est, in Christi vulneribus.

Can. 2.

Item columba iuxta fluenta residet, quia s. Spiritus sanctus fideles suos insistere facit circa scripturarum fluenta. Genes. Spiritus Domini ferebatur super

Genes. 1.

aquas, scilicet scripturarum.

Item columba vmbram accipitris timet, & abscondendo latet: quia scilicet Spiritus sanctus facit sanctos diaboli tentamenta perpendere, & per fugam mundi, & absconsionē humilitatis euadere: Quasi enim accipitris vmbra, est ipsa tentatio diabolica. Vnde ductus est Iesus in desertū, Matt. 4. id est, in deserti latibulū, vt quasi ibi absconditus mundo, facilius vinceret tentamenta.

Per piscium comparationem diuersos in locis commorantium, varietas patetur virorū spiritualium per eorum diuersa bona opera, multis similitudinibus demonstratur.

Cap. LXXXII.

SPirituales viri similes sunt piscibus: quorum aliqui in solo mari viuentes, alij in stagnis & fluuiis commorantes: Alij verò quandoque in mari, quandoque in aquis dulcibus. Pisces autem à mari ad dulciores aquas egredientes, in earū dulcedine delectantur, & impinguantur: & similiter econtrario. Vnde tales in aqua nunc dulci, nunc in mari sunt commanentes, quia dum vnum contrarium experiūtur, magis in reliquo delectantur. Sed quidam sunt fluuiales pisces sic allecti dulcibus aquis, vt maris amaritudinem nō ferentes, mox aquam salsam gustantes, subito moriuntur: Similiter quamuis omnes boni, & spirituales viri in aquis pœnitentiæ viuere debent, quidam tamen in mari commorantur, id est, exercitio & inquietudine vitæ actiuæ, in qua more maris frequenter turbantur. sicut dixit Dominus Marthæ, Solicita es, & turbaris erga plurima: Luc. 10. Nihilominus tamen boni sunt & laudabiles pisces marini, id est, boni & commēdabiles homines actiui. Quidam verò alij sunt qui semper esse volunt in aqua dulci, id est, à contemplatiuæ vitæ dulcedine minime separati, & de talibus erat Magdalena, quæ Luc. 10. sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius: & ideo Dominus dixit, eam optimam partem elegisse. Dicit enim Auicen- Auic. na, quod pisces qui morantur in locis petrosis, & in aquis dulcibus currentibus, in quibus non sunt sordes, dulciores, & meliores sunt aliis. Illi autem morantur in locis petrosis, qui contemplantur Christi opera, & verba, quia petra erat Christus, vt dicit Apost. Sed illi in aquis dulcibus, 1. Co. 10 & currentibus, qui contemplantur bona cælestia, & diuina, quæ licet in se semper maneat, dulcedo tamen contemplationis eorū in nobis raptim tranfit, & curcit, dum in hac vita sumus. Illi verò manent in locis à sordibus mundis, qui contemplantur sanctorū exempla, qui fuerunt pleni mundicia Tales igitur contemplatiui viri plus habent de dulcedine, & de vitæ puritate quàm primi, & ideo meliores. Sed alij sunt qui vtrobique succedsiue morantur, quandoque in mari, quandoque in aqua dulci, quandoque sunt in exercitio actionis, quandoque in dulcedine contemplationis. Et isti sunt pisces qui magis impinguantur, id est, in vitæ merito ita gis dilatantur, quia nō solum sibi prosunt per contemplationē, sed etiam multis alijs per multiplicem actionem. Vnde Apost. Non 1. Co. 10 quærens quod mihi vtile est, sed quod multis prosit. Sunt tamen quidam sancti, ita contemplationis delitijs totaliter dediti, vt si quis eos poneret in exercitio actionis, in spiritu vel corpore perirent. Vnde tales Dominus eligit (sicut dicit Grego.) vt seruiant ei in vita solitaria.

Supe-

Digitized by Google

Superiorum electio quo pacto sit agēda, qualis, subditorum obedientia ac dilectio esse debeat, clarissimis definitur apum exemplis.

Cap. LXXXIII.

SVbditi qualiter se habeant ad prælatum suum, ostenditur exemplo apum. Nam apes sibi regem creant, ipsæ sibi populos ordinant; & licet sint sub rege, sunt tamen liberæ, & quem regem faciunt, naturali affectu diligunt, & summa protectione defendūt, & pro eo mori pulchrum esse credunt: & ipsi regi tantam reuerentiam exhibent, vt nullatenus exire de domibus audeant, nec prodire ad pastus, nisi rex fuerit egressus, & volatus sibi vendicauerit principatum. Eligunt sibi illum in regem, quē magnitudine corporis vidēt magis insignē, & quod in rege præcipuum est, mālitudine clariorē. Vnde nullum aculeum habet, vel si habet, non vtitur ad vindictam. Miranda est earum circa regē obedientia. Nam cum procedit, totū conglobatur examen, & regem circundat, vt tunc videri nō valeat. Singulæ tunc obsequio regis se offerunt, & ei proximæ esse contendunt, & sessum subleuant humeris, & aliquando totum portant, vbicunque vero rex sederit, ibi totus exercitus castra figit, rege viso totus animatur exercitus, ipso quoque amisso, examen dilabitur, quia sine rege esse non possunt. Cum ergo pars apum in labore est, rex solus à labore immunis est, & intus solus sedet, circa quē semper adsunt quædā apes fortem aculeum habentes, tanquam lictores regem custodientes, & offendentes puniunt: & raro rex foras exit. Vnde si quis tunc temporis alam regi præscinderet, exercitus non exiret. Quando autem rex moritur, circa ipsum conglobantur, & more funerantium tristitia torpent, & plebs tota mœret, non comedunt, non procedunt, tristi murmure omnes gemunt: non luctus minuitur, immo fame se mori permittunt, nisi corpus regis de medio subtrahatur.

Ex his ergo omnibus colligitur, quod rector, & Prælatus est virtuosus, & mansuetus eligendus, & à populo siue subditis nō coactis, sed libere, id est, voluntariè obedientibus, affectuosè diligendus, summè defendendus, cū reuerentia expectandus, & ei obtemperandum ab omnibus, & sponte seruiendum, in laboribus adiuuandus, in defectibus suis supportandus, communiter imitandus, præ oculis habendus, à seruilibus laboribus eximendus, cautè, & honorificè custodiēdus, circa extrinseca rarò occupādus, in morte autē cum tristitia debita reuerēter sepulturæ tradendus, & hæc omnia in vno includens, Petrus dixit: Regem honorificate. 1. Pet. 2

Superborum actiones, locustarum similitudinibus quibusdam, breui patefiunt.

Cap. LXXXIIII.

SVperbi assimilantur locustis. Nam locustæ in saliendo se erigunt, sed in erigendo mox cadunt, à vento australi generantur & conducuntur, sed in aquilonari moriuntur.

Item mutuo se comedunt, nec maiores minoribus parcunt: in æstate quoque apparent, & in hyeme latent. Sic superbi saliendo temporaliter, se erigunt mentaliter, et eo ipso se probiores reputant, quo se honorari amplius vident: sed se erigentes, cadunt, quia eo ipso, quod grandes apud se sunt, apud Deū nihil sūt. Sequitur etiā plærūq; post elatū ascēsū superbiæ, inopinatè casus ruinæ. A vento australi, qui calidus est,

esiuntur: quia ex calore temporalis prosperitatis, superbi efficiuntur: sed ipsi in aquilonari frigore moriuntur, quia ex aduersitatis rigore demuntur, mutuo etiam superbi sese consumunt, & potentiores debilioribus non parcunt, in æstate, id est, in prosperitate apparent mirifici, sed in hyeme, id est, aduersitate latent despecti.

Mugilis exemplo, tentationum laqueos vitare edocemur.

Cap. LXXXV.

TEntationum laqueos cum homo aduertit, debet sagaciter fugere, & ab earum occasionibus se velociter elõgare. Cuius exemplum apparet in pisce mugile, qui quidē est piscis mirabiliter agilis, hic dum insidias piscatorum sentit, statim retrocedit, & ita transilit, vt volasse astatibus videatur. Ille igitur piscis insidias sentit, qui insurgentes tentationes perpendit: & tunc quasi retrocedit, cum ab occasionibus tentationum se subtrahit, & tũc velocissimè transilit, quando in ipso tentationis principio, mox animum ab eadem auertit. Vnde Isidorus dicit. Cum te titillat cogitatio, cum tibi aliquid suggerit illicitum; nõ ibi teneas animum, calca serpentis caput, calca prauæ cogitationis initium.

Isidor.

Tyrannorum pernicitas ac immanitas quãta sit. Aquila, Milui, & exemplis, ac sacra scriptura monitis, lucide describitur.

Cap. LXXXVI.

TYranni assimilantur aquilis. Nam aquila, quia in calore & siccitate excedit, est nimis iracunda: Ira enim fortis non est, nisi in corporibus multũ siccis: vt dicit Aristot. Est etiam, & aquila auibus innocentibus inimica & infesta, quas vngue rapit, & rostro percutit & occidit.

Arist. li. de ani.

Item aquila societatem nõ habet, sed fugit: vt Aristotel. dicit. Est etiam crudelis filijs dum eos abijcit, dum rostro percutit, & à nido exire compellit. Omnia hęc competunt tyrannis, primo, quia communiter sunt iracundi, & furiosi. Vnde de quodam tali dicitur secundo Mach. Animum crudelis tyranni, & feræ beluæ irã gerens.

2. Mac. 4

Item, quia malis hominibus fauent, & bonis & innocentibus sunt infesti, & inimici Deo, persequuntur illos, vel eorum bona diripiendo, vel in persona lædendo, & interdum vita priuando: sicut fecit Achab Naboth Israëlitæ, cuius personam occidit, & vineam possedit.

3. Reg. 21

Item non diligunt tyranni, neque volunt in dominio, vel honore, vel diuitijs socios, vel pares habere. Vnde etiam student omnes depauperare, ne possint contra eos insurgere, vel eis parificari. Interdum etiam tyranni tantæ crudelitatis existunt, vt etiam suis non parcant: Nam etiã proprios filios quandoque à se abijciunt, quãdoque vero eos percutiunt, quandoque vero nõ solum de domo, sed etiam de patria eos dem exulare compellunt, immo (quod est execrabilius) quandoque eos occidũt, sicut legitur de Herode, qui filios primo expulit, postea occidit, propter quod Romanorum Imperator de illo dixisse fertur, quod maluisset esse Herodis porcus quam filius: quia Herodes cum esset procelitus in lege Iudæorum, porcis parcebat, sed filios occidebat.

Item tyranni quidam similes sunt miluis: Est enim miluus auis rapax, audax in minimis, sed timida in magnis. Nam syluestres aues inuadere nõ audet: sed pullos domesticos paruos rapere nõ timet. Similiter quidam tyranni, licet ex auaritia sint rapaces, & contra debiles & impotentes sint audaces; contra tamen potẽtiores,

Digitized by Google

res, vel coæquales, & eos, qui sibi resistunt, pusillanimes & pauidi sunt, immo superantur interdum etiam per minores. Nã miluus à nisso impetitur, & propter suã pusillanimitatẽ, à minore superatur.

Tribulationes Dei electis, maximopere expedire, per piscium in Aquilonari pelago commeantium similitudinem efficitur manifestum.

Cap. LXXXVII.

TRibulationum, & tentationum impetus melius conseruat iustos, quam consolationũ applausus. Cuius exẽplũ apparet in piscibus, qui meliores sunt, & conseruantur magis in pelago aquilonari, & orientali, quam in australi: quia ex illorum ventorũ impetuoso flatu, aquæ amplius commouentur, & melius depurãtur, propter quod pisces qui in eis morantur, magis à superfluis mũdãtur. Per ventũ igitur aquilonis, qui asper est, asperitatem intellige aduersantis & tribulantis: sed per orientalem, qui calidus est sua origine, feruorẽ accipe irruentis tẽtationis. Ex quorũ impetu anima velut aqua ad bonũ solicitatur seu impellitur, & à malo purgatur, si fortiter resistat: & sic piscis homo iustus profi-
Iob.10. cit, & saluatur. Iob. Visitatio tua custodiuit spiritũ meum. Sed per australẽ ventũ, qui mitior est, & suauior, intellige suauitatem temporaliũ consolationũ, ex quibus pisces, i. homines in aqua pœnitentiæ, vel iustitiæ viuentes, frequenter per negligentiam resoluuntur. Et ideo minus conseruantur, & magis deteriorantur.

Anima cibum verbum Dei esse, auctoritate Sanctorum scripturarum, ut pulli gallinarum similitudine definitur.

Cap. LXXXVIII.

VErbo Dei anima nutritur,
Deu.1. secundum illud Deut. Non in solo pane, &c. Cuius ratio est, quia ex eisdem nutrimur ex quibus sumus, sicut Philo dicit. Nam pullus qui nascitur ex ouo, nutritur ex ouo. Dicit enim Ari. quod Arist. de
pullus nascitur ex albugine oui, anim. 7.
& nutritur ex vitello. Cum ergo ex verbo Dei sumus in fide spiritualiter geniti, secundum illud
Iac. Voluntariè genuit nos, verbo Iac. 1.
veritatis etiam nutrimur. Vnde
Grego. dicit, quod cibus mentis Grego.
est sermo Dei.

Nonnullarum mulierum vetularũ malignitas, quæ vulgo striges nuncupantur manifestatur, quæ & cornicibus comparãtur.

Cap. LXXXIX.

VEtulæ quędam mulieres inueniuntur cornicibus similes. Nam cornices (sicut dicit Hidorus) sunt aues annosæ, garrulæ, impiæ, & his vbi habitãt noxiæ, in senectute licet eis albescant plumæ: intus tamen in carne quanto plus viuunt tanto magis efficiuntur nigræ. Item dicuntur cornices suo garritu seu volatu, mutationis temporis esse præsagæ siue nunciæ.

Item (vt dicit Ambro.) cornices Ambr.
sunt ciconiarum ductrices, & sociæ, quia cum ciconiæ transuolant mare, cornices ipsas præcedendo deducunt, & contra infestas aues pro eis bella cõmittunt. Hæc igitur omnia competit quibusdam malignis, & vetulis mulieribus, quæ si annosius viuunt, assidue garriunt, impiæ & crudeles puellis existunt, etiam has vbi habitant lædunt, quia pueros fascinando inficiũt, sicut dicit Glosa super illud Apostо. O insensati Galatæ quis vos fascinauit?

Item quanto plus per ætatis prouectum canicie albescunt, tanto plus per peccati caliginem interius nigrescunt.

Item sunt procuratrices dæmonum, quę interdũ ciconias, id est mulieres etiã honestas ad adulteria, & inhonesta opera callidè seducendo associant, & deducũt.

Digitized by Google

ipsæ quoque sunt quæ se striges mendaciter esse dicunt, & tãquã prophetissæ diaboli futura diuinare præsumunt.

Ex pluribus Turturis proprietatibus, quale sit Viduarum munus, laude dignum ac Deo gratum, elicitur. Cap. XC.

VIdualis continẽtia qualiter sit seruanda, turtures ostendunt. Nam turtur est auis castissima, eo quod dũ parẽ suũ perdit, alterius viterius copulã nõ requirit, sed solitaria semper incedit, & memor perditæ societatis sẽper gemit, solitudinem diligit, & hominũ consortia valde fugit: ad hortos & agros descẽdit, vbi cibũ quærat, sed cibo obtẽto, iterũ solita loca plangentibus apta requirit. In his ergo monentur viduæ, vt maneãt viduæ, vt sint solitariæ. Item consortia noxia, & vana spectacula fugere, & sumptis necessitatibus victus, se ad orationis, & cõpunctionis loca colligere. Item turtur in hyeme plumas perdit, & tunc in concauitatibus arborũ se abscõdit, sed tẽpore veris plumis resumptis, de locis vbi latuerat, exit, & loca congrua ad pullificandum quærit, sicut Arist. dicit. In quo figuratur, q̃ viduæ tempore hyemis, i. tẽtationis, vel aduersitatis, vel depositis plumis ornamentorũ, debẽt iacere in cõcauitatibus arborum, i. humiliter manere in domibus earum: vel perditis plumis delitiarum seu diuitiarũ, debent morari per meditatiõẽ animi, in concauitatibus arborũ, i. in exemplis humilitatis & paupertatis Sanctorũ: sed tempore veris, i. prosperitatis, quãdo habẽt plumas diuitiarum, debẽt exire ad pullificãdũ, & fructificãdũ opera vitæ actiuæ, in eleemosynas vel alia bona opera, sicut fecit S. Elisabeth filia regis vngariæ post mortem viri sui, dãs se eleemosynis, & seruitijs paupertũ.

Arist. de anima lib.

Itẽ turtur super rẽ fœtidam nõ descendit, neque super cadauer q̃ fit, quando mulier vidua turpi tẽtationi nõ cõsentit, & carnalis operis turpitudinẽ nõ cõmittit.

Itẽ turtur pro se, & pullis suis pauca & mũda grana eligit, & in locis mũdis colligit, vnde viuit: quia. s. mulier vidua tam pro se, quam pro filijs suis, pauris & licitis sũptibus debet esse cõtẽta.

Peccatorum via, Auium vijs in volando assimilatur, quod quidem earum naturalibus similitudinibus confirmatur. Cap. XCI.

VIæ peccatorum. sunt similes vijs auium in volãdo. Aues n. in volãdo nõ habent determinatas vias. Vnde secundum Isid. dictæ sunt aues, quasi deuiæ in volando, quia sine via constat eas incedere, eo quod earũ viæ non sũt determinatę in aëre. Sic peccatores in suis actibus, nõ sequũtur rationẽ, quæ habet humanis actibus terminos virtutis imponere, propter quod dicit Philo. q̃ virtus est habitus electiuus, in medietate consistẽs determinata ratione, prout vtiq; sapiẽs determinabit. Ideo dicitur indeterminatè, & in errãdo vagabũdè, modo ascẽdẽdo per superbiã, modo descẽdendo per auaritiam; modo diuertẽdo ad dexteram. i. ad delectationes gulæ, & luxuriæ, delectationes. n. ad dexterã pertinere dicũtur, secundũ illud Psal. delectationes in dextera tua, modo diuertendo ad sinistrã per impatientiam, & irã, s. in aduersis: modo ante procedẽdo per præsumptionẽ, modo retrocedẽdo per pusillanimitatem vel desperationẽ. Aristot. in Eth. Psal. 15.

Itẽ aues motu alarũ aërẽ diuidunt, sed mox se claudẽte nullũ signũ sui transitus derelinquunt. Sic peccantiũ vita, & prosperitas, ipsis mortuis, & in sepulchro clausis, totaliter deficit. Vnde ex persona eorum dicitur, Transierũt omnia illa tanquã vmbra, & tãquam Sap. 5.

Digitized by Google

quàm auis, quę trãsuolat in aëre.

Virginitatis statũ, omnem alium mulierum præcellere, multis apum exemplis terminatur. Cap. XCII.

VIrginitatem carnis seruare cum fœcunditate spirituali docemur exemplo apum. Nã integritas carnis, vel corporis virginalis, omnibus apibus est communis: quoniam nullo concubitu misc̃etur, nulla libidine resoluũtur, nec partus quatiũtur dolore, & tamen maximũ examẽ filiorũ conflatur. Nã cũ aliæ aues semel in anno singulos ẽdãt fœtus, apes geminos creant, & duplici cæteris fœcunditate præpõderant. Sic quoq; mulieres sanctæ, quæ suorũ corporũ integritatẽ custodiũt, immunes sun: a libidinosæ resolutionis fœtoribus, exẽptæ sunt a partuum doloribus, nihilominus Deo multũ fructificãt in spiritualibus operum fœtibus. Duplici.n. fœcunditate cõiugatas mulieres virgines sacræ procellũt: quia illæ tantùm carne fructificãt, hæ autẽ carne ac spiritu: illæ fructificant, mundo corruptibilẽ prolẽ generando: istæ corpore fructificant, in cælo incorruptibilẽ promerendo gloriã: Erunt, inquit dñs, sicut Mat. 22 angeli in cælo, vbi neq; nubẽtur. Generant quoq; nonnunquã virgines sacræ domino, & si non filios carnales, tamen spirituales: Nã omnes quos trahunt ad Deũ, siue exemplis operum, siue orationibus, vel etiã suis verbis, eorum spirituales filij dici possunt.

Item licet coniugati fructificentur interdum etiã Deo, per opera vitæ actiuæ, virgines tamen liberius possunt ei parere fœtus, tam operum vitæ contemplatiuæ, quã etiã actualis. Ex quo patet, quod Isa 54. dicitur Isa. Multi filij deserte magis, quã eius quæ habet virum, i. virginis, quam coniugatæ.

Item virgines, præcipuè iuuenes, habent cõtemplationẽ dulciorẽ. In cuius signum apes iuuenes, & virgines, faciunt melius mel, vt Auic. dicit. Sic in virginibus ac iuuenibus sanctis, mel. i. dulcedo contemplationis supernæ, tanto suauius generatur, quanto calo in eis spiritu fortius subiugatur. Vnde sib. Iudieũ dicitur, De forti Iud. 14. egressa est dulcedo.

Quatuor cardinales virtutes hominibus valde necessarias esse, per multas hirundinis similitudines aperitur. Cap. XCIII.

VIrtutes cardinales docent nos habere exempla hirũdinũ Nã primo hirũdo docet habere temperantiã præcipue in cibo. Hirundo.n. (vt dicit Isid.) ab cun- Isid. do est dicta, eo quod cibos sedendo nõ acquirat, sed volãdo. Ita & homo cibũ suũ necessariũ corpori, trãscundo ad necessitatẽ, & nõ insistendo ad voluptatẽ accipiat. Exod. Comedetis festinanter. Ille Exo. 12. enim qui festinãter comedit, nec magnam delectationẽ in comedẽdo, nec etiã multum cibũ accipere consueuit. Secundo docet nos habere prudentiam.

Primò, ex eo, quòd nidum tam artificiosè cõponit, quòd vix sufficeret humana industria facere de quauis materia. Vnde quidam crediderũt eas habere intellectũ (sicut Philosophus dicit) Quod Arist. 2. Phil. licet verum non sit, docent tamẽ nos esse prudentes, vt secundum prudentiam nidum mentis virtutibus componamus.

Docẽt hirũdines & nos purgare nidũ conscientię nostrę, ex eo, quòd ipsæ instruunt pullos suos stercora extra nidum ejicere, vt & nos conscientias nostras purgare discamus a fœcibus peccatorum. Item hirundo habet prudentiam in discernendo tempora & loca. Nã tempore frigoris, calidas regiones requirit, & ideo mare trã-

sit

ſtein æſtate vero redit, & cætera tẽpora inueniẽdo cuſtodit, & præ nuncia eſt imminentis æſtatis, vt Ambr. dicit Amb. Similiter viri prudentes tempora diſcernunt, & prout temporibus congruunt, negotia diſpenſant. Sunt etiam loca mutanda, vel quærẽda prudẽti, prout videt congruere tempori. Solet etiam homo prudens futuri eſſe præmuncius, ex eo, quòd rerũ exitus prudentia metitur, prout Boẽ Boët. thius dicit. Tertio, docet ſeruare in ſtitiã, præcipuè punitiuã ſiue iudicatiuã, quæ dũ ſanguinẽ malefactoris effundit, aliorũ oculos aperit, & ad cautelã inſtruit. Vnde di- Auguſt. cit Augu. quod ſanguis dextræ alę hirũdinis qui exit, cõlũbæ medetur oculis infirmis. Nã ala dextra hirundinis, eſt iuſta ſentẽtia principis, ex qua dum ſanguis vinus effunditur, aliorum oculi ad ſibi cauendum illuminantur. Nã oculos quos culpa claudit, pœna aperit, vt dicit Gre. & non ſolũ pœna propria, ſed etiã aliena illuminat frequenter, & iuuat.

Quarto quoque docet hirundo habere fortitudinem: quia dicitur eſſe quoddã genus hirũdinũ quòd omnes aues timent, ita vt aquila eam fugiat tanquã hoſtẽ, nec illa viſa audiat ſuper prędam irruere, eo quod morſus eius forte eſt venenoſus, vt dicit Pliniꝰ. Plin. Tales hirũdines, ſancti ſunt, quorum fortitudinẽ, & virtutẽ timẽt aues omnes, i. vniuerſi dęmones, & aquila, quæ eſt rex auiũ, id eſt, ipſe ſathan, qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Nam morſus talis hirũdinis. i. oratio ſancti hominis patientis & humilis, quaſi venenoſus eſt eis, ſ. dæmonibus, & valde formidabilis. Virtutum quoq; plenitudo & abũdãtia nõ aggrauat animã, ſed potius alleuiat, & ad aſcẽdendũ in cælũ habilitat. Vnde eſt, quòd aues quãto plus abũdant pẽnis, cãto facilius ſurſum leuantur, & velociꝰ vadunt, ſicut patet in auibus prædæ, quæ ſunt volatus altiſſimi: Aër enim incluſus infra pennarũ concauitatem, anem leuiat, & vt ſurſum feratur habilitat. Sic etiã pennis virtutum Sancti leuiãtur, & ad contemplanda, vel appetẽda cæleſtia ſublimiter eleuantur. Vnde has pennas, & volatũ deſiderans Proph. dicebat: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcã? Econtra autẽ ex virtutum carentia, anima grauis relinquitur, vt auis ſine pẽnis. Vnde dicit Auguſt. de Deo à Auguſt. quo ſunt virtutes: Cum tui plenus non ſum, oneri mihi ſum. Pſal. 54.

Hominum vita ſpiritualis qua via perficiatur, per volatilium, eorumq; pullorum vitam naturalem, pluribus ſimilitudinibus naturalibus demonſtratur.

Cap. XCIIII.

VIta ſpiritualis hominũ proficit, & perficitur, ſicut vita volatilium. Dicit enim Philoſophus, quòd poſt decem dies genede ani. rationis, completur pullus ſecundum omnes partes ſuas, & tunc habet caput maius toto corpore, & habet caput inclinatum ſuper crus dextrum, & alas expanſas ſupra caput: poſt hoc rũpitur teſta die decima octaua, vel vigeſima, & exeunt pulli iam vioificati, & aliquando gemelli, ſed inter gemellos vnus eſt maior, alter minor. Prima ergo pulli cõpletio fit in x. diebus: quia prima hominis formatio in vita ſpiritualis, fit per obſeruantiã decem præceptorũ. Vnde dixit Dominus: Si Matt. 19 vis ad vitam ingredi, ſerua mandata: & tunc caput corpus excedit, quia tunc ratio corpori dominatur, ſ. vt ſit homo nõ animalis, ſed magis ſpiritualis. Inclinatur etiã caput, i. mens, non ſolum per obedientiã, ſed etiã per humilitatẽ, non fictam, ſed verã: & hæc inclinatio eſt ſuper crus dextrũ.

Eſt

Est enim, qui nequiter se humiliat (vt dicitur Eccl.) & iste in sinistram partem se inclinat, alæ etiam intellectus, s. & affectus, per fidem, & dilectionē supra caput, id est, supra naturalis rationis cōprehensionem extenduntur, vt incipiat iam homo terrestris mēte ad cælestia erigi. Sed ad secundā pulli completionē adduntur 8. vel x. dies, s. vt sit dierum. xx. vel 18. Quia si quis vult verè perfectus esse, oportet vt ad obseruantiam nouæ legis, id est, consiliorū Christi, sicut est illud Matt. Si vis perfectus esse, vade, & vēde omnia quæ habes, & da pauperibus, & consimilia, quę continentur in Euangeliis: perfectioni enim nouæ legis, id est, euangelij, competit octonarius numerus, propter 8. diem resurrectionis Christi, id est, Dominicā, quā celebramus, sicut Iudæi celebrant diem 7. Vel propter diē 8. resurrectionis nostræ, quam expectamus, in qua rupta testa oui, s. finita hac vita mortali, tāquā pulli nouiter viuificati, exibimus gemelli. i. in anima & corpore glorificati: erit tamen gemellus vnus maior, quia maior erit gloria animæ quā corporis.

Eccl. 19

Mat. 19

Item perfectioni euāgelij, cōpetit additio numeri denarij: quia præter obseruantiā decalogi, necessaria sunt sacramēta nouæ legis, cū fide Trinitatis, vel 7. dona spiritus sancti, cū tribus virtutibus theologicis, septem enim & tria, denariū numerū cōstituunt; postquam rupta est testa timoris, vel amoris vitæ corruptibilis, exeunt gemelli, i. tam carne, quàm spiritu in vita spirituali perfecti, licet in regimine vitæ, & dulcedine cælestis conuersationis spiritus carnē antecedat: Plus enim cupit spiritus, quā possit ferre corpus: vel quia plus percipit spiritus de dulcedine, quàm corpus sustineat de labore.

Itē vita mortalis similis est vitæ naturali volatiliū. Quædā enim aues sunt quę pascūtur carnibus, sicut accipitres, & aues prædæ, & his assimilātur homines qui carnaliter viuūt, propter quod dicit Apo. Debitores sumus nō carni, vt secundū carnē viuamus. Quædam vero pascūtur herbis, vt anseres, & similia: & talibus similes sunt pœnitentes, qui de nouo incipiūt, qui adhuc molliora requirunt, solidum videlicet cibū capere nō valētes. Ezech. Requiescent in herbis virentibus. Quædā autē pascuntur granis, & seminibus, vt columbæ, & huiusmodi: quibus assimilantur perfecti, & spirituales viri, perfectorum enim solidus est cibus (sicut dicit Apo.) Nā cōtemplatiui pascuntur seminibus diuinorum verborum: Semen enim verbum Dei est: sed actiui pascuntur seminibus bonorum operum, præcipue eleemosynarū. Galat. Qui seminauerit, &c. pascuntur etiam seminibus lachrymarum per compunctiones. Psal. Euntes ibant, & flebant, mittentes semina sua, quæ scilicet semina pascunt & reficiunt animas; secundum illud Psal. Cibauit nos pane lachrymarum.

Roma.

Ezec. 39

Luc. 1.

Gal. 6.

Psal. 125

Psal. 78

Plurimorum volatiliū species enumerantur, varia figurantes peccata, quæ præfecta in veteri lege a Deo prohibebantur, eiusmodique rei diuersæ rationes assignantur. Cap. XCV.

Vitia diuersa Iudæis in legè Moysi, sub figuris diuersorū volatilium, prohibita fuerūt: Fuit enim prohibitus esus aquilæ, in qua, ex eo quod altè volat, prohibetur, & figuratur superbia.

Leu. 11

Item griphis, in quo, quia equis & hominibus infestus est, crudelitas potentium prohibetur.

Item alieti, in quo, quia pascitur auibus, signantur illi qui sunt pauperibus molesti.

Itē milui, in quo, quia maxime insidiis

insidijs vtitur, signantur fraudulenti.

Item vulturis, quo quia sequitur exercitum, iperans comedere de cadaueribus mortuorum, signatur illi qui mortē & occiſiones affectant hominum, vt lucrentur.

Item prohibita ſunt animalia eoruini generis, in quibus ſignantur aliqui qui eſperites bonæ affectionis nō redeūt: quia eorum emiſſus ab arca, nunquam redijt.

Item ſtruthio, quę cum ſit auis & volare non poſſit, ſed ſemper circa terram moraetur, ideo ſignat militantes, & ſe negocijs ſecularibus implicantes.

Item nicticorax, quæ in nocte eſt acuti viſus, in die autem non videt: & ideo ſignat eos qui in temporalibus ſunt aſtuti, & in ſpiritualibus ſunt inertes.

Item larus, qui natat in aqua, & volat in aere: & ideo ſignat eos qui circūciſionem & baptiſmum venerantur: vel ſignat eos qui per contemplationem volare volunt, & tamen viuunt in aquis voluptatum.

Item accipiter, qui deſeruit hominibus ad prædam, & ideo ſignat eos qui miniſtrant potētibus ad prædandum pauperes.

Item bubo, qui in nocte quęrit paſtū, de die vero latet, & ideo ſignat luxuriosos, qui occultari quærunt in noctis operibus, quæ agunt.

Item mergulus, cuius natura eſt ſub vndis diutius morari: & ideo ſignat gulosos, qui in aquis delitiarum ſe mergunt.

Itē ibis, quę eſt auis Africa, habens longū roſtrū, & naſcitur ex ſerpentibus, & forte idē eſt quod ciconia: & ſignat inuidos, qui de malis aliorum quaſi de ſerpentibus reficiuntur.

Item prohibitus eſt cygnus, qui eſt coloris cādidi, & longo collo, quo ex profunditate terræ vel aquę cibū trahit: & poteſt ſignare homines qui per exteriorē iuſtitię candorē lucra terrena quęrūt.

Itē onocrotalus, qui eſt in partibus Orientis, longo roſtro, qui in faucibus habet quoddam folliculos, in quibus primò cibum reponit, & poſt horam in ventrem mittit: & ſignat auaros immoderata ſolicitudine vitæ neceſſaria congregantes.

Item porphyrio, qui præter naturam aliarum auium habet vnū pedem latum ad natandum, & alium ſiſſum ad ambulandū: quia in aqua natat vt anates, & in terra ambulat, vt perdices, ſolo moſu bibit, omnem cibum aqua tingens: & ſignat eos qui nihil ad arbitrium alterius facere volunt: ſed ſolum quod fuerit tinctum aqua propriæ voluntatis. Item prohibitus fuit eſus herodionis, qui vulgariter falco dicitur: & ſignat illos quorum pedes veloces ſunt ad ſanguinem effundendū.

Item prohibuit etiam lex caradon, quæ eſt auis garrula, ſignans loquaces.

Item prohibita eſt vpupa, quæ nidificat in ſtercoribus, & fœtēti paſcitur fimo, & gemitum in cātu ſimulat: ſignans triſtitiam ſæculi, quæ hominibus immundis mortem operatur.

Item veſpertilio, qui circa terrā volat, ſignans illos qui in ſeculari ſciētia prēditi, ſolū terrena ſapiūt.

Item qui vitiū aliquod indebitē fugit, aliquādo in aliud cadit: Nā perdix niſum timens, & eū fugere volēs, dum eū in aere eſſe ſentit, a terra non ſurgit, ſed ſæpe dū circa terrā quaſi ſecura fugit, in rete vel laqueum ſe immittit, ſic quandoque aliquis niſum ſuperbiæ vel tyrannidis fugere volens, dum ſe ad terram nimis humiliando, vel indiſcretè mite cēdo dimittit, aut in puſillanimitatis laqueum incidit, vel nimiæ remiſſionis

missionis retibus se inuoluit.

Item vitia tria magis generalia repræsentantur in vpupa, s. auaritia, luxuria, & superbia. Nã vpupa humana cõedit stercora, auis est omnino immunda: sed cristis capite extensis galeata. Humana quippe comedit stercora, qui inhiat ad temporalia lucra, de quibus Apo. ait Phil. Omnia detrimẽtũ feci, & arbitror vt stercora, vt Christũ lucrifaciã. Immũdus autẽ est, qui luxuriosæ vitæ pollutionibus subiacet. De quo Apost. ait. Omnis fornicator, aut immũdus, &c. Sed tũc cristã gerit in capite, cũ superbia dominatur in mẽte, contra illud Tob. Superbiã in tuo sẽsu nũquã dominari permittas.

Phil. 3.

Ephe. 5.

Tob. 4.

Vitæ voluptates, quæ in tertium Aquilæ emblema designantur, tanquam noxias esse abijciendas, edocemur. Cap. XCVI.

VOluptates, & superfluitates exẽplo aquilæ abijcere docemur, Nã aquila ad plus tria oua facit: sed tertium proijcit, eo quod incubando multũ grauatur in tantum. n. tunc debilitatur, vt quasi venari nõ possit. Tria igitur oua aquilæ, tres sunt appetitus animæ. Aliquid enim aliquando appetit anima, quod pertinet ad ipsius salutẽ, & istud est primum ouum. Aliquid. n. appetit, quod pertinet ad corporis necessitatẽ: & hoc est secundũ. Aliquid vero, quod pertinet ad vitę voluptatẽ, & istud est tertium, q. s. tanquam superfluum & noxium abijciendum est. Grauat enim mentẽ frequẽter superfluitas voluptatis: & eã in tãtum debilitat, vt spiritualia venari non possit. Vnde Dñs discipulos monuit dicẽs, Attendite ne grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate.

Luc 20.

Vsura, qua & plumis Aquilæ assimilatur, quantum sit hominibus damnosa declaratur. Cap. XCVII.

VSura assimilatur plumæ, (sicut pennis aquilæ, quæ (sicut Plinius dicit) habent quandam virtutẽ corrosiuã. Vnde posita eũ aliarũ auiũ plumis, eas corrodit. Sic vsurariũ lucrum cũ bono lucro admixtũ, ad nihil ipsũ deducit. Vnde diuitiæ vsurariæ etiam cum alijs mixtæ, cõmuniter parũ durant. Habet enim vsura virtutem corrosiuã, quia eius qui mutuo accipit, facultatẽ cito consumit. Est. n. vsurariũ mutuũ apud debitorem similitudo illorũ vermiũ de quibus dicebat Iob: Qui me comedunt nõ dormiunt, & à multitudine eorũ cõsumitur vestimẽtum meum, quia ex multiplicatione vsuræ, quandoq; etiam vestimentum in pignus datũ cõsumitur, & transit ad creditorem.

Iob. 36.

Leprosi quando in veteri lege mundati dicebantur, hæc Christus passeribus à leprosis oblatis, Gallinaq; multis pulcherrimis similitudinibus comparati, explanatur. Cap. XCVIII.

CHristus præfiguratus fuit in passeribus qui offerebantur in purificatione leprosi in lege Moysi. Leprosi. n. purificari dicebantur, quãdo consortio hominũ iudicio sacerdotis restituebãtur, & cultui diuino reddebãtur: Cõtingebat tamẽ quãdoq; vt diuino miraculo, per ritũ legis carnalis lepra mũdaretur: quãdoq; etiã sacerdos in iudicio decipiebatur. Vnde primo iudicabatur mũdus: & postea restituebatur tanquam mundus cõsortio hominũ, & cultui diuino, s. post 7. dies, in prima autẽ, purificatione offerebat pro se leprosus mũdatus duos passeres viuos, & lignũ cedrinum, & vermiculũ, & hyssopum, hoc modo, vt filo coccineo ligarentur passeres, & hyssopus simul cũ ligno cedrino, ita q̃ lignũ cedrinũ esset quasi manubriũ aspersorij, hyssopus vero & passeres, erãt id, quod de aspersorio tingebatur in sãguine alterius passeris immolati in aquis viuis Hęc aũt 4. offerebãtur, cõtra 4. defectus leprę. Nã contra

Leuit.

contra putredinem offerebatur cedrus, quę est imputribilis: contra fœtorē hyssopus, quæ est herba odorifera, contra insensibilitatem, passeres viui: contra turpitudinem coloris, vermiculus qui habet viuū colorem. Passer viuus auolare vero dimittebatur in agrū, quia leprosus restituebatur pristinæ libertati. In octaua vero die admittebatur ad cultū diuinū, & restituebatur cōsortio hominum, primo tamē rasis pilis totius corporis, & vestimētis lotis, eo quod lepra pilos corrodit, & vestimenta inquinat, & fœtida reddit, & post modū sacrificium offerebatur pro delicto eius: de sanguine autē sacrificij vngebatur extremum auriculæ eius qui erat mūdatus, & postea pollices manus dextræ, & pedes, quia in istis partibus primū lepra diuoscitur, & sentitur. Adhibebātur autē huic ritui, tres liquores, s. sanguis cōtra sanguinis corruptionē, oleū ad detignandū sanationē morbi, & aqua viua ad emundādum spurcitiā. Per duos ergo passeres significabantur figuraliter diuinitas, & humanitas Christi, quorū vnus s. humanitas, immolatur in vase fictili super aquas viuentes, quia, s. per passionem Christi aquæ baptismatis consecrantur. Alius autē s. impassibilis diuinitas, viuus remanebat, quia diuinitas mori non potest. Vnde & auolabat, quia passioni astringi nequit: hic autem passer viuus simul cū ligno cedrino, & cocco vermiculo, & hyssopo, i. fide, spe, & charitate, mittitur in aqua ad aspergendū, quia in fide Dei, & hominis baptizamur. Lauat autē homo per aquā baptismatis, vel lachrymarū vestimēta sua, i. opera; & omnes pilos i. cogitationes radit, tingitur etiā extremū auriculæ dextræ eius, qui mundatur de sanguine, & oleo, vt eius auditus muniatur contra corruptentia verba: pollices autem manus dextræ & pedis tingūtur, vt sit eius actio attenta; affectio sancta.

Item Christus assimilauit se gallinæ. Matth. Quoties, inquit, volui congregare filios tuos quēadmodū gallina congregat pullos sub alas. Gallina enim (vt dicit ibi Glosa) est circa pullos suos pijssima: Nam sub alis congregat eos, cōtra miluū defensat, pro labore & amore filiorum ægrotat, plus de pullis, quam de se curat, eos magis quā se pascit & satiat, inuenta esca eos vocat pro illorū defensione hominem impugnat, prosipsorum quasi amore raucit, & vocē mutat, plumas deponit, & tota hispida fit, & demissis alis incedit. Hæc autem omnia Christo congrua sunt: Nam ipse ad pullos suos; id est fideles, magnum affectum pietatis gerit, eos sub alis protectionis suæ in vna fide & ecclesia cōgregauit, contra miluū. i. mundū seuientē eos defensauit, pro labore & amore nostro in cruce totus languidus apparuit, plus de nobis quam de se curauit: nō tantum pane materiali, sed etiā de sacramentali & spirituali suæ doctrinæ nos pauit: inuenta esca nos vocat, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, pro nostra defensione diabolam expugnauit: in cruce amore languens, & voce deficiens, raucus factus fuit, secundū illud Psa. Raucæ factæ sunt fauces meę. Ibi etiam plumas & vestimenta deposuit, i. corpore flagellatus, toto hispidus factus fuit: & diuinitatis suę potentiā abscondens, alis, id est, viribus suis dimissis incessit. Hęc igitur omnia Christus pro nostro amore fecit. Qui cum Patre & S. Spiritu, viuit & regnat Deus in sæcula sæculorū. Amen.

Mat. 23

Mat. 11

Psa. 68.

Explicit liber quartus.

P. R. O.

Digitized by Google

PROLOGVS LIBRI QVINTI,

IN QVO PLVRIMA DE animalibus terræ, videlicet beſtijs, reptilibus, ac iumentis, exempla introducere, eaque moribus adaptare proponit.

FEcit Deus beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas, & iumẽta, & omne reptile terræ in genere ſuo. Gen. 1. Deus homĩe in rerum primordio in hac dignitate creauit, vt animalia terræ omnia ei ſubiecta forent, quamdiu ſine trãſgreſſione præcepti, quod illi dederat, in ſinnocentia permaneret. Vnde ſcriptura ſacra tellatur, tanquam trinum, & vnum Deum de homine dixiſſe creando. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur in terra: Et vt ipſa quoq; animalia homini obedirẽt ad nutũ, mox primis creatis parẽtibus, ſuper eadem animalia terræ dominatũ cõceſſit: dicens. Creſcite, & multiplicamini, & replete terrã, & ſubiicite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus quæ mouẽtur ſuper terrã. Et vt homo eorundem pro libito ſeruirio vti poſſet, Deus ante cõſpectũ ipſius omnia cõgregauit, vt ea nominibus varijs, iuxta vniuſcuiuſq; proprietatẽ naturæ ſingula deſignaret, vt patet ibidẽ. Verũ poſtmodum interueniente peccatõ prædictorum primorum parentũ, et diuini trãſgreſſione mãdati, quãquã præfatum dominium hominum ſuper animalia bruta fuerit diminutum, vt ſui vindex inobedientia, hominis inobedientiæ cauſa fieret etiã iumentis; nõ tamen, miſerãte auctore, fuit ex toto ſublatum: quia ſic, ſeueritatem iuſtitiæ miſericordia temperauit, quòd prædictorum animaliũ terræ quædã cõuerſa ſunt ad hominis ſuppliciũ, quædã vero relicta ſunt ad hominis obſequiũ, & nõnulla cõceſſa ſunt ad hominis infirmantis remediũ. Hoc eſt ergo, quod in verbis propoſitis Moyſes animalia terræ tripliciter nomĩa tit. Nã nominauit beſtias, reptilia, & iumenta. Fecit, inquit, Deus beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas, & iumenta, & omne reptile terræ in genere ſuo. Nã quæ ſunt ad ſuppliciũ hominis, beſtias nominauit, quia beſtia (ſecundum Iſi.) dicitur quaſi vaſtia, à vaſtando, prout ſunt leones, & vrſi, & animalia agreſtia, quę homines quãdoq; immanitet lacerãt, & deuaſtant. Vnde dicitur Eccle. Omnia hæc ad vindictam creata ſunt, beſtiarũ dentes, & ſcorpij &c. Quæ vero præſtant remedia, reptilia nũcupauit. Nam ex tyris, & ſerpen-

Gene. 1

Iſido.

Eccl. 39

Digitized by Google

tibus, & alijs quæ reptant super terrã, quãquam venenosa existãt, salutifera tamen antidota cõfici docentur a medicis, quæ venenis & morbis varijs salubriter obsistunt. Cæterum animalia illa, quæ in obsequijs, & vsibus varijs homini famulantur Moyses in verbis propositis iumenta nominauit. Quæ recte (vt dicit Basi) iumenta dicta sunt, quasi hominis iuuamenta, prout equi, vel boues, & alia consimilia, quæ hominibus in necessitatibus auxiliũ præbent. Nõ tãtum autem hæc iumenta omnibus præbent corporalia iuuamenta, sed insuper eis porrigunt spiritualia documenta: propter quod eorum doctrinam requirere iubetur, Iob. Interroga, inquit, iumenta, & docebunt te; nõ quidẽ documento verbi, sed potius exempli, eo videlicet modo, quo Sapiens in proverbijs dicit, Vade ad formicam piger, & considera vias eius, & disce sapientiã. Porro quia scriptura diuina nõ tantũ de iumentis huiusmodi, sed etiã de animalibus alijs, vt bestijs, & reptilibus, ad informationẽ nostrã exempla introducit, sicut Salomõ fortitudinẽ iusti Leoni assimilauit, dicens: Iustus quasi leo confidens, absque terrore erit. Et Dominus serpentis prudentiam nos imitari mãdauit, dicẽs: Estote prudentes sicut serpentes: propositum meum est in hoc quinto libro generaliter de animalibus terræ, & bestijs, ac reptilibus, & iumentis exempla introducere plurima, & ea (licet breuiter) moribus adaptare, librorũ præcedentium ordinem in materijs, & capitulis cõformiter prosequendo, ad illius videlicet laudẽ & gloriã, qui docet nos super iumenta terræ qui est Deus benedictus in sæcula sæculorum.

Basi.

Iob. 12.

Prou. 6.

Prou. 28

Matt. 1.

Abstinentiam, ieiuniumq; valde hominibus prodesse, variis cauis, ac serpentis exemplis, sacrorumq; Doctorum auctoritatibus confirmatur.

Cap. I.

ABstinentia in pluribus hominibus iram, vel impatientiam generat. Nam sicut canis famelicus, si nimis fame excrucietur, cõuertitur in rabiem, sic etiã homo gulosus, si paululum abstineat, & ieiunet, efficitur impatiens, & furiosus, quia delicijs assuetus, non potest famem pari. Et tales erant ludæi ieiunantes, quibus Dominus dixit. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè, cõtra quod dixit Maximus in sermone de natali, Ieiunium pacem debet nutrire, non iurgia. Quale illud est autẽ, quod non vescaris carnibus, & de ore tuo omni esca fordibus egreditur maledictum?

Isa. 58.

Maximus.

Item abstinentia deuota diabolum fugat. Nam sicut fames valida expellit lupum de nemore, ita abstinentia deuota diabolum expellit ab homine. Matth. Hoc genus dæmoniorum non eiicitur, nisi in oratione, & ieiunio. Dicit Ambrosius, quod homo ieiunus sputo suo serpentem corporalem interficit: quanto ergo magis ieiunium deuotum spirituale? Iudith post ieiunium caput Holofernis amputauit. Hiero Sagittas diaboli ardentes ieiuniorum & vigiliarum frigore restringere debemus. Psal. Ego autem cũ mihi molesti essent, induebar cilicio, humiliabam in ieiunio animam meam.

Matt. 9.

Ambr. in ser.

Iud. 3.

Psal. 34.

Item abstinentia plurimum est vtilis ad deponendam vetustatẽ pravæ consuetudinis. Nam serpens, quando senio se grauatum sentit, & pellem veterem cupit deponere, vt renouetur; primo a cibo abstinet pluribus diebus, vt sic pellis eius faciliter relaxẽtur. Quid autem est vetusta serpentis pellis, nisi prava & vetus consue-

Digitized by Google

consuetudo carnalis corruptionis quam si quis deponere appetit, oportet quod primo abstineat a cibis, & delicijs. Vnde Leo Papa dicit, quod per voluntarias afflictiones abstinentiæ, caro cõcupiscentijs moritur, & spiritus virtutibus renouatur. Item superfluæ delectationes gulæ vindicandæ sunt per afflictiones abstinentiæ. Nam leo cum se nimis ingurgitasse sentit, per plures dies non manducans abstinet à cibis. Sic quoque superfluitas, & voluptas cibi expianda est in cibi subtractione, & afflictione ieiunij. Greg. Caro læta traxit ad culpam, afflicta reducat ad veniam. Vnde Bern. dicit. Per hoc, quod à licitis abstinemus, ea nobis quæ prius commisimus, illicita condonantur.

Leo pa. ser. de ieiu.

Grego.

Bern.

Illis qui Canis rabidi morsum passi sunt, accidiosi comparantur, quod pluribus similitudinibus demonstratur.

Cap. II.

ACcidiæ tentatio similis est morsui canis rabidi. Nam qui mordentur à cane rabido terribilia somniant, & timent in somno, & conturbantur: sine causa fiunt stupidi, omnes respiciunt, & à nullo respici volunt, & etiam si passio inualuerit omnẽ potum respuunt, aquam timent, & latrant vt canes; & ita timidi fiunt, vt præ timore cadant, & tales cito moriuntur, nisi eis citius succuratur. Ille igitur mordetur à cane rabido, qui tentatur de accidiæ vitio, & tales somniant terribilia, & timent sine causa. Quasi enim terribilia somniant, quia ea, quæ facilia sunt, difficilia æstimant, & idcirco sine causa illa aggredi, vel persequi formidant. Somnians enim aliquod terribile, timet vbi nullum periculum imminet: quia illud, quod per somnum cernit, non vera res sed imago rei existit: Est enim somnium (prout dicit Philosophus) phantasma aliquod extrinsecus apparens in somno, phantasma autem est similitudo rei imaginatæ, & non ipsa res. Talis enim accidiosus homo est: cumque aliquod laboriosum occurrit faciẽdum, deficiens spiritu quasi stupidus fit.

Aris. de som. & vig.

Item omnes laborantes intuetur, & ipse piger existens, piger tamen videri vel reputari non patitur. Et si in ipso accidiæ passio inualescit, omnem potum, id est, perceptionem doctrinæ salutiferæ renuit: aquam pœnitentiæ timet & refugit, & præ tædio vitæ, vt canis latrat, quia in omnibus impatiens semper conqueritur, & murmurat. Ad spiritualia autem, & virtuosa, ita accidiosi & interdum timidi & pusillanimes sunt, quod omnia dimittentes, in desperationẽ ruũt: propter quod tales amissa diuina gratia citius moriuntur in anima, nisi eis adhibeatur alicuius spiritualis remedij, per quẽ excitentur, debita medicina. Et ideo Apo. dicit. Tristitia seculi, i. accidia, mortem operatur, scilicet animæ. Vnde sicut mortuo corpori impossibilia est omnis animalis motus, ita accidioso animo impossibile videtur esse omne laboriosum opus. Vnde Seneca dicit, Nõ putãt accidiosi posse fieri quicquam, quẽ facere non possunt ex infirmitate sua, de virtute ferunt sentẽtiam: Nã hęc ad quę imbecilles sumus, dura atque intolerãda credimus tormenta, reputantes mortificari, ac prima luce excitari: non ista difficilia sunt, sed nos fluidi, & exiles sumus.

2. Co. 7.

Sen. in Ep. 92.

Ex similitudinibus naturalibus earum animalium, aduersitates hominibus elatis prodesse, verumq; temporalis prosperitatis nonnullis obesse, nec non aliquibus prodesse, explanatur.

Digitized by Google

Cap. III.

ADuersitas hominibus superbis & aridis magis prodest quam prosperitas: Nam carnes animaliũ, in quibus caliditas & siccitas dominatur, vt sunt carnes hirci, in æstate sunt malæ, sed in hyeme sunt optimæ. Est autem velut calor æstatis fauor prosperitatis, qui plures malos efficit, dũ in superbiã extollit, sed quasi asperitas hyemis, est afflictio tribulationis, quę dum ad humilem sui recognitionem mentẽ reducit, ad optimi dispositionem perducit. Greg. dicit, quod præsentis vitæ prosperitas innocentię testis non est, multi ad perẽnem vitam per flagella redeunt, & pleriq; ad infinita supplicia perducẽdi sine flagello moriuntur. Plerunque ergo de hominibus accidit, quod facit hyems aduersitatis bonos, quos fecerat æstas prosperitatis malos. Grego.

Item prosperitas temporalis aliquibus prodest, & aliquibus obest, secundũ defectũ, vel abundãtiam charitatis. Nã carnes animaliũ, quæ sunt calidę & humidę, vt pecorinæ, in hyeme sunt bonæ, & in autumno possunt competere: sed frigidæ & siccæ, sicut caprinæ, & frigidæ & humidæ, vt porcinæ, à medio æstatis vsque ad finem sunt optimæ, in hyeme pessimæ. Similiter etiã homines, qui sunt charitatis amore calidi, & lachrymarum deuotione humidi, tempore hyemis, i. aduersitatis, sunt boni: quia charitas patiẽs est, & non irritatur. Sed etiã in autũno, i. abundantia prosperitatis, quia autũnus abũdat fructibus, tales cõgruenter se habent, quia sciunt abundare, & penuriã pati. Sed illi qui sunt frigidi calore, s. charitatis carentes, & ficci, humorem gratiæ non habentes, vel frigidi ad spiritualia, & humidi, i. fluxiles ad carnalia, isti sunt 3. Co. 13

pessimi, & in hyeme i. in aduersitate, quia asperitatem aduersitatis nequeunt sustinere: possunt tamen esse boni à media æstate. i. prosperitate, quia si prosperitate mediocriter & temperate vteretur, non eis obesset, sed potius prodesset: Est enim in prosperitate, vt sic proficua, necessaria tẽperantia: alioquin est nociua. Vnde Seneca dicit, quod ipsa fælicitas nisi tẽperetur, premit vel proterit multarum vrbium in ipso flore luxuriosa imperia quæ ceciderunt. Et quicquid virtute partum erat, intemperantia corruit. Sen. ep. 85.

Corporis nimiam debilitatem exemplo Taxi etiam animæ vires frangere cudimus.

Cap. IIII.

AFflictio carnis indiscreta plus obest animæ, quam prosit, vt patet exemplo taxi: Nam (sicut dicit Aristote.) Est quædam species taxi, quæ cum sua fœmina cibos contra hyemẽ colligit: sed postea timens, ne deficiat, fœminam vsque ad saturitatem comedere nõ permittit. At illa patientiam simulat, & masculo cedens cauernam exit, & per partem alteram latibulum intrat masculo ignorante, cibos deuorat, & cõsumit. Sunt quasi taxus, & fœmina, spiritus & caro humana; & dũ carni spiritus plus quã necesse est subtrahitur, quamuis corpus ad tempus sustineat, tamen per alteram partem, s. per infirmitatẽ aliquã, vel debilitatem virtutis, quã incurrit, plus improuidè spiritui subtrahit, & sibi assumit, quã illi spiritus ãnte subtraxerit, & sic indiscrete abstinẽs, vel laborãs, vnde etedit lucrari, perdit. Et ideo Gre. dicit, Plerunq; dũ plus iusto caro restringitur, ab opere bono eneruatur, vt ad orationem, vel prædicationem nõ sufficiat, dum incentiua vitiorũ in se funditus suffocare festinat. Arist. de anim. Gre. in Hom.

Ambi-

Digitized by Google

Ambitiosum non mediocriter hominem in periculo detinere, quidq; ambitiosis eueniat, canium similitudinibus aperitur.

Cap. V.

AMbitio sic tenet hominem in statu periculoso, vt ipsum propter periculum dimittere non velit. Sicut enim canis os carneū inuitè dimittit, & etiam carnes calidas ad ignem quantumcunque ei noceant, vel minis expellatur. Sic etiam ambitiosus non vult dimittere dignitates, quantumcunque occasione illarū angustias multas, & pericula sustineat. Prouerb. Vsquequo paruuli
Prou. 1. diligitis infantiam, & stulti ea quæ sibi sunt noxia cupiēt? Puer enim difficiliter ascēdit equum, sed dum parum equitauit, non potest deponi, donec cadit subito: sic ambitiosus vix dignitates derelinquit, donec subito moritur. Psal.
Psal. 36. Psal. Vidi impium superexaltatum & eleuatum, &c.

Item ambitiosis accidit sicut canibus, comestis enim carnibus os canibus proijcitur. Magni canes osse relicto inter se litigant, interim alius paruus canis veniēs os inuenit, & comedit in pace, magnis de eo certātibus, & nihil inde habentibus. Sic vacāte magna præbenda, dum vnus ex vna parte, alius pro ipsa præbenda surgit ex altera ad illā adipiscendā, ad Papam appellant, & præbenda relicta super eam litigant, & causantur. Et interim Deus confert alicui illam simplici, & bono, qui eam non expectabat, nec curam
Luc. 2. adhibebat, Luc. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.

Improborum Amicorum vsus qualis existat, mirificis vulpium filiorum, caniumq; ac Murium exemplis declaratur.

Cap. VI.

AMicus fraudulentus, qui solum vtile sibi intendit, deficiente vtili efficitur aliquādo inimicus. Nam pulli vulpium quādo nō inueniunt lac in matris vberibus, mordent dentibus, & lacerant, & tanquam extraneam reputant. Sic amici fraudulēti, nisi (vt solebant) dederint in ore eorum quippiam, suscitant bellum super eos, vt dicitur Mich. Mich. 6

Item patet, quod amicus, qui est causa vtilitatis, tamdiu stat, quādiu vtilitas durat, exemplo canis, qui diligit os carneū & amplectitur, & conseruat, quādiu inuenit in eo quod rodat, sed nudū sine carne relinquit. vnde Seneca. Qui Sene.
vtilitatis causa assumptus fuerit, tam diu placebit, quamdiu vtilis erit.

Item amici vtiles assimilantur muribus qui in plenilunio crescunt, sicut quædā marina faciūt, sed decrescente luna minuuntur. Sic amici qui sunt causa vtilitatis, crescunt crescēte luna, id est, fortuna, sed ea diminuta minuūtur, vt Poëta dicit: Cum fueris fœlix multos numerabis amicos. Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Spiritualis, carnalisq; amoris discrimen, & effectus, ex forma bruti, ac hominis exēplo agnoscitur: amoremq; spiritualem, animæ vitā esse, & sanctis viris summopere prodesse, pluribus animalium similitudinibus ostenditur.

Cap. VII.

AMor spiritualis trahit ad superna, sed amor animalis & carnalis trahit ad terrena: quod apparet per exemplum in formatione animalium. Nam formatio in animali bruto, & completo, faciem habet reflexā ad terrā, soli homini faciem erectā natura seruauit. Vnde Poëta, Pronaq; cum Ouid. in
spectent animalia cætera terram: Meta.
Os homini sublime dedit, cælūq; videre. Vnde Basilius dicit: Pecudes omnes terrenę sunt, ideo curuātur ad terrā. Sed est alia plātatio, cęlestis homo, quę tātū habi- Basi.

tu, figurę tãtum dignitate distar à brutis. Illorũ est facies deorsum, tuũ vero caput in sublime erigitur. Sed si te fœdaueris corporis voluptate, comparatus es iumentis insipientibus, & similis factus
Psa.48 es illis. Sic ergo cum per amorem fiat quædã spiritualis formatio, quia anima in illius rei quam diligit similitudinem transformatur, ille qui habet amorẽ spiritualem & rationalem, habet caput, i. mentẽ eleuatam ad superna: sed ille qui habet amorẽ animalẽ, i. voluptuosum, vel carnalẽ, habet eã tanquã brutũ animalinclinatã
Col.3. solũ ad infima. Apo. Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terrã.

Item amor spiritualis, in quo consistit vita animæ, tãto diutius cõseruatur, quanto homo minus habet de terrenæ cupiditatis ardore. Nam cernus, qui (vt dicit Pli.) nunquam febrẽ sentit, diu-
Plin. tissimè viuit, s. plus quam cẽtum annis: & hoc compertũ est in cer uis Alexandri post eius mortem captis per centũ annos, qui habebãt annulos aureos in naribus ab eo sibi missos: Quid enim est æstuans febris, nisi ardor cupiditatis. Qui ergo hac febre caret, diutius in vita moratur: quia q caret cupiditate, longanimiter conseruatur in charitate: Amor n chari tatis est calor animæ vitalis. Vnde Hugo de sancto Victore Scio,
Hugo. inquit, anima mea, quia amor est vita tua. Vnde Io. Scimus quoniã
1.Io.4. translati sumus de morte ad vitã quam diligimus. Hanc autẽ vitã amoris extinguit virus cupidita-
Augu. tis. Vnde Aug dicit, quòd charitatis venenum est cupiditas.

Item amor spiritualis facit sanctos viros non sentire ruinã, vel aduersitatem rerum temporaliũ. Nam catus, quando ab alto cadit, super anteriores pedes se recipit, & vix per casum aliquã læsionẽ sentit vel incurrit. Sic sancti viri, cum per aduersitatis incursum cadunt ab alto prosperitatis temporalium, recolligũt se super anteriores pedes, id est, firmant se in affectibus spiritualiũ: Sunt enim anteriores animæ pedes spiritualiũ affectiones: quasi autem posteriores, sunt affectus temporales. Apostol. Quæ retro Phil.3.
sunt obliuiscens, ad anteriora me extendens. Et ideo sancti viri casum temporalium tanto minus sentiunt, quanto in amore spiritualium vehementius inardescunt.

Item amor charitatis est ignis spiritualis, qui animam non vastat, sed renouat: Vnde mentes Deum amãtium similes sunt cinguli quibusdam, qui fiunt de corio salamandrę: Est enim quoddã genus Salamandræ, cuius pellis villosa ad modum pellis vituli marini, ex qua ad vsus regum fiunt cinguli, & hi cinguli post multam vetustatem, in ignem proiecti, non exuruntur, sed renouantur. Apostol. Renouamini Phil.4.
spiritu mentis vestræ.

Anima rationalis quo magis humiliatur & à terrenis seiungitur, eo magis exercitijs spiritualibus aptior efficitur, quod per aranearum ipsius, telæ artificium singulariter similitudinibus elucidatur.

Cap. VIII.

ANima quanto est humilior & ab amore terreno magis vacua, tanto est in spiritualibus exercitijs magis ingeniosa, & operosa. Nam aranea est corpore paruo, & tamen ad faciendum telam est mirabiliter operosa. Et est valde admirandum, quomodo tantã materiam de vtero suo trahat. Dicit enim Auicenna, & Auic.
etiam Diosco. quod aranearum telæ, naturæ artificio, ex earum visceribus generantur, cum tamen (vt dicunt quidam) semper eius vterus inueniatur vacuus à tali materia. Est igitur in aranea parui-

Digitized by Google

paruitas corporis, vacuitas ventris, & nihilominus mirabilis ars inue ſtudioſitas operis. Nam (ſicut dicit Plinius,) moderato vngue rotundum filum educit, & miro artificio fila connectit, quæ ab imo vſque ad ſummum, & tranſuerſaliter de puncto ad punctum reducit quadam lineari diſtantia, & omnes lineares tractus in puncto medio æquali diſtãtia a centro coniungit, & ipſius telæ interualla, ſeu ſpatia inter fila miro artificio nunc ſunt quadrata, nunc oblonga, nunc rotunda, & tanto ſtrictiora, quanto medio viciniora, & tanto latiora quanto extremis proximiora, quomodo autem filum filo tam indiſſolubiliter coniungat, viſus non indicat, & rationis iudicium vix affirmat. Miro etiam modo per fila tam ſubtilia vix viſui periuria, ſe leuiter eleuat, & inclinat, vt volare videatur. Paruitas ergo corporis, ſignificat humilitatem mentis: vacuitas ventris, carentiam terreni amoris. Ingenioſitas artificij, prudentiam operis, qua ſancti viri ſpiritualia opera faciũt mirabili modo ordinata, cõnexa, diſtincta, formata, & firma, ſe aliquando humiliter deprimendo per condeſcenſionem, aliquãdo ſublimiliter eleuando per cõtemplationem. Similes videlicet illis angelis, quos vidit Iacob in ſcala aſcendentes, & deſcendentes.

Plin.

Gen. 28

Item animę inferiores vires diſponuntur per ſuperiores. Reſpondent enim in anima vires inferiores ſuperioribus, ſicut animali vngues reſpondent cornibus. Tãta enim eſt affinitas inter vngulas & cornua, quod iubet Ariuaccam patientem in vngulis, cũ oleo inter cornua perungi. Per cornua vero accipe vires ſuperiores, ſ. voluntatem, & rationem, ſed per vngulas vires appetitus ſenſitiui inferiores, ſ. irascibilem, & concupiſcibilem: quæ tunc a morbis paſſionum inordinatarum temperantur, & curantur, quando ipſæ ſuperiores vires oleo diuinæ gratiæ perunguntur, & talis anima ſimilis eſt illi vineę, de qua dicitur, Iſa. Vinea facta eſt dilecto meo in cornu filio olei.

Iſa. 5.

Quibus armis ſpiritualibus contra inimicos dei electi ſeipſos tueri debeant, per naturales animalium terreſtrium armaturas inſtruuntur.

Cap. IX.

ARmatura ſpiritualis hominũ aſſimilatur armaturæ naturali animalium terreſtrium. Nam in animalibus ingenita eſt natura, vt contra læſionem aliquid ſemper habeãt munimenti: vt cerui ad ſuam defenſionem habent cornua, apes aculeos, leones vngues, lupi dentes; & minuta animalia, quæ ſe defendere non poſſunt, agilitatem ad fugiendum receperunt, vt lepores, & huiuſmodi. Similiter contra corpus, id eſt, cõtra tentationes carnis, cerui, id eſt, ſpirituales viri iuuant ſe cornibus duobus, ſ. oratione qua fugantur cogitationes interiores, & ieiunio quo fugantur motus carnis exteriores. Vnde hoc genus dæmoniorum, ſ. carnalium tentationum, non eijcitur, niſi in oratione & ieiunio. Diabolus autem ſæpe trahit homines ad peccatum, a quo debet homo reſurgere, & de manu diaboli exire, iuuando ſedentem, quo cibus teritur, in quo ſignatur contritio peccatorũ. Vnde quaſi lupus conterens, eſt peccator, in mente cõtritionem habens.

Matt. 9.

Item debet ſe iuuare vngue, quo ſcilicet ſcindit, & aperit; & aperiendo, quod intus eſt, prodit, & ſignat confeſſionem, qua peccatum in conſcientia la-

Digitized by Google

tem, ad salutem aperitur.

Item debet se iuuare aculeo, vt apis, id est, solicitudine satisfactionis: Nã quasi aculeus pũgens est memoria offensæ, ad satisfactionem impellens. Vel apes, id est, pœnitentes, per bona opera fructificantes, debent habere aculeum punctionis, id est, timorẽ diuini iudicij, vel memoriã mortis. Sed contra mundũ si quis non est ad resistendum fortis, debet iuuare se fuga, sicut fecerunt sancti Patres antiqui, persecutionem declinantes, ad deserta confugientes. Psalm. Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Vel saltem fuga mentali fugere debent, scilicet cor à mundanis remouendo Psal. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.

Psal. 54.

Psal. 62.

Auaritia damna, auaritiæ praui effectus, per sanguisugã, Apum, Aranea, Simea, auaritiæ tandem formica exemplis demonstrantur.

Cap. X.

Auaritiæ assimilatur sanguisugæ, quæ os triangulare habet, & fistulam in ore, cum qua sanguinem bibit, & carni applicata sanguinem sugit; & cum nimium repleta fuerit, illũ euomit, vt iterum sugere possit, sicut Isid. dicit. Similiter auaritia habet os triangulare, quia s. tres habet modos præcipuos, malè acquirẽdi per rapinam, furtum, & vsurã: cuius fistula irreplebilis, est cupiditas insatiabilis. Hæc sanguinẽ pauperum sugit, sicut manifestè apparet in vsurarijs, qui omnibus ad vitam necessarijs, suos quandòque debitores exspoliãt, et ex vsurario lucro cum repletam bursam habuerit vsurarius, adhuc illud euomit, id est, adhuc illud lucrum receptum ad vsurã tribuit, vt iterum lucretur. Prou. Sanguisugæ duæ filiæ sunt dicentes, Affer, affer.

Isa. 34.

Isid.

Prou. 30.

Item auarus est sicut canis, ad cumulum fœni iacens, fœnũ custodiens, nec inde aliquid comedens, sed latrans, nihil inde amouere permittens. Et idem dicuntur facere quidam serpentes, qui balsamum custodiunt, nihil deferri permittunt, licet ipsi non vtantur. Et etiam sunt similes auari apibus, quæ mel per flores colligunt, & ipsæ in fœcibus melis moriuntur.

Item auarus homo similis est aranex, quæ exiguo tempore longa trahit fila, & telæ semper intenta, nunquam desinit laborare, perpetuum sustinet in opere suo dispendium, quia ad modicum ventum vel pluuiam, tela rumpitur, in qua diutius laborauit. Sic auarus in modico tempore magnas diuitias acquirit, & texturæ, id est, augmentationi, vel gubernationi earum semper intentus à labore nunquam desinit, sed frequenter postquã magnam telam, id est; magnam substantiam congregauit, ad modicum ventum, id est, incursum alicuius belli insurgentis, vel tyrãni diripientis, vel etiam ad modicã pluuiam alicuius infortunij contingentis, aufertur subito illud quod cum magno diutius labore est congregatum. Isa. Telas aranex texuerunt.

Isa. 59.

Item auarus assimilatur simiæ, quæ quando duos habet fœtus, filium quem magis diligit, in brachijs portat, aliũ vero in humeris gestat; sed quando sibi fugiendi necessitas instat, dilectum filium eijcere cogitur; quæ dum ab alio quẽ humeris gestat, premitur; facellius capitur. Simia ergo est auarus: filius autẽ quẽ diligit, est mũdus, quẽ brachijs, i affectionibus stringit & gerit? filius antẽ quem minus diligit, est spiritus suus, quem quasi post dorsum portat, quia parũ de ipso curat. Sed cum

post

Digitized by Google

post mortem hinc fugere siue exire cōpellitur, tunc filium dilectū, id est, mundū dimittere cogitur; & spiritus de quo non curat, peccato grauatus à dæmonibus capitur, & ad æternum interitū ducitur Luc. Mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Luc. 16.

Item auari similes sunt formicis magnis, quæ dicuntur Indicæ ab ipsis historiographis, quæ aurum mira cupiditate custodiunt, & pro eo defendendo cōtra homines bella sumunt, & tamen inde nullum commodum suscipiunt. Dicit enim Solinus quod formicæ illæ sunt magnæ, & cornutæ, & est illis mira feritas propter amorem auri. Sed homines in æstiuo tempore illuc vadunt, quando propter caloris æstum morantur in latibulis, & sic aurum furantur, & gemmas. Sed formicæ eos odore præsentiunt, foras exeunt, eos inuadūt, & aurum pro posse defendunt, & tamē de ipso auro nec comedūt, nec bibunt, nec aliquid inde faciunt. Simile accidit multis auaris, qui die noctuq; pro auro laborant, nec inde bonū habent. Eccl. Vir, cui Deus dedit diuitias, substantiam, & honorē, & nihil deest animæ suæ ex omnibus quæ desiderat; nec tribuit ei potestatem Deus, vt comedet ex eo, sed homo extraneus deuorabit illud: hoc vanitas, et magna miseria est. Eccl. 6.

Vnico elephantis exemplo, mentes feras sedare, vniceq; Deum amare edocemur.
Cap. XI.

BEneficentiæ obsequiis delinitur feritas mentis: quod patet in elephantibus, qui capiuntur hoc modo (vt dicit Solinus) sit fouea subterranea in via per quam assueuerint ire, in quā elephas incidit ignoranter, ad quem veniens vnus venator, percutit eum, & pungit ipsum: alter autem venator dum venit percutientem, ipsum percutit, & eum expellit, & dat ei hordeum ad comedendum. Cumque ter, vel quater sic fecerit, bestia liberantem se diligit, & ei obediens mansuescit: ex quo patet, quod sicut dicit poëta: Omne ferox animal placat amica manus. Sed si brutū animal, sic diligit se deceptorie defendentem, vel demulcentem, seu de fouea extrahentem, quanto magis anima debet Christum diligere, qui eam veraciter a diabolo defendit, cælesti pabulo reficit, & de baratro peccati educit? Vnde quilibet Christianus debet dicere: Quid retribuam Domino pro omnibus quæ tribuit mihi. Psa. 115

Scorpionum natura describitur, qui hominibus blandis assimilantur, peccatoresq; blanditijs linire prohibetur
Cap. XII.

BLanditores assimilantur scorpionibus. Scorpio n sicut dicit Grego. blandiendo incedit: sed cauda ferit; nec mordet in facie, sed a posterioribus nocet. Vnde dicitur scorpio a scorte, quod est dulce, & poio pois, quod est fingere, eo quod in anteriori parte blanditias fingit, & posteriore pungit. Scorpiones ergo sunt omnes blandi, & malitiosi, qui bonis in facie non resistunt, sed post dorsum portant vnde venena fundant. Grego.

Item peccatores delinire blanditiis malum est magnum. Vnde præcepit Dominus, Non coques hædum in lacte matris suæ. per hædum enim peccator, in lacte vero blanditiæ designantur, de quibus Pro. Fili mi si te lactauerint peccatores, non acquiescas eis. hædum quidem in lacte coquere, est peccatorem hominem blanditijs delinire. Aliter autem hædus signat Christum: propter similitudinem carnis peccati, qui Exo. 23. Prou. 1.

Digitized by Google

erat à Iudæis occidendus, id est, occidendus in lacte matris in tempore infantiæ suæ.

Bonitatem æque hominum malitiam ex tribus angeri, præcipuèq; ex voluntate manare, variis exemplis naturalibusq; brutorum affectibus aperitur.

Cap. XIII.

BOnitas & malitia hominum dependent multum ex loco vbi morantur, & ex societate cum qua conuersantur, & exercitio in quo occupantur. Nam (secundum Hypocratem) ad cognitionem bonitatis animalium prout veniunt in cibum hominũ, cõfert scire & pascua vbi nutriũtur: quia illa quæ pascuntur in montibus, id est, in locis siccis, meliora & sapidiora sunt ad esum, quam ea quæ in vallibus humidis & aquosis. In quo etiam signatur, quod etiam pœnitentibus meliora sunt loca penuriosa, quã delitiosa. Eccl. Hęc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, abũdantia & saturitas panis. Item prodest etiam scire aëtem humidum & siccum quo conuersantur: Quasi enim aër quo homo circũdatur, est collegiũ in quo homo cõuersatur: de quo multum refert vtrũ sit humidus vel siccus, i. vtrũ devotus, vel indeuotus, & aridus.

Item confert scire quantitatem quietis & motus eorum: Animalia autẽ domestica paucioris motus sunt, & ideo maioris humiditatis, quàm syluestria: propter quod carnes domesticorum sunt molliores, & ad dirigendum faciliores: nam ex multa quiete pori clauduntur, & calor intus includitur: propter quod grossi humores dissoluuntur, & sic carnes molliescunt & attenuantur. Sed quia nimium comedũt & bibũt, humorum superfluitates augentur, & in pinguedine multiplicantur, & ideo talium animaliũ carnes plurimũ nutrire probantur. Sic viri spirituales & cõtemplatiui magis quieti, & minus operatiui sunt quàm carnales, vel actiui, & ideo secum morantes magis sunt per lachrymarũ compunctionem humidi, id est, quibus etiam ex multa quiete mẽtis clauduntur pori .i. sensus corporis, & dissoluuntur grossi humores, id est, dissipantur in eis terrenæ cogitationes & affectiones, molliescunt pietate, & attenuantur cibi & potus parcitate. Sed quia spiritualibus nutrimẽtis intrinsecus abundantius perfruuntur, ideo consolationis & gratiæ pinguedine replentur, de qua Psa. Sicut adipe & pinguedine replea tur anima mea.

Item bonitas & malitia moris sequitur in hominibus ex bonitate & malitia volũtatis, sicut in brutis prouenit ex bonitate, & malitia complexionis. Nã quod facit in brutis naturalis complexio, hoc in hominibus facit voluntatis dispositio: propter quod dicit Augustinus, quod voluntas est qua peccatur & rectè viuitur, quod autẽ mores varientur brutorum secundum varias complexiones eorũ, ex multis exemplis apparet: Hinc est enim quod licet omnibus animalibus insit motiua & sensitiua virtus, tamen secundum magis & minus. Nam quædam sunt sensus viuacioris, æstimationis fortioris, & sagacitatis subtilioris. Hinc est, quod bos est pigritia plenus, & tardus ad motum, asinus stolidus, equus ad concupiscentiam pronus, Lupus indomitus, canis gratificus & fidelis amicus. Et hoc etiã similiter prouenit (vt dicit Aristote.) quòd quædam animalia sunt magnæ mansuetudinis, vt vacca, & ouis: quædam indomitæ feritatis, vt vnicornis: quædam magnæ audaciæ vt leo; quædam astutæ fraudationis & multæ malitiositatis,

Hypo.

Eccl. 16

Psal. 62.

August.

Arist. de na. ani.

Digitized by Google

tatis, vt lupus, & vulpes. Hinc etiam est (vt idē dicit) quod quędā animalia diligunt societatem, & turmatim vadūt, vt cerui, onagri, & cameli, & huiusmodi. Et quędā societatē fugiūt, sicut illa quę de rapina viuunt. Aui. autē dicit, quod inter omnia animalia homo non potest viuere solus, & grues, formicæ, & apes in hoc cū homine concordāt; Omnes ergo huiusmodi mores, qui insunt diuersimode brutis, ex diuersitate cōplexionis cōpetunt & suo modo hominibus, ex diuersa dispositione voluntatis: Dicunt. n. primo omnibus hominibus inesse cōmuniter sensus discretionis, & motus boni operis: prelati & maiores debent esse sensus. i. agnominis vtuacioris, respectu Dei. æstimationis fortioris & verioris, respectu sui, & sagacitatis maioris, respectu proximi, vel debet esse in eis sensus excellens in contēplatione diuinorū, æstimatio vehemens in prouisione futurorū, & sagacitas prudēs in gubernatione subiectorū, vel sensus quantū ad expositionē Scripturarū, æstimatio quantū ad distributionē eleemosinarū, sagacitas quantū ad correctionē culparū. Inueniuntur etiā homines similis bobus per tarditatem pigritiæ: similes asinis per stoliditatē imprudentiæ, similes equis per pronitatem luxuriæ, similes canibus in fidelitate amicitię. Inueniuntur interdū quidā mites vt vaccæ, per mansuetudinem, & quidā feroces vt vnicornes, per tyrannidē; quidā audaces, vt leones, per præsumptionē: quidā fraudulenti, vt vulpes, per deceptionē. Nōnulli etiā vitā solitariā, & cōtemplationis secretū diligūt, quidā vero in cœnobiorū siue cōuētuū cōgregationibus domino seruire satagūt, cōmuniter autē homo non tute vivit solus, neq; quātum ad vitā corporalē, neq; quantū ad spiritualē. Vnde dicitur. Væ soli, quia si, &c. Claustrales vero q̄ simul viuūt, dicunt cōuenire cū gruib. in scipsos bene custodiēdo: grues. n. dicuntur esse optimę sui custodes, q̄a grues (sicut dicit Ambr.) vocis pconio terrā petūt, vbi a labore quiescūt, & ad castrorum custodias vigiles ordināt, vt alię lecure quiescat. Vigiles. n. lup vnū crus, stāt directe, & lapillū in altero pede tenent a terra suspensō, vt si somnus irrepserit, per casum lapilli excitētur.

Anie.

Eccl. 4.

Itē cōuenire debēt cū formicis, de futuro videlicet sagaciter pui dēdo. Pro. Vade ad formicā ō piger, & cōsidera vias eius, & discе sapientiā: quæ cū nō habeat ducē neq; prætorē, nec principē, parat æstate cibū sibi, & congregat in messe quod comedat. Itē debet conuenire cū apibus, bona opera dulciter faciendo. Eccl. Breuis in volatilibus est apis, & initiū dulcoris habet fructus illius.

Prou. 6.

Eccl. 6.

Fraterna dilectionis lex quemadmodum sit à nobis adimplenda, castorum, cæterorūq; exemplis perfecte instruimur.

Cap. XIIII.

CHaritatis fraternæ legem implere Castores nos docent. Nā hæc animalia in grege viuūt, suā speciē diligunt, dētibus ligna prędidūt, & ad sua latibula ferūt, & miro modo ea deducūt. Nā vnū pro vehiculo pedibus eleuatis supinū ponūt, & inter eius crura abscissa ligna cōponunt; & sic cū oneratū ad latibula sua trahunt, quem exonerant, & cū subtilitate multa sibi habitacula parant. Docent igitur nos castores inter homines socialiter, & amicabiliter viuere, exēpla virtutū ab alijs auide capere, q̄ est ore arborū ligna prędere, & ad nostræ mentis habitationē conuertere, quod autem vnus onera pro alijs portat, docet nos illam legē charitatis adimplere, de qua Apost. dicit

Deu. 22

1. Cor. 9

Alter

Gal.6. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi, & præcipue debemus nos inuicem iuuare ad ędificandũ mentis domum, in habitaculum Dei.

Item charitatis ordo requirit, vt fortiores in laboribus debiliores præcedant, vt eorum tam exemplo, quam auxilio imbecilliores laborem facilius ferant. Exẽplo scilicet ceruorum quãdo flumina immẽsa, & maria trãseunt, tunc fortiores in natando præcedunt, quibus debiliores natando capita superponũt: & sic sibi succedẽtes inuicem, laborem leuius
Ro.15. ferent, (vt dicit Isid.) Apo. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere.

Hominis carnalis, qui Herydi serpenti comparatur, miseria quanta sit, breuiter demonstratur.

Cap. XV.

CArnalis homo assimilatur Herydi serpenti, qui moratur in aqua, à quo percussi obrigescunt in hydropisim, quam multi bouem vocant, quia bouis stercore vtitur, vt Isido dicit. Tales sunt carnales homines in aquis voluptatis viuentes, qui efficiũtur vt hydropici, insatiabiles de ipsis delectationibus carnis, sicut hydropicus de potu. Et ibi dum in carnalibus gloriantur, quasi stercoribus bouis vtuntur. Gloria enim viri peccatoris ster-
1.Ma.2. cus, & vermis. Vt quasi stercus bouis, est ipsa immũditia carnis, in qua luxuriosus delectatur.
Thre.4 Thre. Qui voluptabantur in croceis amplexati sunt stercora, id est, spretis delectationibus spiritus, amplexantur carnalia vitia. Et etiam serpens rinatrix, qui ve-
Lucan. neno aquas inficit, vt Lucanus dicit, & talis est delectatio libidinis, quæ etiam aquas matrimonij inficit veneno peccati.

Caro humana quæ vacca, & ipsiusmet concupiscentia, quæ Sirenæ, Scorpioni, & ruberæ assimilatur, quomodo sit edomanda pariter, & à peccato purgando edocetur.

Cap. XVI.

CAro nostra assimilatur vaccæ. Vacca enim impinguata iugum abijcit, cui minus pasta se liberè subijcit. In fimo autem proprio iacens, & torpens pinguescit, & maximè, si à labore subtrahatur. Sicut igitur vacca ex cibo, ex lecto siue fimo, & otio impinguata iugum recusat, sic etiam caro nostra ex refectione gulæ, & fimo luxuriæ, & ex otio incrassata recalcitrat, & iugum spiritus portare recusat. Deuter. Incrassatus est dilectus, Deu. 23
& recalcitrauit. Econtra autem caro laboribus & abstinentia domita, iugo spiritus subditur mansueta: propter quod dicebat Apost. Castigo corpus meum, & in 1.Cor.9
seruitutem redigo. Vnde carnis lasciuia domãda est ad modum iuuencæ: Est enim iuuenca iuuenis vacca, quando iam iugo est apta (vt dicit Isid.) quæ quia est animal lasciuũ, iugo fortiori premitur, et stimulo pungitur, vt rectè bouem sequatur. Si quando caro lasciua est, debet forti iugo pœnitentiæ premi, & penalium operum stimulo molestari. Eccl. Ecc. 33.
Seruo maleuolo tortura & compedes.

Item carnis concupiscẽtia assimilatur syrenę, quę dulcedine sui cantus hominem dormire facit, quem cum viderit consopitum, portat ipsum ad locum siccum, & cogit ipsum coire secum: quod si noluerit, vel non poterit, ipsum occidit & comedit. Quasi ergo pestifera syrena est carnis concupiscentia, cuius cantus dulcedo, est delectationis suggestio; ad quã tunc homo dormit, quando ratio per negligentiam nõ resistit: sed tunc ad siccum ducitur,

quando

Digitized by Google

quando per interiorē consensum aqua gratiæ vacuatur: sed tunc eum syrena coit, cū ad opus peccati peruenit: quod si homo forte, iam interius tactus aliqua cōpunctione, refugeret, vel impedimento aliquo perficere non valuerit, tunc acriori pugna tentationis inuaditur, à qua nonnunquā prosternitur, & peccati consuetudine deuoratur. Isa. Syrenæ in delubris voluptatis. Isa. 14.

Item concupiscentia carnis assimilatur scorpioni: cuius venenum (sicut dicit Pli.) per triduum valde lædit, & tandē lenta morte perimit, nisi citius succuratur. Similiter concupiscentiæ venenum valde lædit, quasi per triduum, primo, scilicet in delectabili cogitatione, secundo in consensus adhibitione, tertio vero in operis impletione. Opus enim luxuriæ lenta morte perimit: quia non statim, sed post finem viuendi ad æternum supplicium perducit. Plin.

Item caro nostra per humilitatem pœnitentiæ mortificata, efficitur animę medicina: cuius exemplum apparet in rubeta siue in borace, quæ est genus ranæ venenosæ: que licet sit venenosa valde, tamen per incinerationem perdit vim veneni, & virtutē medicinæ magnā recipit. Vnde valet ad cutis, & carnis perditæ recuperationem, & neruorum consolidationem, & vulnerum desiccationem, si debite illo cinere quis vtatur: sic licet caro veneno sit infecta concupiscentiæ, per incinerationem tamen, id est, per mortificationem pœnitentiæ humiliata, efficitur animæ medicina: quia, scilicet, per eius afflictionem, & mortificationē virus luxuriæ extinguitur: meritum per peccatum prius perditum, restauratur, nerui, id est virtutes animæ consolidantur, & roborantur, & vulnera tentationum cessant, & excicantur.

Item carnis vitia remouentur assiduitate laboris: cuius exemplum apparet in capreolo, quia (sicut dicit Constantinus) in velocitate motus, & assiduitate discursus, caro capreoli à superfluitate expurgatur, & saporis & odoris grauitas ab eorū carnibus amputatur, & tenerior, & digestibilior efficitur. Sic etiam ex solicitudine boni operis, & assiduo motu laboris, caro nostra à vitiorum carnalium passionibus expurgatur, quorum nutrimentum est otium. Eccl. Mitte seruum, id est, carnem in operationem, ne vacet: multam enim malitiam docuit ociositas. Ecc. 32.

Item carnis vitium siue tentatio melius fugiendo, quam resistendo euaditur: sicut capreolus non vngue, neque dente, sed sola velocitate fugæ à canibus se defendit. Vnde Apost. Fugite fornicationem. 1. Cor. 6

Castitatem seruantes multa suscipiunt bona, & à multis liberātur curis: quod quidem per bouis castrationem, & caloris similitudinem aperitur.

Cap. XVII.

Castitas hominis assimilatur castrationi bouis. Nam bos post castrationem proficit in robore & virtute, & efficitur magis domitus, & maturus, & quietus, & ad laborem magis aptus, & grauioris incessus, in quibus significat, quod per castitatem voluntarie & integre seruatam, quā castratio significat, (de qua Dominus dixit, quod sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnū cœlorum) homo disponitur ad augmentum gratiæ, ad suscipiendum mansuetus iugum disciplinæ, ad maturitatem pœnitentiæ, ad quietem consciētiæ, ad labore quoque obedientiæ, & ad grauitatem modestiæ. Mat. 19.

Item

Item castè viuentes liberantur à multis curis & periculis, quæ coniugati patiuntur, & illaqueatur. Et ideo continentiã vouetes, & continenter viuentes, sunt similes castori, qui sentiès se à venatoribus propter testiculos quæri, quos habet medicinæ aptos, dum ipsos venatores præsentit, testiculos sibi abscindit, & venatoribus derelinquit; & sic se ab eis redimit, & ideo castores à castrando vocantur. Et hoc testificantur de castore Isidor. Cicero, Iuuenalis, Phisiologus, & Plinius. Quidam autem auctores hoc negant: quia forte tamen ipsorum aliqua est species quæ hoc facit. His ergo similes sunt continentiam vouentes, & qui semetipsos non carnaliter, sed spiritualiter castrant propter regnum cælorum, & ne per desideria & voluptates carnis capiantur à venatoribus infernalibus, id est, à dæmonibus.

Sanctorum virorum prudentia quanta sit, panthera vnius dæmonstratur exemplo.

Cap. XVIII.

CAutelis, & circunspectionibus multis sancti viri abundant, maximè in exterioribus. Vnde sunt similes pantheræ, quæ est in pelle exteriori minutis orbiculis superpicta, ita vt ex macularum varietate tota videatur exterius oculata. Sicut de sanctis animalibus dixit: Apocal. quod erant plena oculis ante & retro. Et isti oculi, sunt eorum prudentissimæ cautelæ; & circunspectiones prouidæ, quibus vident quomodo sit cautè ambulãdum in omnibus, vt dicitur ibidem, quod isti oculi sanctorũ animalium erat ante & retro. Nam ante est cautela multiplex, & circunspectio virtutum: sed retro cautelæ, & circunspectiones vitiorum, vel ante habent oculos, id est, cautelas in prouisione futurorum, & retro ex memoria præteritorum, vel ante habent oculos in contemplatione spiritualium, retro vero habent oculos, id est, cautelas multas in dispensatione temporalium. Vnde subtiliter cõtemplantur æterna, quæ sunt ante, & prudentes dispensant temporalia, quæ sunt retro.

Apo. 4.

Mentis cæcitatem, lacertæ pulcherrimo exemplo, à nobis expellere, ac per pœnitentiam portæ lumen gratiæ recipere erudimur.

Cap. XIX.

CAecitatem mentis fugare nos docet lacerta. Est. n. quædam lacerta saura dicta (vt dicit Isid.) cuius oculi dũ præ senectute caligant, foramen intrat parietis, & contra solem oculos aperiens, lumen recipit. Quasi lacerta caligans ex vetustate, est peccator cæcatus ex longa peccandi consuetudine. Hic si vult lumen gratiæ diuinæ recipere, oportet quod intret foramen parietis, i. amaritudinem pœnitentiæ, vel regularis obedientiæ, & ibi oculos mentis, id est, intellectum per orationẽ, & affectum per deuotionẽ Soli, i. Christo aperiat. Vel aperiuntur oculi animæ lumini cælestis gratiæ per contritionem, & confessionem in foramine parietis, id est, in arctitudine satisfactionis, & tunc recipitur lumen gratiæ cælestis. Isa. aperientur oculi cæcorum.

Isa 35.

Cameli singulari exemplo, verbũ, quod profectibus anima est, digne suscipere manifestatur.

Cap. XX.

CIbus spiritualis doctrinæ qualiter sit recipiendus, ostenditur exemplo cameli. Nam camelus habet plures ventres.

Primo recipit cibum ventre primo, qui incipit digeri in secundo, & melius in tertio, & eius digestio consumatur in quarto. Sic cibus

cibus spiritualis doctrinæ requirit quatuor receptacula. Nam primo oportet, quod recipiatur in
Ioan. 8. aure, i. vt attẽte audiatur. Io. Qui est ex Deo, verba Dei audit.

Secundo in corde, vt intelligatur, vt memoriter teneatur. Iac.
Iac. 1. Non auditor obliuiosus factus. & ibi incipit digeri per affectionem, scilicet in corde, in qua tamen digestione non transmutatur verbum, sed transmutat.

Tertio, in manu, id est, in opere, vt impleatur. Iac Estote factores
Iac. 1. verbi, & non auditores tantũ: & hoc modo melius digeritur: quia plus applicatur homini, &
Iac. 1. plus assimilatur ipsi. Iac. Factor operis hic beatus in facto suo erit. Sed quarto recipitur in ore: vt sapienter doceatur: & hæc est completa verbi digestio, i. vtilitas cõmunis. cum s. perficit discentem.
Matt. 5. Vnde Mat. Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.

Vita claustralis commendatur, quæ & testudini non immerito assimilatur.

Cap. XXI.

CLaustralium vita assimilatur tortugæ. Nam tortuga testa claditur, & illa quæ est fluuialis, est venenosa, & mortifera. Sed terrestris, quæ habitat in domibus, vel syluis, est bona. Huius carnes ethicis & cõsumptis sunt bonæ, quia sunt virtutes reparatiuæ. Sic vita religiosi testa includitur, i. clausura claustri, & obedientiæ, & continentiæ. Sed si sit fluuialis, i. laxa, vel fluxa, & nullo freno disciplinæ coercita, sicut sunt monasteria quædã, tunc est venenosa, & mortifera. Mortifera, s. eis, & venenosa aliis imitantibus eos. Sed terrestris, i. illa, quæ disciplinæ debitæ terminis stabilitur, siue sit cœnobitarũ in ciuitatibus morãtium, siue heremitarum in syluis degentiũ, bona est, & laudabilis. Hæc ethicis, id est, cõsumptis, id est, his qui sunt in mundo defecti, vel debilis virtutis ad euadendum pugnas mũdi, vel diaboli, est vtilis, & prosicua ad assumendum: quia reparat, & confert eis virtutes spirituales. Psalm. Ecce elongaui fu- Psal. 55.
giens, scilicet à mundo, & mansi in solitudine.

Peccata illicò confiteri canis exemplo, ea no per verecundiam confouri in grauioribus: à diabolo illaqueamur peccatis, leonis similitudine admonemur.

Cap. XXII.

COnfiteri, & purgari peccata canes docent, qui quando infirmantur, comedunt radicem cuiusdam herbæ, vt euomant, & sic curantur: Et dicit Plinius, quòd euacuationes, & purgationes primo ostenderunt canes, qui repleti noxio cibo, gramen comedunt, & vomendo se purgant. Si quis habet infirmitatem peccati, si comedat radicem herbæ, id est, si habeat contritionem, quæ est radix pœnitentiæ; inducet eum ad cõfessionis vomitum, per quam purgabitur animus emittendo peccatum: per gramen igitur pœnitentiæ euomitur peccatũ in confessione, quod erat venenosum nutrimentum animæ: & ita fit purgatio conscientiæ. Eccle. Vo- Eccl. 32.
me, & refrigerabit te.

Item confessio peccati facienda est, dum adhuc peccatum recens est: quia tunc pœnitentem efficaciter liberat, eum sit antequã peccatum per consuetudinem inuetescat. Nam catulus lactens apertus, & ictibus serpentiũ appositus, venenũ extrahit, dolori subuenit, & membrum totum sanitati restituit, cum aliis remedijs quæ fiunt, vt Plin. dicit. Quasi Plin. li. 5.
enim catulus lactens, est peccati nouitas defectans & demulcens: quę tũc aperitur, & ictui serpẽtis apponi.

apponitur, quando cum compunctione in confessione exponitur. Quasi enim ictus serpētis est ipse casus tentationis: qui & venenū culpæ per cōsensum, & dolorem conscientiæ per remorsum inducit. Sed dum per confessionē peccatum adhuc secens, detegitur, quasi lactens catulus, & apertus vulneri adhibetur, quo & venenū culpæ abstrahitur, & dolor conscientiæ tollitur: & cum adhibitis remedijs, satisfactionis mentis salus integraliter reparatur.

Sed notandum, quod verecundia confitendi tenet hominem in peccato, & facit eum teneri, & illaqueari à diabolo, sicut tenetur & capitur ab homine leo. Ad capiēdum enim leonem fit duplex fouea: vna continua iuxta aliam, & ouis ponitur in prima: sed quædam cista, quę faciliter clauditur, ponitur in secunda. Veniens ergo leo propter quem, salit in primā, & videns se nō posse exire de ea, ductus verecundia, vt lateat, intrat in secundam, & sic incidit in decipulam, Postmodum à secunda in primam à venatore inducitur, & tandiu ibi tenetur, donec dometur, vt tangit Hiero. Similiter est duplex fouea ad capiendum & illaqueandum peccatorem: prima est, quando peccatum committitur: secunda est, quando peccatum retinetur, siue cōtinuatur. In prima ponitur ouis, id est, delectatio bestialis, propter quā peccator seipsum præcipitat. In secunda est cistula se claudens, id est, peccati consuetudo, quæ quasi inclusum tenet peccatorem, vt vix exire possit: & peccator ex prima intrat secundam, propter verecundiam, scilicet vt lateat; quia postquam homo cecidit in peccatum, in tantum verecundatur confiteri, & timet ne sciatur, quod potius permanet in ipso peccato. Sed quia dum vnum peccatum retinetur, trahit ad aliud: ideo ex prima fouea transit ad secundam, quia ex opere peccati, transit ad consuetudinem peccādi: propter quam homo fortiter & diutius à diabolo detinetur; ita quod ab ipso nunquam dimittitur, postquam ab eo inclusus est per prauam consuetudinem.

Hiero. super ex.

Item accidit peccatori sicut cani. Est enim quædam rana quæ missa in os canis, ipsum obmutescere facit. Canis ergo est peccator immundus, quem rana, id est, humana verecundia obmutescere facit ad confessionem peccati. Et similiter rana, id est, timor mundanus facit obmutescere canem, id est, prædicatorem à vitiorum redargutione. Isa. Canes muti non valentes latrare. Isa. 56.

Sanctorum confidentia Leonis exemplo spiritualiter in capite Christo, & in pectore, id est, corde persistere edocetur.

Cap. XXIII.

Confidentia sanctorum virorum non est in exteriori apparatu, sed in interiori spiritu, & in Christi auxilio, & virtute. Sunt enim similes leonibus, quorum tota virtus est in pectore, & firmitas in capite: sic virtus Sanctorum est in pectore, id est, intus in corde: quia cor in pectore clauditur. Aposto. Det vobis corroborari per spiritum eius in interiori homine. Ephe. 3.

Item firmitas eorum est in capite, id est, in Christo. Psal. Verbo Domini cæli firmati sunt, scilicet sancti; Ipse enim Christus qui est verbum Dei, est caput sanctorum, id est, Ecclesiæ, secundum illud Apostoli: Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam quæ est corpus eius. Pro. Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. Psal. 32. Ephe. 1. Pro. 28.

Quemadmodum contriti peccatores, aliquoue infortunio afflicti, subleuentur, mero elephantis exemplo demonstratur.

Cap.

Cap. XXIIII.

COmpassionem, & auxilium dicunt homines impendere ei qui cecidit in peccatum, vel in aliquod graue infortunium, exẽplo, f. elephantum. Dicit enim Philo. quod cum elephas quietis gratia, arbori & maximè palmæ se appodiat, quãdoque arborem frangit, & in terrã cadit: qui casum suum irrecuperabilem videns miro modo barrit, ad cuius barritum multitudo iuuenũ accedit subito elephantum, qui seniorẽ pro viribus releuant, & vt eum erigant, miro affectu se inclinant. Tunc autem homo quiescere volens, arbori se appodiat, quando mundo, vel delectationi peccati inhæret, vt desiderio suo satisfaciat: sed arbore fracta cadit, quia vel mundo deficiente, vel delectatione transeunte, in aduersitatem, vel peccatum ruit. Et tunc casum suũ miserabilẽ agnoscẽs, debet barrire, id est, aliorum auxiliũ flebili er implorare, clamo ad sanctos, vel ad homines pios, & humiles, & tunc alij fortiores, vel potentiores debent ei compati, & iuuare pro posse, vt Eccl 4. subleuetur. Ecclesia. Si vnus ceciderit ab alio fulcietur.

Aristot de anim.

Tentationum sagittas, quadam capreoli singulari similitudine, expellere cernimus.

Cap. XXV.

COmpunctionis humilitas repellit tentationum sagittas. Aristot. li. de ani. Dicit enim. Arist. de capreolo, quod quando vulneratur ciminũ quærit, & comedit, quo sagittas de corpore suo eijcit. Quasi autẽ sagittarum iacula, sunt tentationum incendia, quibus cum se aliquis percussum videt, ciminum comedere debet. Et tunc aliquis ciminum comedit, cum ad compunctionis humilitatem solicitè se reducit, hæc enim est quæ tumorẽ elationis reprimit, sicut clamini semen ventris inflationem restringit. Hæc igitur compunctionis humilitas dum cor fortẽ custodia munit, tentationum sagittas longius repellit. Gre. Si cõ- Grego. punctionis virtus nos in intimis in qua afficit, omnis strepitus prauæ co damgitationis obmutescit. ho.

Hominis domus interior qua fit, quãmq; solerter à nobis sit ædificanda, parãda, ac custodienda, Bombicis exemplo aperitur.

Cap. XXVI.

COnscientiæ suæ domum debet homo quilibet ædificare ante omnia, deinde alijs intendere, exemplo bombicis, id est, illius vermis ex cuius textura bombicinum conficitur. Hic enim primo domũ fabricat, in qua habitat, & in qua contra frigus se defensat, postea vero telas texit more aranearũ. Domus interior hominis, conscientia est, quam sapientia ædificat, pœnitentia purgat, charitas ornat: & talibus ante omnia homo intẽdere debet. Ecclesi. Percurre in domum tuam, Eccl. 32 &c. Hæc domus cũ est bene præparata, efficitur Dei habitaculũ, pacis domicilium, delitiarum cælestium refectoriũ, & contra frigus, i. contra asperitatẽ cuiusque aduersitatis fortissimum propugnaculum. Hac ergo domo prius composita, potest securè homo telas exterius texere, id est, exterioribus rebus intendere ordinãdis ad aliorum vtilitatem.

Item domus conscientiæ cum labore ædificatur, sed faciliter deuastatur. Vnde assimilatur aranearum telæ, quæ cum labore multo componitur, & tamen faciliter dissipatur. Sic conscientia per vnum actum peccati mortalis. Iacob Qui offendit in vno, factus est omnium reus. Iac. 2.

Digitized by Google

Principium contemplationis, seu orationis locus vbi sit, eiusdemq; effectus, & vtilitates, animalium nonnullorum exemplis, naturalibusq; rationibus declaratur.

Cap. XXVII.

Contemplatio, & oratio congruit per similitudinem habitationi animalium terrestriū, quorum quædam (vt dicit Auic.) habitāt in montibus, vt cerui, & huiusmodi. Psal. Montes excelsi ceruis: quædā vero in cauernis, vt vulpes, & talpæ, & huiusmodi, Mat. Vulpes foueas habēt: quædā vero in campis, & planis locis, vt oues, & huiusmodi. Psal. Oues, & boues vniuersas, insuper & pecora campi. Sic vita contemplatiua, vel orantium, requirit montem, id est, altitudinem cōuersationis. Isa. Venite ascendamus ad montē Domini. In cuius signum, dominus orare volens, montem ascendit. Item requirit cauernam, id est, latibulum secretatis, & solitudinis. Matth. Tu cum oraueris intra cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum.

Aule. Psa. 103 Matt. 7. Psa. 8. Isa. 2. Mat. 14.

Item planitiem & latitudinem dilectionis, vel planitiem, & altitudinem humilitatis, vel planitiē, id est, temperiem sobrietatis, scilicet vt contemplator nō plus sapiat quam oportet sapere: & ideo nō debent per in præsumptionem ascendere, sed se in humilitate tenere, Eccle. Altiora te ne quæsieris.

Item contemplationis quies animas impinguat, sicut somnus impinguat glires. Glires.n. sunt longi mures, quos somnus efficit pingues: Tota enim hyeme dormiunt, & requiescunt quasi mortui Significant ergo eos qui sunt in contemplatione diutius persistentes, qui dum introrsus in semetipsis ab exterioribus tumultibus semori, diutius in contēplatione persistūt, quasi lōgo somno quiescentes, interna cōsolatione pinguescunt, & dum exterioribus curis & actibus moriuntur, mirabili pinguedine gratiæ interius imbuuntur.

Item contemplatio, vel oratio facit nos cognoscere statū mētis nostræ, & eius defectum. Nam onager quando nescit vbi fœmina sua sit, in montem altum ascēdit, & solo flatu percipit vbi sit. Sic homo, qui vbi, i. in quo statu sit, mentem suam, vel conscientiā nesciat, debet per contemplationem & orationē in altum ascēdere, & ibi illuminatus, & si non visione, id est, certa cognitione, saltē tamē quodā odore, id est, quadā probabili cōiecturatione perpendet, & cognoscet de statu, vel de defectu animæ suæ. Isa. Ecce intelliget seruus meus exaltabitur, & eleuabitur. Tūc seruus Dei intelliget qualis sit, cum in altum contemplationis exurgit. Isa. 52.

Vera contritionis vis, qua culpa venenum est, immundis muscis pulcherrimo exemplo comparatur.

Cap. XXVIII.

Contritio humilis trahit de corde peccatoris venenum culpæ, & mitigat morsum & tristitiam conscientiæ, sicut muscæ cōtritæ, & super morsum aranee venenosæ appositæ venenum extrahunt, & dolorem lenium, vel alleuiant. Nam contritio muscarum immundarum, est contritio & pœnitentia turpiū actionum; Morsus autem venenosæ araneæ, est cōsensus, vel perpetratio actionis, seu tentationis malæ. Vnde circa hoc exemplum quòd musca viua sit araneæ esca, mortua autem & contrita sit morsus araneæ medicina. In quo signatur, quòd peccatum in homine vīuēs diabolum pascit. Sed cū per pœnitentiam, & contritionē mortificatus, virtus diaboli euacuatur.

Vel

Vel musca mortua & cõtrita, est caro vitijs mortificata, & pœnitentiæ afflictionibus attrita: quæ aranearũ morsibus obsistit, quia dæmonum tentamenta repellit.

Diabolum, qui sui assimilatur, prauum cordis hominis intentionem magnificere, pluribus rationibus demonstratur: Aranearũ exemplo qua via reparetur anima peccatrix edocetur.

Cap. XXIX.

COrdis vitium diabolus super omnia diligit, immo vt ipsum nutriat, interdum omnia vitia extinguit extrinseca. Et ideo diabolus similis est sui. Nam suis (sicut dicit Plin.) interdũ viginti filios parit, & quandoque omnes devorat, præter primum quẽ præcæteris amat, & primo primam mammillam dat. Similiter diabolus quamuis in homine multa vitia quasi multos filios pariat, tamen quia prima radix omnium est in corde, ideo corruptionem cordis super omnia fouet & amat, propter ipsam conseruandã, & nutriendam etiã alia vitia extinguere nõ curat: quæ maximè apparet in hypocritis, quorũ quasi omnia vitia oriuntur ex intentione cordis sinistra. Ad quã nutriẽdam, & conseruandam in eis, nõ curat, immo gaudet diabolus, quod omnia vitia exteriora restringat, scilicet quod vitiũ gulæ restringat per abstinentiã, vel luxuriæ per continentiã, vel linguæ per doctrinã sanctã, vel auaritiæ per eleemosynam: & sic de alijs omnibus non curat diabolus, dũmodo cordis intentio, quæ est, vt primogenita eius, permaneat, & conseruetur corrupta: Scit enim diabolus bene, quod si est praua intẽtio quæ præcedit, peruersum est omne opus quod sequitur: quamuis rectum esse videatur, sicut Gregorius dicit.

Plin.

Gregor. Item debet primo cor reparari, deinde exteriora reformanda, vel ordinanda sunt. Vnde aranea fracta tela non egreditur ad venandum, nisi prius illa reformata, quam semper à medio incipit reparare, nihil extrema reputans, quamdiu mediũ est fractũ. Sic animam siue vitam per peccatum fractam, primo debẽt homo reparare per pœnitentiã, incipiendo à medio, i. à corde, antequam egrediatur ad opera exteriora facienda, quia remanente interius fractura peccati, non essent meritoria opera exteriora. Mat. Munda prius, quod intus est. Greg. Si semel cor intentione corrũpitur, sequentis actionis medietas, & terminus ab hoste callido securè possidetur: Quoniã totã arborẽ sibi fructus ferre conspicit quàm veneni dente in radice vitiauit.

Mat. 23
Greg in Moral.

Quantum sit immanis hominis peruersa natura, canis similitudine sit manifestum.

Cap. XXX.

CRudeles homines sunt similes canibus, qui percussum canem, & vlulantem omnes lacerant, & persequuntur, Ita etiã hominem aduersitate percussum crudeles nõ adiuuant, sed potius detrahendo lacerãt, dicẽdo quod bene meruit. Psal. Super dolorem vulnerum meorum addiderunt.

Psal. 68

Boet. Boet. Hic malis nostris cumulus accedit, quod cum miseris aliquid grauitatis infligitur, quæ perferant meruisse creduntur. Aliquando etiam tales crudeles homines, nõ tantum maledictis, sed etiam factis, & iniurijs persequuntur, secundum illud Psal. Persecutus est hominem inopẽ, & mendicum.

Psa 108.

Quod Christus sua cruce, rubris humanitatis indutus vestimentis, dæmonem deceperit atq; vicerit, ipsius bonis spoliatis mirabile explanatur exemplo.

Cap. XXXI.

CRux Christi diabolũ ligauit, & eius virtutem prostrauit.

Digitized by Google

Cuius exemplū habetur in boue syluestri, qui odit & persequitur omne rubeum, & ideo venator se rubeis induit, & sic eum ad se inducit; Cum autem sibi appropinquare viderit, post magnam arborem se abscondit, ac bos ita fortiter arborem ferit cornibus, quod ea sic in ligno infigit, vt extrahere illa non possit: & sic dum alium occidere quærit, seipsum occidit. Hic ergo bos syluestris gerit similitudinem dæmonis, qui omne rubeum odit: quia sanctorum sanguinē fundere sitit; Sed Christus venator cælestis venit, & rubeo se induit, quando passibilem carnem induit, & assumpsit, quæ ex purissimis sanguinibus beatæ Virginis formata fuit,
Dama. vt dicit Damasc. Vel tunc rubeo indutus fuit, quando eius sanctissimum corpus sanguine rutilauit, sicut in oratione, & flagel-
Isa.34. latione, & crucifixione. Isa. Quare rubrum est indumētum tuum? Videns autem Christus tempore passionis magis propinquum sibi diabolum persequētem, post magnam arborē se abscondit, quando scilicet (occultando suæ deitatis potentiam) cruci se affligi permisit, quem dum diabolus crucifigi fideliter procurauit, in ipsam crucē fortiter impegit, & sic dum tenere & prosternere credidit, ipse detentus & prostratus fuit. Hoc enim (sicut dicit Ecclesia) ordo nostræ salutis depoposcerat, multiformis proditoris ars vt artem falleret, & medullā ferret inde hostis vndelæserat.

Leopardi exēplo singularis auaritia cupiditatem maiorem in modum fore vitandā manifestatur.

Cap. XXXII.

CVpiditas auaritiæ perducit ad interitum animæ. Est. n. cupidus similis leopardo: qui dū comederit aliquid venenosum, tunc quærit stercus humanū, vt cum eo extinguat venenum: vnde venatores sūmum illud super arborem in vase suspendūt, in quē leopardus saliens, vt sterc⁹ accipiat, interim ipsum venatores interficiunt. Tunc ergo leopardus veneno inficitur, cum auarus cupiditate accenditur: quia venenum charitatis est cupiditas, vt Aug dicit. Sed tunc ad ex- Aug. de
pellendum venenum quærit hu- confē.
mana stercora, quando ad satiā- viti.
dū cupiditatē sectatur tēporalia lucra, de quibus Apo. ait: Omnia
detrimentum feci, & arbitror vt Phi.3.
stercora, vt Christū lucrifaciā: sed tūc venatores hæc stercora super arborē suspendūt, quādo cupidæ
mēti dæmones, vt eā inflāmēt, temporaliū diuitiarū magnificētiam ostendūt: Sic fecit diabolus
Christo, quando duxit eū in mō- Matt.4.
tē excelsum, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriā eorum, & postea dixit, Hæc omnia tibi dabo, &c quod ergo fecit Christo
aperta visione, hoc facit frequē- 1.Thi.6
tius homini cupido occulta suggestione, vnde cū cupidus ad capiendum temporalium diuitiarū stercora per lucra non licita nititur, à venatoribus, i dæmonibus, vita animæ priuatur, vnde Apost. Qui volunt diuites fieri, incidūt in tentationem, & in laqueū diaboli, & desideria multa, & inutilia, quæ mergunt animas in interitum, & perditionem.

Inordinatam rerum temporalium occupationē Bombicis exemplo hominē ab interiori virtute passim privare monstratur.

Cap. XXXIII.

CVra, & occupatio temporalium multa, euacat hominē à virtute interiore. Cuius exemplum apparet in bombice, id est, in illo vermiculo ex cuius textura bombicinum conficitur: qui telas texit ad modum araneārū.

Sed

Isido. Sed ſicut dicit Iſid. Dum fila aggerit euacuatur, & nihil in eo remanet niſi aër. Ille enim ad telas texēdas fila aggerit, qui ad temporalium rerum diſpoſitiones, & occupationes vitæ ſuæ ſtudia cōuertit: quia dum ſeculi negotijs totaliter implicatur, interius virtutibus penitus euacuatur. Vnde

2. Thi. 2 Apoſt. dicit: Quod nemo militans Deo, negotijs ſecularibus ſe implicat, vt ei placeat cui ſe probauit.

Haminis curioſitate Diaboli animas ſæpenumero fallere, Cerui ſylueſtris exemplo confirmatur.

Cap. XXXIIII.

CVrioſitas nouitatum eſt inſtrumentum diaboli ad animas occidēdas: Sunt enim curioſi homines ſylueſtribus ceruis ſimiles, qui tantę ſimplicitatis exiſtunt, q̄ omnem mirantur & ſtupēt nouitatē, & equo vel bubalo ad eos accedente, ita in eum reſpiciunt, quod hominem iuxta ſe venientem & ſagittis eos impetentem, non aduertunt. Ita curioſæ mentes, cum circa quaſdam nouitates inutiles, ſed eis admirabiles, occupantur, iaculo erroris, vel elationis, vel alterius alicuius peccati a diabolo feriūtur. Apo. dicit prophanas vocum

1. Thi. 6 nouitates deuita. Sic curioſi fuerunt Athenienſes, de quibus dicitur

Act. 17 Actuum 17. quod ad nihil aliud vacabāt, niſi vt aliquid noui dicerent, vel audirent.

Peccati delectationem mortem inferre mentι, ſicuti potus muris, ſibi. Vrſi naturali exemplo manifeſtatur.

Cap. XXXV.

DElectatio peccati occidit mētem, ſicut potus murem. Dicit enim Ariſt. quod mus nō po-

Ariſt. de anim. tat, & ſi potauerit moritur. Tunc enim delectatio peccati potatur,

Pſa. 108 quando in eā conſentitur. Pſa. Introuit ſicut aqua in interiora eius, & tunc anima occiditur, quia peccatum cum conſummatum

Rom. 8 fuerit, generat mortem.

Item delectatio eſt cauſa mortis animæ, ſicut dulcedo mellis eſt cauſa mortis vrſi. Namq; vrſus aliquando altiſſimas arbores ſcādit, & fructus, & mel ibi quærit, & ſæpe dum eſurit ad eundem locum redit: Vnde venator circa pedem arboris funes atque palos acutiſſimos vndique circumcingit, & ante aperturam vnde exit mel, malleum ponderoſum cum

Hier. 23 funē ſuſpendit: veniēs ergo vrſus eſuriens, & mel de arbore trahere cupiens, per malleū impeditur, tunc ille malleum à ſe abijcit: ſed quanto fortius eum pellit, tanto grauius rediens caput eius percutit, & ſic tam diu fit quouſque ex frequenti ictu caput eius debile deficit, cadens ergo ſuper palos ruit, & ſic propria ſtultitia ſe occidit. Similiter dum homo dulcedinem, ſiue delectationes peccati quærit, malleus diuini ſermonis de quo Hier. Verba mea quaſi malleus conterens petras, peccatum ipſum prohibens ei reſiſtit, quem dum peccator abijcit, & à ſe proijcit, ſecundum illud. Pſal.

Pſal. 49. Proieciſti ſermones meos retrorſum: in ipſum fortius impingit, & finaliter deficiens in peccatum ruit, quod ad æternum interitum trahit.

Quod charitas cū bono cordis deſiderio ſemper debeat copulari vt meritum ſuſcipiat, ſingulari bouis ſimilitudine demōſtratur.

Cap. XXXVI.

DEſideria cordis bona, tunc habent efficaciam, & perducunt ad bona opera, quando ſunt charitate informata: Boues enim illæ ſunt excellētes ad opera quæ habēt cornua lata, nigra vero, & parua cornua habētes reputātur ad opus inertes. Quaſi enim cornua capitis, ſunt deſideria mētis,

Digitized by Google

quæ tunc dilatantur, quando boues charitate informantur, & tũc tales, id est, huiusmodi homines, excellenter operantur, quia amor Dei nunquam est ociosus, operatur enim magnã si adest. Psa. Placebit Deo super vitulum nouellum cornua producentem. Sed boues nigri, id est, homines in peccato obscuri, quia charitatis extensione carent, habent parua cornua, id est, parua boni desiderta. Et ideo ad bene operandum pleni sunt omni inertia. Vn de in tali boue deficiente calore charitatis, & abundante frigore iniquitatis, abundat pigritia aratri, id est, fructuosi operis, secundum illud Prouer. Propter frigus piger arare noluit.

Psal. 68.

Pro. 20

Detractoris natura breuiter aperitur, qui tribus rationibus serpenti comparatur.
Cap. XXXVII.

DEtractor assimilatur serpenti. Primo quia serpens silenter morsum infigit, sicut dicitur de dypsa, quod prius occidit quam sentiatur, neque tristitiam morituro inducit. Talis est detractor occultus. Eccles. Si mordeat serpens in silẽtio, ita nihil minus habet qui occulte detrahit. Secũdo, quia serpens nõ rectè, sed tortuosè incedit. Vnde secundũ Isi. vocatur anguis, quasi angulosus, quia nunquã incedit recte, & talis est detractor fraudulẽtus, qui incipit à commendatione, vt non recte credatur ex odio dicere, sed post recommendationem retorquetur ad vituperationem.

Eccl. 10

Isi. lib. ety.

Tertio, quia serpẽs terrã comedit: sunt enim quidam serpentes qui latitant in cauernis, & lingunt puluerem, & sugunt terræ humorem, vt dicit Plinius: talis est detractor insidiosus, & maleficus, qui actibus aliorum insidiatur latenter, & solum illud quod videt terrenum, & vile, vel despectum comedit, i. mordẽdo & detrahendo dicit: bona autẽ, si qua nouit, occultãdo supprimit. Isa. Serpenti puluis panis eius.

Isa. 65.

Hominis deuotio quo pacto perficiatur, naturali animalium exemplo docetur.
Cap. XXXVIII.

DEuoti homines quanto magis à se remouent delectabilia carnis, tanto magis proficiunt in bonitate, & sapore mentis. Nam animalia naturaliter humida, sunt meliora, & magis sapida, quanto magis sunt à lacte remota, sicut patet in carnibus porcinis. Sic multis lachrymis humidi, id est, homines deuoti, quanto plus à lacte ipsius carnalis dulcedinis elongantur, tanto magis in sapore internæ consolationis augmentantur. Psa. Renuit consolari anima mea, (in carnalibus, & ideo sequitur: Memor fui Dei, & delectatus sum. Isa. Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum, ablactatos à lacte, aulsos ab vberibus, &c.

Psa. 76.

Isa. 28.

Per multas naturales Draconis, serpentis colubri, lupi, Vulpis, taxi, tandemq; Catiproprietates, Diaboli malignitas, & qua via hominem decipiat, quoue pacto homo ei resistere debeat, non obscuris similitudinibus, veritè explanatur.
Cap. XXXIX.

DIabolus assimilatur draconi, de quo Psa. Draco iste quem formasti, i. ad illudendum ei. Nam draco habet malũ sibili: quia sibilando flatum contagiosum emittit & aëre inficit, & sic morbũ pestilẽtẽ gignit. Sic diabolus habet malum, sibiliũ, i. malã suggestionem, quã immittẽdo cor inficit, & morbum pestilentem peccati per delectationem induit.

Psa. 103.

Item draco habet malum morsum. Dicit enim Arist. quod cum morsus draconis sit venenosus & malus, pisces qui ab eo mordentur, subito moriuntur. Iste morsus draconis, id est, dæmonis, est in consen-

Arist de anima.

Digitized by Google

consensu peccati. in quo mox anima moritur;

Itē diabolus est similis serpenti, qui timet hominem nudum, & insilit in vestitum: sic diabolus timet hominem pauperem, temporalium contemptorem, & illaqueat hominē diuitem temporalium possessorem. Apost. Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationē, & in laqueū diaboli.

Item diabolus assimilatur colubro. Primo, quia vmbrā colit, vnde dicitur coluber, quasi colēs vmbram, i. corda vmbrosa & obscura peccatis: vel vmbras, id est, mentes in peccatis sopitas, quia vmbras somnum inducit. Iob. In vmbra dormit. Iob. 40.

Item coluber fugit ceruum, & diabolus fugit animam solicitam in operibus bonis: diligit enim mētem ociosam, & odit solicitā, quæ in cerua significatur, quæ est ad currendum expedita.

Item quia coluber leonem occidit, & diabolus interemit hominem superbum: quia superbia est proprium eius iaculum.

Item, quia cutam odit, id est, pœnitentiam amaram.

Item quia pellē deponit, id est, apparentem nequitiam: & hoc est, quando transfigurat se in angelum lucis.

Item, quia nemora & concauitates arborum diligit. Nemora enim sunt corda studiis rationalibus destituta, & bestialibus desideriis plena. Nā nemora sunt habitacula non hominum, sed bestiarum. Concauitates autem arborum, sunt ipsæ mentes hominū virtutibus vacuæ, quas diabolus multum diligit. Ité lae libentissimè bibit. i. dulcedinem carnis vel peccati ad sumēdū auidè inducit.

Item, quia cauda lædit, id est, in fine subuertit, principio enim blandè & astute ingreditur. Pro. Ingreditur blandè, & in nouissimo mordebit vt coluber. Pro. 23

Item venenū fundit, s. peccati.

Item quia canes fugit, i. prædicatores, qui eius nequitiam detegunt, vnde ab audiendis prædicatoribus multos retrahit.

Itē, quia muscas comedit, quia diabolus pascitur cogitationibus immundis.

Item pulueré lingit, quia auaros demulcet, & in malis lucris eis proiperitatem tribuit.

Item diabolus maximè insidiatur fini hominis, quia si in fine hominem decipit, animā & corpus occidit. Vnde assimilatur Cerastī serpenti, qui in semitis insidiosè manens insidiatur equiti vt mordeat vngulam equi. Nam (sicut dicit Glos. super Genesim) Cerastes est serpens reguli, tantæ perniciei, quod si eius venenum tantum vngulam equi tangat, equum & equitem subito perimit. Hic ergo est diabolus qui occultis modis insidiatur hominis Est enim homo similis equiti, cui ius equus est corpus, sessor autē, spiritus, vngula autem, quæ est finis corporis, signat diem mortis, in quo si potest diabolus venenū nequitiæ suæ immittere, & equū i. corpus, & equitem, i. animā ad æternum interitū inducit. Gene. Cerastes insemita mordēs vngulā equi, vt cadat ascēsor eius retro. Gen. 49

Item diaboli nequissima volūtas, nisi refrenaretur per diuinam potentiā & prouidentiā, homines non possent euadere. Est enim diabolus similis cuidam bestiolæ quę dicitur esse apud Aethiopes, omnibus membris iners, & caput pergraue: habens semper illud inclinatum, ad terrā deferens, Deo hominibus prouidēte: quia cum omnes qui vidēt eius oculos, mox expirēt, si caput eleuatū ferret, omnes occideret. Hæc bestiola diabolus est, cuius mēbra sunt omnes iniqui, quos diabolus omnes Luc. 15.

Digitized by Google

inertes reddit ad motum bonorum operum: Caput eius, id est, mens prægranata est multiplici iniquitate. Vnde ipsum caput semper defert inclinatū ad terram, quia ad hoc eius studium & tota eius contemplatio tendit, vt electorum animas à supernis trahat, & ad infima mergat. Vel diuina prouidentia caput deflexum portat, quia scilicet contra homines non tantùm erigere permittit caput quantum optat: vnde licet afflictionem iustorum semper velit, tamen si à Deo potestatem non accipit, ad tentationis articulum nullatenus eonualescit: Nā ità subtiles sunt oculi eius & venenosi, id est, malitiosi eius conceptus & astutiæ contra homines, quod nullus ab eo euaderet, si circunducēdi eos, id est, liberè exequendi potestatem prout vellet haberet.

Item diabolus assimilatur lupo.

Primò, ratione nominis, dicitur enim lupus quasi leopes (vt dicit Isid.) eo quòd quasi leonis pedibus sit ei virtus. Vnde quicquid presserit non viuit. Pedes igitur diaboli sunt delectationes peccati, per quas in hominem ingreditur, in quibus est tantæ virtutis, vt si eis mentem consentientem prestiterit, eam finaliter occidit. Pedes illorum ad malum currunt.

Isid. li. Ety.

Prou. 1.

Secundò, ratione fraudis. Legitur enim quòd lupus aliquando voces emittit quasi hominis, aliquando latratum canum fingit, vt sic pastores & oues decipiat. Sic aliquando diabolus aliquam suggestionem immittit quæ habet aliquam speciem boni, vt sic homines fallat. Corint. Sathanas transfigurat se in angelum lucis. Tunc enim in angelum lucis se transfigurat, quando videtur ea suggerere, quæ boni angeli consuuerunt persuadere. Dicit enim Arist. quod inuidia est quidā lupus qui habet faciem hominis & caudam scorpionis. Nam diabolus qui à principio quasi rationabilia suggerit in fraude, postea venenum infundit.

2. Co. 11.

Itē lupus vt capras capere possit, sub foliis se abscondit, & magis astutia quàm potētia eas vincit. Sic diabolus decipit se abscōdendo sub foliis, id est, sub apparentia bonorum: Est enim versipellis, malitia plenus, sicut in Aethiopia dicuntur esse lupi ita varij, vt nullus eis color deesse videatur, ita nec deest diabolo aliqua via fraudis.

Tertiò, ratione tyrannidis, quia diabolus fortius tentat hominē, quādo magis videt eū aduersitatibus fatigatum. Legitur n quod lupus quando ad omile vadit, cōtra ventū pergit, ne canes eius odorem sentiant, Per ventū autem intelligitur aduersitas: Vnde diabolus contra ventū vadit, quādo hominē in aduersitate existētem iterū tentādo inuadit. Sepe enim iustitia Dei permittente, homini tribulato ex ablatione substantię addit afflictionem in corpore, & deinde tentationem in mente: vt sic ad impatientiā & desperationem inducat: sicut patet in Iob: cui primo res abstulit, deinde filios extinxit, deinde graui vlcere percussit, tandem per vxorem & amicos graues tentationes in cor eius immisit, sed ille eum superauit in omnibus. Et nota, quod diabolus plus tentat & persequitur iustos quam peccatores. Dicit enim Phisiologus, quòd lupus nō venatur circa locum vbi nutrit catulos suos, sed venatur à remotis. Quasi autē loca vbi nutriuntur catuli eorū luporū, sunt malorum corda, in quibus nutriuntur delectationes & afflictiones peccatorū: ibi ergo diabolus non venatur, quia tales diabolus tētare

non

Digitized by Google

Grego. non conatur. Grego. Illos diabolus pulsare negligit, quos quieto iure possidere se sentit. sed quasi loca ab ipso remota sunt iustorū corda, quæ scilicet ei cōtradicūt: & ideo præcipuè tales diabolus persequitur, & molestat. Grego. Hostis noster nos in hac vita positos, quanto magis ūbi rebellare conspicit, tanto amplius expugnare contendit.

Quarto ratione delectationis ludi, quia lupus valde diligit ludum, vt dicit Plin. & ideo si potest rapere puerum cum eo ludit, & postea eum comedit. Qualiter autem diabolus cum peccatore ludit ostendit Grego. dicēs: Diabolus facta aliorum modo grauiora, modo nihil esse quod perpetratum est, modo misericordē Deum loquitur, modo adhuc tēpus subsequens ad pœnitentiam pollicetur, vt dum per hoc mens decepta ducitur, ab intrusione pœnitentiæ suspendatur. Prou. Stultis illudit peccatum, id est, diabolus qui est causa peccati. Postquam autem cum peccatore luserit, eum comedit. Ambr. Diabolus non diligit filios ipos, sed odit: sic enim eos amat, vt perdat: sicut amat gluto morcellum, vt comedat.

Grego. in past.

Prou. 14

Ambr. sermo.

Quinto ratione fortitudinis. Nam lupus habet magnam fortitudinem in capite, & in collo: intestina autem habet debilia. s. quia tota vis diaboli est in principio tentationis: quia si in principio sibi resistitur, post debilis efficitur. Dicit Ambr. quod homo vocem perdit, si lupus eū primo viderit: sed si homo lupū ante conspexerit, audaciam perdit, & caudam deponit. Tunc lupus, id est, diabolus hominem videndo præuenit, quando eū in principio non resistentem conspicit. Sed e contra tunc homo lupum prius cernit, cū se armat & præparat ad repellendum tentationis principium: Nam postea diabolus perdit audaciam, & caudā deponit, quando tentare dimittit, & ad finem intentum ipsam tentationem nō perfrahit. Chryso. in primis grauis, & intolerabilis est impetus diaboli; quem si quis sortiter sustinuerit, in secundo inueniet infirmiorem: quanto enim plus repercussus fuerit, tanto magis refrigescit.

Chry. in Matth.

Sexto ratione brevitatis temporis. Nam legitur in libro de animalibus, quod quando lupus nescit, quia non potest prædari, vadit de nocte iuxta ciuitates, & insidiatur hominibus: sic diabolus sciens tempus suum esse breue, iam de hominibus bestialibus non curat, sed bonos deuorare festinat. Isid. Tunc contra eū quē possidet diabolus acrius seuit, quando se diuina virtute ab eo expellendū cognoscit. Apoc. Væ terræ, & mari, quia venit ad vos diabolus habens irā magnā.

Arist. de anima.

Isid. de summ. bono.

Septimo, ratione formidinis: Lupus enim multum formidat ignem, vt dicit Homerus.

Item lapides multum timent. Sic diabolus multum timet igneā orationem, id est, feruidam, & lapides, id est, eleemosynas. Vnde dicitur, quod si quis duos lapides simul colliserit, lupus audaciam perdit. Duo lapides, sunt duplex eleemosynę, scilicet corporalis, & spiritualis: & si vtraq; fiat, est diabolo valde formidabilis.

Item, diabolus decipit hominē sicut vulpes decipit taxum: Nam taxus vulpem odit, sed videns vulpes quod eum expugnare nō possit, propter ipsius duritiē pellis, fugā capit, & dum taxus prædam quærit, vulpes eius latibulū intrans, & immundicijs vrinæ, & alijs taxi lectum inficit, cuius fœtorem taxus non ferens, inde recedit,

inertes reddit ad motum bonorum operum: Caput eius, id est, mens prægranata est multiplici iniquitate. Vnde ipsum caput semper defert inclinatū ad terram, quia ad hoc eius studium & tota eius contemplatio tendit, vt electorum animas à supernis trahat, & ad infima mergat. Vel diuina prouidentia caput deflexum portat, quia scilicet contra homines non tantùm erigere permittit caput quantum optat: vnde licet afflictionem iustorum semper velit, tamen si à Deo potestatem non accipit, ad tentationis articulum nullatenus euualescit: Nā ità subtiles sunt oculi eius & venenosi, id est, malitiosi eius conceptus & astutiæ contra homines, quod nullus ab eo euaderet, si circunducēdi eos, id est, liberè exequendi potestatem prout vellet haberet.

Item diabolus assimilatur lupo.

Primò, ratione nominis, dicitur enim lupus quasi leopes (vt dicit Isid.) eo quòd quasi leonis pedibus sit ei virtus. Vnde quicquid presserit non viuit. Pedes igitur diaboli sunt delectationes peccati, per quas in hominem ingreditur, in quibus est tantæ virtutis, vt si eis mentem consentientem prestiterit, eam finaliter occidit. Pedes illorum ad malum currunt.

Isid. li. Ety.

Prou. 1.

Secundò, ratione fraudis. Legitur enim quòd lupus aliquando voces emittit quasi hominis, aliquando latratum canum fingit, vt sic pastores & oues decipiat. Sic aliquando diabolus aliquam suggestionem immittit quæ habet aliquam speciem boni, vt sic homines fallat. Corint. Sathanas transfigurat se in angelum lucis. Tunc enim in angelum lucis se transfigurat, quando videtur ea suggerere, quæ boni angeli consuuerunt persuadere. Dicit enim Arist. quod inuidia est quidā lupus qui habet faciem hominis & caudam scorpionis. Nam diabolus quia à principio quasi rationabilia suggerit in fraude, postea venenum infundit.

2. Co. 11.

Ité lupus vt capras capere possit, sub foliis se abscondit, & magis astutia quàm potētia eas vincit. Sic diabolus decipit se abscōdendo sub foliis, id est, sub apparentia bonorum: Est enim versipellis, malitia plenus, sicut in Aethiopia dicuntur esse lupi ita varij, vt nullus eis color deesse videatur, ita nec deest diabolo aliqua via fraudis.

Tertiò, ratione tyrannidis, quia diabolus fortius tentat hominē, quādo magis videt eū aduersitatibus fatigatum. Legitur n quod lupus quando ad ouile vadit, cōtra ventū pergit, ne canes eius odorem sentiant. Per ventū autem intelligitur aduersitas: Vnde diabolus contra ventū vadit, quādo hominē in aduersitate existētem iterū tentādo inuadit. Sepe enim iustitia Dei permittente, homini tribulato ex ablatione substantię addit afflictionem in corpore, & deinde tentationem in mente: vt sic ad impatientiā & desperationem inducat: sicut patet in Iob: cui primo res abstulit, deinde filios extrinxit, deinde graui vlcere percussit, tandem per vxorem & amicos graues tentationes in cor eius immisit, sed ille eum superauit in omnibus. Et nota, quod diabolus plus tentat & persequitur iustos quam peccatores. Dicit enim Phisiologus, quòd lupus nō venatur circa locum vbi nutrit catulos suos, sed venatur à remotis. Quasi autē loca vbi nutriuntur catuli eorū luporū, sunt malorum corda, in quibus nutriuntur delectationes & afflictiones peccatorū: ibi ergo diabolus non venatur, quia tales diabolus tētare

non

Digitized by Google

Grego. non conatur. Grego. Illos diabolus pulsare negligit, quos quieto iure possidere se sentit. sed quasi loca ab ipso remota sunt iustorū corda, quæ scilicet ei cōtradicūt: & ideo præcipuè tales diabolus persequitur, & molestat. Grego. Hostis noster nos in hac vita positos, quanto magis ibi rebellare conspicit, tanto amplius expugnare contendit.

Quarto ratione delectationis ludi, quia lupus valde diligit ludum, vt dicit Plin. & ideo si potest rapere puerum cum eo ludit, & postea eum comedit. Qualiter autem diabolus cum peccatore

Grego. in past. ludit ostendit Grego. dicēs: Diabolus facta aliorum modo grauiora, modo nihil esse quod perpetratum est, modo misericordē Deum loquitur, modo adhuc tēpus subsequens ad pœnitentiam pollicetur, vt dum per hoc mens decepta ducitur, ab intrusione pœnitentiæ suspendatur. Prou.

Prou. 14 Stultis illudit peccatum, id est, diabolus qui est causa peccati. Postquam autem cum peccatore luserit, eum comedit. Ambr. Dia-

Ambr. sermo. bolus non diligit filios suos, sed odit: sic enim eos amat, vt perdat sicut amat gluto morcellum, vt comedat.

Quinto ratione fortitudinis. Nam lupus habet magnam fortitudinem in capite, & in collo: intestina autem habet debilia. s. quia tota vis diaboli est in principio tentationis: quia si in principio sibi resistitur, post debilis efficitur. Dicit Ambr. quod homo vocem perdit, si lupus eū primo viderit: sed si homo lupū ante conspexerit, audaciam perdit, & caudam deponit. Tunc lupus, id est, diabolus hominem videndo præuenit, quando eū in principio non resistentem conspicit. Sed e contra tunc homo lupum prius cernit, cū se armat & præparat ad repellendum tentationis principium: Nam postea diabolus perdit audaciam, & caudā deponit, quando tentare dimittit, & ad finem intentum ipsam tentationem nō pertrahit. Chryso. in primis grauis, & intolera- Chry. in bilis est impetus diaboli; quem si Matth. quis fortiter sustinuerit, in secundo inueniet infirmiorem: quanto enim plus repercussus fuerit, tanto magis refrigescit.

Sexto ratione breuitatis temporis. Nam legitur in libro de animalibus, quod quando lupus se- Arist. de nescit, quia non potest prædari, anima. vadit de nocte iuxta ciuitates, & insidiatur hominibus: sic diabolus sciens tempus suum esse breue, iam de hominibus bestialibus non curat, sed bonos deuorare festinat. Isid. Tunc contra eū Isid. de quē possidet diabolus acrius se- summ. uit, quando se diuina virtute ab bono. eo expellendū cognoscit. Apoc. Væ terræ, & mari, quia venit ad vos diabolus habens irā magnā.

Septimo, ratione formidinis: Lupus enim multum formidat ignem, vt dicit Homerus.

Item lapides multum timent. Sic diabolus multum timet igneā orationem, id est, feruidam, & lapides, id est, eleemosynas. Vnde dicitur, quod si quis duos lapides simul colliserit, lupus audaciam perdit. Duo lapides, sunt duplex eleemosynę, scilicet corporalis, & spiritualis: & si vtraq; fiat, est diabolo valde formidabilis.

Item, diabolus decipit hominē sicut vulpes decipit taxum: Nam taxus vulpem odit, sed videns vulpes quod eum expugnare nō possit, propter ipsius duritiē pellis, fugā capit, & dum taxus prædam quærit, vulpes eius latibulū intrans, & immundicijs vrinæ, & alijs taxi lectum inficit, cuius fœtorem taxus non ferens, inde re-

Digitized by Google

cedit, & aliam foueam sibi quærit. Vulpes ergo, quia est animal fraudulentum, aduersarium callidum signat. Taxus autem hominem bonum, sed incautum, quē diabolus tentando impotens cū videt, propter ipsius constantiam se in nullo posse proficere, fugit, quia scilicet ad tempus ei tentationes subtrahit, dumque illius animus incauta securitate, interna cura dimissa, circa exteriora se occupat, fraudulētus aduersarius interiorem conscientiæ lesum alicuius peccati immunditia, vix eo perpendente, commaculat. Ex cuius illē fœtore, vel displicentia cum perpendit, interdum præ impatientia, vel desperatione quadam, etiam bonum ipsum dimittit quod inceperat.

Item diaboli manum non potest homo effugere quandiu non abijcit a se peccatum, vel mundi affectum. Cuius exemplum apparet in boue syluestri: dicit enim Arist. quod est quædam species boū syluestriū, qui habēt magnitudinem tauri: qui cum vider, quod de manu venatoris, vel canum euadere non possit, proijcit ex se stercus per quatuor passus: dumque canes stercus odorant, & circa odorem huius detinentur, bestia ab eis fugiendo elongatur & euadit. Tanquam venatores dæmones sunt, quorum canes eorum sunt fallaces tentationes, siue mordaces persecutiones, à quibus anima non euaderet, nisi stercus ex se, id est, immūditiam peccati, abijceret per quatuor passus, primus est in contritione, secundus in cōfessione, tertius in satisfactione, quartus autem in perseuerantiæ continuatione. Vel stercus est gloria, vel prosperitas temporalium rerum, de quibus Apostolus dixit: Phi. 3. Omnia arbitror vt stercora. Ma. 1. Ma. 2. ch. b. A gloria viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius stercus, & vermis est. Hanc debet homo abijcere per quatuor passus, primus est si habitam dimittit, secundus si non habitam non quærit, tertius si oblatā respuit, quartus si corde cōtemnit, & talis diaboli manus liber & securus effugit.

Aris. de anima.

Item diabolus insidiatur hominibus sicut Catus muribus. Nam cautè insidiatur eis, & in absconditio inuadit. Cumque ipse catus murem cepit, prius cum eo ludit, postea occidit, & comedit. Sic diabolus astutè hominē obseruat, scilicet vt videat in qua dispositione facilius possit eū decipere, & capere in obscuro. Eum inuadit, occultando scilicet ei in tentatione omne illud quod retrahere posset à peccato, & ostendendo, vel suggerendo solum illud quod delectet, & placeat: Vel in obscuro inuadit, quando tentat sub specie boni. Et cū hominē per consensum ceperit, ludit cū eo, id est, illudit, & ostendendo peccatū esse leue, & quod Deus est misericors, & quod est impossibile non peccare, & quod faciliter poterit exire, & pœnitere, & huiusmodi. Et postquam sic illusit, trahendo ad opus, spiritualiter occidit, & per prauam consuetudinem comedit, sic eum sibi incorporando.

Hominem cunctis animantibus est prælatum, ipsiusque dignitas ac miseria non absque ratione demonstratur.

Cap. X L.

Dignitas, & infirmitas hominis cognoscitur ex animalibus brutis: omnium enim animalium genera propter vsum hominum sunt creata. (vt dicunt Phi. & Damas.) Nam quædam sunt homini data ad esum, vt pecudes, & huiusmodi, quædam ad ministeriū, vt equi, & huiusmodi: quædam

Digitized by Google

quędam ad solatium, vt symię, & huiusmodi: quędā ad exercitum vt homo suā infirmitatē cognoscat, sicut pulices, & huiusmodi: quędā vero ad infirmitatis remedium, vt viperę, & tyri, ex quibus fit tyriaca, & sic de alijs ad multiplices medicinas. Nam illa quæ videtur aliquando noxiora, sunt vtiliora, sicut dicit Asclapius. Patiēs hemeroides curatur, si sederit super pellem leonis, & dicit etiam, q̄ qui corpus suū vnxerit sebo renū leonis, lupus ab eo fugit, & similiter qui inunguntur eius fimo, & consimiles leguntur virtutes de diuersis membris, & partibus multorum animalium. Apparet ergo hominis dignitas ex eo, quod omnibus animalibus est prælatus, & omnia deseruiunt vsibus vitæ suæ: Sed patet cū dignitate infirmitas, ex eo, quod se videt homo vilioribus indigere, nec bene posse vitam ducere sine eorum nutrimento, vel sine eorū ministerio, vel sine eorum solatio, vel sine eorum remedio.

Asel. li. de occultis vir. me.

Panthera vnico exemplo, quid homo odisse, diligereue debeat, breuiter declaratur.
Cap. XLI.

DIligere debet homo omnes homines, & peccatum odire exemplo pantheræ; quæ ideo pāthera a pan Græce, quod est totū latinè est dicta, quia omnibus animalibus est amica, soli draconi est inimica. Sic hominibus debet homo esse amicus, soli autē peccato inimicus. Senec. Pacem cum hominibus habebis, bellum cum vitijs. Vnde (sic Augustinus dicit) sic sunt diligēdi homines, vt eorum non diligantur errores. Aliud est enim amare, quod sunt, aliud odisse quod faciunt.

Sen.

Aug. in sen. pro speri.

Publici doctoris partes quæ existāt, quantæ, diligentia Sanctorum doctrina sit sequēda. onagri, & cerui non absurda similitudine definitur.
Cap. XLII.

DOctrinas Sanctorum debemus diligenter quærere, & in eis delectari, & immorari: Nā onager in montibus altis virētes herbas quærit, quas cum inuenerit, præ gaudio statim rugit, & quādiu virētia gramina inuenit, ibi à loco nisi pulsus nō recedit. Quid autem sunt montes alti, nisi doctores sancti, quorum viuentes herbæ, sunt gratiosæ doctrinæ? Ipsi enim sunt mōtes per eminentiam vitę, alti per cōtemplationem sapientiæ, herbiferi per refectionem doctrinæ, quia doctrinarum suarum pabulo velut herbarum fœno proximorum animas pascūt. Has herbas quærunt onagri, id est, simplices & deuoti viri, & cum eas inueniūt, gaudentes & exultantes, mugitu alijs produnt, quia ad sanctarum doctrinarum studia, & alios prouocant & attrahunt: & quamdiu inueniunt pabula, mentem recreando reficiunt, ab eis non discedūt. Vel virtutes herbæ montiū, sunt virtutes & exempla perfectorum virorum, quæ onagri, id est, imperfecti viri quærūt, & inuestigando inueniunt inuitando, produnt prædicando, & immorantur continuando. Apostolus: Æmulamini charismata meliora. 1. Co. 12

Item doctoris publici, vel prælati officiū assumere & appetere non debet ille qui virtutibus caret, vel in eis solidatus non est: Cerui. n. quandiu carent cornibus, vel non habēt illa adhuc solidata, nō procedūt in publicum, vnde nō de die sed de nocte vadūt ad pascua: de die autē ēxponunt ea ad solem vt indurētur, & cum tunc illa indurata esse cognoscūt, ad pabula inaperto procedunt. Qui ergo carere se sentiunt cornibus virtutum, quomodo exire audent ad publicæ doctrinæ pabulum ministrandū?

Qui

Digitized by Google

Qui autem adhuc imperfecti, & imbecilles sunt, oportet quod calore solis, id est, feruore diuini amoris solidentur, & roborentur: & cum per virtutum spiritualis robur fuerint solidati, tunc ad pabulum procedere possunt spiri-
Abacuc tualis documenti Abacuc: Splendor eius vt luxerit, cornua in manibus eius. Debent enim in sancto doctore simul apparere splēdor doctrinæ, lux scientiæ, & exempla vitæ. Cornua enim, sunt virtutes, quę tunc in manibus geruntur, quando operibus ostenduntur.

Hominis dolosi ac proditoris malignitas, hypocritarumq; infecta simulatio recēsetur, qui tum Mygali tum Vulpi comparantur. Cap. XLIII.

DOlosus homo assimilatur mygali, quod est vnum paruum animal ad modū mustelę, & est animal dolosum. Vnde aliquando mansuetū se fingit, cum aliquem appropinquare viderit: sed mox in eū insilit, & venenū infundit. Sic multi dolosi homines, & proditores faciūt, fingētes se amicos, vel pacificos cum non
Eccli. sint, & obseruantes tēpus in quo nocere possunt. Eccl. Multæ insidiæ sunt dolosi.

Item dolosus assimilatur vulpi, quia vulpes est animal fraudulentum, deceptioni assuetum, & nunquam rectis, sed tortuosis incedit anfractibus. Et ideo dicitur vulpes, quasi volubilis pedibus.

Item dum escā non rapit, mortuam se fingit, & sic aues descendentes ad cadauer, rapit, & comedit, vt dicit Isido.

Item pellem habet pilosam, & caudam magnā, quam dum canis capere putat, os eius pilis impletur. Et dicit Plinius, q; quando
Plin. multum arctatur a canibus, eandam inter crura recolligit, & vrinam inter pilos caudæ emittit, quam super aspergit; cuius fœtorem non ferens canis, aliquantulum ei cedit, quę omnia inueniūtur in dolosis: Nam dolosi quidā sunt, qui fraudibus & deceptionibus assueti nunquam rectè & simpliciter incedunt, sed semper malitiosis vijs alios inuoluere & decipere quærunt.

Item quidam hypocritæ mortuos se fingunt, vt alij magis adhæreant & credāt, & sic aliquod temporale commodū ab eis obtineant, & etiam habent pellem pilosam, id est, pœnitentiæ apparentiam magnam, sed post se trahunt caudam, id est, finalem intentionem, siue operationem aliquam, pilis, id est, insidijs siue deceptionibus plenam. Si qui autē eos comprehendere cōnētur, respergunt eos vrina, id est, fœtore infamiæ, infamādo eos ipsos ex inuidia persequuntur. Sicut quādoq; quidam deceptores hypocritæ, vel hæretici de religiosis vel inquisitoribus, quando volūt eos cognoscere, vel detegere, dicunt secularibus, quod fiat ex inuidia: propter quod canes, id est, prædicatores aliquando eis cedunt, notā metuentes. Matt. Vul-
Matt. 8 pes foueas habent, id est, hypocritę, vel hæretici profundas astutias, quibus suam nequitiam abscondunt.

Quo pacto mentis domus, quibusq; virtutibus sit ædificanda pariter & munienda, eiusq; exemplo edocetur: et quot modis Dei domus capiatur, describitur. Cap. XLIIII.

DOmum mentis suæ debet homo solicitè ædificare, & vitæ suæ finem sæpius cōsiderare, exēplo scilicet Castorū, qui subtilitate multa habitacula sibi parant. Nam de lignis quæ dentibus præcidunt, in extremis aquarum

tam rupibus faciunt domos suas bicameratas, vel tricameratas per solaria distincta, & aqua crescēte superiora loca inhabitant: sed decrescente, in parte inferioti se locant, & per quoddam foramen ex industria præparatum, in quolibet solario caudam quæ est piscæ naturæ, mittunt in aquā, quia extra aquam diu sine corruptione non viuerent. Sic homo quilibet debet animę suæ habitaculum de lignis, id est, operibus solidis virtutum, solerter ędificare: sed in rupibus aquarum, id est, in studijs scripturarū ędificatur domus sapientiæ: & hæc est bicamerata, quia scilicet debet esse practica & speculatiua, id est, actiua & contemplatiua, vel in rupibus aquarum, id est, in compunctionibus lachrymarum ędificatur domus pœnitentiæ: & hæc domus est tricamerata, quia tres pœnitentiæ partes sunt, scilicet contritio, confessio, & satisfactio. Crescente autem aqua sapientiæ, eleuatur anima in superiorum contemplationem: vel quanto plus crescit aqua cōpunctionis vel tribulationis, tanto plus ascēdit anima ad perfectionē puritatis & virtutis: & quanto plus decrescit, tanto plus infesius cadit.

Item crescēte aqua tribulationis, decet anima ad superiora scandere, orando: Decrescente verò tribulationis inundatione, debet ad inferiora se trahere, se ipsam in humilitate seruādo, sem per vel sæpe per foramen mentis debet caudam in aquā mittere, id est, finem vitæ suæ sapienter considerare: Nam per aquam sapientiam, per caudam verò finem accipimus vitę. Vnde ille caudam in aquam mittit, qui finem vitæ suæ sapienter attendit. Sic enim præseruatur à peccati corruptione, secundum illud: Memorare

ecl.7

nouissima tua, & in æternum nō peccabis: Nota, quod domus Dei multipliciter accipitur.

Primo modo, tota mundi machina, iuxta illud Baruch: O Israēl, quā magna est domus Dei. Baru.3.

Secundo modo, cælestis patriæ aula. Psal. Lætatus sum in his quę dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Psa.121

Tertio modo, domus Deo dicata, Isa. Domus mea, domus orationis vocabitur. Isa 56.

Quarto modo, cuiuslibet viri iusti anima, vt hic Hebræo. Quæ domus sumus nos. Heb.3.

Quinto modo, militās Ecclesia. Thi. In magna domo non solum vasa aurea, &c. Thi.3.

Sexto modo, Virgo beata. Psal. Domum tuā Domine decet sanctitudo. Psal.92.

Septimo, caro à verbo assumpta. Prouerb. Sapientia ędificauit sibi domum. Prou.9

Quale sit cor obstinatum, mentis dura, qua Crocodrilo comparatur, Pharaonis ostendit sui exemplo.

Cap. XLV.

DVræ mentes non emendantur flagellis, vnde sunt similes cocodrillo, Nam tanta duritia est cocodrilli, vt quamuis fortiß laoidum ictus in tergo recipiat, nihil curat. Talis fuit Pharao, cuius cor ita induratum erat, vt per multas plagas nollet dimittere populū. Sic peccator durus multis flagellis flagellatus nō dimittit peccatum, & de tali duro corde dicit Bern. Cor durum ipsum est, quod nec compunctione scindit, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus, minis non cedit, flagellis induratur, ingratum est ad beneficia, infidum ad consilia, cæcū ad iudicia, inuerecundum ad turpia, impauidum ad pericula, inhumanum ad humana, temeratum ad diuina, præterito rum

Digitized by Google

rum obliuiscens, præsentium negligens, futura non prouidens: Ipsum est, cui præteritorum, præter solas iniurias, nihil omnino non præterit, præsentium omnino nihil non perit, futurorum nulla, nisi forte ad vleiscendum, prospectio est.

Electorum Dei perfectio, eorumq; vera innocentia quanta sit, ex pluribus ouium naturalibus proprietatibus quam vtilissime colligi potest.

Cap. XLVI.

ELecti assimilantur ouibus. Primo, propter innocentiam: Ouis enim est animal innocens, id est, nulli nocumentū inferens. Et hinc est, quod nullā natura dedit ei armaturā, quia nec cornua ad feriēdum, nec vngues ad scindendū, nec dentes ad mordendum, licet vocentur bidētes, quia cum duobus dētibus nasci dicuntur: sed dentes eorum non sunt ad mordendum, sed ad pascendum. Hęc innocentia competit electis Dei, qui nihil faciunt, vnde alijs nocere intendant, vnde dicitur Reg Isti qui oues sunt quid fecerunt? quasi dicat, Isti qui innocentes sunt in seipsis, quid fecerunt, scilicet mali, alijs? vt sic notetur in eis duplex innocentia, scilicet respectu sui, & respectu proximi. Augu. Vera innocentia est, quæ nec sibi nec alijs nocet.

Secundo, propter patientiam. Psal. Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Vbi patientia sanctorum primo commēdatur ex causa; quia propter te, scilicet Deū, non propter furtum, vel homicidium. Psa. Propter te sustinui opprobrium. Secūdo ex pœna, quia mortificamur, scilicet à nobis ipsis per pœnitentiam tota die, id est, per totam vitam. Apo. Quotidie morior, scilicet vitijs.

Item ab alijs æstimati sumus sicut ouis occisionis, id est, digni occisione. Et verè vt oues erant sancti Martyres, dum occidebantur, scilicet sequentes illum, de quo dicū erat: Quasi ouis ad occisionē ducetur, quæ scilicet māsuetè vadit, & sine rebellione se occidi permittit. Isa 53.

Tertio, propter abundantiam, secundum illud Psalm. Oues eorum fœtosæ abundāres in egressibus suis Electæ enim oues abūdant in fœtibus, & in egressibus: id est in lacte quod egreditur ab vberibus earum. Psa.143.

Item quæ abundant in bonis velleribus, de quibus Iob: De velleribus ouium mearū calefactus est, scilicet pauper. Sic electi Dei abundant in fœtibus, id est, in meritis, & vberibus, id est, in doctrinis & velleribus, id est, in exemplis, vel eleemosynis. Et nota, quod quatuor sunt quæ faciunt ipsas oues in fœtibus abundare. scilicet ventus, potus, pastus, & motus. Ventus quidē, quia sicut dicit Aristoteles, si oues impręgnantur versus ventum septentrionalē, pariunt mares, si autem versus meridionalem, fœminas. Per ventum septentrionalem intellige inspirationem gratiæ septiformis, quæ notatur per septentrionem. Vbi etiam septem stellę sunt circa polum, designantes septem dona Spiritus sancti, & hic est ventus qui facit electos Dei parere fœtus masculos, id est, opera virtuosa. Sed per meridionalem ventum calidū, intellige inflammationem spiritus maligni, qui facit parere fœminas, id est, opera vitiosa & defectiua. Secūdum est potus, quia idem Aristoteles dicit, quod oues impinguātur bibēdo aquam; Vnde dāt eis comedere salem, vt magis sitiāt, & plus bibant. Hæc est aqua sapientiæ salutaris, quam potantes electi Iob 31.

2.Reg.4. Auguſt. Pſal.43 Pſal.68 2.Cor.3 Ariſt.de ani.

electi Dei, & sancti, facit eos abundare fœtibus bonorum operum
Col. 1. Apostolus. Fructificates, & crescentes in scientia Dei. Tertiũ est pastus. Nam pastus præcipuè in fine diei iuuat eas ad generandũ. & etiam motus, quod est quartũ iumentorum, & sic cibus & pastus lachrymarum, de quo Psalmus : Cibabis nos pane lachrymarum: & motus obedientiæ, vel charitatis etiam sunt sanctis causa fœcunditatis meritorum.
Psal. 79

Item Sancti abundant in lacte doctrinæ, in quo lacte (secundum Constan.) est triplex substantia, scilicet ferosa, butyrosa, & caseosa, prima scilicet aquosa vel serosa est mundificatiua, & subtiliatiua : secunda butyrosa, vel vnctuosa est mollificatiua, & extensiua, & exterſiua : tertia caseosa est grossa, & oppilatiua. Sic doctrina ouis Christi est subtiliatiua, quando loquũtur sapientibus, est mollificatiua, id est, compunctiua, & in bonum extensiua, & à malo exterſiua, quando loquũtur proficientibus. Est autem grossa, & oppilatiua, id est, malarũ viarũ clausiua, siue restrictiua, quando loquuntur insipientibus. Apost. Tanquam paruulis in Christo lac vobis dedi.

Item ab ouibus Christi habentur vellera diuersorum colorum, id est, exempla diuersarum virtutum quibus anima vestitur, & ornatur, & calent in diuino amore. Quis (sicut dixit beatus Martinus) docet nos seruare dominicum præceptum: quia cũm habeat duas tunicas, scilicet coriũ, & lanã, vnã retinet sibi, & aliam dat non habenti; scilicet lanã homini.

Quartò electi Dei assimilantur ouibus propter obedientiam: audiunt enim oues, & sequuntur sibilum, & vocem pastoris. Et viri sancti audiunt, & sequuntur doctrinam, & vocem Christi. Ioan. 10. Oues meæ vocem meã, audiunt, scilicet aure auscultando, corde credendo, & opere implendo, siue obediendo. Psalm. In auditu auris obediuit mihi. Psa. 77.

Item electi Dei, & sancti viri, qui sunt de familia eius, à tentationibus dæmonum non lædũtur, sed reprobi, qui sunt tãquam progenies adulterina, statim ab eis vincuntur, & venenãtur, sicut dicit Plinius, quod est quędã gens siue familia, cui aspis nõ nocet. Vnde illi pueros quos de se natos habẽt suspectos, obiciunt aspidi : quibus non nocet si ad eos spectant; Si autem adulterini sunt, mox eos occidit. Plin. Psal. Super aspidem, & basiliscum ambulabis. Psa. 90.

Euangelistarum dignitas & officium per equorum, qui & iumentes vocãtur, plures similitudines naturales, ac etiam caballi etymologium clarè ostentatur.

Cap. XLVII.

EVangelistæ fuerunt Christi equitnã equi dicti sunt, quia in quadrigis æquantur, & pariter componuntur. Hæc quadriga, in qua sancti Euangelistæ sunt à sancta Ecclesia æquati, & pariter recepti, est doctrina siue scriptura quatuor euangeliorum, in qua ipsi à Christo instructi nobis salutis nostræ subsidia portauerunt. Vnde Hiero. Matthæus (inquit) Marcus, Lucas, & Ioannes quadriga Domini, & verum cherubin, quod interpretatur scientiæ plenitudo, per totum corpus occulati sunt. Hiero. ad Pam.

Item caballi Christi ipsi fuerũt, quia caballus à cauo pede est dictus, eo quod pressa vngula terram cauat, vt dicit Isid. Hæc cauitas pedis, siue terræ cauatio euacuatio est terreni amoris, quia omnia propter Christũ contempserunt, & ipsum pauperes secuti sunt, Isi. lib. ety.

Digitized by Google

Matt.9. sunt Matth. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.

Ité ipsi fuerũt sonipedes Christi; dicuntur enim sonipedes, eo quod pedibus sonant: Nam ipsi sonuerunt prædicando, non tantum sono verborum, sed etiam gressu operum: vel pedibus sonabant, quando de loco ad locum Psal.18. discurrendo prædicabant, Psal. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

Omnes cum excommunicatis in casibus non concessis versantes, effici excommunicatos, rabidi canis exemplo, & auctoritate probatur.

Cap. XLVIII.

EXcommunicatio assimilatur morsui canis rabidi: quia omnia animalia morsa à cane rabido efficiuntur rabida, & furiosa. Et sic omnes participantes excommunicato in casibus non concessis, efficiuntur excommunicati, saltem minore excommunicatione. Vnde excommunicati ad modum canum de ecclesia expellendi sunt. Apoc. Foris canes. Apo. 22 Et ad modum canis rabidi sunt omnibus euitandi. Thessal. Ne commisceamini cum illo, scilicet cum excommunicato.

Sanctorum exempla, qui interdum à Dei gratia ceciderunt, & postea surrexerunt, eos in bonis actionibus imitantibus maiorem in modum prodesse, malisq; pralati exempla subditis valde obesse, musco, capreolis, ac candela extincta exemplis declaratur.

Cap. XLIX.

EXempla sanctorum qui à gratia ceciderunt, & postea resurrexerunt, sunt alijs valde proficua. Vnde alsimilantur musco, dicitur enim quod in mõtibus. In diæ sunt quidam capreoli, id est, qui herbis aromaticis pascuntur, in quorum vnguibus sunt concauitates, in quibus colliguntur humores ad apostema, sed propter motum, & discursum franguntur: & ille humor collectus cum pilosis folliculis abstrahitur, & substantia illa quæ infra folliculos cõtinetur, summè est odorifera, & inter aromata est maximè præciosa, & in medelis plurimum vtiosa, (vt dicit Diosc.) & Diosc. illud vulgariter vocamus muscũ. Quasi autẽ capreoli sunt quique homines humiles, & soliciti, qui quasi aromaticis pascuntur, quia frequenter multis donis, & gratijs diuinis replentur Sed tamen quãdoque cõtingit, quod in eorũ vnguibus, id est, in sensibus siue affectibus remanẽt quædam cõcauitates, id est, defectus quidam siue pronitates ad quædam vitia: in quibus interdum humores, id est, affectiones, ex incaurela vel negligentia paulatim multiplicantur in tantum, quod generatur in eis apostema alicuius peccati grauis in quo ruere permittuntur, sed postea propter motũ compunctionis, & exercitiũ boni operis, siue per discursum internæ considerationis, & pœnitudinis mentis frangitur, talis peccati affectus, & in pilosis folliculis, id est, asperis, & afflictiuis exercitijs trahitur à corde. Exemplum autem pœnitentiæ, & humilitatis, & patientiæ, quod in talibus afflictionibus ostendunt, & imitationis vitæ quam faciunt, efficit alijs muscus odoriferus per exemplũ. Cuius scilicet vsus, vel per consideratione, vel imitationem, efficitur alijs medicina, vel præseruatiua alijs iuttis, scilicet ad timendum, & se custodiẽdum, secundum illud Cor. Qui se existimat stare, videat ne cadat, & peccatoribus ad pœnitendum, & se corrigendum, sicut dicit beatus Ambr. Theodosio Imperatori qui allegauit ei exemplũ Dauid peccantis, si inquit, secu-

tus

tus es errantem, sequere corrigentem.

Item exemplū prælati mali extinguit in subdito bonū propositum: nam candela extincta, olfacta ab equa prægnante eam facit abortire. Tunc enim candela extinguitur, quando prælatus aliquis, vel doctor in manifestum peccatum labitur, quasi autem equa prægnans, est anima bonum propositum gestans, quæ dū peccatum prælati, vel magistri sui imitando olfacit, bonum, quod cæperat, extinguendo abortit.

Cur fatuus non sit sapienti sociandus, ratione & auctoritate patefit.

Cap. L.

Den.22 FAtuus non est sociandus sapienti, vnde præceptum fuit Deut. non arabis in boue & asino: per bouem enim intelligitur sapiens, per asinum stultus, per garare vero prædicatio designatur asinus ergo boui in arando non est iungendus, quia fatuus in prædicatione non est sapienti sociādus, ne scilicet ex fatuitatis discordia impediatur sapientis gratia.

Carnis lasciuiam per spiritus feruorem consumi, Cameli exemplo monstratur.

Cap. LI.

FEruor spiritus consumit lasciuiam carnis, sicut feruor naturalis caloris consumit pinguedinem corporis: quod apparet in camelo, de quo dicit Constantinus, quod animal calidissimū est ex natura, & ideo macilētū, eo q̄ calor cōsumit sanguinis vnctuositatē. Similiter calor charitatis, & feruor deuotionis cōsumit viscositatē siue lubricitatē luxuriæ,
Eccl.38 & concupiscentiæ carnalis Eccl. Vapor ignis vrit carnes. i. feruor
Iac.1. spiritualis amoris consumit desideria carnis. Ia. Exortus est sol cū ardore, & arefecit fœnum, id est, carnem. Isa. Omnis caro fœnum. Isa.40

Fictè pœnitētes, qui vitam in bonum interdum mutare videntur, simulatio, nec non hypocritarum in fallendo malignitas, multa exempla.

Cap. LII.

FIctæ pœnitēs similis est boraci quæ Rubeta dicitur, genus ranæ venenosæ quā dicunt vetustā pellem deponere pastu quarundam herbarum, venenum autem suum non deponit, sed custodit. Sic fictæ pœnitens, ostentatione cuiusdam exterioris fictæ pœnitentiæ, vitam videtur mutare, vt peccati vetustatē depositisse credatur, venenum tamen retinet interius malæ voluntatis, & ipsum ad tempus tantum occultādo custodit. Et dicitur, quod rubeta quot maculis sub vētre respergitur, tot modis venenū eius noxium dicitur esse, quia scilicet fictus & hypocrita quot in se habet vitiorum malitias, tot etiam habet nocendi vel fallendi vias: & ideo talē merito Spiritus sanctus fugit. secundum illud. Sap. Sap.1.
Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum.

Quid nobis præstet fides, fidelium & spes, in quo consistat, vnico eorum exemplo edocetur.

Cap. LIII.

FIdes ad inuisibilia quærenda nos trahit, quæ tamen intellectus viatoris nō capit: Sunt enim fideles ceruis similes, qui māria transeuntes non visu, sed odorē, tamen terras petunt. Similiter tetram viuētiū. i. soliditatem ēte. norū bonorū nos odore quodā fidei quærimus, quæ tamē, in trāsitu huius maris positi, prout in se ipsis sunt cernere non valemus, 1.Cor.2
vnde Apost. Quod oculus nō vidit, nec auris audiuit, &c. Sed licet ille odor videatur debilis, tamen est valde suauis, & attrac-

Digitized by Google

uus, vnde Can. Trahe me post te: Cant. 1. curremus in odore &c. vnde & hoc odore Beatus Iohannes Euangelista attractus, legitur Deo dixisse in quadam sua oratione: Odor tuus in me cōcupiscentias æternas excitauit.

Filios erga parentes fore pientissimos, gliriū instruuntur exemplo singulari.

Cap. LIIII.

Filios debere parentibus obsequia pietatis impendere, præcipuè in necessitate, glires docēt, qui insigni pietate genitores suos in senectute nutriēdo adiuuant, eis alimenta ministrāt. Erubescant ergo miseri homines, qui suis parentibus sunt crudeles: quia dum eis in necessitate deficiunt, se gliribus, & muribus cru Eccl. 3. deliores esse ostendunt. Ecc. Suscipe senectam patris tui.

Dei gratia effectus ipsi cordi varijs similitudinibus comparatur, quod membrum radicale esse iure optimo affirmatur.

Ca. LV.

Aris. de anima. Gratia Spiritus sancti assimilatur membro radicali, nam sicut dicit Aristo. in omni animali est membrū radicale, quod est principiū omniū virtutum naturalium, & spiritualium: & hoc est cor, vel aliquid loco eius à cuius radice (vt dicit Auice.) incipit animalium creatio, & formatio, & figuratio, hoc ergo radicale principiū, est gratiæ Dei donū, à qua omnes virtutes procedunt, & dona gratuita, quibus perficitur anima Ab hoc principio incipit virtutū creatio, formatio, & figuratio, nam creatio virtutum est per habituū acquisitionē, quia virtus Arist. (vt dicit Philosop.) est habitus electiuus, sed formatio earum est per charitatis dilectionem, quia charitas est formatio virtutū, sicut dicit Amb. Sed figuratio virtutū est per actuū productionem: quia actus configurantur habitibus, à quibus procedunt habitus: vnde in actibus manifestatur sicut res figurata in sua figura. Sed omniū istorū radicale principiū est ipsa diuina gratia: Vnde Apo. totum esse suū spirituale gratiæ Dei attribuit, dicens. Gratia Dei sum id quod sum. 1. Co. 35

Itē gratiā diuinam ad suas consolationes nō recipit homo quādiu peccatū in conscientia gerit. Nam pullus equæ, qui cum quodam nigro folliculo in frōte nascitur, quamdiu abscisus non fuerit, ad vbera matris non admittitur. Pullus igitur gerens nigredinē in fronte, est homo peccatum habens in mente; quod quamdiu per pœnitentiā nō amouerit, mater virtutū & gratiæ, eū ad cōsolationis suæ vbera non admittit. Sap. Nihil inquinatum in illa incurrit. Sap. 7.

Panthera pulcherrimo exemplo, grates semper benefactoribus esse reddendas admonemur.

Cap. LVI.

Gratos esse benefactoribus exemplum pantheræ nos docet, quæ quamuis sit bestia valde sæua, suis tamen benefactoribus nullis est ingrata Vnde narratur de quodam qui catulos eius de quadā fouea liberauit, quod panthera eum associauit, & blandiēs ei cauda & facie, vsque extra deserta duxit. Si ergo sic grata est benefactoribus crudeliū ferarū natura, quanto magis decet homines, quibus mansuetudo naturaliter inest & rationalis censura? Vnde Apost. Grati estote.

Gula damna enarrantur, Voracisque natura per vrsi ac cocodrilli naturalem vsum in edendo: quoue pacto gula vitium curetur, exprimitur.

Cap. LVII.

Gvlosus homo assimilatur vrso: quia vrsus (secundum Aristotel.) indifferenter comedit omnia: vnde pro fructibus ascendit Aris. de anima.

dit arbores, & alueoria pro melle confringit, & cancros & formicas pro medicina comedit. Sic gulosus aliquando sub specie necessitatis, aliquãdo ex dulcedine voluptatis, aliquando sub protextu infirmitatis, voluptuosas delectationes exquirit, & accipit. Eccles. Omnem escam manducabit venter scilicet gulosi.

Item gulosus assimilatur Cocodrillo, qui herbas libenter comedit, inter quas endros serpẽs parnulus, qui eius inimicus est, se inuoluit, vt dum herbas carpit, serpentem transglutiat, qui dum in ventre existit ipsum occidit, & illæsus exit. Sic gulosus homo bonos & sapidos morcellos libẽter comedit, cum quibus frequenter venenum voluptatis, & peccati per delectationẽ trãsglutit, quod mentem eius occidit.

Itẽ gula perducit hominem ad luxuriam & incontinentiam. Nã ceteri, quando nimis pingues sesentiunt, latebras quærunt: quia nec bene fugere, nec cursum cõtinuare possunt: sed nunc fugiũt, nunc subsistunt, & retro respiciunt, sic etiam pinguedo gulæ quærit latebras luxuriæ. Et homo etiam gulæ deditus incontinens effectus, nec tentationes carnis fugere, nec cursum pœnitentiæ continuare potest: sed nunc conscientia punctus fugit. i. fugere, proponit, nunc subsistit. i. tentationes expectat, & susçipit, nunc retro respicit, quia ad turpitudinẽ desiderio, vel opere redit. Vitium itaque gulæ curandum est afflictione abstinẽtiæ, arditas autem animæ irriganda est lachrymarum compunctione. Nam (secundũ Isaac) carnes pingues animaliũ assandæ sunt: quia dum assantur earũ humiditas illaudabilis deficcatur, sed siccæ carnes potius sunt lixandæ, quia aqua eas tẽperat, & humectat carnes porcinæ, & pecorinæ laudabilis sunt assaturæ, caprinæ vero, & bouinæ meliores sunt lixatæ. Nam per lixationẽ siccę carnes humectantur, & per assationem humidæ carnes siccãtur: est ergo caro pinguis caro assueta delitijs, quæ igne assanda est, id est abstinẽtiæ afflictione, famis ardore sedanda vt sic delectationes gulæ compescat afflictio abstinentię, sed quasi siccæ carnes sunt aridæ. i. indeuotæ mentes: quæ tunc bullienti aqua elixantur, quando feruenti, & lachrymosa compunctione irrigantur.

Temporalium verum exuberantia, quantum hominibus diuitijs abundantibus obsit, pinguia animantia ad esum pessima, valde hominis stomachum dissolutia, naturali quadam similitudine ostentant.

Cap. LVIII.

HAbentes abundantiam temporalium assimilantur pinguibus animalibus. Animalia nimis pinguia sunt ad esum pessima, nocent enim digestioni, quia super cibũ natant, & cibũ inflãt, & villos stomachi emolliunt, & lubricitatem stomachi inducunt, vnde pinguedo nimia stomachũ dissoluit, deficiente virtute contentiua, conformatiua, & expulsiua. Ex pinguedine etiam stomachus incenditur sicut ignis, quãdo pinguedo in eum proijcitur. Quasi autem pinguedo carnis est abundantia temporalis, de qua Psal. Prodijt quasi ex adipe iniquitatis eorũ. i. ex abundantia, & plenitudine temporalium. Hæc igitur nocet animæ sicut pinguedo stomacho. Inducit enim inflãmationẽ, siue elationẽ superbiæ, mollitiẽ, & lubricitatẽ luxuriæ. Dissoluit. n. virtutẽ continentiæ, excludit cõsolationẽ, siue confortationem gratiæ, nõ curat de expulsione vitiorum per confessio-

Psa. 72.

Digitized by Google

nem pœnitentiæ. hæc etiã nõ extinguit, sed potius accendit ignẽ auaritiæ, sicut abundantia lignorum nõ extinguit, sed potius auget ignem. Eccles. Secundum ligna iylvæ exardescit ignis. Eccl.28.

Item abundãtia nimia temporalis consolationis, generat vitia mentis: Nã ligna quæ in plenilunio resecãtur, vel plantãtur, quia tunc humor in corporibus abundat, propter eius superfluitatẽ nõ valent regi à natura, & ideo corrũpũntur, & generãt vermes à quibus corrodũtur, & in puluerẽ redigũntur. Est autem quasi humor arboris ipsa cõsolatio, siue repletio carnis: quę si abundãs sit, corruptionẽ non tantũ corporis, sed etiã animæ gignit, & vermes producit vitiorũ, quibus virtutes animæ penitus dissipantur. Hinc est (vt dicit Greg.) quod princeps cocorum. s. Nabuzardã, destruxit muros Hierusalẽ, quia venter cui coci deseruiũt, sua repletione destruit virtutes animæ.

Diuersorum animalium diuersa natura, eorumque naturales proprietates egregiè describuntur: quibus non paucis nec obscuris exemplis, homines tam boni quàm mali inre comparantur.

Cap. LIX.

HOmines tam boni quam mali assimilantur animalibus terrestribus. Nã sicut dictum fuit suprà in principio huius quinti libri, ponit Moyses tria genera animaliũ. iumenta, reptilia, & bestias. Et secũdũ Basilium sunt iumẽta quæ cõpetunt vsui hominũ nuncupata: & quædã ex eis sunt ad laborandũ, vt equi, boues, & asini, quædã ad lanificandũ, vt oues, & consimilia, quædã ad vescendum, vt porci, & huiusmodi. Per iumẽta igitur intelliguntur actiui, qui sunt in adiutoriũ proximorum soliciti, vnde dicuntur iumenta, quasi iuuamẽta: quorum quidã laborant in operibus obediẽtiæ, vt claustrales, & isti sunt vt equi: Equus. n. homini subditur, ab eo infrenatur, & secundũ eius voluntatẽ mouetur & circũfertur, & sic est subditus respectu prælati. Ia. Equis frena in ora mittimus ad consentiendũ nobis, & omne corpus illorum circumferimus. Hæc frena sunt regularia præcepta siue instituta, vel prælatorũ correctiones. Quidã verõ laborant in opere doctrinæ: & isti sunt vt boues cũ quibus terra aratur: s. prædicatores, à quibus terra animæ aratur vomere linguæ, & seritur semine doctrinæ. Alij vero laborant in opere patiẽtiæ, s. in cura regiminis, vt prælati, qui assimilãtur animalibus humilioribus aliorũ onera ferentibus, s. camelis, asinis, & huiusmodi, quia quanto sunt maiores, tanto debent esse humiliores, & pro subditis onera portantes. Psal. Vt iumentum factus sum apud te: Iumenta enim huiusmodi sasini & cameli, licet sint magna corpore, sunt tamen vilia reputatione, & magnæ sarcinæ grauantur onere. Similiter prælatus licet sit magnus in dignitate, debet tamen esse apud seipsum vilis & humilis reputatione. Est etiam magni põderis sarcina grauatus, cũ habeat pro suis subditis Deo reddere rationem. vnde Greg. dicit: Grandis honor, sed graue onus. Illi autem qui intendunt ad pauperes vestiendos, assimilantur ouibus, qui quasi mandatũ domini implẽtes (vt fecit Beatus Martí.) Cũ duas tunicas habeant, s. lanam, & pellẽ, vnã dant nõ habenti, s. lanam homini. Qui vero pauperes pascũt suis cibis, & eleemosynis, sunt similes animalibus vtilibus ad cibũ, vt arietibus, hœdis & porcis, & huiusmodi, quibus, s. affirmi lantur, non ratione vilitatis, sed vtilitatis. Reptilia vero illa sunt, Iac.3. Psa.72. Grego.

quæ

quę corporis actione, & extensione repunt, & mouentur, vt vermes, colubri, & serpētes. Per reptilia vero possunt intelligi perfecti, & cōtemplatiui viri, quorum est se cōtrahere ī, ab exterioribus ad iteriora reducere ad Deū cōtemplandū, & nihilominus se extendere ad proximum diligendū. Vnde debent esse vt vermes, per reputationem humilitatis, vt colubri, per refrigeriū carnis, quia dicitur coluber quasi colēs vmbrā.

Itē debent esse vt serpentes, per prudētiā discretionis, Mat. Estote prudentes sicut serpentes. Vel debent esse, vt vermes, quia eorum est Deum frequenter laudare. Vermes enim, vt bruci, & huiusmodi ore se trahunt, Psa. Semper laus eius in ore meo. Vel vt serpentes, quia eorū est carnem per abstinentiam attenuare: serpētes enim vi costarū se rapiunt. Iob: Inundat inedia costas eius: Nam maximè in costis apparet tenuitas ieiunantis. Debent etiam esse vt lacertæ, quia in bonis debent affectibus æstuare: Lacertæ enim pedibus repunt, & pedes animæ sunt eius affectiones, quibus tanto velocius currunt, quanto feruentiores existunt. Bestiæ autem dicūtur quasi vastiæ, eo quod deuastant omnia sua feritate: Nam sunt sęuæ, & impetunt nunc vngue, nunc cornu, nunc dente, vt apri, leones, & lupi, & ideo talibus bestijs peccatores assimilantur, quia omnia bona sua deuastant. Nam bona naturalia diminuunt, gratuita repellunt, cælestia cōtēnunt, temporalia amittunt. Ipsi sunt sæui sibi ipsis, multo fortius alijs quos lædunt, & impediunt, aut dēte inuidæ detractionis, aut cornu superbæ damnationis, aut vngue violentæ direptionis. Et quidā sunt vt apri per carnis voluptatē, quidam vt leones per superbiæ potestatem, quidam vero sunt vt lupi per auaritiæ rapacitatē, & sic de alijs similibus Eccl. Dixi in corde meo de filijs hominū, vt probaret eos dominus, & ostenderet similes esse bestijs. Eccl. 3.

Elephantis in coitu admiranda natura, homines coniugalem pudicitiam conseruare erudit.

Cap. LX.

HOnestatem & pudicitiam coperis coniugalis elephantes conseruare nos docent, in quibus est pudicitia quædam admiranda, maximè respectu aliorū animalium. Non n. se cognoscunt nisi in abdito, & hic non nisi in duobus annis, quando masculus habet quinque annos, & fœmina decem, & in istis duobus annis nō nisi quinque diebus, sexto raro adiuncto. In quo exemplo docētur homines cōiugali opere honestè vti, quantum ad locum, & quantum ad tempus, & quantum ad charitatem Vnde Tob. iunior dixit vxori suæ. Exurge. & deprecemur hodie dominū, & cras, & secundū cras, quia his tribus noctibus iungimur Deo, tertia autē transacta nocte in nostro erimus cōiugio: filij quippe sanctorū sumus, & nō possumus ita cōiungi sicut & gentes qui ignorant Deū. To. 8.

Humilis hominis natura qua silvestri capra aliquibus exemplis assimilatur, atque humilitatis virtus quantum fidelibus prosit, Deoq; grata existat, plurimis rationibus naturalibus aperitur.

Cap. LXI.

HVmilis homo assimilatur damulæ. i sylvestri capræ, quæ est animal timidū, & imbecille, neq; scit se defendere, nisi beneficio fugæ, habet. n. pro armis membrorū agilitatē, & fugā. Vnde (secundū Isi.) dicitur damula, eo q̄ Isid. lib. de manu effugiat, mōtuosa & nemorosa diligit, gramina aromatica cōmedit, & ramusculorū extremitates

Digitized by Google

tremitates carpit: quãdo vulneratur, draconica mandit, & sic telũ de corpore excurit. Damulã serpentes odiũt, & eius anhelitum sustinere nõ possunt: sic quoque homo humilis semper timet Dei offensam, & imbecillẽ se reputat ex virtute propria, defendit se vitiorũ fuga, armat se agilitate obedientiæ, & superbiæ fuga, & sic effugit manus tentationis diabolicę, diligit montẽ contemplationis, nemus solitudinis, & quasi graminibus aromaticis pascitur sicorum exemplis. Ramusculorũ extremitates, i. humilia opera carpit. Vulneratus peccato, draeõtea quę est herba medicinalis, i. pœnitentiã mandit, & sic telum tentationis vel peccati, de corde trahit. Serpens quoq; infernalis i. dęmõ, maximè hũc odit, & eius anhelitum, id est, volũtarium despectũ sustinere nõ potest. Ec. Abominatio est superbo humilitas.

Ecc. 13.

Item humilis sui recognitio liberat hominẽ a peccato: Nã pardus quando infirmitatẽ incurrit, simũ humanum comedit, & euadit: quid enim est hominis simus, nisi abominabilis peccati actus: simus quidẽ propter vilitatẽ, humanus propter proprietatẽ, quia solius hominis inter animalia proprium est peccare? Hunc ergo simum comedit, qui turpitudinẽ peccati sui humiliter recognoscit, & talis ab infirmitate mortifera euadit, ex eo quod apud piũ iudicẽ est impetratio veniæ, ipsa recognitio culpæ, vt dicit Gre. in illud Psa. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco.

Greg. in pial. 50.

Item profunda humilitas animi, & diligens auditus verbi Dei, iuuant homines contra tentationes diaboli, cuius exemplum est, quia (sicut dicunt Arist. & Aui.) Coruus valde odit asinũ, & tẽtat eum rostro excæcare, sed iuuat asinum ptofunditas oculorum, & spissitudo corij superciliorũ, cum quo tegit visum. Cui etiam valet proceritas & mobilitas aurium cum quibus se defendit. Coruus est diabolus, asinus, homo simplex, & Dei seruitio deputatus: cui diabolus insidiatur vt eruat oculos, i bonã fidẽ & bonam voluntatẽ: sed si habeat eos profundos, i. in humilitate fundatos, & abscõsos, sub spisso & duro cotio i. sub despecto & grosso habitu, vel exteriori aspectu: & si habeat aures magnas & mobiles, id est, ad auditum diuini sermonis prolixas, & ad motũ implendi, & obediendi paratas, euadit ab eius malitia. Item humiles & pauperes sunt promptiores ad bene operandum, quã magni & diuites, sicut dicit Arist. quod aranex par uæ sunt acutæ & velocis motus, sed magnæ & nigræ tardioris, & hæ solent texere iuxta terram, & foraminibus semper latẽt, donec in rete suũ aliqua bestiola cadit, quam comprehendit & fugit, & quandoque reponit donec famẽ habuerit. Sic qui parui sunt, reputatione propria, sicut humiles, vel reputatione aliorũ, sicut pauperes, sunt ad bene operandum acuti, id est, perspicacis & velocis motus, i. soliciti & prompti: Nam perspicaces ad prouidendum & considerandum facit eos humilitas: sed veloces & expeditos facit eos paupertas: Sed magni, & diuites, qui apud mundum magni reputãtur, sunt ad bene operandum tardi, & circa terram texũt, quando solum ad terrena disponenda, vel congreganda intendunt; bestiolas, i. simplices fraudulenter & insidiosè decipiunt, & eorum bona dirigentes sibi in suum vsum assumunt, vel pro futuro tempore reponunt.

Arist. de ani.

Itẽ humilitas mentis, & restrictio carnis, perducũt hominẽ ad magnum calmen contemplationis

sis. Nam formicæ cum sint paruæ, & strictæ circa ventrē, crescētes fiunt pennatæ, & volant. Sic qui est apud sepium paruus per humilitatem, & circa ventrē per abstinentiā strictus, crescit in spiritu, & pennis virtutum efficitur pennatus, & tunc sequitur contemplationis volatus.

Item humilitas plus fructificat quam superbia: Nā animalia parui corporis sunt plurium filiorū, quam illa quæ maximi: Opera enim Deo placentia sunt opera humilia, quæ maximi, id est, superbi facere dedignātur, & ideo permanent steriles.

Inferni ignem, mira Salamandræ exemplo, perpetuo humana corpora post iudicij diem fore cruciaturum, eaque nunquam consumpturum, edocetur.

Cap. LXII.

IGnis inferni post diem iudicij humana corpora cruciabit, & tamen nō occidet neque cōsumet, neque incinerabit. Cuius exemplum apparet in Salamādra quæ in medio ignis viuit. Et de corio cuiusdam generis Salamādræ fiunt licinia in lāpadibus, & lucernis, quæ nullo incendio cōsumuntur, sed perpetuo ardere probantur, & si hoc fit potentia naturæ, quanto magis in damnatorum corporibus fieri poterit di
Isa. 66. uina virtute? Isa. Ignis eorum nō extinguetur.

Equi Camelique exemplo hic apposita, incesti grane peccatum quantopere sit fugiendum nos erudiunt.

Cap. LXIII.

INceſtum abhorrere equus docet, qui matrem cum coitū fummè refugit. Vnde narrat Aristot. quod rex Septentrionis habuit equam pulcherrimam, quæ peperit ei equum pulcherrimum: ex quibus duobus volens extrahere equum alium, cooperuit vultum equi, ne matrem agnosceret. Qui tandem discoopertus matrem, se cognouisse videns, fugit, & seipsum ab alto proiecit, & mortuus est. Quantum ergo debet abhorrere rationalis homo incestuosā sui sanguinis commixtionē, quādo brutum animal sic abhorret? Item Camelus coitum cum matre tantum abhorret, vt dicit Ari. Arist. de
quod cum in quadam ciuitate anim.
cooperta, à posterioribus mater esset, camelus eam non cognoscens super eam ascendit: sed tandem eam matrem sentiens, mox coitum nō complens descendit, & ingeniatorem inuasit, mordēdentibus occidit. Erubescat homo infœlix, qui iudicio fultus est rationis, non solum tale quid egisse, sed nimirum facere cogitasse. Deut. Maledictus, qui dormit cum vxore patris sui.

Hiæna in sexu naturalis variatio, cui non incongrue inconstans homo comparatur, breui declaratur.

Cap. LXIIII.

INconstans homo simillis Hiænæ est: cuius natura dicitur esse, vt vna, & eadem sexum mutet: vnde nunc masculus, nunc fœmina inuenitur. Similiter homo inconstās inuenitur aliquādo masculus, id est robustus in proposito, sed postea inuenitur fœmina in facto. Vel masculus, id est, virilis in principio, sed fœmina, id est debilis in progressu. Luc. Cœpit ædificare, & non potuit consumare. Sed nota, quod prædictam mutationem sexus, dicunt quidam fieri solum apparenter, ex eo quod (vt dicunt) hiæna semper habet vtrumque sexū sicut hermaphroditus, sed aliquando vnus est occultus, & alter manifestus. Et hoc forte variatur secundum tempora, propter quod aliquando apparet masculus, aliquando fœmina. Vnde dicunt quidam, quod hyæna

Arist. de anim. concipit sine mare, sed Aristotel. hoc negat.

Quantum sit coniugalis incontinentia euitanda, ceruorum exemplo, doctorumq; auctoritate admonemur.

Cap. LXV.

INcontinentiam coniugalem euitare cetui nos docent, de quibus dicit. Plini quod a tempore conceptus, fœminæ à maribus discedunt donec à partu purgentur. Et tamen tanta est quorundam hominum libido, vt agrauidata vxore interdum abstinere non valeant. Et nota hic aliquid exigente materia, quamuis non sit pulchrum audire, tamen est vtile scire: scilicet, quãuis matrix post impregnationem claudatur, tamen ex delectatione (vt Auicẽna dicit) mouetur, & aperitur, & ex hoc imminet periculum aborsus Et ideo Hieronymus vituperat accessum viri ad vxorem pręgnantem, non tamen ita quod semper sit peccatum mortale, nisi forte probabiliter timetur de periculo aborsus.

Plin.

Infirmitatem corporalem multum interdum homini ad vitia cohibenda prodesse. Leonis exemplo, quoue pacto sit rite curãda, elephantis similitudine naturali erudimur.

Cap. LXVI.

INfirmitas corporis aliquando est medicina cordis. quia scilicet cohibet vitia. Nam leo (vt dicit Solinus) quartanam omni tẽpore patitur. Et hunc morbum Deo prouidente ideo patitur, vt eius iracundia temperetur. Similiter in hominibus diuersæ infirmitates corrigunt diuersa vitia: propter quod dixit Sen. infirmitati meæ gratias ago, quæ cogit me nõ posse, quę nõ debeo velle.

Sen. in epist.

Item infirmus homo debet suæ infirmitatis remedium præcipuè à Deo requirere, & etiam medicinalia cum oratione, & diuinæ virtutis inuocatione recipere. Nã elephantes quando ægrotãt, colligunt quasdam salutiferas herbas, & antequam eas edant, erecto ad cælum capite, etiam herbas ad cælũ leuãt, & quasi quadã religione à Deo auxilium postulant. Multo ergo magis homo cũ patitur, à Deo debet auxilium petere, & medicina vtens ab oratione inchoare. Iac. Oratio fidei saluabit infirmum. Iac. 6.

Ingenium nonnunquam plus valere quam vires, vnico Leopardi leonem insidiantis exemplo: ac quemadmodum Diabolus sit ab homine superandus, edocetur.

Cap. LXVII.

INgenium aliquando plus valet quam vires, quod patet in leopardo quem leo mirabiliter odit; Vnde leonem timens, quia minor illo est, foueam facit orificiũ duplex habẽtem, vnum per quod intrat, & alterum per quod exit, & est fouea in vtroque orificio valde ampla, sed in medio stricta: Veniente ergo leone, per foueam fugit, quem leo insequens cum ipso foueam intrat: sed ad mediũ veniẽs, & foueam strictam reperiens, transire non potest, neque retro se vertere valet. Vnde leopardus exiens per aliam partem, & post eum ingrediens, ipsum à tergo mordet, & sic sæpe de eo arte triumphat, de quo triumphare viribus nequibat. Leopardo ergo assimilatur homo, cuius fouea est præsens vita, hæc habet ingressum per mortem, & vtrobique est larga humilitatis materia, siue hominis principiũ consideres, siue finẽ. Sed in medio debet esse stricta, arctitudine pœnitẽtiæ: quam cum leo. i. diabolus, inuenit in homine, nõ potest progredi, vt vlterius hominem decipiat, nec retrocedere, vt per præterita peccata quæ iã per pænitẽtiam deleta sunt, ipsum teneat

Vnde

Digitized by Google

Vnde leonē leopardus exiens retro mordens occidit, quia postera vita, vel pœnitētia eius nequitiam in se extinguit.

Impatiens ac iracundus quemadmodum fit edomandus, Vitæ exemplo monstratur.

Cap. LXVIII.

IMpatiens assimilatur vrso, est enim vrsus animal impatiens, & iracundum, volens se de iniuriis vindicare. Vnde cum aliquem inuaserit, si alius eum tangit, statim primum dimittit, & in alium currit: nec quando capitur, aspectu pelluis ardentis excæcatur: catena ligatur, & verberibus edomatur. Sic homo impatiens, & iracundus, de iniuriis se vindicare appetit: neq; propterea vnū inimicum dimittit, quin contra alium bellum suscipiat, sed tanquam pelluis ardens est ira furens, ad quam excæcatur, quia ira oculum rationis perturbat, quem furia, & infamia penitus excecat: sed furiosus, est catena ligandus, vel verberibus edomandus.

In bonum peragendum non perseuerantes variis similitudinibus satyris, & Faunigenis non leopardo assimilari demonstratur.

Cap. LXIX.

IMperseuerantes qui bene incipiunt, & in fine deficiunt, similes sunt illis animalibus mōstris, quæ satyri dicuntur siue Fauni: De quibus dicit Isi. q habēt cornua in frontibus, & sunt similes capris in pedibus. Et tale fuit monstrum quod beatus Anton inuenit in solitudine: & dum interrogaretur quid esset: respondit, Mortalis, siue vnus ex accolis eremi: quos errore delusa gentilitas faunos, & satyros colit, quid autē est cornu frontis? nisi robustū principiū operis? & quid pes caprinus, nisi finis defectuosus. Ille ergo qui viriliter incipit, sed postmodū ad debitū finē bene incœpta uō perducit, quasi satyro monstro similis existit & tales erant illi quibus A post. dixit. Cum spiritu cœperitis, nunc carne consummamini. Gal. 4.

Item imperseuerantes, & impatientes similes sunt leopardo, qui saliendo non perseuendo capit prædam, quam si. 3. vel. 4. saltu non ceperit, præ indignatione desistit, & quasi victus retrocedit. Tales sunt qui non diutius laborando, sed quanto citius obtinendo volunt assequi quod intendunt: Vnde si non statim obtinent, & non inueniunt quod volunt, quasi tædio victi, à bene incœpto opere retrocedunt, non attendentes quod labor improbus omnia vincit, vt dicit Virgilius. Vnde etiam perseuerantia orantis obtinet à Deo quod cupit. Luc. Si perseuauerit pulsans, dabit ei quot erit necessarium. Virgil.

Chamaleontis natura describitur, cui quidā rationabiliter inconstans homo assimilatur.

Cap. LXX.

INstabilis, & inconstans homo assimilatur chamaleonti, quæ est bestia parua diuerso varietatis colore respersa. Cuius corpusculum ad varios colores quos videt, facile variatur: nullum enim inuenitur animal quod sic recipiat oppositorum sibi colorum mutationes, vt dicit Isidor. Sic animus paruus pusillanimitate, vel paruus in virtute, facile impressionem amoris, vel timoris, vel gaudij, vel doloris, vel tristitiæ recipit, ex omnibus quæ sibi occurrunt: & ideo stabilitatem non habet, quia immutatur & deducitur per varias affectiones. Iacob. Vir duplex animo, inconstans est in omnibus vijs suis. Iaco. 1.

Digitized by Google

Inuidia malū virus, inuidiosorumq; natura per quam plurimas Indiæ serpentium, Cerui, Vrsi, Syrenæ, Salamandræ, lincis, Draconis, ac tandem Papilionis similitudines dilucide aperitur.

Cap. LXXI.

INuidi sunt similes quibusdam serpentibus Indiæ, qui statim fugiunt quando vident florere arbores aromaticas, quas etiam corrodere dicuntur ne floreant, eo quod odorem florum sustinere non valeant Sic inuidi prosperitatem proximorū sustinere nō possunt, & de ipsorum infortunio gaudent. Eccle. Laqueo peribunt qui delectantur in casu iustorum. Eccl.27

Item inuidi dolent si aliquis vtilitatem de bonis eorum capit, etiā de his quibus non indigent: Sunt enim similes ceruis, qui quando cornua eijciunt, abscondunt propter inuidiam, & dolere videntur si aliquis ex illis accipiat medicinam.

Item inuidus assimilatur vrso. Nam vrsus cerebrum habet venenosum, & ideo eius caput & spatulæ cōburuntur, ne gustantes de eius cerebro in vrsinā rabiem conuertantur: Nulli enim animali est tanta solertia ad male faciendum sicut vrso, vt Plin. dicit. Sic inuidus habet caput venenosum i. mentem veneno odij, & maliuolentiæ infectam. Vnde necessarium esset, vt vteretur igne charitatis, quæ non æmulatur: & sic nemini noceret. Et ideo nullum vitium facit hominem ita solertem ad male faciendū, & nocendum alijs sicut inuidia. Vnde per inuidiā diaboli mors intrauit in omnes homines. Sap. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Sap.2.

Item inuidus similis est syrenæ, quæ tempestate lætatur, & in sereno tristatur. Sic est inuidus dū gaudet de alterius aduersitate, & tristatur de prosperitate.

Item inuidus similis est salalamandræ.

Primo ratione temporis. Nam salamandra, quæ habet figurā similem lacertæ, nō apparet nisi in magnis imbribus, & in sereno deficit omnino. Per magnos imbres intellige magnas tribulationes, vel aduersitates alicui contingentes. Tunc inuidus, & maliuolus se manifestat ad insultandum, & nocendū ei, sicut fecit Saul Dauid. Sed in sereno. i. dum videt hominem in prosperitate, tacendo deficit, & tristitia cōsumitur. 1.Reg. 10.

Secundo, ratione frigoris. Nam tanti est frigoris, vt ignem extinguat, sicut glacies. Sic inuidia extinguit ignem charitatis.

Tertio, ratione oris. Nā ore venenum euomit, s. quandā saniem lacteā, quæ si corpus hominis tetigerit, inde pilos cōtinue fluere facit: Similiter inuidus venenum euomit ore detrahendo, & infamando Psal. Venenum aspidum sub labijs eorum. Psal.19.

Item inuidus vbi alteri nocere credit, quādoque prodest, & ideo assimilatur lynci, cuius vrina in gemmam preciosam cōuertitur, & ipse hoc sciens, & quasi homini inuidēs, & dolens, si gemmam hanc inueniret dum vrinā emittit, eam sub terra abscondit, & tamen fallitur, quia ibi (vt dicit Plin.) in lapidē citius cōmutatur.

Item inuidus assimilatur draconi Nam draco venenum suum habet in lingua, & in felle, dicit enim Plinius, quod ex vi veneni semper lingua eius erigitur, & ex calore flatus sui aër inflammatur vt aliquando incendi videatur. Vim habet in cauda, & plus nocet verbere quam ictu: quicquid autē cauda ligauerit occidit, raro dormit, & visum acutissimū habet, vnde à remotis prædā suam videt. Similiter homo inuidus habet

habet venenum odij in felle.i. interius in mente, & in lingua.i. in detractione, & lingua erigitur ad maledicendū, & superbe loquendū, & ad odia inflammandum, & incendendum. Habet etiam vim in cauda, quia scilicet retro percutit per occultam detractionē: & occidit per infamationē, raro dormit, i raro quiescit à nocēdo, & machinando: & habet acutissimum vitium circa defectus proximi, ita quod à remotis videt quid de ipso capere possit.

Item inuidus homo frequenter vnde credit lædere alium, lædit seipsum. Vnde est similis papilioni, qui dum lumen extinguere nititur, in flammam irruens ipse comburitur, Psal. Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.

Hypocritarum defectus & fallacia, per varias Crocodrilli, panthēræ, eruce ac etiam Papilionis similitudines, vtile & oppositè patefiunt.

Cap. LXXII.

HYpocrita ei, quem lædit, falsam compassionem ostendit, ne ex crudelitate lædere credatur. Vnde assimilatur cocodrillo de quo Phisiol. dicit, quod si hominē iuxta litus inuenit, eū occidit, sed postea est plorat, & tamen eū deuorat: Talis fuit Ismael filius Hathaniæ, de quo habetur Hiere. quod cum amicis, Godolię quem ipse occiderat incedens, & plorans ibat, & tamen etiā illos cum quibus sic ibat, occidit, vt dicitur ibidem.

Item hypocrita, vel hæreticus assimilatur panthere, quam propter pulchritudinem exterioris pellis, vel varietatem colorum, & odorem quem ex ore emittit, omnia animalia solicitantur videre, sed torpitate capitis deterrentur: vnde ipsa caput occultat, & dum ei animal appropinquat ipsum accipit, & manducat: sic propter apparentiam exterioris sanctitatis, & varia spiritualia opera, quæ hypocrita, vel hæreticus exterius prætendit: & aliquando propter famam doctrinę, quæ est, vt odor oris, multæ deuotæ & simplices personæ desiderāt dum videre, vel ei adhærere, quibus ipse caput suæ malitiæ, id est malignam intentionem, vel corruptam fidem à principio abscondit. Sed cum ei aliquis credendo familiariter adhæserit, tunc ipsum decipiendo capit, & manducat. i. eum sibi incorporat, hoc est corrumpendo assimilat.

Item hypocrita assimilatur eruce: Eruca enim est vermis noxius, quia in folijs olerum crescens pinos, fructus, frondes, & flores corrodit. Vnde aberadendo dicta est eruca, vt dicit Isi. Sic quoq; hypocrisis vitium, omnem fructum spiritualē & bonum hominis destruit, scilicet, & florum. i. affectionum, & frondium i. locutionum, & fructuum, id est operationum, quia in omnibus intendit hypocrita solum humanum fauorem. Secundo, quia est vermis ingeniosus, scilicet ad se conseruandū cōtra temporis asperitatem. Nā sicut dicit Plin. Eruca extremitatibus arborum consumptis, folijs & fructibus texit de suis visceribus telas, more aranearum, quibus se per totam hyemem inuoluit, custodiens pestiferum semen suum. Egerit enim quædam ouа, de quibus in vere erumpentibus gemmis nascitur multa proles. Sic etiam homo hypocrita instante hyeme. i. asperitate alicuius aduersitatis, vel tribulationis, de visceribus suis i. ex proprijs & occultis malitijs suis texit telas. i. ordinat mirabiles, & astutas vias quibus se inuoluere, i cooperire, & defendere possit. Et in talibus Plin.

Digitized by Google

talibus vijs se inuoluens.i.cooperiens custodit pestiferu semē .uū, idest malignum affectum. Et egerit quædam oua, id est, facit quædā secreta opera, ex quibus quandoque oriuntur mala multa.

Tertio quia est vermis maculosus. est enim eruca mollis, & saniosa diuersis coloribus distincta, de nocte lucēs vt stella, in die deformis apparens. Sic hypocrita est mollis, id est delitiosus, vel mollis, id est cedens tentationibus: Molle enim tangenti nō resistit, sed cedit,

Item est saniosus, idest, putredine peccatorum, siue humore luxuriæ plenus, & diuersis coloribus, idest vitijs, siue malitijs maculatus, vel diuersis coloribus, id est, diuersis ostentationibus sanctitatis tinctus, quia multis modis conatur apparere bonus. Sed licet de nocte.i. obscuritate præsentis vitæ, luceat vt stella, scilicet per claritatē famæ, vel exterioris apparentiæ, tamen adueniente die mortis, siue die claritatis diuini iudicij, in quo illuminantur abscondita tenebrarum, & manifestantur cōsilia cordium, tunc deformitas eius patebit.

Quarto, quia eruca est vermis quasi monstruosus in transformandose. Nā ad modum bōbicis sericum faciētis formam mutat, & se reptilem in volatilē trāsformat: Alas enim tenues, & latas suscipit, quibus volitando in aëra se extollit, & quot colores in corpore habet, tot in alis ostendit. Et tale volatile papilio vocatur, vt dicit Isid Et ideo, vt ipse dicit, ex erucis papiliones fiunt, & ex papilionū stercoribus erucæ iterum generantur, & quādo volant minus noxia sunt, quam quando reptant; Tunc enim eruca accipit formam volatilem, siue papilionis, quando hypocrita ascēdit ad gradum prælationis. Tunc enim ad modum bombicis sericum facien.is aliā formam assumit, quia ad modum sancti viri multa bona se facturum prætendit. Alas tenues, & latas suscipit, quibus in aëra se extollit, quia quædā opera, quæ apparenter videntur mira, sed existenter sunt valde debilia inchoat, & assumit; quibus iactanter se eleuat, & in regimine magnificat. Et sicut ex erucis papiliones fiūt, quia sic ex hypocritis superbi, & vanè gloriosi exeunt, ex quorū stercore, id est tēporali gloria: quia viri peccatoris gloria vermis, vt stercus est, vt dicitur Macha. iterū generantur erucæ, quia s. alij ambitiosi videntes hypocritarum temporalē gloriam sequi, conantur etiā eorum fictā vitā: sed in hoc minus noxij sunt hypocritæ volantes quam reptantes: quia minus latet eorum hypocrisis in statu dignitatis. Nam principatus ostendit virum, & quanto hypocrisis est minus occulta, tanto minus est noxia.

Isidor.

1. Mac.

Item in statu dignitatis hypocrita sibi magis cauet, ne perdat nomen, vel honorem sanctitatis.

Ira damna, iratorumq; praua natura apertè monstratur: quibus Apri, Canes rabidi, cyrogrylliq; per plures eorum similitudines naturales iure comparantur.

Cap. LXXIII.

IRa impellit frequenter hominem ad pericula mortifera, propter appetitum vindictæ. Vnde iracundus est similis apro.i. siluestri porco. Qui (secundū Auic. & Pli). est animal sæuū, & tantæ feritatis, vt mortē paruipendat, cōtra ferrum venatoris intrepidè se opponat, immo ferro cōfossus vires cōtra vulneratores suos resumit, & ipsos cum cultris suis inuadit. Sic homines frequenter (vt se de inimicis vindicent) ex ipsa ira periculum mortis paruipendentes

dentes etiam in tela ferrea se im mittunt intrepidos, neque vulne rati refugiunt, sed maiore furore
Iob 5. in suos vulneratores insu gũt, Io. Virum stultum interficit iracun-
2.Ma.4 dia. Mach. Feræ beluæ irã gerens.

Item iracundus similis est cani rabido, qui semper soliuagus, ipsum enim alij canes fugiunt tanquam pestem, vadit tanquam cadendo vt ebrius, & currit aperto ore, lingua pẽdente, & saliua defluente, oculos habet rubicũdos, quos licet ferat apertos, in omne tamen obiectum impingit, ac si cæcus esset: contra omnem rem repugnat, & contra vmbrã suam latrat. Et dicit Cõstantinus, quod canis est calidus & siccus, cui nigra cholera dominatur, quę dum corrumpitur, canis in rabiẽ vertitur. Similiter etiam homo iracundus est soliuagus, quia nec ãmicum, nec socium potest sustinere: propter quod dicitur, Noli
Pro.22. esse amicus homini iracũdo. Merito ab omnibus fugiendus est tanquam pestis, quia nemini parcit. Item aperto ore currit: quia verba maledicta proferre nõ desinit; Vnde ei lingua extra os pendet, quia eam cohibere non potest: totũ enim spiritum suũ profert stultus, cui saliua sapientiæ seu discretionis defluit, quia siquid sensus habet iratus, ex furia totum perdit. Oculos autem ad literam rubicundos habet propter feruorem sanguinis, qui vaporaliter ascendit ad faciẽ, & ad oculos hominis irati: Est enim ira naturaliter ebullitio sanguinis circa cor (vt Damas. dicit) pro-
Dama. pter inflammationem spirituum visibiliũ. Sed quasi cæcus in omne quod audiendo vel videndo sibi resistit impingit. Nam in omni verbo, vel risu, vel alio gestu offenditur, & ideo contra omnia quæ audit vel videt, repugnat: & apud seipsum etiam solus existẽs murmurat, & sic ad modũ rabidi canis cõtra vmbrã suã latrat: maximè autem tunc in rabiem faciliter accenditur, quando nigra cholera, id est, melãcolia corrumpitur: quia quando est in aliqua accidia vel melancolia homo iracundus, tunc ex leui causa accenditur in furiam, quia tunc est maximè pronus ad iram, ex conceptione, vel imaginatione alicuius rei contristantis. Iustè ergo debet homo conari ne ab ira superetur, ex qua tanta rabies oritur. Iob Non te superet ira. Iob 37.

Item iracundus vel impatiens, cum aliquod cõtrarium occurrit, etiã quod bene fecerat dẽstruit. Vnde similis est Cyrogrillo, qui est idem quod Hericius, excepto quòd est maior. Iste ex vinea vel arbore vuas vel poma deijcit, & super ea voluens, se pinnulis infigit, & in ore semper vnum assumit: sed dumea ad nidum ponat, si aliquid ei exciderit, iratus omnia excutit, & iterum ad arborẽ, vt se oneret redit.

Item irati quæcunque faciunt, dũ sunt in impetu iræ, communiter, & vt plurimum, faciunt defæctuosè. Cuius exemplum naturale est, quia animalia iracunda pariunt fœtus imperfectiores. sicut canis catulos cæcos, & vrsus parit frusta carnis per lineamenta indistincta quæ fouet sub axilla, sicut gallina oua, quibus lambendo induit debitam formã. Similiter iratus, in ipso suo impetu facit opera cæca, rationis consilio non præuenta, & iterum opera confusa & inordinata, nisi postea per mansuetudinem sapientiæ reparentur, & formentur. Et
Sene. ideo bene Sene. dicit. Nihil tibi liceat cum irascaris.

Item iracundi homines similes sunt quibusdam animalibus. de quibus Arist. dicit, quod mouent
Arist. de cornua sicut auriculas, & sunt in-

regione

regione Auſtragæ, quæ (ſicut dicit Auicenna) fuit regio ipſius Ariſto. eſt enim in eis coniunctio cornuum magis cum cute, quàm cum oſſe. Similiter iracundi, qui quolibet verbo audito contrario, ſtatim mouentur ad lædendum. Et qui iſti ſunt, mouent cornua ſicut aures: aures enim ad audiendum, & cornua ſunt ad percutiendum in eis æquè parata, & furor talium ſic ſubito erumpens, non habet miſericordiam, ſecundum illud Prouer. Ira non habet miſericordiam, nec erumpens furor. Pro.27.

Hominem ſecundum exteriora non eſſe, nec in bonum, nec in malum omnino iudicandum, minimumq; peccatum fore fugiendum, Hadi, Tyriq; ſerpentis exemplo confirmatur.

Cap. LXXIIII.

IVdicandum non eſt de homine ſecundum apparentiam ſenſus exteriorem. Nam hœdus quo ad tactum pellem habet ſiue pilum agno aſperiorem, & tamen carnem habet meliorem, & præcipuè maſculus, cuius carnes ſunt optimæ, & ſuauiſſimæ propter ſuam temperiem. Sic in hominibus aliquàdo ille, qui videtur hiſpidus & deſpectus exteriùs; eſt optimus interius, vnde Io. nolite iudicare ſecundum faciem. Non ſolum autem in bonis, ſed etiam in malis huiuſmodi iudicium falſum: quia frequenter, qui in apparentia minor eſt, in malitia eſt maior. Nam Tyrus eſt ſerpens in apparentia paruus, & tamen in veneno magnos ſerpentes excedit. Vnde inuenitur Tyrus paruus (ſicut ait Ariſto.) quam magni ſerpentes timent & fugiunt: & habet talis Tyrus pilos. Inuenitur etiam Tyrus, contra cuius morſum nullum eſt remedium. Sic malum, vel peccatum debet homo timere quantumcũque videatur modicum. Apoſt. Modicũ fermentum totam maſſam corrumpit. Iob.7. 1.Cor.5

Peccata, vitiorumq; pruritus, per pœnitentiæ lachrymas facillimè ablui, Elephantum naturali proprietate probatur.

Cap. LXXV.

LAchrymis pœnitentiæ peccata abluere elephantes docent, qui (ſecundum Plin.) in noua luna gregatim conueniunt, & in flumine ſe abluunt, & ſic ad locum ſuum redeunt. Tunc autem quaſi apparet noua luna, quando ſuperuenit hominibus aliqua mutatio, ſiue aduerſitas noua, & tunc more elephantorum debent ad aquas doctrinæ ſiue prædicationis gregatim confluere, & in flumine pœnitentiæ, & lachrymoſæ compunctionis peccata ſua lauare, vt peccatis amotis amoueantur flagella. Etiã tunc gregatim ad aquas currunt, quando proceſſionaliter ad diuinã miſericordiam impetrandam, cum letaniis, & orationibus vadunt. Quod etiam fieri debet aduenientè noua luna, ideſt nouæ aduerſitatis mutatione. Et cum elephantes taliter vadunt, & iuuenes ſuos in eundo, & redeundo ante ſe etiã ire faciunt, quos cuſtodiunt, & inſtruunt ad ũmilia facienda. Et ſic in ſupradictis, debet fieri etiã ab hominibus in pueris, & in iuuenibus eorũ. Ioel. Congregate paruulos, & ſugentes vbera: vnde & Chriſtus cum eſſet. xij annorum, fuit ductus cũ alijs ad feſta in Hieruſalem. Item lachrymarum luctus extinguit vitiorum pruritus, ſicut aqua marina, vel ſalſa extinguit pediculos, ſic aqua lachrymarum, cum ſale diſcretionis, & aceto compũctionis extinguit pruritus vitiorum, & ſpecialiter carnis. Pſalm. Contribulaſti capita draconum Ioel.2. Luc.2. Pſa.73.

Digitized by Google

conum i. pruritus, seu principia tentationum, in aquis, scilicet lachrymarum.

Humanas leges magni viri facile transgrediuntur: quod similitudine Araneorum tela iure optimo fulcitur.

Cap. LXXVI.

LEges humanæ (vt dicit Anatarsis) similes sunt telis araneatũ: quia in eis parua quidem & imbecillia animalia inuoluuntur, & capiuntur, vt muscæ; & huiusmodi: sed magna, & potentia, vt aues, & huiusmodi, eas optimè transeunt, & dirumpunt, sic magni transgredientes legem nõ puniuntur, sed solum imbecilles & parui.

Onagri in eorum siti tolerantia, patienter debitas pœnas sufferre nos erudiunt.

Cap. LXXVII.

LOnganimiter, & patienter tolerare defectum, & pœnã, quousque sit tempus congruum subleuationi, & impletioni, onagri nos docent, quia est animal valde impatiens sitis: diu expectat quousque potum inueniat sibi aptum: Cupidi autem tanquam sitientes, & impatientes sitis, quærunt impleri aquis turbidis, & immundis, i. temporalibus diuitijs, quę & animæ quietẽ turbant, & scientiam maculant, nec auferunt eis sitim. Sed sancti viri tanquam onagri patienter expectant, quousque veniant ad illum fontem vitæ, vbi erit plena satietas. Psal. Expectabunt onagri in siti sua. Psa. 103

Luxuria damna quàm plurima, luxuriantiumq; natura atq; defectus, per naturales Hirci, Porci, Boracis, Elephantis, & deniq; Tineæ proprietates, & similitudines clare cognoscuntur.

Cap. LXXVIII.

LVxuriosi assimilantur hircis. Primo, ratione lasciuiæ: quia hircus, (secundum Isid.) est animal laciuũ, & feruens ad coitum. Sic luxuriosi lasciui sunt, & feruent ad opera lubrica. Hier. Ollam succensam ego video à facie Aquilonis. Facies Aquilonis, quã videbat propheta, est suggestio maligni spiritus, succendens ollam, i. carnem, in qua feruescit aqua carnalis concupiscentiæ. Isidor.

Secundo, ratione petulantiæ: quia hircus (vt Isid. dicit) est animal petulcum. Vnde eius oculi ad libidinem in transuersum respiciũt. Sed luxuriosi habẽt respectum trãsuersum & impudicum, repræsentantem impudicum animum, quia (sicut dicit Aug;) impudicus oculus impudici cordis est nuncius. August. in Reg.

Tertio, ratione infamiæ: quia hirci sunt fœtidi, & sic luxuriosi fœtent per infamiam. Vnde Dominus super Sodomam pluit sulphur & ignem: quia in peccato carnis ardet ignis concupiscẽtię, & fœtet sulphur infamiæ. Quarto ratione inhærentiæ: quia. s. hoc vitium incorrigibilius inhæret (sicut dicit Democritus, & refert Plinius) quod hircus nunquam est sine febre: Est. n. hircus tantæ caliditatis, vt adamantem, quem neque ferrum, neque ignis domare potest, eius cruor calidus molliat, vt dicit Isid. Vnde patitur febrem cõtinuam: & sic quidam tam lubrici sunt, vt semper sint in æstu malæ concupiscentiæ. Sed attendendum, quod cornu hirci adustum dicitur fugare serpẽtes. Cornu ergo hirci, est vigor corporis luxuriosi, quod si aduratur igne afflictionis, recedũt serpẽtes i, venenosæ tentationes carnis. Demo.

Item eius fel dicitur clarificare visum, quia amaritudo & tribulatio carnis, interdum visum aperit animæ, & claritatem reddit. Itẽ luxuriosus assimilatur porco. Primo, quia porcus quasi spurcus est di-

est dictus, quia in spurcis & fœtidis semper quiescit. Sic luxurio sus in spurcitijs & fœtoribus carnalium peccatorū quiescit, vnde
Hier. 48 Hiere. Moab requieuit in fœtoribus suis. Secundo quia porcus nascitur dētatus (vt dicit Pli.) dētes pectoru, quibus mentē detinēt, iunt delectationes quę ab ipsa ini origine iue radice insunt peccato luxuriæ, i. in ipsa cogitatione. Nō tic autē est de peccato iræ, quæ potius habet pœnā, nisi in nne, s. quādo se iratus vindicat. Tertio, quia porcus amisso oculo cito moritur. Sic quia oculus impudicus & vagus, est incitamentū & fomentum luxuriæ, amoto
Iob. 31. eius vitio luxuria faciliter cessat. Iob. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidē de virgine. Quarto, quia porci volutati in lutō, plus iacent in latere dextro, quā in siniſtro, quia, s. plus iacet homo in luto luxuriæ, dum est in dextro prosperitatis, quàm in siniſtro aduersitatis, quia malitia vnius horę oblivionē facit luxurię, vt dicitur Ec,
Eccl. 1. Item luxuriosus assimilatur boraci, i. rubetæ, quæ est genus ranæ venenosum: Hæc enim oculos habet quasi igneos, & tanto est pernicioſior quāto eius aspectus est ardentior: Aspectum solis odit, & tenebras quærit. Herbas dulces diligit, & earum radices comedit, sed comedendo eas inficit. Et ideo in hortis ruta inimica ei plā tari consueuit. Loca fœtida & simola diligit, & odoriſera odit, vnde fugit dum vinea florere incipit. Sic similiter luxurioſus quasi habet oculos igneos, igne s. interioris concupiscentiæ inflammatos, & quanto oculus ardētior, tanto animus deterior in concu-
2. Pet. 2. piscendo. 2. Pet. Oculos habentes plenos adulterijs. Hic ad literam, lucem odit, & tenebras quærit, quia oculus adulteri obseruat caliginem. Iob. Vel odit aspectum solis, id est manifestationē peccati sui, & quærit tenebras, id est occultationem. Herbas dulces diligit, i. delectationes voluptatis, quæ dulces sunt carni, & radices earum comedit, id est, cogitationibus earum interioribus pascitur, quia si eas opere implere non potest, saltem in corde reuoluit, & ita sibi ipsi fœtidas & immundas cogitationes gignit. Sed si ruta, i. aliqua amara tribulatio ibi plantari posset, talis infectiones cessarent. Diligit etiam luxurioſus loca fœtida & humosa, id est inhoneſta, & infamia, vt lupanaria, & huiusmodi: honesta autem loca & consortia odit, & fugit. Et ideo vbi vinea pœnitētiæ florere videt, non appropinquat, sed fugit, & elōgatur. Vnde notandū, q luxuriæ siue cōcupiscentiæ feruor extinguitur afflictione duræ pœnitentiæ. Cuius adhuc exemplum apparet in boIob. 24 race siue rubeta. Tradūt enim auctores (vt dicit. Pli.) quod in dex-Plin. tro latere rubetæ est os occultū, quod in aquam feruentem missum subito feruorem facit stare, nec esse in ea stante potest vltra feruere. Et dicunt illud quartanam fugare. Quasi vero rubeta est humana vita, cuius latus siniſtrum est status culpæ, sed dextrum est status pœnitentiæ. In hoc latere est os, i. dura afflictio carnis, quæ debet onerari, i. non ad ostentationem fieri, vt faciunt hypocritæ. Hæc extinguit feruorem aquæ, id est, ardorem concupiscentiæ, & fugat quartanam, i. luxuriam, quæ quadrupliciter ardet s in cogitatione, in affectione, in aspectu, & in tactu.

Item gulæ, vel luxuriæ vitium dominatur in magnis & potentibus viris, quia per voluptatem carnis maximè eos diabolus vincit. Sicut vnicornis cum elephante

sæpe

sæpe bellum gerens, cum elephãtem in ventrem percutit eum prosternit: Habet enim elephans mollem ventrem. Per vnicornem intelligitur diabolus, cuius cornu significat potestatem sibi à Deo permissam ad tentandũ, vel ad persequendum homines. Hic elephantes, id est, magnos viros, & in dignitatibus cõstitutos præcipue percutit in ventre: quia per vitia, quæ ad ventrem pertinent, scilicet per gulam, & per luxuriam eos vincit, ad quę ipsi potissimum sunt molles, id est, proni propter delitias quibus continuè vtuntur, & propter libertatẽ quam habent. Vnde Philosophus Arist. in Ethi. dicit, quod multi eorum qui sunt in potestatibus constituti, similia pati videntur Sardanapalo, s. qui fuit rex Assyriorum totus lubricus, & luxuriosus, & deliciosus.

Item luxuriosus assimilatur tineæ. Est enim tinea vermis vestis; sic dicta, eo quod vestem teneat, & tam diu ei insistit quousque eã corrodat. Quid autem est vermis vestimenti, nisi vitium carnis, quod propter delectationis insatiabilitatem appetitui hominis tam diu inhæret, vt ipsum omni bono euacuet? Vnde luxuria, sicut dicitur Iob. Est ignis vsque Iob. 31 ad consumptionem deuorans, & omnia eradicans genimina.

Quemadmodum domini matrem, diligere ac venerari debeant peccatores, vt verecemur: insigni catulorum canum exẽplo explanatur.

Cap. LXXIX.

MAriam matrẽ domini diligere, & quærere debent etiam peccatores, & ad eã recurrere sicut ad matrẽ misericordię. Nam & canum catuli matrem diligunt, & adhuc cæci, voce, & odore agnoscunt, mammas quærunt, & dentium acumine comprimẽtes, vberibus lac effundere cogunt: quando vero esuriunt, quærula voce materna vbera petunt. Sunt autem velut canum, id est, dæmonum catuli, homines peccatores, qui diaboli, nõ natura sed imitatione, & malitia, sunt filij. Hi tamen misericordiæ matri reuereri debent, & diligere, quia ipsa peccatores non desinit adiuuare. Et licet ipsi sint intus cæci, vt ipsius virginis bonitatem & gloriam non videant; contẽplando, voce & odore tamen eam cognoscere debẽt, & audire vocem ipsius vocantis, & dicentis: Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini. Eccl. 24.

Item odorem eius attrahere. Eccl. 24. De quo ipsa dicit; Ego quasi vitis fructificaui odorem suauitatis. Et iterum sicut cynamomum, & balsamum, &c. Vel dicunt agnoscere eius vocem in verbis, vt cũ dicit; Magnificat anima mea Dominum. Similiter in aliis verbis ipsius, quæ in euangelio leguntur: quę omnia salubriter nos erudiunt.

Item debent agnoscere eius odorem, exemplis quæ nobis reliquit omnium virtutum. Debent quærere eius mammas: Habet enim vnam mammã ad exhibendum lac gratiæ, s. iustis: & aliã ad exhibendum lac misericordiæ, s. peccatoribus. Ideo mater gratiæ dicitur. Et etiam acutis dentibus, i. importunis orationibus premere, vt vberibus eis subueniat; & si esuriunt, id est, si ex animo appetunt suæ salutis remedium, quærula voce, i. dolorosa confessione, & oratione debẽt præfata vbera sæpius postulare. Pr. Vbera eiús inebriẽt te in omni tẽpore. Prou. 5.

Hyena sæua natura, variabilis, & mẽstruosa, cui mors comparatur, quoue pacto capiatur, quo ad culpam, & quo ad pœnam in hominem intrauerit, mortisq; meditatio quantum profit aperitur.

cap. LXXX.

MOrs assimilatur cuidam animali, quod dicitur Hyæna, quæ habet viperæ collum, elephantis dorsum, fingit voces hominum, in quantitate & voracitate repræsentat lupum, in pilis colli equum, & variat, vt dicitur, sexum, quia nunc masculus, nunc fœmina eadē inuenitur. Sic mors assimilatur viperę propter celeritatē, quia frequēter moriūtur homines inopinatè, & ante tēpus, præcipue per mortes violētas, sicut accidit viperæ, cui cum tempus pariendi aduenerit, filij non expectantes naturæ operationē, eius latera rodunt, & cum matris interitu exeunt. Sic & multi dirumpuntur per mortem ante tēpus, s. senectutis, & mortis naturalis. Elephanti veto assimilatur propter bellicositatem, quia elephas est animal aptum ad bellū, sed bellum siue pugna mortis est maxima: Est enim ibi pugna naturæ, quæ per morbū dissoluitur. Est etiā ibi pugna animę, quæ exire de domo propria, & in regionē sibi ignotam ingredi compellitur. Est etiā ibi pugna cōscientię, quæ supra se habet iudicē iratū si sit homo peccator, & intra si peccatorū remorsum, & sub se infernū præparatū, & iuxta se aduersariū truculētū, & venire terribile est ad tale iudiciū, siue ad talē pugnā. Vocē autē hominis fingit propter fallacitatem, fallit enim hominē propter incertitudinem, nescit enim homo finē suū. Lupo assimilatur propter voracitatem: homines n. deuorat, & nūquam satiatur. Collum equi habet propter refrenabilitatē, quia imponit frænū, & terminum nequitiæ humanæ Sexum autē variat, quia nūc fœminas nūc masculos aspornat. Reg. Omnes morimur &c.

2. Reg. Item mors tā naturæ, quā culpę, intrauit in hominē procuratione & tētatione serpētis antiqui, i. diaboli. Cuius signum est, quia sicut dicit Hyp. de medulla spinæ hominis mortui serpens nascitur, quod quidem (vt dicit Isi.) meritò accidit, vt sicut per serpentem mors hominis euenit, sic per mortem homi nis serpēs de ipso procederet moriturus. Sap. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Hyppo. Sap. 2.

Item mortis memoria facit hominem citius & facilius à mōdo, vel peccato exire, & ideo assimilatur illi herbæ quæ dicitur dracontea, quam cruæ, quia difficulter pariunt, comedunt, vt facilius fœtus exeat: Est enim quasi in ventre fœtus, homo in peccato positus, vel in mundanis inuolutus, qui difficulter educitur, nisi mortis timore impellatur. Vnde mortis meditatio & timor faciunt facilter egredi de ventre mundi, vel peccati: Facile enim contemnit omnia qui semper secogitat esse moriturum, sicut Hieron. dicit. Et iste egressus est sicut partus qui fit dolore pœnitentiæ. Io. Mul er, i. gratia cū patit, s. nouum hominē in iustitia, tristitiam habet, s. pœnitentiæ, & hæc tristitia facit eum egredi de peccato, quod dimittendum impellit memoria mortis. Eccl. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Ioan. 16 Eccl. 7.

Item memoria mortis cum compunctione cordis, resistit veneno tentationis carnalis. Sicut cinis scorpionis potatus in vino, remediū est homini percusso ab eo. Quasi percussio scorpionis est ipsa tētatio carnis: Scorpio enim ante palpando incedit, & retro cauda ferit: & sic caro primo delectat, postea cruciat, ergo hominē à scorpione percusso, i. à carne tē tatū, remediū est cinis scorpionis cū vino. Quid enim est cinis scorpionis, nisi resolutio carnis, quæ cum

Digitized by Google

cum viuo compunctionis potata, id est, attento animo considerata, liberat à venenosa punctura scorpionis, id est, a venenosa tentatione carnis: Aug. Nihil sic reuocat a peccato, quam frequens mortis meditatio.

Aug. li. exhor.

Animantia in veteri lege ad esum concessa, ac etiam prohibita, qua mentis munditiam, seu immunditiam signare videntur, manifestantur: ac cur a Deo id factũ sit, rationes assignantur.

Cap. LXXXI.

MVnditia mentis signatur in munditia illorum animalium quæ concessa sunt ad esum in lege Moysi. Dicitur Leui. Omne quod habet diuisam vngulã, & ruminat de pecoribus, comedetis. Quod autem ruminat, & habet vngulam, sed non diuidit eam, sicut camelus, non commedetis. Cyrogryllus, qui ruminat, vngulamque non diuidit immundus est, Lepus quoque: nam & ipse ruminat, sed vngulam nõ diuidit. Et sus, qui cum vngulã diuidat nõ ruminat, horum carnibus non vescemini.

Leui. 11

Item dicitur in eodem: Omne de volucribus, quod graditur super quatuor pedes, abominabile erit vobis. Quicquid autẽ ambulat super quatuor pedes, sed habet longiora retro crura, per quæ salit super terram, comedere debetis, vt est brucus in genere suo, & attactus, atque ophiomachus, atq; locusta, singula iuxta genus suũ. Vbi nota, quod animal quod ruminat, & findit pedes, i. vngulas, conceditur vt mundum, vt dicit Aug. ex quadã significatione. Quia, s. fissio vngulæ signat distinctionem duorum testamentorum, vel Patris, & Filij, vel duarum naturarum in Christo, vel discretionem boni & mali. Ruminatio autem signat meditationẽ scripturarum, & sanum intellectum earum. Cuicunq; autem alterum illorum deest, spiritualiter immundus est: & ideo prohibetur tanquam animal immundum quod altero illorum caret. Volatilia vero, & quadrupedia, quæ crura posteriora lõgiora habent vt saltare possint, comedũtur. Alia vero, quæ magis terræ adhærent, prohibentur: quia illi qui abutuntur doctrina quatuor Euangelistarum, vt per eam in altum non leuentur, immundi reputantur.

Muneribus sæpe Iudices, seu Principes placari ac corrumpi, Catuli exemplo probatur.

Cap. LXXXII.

MVnera mitigant animum iudicis, & prelati, & frequẽter corrumpunt. Nam aliquando catulus latrans, currit contra aliquem, vt videatur eum mordere, sed si proijceret ei vnum frustum panis, acciperet, & sileret. Sic aliquando prælatus aliquis venit ad aliquem subditum cum tanto latratu, vt videatur eũ velle deuorare, sed ille proijcit eidem vnam marcam argenti, & aufert ab eo loquelam. Ecclesiast. Xenia, & dona excæcant oculos iudicum, & quasi mutus in ore, auertit correptiones eorum.

Eccl. 20.

Per Cameli nominis interpretationem, eiusq; naturam, libenter obedientiam, seu pœnitentiam fere à fidelibus subeundam, paucis demonstrat verbis.

Cap. LXXXIII.

OBedientiæ, vel pœnitentiæ onus humiliter suscipere, & patienter portare cameli nos docent. Nam cameli (vt dicit Isid.) vocabulum a græco nomine sunt sortiti, eo quod quando onerantur, se inclinantes coram hominibus, humiliantur, & super genua incuruantur. Camel. n. græcè humile, vel breue, dicitur Latinè. Sũt. n. animalia ad onera apta, &

Digitized by Google

Inuidia malli virus, inuidiosorum, natura per quam plurimas Indiæ serpentium, Cerui, Vrsi, Syrenæ, Salamandræ, lineis, Draconis, ac tandem Papilionis similitudines dilucide aperitur.

Cap. LXXI.

INuidi sunt similes quibusdam serpentibus Indiæ, qui statim fugiunt quando vident florere arbores aromaticas, quas etiam corrodere dicuntur ne floreant, eo quod odorem flotum sustinere non valeant Sic inuidi prosperitatem proximorū sustinere nō possiunt, & de ipsorum infortunio gaudent. Eccle. Laqueo peribunt qui delectantur in casu infirmorum. Eccl. 27

Item inuidus assimilatur vrso. Nam vrsus cerebrum habet venenosum, & ideo eius caput & spatulæ cōburuntur, ne gustantes de eius cerebro in vrsinā rabiem conuertantur: Nulli enim animali est tanta solertia ad male faciendum sicut vrso, vt Plin. dicit. Sic inuidus habet caput venenosum i. mentem veneno odij, & maliuolentiæ infectam. Vnde necessarium esset, vt vteretur igne charitatis, quæ non æmulatur: & sic nemini noceret. Et ideo nullum vitium facit hominem ita solertem ad male faciendū, & nocendum alijs sicut inuidia. Vnde per inuidiā diaboli mors intrauit in omnes homines. Sap. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Sap. 2.

Item inuidus similis est syrenæ, quæ tempestate lætatur, & in sereno tristatur. Sic est inuidus dū gaudet de alterius aduersitate, & tristatur de prosperitate.

Item inuidus similis est salamandræ.

Primo ratione temporis. Nam salamandra, quæ habet figurā similem lacertæ, nō apparet nisi in magnis imbribus, & in sereno deficit omnino. Per magnos imbres intellige magnas tribulationes, vel aduersitates alicui contingentes. Tunc inuidus, & maliuolus se manifestat ad insultandum, & nocendū ei, sicut fecit Saul Dauid. Sed in sereno. i. dum videt hominem in prosperitate, tacendo deficit, & tristitia cōsumitur. 1. Reg. 18.

Secundo, ratione frigoris. Nam tanti est frigoris, vt ignem extinguat, sicut glacies. Sic inuidia extinguit ignem charitatis.

Tertio, ratione oris. Nā ore venenum euomit, s. quandā saniem lacteā, quæ si corpus hominis tetigerit, inde pilos cōtinue fluere facit: Similiter inuidus venenum euomit ore detrahendo, & infamando Psal. Venenum aspidum sub labijs eorum. Psal. 13.

Item inuidus vbi alteri nocere credit, quādoque prodest, & ideo assimilatur lynci, cuius vrina in gemmam pretiosam cōuertitur, & ipse hoc sciens, & quasi homini inuidēs, & dolens, si gemmam hanc inueniret dum vrinā emittit, eam sub terra abscondit, & tamen fallitur, quia ibi (vt dicit Plin.) in lapidē citius cōmutatur.

Item inuidus assimilatur draconi Nam draco venenum sum habet in lingua, & in felle, dicit enim Plinius, quod ex vi veneni semper lingua eius erigitur, & ex calore flatus sui aër inflammatur vt aliquando incendi videatur. Vim habet in cauda, & plus nocet verbere quam ictu: quicquid autē cauda ligauerit occidit, raro dormit, & visum acutissimū habet, vnde à remoti præda suam videt. Similiter homo inuidus habet

Digitized by Google

habet venenum odij in felle.i. interius in mente, & in lingua.i. in detractione, & lingua erigitur ad maledicendū, & superbe loquendū, & ad odia inflammandum, & incendendum. Habet etiam vim in cauda, quia scilicet retro percutit per occultam detractionē: & occidit per infamationē, raro dormit, i. raro quiescit à nocendo, & machinando: & habet acutissimum vitium circa defectus proximi, ita quod à remotis videt quid de ipso capere possit.

Item inuidus homo frequenter vnde credit lædere alium, lædit seipsum. Vnde est similis papilioni, qui dum lumen extinguere nititur, in flammam irruens ipse comburitur, Psal. Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.

Hypocritarum defectus & fallacia, per varias Crocodilli, panthēre, eruce ac etiam Papilionis similitudines, vtile & oppositū patefiunt.

Cap. LXXII.

HYpocrita ei, quem lædit, falsam compassionem ostendit, ne ex crudelitate lædere credatur. Vnde assimilatur cocodrillo de quo Phisiol. dicit, quod si hominē iuxta litus inuenit, eū occidit, sed postea eū plorat, & tamen eū deuorat: Talis fuit Ismael filius Hathaniæ, de quo habetur Hiere. quod cum amicis, Godolię quem ipse occiderat incedens, & plorans ibat, & tamen etiā illos cum quibus sic ibat, occidit, vt dicitur ibidem.

Item hypocrita, vel hæreticus assimilatur pantherę, quam propter pulchritudinem exterioris pellis, vel varietatem colorum, & odorem quem ex ore emittit, omnia animalia solicitantur videre, sed toruitate capitis deterrentur: vnde ipsa caput occultat, & dum ei animal appropinquat ipsum accipit, & manducat: sic propter apparentiam exterioris sanctitatis, & varia spiritualia opera, quæ hypocrita, vel hæreticus exterius prætendit: & aliquando propter famam doctrinę, quæ est, vt odor oris, multæ deuotæ & simplices personæ desiderāt dum videre, vel ei adhærere, quibus ipse caput suæ malitiæ, id est malignam intentionem, vel corruptam fidem à principio abscondit. Sed cum ei aliquis credendo familiariter adhæserit, tunc ipsum decipiendo capit, & manducat. i. eum sibi incorporat, hoc est corrumpendo assimilat.

Item hypocrita assimilatur erucæ: Eruca enim est vermis noxius, quia in folijs olerum crescens pīpinos, fructus, frondes, & flores corrodit. Vnde aberadendo dicta est eruca, vt dicit Isi. Sic quoq; hypocrisis vitium, omnem fructum spiritualē & bonum hominis destruit, scilicet, & florum. i. affectionum, & frondium i. locutionum, & fructuum, id est operationum, quia in omnibus intendit hypocrita solum humanum fauorem. Secundo, quia est vermis ingeniosus, scilicet ad se conseruandū cōtra temporis asperitatem. Nā sicut dicit Plin. Eruca extremitatibus arborum consumptis, folijs & fructibus texit de suis viscēribus telas, more aranearum, quibus se per totam hyemem inuoluit, custodiens pestiferum semen suum. Egerit enim quædam ouа, de quibus in vere erumpentibus gemmis nascitur multa proles. Sic etiam homo hypocrita instante hyeme. i. asperitate alicuius aduersitatis, vel tribulationis, de viscēribus suis i. ex propriis & occultis malitijs suis texit telas. i. ordinat mirabiles, & astutas vias quibus se inuoluere, i. cooperire, & defendere possit. Et in talibus Plin.

talibus vijs se inuoluens.i.cooperiens custodit pestiferu semē .uū, idest malignum affectum. Et egerit quædam oua, id est, facit quædā secreta opera, ex quibus quandoque oriuntur mala multa.

Tertio quia est vermis maculosus: est enim eruca mollis, & saniosa diuersis coloribus distincta, de nocte lucēs vt stella, in die deformis apparens. Sic hypocrita est mollis, id est delitiosus, vel mollis, id est cedens tentationibus: Molle enim tangenti nō resistit, sed cedit,

Item est saniosus, idest, putredine peccatorum, siue humore luxuriæ plenus, & diuersis coloribus, idest vitijs, siue malitijs maculatus, vel diuersis coloribus, id est, diuersis ostentationibus sanctitatis tinctus, quia multis modis conatur apparere bonus. Sed licet de nocte.i. obscuritate præsentis vitæ, luceat vt stella, scilicet per claritatē famæ, vel exterioris apparentiæ, tamen adueniente die mortis, siue die claritatis diuini iudicij, in quo illuminantur abscondita tenebrarum, & manifestantur cōsilia cordium, tunc deformitas eius patebit.

Quarto, quia eruca est vermis quasi monstruosus in transformandose. Nā ad modum bōbicis sericum faciētis formam mutat, & se reptilem in volatilē trāsformat: Alas enim tenues, & latas suscipit, quibus volitando in aëra se extollit, & quot colores in corpore habet, tot in alis ostendit. Et tale volatile papilio vocatur, vt dicit Isid Et ideo, vt ipse dicit, ex erucis papiliones fiunt, & ex papilionū stercoribus erucæ iterum generantur, & quādo volant minus noxia sunt, quam quando reptant; Tunc enim eruca accipit formam volatilem, siue papilionis, quando hypocrita ascēdit ad gradum prælationis. Tunc enim ad modum bombicis sericum facien.is aliā formam assumit, quia ad modum sancti viri multa bona se facturum prætendit. Alas tenues, & latas suscipit, quibus in aëra se extollit, quia quædā opera, quæ apparenter videntur mira, sed existenter sunt valde debilia inchoat, & assumit; quibus iactanter se eleuat, & in regimine magnificat. Et sicut ex erucis papiliones fiūt, quia sic ex hypocritis superbi, & vanè gloriosi exeunt, ex quorū stercore, id est tēporali gloria: quia viri peccatoris gloria vermis, vt stercus est, vt dicitur Macha. iterū generantur erucæ, quia s. alij ambitiosi videntes hypocritarum temporalē gloriam sequi, conantur etiā eorum fictā vitā: sed in hoc minus noxij sunt hypocritæ volantes quam reptantes: quia minus latet eorum hypocrisis in statu dignitatis. Nam principatus ostendit virum, & quanto hypocrisis est minus occulta, tanto minus est noxia.

Isidor.

1. Mac.

Item in statu dignitatis hypocrita sibi magis cauet, ne perdat nomen, vel honorem sanctitatis.

Ira damna, iratorumq; praua natura apertè monstratur: quibus Apri, Canes rabidi, cyrogrylliq; per plures eorum similitudines naturales iure comparantur.

Cap. LXXIII.

IRa impellit frequenter hominem ad pericula mortifera, propter appetitum vindictæ. Vnde iracundus est similis apro.i. siluestri porco. Qui (secundū Auic. & Pli). est animal sæuū, & tantæ feritatis, vt mortē paruipendat, cōtra ferrum venatoris intrepidè se opponat, immo ferro cōfossus vires cōtra vulneratores suos resumit, & ipsos cum cultris suis inuadit. Sic homines frequenter (vt se de inimicis vindicent) ex ipsa ira periculum mortis paruipendentes

dentes etiam in tela ferrea se im
mittunt intrepidos, neque vulne
rati refugiunt, sed maiore furore
Iob 5. in suos vulneratores insu gũt, Io.
Virum stultum interficit iracun-
2.Ma.4 dia. Mach. Feræ beluæ irã gerens.

Item iracundus similis est cani
rabido, qui semper soliuagus, ip-
sum enim alij canes fugiunt tan-
quam pestem, vadit tanquam ca-
dendo vt ebrius, & currit aperto
ore, lingua pẽdente, & saliua de-
fluente, oculos habet rubicũdos,
quos licet ferat apertos, in omne
tamen obiectum impingit, ac si
cæcus esset: contra omnem rem
repugnat, & contra vmbrã suam
latrat. Et dicit Cõstantinus, quod
canis est calidus & siccus, cui ni-
gra cholera dominatur, quę dum
corrumpitur, canis in rabiẽ ver-
titur. Similiter etiam homo ira-
cundus est soliuagus, quia nec ãmicum, nec socium potest sustì-
Pro.22. nere: propter quod dicitur, Noli
esse amicus homini iracũdo. Me-
rito ab omnibus fugiendus est
tanquam pestis, quia nemini par-
cit. Item aperto ore currit: quia
verba maledicta proferre nõ de-
sinit; Vnde ei lingua extra os pen
det, quia eam cohibere non po-
test: tõtũ enim spiritum suũ pro-
fert stultus, cui saliua sapientiæ
seu discretionis defluit, quia si-
quid sensus habet iratus, ex furia
totum perdit. Oculos autem ad
literam rubicundos habet pro-
pter feruorem sanguinis, qui va-
poraliter ascendit ad faciẽ, & ad
oculos hominis irati: Est enim ira
naturaliter ebullitio sanguinis
circa cor (vt Damas. dicit) pro-
Dama. pter inflammationem spirituum
visibiliũ. Sed quasi cæcus in om-
ne quod audiendo vel videndo
sibi resistit impingit. Nam in om
ni verbo, vel risu, vel alio gestu
offenditur, & ideo contra omnia
quæ audit vel videt, repugnat: &
apud seipsum etiam solus existẽs
murmurat, & sic ad modũ rabi-
di canis cõtra vmbrã suã latrat:
maximè autem tunc in rabiem
faciliter accenditur, quando ni-
gra cholera, id est, melãcolia cor-
rumpitur: quia quando est in ali-
qua aecidia vel melancolia ho-
mo iracundus, tunc ex leui causa
accenditur in furiam, quia tunc
est maximè pronus ad iram, ex
conceptione, vel imaginatione a-
licuius rei contristantis. Iustè er-
go debet homo conari ne ab ira
superetur, ex qua tanta rabies o-
ritur. Iob Non te superet ira. Iob 37.

Item iracundus vel impatiens,
cum aliquod cõtrarium occurrit,
etiã quod bene fecerat dẽstruit.
Vnde similis est Cyrogrillo, qui
est idem quod Hericius, excepto
quod est maior. Iste ex vinea vel
arbore vuas vel poma deijcit, &
super ea voluens, se pinnulis in-
figit, & in ore semper vnum assu-
mit: sed dumea ad nidum ponat,
si aliquid ei exciderit, iratus om-
nia excutit, & iterum ad arborẽ,
vt se oneret redit.

Item irati quæcunque faciunt,
dũ sunt in impetu iræ, communi-
ter, & vt plurimum, faciunt defæ-
tuosè. Cuius exemplum naturale est, quia animalia iracunda pa
riunt fœtus imperfectiores, sicut
canis catulos cæcos, & vrsus pa-
rit frusta carnis per lineamenta
indistincta quæ fouet sub axilla,
sicut gallina oua, quibus lam-
bendo induit debitam formã. Si-
militer iratus, in ipso suo impetu
facit opera cæca, rationis consi-
lio non præuenta, & iterum ope-
ra confusa & inordinata, nisi po-
stea per mansuetudinem sapien-
tiæ reparentur, & formentur. Et
ideo bene Sene. dicit. Nihil tibi Sene.
liceat cum iratus eris.

Item iracundi homines similes
sunt quibusdam animalibus, de
quibus Arist. dicit, quod mouent Arist. de
cornua sicut auriculas, & sunt in- ani.

regione

Digitized by Google

regione Auftragæ, quæ (sicut dicit Auicenna) fuit regio ipsius Aristo. est enim in eis coniunctio cornuum magis cum cute, quàm cum osse. Similiter iracundi, qui quolibet verbo audito contrario, statim mouentur ad lædendum. Et qui isti sunt, mouent cornua sicut aures: aures enim ad audiendum, & cornua sunt ad percutiendum in eis æquè parata, & furor talium sic subito erumpens, non habet misericordiam, secundum illud Prouer. Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor. Pro.27.

Hominem secundum exteriora non esse, nec in bonum, nec in malum omnino iudicandum, minimumq; peccatum fore fugiendum, Hædi, Tyriq; serpentis exemplo confirmatur.

Cap. LXXIIII.

IVdicandum non est de homine secundum apparentiam sensus exteriorem. Nam hœdus quo ad tactum pellem habet siue pilum agno asperiorem, & tamen carnem habet meliorem, & præcipuè masculus, cuius carnes sunt optimæ, & suauissimæ propter suam temperiem. Sic in hominibus aliquãdo ille, qui videtur hispidus & despectus exterius; est optimus interius, vnde Io. nolite iudicare secundum faciem. Non solum autem in bonis, sed etiam in malis huiusmodi iudicium fallit: quia frequenter, qui in apparentia minor est, in malitia est maior. Nam Tyrus est serpens in apparentia paruus, & tamen in veneno magnos serpentes excedit. Vnde inuenitur Tyrus paruus (sicut ait Aristo.) quam magni serpentes timent & fugiunt: & habet talis Tyrus pilos. Inuenitur etiam Tyrus, contra cuius morsum nullum est remedium. Sic malum, vel peccatum debet homo timere quantumcũque videatur modicum. Apost. Modicũ fermentum totam massam corrumpit. Iob.7. 1.Cor.5

Peccata, vitiorumq; pruritus, per panitentiæ lachrymas facillime ablui, Elephantium naturali proprietate probatur.

Cap. LXXV.

LAchrymis pœnitentiæ peccata abluere elephantes docent, qui (secundum Plin.) in noua luna gregatim conueniunt, & in flumine se abluunt, & sic ad locum suum redeunt. Tunc autem quasi apparet noua luna, quando superuenit hominibus aliqua mutatio, siue aduersitas noua, & tunc more elephantorum debent ad aquas doctrinæ siue prædicationis gregatim confluere, & in flumine pœnitentiæ, & lachrymosæ compunctionis peccata sua lauare, vt peccatis amotis amoueantur flagella. Etiã tunc gregatim ad aquas currunt, quando processionaliter ad diuinã misericordiam impetrandam, cum letaniis, & orationibus vadunt. Quod etiam fieri debet aduenientè noua luna, idest nouæ aduersitatis mutatione. Et cum elephantes taliter vadunt, & iuuenes suos in eundo, & redeundo ante se etiã ire faciunt, quos custodiunt, & instruunt ad ũmilia facienda. Et sic in supradictis, debet fieri etiã ab hominibus in pueris, & in iuuenibus eorũ. Ioel. Congregate paruulos, & sugentes vbera: vnde & Christus cum esset. xij annorum, fuit ductus cũ alijs ad festa in Hierusalem. Item lachrymarum luctus extinguit vitiorum pruritus, sicut aqua marina, vel salsa extinguit pediculos, sic aqua lachrymarum, cum sale discretionis, & aceto compũctionis extinguit pruritus vitiorum, & specialiter carnis. Psalm. Contribulasti capita draconum Ioel.2. Luc.2. Psa.73.

Digitized by Google

conum i. pruritus, seu principia tentationum, in aquis, scilicet lachrymarum.

Humanas leges magni viri facile transgrediuntur: quod similitudine Araneorum tela iure optimo fulcitur.

Cap. LXXVI.

LEges humanæ (vt dicit Anatarsis) similes sunt telis araneatũ: quia in eis parua quidem & imbecillia animalia inuoluuntur, & capiuntur, vt muscæ; & huiusmodi: sed magna, & potentia, vt aues, & huiusmodi, eas optimè transeunt, & dirumpunt, sic magni transgredientes legem nõ puniuntur, sed solum imbecilles & parui.

Onagri in eorum siti tolerantia, patienter debitas pœnas sufferre nos erudiunt.

Cap. LXXVII.

LOnganimiter, & patienter tolerare defectum, & pœnã, quousque sit tempus congruum subleuationi, & impletioni, onagri nos docent, quia est animal valde impatiens sitis: diu expectat quousque potum inueniat sibi aptum: Cupidi autem tanquam sitientes, & impatientes sitis, quærunt impleri aquis turbidis, & immundis, i. temporalibus diuitijs, quę & animæ quietẽ turbant, & scientiam maculant, nec auferunt eis sitim. Sed sancti viri tanquam onagri patienter expectant, quousque veniant ad illum fontem vitæ, vbi erit plena satietas. Psal. Expectabunt onagri in siti sua. Psa. 103

Luxuria damna quàm plurima, luxuriantiumq; natura atq; defectus, per naturales Hirci, Porci, Boracis, Elephantis, & deniq; Tineæ proprietates, & similitudines clare cognoscuntur.

Cap. LXXVIII.

LVxuriosi assimilantur hircis. Primo, ratione lasciuiæ: quia hircus, (secundum Isid.) est animal laciuũ, & feruens ad coitum. Sic luxuriosi lasciui sunt, & feruent ad opera lubrica. Hier. Ollam succensam ego video à facie Aquilonis. Facies Aquilonis, quã videbat propheta, est suggestio maligni spiritus, succendens ollam, i. carnem, in qua feruescit aqua carnalis concupiscentiæ. Isidor.

Secundo, ratione petulantiæ: quia hircus (vt Isid. dicit) est animal petulcum. Vnde eius oculi ad libidinem in transuersum respiciũt. Sed luxuriosi habẽt respectum trãsuersum & impudicum, repræsentantem impudicum animum, quia (sicut dicit Aug;) impudicus oculus impudici cordis est nuncius. August. in Reg.

Tertio, ratione infamiæ: quia hirci sunt fœtidi, & sic luxuriosi fœtent per infamiam. Vnde Dominus super Sodomam pluit sulphur & ignem: quia in peccato carnis ardet ignis concupiscẽtię, & fœtet sulphur infamiæ. Quarto ratione inhærentiæ: quia. s. hoc vitium incorrigibilius inhæret (sicut dicit Democritus, & refert Plinius) quod hircus nunquam est sine febre: Est. n. hircus tantæ caliditatis, vt adamantem, quem neque ferrum, neque ignis domare potest, eius cruor calidus molliat, vt dicit Isid. Vnde patitur febrem cõtinuam: & sic quidam tam lubrici sunt, vt semper sint in æstu malæ concupiscentiæ. Sed attendendum, quod cornu hirci adustum dicitur fugare serpẽtes. Cornu ergo hirci, est vigor corporis luxuriosi, quod si aduratur igne afflictionis, recedũt serpẽtes i, venenosæ tentationes carnis. Demo.

Item eius fel dicitur clarificare visum, quia amaritudo & tribulatio carnis, interdum visum aperit animæ, & claritatem reddit. Itẽ luxuriosus assimilatur porco. Primo, quia porcus quasi spurcus est di-

est dictus, quia in spurcis & fœtidis semper quiescit. Sic luxurio sus in spurcitijs & fœtoribus carnalium peccatorũ quiescit, vnde
Hier. 48 Hiere. Moab requieuit in fœtoribus suis. Secundo quia porcus nascitur dẽtatus (vt dicit Pli.) dẽtes pectoru, quibus mentẽ detinẽt, sunt delectationes quę ab ipsa sui origine siue radice insunt peccato luxuriæ, s. in ipsa cogitatione. Nõ sic autẽ est de peccato iræ, quæ potius habet pœnã, nisi in nne, s. quãdo se iratus vindicat. Tertio, quia porcus amisso oculo cito moritur. Sic quia oculus impudicus & vagus, est incitamentũ & fomentum luxuriæ, amoto eius vitio luxuria faciliter cessat.
Iob. 31. Iob. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidẽ de virgine. Quarto, quia porci volutari in lutò, plus iacent in latere dextro, quã in sinistro, quia, s. plus iacet homo in luto luxuriæ, dum est in dextro prosperitatis, quàm in sinistro aduersitatis, quia malitia vnius horę oblio-
Eccl. 1. nionẽ facit luxurię, vt dicitur Ec.

Item luxuriosus assimilatur boraci, i rubetæ, quæ est genus ranæ venenosum: Hæc enim oculos habet quasi igneos, & tanto est pernicioſior quãto eius aspectus est ardentior: Aspectum solis odit, & tenebras quærit. Herbas dulces diligit, & earum radices comedit, sed comedendo eas inficit. Et ideo in hortis ruta inimica ei plãtari consueuit. Loca fœtida & simola diligit, & odorifera odit, vnde fugit dum vinea florere incipit. Sic similiter luxuriosus quasi habet oculos igneos, igne s. interioris concupiscentiæ inflammatos, & quanto oculus ardẽtior, tanto animus deterior in concu-
2. Pet. 2. piscendo. 2. Pet. Oculos habentes plenos adulterijs. Hic ad literam, lucem odit, & tenebras quærit, quia oculus adulteri obseruat caliginem. Iob. Vel odit aspectum solis, id est manifestationẽ peccati sui, & quærit tenebras, id est occultationem. Herbas dulces diligit, i delectationes voluptatis, quæ dulces sunt carni, & radices earum comedit, id est, cogitationibus earum interioribus pascitur, quia si eas opere implere non potest, saltem in corde reuoluit, & ita sibi ipsi fœtidas & immundas cogitationes gignit, Sed si ruta, i. aliqua amara tribulatio ibi plantari posset, tales infectiones cessarent. Diligit etiam luxuriosus loca fœtida & humosa, id est inhonesta, & infamia, vt lupanaria, & huiusmodi: honesta autem loca & consortia odit, & fugit. Et ideo vbi vinea pœnitẽtiæ florere videt, non appropinquat, sed fugit, & elõgatur. Vnde notandũ, q luxuriæ siue cõcupiscentiæ feruor extinguitur afflictione durę pœnitentiæ. Cuius adhuc exemplum apparet in boIob. 24 race siue rubeta. Tradũt enim au-
Plin. ctores (vt dicit. Pli.) quod in dextro latere rubetæ est os occultũ, quod in aquam feruentem missum subito feruorem facit stare, nec esse in ea stante potest vltra feruere. Et dicunt illud quartanam fugare. Quasi vero rubeta est humana vita, cuius latus sinistrum est status culpæ, sed dextrum est status pœnitentiæ. In hoc latere est os, i. dura afflictio carnis, quæ debet onerari, i. non ad ostentationem fieri, vt faciunt hypocritæ. Hæc extinguit feruorem aquæ, id est, ardorem concupiscentiæ, & fugat quartanam luxuriam, quæ quadrupliciter ardet s in cogitatione, in affectione, in aspectu, & in tactu.

Item gulæ, vel luxuriæ vitium dominatur in magnis & potentibus viris, quia per voluptatem carnis maximè eos diabolus vincit. Sicut vnicornis cum elephante

sæpe

Digitized by Google

sæpe bellum gerens, cum elephãtem in ventrem percutit eum prosternit: Habet enim elephans mollem ventrem. Per vnicornem intelligitur diabolus, cuius cornu significat potestatem sibi à Deo permissam ad tentandũ, vel ad persequendum homines. Hic elephantes, id est, magnos viros, & in dignitatibus cõstitutos præcipue percutit in ventre: quia per vitia, quæ ad ventrem pertinent, scilicet per gulam, & per luxuriam eos vincit, ad quę ipsi potissimum sunt molles, id est, proni propter delitias quibus continue vtuntur, & propter libertatẽ quam habent. Vnde Philosophus dicit, quod multi eorum qui sunt in potestatibus constituti, similia pati videntur Sardanapalo, s. qui fuit rex Assyriorum totus lubricus, & luxuriosus, & delicios⁹us. Aris. in Ethi.

Item luxuriosus assimilatur tineæ. Est enim tinea vermis vestis, sic dicta, eo quod vestem teneat, & tam diu ei insistit quousque eã corrodat. Quid autem est vermis vestimenti, nisi vitium carnis, quod propter delectationis insatiabilitatem appetitui hominis tam diu inhæret, vt ipsum omni bono euacuet? Vnde luxuria, sicut dicitur Iob. Est ignis vsque ad consumptionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Iob. 31

Quemadmodum domini matrem, diligere ac venirari debeant peccatores, vt verecentur: insignis catulorum canum exẽplo explanatur.

Cap. LXXIX.

MAriam matrẽ domini diligere, & quærere debent etiam peccatores, & ad eã recurrere sicut ad matrẽ misericordię. Nam & canum catuli matrem diligunt, & adhuc cæci, voce, & odore agnoscunt, mammas quærunt, & dentium acumine comprimẽtes, vberibus lac effundere cogunt: quando vero esuriunt, quærula voce materna vbera petunt. Sunt autem velut canum, id est, dæmonum catuli, homines peccatores, qui diaboli, nõ natura sed imitatione, & malitia, sunt filij. Hi tamen misericordiæ matris reuereri debent, & diligere, quia ipsa peccatores non desinit adiuuare. Et licet ipsi sint intus cæci, vt ipsius virginis bonitatem & gloriam non videant, contẽplando, voce & odore tamen eam cognoscere debẽt, & audire vocem ipsius vocantis, & dicentis: Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & a generationibus meis implemini. Eccl. 24.

Item odorem eius attrahere. De quo ipsa dicit; Ego quasi vitis fructificaui odorem suauitatis. Et iterum sicut cynamomum, & balsamum, &c. Vel dicunt agnoscere eius vocem in verbis, vt cũ dicit; Magnificat anima mea Dominum. Similiter in aliis verbis ipsius, quæ in euangelio leguntur: quę omnia salubriter nos erudiunt. Eccl. 24

Item debent agnoscere eius odorem, exemplis quæ nobis reliquit omnium virtutum. Debent quærere eius mammas: Habet enim vnam mammã ad exhibendum lac gratiæ, s. iustis: & aliã ad exhibendum lac misericordiæ, s. peccatoribus. Ideo mater gratiæ dicitur. Et etiam acutis dentibus, i. importunis orationibus premere, vt vberibus eis subueniat, & si esuriunt, id est, si ex animo appetunt suæ salutis remedium, quærula voce, i. dolorosa confessione, & oratione debẽt præfata vbera sæpius postulare. Pr. Vbera eiús inebriẽt te in omni tẽpore. Prou. 5.

Hyena sæua natura, variabilis, & mostruosa, cui mors comparatur, quoue pacto capiat, quo ad culpam, & quo ad pœnam in hominem intrauerit, mortisq; meditatio quantum profit aperitur.

Digitized by Google

cap. LXXX.

MOrs assimilatur cuidam animali, quod dicitur Hyæna, quæ habet viperæ collum, elephantis dorsum, fingit voces hominum, in quantitate & voracitate repræsentat lupum, in pilis colli equum, & variat, vt dicitur, sexum, quia nunc masculus, nunc fœmina eadē inuenitur. Sic mors assimilatur viperę propter celeritatē, quia frequēter moriūtur homines inopinatè, & ante tēpus, præcipue per mortes violētas, sicut accidit viperæ, cui cum tempus pariendi aduenerit, filij non expectantes naturæ operationē, eius latera rodunt, & cum matris interitu exeunt. Sic & multi dirumpuntur per mortem ante tēpus, s. senectutis, & mortis naturalis. Elephanti veto assimilatur propter bellicositatem, quia elephas est animal aptum ad bellū, sed bellum siue pugna mortis est maxima: Est enim ibi pugna naturæ, quæ per morbū dissoluitur. Est etiā ibi pugna animę, quæ exire de domo propria, & in regionē sibi ignotam ingredi compellitur. Est etiā ibi pugna cōsciētię, quæ supra se habet iudicē iratū si sit homo peccator, & intra si peccatorū remorsum, & sub se infernū præparatū, & iuxta se aduersariū truculētū, & venire terribile est ad tale iudiciū, siue ad talē pugnā. Vocē autē hominis fingit propter fallacitatem, fallit enim hominē propter incertitudinem, nescit enim homo finē suū. Lupo assimilatur propter voracitatem: homines. n. deuorat, & nūquam satiatur. Collum equi habet propter refrenabilitatē, quia imponit frænū, & terminum nequitiæ humanæ Sexum autē variat, quia nūc fœminas nūc masculos aspornat. Reg. Omnes morimur &c.

2. Reg. Item mors tā naturæ, quā culpę, intrauit in hominē procuratione & tētatione serpētis antiqui, i. diaboli. Cuius signum est, quia sicut dicit Hyp. de medulla spinæ hominis mortui serpens nascitur, quod quidem (vt dicit Isi.) meritò accidit, vt sicut per serpentem mors hominis euenit, sic per mortem homi nis serpēs de ipso procederet moriturus. Sap. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Hyppo. Sap. 2.

Item mortis memoria facit hominem citius & facilius à mōdo, vel peccato exire, & ideo assimilatur illi herbæ quæ dicitur dracontea, quam ceruæ, quia difficulter pariunt, comedunt, vt facilius fœtus exeat: Est enim quasi in ventre fœtus, homo in peccato positus, vel in mundanis inuolutus, qui difficulter educitur, nisi mortis timore impellatur. Vnde mortis meditatio & timor faciunt facilter egredi de ventre mundi, vel peccati: Facile enim contemnit omnia qui semper secogitat esse moriturum, sicut Hieron. dicit. Et iste egressus est sicut partus qui fit dolore pœnitentiæ. Io. Mulier, i. gratia cū parit, s. nouum hominē in iustitia, tristitiam habet, s. pœnitentiæ, & hæc tristitia facit eum egredi de peccato, quod dimittendum impellit memoria mortis. Eccl. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Ioan. 16 Eccl. 7.

Item memoria mortis cum compunctione cordis, resistit veneno tentationis carnalis. Sicut cinis scorpionis potatus in vino, remediū est homini percusso ab eo. Quasi percussio scorpionis est ipsa tētatio carnis: Scorpio enim ante palpando incedit, & retro cauda ferit: & sic caro primo delectat, postea cruciat, ergo hominē à scorpione percusso, i. à carne tētatū, remediū est cinis scorpionis cū vino. Quid enim est cinis scorpionis, nisi resolutio carnis, quæ cum

Digitized by Google

cum viuo compunctionis potata, id est, attento animo considerata, liberat à venenosa punctura scorpionis, id est, a venenosa tentatione carnis: Aug. Nihil sic reuocat a peccato, quam frequens mortis meditatio.

Aug. li. exhor.

Animantia in veteri lege ad esum concessa, ac etiam prohibita, qua mentis munditiam, seu immunditiam signare videntur, manifestantur: ac cur a Deo id factũ sit, rationes assignantur.

Cap. LXXXI.

MVnditia mentis signatur in munditia illorum animalium quæ concessa sunt ad esum in lege Moysi. Dicitur Leui. Omne quod habet diuisam vngulã, & ruminat de pecoribus, comedetis. Quod autem ruminat, & habet vngulam, sed non diuidit eam, sicut camelus, non commedetis. Cyrogryllus, qui ruminat, vngulamque non diuidit immundus est, Lepus quoque nam & ipse ruminat, sed vngulam nõ diuidit. Et sus, qui cum vngulã diuidat nõ ruminat, horum carnibus non vescemini.

Leui. 11

Item dicitur in eodem: Omne de volucribus, quod graditur super quatuor pedes, abominabile erit vobis. Quicquid autẽ ambulat super quatuor pedes, sed habet longiora retro crura, per quæ salit super terram, comedere debetis, vt est brucus in genere suo, & attactus, atque ophiomachus, atq; locusta, singula iuxta genus suũ. Vbi nota, quod animal quod ruminat, & findit pedes, i. vngulas, conceditur vt mundum, vt dicit Aug. ex quadã significatione. Quia, s. fissio vngulæ signat distinctionem duorum testamentorum, vel Patris, & Filij, vel duarum naturarum in Christo, vel discretionem boni & mali. Ruminatio autem signat meditationẽ scripturarum, & sanum intellectum earum. Cuicunq; autem alterum illorum deest, spiritualiter immundus est: & ideo prohibetur tanquam animal immundum quod altero illorum caret. Volatilia vero, & quadrupedia, quæ crura posteriora lõgiora habent vt saltare possint, comedũtur. Alia vero, quæ magis terræ adhærent, prohibentur: quia illi qui abutuntur doctrina quatuor Euangelistarum, vt per eam in altum non leuentur, immundi reputantur.

Muneribus sæpe Iudices, seu Principes placari ac corrumpi, Catuli exemplo probatur.

Cap. LXXXII.

MVnera mitigant animum iudicis, & prelati, & frequẽter corrumpunt. Nam aliquando catulus latrans, currit contra aliquem, vt videatur eum mordere, sed si proijceret ei vnum frustum panis, acciperet, & sileret. Sic aliquando prælatus aliquis venit ad aliquem subditum cum tanto latratu, vt videatur eũ velle deuorare, sed ille proijcit eidem vnam marcam argenti, & aufert ab eo loquelam. Ecclesiast. Xenia, & dona excæcant oculos iudicum, & quasi mutus in ore, auertit correptiones eorum.

Eccl. 2

Per Cameli nominis interpretationem, eiusq; naturam, libenter obedientiam, seu pœnitentiam fore à fidelibus subeundam, paucis demonstrat verbis.

Cap. LXXXIII.

OBedientiæ, vel pœnitentiæ onus humiliter suscipere, & patienter portare cameli nos docent. Nam cameli (vt dicit Isid.) vocabulum a græco nomine sunt sortiti, eo quod quando onerantur, se inclinantes coram hominibus, humiliantur, & super genua incuruantur. Camelus. græcè humile, vel breue, dicitur Latinè. Sũt. n. animalia ad onera apta, &

ad portandum mansueta: Sic ergo debet homo onus obedientiæ à superioribus iniunctum pœnitentiæ impositæ humiliter suscipere, & mansuete, & patienter illud ferre. Vnde etiam de
23 malis prælatis subditis dicitur, Quæcunque dixerint vobis seruate & facite.

Tria sacrificiorum genera veteris legis, nec non animalia in his sacrificijs oblata, rerumq; modus ac significatio declaratur: quibus omnibus modis vero Deo se dedidi aperitur.

Cap. LXXXIIII.

OFferre se debet homo ad Dei seruitium, eo modo quo animalia in lege Moysi offerebatur in sacrificium. Fiebat enim triplex genus sacrificiorum. Nam quoddam erat quod comburebatur. Vnde dicitur holocaustū, quasi totum incēsum: Huiusmodi enim sacrificium offerebatur Deo ad reuerentiam maiestatis illius: & ad amorem bonitatis illius, & conueniebat perfectorum statui in impletione consiliorum: & ideo totum comburebatur, vt sicut toca animal in vapore sursum ascendebat, ita etiam signaretur totum hominē, & omnia, quæ ipsius sunt, Deo domino esse subiecta, & ei esse offerenda.

Aliud erat sacrificium pro peccato, quod offerebatur ex necessitate remissionis peccati: & cōueniebat statui pœnitentium in satisfactione peccatorum, quod diuidebatur in duas partes. Nam vna comburebatur, alia vero cedebat in vsum sacerdotis, ad designandum, quod expiatio peccatorum fit a Deo per ministerium sacerdotum, nisi quando offerebatur pro peccato totius populi, aut specialiter pro peccato sacerdotis: tunc totum comburebatur. Non enim debebant in vsum sacerdotū venire ea, quæ pro peccatis eorum offerebantur, vt nihil peccati in eis remaneret, & quia hoc non esset satisfactio pro peccato. Si enim cederent in vsum eorum, pro quorum offerebantur peccato, idem videretur, ac si non offerrentur.

Tertium sacrificium vocabatur hostia, quæ offerebatur Deo, vel pro gratiarum actione, vel pro salute, & prosperitate offerentium, ex debito beneficij accepti, vel accipiendi. Et conuenit statui proficientium in impletione mādatorum. Et istud diuidebatur in tres partes: Nam vna pars incendebatur ad honorem vnius Dei; Alia pars cedebat in vsum sacerdotum. Tertia vero pars in vsum offerentiū; Ad designandum, quòd salus hominis procedit à Deo dirigētibus ministris, & eo operantibus ipsis hominibus, qui saluantur. Hoc autem generaliter obseruabatur, quod sanguis, & adeps non veniebat in vsum sacerdotum, neque in vsum offerentiū. Sed sanguis offerebatur ad crepidinem altaris in honorem Dei, adeps autem aduerebatur in igne. Prohibebatur autē esus sanguinis ad hoc, vt horrerent humani sanguinis effusionem. Vnde dicitur Gene. Carnem cum sanguine non comedetis: Gene. 9
sanguinem enim animarum requiram. Vsus vero adipum prohibebatur eis ad vitandum lasciuiam. Vnde dicitur Ezech. Quod Ezec. 14
crassum erat comedebatis. Vel per hoc significabatur effusio sanguinis Christi, & pinguedo charitatis; per quam se obtulit pro nobis. De hostijs autem pacificis, cedebant in vsum sacerdotum pectusculum, & armus dexter, ad excludendum quandam diuinationis speciem quæ vocabatur spatulamantia, quia scilicet gentiles in spatulis animalium immolatorum diuinabant, & in

esse

osse pectoris: & ideo ista offerentibus subtrahebantur. Per hoc etiam figurabatur, quod pectus, quod est tegumentum cordis, & etiam fortitudo ad sustentandũ, Deo seruiet, quod significatur par armum dextrũ. Et nota, quod qui non poterat habere animal quadrupes, saltem debebat offerre farinam, vel spicam. Cuius figuralis ratio fuit, quia panis significat Christum, qui est panis viuus: Ioan. 7. Qui quidem fuit sicut in spica, in statu legis naturæ: sed in fide patrum fuit sicut in simila. In doctrina vero legis, & prophetarum sicut in pasta, fuit autem sicut panis formatus post humanã naturam assumptam: Coctus in igne, id est, formatus à Spiritu sancto in clibano vteri virginalis. Qui etiam fuit coctus in sartagine, per labores quos in mũdo sustinuit: in cruce vero velut in craticula adustus. Similiter etiã omnis alia oblatio, quæ fiebat, Christum aliquo modo figurabat, siue essent de terræ nascentibus, quæ sunt in cibum, vt panis; siue in potum, vt vinum; siue in condimentum, vt oleum, & sal, siue in medicamentum, vt thus, quod est aromaticum, & consolidatiuum. Nam per panem figurabatur caro Christi, per vinum sanguis eius per quem redempti sumus, per oleum gratia Christi, per sal eius scientia, sed per thus oratio. In offerentibus autẽ panis azymus significabat sinceritatẽ & veritatem vitæ. In sale vero designabatur discretio sapientiæ, vel mortificatio carnalis concupiscentiæ. Thus autem offerebatur ad designãdum deuotionem mentis, quæ est necessaria offerẽtibus: etiã ad designãdum odorẽ bonæ famæ. Nam thus, & pingue est, & odoriferum. In sacrificio vero zelotypiæ thus non offerebatur, quia zelotypia nõ procedit ex deuotione, sed ex suspitione.

Occasiones peccatorum esse à nobis remouendas: Elephantium exemplo, Christiq; præcepto admonemur.

Cap. LXXXV.

OCcasiones peccatorũ, & tentationũ debet homo abscindere, sicut faciunt Elephantes de dentibus suis. Nam Elephas duos dentes habens eburneos, quãdo à venatoribus premitur simul ambos percutit, & confringit, vt dũ ebur perditur, non cum amplius persequuntur: Hanc enim periculi sibi sentiunt esse causam. Similiter nos docuit dominus etiam quę chariora nobis sunt abscindere, ne. s. per illa periclitemur in anima. Matth. Si oculus tuus scandalizat te, eruçeum, & proijce abs te, Poëta: Ferre minora volo, ne grauiora feram. Matt.

Cur bona opera sint à fidelibus secretò facienda, Elephantis similitudine declaratur. Cap. LXXXVI.

OCcultare bonum opus, ne illud diabolus per inanẽ gloriam rapiat, Elephas docet, qui in aqua, vel sylua pariens, vbi parit, ibi fœtum dimittit, propter dracones qui eis insidias ponunt. Sic qui bonũ opus facit, siue in aquis pœnitentiæ, vel sapientiæ, vel in sylua, i. in solitudine contemplatiuæ vitæ, si non vult à draconibus, i. dæmonibus insidiantibus illud, rapi, sicut in occulto illud facit, ita non exigente necessitate occultum illud teneat, & nõ in publicum per ostentationem adducat. Matth. Ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo, qui est in abscondito Matt.

Quemadmodum diuina officia sint à Religiosis dicenda, omniaq; bona opera perficienda: ac æquinoctium unde ortum habuerit, & denique cornuum animalium variatio ac significatio scitè enucleatur.

Cap. XCI.

PAtientia, & perseuerantia facit hominem victorem. Nam onager, cũ sit animal imbecille, solo euadens beneficio fugæ, leonem tamen in eremo superat, & similiter lupum. Nam tantum in fuga durat, vt illa in persequendo deficiant, sic sancti mundum, vel peccatum superant fugiendo, & in laborum tolerantia perseuerãdo. Psal. Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Cassiodo. Patientia est, quæ omnia vincit aduersa, non colluctando, sed sufferendo. Item Bernar. Absque perseuerantia, nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor consequitur.

Psal. 54.
Cassi.
Ber. in Epist.

Peccatores Satyris ac Faunis monstris, etiamq; canibus, Capris, Asinis, crocodrillis, Ranis, & Talpis comparantur: quorũ naturalibus similitudinibus diuersis, delictorum omnium grauitas, delinquentiumq; praeceps status plane declaratur.

Cap. XCII.

PEccatores similes sunt illis animalibus monstruosis, quæ dicuntur satyri siue fauni, sunt enim quædam bestiæ monstruosæ, effigiem hominis habentes, sed non sunt rationis participes, nec arte, nec natura ad loquendum sunt dociles: ferum enim, & beluinum animum habẽt, & bestiæ appetitum. Vnde in veuerem in tantum sunt proni, vt mulieres in coeundo occidant, si quas in memoribus comprehendant: vnde dicti sunt satyri, eo quod nequeant libidine saturari, vt dicit Isid. Sic peccator mõstruosus est, habẽs, s. hominis faciem, & animum bestialem, siue vitam brutalem. Quid autẽ bestialius homine rationem habente, & ratione non vtente? vt dicit Bern. Tales sunt præcipue superbi, qui habẽt animũ crudelem, & ferinum, & insipientes, qui nulla arte inducipossunt vt dulciter & rationabiliter loquãtur, sicut fuit Roboam. Ita tales sunt voluptuosi, quia appetitum habent gulæ bestialem, & luxuriæ insatiabilem. Omnes tales comparantur iumentis insipientibus, & similes facti sunt illis.

Isid. lib. Ety.
Bern.
Psa. 48.

Item peccatores assimilantur canibus. Primo propter gulã. Est enim canis gulosus. Vnde quando nimis comedit, reijcit, & iterum assumit: in quo etiã repræsentat illos qui per recidiuũ redeunt ad immundiciã cuiuscunque peccati. Per. Canis reuertus ad suum vomitum, &c.

2. Pet. 2.

Item per luxuriam: Est enim canis libidinosus. Vnde nec matrem, nec sororem discernit. Ideo apud antiquos talis erat oblatio canis, qualis meretricis quæ omni libidini se exponit. Eccle. Omnem masculum excipiet mulier.

Ecc. 36.

Item propter iracundiam. Est enim canis iracundus & malitiosus. Vnde lapidem cum quo percutitur, sæpe dentibus mordet, vt se de eo vindicet, & tamen non lapidem, sed proprium dentem lædit. Sic frequenter homo iracundus vnde credit alium lædere seipsum lædit. Psal. Conuertetur dolor eius in caput eius.

Psal. 7.

Item propter superbiam, Nam canis inter notos est audax, & animosus, inter extraneos timidus. Sic etiam superbus apud domesticos, & in domo sua est sicut Leo, sed de alijs magis timet.

Canis etiam baculos odit, & timet lapides: quia, s. superbus odit correctionẽ, & timet duras increpationes: Non enim suum defectum superbus, seu peccatũ agnoscit. Sen. Qui peccare se nescit, corrigi non vult.

Sene.

Item propter inuidiã, quia canis inuidus est. Vnde dicit Auic. quòd occultè herbas legit quibus se pur-

Auie.

Digitized by Google

se purgat, dolēs si alius inde medicinam accipiat. Dolet etiam si alius ad domum suam veniat, timens ne gratiam inueniat, & sibi aliquid depereat: & sic etiam homo inuidus dolet de aliorum
Arist. 2. Rhet. vtilitate, vel gratia: Philosoph. Inuidia est tristitia in alienis bonis.

Item propter auaritiam. Nam canis tanquā auarus, quæ comedere nequit, studiose reponit, nec dare vult alijs, sed defendit. Sic etiam auarus facit reponendo, & custodiēdo. Luc. Anima mea habes multa bona reposita in an-
Luc. 12. nos plurimos.

Item propter accidiā, quia canis quando est annosus, & piger, & desidiosus, vnde tota die dormit. etiam inter muscas, & licet muscæ perforēt eius aures, adeo tamen piger est, vt non se nisi raro excutiat, vt eas longius à se pellat: Sic homo accidiosus est piger ad incipiendum, & desidiosus ad operandum, somnolentus ad orandum, vel ad resistendum, scilicet tentationibus, quæ per muscas importunas intelligūtur. Vel per muscas perforantes, intelige increpationes, & verborum punctiones, quibus non excitatur, nec emendatur. Sunt etiam tanquam muscæ pungentes, necessitates, vel volūtates quas habet homo piger, quæ tamen pigrum non emendant, sed consumunt, quia potius cōsumitur desiderijs siue indigentijs, quam vel-
Pro. 21. lit laborare. Prouerbio. Desideria occidunt pigrum.

Item canis vltimo post multa seruitia fune ligatur, & eo lōgius ducitur ad mortem, & in aqua necatur, vel per ripam deijcitur: nec ei pellis detrahitur, nec caro manducatur, sed vermibus corrodendus exponitur. Sic peccator post multa seruitia mūdi, vel peccati, à diabolo fune ligatur, id est consuetudine peccādi, & ea trahitur, id est, vsque ad mortē corporis detinetur, & necatur in aqua, id est, deficit defectu naturali vitæ defluentis. Reg. Omnes
2. Re. 10 morimur, & quasi aqua dilabimur. Vel per ripam, id est, per casum mortis violentę, deijcitur in fossatum inferni; scilicet secundū animam. Corpus autē mortuum remanet omnino inutile. De alijs enim animalibus postquam sunt occisa, remanent vel carnes, quæ sunt vtiles ad comedendum, vel saltem pellis, quæ vtilis ad induēdum, vel calciandum: sed humana caro mortua, vel occisa, ad nihilum valet vltra, nisi quod vermibus relinquitur in escam.

Item peccatores assimilantur capris, ptimo propter superbiam. Nā capra sursum semper tendit, vt summitates carpat & comedat foliorum, vt dicit Isidor. Sic
Isi. lib. Ethy. sunt superbi, qui semper ad superiores status inhiant, vt summitates foliorum, id est, dignitates, & honores maiorum, quos ipsi summos reputant, diripere valeant, & habere. Psalm. Superbia
Psa. 73. eorum, qui te oderunt, ascendit semper.

Item propter luxuriam. Nam (sicut dicit Plin.) Capræ propter
Plin. caliditatem non abundant pinguedine, & raro sine febre sunt, & ideo in eis est ardens concubitus, & non minus videre dicūtur de nocte, quam de die. Ista competunt luxuriosis, in quibus propter vsum veneris, tam pinguedo corporis, quam mēbris deuastatur, siue febre etiam ardēti, concupiscentiæ raro inueniuntur, & ipso carnis opere ardēti delectatione fœdantur. Non minus etiā luxuriosi ad sua fœda opera ob-
Iob. 24. seruant noctem quam diem. Iob. Oculus adulteri obseruat caligi-nem.

Item per auaritiam. Nam capræ (vt idem dicit) todunt extremi-

tates, quibus pascuntur oues vique ad radices. Vnde capra à carpendis virgultis est dicta. Sic etiã auari sunt, qui semper ad carpẽdum intendunt, & extremitates quibus pascunturoues, id est, bona temporalia, quibus boni, id est, spirituales viri ad suum victum, & ad suam sustentationem vtuntur, ipsi vsque ad radices euellunt, quia frequenter ita expoliant pauperes, quod nihil eis relinquunt.

Item peccator assimilatur asino, qui est animal naturaliter põderosum, tardum, & pigrum, & timidum, stolidum, & oneri aptum, & patiens laboris plurimũ. Sic peccator est põderosus ad cadendum, tardus ad pœnitẽdum, piger ad operandum, timidus ad temporale damnum, stolidus ad prouidẽdum, aptus ad onus peccati, vel æterni supplicij portandum, & patiẽs ad laborẽ mundi infructuosum sustinendum.

Item peccator decipitur à peccato, sicut cocodrillus ab illa aui cula, quæ dicitur rex auiũ. Nam dum cocodrillus iacet iuxta litus, superuenit illa auicula, & volat circa os eius, qui aperit auiculę fauces, & illam intrare permittit; At ipsa primo leuiter eum vnguis scalpit, ita quod belua ex dulcedine statim obdormit, & cum auicula eum dormire sentit, statim in eius ventrem desendit, & eum per ventrem perforat, & occidit: Est enim cocodrillus in ventre valde mõlis. Vbasi ergo cocodrillus in litore iacens, est homo ocio torpens. Auicula autem ad os eius veniens, est tẽtatio peccati imaginationẽ ingrediẽs: cui tunc os aperitur, quãdo in cogitatione, & in delectatione, recipitur. Et tunc leuiter scalpit, quia pruritũ delectationis gignit: & si tunc homo dormiat, vt per negligentiam tentationi non resistat, ingreditur in mentem, & eum per consensum perforat, & necat.

Item peccator assimilatur ranæ, quæ est limosa, & clamosa, ventosa, & odiosa, sub ventre maculosa, linguosa, & non solum viuens in aqua, sed etiam in terra. Sic etiã peccator est limosus per luxuriam, id est, immundus, clamosus per iram, & ventosus per superbiam, odiosus hominibus per auaritiam: Nam (sicut dicit Boet.) odiosus auaritia, claros vero largitas facit, sub ventre maculosus per gulam, linguosus per inuidiam. Nam rana (sicut dicit) linguã habet, & os coaxãs. Sic inuidus, & linguosus detrahendo. Boet. Arist. de anima.

Item viuit in terra, quæ est grauis, & frigida per accidiam, quæ animam grauem reddit, & frigidam.

Itẽ peccator assimilatur talpæ,

Primo, quia talpa sicut porcus, rostrum habet, & talis est peccator per immunditiam luxurię, vel gulæ, & cum tali rostro talpa radices de terra extrahit. Quia scilicet per peccata carnis enacuantur, & extrahuntur affectiones mentis. Vnde Iob 31. de luxuria dicitur, quod est omnia eradicans genimina. Iob. 31.

Secundo, quia talpa terram fodit, nec extracta à terra diu viuit. Et ideo dicit Plin. melius audiũt talpæ terra coopertæ, quam extractæ, & talis est peccator per vitium auaritiæ: Cuius studium est terrena reuoluere, & sine terrenis implicationibus non credit se posse viuere, & solũ de terrenis vult tractare, & audire. Ioan. 3 Qui de terra est, de terra loquitur. Ioan. 3

Tertio, quia talpa Solem odit, & hoc peccator habet ex vitio superbiæ, scilicet vt odiat Deũ, qui est verus Sol, secundũ illud Psal. iam

Digitized by Google

lam supra allegatum. Superbia eorum qui te oderunt, &c. Nam superbia se Deo maximè opponit: propter quod Deus superbis maximè resistit: & quantum ad hoc odiunt eum, vel odiunt solem superbi, id est, manifestantē, vel redarguentem vitia eorum. Vnde superbus non venit ad lucem, vt nō arguantur opera eius.

Quarto (sicut dicit Arist.) talpa non habet oculos apertos, sed sub corio latentes, quos in morte solum aperit quos in tota vita clausos tenuit. Sic peccator, qui in tota vita ambulat vt cæcus, scilicet errando & cadendo in peccato, in morte velit nolit cogitur oculos aperire, & peccata sua recognoscere ante tribunal Dei, & pœnas etiam experiri quas viuēs considerare neglexit. Greg. Oculos enim quos culpa claudit, pœna aperit.

Peccati grauitas ac malitia, omniumque delictorum variatio, per cuiusdam monstri India naturam, muliq; ac Salamandra, Burestis, Formica, Basilisci, Aspidis, Cocodrilli, Musca bouina, nonnullorumq; serpentium naturales effectus, veneniq; proprietates, multis perspicuis exemplis manifestatur.

Cap. XCIII.

PEccatum assimilatur cuidam monstruoso animali, quod dicitur esse in India, simile vrso in corpore, leoni in crine, & homini in facie, & habet caput rufum, & os magnum & rotundum, & in vtraque mandibula tres habet ordines dentium, cuius extremitates sunt vt leonis, cauda eius vt scorpionis, & percutit pilis suis sicut porcus agrestis suis setis, & vox eius sicut tubæ, & est velocis cursus, & comedit homines, & nulla bestia illa crudelior. Similitudo ergo vrsi pertinet ad peccatum iræ, quia vrsus est animal impatiens. Similitudo autē leonis ad peccatum superbiæ; Similitudo hominis ad peccatum auaritiæ: quia solus homo ex auaritia congregat; quæ etiam facit caput tubeum, id est, mentē igneā, & ardentem ad habendum, vel quia est causa homicidij, & effusionis sanguinis. Magnitudo verō oris refertur ad gulam, cui diuersi ordines dentium, id est, diuersi ordines ministrantium deseruiunt, vt agricolæ, macellarij, coquinarij, & huiusmodi. Cauda scorpionis refertur ad inuidos, qui detrahendo maximè retro pungunt, id est, in absentia detrahunt. Similitudo autem porci refertur ad luxuriosos propter immunditiam. Vox autem tubæ, peccatum est manifestum, & publicum: sed velox cursus est in delectatione peccati, quæ citò transit: homines autem comedit dum eos per delectationē capit, per consensum deglutit, & in se per operationem siue consuetudinem conuertit. nulla bestia inuenitur crudelior, quia nulla res inuenitur nociuior homini.

Item peccatū assimilatur mulo. Primò ratione innaturalitatis, quia mulus generatur contra ordinem naturæ, scilicet ex comixtione duarum specierum, scilicet ex equa, & asino. vel econuerso, scilicet ex asina, & equo, burdo generatur. Et dicit Isido. quod Naat nepos Esau fuit primus qui asinis equas supposuit, vt contra naturam muli nascerētur. Sic etiam peccatum, vt dicit August. non est ex natura, sed vitium naturæ, appetentis id quod non est sui ordinis. Et sicut mulus generatur ex eo quod asino equa supponitur, sic etiam nascitur peccatum, & peruertitur ordo naturæ, cum ratio sensualitati subijcitur, ita vt non rationi sensualitas subijciatur, sed potius rationi sensualitas dominetur.

Aug. de du ani.

Eccl. totum, Eccle. Vidi seruos in equis, & principes ambulantes quasi seruos super terram.

Secundo, ratione sterilitatis, quia mulus sterilis est, natura ab eo suum beneficium retrahente: quia quasi in eius iniuriam contra naturā producitur. Sed Arist. dicit, quod mulus sterilis est propter excessum frigiditatis in ipso dominantis. Sic peccatum est sterile, id est, absque fructu, & foecunditate meriti, vel premij gloriosi. Excessus autem frigiditatis est in anima propter defectum charitatis, quae scilicet est vt calor animae vitalis, sine qua opus meritorium vitae aeternae non producitur. Matth. Quoniam superabūdauit iniquitas, refrigescet charitas multorum.

Mat. 24

Tertio, ratione versibilitatis. Nam mulus à molendo est dictus, eo quod iugo pistorū subactus, ducat in giro molas, sicut Isido. dicit. Sic peccator dum ab vno peccato in aliud trahitur, quasi gyrando ad molas circumuoluitur. Psal. In circuitu ambulant.

Isi. lib. Ethy.

Psal. 11.

Item peccatum assimilatur salamandrae, quae est animal venenosum. Vnde dicit Plin. quòd fructus arborum inficit, aquas corrumpit, & si eius salina solum pedem hominis tetigerit, totū corpus corrumpit. Sic peccatum est pessimum venenū, quod fructus arborum, id est, bona opera, vel materia inficit. Itē aquas, id est, gratias corrumpit, &. si eius salina, id est, delectatio, pedem, id est affectionem animae per cōsensum tetigerit, totum hominē perdit. Vnde dicitur Corint. Immundum ne tetigeris.

Plin.

2. Co. 6.

Item peccatū assimilatur veneno: dicitur enim venenum, quia per venas vadit ad cor. Sic peccatum per venas cogitationis, & delectationis tranſit ad consensum cordis, vel per venas, id est, per sensus corporis subintrat in arcana mentis. Ier. Ascēdit mors per feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domos noſtras.

Ier. 9.

Item venenum non lædit, niſi quando ſanguinem tangit. Vnde Lucanus. Noxia terpentum eſt admixto ſanguine peſtis. Sic non nocet venenum peruerſæ ſuggeſtionis, ſi non admiſceatur ſanguis delectationis. Oſe. Sanguis ſanguinem tetigit; quia delectationem cogitationis ſequitur delectatio operis.

Luca.

Oſe.

Item venenum omne frigidum exiſtit. Sic omne peccatum mortale infrigidat, dum calorē charitatis exterminat.

Item peccatum aſſimilatur bureſti, qui (vt dicit Plin) eſt animal parvum ſimile ſcarabeo, qui inter herbas quas bos diligit, ſe abſcōdit; quē bos accipit, dum herbas carpit: qui deuoratus à boue, iecur eius ſic inflammat, vt eum cū cruciatu maximo tandem rumpat. Sic malitia peccati ſub delectationibus quas homo diligit, ſe abſcondit: quam homo non aduertēs, cum delectationem exteriùs accipit intrinſecus inducit, quæ & appetitum inordinate incendit, & mentis ſoliditatē frangit, & vltimo cruciatum conſcientiæ, vel pœnæ inducit. Iſa. Vermis eorum non morietur.

Plin.

Iſa. 66

Item aſſimilatur muſcæ bouinæ, quæ quouſque ſub cauda vaccæ, vel eius corpori manet affixa, eā quieſcere nō ſinit, ſed cauda erecta, miro modo inſanies, per cāpos vndiq; currit. Similiter quandiu peccatum inhæret conſcientiæ, anima non poteſt quieſcere: & tunc per diuerſa vagatur, quærēs & non inueniens requiem, quandiu peccatum non fuerit amotū per pœnitentiam.

Item peccati fœtorē debet homo odire & fugere, exemplo formicæ. Dicit enim Ariſtot. quòd

Ari. an.

In formicis est sensus olfactus, & odiunt omne fœtidum. Vnde si quis domos earum fumigauerit aliquo fœtido, eas deserunt. Sic debet homo omnia dimittere, & fugere, in quibus est fœtor peccati. Eccl. Fuge peccata.

Item peccatum assimilatur regulo serpenti, id est, basilisco, qui olfactu suo necat, & visu suo interficit omne viuum, ad cuius aspectū nulla auis illæsa pertransit: & si procul fuerit, ore eius comburitur & deuoratur, à mustelis conuincitur. Vnde ab hominibus ad eius cauernas deferuntur, nihil enim altissimus absque remedio dereliquit. Vnde basilideus visa mustela fugit, quem insequitur & occidit, maximè si prius pasta fit ruta (vt Arist. & Auicen. dicunt. Similiter peccatum occidit animam, vel per odoratum morosæ delectationis in cogitatione, vel per visum, id est, consensum operis. Vnde aues, id est, hominum mentes solo visu, id est, consensu etiam, si longe sint ab opere occiduntur, & deuorantur à peccato. Sed remedium contra basiliscum, id est, contra peccata, est mustela ruta refecta, id est, pœnitentia amaritudine plena, quæ ipsum visa fugit, quia pœnitentia solum in contritione, vel in proposito habita, quandoque peccatum purgat. Psal. Dixi, scilicet, in 31.
propósito cordis, confitebor aduersum me iniustitiam meā Domino, &c. Sed tamen opere completo ipsum perfruēs, l. peccatum, extinguit. Act. Conuertimini, & pœnitimini, vt deleantur peccata vestra. 3.

Item peccatum assimilatur aspidi. Nam aspis aurem obturat, vt vocē hominis incantantis non audiat, ne ei obediat: & hoc pertinet ad peccatum superbiæ, quia superbus vocem Dei nō audit, & eius mādatis obedire contemnit. Psal. Sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas, quæ non exaudet voces incantantium. Psal. 47.

Item aspis interfecto compari suo, id est, coniuge suo, miro furore interfectorem persequitur, & illum siue solū, siue inter multos aggreditur nec periculū curare videtur, vt suum comparem vlciscatur: & hoc pertinet ad vitium iræ, quia iratus propter appetitum vindictæ, præcipiti furia omni periculo se exponit.

Item est quædam species aspidis, quæ dicitur situla, ex eo quòd à se percussum siti occidit: & hoc pertinet ad auaritiam, cuius sitis, id est, appetitus sit inextinguibilis.

Item est quædā alia aspis, quæ dicitur viperabilis, quæ scilicet, somno interficit, hāc dum Cleopatra sibi apponeret, somno resoluta est: & hoc pertinet ad accidiæ vitiū, quæ pigritia & somnolentia animam occidit.

Item est alia quę dicitur emorrois, quia percussus ab ea, dissolutis venis fluxu sanguinis vitam finit, hoc pertinet ad luxuriosos, quia, scilicet, luxuria fluxu seminis corpus resoluit, & ad æternū interitum animam inducit:

Item est alia serpens quæ dicitur pester, qui semper orepatente emittens virus incedit, sed ab eo percussus disteditur, & necatur, hoc pertinet ad vitium gulæ, quia gulosus ore parēte, id est, parato ad cibum semper incedit, & virus, id est, vitium gulæ patenter ostendit.

Item aspis habet oculos in temporibus, non in fronte. Vnde non directè respicit, & ideo aduersarium persequitur magis auditu, vel olfactu, quam visu: Nam si non sic esset, vt dicit Plinius, vix homo ab eo euaderet: & hoc pertinet ad inuidiam, quia inuidus non rectè, sed torue & malenolo respicit

respicit oculo, & ex auditu, vel ex opinione sua solū detrahēdo persequitur, tanquam de re vita, vel
Psal.13. certa, vnde Psalmus: Venenum aspidum sub labijs eorum.

Item peccatū, quamdiu retinetur, semper multiplicatur, & crescit. Vnde assimilatur crocodillo, qui quādiu viuit, semper crescit: Nam peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit.

Item peccatum plus inualescit, & abundat in prosperitate, quàm in aduersitate, sicut serpētes plus abundant, & lædunt in æstate, quàm in hyeme, & in die, quàm in nocte. Omnes enim generaliter serpētes frigidæ sunt naturæ, nec percutiunt nisi cùm calescūt. Vnde venena eorū plus nocēt de die quam de nocte, quia sunt frigidi nocturno tempore. In hyeme se in nidis inuoluunt, & torpescūt, sed in æstate se dissoluunt, & ad nocendum exeunt. Quid autem per frigiditatem serpentini veneni, nisi in malitia accipitur peccatū? quæ dum cor per cōsensum attingit, calorem protinus charitatis extinguit. per calorem vero diei, & æstatis, feruor minor & maior intelligitur mundanæ prosperitatis, sicut frigus econtrario noctis, vel hyemis, breuiorem, vel leuiorem signat cursum aduersitatis. sed in æstate, vel in die venenum magis lædit, quia ex ipso prosperitatis feruore peccatum
Psal. 55. pernitiosius crescit. Vnde Psalm. Ab altitudine diei timebo, id est, prosperitatis.

Item peccata carnalia sunt magis manifesta, & infamia, quā spiritualia, sed tamē spiritualia sunt magis nociua. Vnde assimilantur serpētibus: dicuntur enim quidā esse maximi serpētes corpore, ita vt corpus integros deuorēt. Vnde
Titius. in Punico bello narrat Titus Liuius, à Regulo Romanorū duce interfectus est serpens basiliscus, Cxx. pedum longitudinis: Cuius pellis, & maxillæ fuerūt suspensæ ante quoddā templū Romæ. Sub Claudio etiā Cæsare fuit serpens in Italia interfectus, in cuius aluo puer integer est inuētus. Sunt autem alij serpentes ita corpore parui, vt vix videri possint, sed sunt maximi in potestate nocēdi, sicut dypsa, quę prius occidit quā sentiri possit. Tyrus etiā (vt dicit Ari.) modicus est, & tamē contra ejus venenū nullum remediū est. Serpentes ergo magni significant peccata carnalia, quę sunt magnę apparentiæ, & infamiæ: sed quasi serpentes aspectu parui, & magis noxij, sunt peccata spiritualia, quę licet sint minus manifesta, & minoris infamiæ, sunt tamē maioris culpę, vt patet de luxuria, & superbia. Vnde Greg. Aliquādo, Greg inquit, minus est in corruptionē mor. cadere, quàm cogitatione tacita, deliberata elatione peccare, sed cum minus turpis superbia creditur minus vitatur, luxuriam eo magis erubescunt homines quo simul omnes turpem nouerunt. Vnde fit plerunque, vt nonnulli post superbiam in luxuriam corruentes, ex aperto casu malū culpæ latentis erubescant, & tunc etiam maiora corrigant, cū prostrati in minimis grauiter cōfunduntur.

Satisfactoria pœnitentia modus, ac partes, ipsius, vis, & fructus multiplex, per quamplurima leonis, panthera, sanguisugæ, Leontophoni, nonnullarumq; aliarum verum naturalium exempla quam rectissime manifestatur.

Cap. XCIIII.

PŒnitentia lachrymosa facit Deum dissimulare peccata. Nam leo qui coitum leenæ cum pardo odore cognoscit, totus in adulterę furgit poenam: sed si leena post coitū in flumine lauatur, nihil

Digitized by Google

nihil tunc à leone percipitur. Sic si anima, ſponſa Chriſti, diabolo peccando coniũgitur, ipſe Chriſtus, qui eſt leo de tribu Iuda, ad vindictam contra eã merito prouocatur Sed ſi anima in flumine lachrymoſæ pœnitentiæ lauetur,
Amb. ſuper. ab ipſo Chriſto peccatum diſsimulatur, & parcitur. Amb. Quod defendi non poteſt, ablui poteſt, lauant lachrymæ delictum, quod voce pudor eſt cõfiteri, lachrymæ veniam poſtulant, & merentur.

Item pœnitẽtia aſsimilatur pãtheræ, quæ (vt dicit Phiſiol.) draconem odit, & draco eam fugit, quæ paſta in ſpelunca ſe recondit, & per tres dies aliquando dormit, tunc ſurgens magnã vocem emittit, & ab ore eius aromaticus odor exit, ſupra modum ſuauis, quare tunc omnia animalia ſequuntur eam, ſolus draco fugit, & eius odorem non ferens, in ſeipſo deficit. Sed ſicut panthera draconem, ita pœnitentia odit peccatum, & peccatum ipſam pœnitentiam fugit, quæ in ſpelunca, id eſt, in corde pœnitentis incluſa, poſtquam per tres dies, ſcilicet contritionis, confeſſionis, & ſatisfactionis perſeuerauerit, exurgens à ſtatu culpæ, emittit vocem laudis, ſolutum ſe ſentiens à ſomno peccati. Vnde in vocem laudis prorumpens di-
Pſa. 115 cit illud Pſalm. Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, & nomẽ Domini inuocabo.
Caſſ. Qui verſiculus, vt dicit Caſſ. tantæ dicitur eſſe virtutis, vt quiſq; eum in morte terna confeſsione dixerit, omnia peccata ſibi ſoluãtur. Tunc etiam ex ore ſuo pœnitens ſuauem emittit odorem, videlicet ſuauis. & deuotæ orationis, quã omnia animalia ſequuntur, id eſt, omnes virtutes, & omnia merita per hoc reſtituuntur ipſi pœnitenti, & draco, id eſt, peccatum, deficit & perit.

Item pœnitentia ſatisfactoria requirit menſurã diſcretionis, & feruorem compunctionis. Vnde aſsimilatur ſanguiſugæ, quæ apponitur corpori, vt corruptũ ſanguinem detrahat: ſed quia quãdoque infidet venenoſis, quando quis eam ſibi apponit, prius eſt inuoluenda in ſale, & in vrticis, vt euomat ſi quid veneni hauſerit. Similiter pœnalis pœnitentia imponitur, vt à peccati corruptione, quod eſt tanquam ſanguis corruptus, anima expietur, vel vt affectus peccandi ab anima extrahatur, ſed vt nihil noxium inferat, pœnitenti apponenda, vel aſſumenda eſt cũ ſale diſcretionis, vt prudenter conſideretur, & qualis, quanta, & cui imponatur.

Item neceſſaria eſt in ſuſcipiente vrtica, quæ ſcilicet, & vrit, & pũgit: & ideo deſignat feruorem compunctionis, quę omnem pœnitẽtiam leuiter ferre facit, & ad hoc idem facit, quod ſi quis ſanguiſugæ aquã calidam ſuperfundat, citius ſe membro applicat. Eſt enim velut aqua calida lachrymarum compunctio feruida, quæ cito membro ſanguiſugã apponit, quia iniunctã pœnitentiã prõpto animo ſuſcipere facit.

Item tentationes pœnitentia extinguit. Vnde aſsimilatur cuidam beſtiolæ paruæ, quã leones timent, & fugiunt, quæ vocatur leontophonus: Nam quoddã venenũ portat in ore quod ſtatim eos necat. Vnde hæc beſtiola capitur, & exuritur, & incineratur, ex quib. cineribus dũ carnes aſpergũtur, & in capitibus viarum ponuntur, leones tranſeuntes dũ eas comedũt, moriuntur, vt dicũt Iſidorus & Auicen. hæc ergo beſtiola repræſentat humilẽ pœnitentiã, quã leones, i. dæmones timent, & fugiunt Hæc portat venenũ in ore, cũ peccatũ dicit in con-

Digitized by Google

confessione, & hoc venenum occidit leones, id est, tentationes dæmonũ. Hęc bestiola capitur in peccatorũ recordatione, exuritur in contritionis dolore, incineratur in mortis meditatione, recolens quomodo per mortem caro dissoluatur in cinerem: vel incineratur in humili satisfactione.

Iob. 41. Iob: Ago pœnitentiam in fauilla, & cinere, & dum esco ex hoc cinere aspergitur, vt scilicet satisfaciendo affligatur, & præcipuè in capitibus viarũ, id est, in principijs tentationum, vel sensibus corporis, qui sunt principia viarum, per quas peccata intrant in animam. Vnde tunc cinis in capitibus viarum aspergitur, quando ipsi sensus corporis humiliter custodiuntur, vel affliguntur, vt oculi plorent, & os abstineat, aures audiant increpationes, & sic de alijs. Et sic tunc leones ex his occiduntur, quia dæmonum tentationes non prævalent, sed cito extinguuntur.

Item pœnitentiæ amaritudinem diabolus odit, & abhorret, sicut canis abhorret, vt nõ comedat intestina cerui propter amaritudinem quæ est in eis. Nam (secundum Arist. & Auicen.) cervus nõ habet fel nisi forte in intestinis. Vnde eius intestina sunt amara, & fœtida, ita vt canis ea non comedat, nisi supra modum famescat. Sic cum interiora mẽtis sunt fœtida, scilicet per memoriam turpitudinis culpæ, & amaritudine respersa per dolorẽ pœnitentiæ, dæmones qui pascũtur delectatione, & dulcedine peccantium, illa tangere abhorrent.

Item pœnitentia liberat à grauedine peccati, & post mortẽ liberat animam à pœna. Vnde assimilatur cuidam lapidi, quem ceruæ (vt dicit Plin.) cum sentiunt, grauitatem deponunt, qui eas adiuuat, & postquam moriuntur, in earum ventre inuenitur: & iste lapis miro modo adiuuat mulieres prægnantes, & facit eas etiam absque dolore parere. Sic anima quando sentit grauedinem peccati, debet assumere lapidem, id est, pœnitentiam duram, & asperam, quæ nõ solum liberat in vita à peccatorum grauitate, sed etiã post mortem eius virtus inuenitur in anima, liberans eam à pœnarum acerbitate. Hæc etiam est quæ iuuat mulieres prægnantes, scilicet animas bonum conceptum, id est, bonũ propositum portantes ad pariendum, & in opere perficiendum: quia aspera pœnitentia carnem refrenat, ne bonis operibus effectum impediat.

Item pœnitentia amara extinguit remorsus conscientiæ, sicut absinthium occidit pulices: Est enim eorum venenum, vt Constan. dicit: Quid enim sunt pulices mordentes, nisi peccatorum actus conscientiam molestantes, quos absinthium, id est, amara pœnitentia purgando extinguit, & cessare penitus facit. Et similiter folia persicorum, quæ amara sunt, pulices occidunt, & eadem ratione valet cõtra eos coloquintida, si trita & mixta cum aqua, per locum vbi sunt, aspergatur, & signat contritionem peccatorum amaram cum lachrymis admixtam.

Nonnulla ipsius tygridis, scilicet nis, Cerui, & leonis proprietates naturales annotantur, quibus sicut pœnitentes pluribus exemplis assimilantur.

Cap. XCV.

POenitentes assimilantur tygridi, quod est animal ad modum sagittæ in cursu velocissimum, variis maculis distinctum, vt dicit Isidorus: de quo etiam Plin. dicit, quod cum caruli sui rapiuntur, odore raptorem persequitur, qui equo velocissimo transpo-

Digitized by Google

transportatur: & audiens strepitum bestiæ persequentis, in via specula post le proijcit: quæ illa videns, & suam imaginē intuēs, & filium esse credens, sistit, & filium accipere cupit, & interim venator euadit. Tygris ergo velociter currens peccator est feruenter vel celeriter pœnitens, qui diuersis maculis distinguitur cum diuersis peccatis compūgitur: qui tunc raptos catulos insequitur, quando bona per peccata perdita, per pœnitētiā recuperare conatur, cui venator diuersa specula, quibus detineatur, proijcit; quia diuersa sibi impedimēta diabolus quibus impediatur opponit. Itē pœnitentes assimilantur stellioni. Primo, quia stellio in corio renouatur, dicitur enim quod stellio mutat corium sicut serpens. Sic pœnitens debet renouare conuersationem, & vitam, exuendo vetustatem peccati, & induendo iustitiæ nouitatem. Apost. Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, &c Secūdo quia stellio manibus graditur. Est enim stellio (vt dicit Pli.) genus lacertæ, qua tuor habēs pedes latos ad modū manus, quibus repit ad domorū rimas, in quibus facit suā cauernam. Vnde Prou Stellio manibus nititur, & moratur in domibus regum. Sunt igitur quatuor manus siue pedes stellionis, quatuor virtutes pœnitentis, quarum operibus graditur ad mansiones regales. i. cælestes: scilicet iustitia qua vtitur, scilicet satisfaciendo: temperantia qua vtitur in abstinendo, fortitudo qua vtitur continuando, vel tentationibus resistendo: & prudentia qua vtitur à nociuis sibi cauēdo. Hæ quatuor virtutes similes sunt pedibus, quando habentur in affectione: sed tūc sunt velut manus, quādo habentur in vsu siue operatione.

Phi. 3.

Pro. 30

Tertio, quia stellio in visu hebetatur: Nam in hyeme latet, & visus eius hebetatur. Est enim tēpus hyemis asperitas tētationis, in qua pœnitentes se abscondūt in secreto orationis, vel in latibulo humilitatis: sed tamen esse non potest, quia ex tenebra tentationis visus hebetetur mentis, quia saltem dum homo tētatur, offuscatur, & remittitur intuitus contemplationis.

Quarto, quia stellio in visu clarificatur. Nam in vere exiens, & visum hebetatum inueniēs, locū quærit vbi solem orientem respicere possit: in quē dum respicit, desiccatur humor qui erat in oculis, & sic lumen respicit, sicut innuit glo. Sic pœnitens in vere, i. in tempore trāquillitatis, postquā abijt hyēs tētationis, debet per contēplationē mētis, & orationem respicere ad Solē Christum, qui visitauit nos oriens ex alto, & eius intuitu affectus mētis inflammatur, omnis humor, siue affectus indebitus ex tentatione relictus purgatur, & sic mētis ipsius visus mito modo clarificatur.

Item pœnitentes assimilantur leonibus, qui in principio nascūtur informes, & parui ad modū mustelæ: sed postea cum crescūt, efficiuntur fortissimi. Sic pœnitētes incipientes à timore seruili, sunt parui in virtute, & informes, quia nondum in charitate, sed postea crescētes per charitatem, roborantur, & fortissimi efficiūtur. Vnde Gre. dicit, quod in via Dei à timore incipitur vt ad fortitudinem veniatur. Grego.

Item pœnitentes assimilantur ceruis, quia (sicut dicit Isid.) cerui sunt inimici serpentū, & cū sentiunt se grauatos, spiritu narium attrahunt eos de cauernis; & superata veneni pernitie, eorū pabulo soluti redduntur. Serpentes

Digitized by Google

regione Auſtrę, quæ (ſicut dicit Auicenna) fuit regio ipſius Ariſto. eſt enim in eis coniunctio cornuum magis cum cute, quàm cum oſſe. Similiter iracundi, qui quolibet verbo audito contrario, ſtatim mouentur ad lædendum. Et qui iſti ſunt, mouent cornua ſicut aures: aures enim ad audiendum, & cornua ſunt ad percutiendum in eis æquè parata, & furor talium ſic ſubito erumpens, non habet miſericordiam, ſecundum illud Prouer. Ira non habet miſericordiam, nec erumpens furor. Pro.27.

Hominem ſecundum exteriorā non eſſe, nec in bonum, nec in malum omnino iudicandum, minimumq; peccatum fore fugiendum, Hædi, Tyri, & ſerpentis exemplo confirmatur.

Cap. LXXIIII.

IVdicandum non eſt de homine ſecundum apparentiam ſenſus exteriorem. Nam hœdus quo ad tactum pellem habet ſiue pilum agno aſperiorem, & tamen carnem habet meliorem, & præcipuè maſculus, cuius carnes ſunt optimæ, & ſuauiſſimæ propter ſuam temperiem. Sic in hominibus aliquādo ille, qui videtur hiſpidus & deſpectus exteriùs; eſt optimus interius, vnde Io. nolite iudicare ſecundum faciem. Non ſolum autem in bonis, ſed etiam in malis huiuſmodi iudicium fallit: quia frequenter, qui in apparentia minor eſt, in malitia eſt maior. Nam Tyrus eſt ſerpens in apparentia paruus, & tamen in veneno magnos ſerpentes excedit. Vnde inuenitur Tyrus paruus (ſicut ait Ariſto.) quam magni ſerpentes timent & fugiunt: & habet talis Tyrus pilos. Inuenitur etiam Tyrus, contra cuius morſum nullum eſt remedium. Sic malum, vel peccatum debet homo timere quantumcūque videatur modicum. Apoſt. Modicū fermentum totam maſſam cor. rumpit. Iob.7. 1.Cor.5

Peccata, vitiorumq; pruritus, per penitentiā lachrymas facillimè abluī, Elephantium naturali proprietate probatur.

Cap. LXXV.

LAchrymis pœnitentiæ peccata abluere elephantes docent, qui (ſecundum Plī.) in noua luna gregatim conueniunt, & in flumine ſe abluunt, & ſic ad locum ſuum redeunt. Tunc autem quaſi apparet noua luna, quando ſuperuenit hominibus aliqua mutatio, ſiue aduerſitas noua, & tunc more elephantorum debent ad aquas doctrinæ ſiue prædicationis gregatim confluere, & in flumine pœnitentiæ, & lachrymoſæ compunctionis peccata ſua lauare, vt peccatis amotis amoueantur flagella. Etiā tunc gregatim ad aquas currunt, quando proceſſionaliter ad diuinā miſericordiam impetrandam, cum letaniis, & orationibus vadunt. Quod etiam fieri debet aduenientę noua luna, ideſt nouæ aduerſitatis mutatione. Et cum elephantes taliter vadunt, & iuuenes ſuos in eundo, & redeundo ante ſe etiā ire faciunt, quos cuſtodiunt, & inſtruunt ad humilia facienda. Et ſic in ſupradictis, debet fieri etiā ab hominibus in pueris, & in iuuenibus eorū. Ioel. Congregate paruulos, & ſugentes vbera: vnde & Chriſtus cum eſſet xij annorum, fuit ductus cū alijs ad feſta in Hieruſalem. Item lachrymarum luctus extinguit vitiorum pruritus, ſicut aqua marina, vel ſalſa extinguit pediculos, ſic aqua lachrymarum, cum ſale diſcretionis, & aceto compūctionis extinguit pruritus vitiorum, & ſpecialiter carnis. Pſalm. Contribulaſti capita draconum Ioel.2. Luc.2. Pſa.73.

Digitized by Google

conum i. pruritus, seu principia tentationum, in aquis, scilicet lachrymarum.

Humanas leges magni viri facile transgrediuntur: quod similitudine Araneorum tela iure optimo fulcitur.

Cap. LXXVI.

LEges humanæ (vt dicit Anatarsis) similes sunt telis araneatū: quia in eis parua quidem & imbecillia animalia inuoluuntur, & capiuntur, vt muscæ; & huiusmodi: sed magna, & potentia, vt aues, & huiusmodi, eas optimè transeunt, & dirumpunt, sic magni transgredientes legem nō puniuntur, sed solum imbecilles & parui.

Onagri in eorum siti tolerantia, patienter debitas pœnas sufferre nos erudiunt.

Cap. LXXVII.

LOnganimiter, & patienter tolerare defectum, & pœnā, quousque sit tempus congruum subleuationi, & impletioni, onagri nos docent, quia est animal valde impatiens sitis: diu expectat quousque potum inueniat sibi aptum: Cupidi autem tanquam sitientes, & impatientes sitis, quærunt impleri aquis turbidis, & immundis, i. temporalibus diuitijs, quę & animæ quietē turbant, & scientiam maculant, nec auferunt eis sitim. Sed sancti viri tanquam onagri patienter expectant, quousque veniant ad illum fontem vitæ, vbi erit plena satietas. Psal. Expectabunt onagri in siti sua. Psa. 103

Luxuria damna quàm plurima, luxuriantiumq; natura atq; defectus, per naturales Hirci, Porci, Boracis, Elephantis, & deniq; Tineæ proprietates, & similitudines clare cognoscuntur.

Cap. LXXVIII.

LVxuriosi assimilantur hircis. Primo, ratione lasciuiæ: quia hircus, (secundum Isid.) est animal laciuū, & feruens ad coitum. Sic luxuriosi lasciui sunt, & feruent ad opera lubrica. Hier. Ollam succensam ego video à facie Aquilonis. Facies Aquilonis, quā videbat propheta, est suggestio maligni spiritus, succendens ollam, i. carnem, in qua feruescit aqua carnalis concupiscentiæ. Isidor.

Secundo, ratione petulantiæ: quia hircus (vt Isid. dicit) est animal petulcum. Vnde eius oculi ad libidinem in transuersum respiciūt. Sed luxuriosi habēt respectum trāsuersum & impudicum, repræsentantem impudicum animum, quia (sicut dicit Aug;) impudicus oculus impudici cordis est nuncius. August. in Reg.

Tertio, ratione infamiæ: quia hirci sunt fœtidi, & sic luxuriosi fœtent per infamiam. Vnde Dominus super Sodomam pluit sulphur & ignem: quia in peccato carnis ardet ignis concupiscētię, & fœtet sulphur infamiæ. Quarto ratione inhærentiæ: quia. s. hoc vitium incorrigibilius inhæret (sicut dicit Democritus, & refert Plinius) quod hircus nunquam est sine febre: Est. n. hircus tantæ caliditatis, vt adamantem, quem neque ferrum, neque ignis domare potest, eius cruor calidus molliat, vt dicit Isid. Vnde patitur febrem cōtinuam: & sic quidam tam lubrici sunt, vt semper sint in æstu malæ concupiscentiæ. Sed attendendum, quod cornu hirci adustum dicitur fugare serpētes. Cornu ergo hirci, est vigor corporis luxuriosi, quod si aduratur igne afflictionis, recedūt serpētes i, venenosæ tentationes carnis. Demo.

Item eius fel dicitur clarificare visum, quia amaritudo & tribulatio carnis, interdum visum aperit animæ, & claritatem reddit. Itē luxuriosus assimilatur porco. Primo, quia porcus quasi spurcus est di-

est dictus, quia in spurcis & fœtidis semper quiescit. Sic luxuriosus in spurcitijs & fœtoribus carnalium peccatorū quiescit, vnde
Hier.48 Hiere. Moab requieuit in fœtoribus suis. Secundo quia porcus nascitur dētatus (vt dicit Pli.) dētes pectoru, quibus mentē detinēt, sunt delectationes quę ab ipsa sui origine siue radice insunt peccato luxuriæ, i. in ipsa cogitatione. No sic autē est de peccato iræ, quæ potius habet pœnā, nisi in nne, s. quādo se iratus vindicat. Tertio, quia porcus amisso oculo cito moritur. Sic quia oculus impudicus & vagus, est incitamentū & fomentum luxuriæ, amoto eius vitio luxuria faciliter cessat.
Iob. 31. Iob. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidē de virgine. Quarto, quia porci volutati in lutō, plus iacent in latere dextro, quā in sinistro, quia, s. plus iacet homo in luto luxuriæ, dum est in dextro prosperitatis, quām in sinistro aduersitatis, quia malitia vnius horę oblitionē facit luxurię, vt dicitur Ec,
Eccl. 1. Item luxuriosus assimilatur boraci, i. rubetæ, quæ est genus ranæ venenosum: Hæc enim oculos habet quasi igneos, & tanto est perniciosior quāto eius aspectus est ardentior: Aspectum solis odit, & tenebras quærit. Herbas dulces diligit, & earum radices comedit, sed comedendo eas inficit. Et ideo in hortis ruta inimica ei plā tari consueuit. Loca fœtida & simola diligit, & odorifera odit, vnde fugit dum vinea florere incipit. Sic similiter luxuriosus quasi habet oculos igneos, igne s. interioris concupiscentiæ inflammatos, & quanto oculus ardētior, tanto animus deterior in concu-
2. Pet. 2. piscendo. 2. Pet. Oculos habentes plenos adulterijs. Hic ad literam, lucem odit, & tenebras quærit, quia oculus adulteri obfuscat caliginem. Iob. Vel odit aspectum solis, id est manifestationē peccati sui, & quærit tenebras, id est occultationem. Herbas dulces diligit, i. delectationes voluptatis, quæ dulces sunt carni, & radices earum comedit, id est, cogitationibus earum interioribus pascitur, quia si eas opere impiere non potest, saltem in corde reuoluit, & ita sibi ipsi fœtidas & immundas cogitationes gignit. Iob. 4
Sed si ruta, i. aliqua amara tribulatio ibi plantari posset, tales infectiones cessarent. Diligit etiam luxuriosus loca fœtida & immunda, id est inhonesta, & infamia, vt lupanaria, & huiusmodi: honesta autem loca & confortia odit, & fugit. Et ideo vbi vinea pœnitētiæ florere videt, non appropinquat, sed fugit, & elōgatur. Vnde notandū, q. luxuriæ siue cōcupiscentiæ feruor extinguitur afflictione durę pœnitentiæ. Cuius adhuc exemplum apparet in boracе siue rubeta. Tradūt enim auctores (vt dicit. Pli.) quod in dex-
Plin. tro latere rubetæ est os occultū, quod in aquam feruentem missum subito feruorem facit stare, nec esse in ea stante potest vltra feruere. Et dicunt illud quartanam fugare. Quasi vero rubeta est humana vita, cuius latus sinistrum est status culpæ, sed dextrum est status pœnitentiæ. In hoc latere est os, i. dura afflictio carnis, quæ debet onerari, i. non ad ostentationem fieri, vt faciunt hypocritæ. Hæc extinguit feruorem aquæ, id est, ardorem concupiscentiæ, & fugat quartanam, i. luxuriam, quæ quadrupliciter ardet s in cogitatione, in affectione, in aspectu, & in tactu.

Item gulæ, vel luxuriæ vitium dominatur in magnis & potentibus viris, quia per voluptatem carnis maximē eos diabolus vincit. Sicut vnicornis cum elephante

Digitized by Google

sæpe belluæ gerens, cum elephãtem in ventrem percutit eum prosternit. Habet enim elephãs mollem ventrem. Per vnicornem intelligitur diabolus, cuius cornu significat potestatem sibi à Deo permissãm ad tentandũ, vel ad persequendum homines. Hic elephantes, id est, magnos viros, & in dignitatibus cõstitutos præcipue percutit in ventre: quia per vitia, quæ ad ventrem pertinent, scilicet per gulam, & per luxuriam eos vincit, ad quę ipsi potissimum sunt molles, id est, proni propter delitias quibus continue vtuntur, & propter libertatẽ quam habent. Vnde Philosophus dicit, quod multi eorum qui sunt in potestatibus constituti, similia pati videntur Sardanapalo, s. qui fuit rex Assyriorum totus lubricus, & luxuriosus, & deliciosus. Aris. in Ethi.

Item luxuriosus assimilatur tineæ. Est enim tinea vermis vestis, sic dicta, eo quod vestem teneat, & tam diu ei insistit quousque eã corrodat. Quid autem est vermis vestimenti, nisi vitium carnis, quod propter delectationis insatiabilitatem appetitui hominis tam diu inhæret, vt ipsum omni bono euacuet? Vnde luxuria, sicut dicitur Iob. Est ignis vsque ad consumptionem devorans, & omnia eradicans genimina. Iob. 31

Quemadmodum domini matrem, diligere ac venerari debeant peccatores, vt verecentur: insignis catulorum canum exẽplo explanatur.

Cap. LXXIX.

MAriam matrẽ domini diligere, & quærere debent etiam peccatores, & ad eã recurrere sicut ad matrẽ misericordię. Nam & canum catuli matrem diligunt, & adhuc cæci, voce, & odore agnoscunt, mammas quærunt, & dentium acumine comprimẽtes, vberibus lac effundere cogunt: quando vero esuriunt, quærula voce materna vbera petunt. Sunt autem velut canum, id est, dæmonum catuli, homines peccatores, qui diaboli, nõ natura sed imitatione, & malitia, sunt filij. Hi tamen misericordiæ matri reuereri debent, & diligere, quia ipsa peccatores non desinit adiuuare. Et licet ipsi sint intus cæci, vt ipsius virginis bonitatem & gloriam non videant, contẽplando, voce & odore tamen eam cognoscere debẽt, & audire vocem ipsius vocantis, & dicentis: Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini. Eccl. 24.

Item odorem eius attrahere. Eccl. 24. De quo ipsa dicit; Ego quasi vitis fructificaui odorem suauitatis. Et iterum sicut cynamomum, & balsamum, &c. Vel dicunt agnoscere eius vocem in verbis, vt cũ dicit; Magnificat anima mea Dominum. Similiter in aliis verbis ipsius, quæ in euangelio leguntur: quę omnia salubriter nos erudiunt.

Item debent agnoscere eius odorem, exemplis quæ nobis reliquit omnium virtutum. Debent quærere eius mammas: Habet enim vnam mammã ad exhibendum lac gratiæ, s. iustis: & aliã ad exhibendum lac misericordiæ, s. peccatoribus. Ideo mater gratiæ dicitur. Et etiam acutis dentibus, i. importunis orationibus premere, vt vberibus eis subueniat, & si esuriunt, id est, si ex animo appetunt suæ salutis remedium, quærula voce, i. dolorosa confessione, & oratione debẽt præfata vbera sæpius postulare. Pr. Vbera eiús inebriẽt te in omni tẽpore. Prou. 5.

Hyena sæua natura, variabilis, & mostruosa, cui mors cõparatur, quoue pacto capiatur, quo ad culpam, & quo ad pœnam in hominem intrauerit, mortisq; meditatio quantum prosit aperitur.

Digitized by Google

cap. LXXX.

MOrs assimilatur cuidam animali, quod dicitur Hyæna, quæ habet viperæ collum, elephantis dorsum, fingit voces hominum, in quantitate & voracitate repræsentat lupum, in pilis colli equum, & variat, vt dicitur, sexum, quia nunc masculus, nunc fœmina eadē inuenitur. Sic mors assimilatur viperę propter celeritatē, quia frequēter moriūtur homines inopinatē, & ante tēpus, præcipue per mortes violētas, sicut accidit viperæ, cui cum tempus pariendi aduenerit, filij non expectantes naturæ operationē, eius latera rodunt, & cum matris interitu exeunt. Sic & multi dirumpuntur per mortem ante tēpus, s. senectutis, & mortis naturalis. Elephanti veto assimilatur propter bellicositatem, qui a elephas est animal aptum ad bellū, sed bellum siue pugna mortis est maxima: Est enim ibi pugna naturæ, quæ per morbū dissoluitur. Est etiā ibi pugna animę, quæ exire de domo propria, & in regionē sibi ignotam ingredi compellitur. Est etiā ibi pugna cōscientię, quæ supra se habet iudicē iratū si sit homo peccator, & intra si peccatorū remorsum, & sub se infernū præparatū, & iuxta se aduersariū truculētū, & venire terribile est ad tale iudiciū, siue ad talē pugnā. Vocē autē hominis fingit propter fallacitatem, fallit enim hominē propter incertitudinem, nescit enim homo finē suū. Lupo assimilatur propter voracitatem: homines. n. deuorat, & nūquam satiatur. Collum equi habet propter refrenabilitatē, quia imponit frænū, & terminum nequitiæ humanæ Sexum autē variat, quia nūc fœminas nūc masculos aspornat. Reg. Omnes morimur &c.

2. Reg. Item mors tā naturæ, quā culpę, intrauit in hominē procuratione & tētatione serpētis antiqui, i. diaboli. Cuius signum est, quia sicut dicit Hyp. de medulla spinæ hominis mortui serpēs nascitur, quod quidem (vt dicit Isi.) merito accidit, vt sicut per serpentem mors hominis euenit, sic per mortem homi nis serpēs de ipso procederet moriturus. Sap. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Hyppo. Sap. 2.

Item mortis memoria facit hominem citius & facilius à mōdo, vel peccato exire, & ideo assimilatur illi herbæ quæ dicitur dracontea, quam cruæ, quia difficulter pariunt, comedunt, vt facilius fœtus exeat: Est enim quasi in ventre fœtus, homo in peccato positus, vel in mundanis inuolutus, qui difficulter educitur, nisi mortis timore impellatur. Vnde mortis meditatio & timor faciunt facliter egredi de ventre mundi, vel peccati: Facile enim contemnit omnia qui semper secogitat esse moriturum, sicut Hieron. dicit. Et iste egressus est sicut partus qui fit dolore pœnitentiæ. Io. Mul er, i. gratia cū parit, s. nouum hominē in iustitia, tristitiam habet, s. pœnitentiæ, & hæc tristitia facit eum egredi de peccato, quod dimittendum impellit memoria mortis. Eccl. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Ioan. 16 Eccl. 7.

Item memoria mortis cum compunctione cordis, resistit veneno tentationis carnalis. Sicut cinis scorpionis potatus in vino, remediū est homini percusso ab eo. Quasi percussio scorpionis est ipsa tētatio carnis: Scorpio enim ante palpando incedit, & retro cauda ferit: & sic caro primo delectat, postea cruciat, ergo hominē à scorpione percussū, i. à carne tētatū, remediū est cinis scorpionis cū vino. Quid enim est cinis scorpionis, nisi resolutio carnis, quæ cum

Digitized by Google

cum vino compunctionis potata, id est, attento animo considerata, liberat à venenosa punctura scorpionis, id est, a venenosa tentatione carnis: Aug. Nihil sic reuocat a peccato, quam frequens mortis meditatio. Aug. li. exhor.

Animantia in veteri lege ad esum concessa, ac etiam prohibita, quæ mentis munditiam, seu immunditiam signare videntur, manifestantur: ac cur a Deo id factū sit, rationes assignantur.

Cap. LXXXI.

MVnditia mentis signatur in munditia illorum animalium quæ concessa sunt ad esum in lege Moysi. Dicitur Leui. Omne quod habet diuisam vngulā, & ruminat de pecoribus, comedetis. Quod autem ruminat, & habet vngulam, sed non diuidit eam, sicut camelus, non commedetis. Cyrogryllus, qui ruminat, vngulamque non diuidit immundus est, Lepus quoque: nam & ipse ruminat, sed vngulam nō diuidit. Et sus, qui cum vngulā diuidat nō ruminat, horum carnibus non vescemini. Leui. 11

Item dicitur in eodem: Omne de volucribus, quod graditur super quatuor pedes, abominabile erit vobis. Quicquid autē ambulat super quatuor pedes, sed habet longiora retro crura, per quæ salit super terram, comedere debetis, vt est brucus in genere suo, & attacus, atque ophiomachus, atq; locusta, singula iuxtagenus suū. Vbi nota, quod animal quod ruminat, & findit pedes, i. vngulas, conceditur vt mundum, vt dicit Aug. ex quadā significatione. Quia, s. fissio vngulæ signat distinctionem duorum testamentorum, vel Patris, & Filij, vel duarum naturarum in Christo, vel discretionem boni & mali. Rumination autem signat meditationē scripturarum, & sanum intellectum earum. Cuicunq; autem alterum illorum deest, spiritualiter immundus est: & ideo prohibetur tanquam animal immundum quod altero illorum caret. Volatilia vero, & quadrupedia, quæ crura posteriora lōgiora habent vt saltare possint, comedūtur. Alia vero, quæ magis terræ adhærent, prohibentur: quia illi qui abutuntur doctrina quatuor Euangelistarum, vt per eam in alterum non leuentur, immundi reputantur.

Muneribus sæpe Iudices, seu Principes placari ac corrumpi, Camuli exempio probatur.

Cap. LXXXII.

MVnera mitigant animum iudicis, & prælati, & frequēter corrumpunt. Nam aliquando catulus latrans, currit contra aliquem, vt videatur eum mordere, sed si proijceret ei vnum fruſtum panis, acciperet, & fileret. Sic aliquando prælatus aliquis venit ad aliquem subditum cum tanto latratu, vt videatur eū velle deuorare, sed ille proijcit eidem vnam marcam argenti, & aufert ab eo loquelam. Eccleſiaſt. Xenia, & dona excæcant oculos iudicum, & quasi mutus in ore, auertit correptiones eorum. Eccl. 2

Per Cameli nominis interpretationem, ejusq; naturam, libenter obedientiam, seu patientiam fere à fidelibus subeundam, pauscis demonstratur verbis.

Cap. LXXXIII.

OBedientiæ, vel pœnitentiæ onus humiliter suscipere, & patienter portare cameli nos docent. Nam cameli (vt dicit Isid.) vocabulum a græco nomine sunt sortiti, eo quod quando onerantur, se inclinantes coram hominibus, humiliantur, & super genua incuruantur. Camelus. græce humile, vel breue, dicitur Latinè. Sūt. n. animalia ad onera apta, &

Digitized by Google

ad portandum mansuete: Sic ergo debet homo onus obedientiæ à superioribus iniunctum pœnitentiæ impositæ humiliter susci-
pere, & mansuete, & patien-
ter illud ferre. Vnde etiam de
23 malis prælatis subditis dicitur, Quæcunque dixerint vobis seruate & facite.

Tria sacrificiorum genera veteris legis, nec non animalia in his sacrificijs oblata, rerumq; modus ac significatio declaratur: quibus omnibus modis vero Deo se dedēdi aperitur.

Cap. LXXXIIII.

OFferre se debet homo ad Dei seruitium, eo modo quo animalia in lege Moysi offerebatur in sacrificium. Fiebat enim triplex genus sacrificiorum. Nam quoddam erat quod comburebatur. Vnde dicitur holocaustū, quasi totum incēsum: Huiusmodi enim sacrificium offerebatur Deo ad reuerentiam maiestatis illius: & ad amorem bonitatis illius, & conueniebat perfectorum statui in impletione consiliorum: & ideo totum comburebatur, vt sicut totū animal in vapore sursum ascendebat, ita etiam significaretur totum hominē, & omnia, quæ ipsius sunt, Deo domino esse subiecta, & ei esse offerenda.

Aliud erat sacrificium pro peccato, quod offerebatur ex necessitate remissionis peccati: & cōueniebat statui pœnitentium in satisfactione peccatorum, quod diuidebatur in duas partes. Nam vna comburebatur, alia vero cedebat in vsum sacerdotis, ad designandum, quod expiatio peccatorum fit a Deo per ministerium sacerdotum, nisi quando offerebatur pro peccato totius populi, aut specialiter pro peccato sacerdotis: tunc totum comburebatur. Non enim debebant in vsum sacerdotū venire ea, quæ pro peccatis eorum offerebantur, vt nihil peccati in eis remaneret, & quia hoc non esset satisfactio pro peccato. Si enim cederent in vsum eorum, pro quorum offerebantur peccato, idem videretur, ac si non offerrentur.

Tertium sacrificium vocabatur hostia, quæ offerebatur Deo, vel pro gratiarum actione, vel pro salute, & prosperitate offerentium, ex debito beneficij accepti, vel accipiendi. Et conuenit statui proficientium in impletione mādatorum. Et istud diuidebatur in tres partes: Nam vna pars incendebatur ad honorem vnius Dei; Alia pars cedebat in vsum sacerdotum. Tertia vero pars in vsum offerentiū; Ad designandum, quòd salus hominis procedit à Deo dirigētibus ministris, & eo operantibus ipsis hominibus, qui saluantur. Hoc autem generaliter obseruabatur, quod sanguis, & adeps non veniebat in vsum sacerdotum, neque in vsum offerentiū. Sed sanguis offerebatur ad crepidinem altaris in honorem Dei, adeps autem adurebatur in igne. Prohibebatur autē esus sanguinis ad hoc, vt horrerent humani sanguinis effusionem. Vnde dicitur Gene. Carnem cum sanguine non comedetis: Gene. 9
sanguinem enim animarum requiram. Vsus vero adipum prohibebatur eis ad vitandum lasciuiam. Vnde dicitur Ezech. Quod Ezec. 14
crassum erat comedebatis. Vel per hoc significabatur effusio sanguinis Christi, & pinguedo charitatis; per quam se obtulit pro nobis. De hostijs autem pacificis, cedebant in vsum sacerdotum pectusculum, & armus dexter, ad excludendum quandam diuinationis speciem quæ vocabatur spatulamantia, quia scilicet gentiles in spatulis animalium immolatorum diuinabant, & in esse

osse pectoris: & ideo ista offerentibus subtrahebantur. Per hoc etiam figurabatur, quod pectus, quod est tegumentum cordis, & etiam fortitudo ad sustentandū, Deo seruiet, quod significatur per armum dextrū. Et nota, quōd qui non poterat habere animal quadrupes, saltem debebat offerre farinam, vel spicam. Cuius figuralis ratio fuit, quia panis significat Christum, qui est panis vivus: Ioan. 7. Qui quidem fuit sicut in spica, in statu legis naturæ: sed in fide patrum fuit sicut in simila. In doctrina vero legis, & prophetarum sicut in pasta, fuit autem sicut panis formatus post humanā naturam assumptam: Coctus in igne, id est, formatus à Spiritu sancto in clibano vteri virginalis. Qui etiam fuit coctus in sartagine, per labores quos in mūdo sustinuit: in cruce vero velut in craticula adustus. Similiter etiā omnis alia oblatio, quæ fiebat, Christum aliquo modo figurabat, siue essent de terræ nascentibus, quæ sunt in cibum, vt panis; siue in potum, vt vinum; siue in condimentum, vt oleum, & sal, siue in medicamentum, vt thus, quod est aromaticum, & consolidatiuum. Nam per panem figurabatur caro Christi, per vinum sanguis eius per quem redempti sumus, per oleum gratia Christi, per sal eius scientia, sed per thus oratio. In offerentibus autē panis azymus significabat sinceritatē & veritatem vitæ. In sale vero designabatur discretio sapientiæ, vel mortificatio carnalis concupiscentiæ. Thus autem offerebatur ad designādum deuotionem mentis, quæ est necessaria offerētibus: etiā ad designādum odorē bonæ famæ. Nam thus, & pingue est, & odoriferum. In sacrificio vero zelotypiæ thus non offerebatur, quia zelotypia nō procedit ex deuotione, sed ex suspitione.

Occasiones peccatorum esse à nobis remouendas: Elephantium exemplo, Christi: & præcepto admonemur.

Cap. LXXXV.

OCcasiones peccatorū, & tentationū debet homo abscindere, sicut faciunt Elephantes de dentibus suis. Nam Elephas duos dentes habens eburneos, quādo à venatoribus premitur simul ambos percutit, & confringit, vt dū ebur perditur, non cum amplius persequuntur: Hanc enim periculi sibi sentiunt esse causam. Similiter nos docuit dominus etiam quę chariora nobis sunt abscindere, ne. s. per illa periclitemur in anima. Matth. Si oculus tuus scandalizat te, eruceum, & proijce abs te, Poēta: Ferre minora volo, ne grauiora feram. Mat

Cur bona opera sint à fidelibus secretò facienda, Elephantis similitudine declaratur. Cap. LXXXVI.

OCcultare bonum opus, ne illud diabolus per inanē gloriam rapiat, Elephas docet, qui in aqua, vel sylua pariens, vbi parit, ibi fœtum dimittit, propter dracones qui eis insidias ponunt. Sic qui bonū opus facit, siue in aquis pœnitentiæ, vel sapientiæ, vel in sylua, i. in solitudine contemplatiuæ vitæ, si non vult à draconibus, i. dæmonibus insidiantibus illud, rapi, sicut in occulto illud facit, ita non exigente necessitate occultum illud teneat, & nō in publicum per ostentationem adducat. Matth. Ne videatis homi- Mat nibus ieiunans, sed patri tuo, qui est in abscondito

Quemadmodum diuina officia sint à Religiosis dicenda, omniaq; bona opera perficienda: ac aquilonium unde ortum habuerit, & denique ternarum animalium variatio ac significatio fusè enucleatur.

Cap. LXXXVII.

OFficium Ecclesiæ, solicitè & integrè dicere, s. omnes horas diurnas, & nocturnas, onagri nos monet exemplum, dequo Phisiologus dicit, quòd semper rugit in die toties, quòd horas dies habet, & similiter facit in nocte. Ex quo perceperunt Philosophi æquinoctium, quia tunc duodecies rugit in die, & totiens in nocte. Ergo si onager nō dimittit horas, ita multo minus ecclesiasticus facere debet. Nā Elephas, qui in tota vita sua quæ quadringentis annis dicitur prolōgari, semel tantū generat, & vnum filiū tantū, antequā pariat biēnio fœtum portat: Sic homo illud bonū quod semel tantū fieri potest, antequam illud faciendo pariat, diu in vtero mentis per deliberationem tenere debet. Vnde Sene. Deliberandum est diu quod faciendum est semel.

Item etiam opera fortia sunt à merito æternæ retributionis vacua, nisi fiant cum puritate mentis, & cum vnitate charitatis. Nā omne animal cornutum, cornu suum habet vacuum, præter ceruum, & vnicornem. Quid enim per animal cornu producens ex capite, nisi homo intelligitur, qui facit aliquod opus notabile et virile? Exit enim opus virtuosum à ratione, sicut cornu à capite. Hoc autem cornu est plenum in ceruo, id est, in homine puro: Ceruus enim qui est animal simplex (secundum Arist. & Auicennam) cistam fellis in ventre non habet, & mundum pastum diligit: signat hominem simplicem, carentem felle iniquitatis, qui se purum à peccato custodit.

Item est plenum in vnicorne. Est enim velut vnicornis quicunque seruat vnitatem spiritus in vinculo pacis. Hic enim dum se in his quæ agit, ab vnitate fraterni amoris nō diuidit, vnū tātum cornu producit. Solum igitur talium cornua, i. opera virtuosa, & fortia, plena sunt osse, id est, soliditate gratiæ, & fructu mercedis æternæ, e contra autem de operibus peccatoris dicitur, Non inuenio opera plena. Apo. 3.

Scytali, atque ophitis discoloris, nec non Cata naturales proprietates, & similitudines apponuntur, quibus compta mulieres comparantur.

Cap. LXXXVIII.

ORnatus mulierum similis est scytali serpenti, qui (vt dicit Isid.) tanta prefulget dorsi varietate, vt in sui admirationem inducat intuentes. Et quia piger est, quos cursu inuadere nequit, sui admiratione intuentes rapit, & quanto magis est discolor, tāto in veneno est deterior. Sic mulier ornata, oculos & corda intuētium ad se trahit, & stupida & insensata reddit, & ea per concupiscentiam rapit, & veneno mali consensus extinguit. Et ideo quanto ornatior & pulchriòr, tāto perniciosior. Similiter ophites est serpens maculis respersus, quæ tot habet nocendi modos, quot colores varios. Et sic mulier diuersis coloribus picta, vel variis ornamentis induta. Vnde Hier. dicit, Quod si vir vel mulier se ornauerit, & vultus hominum ad se prouocauerit, & si inde nullū sequatur damnum, iudicium tamen patietur æternum, quia venenum attulit, si fuisset qui bibisset. Prou. Occurrit illi mulier ornatu meretricio præparata. Hiero. Prou. 7.

Item ornatæ & pulchrę mulieres similes sunt catis. Cata enim quando pulchram pellem habet, de ipsa gloriatur, & propter hoc quandoque vaga efficitur. Cui tunc si ipsa pellis exuritur, in tecto commoratur: Sæpe tamen dū de pelle gloriatur, propter ipsius pulchritudinē capitur, & mactatur.

Digitized by Google

tur. Sic mulier sentiens sibi in facie pulchram pellem, vel in dorso pulchram vestem, de ipsa gloriatur libenter, discurrit vt ipsam ostendat alijs. Sed si pellis eius febre, vel alia infirmitate exuratur, vel deformetur, siue vestes eius deuastentur, tunc firmior in domo moratur.

Item dum de fragili veste, vel pelle gloriatur, a diabolo capitur per vanā gloriam, & lasciuiā, & aliquando ad turpitudinem peccati perducitur, & tandē aliquādo subita, vel mala morte mactatur, & insuper pœna æterna cruciatur. Vnde Cyprianus dicit, quod serico, & purpura indutæ, Christū sincerè induere non possunt, auro, & argento, & margaritis adornatæ, & monilibus, ornamenta corporis & animæ perdiderunt Hinc est etiā, quod diues ille, qui purpura induebatur, & bisso, in inferno sepultus est.

Cypri.

Luc. 16.

Paschalis Agni, Christi passionem præsignantis, immolatio, quibus in veteri lege perficiebatur cæremonijs, eorumq; perfecta significatio artificiosè explanatur.

Cap. LXXXIX.

PAssio Christi præfigurata fuit in immolatione paschalis agni, de qua habetur Exod. 12. Nam ipsa immolatio agni signat immolationem Christi. Secundum illud Pascha nostrum immolatus est Christus. Sanguis vero agni liberans ab exterminatore, linitus in superliminaribus domorum, signat passionem Christi in corde, & in ore fidelium, per quam liberamur à peccatis, & æterna morte. Secundum illud Petri: Redēpti sumus precioso sanguine agni immaculati. Comedebantur autem carnes illæ, ad significandum esum corporis Christi in sacramento. Erant autem assæ igni, ad significandum passionem & charitatem Christi. Comedebantur autem cum azymis panibus, ad significandum puram conuersationem fidelium corpus Christi sumentium, secūdum illud: Epulemur in azymis sinceritatis, & veritatis. Lactucę autem agrestes addebantur in signum pœnitentiæ peccatorum, quæ necessaria est sumentibus corpus Christi. Renes autem accingendi sunt cingulo castitatis, calciamenta autem pedum sunt exempla mortuorum patrum. Baculi habendi in manibus, signant pastoralem custodiam. Præcipitur autem, quod in vna domo agnus paschalis comedatur, id est, in Ecclesia Catholicorum, non in conuenticulis hæreticorum.

Exo. 12.

1. Cor. 5

1. Pet. 1.

1. Cor. 5

Deum lentum benignumq; existere in sustinendo: at denique durum esse in peccatorem puniendo, teredinis exemplo probabili monstratur.

Cap. XC.

PAtientia Dei est mollis in sustinendo, sed seuera & dura in puniendo, vnde assimilatur teredini, i. lignorum vermi qui terēdo rodit lignum, vt dicit Isid. Hic licet sit mollis in substantia, comminuit durissima ligna, & in subtiliorem puluerem redigit, quā posit facere ipsa lima. Sic etiam diuina patientia quamuis diu peccatorem hominem moliter, & leniter ferat, ipsum tamē finaliter conterit, & seuerissimo supplicio mulctat. Rom. secundum duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ. Reg. Ipse quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui s. est dum tangitur lenissimus, sed dum tāgit, seu rodit, durissimus. Sic Deus lenis in sustinendo, durus in puniendo Psal. Ego sum vermis, & non homo.

Isid. lib. 17. ety.

Rom. 2.

2. Re. 15.

Psal. 21.

Pulcherrimo Onagri exemplo, patientia ac perseuerantia homines coronari confirmatur.

Digitized by Google

Cap. XCI.

PAtientia, & perseuerantia facit hominem victorem. Nam onager, cũ sit animal imbecille, solo euadens beneficio fugæ, leonem tamen in eremo superat, & similiter lupum. Nam tantum in fuga durat, vt illa in persequendo deficiant, sic sancti mundum, vel peccatum superant fugiendo, & in laborum tolerantia perseuerãdo. Psal. Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine Cassiodo. Patientia est, quæ omnia vincit aduersa, non colluctando, sed sufferendo Item Bernar Absque perseuerantia, nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor consequitur.

Psal. 54. Cass. Ber. in Epist.

Peccatores Satyris ac Faunis monstris, etiamq; canibus, Capris, Asinis, cocodrillis, Ranis, & Talpis comparantur: quorũ naturalibus similitudinibus diuersis, delictorum omnium grauitas, delinquentiumq; præceps status plane declaratur.

Cap. XCII.

PEccatores similes sunt illis animalibus monstruosis, quæ dicuntur satyri siue fauni, sunt enim quædam bestię monstruosę, effigiem hominis habentes, sed non sunt rationis participes, nec arte, nec natura ad loquendum sunt dociles: ferum enim, & beluinum animum habẽt, & bestiæ appetitum. Vnde in venerem in tantum sunt proni, vt mulieres in coeundo occidant, si quas in nemoribus comprehendant: vnde dicti sunt satyri, eo quod nequeant libidine saturari, vt dicit Isid. Sic peccator mõstruosus est, habẽs, s. hominis faciem, & animum bestialem, siue vitam brutalem. Quid autẽ bestialius homine rationem habente, & ratione non vtente? vt dicit Bern. Tales sunt præcipue superbi, qui habẽt animũ crudelem, & ferinum, & insipientes, qui nulla arte induci possunt vt dulciter & rationabiliter loquãtur, sicut fuit Roboam. Ita tales sunt voluptuosi, quia appetitum habent gulæ bestialem, & luxuriæ insatiabilem. Omnes tales comparantur iumentis insipientibus, & similes facti sunt illis.

Isid. lib. Ety. Bern. Psa. 48.

Item peccatores assimilantur canibus. Primo propter gulã. Est enim canis gulosus. Vnde quando nimis comedit, reijcit, & iterum assumit: in quo etiã repræsentat illos qui per recidiuũ redeunt ad immundiciã cuiuscunque peccati. Pet. Canis reuersus ad suum vomitum, &c.

2. Pet. 2.

Item per luxuriam: Est enim canis libidinosus. Vnde nec matrem, nec sororem discernit. Ideo apud antiquos talis erat oblatio canis, qualis meretricis quæ omni libidini se exponit. Eccle. Omnem masculum excipiet mulier.

Ecc. 36.

Item propter iracundiam. Est enim canis iracundus & malitiosus. Vnde lapidem cum quo percutitur, sæpe dentibus mordet, vt se de eo vindicet, & tamen non lapidem, sed proprium dentem lædit. Sic frequenter homo iracundus vnde credit alium lædere seipsum lædit. Psal. Conuertetur dolor eius in caput eius.

Psal. 7.

Item propter superbiam, Nam canis inter notos est audax, & animosus, inter extraneos timidus. Sic etiam superbus apud domesticos, & in domo sua est sicut Leo, sed de alijs magis timet.

Canis etiam baculos odit, & timet lapides: quia, s. superbus odit correctionẽ, & timet duras increpationes: Non enim suum defectum superbus, seu peccatũ agnoscit. Sen. Qui peccare se nescit, corrigi non vult.

Sene.

Item propter inuidiã, quia canis inuidus est. Vnde dicit Auic. quòd occultè herbas legit quibus se pur-

Auic.

se purgat, dolēs si alius inde medicinam accipiat. Dolet etiam si alius ad domum suam veniat, timens ne gratiam inueniat, & sibi aliquid depereat: & sic etiam homo inuidus dolet de aliorum
Arist. 2. Rhet. vtilitate, vel gratia: Philosoph. Inuidia est tristitia in alienis bonis.

Item propter auaritiam. Nam canis tanquā auarus, quæ comedere nequit, studiose reponit, nec dare vult alijs, sed defendit. Sic etiam auarus facit reponendo, & custodiēdo. Luc. Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos.
Luc. 12.

Item propter accidiā, quia canis quando est annosus, & piger, & desidiosus, vnde tota die dormit. etiam inter muscas, & licet muscæ perforēt eius aures, adeo tamen piger est, vt non se nisi raro excutiat, vt eas longius à se pellat: Sic homo accidiosus est piger ad incipiendum, & desidiosus ad operandum, somnolentus ad orandum, vel ad resistendum, scilicet tentationibus, quæ per muscas importunas intelligūtur. Vel per muscas perforantes, intelligere increpationes, & verborum punctiones, quibus non excitatur, nec emendatur. Sunt etiam tanquam muscæ pungentes, necessitates, vel volūtates quas habet homo piger, quæ tamen pigrum non emendant, sed consumunt, quia potius cōsumitur desiderijs siue indigentijs, quam velit laborare. Prouerbio. Desideria occidunt pigrum.
Pro. 21.

Item canis vltimo post multa seruitia fune ligatur, & eo lōgius ducitur ad mortem, & in aqua necatur, vel per ripam deijcitur: nec ei pellis detrahitur, nec caro manducatur, sed vermibus corrodendus exponitur. Sic peccator post multa seruitia mūdi, vel peccati, à diabolo fune ligatur, id est consuetudine peccādi, & ea trahitur, id est, vsque ad mortē corporis detinetur, & necatur in aqua, id est, deficit defectu naturali vitæ defluentis. Reg. Omnes mo: imur, & quasi aqua diilabimur. Vel per ripam, id est, per casum mortis violentę, deijcitur in fossatum inferni, scilicet secundū animam. Corpus autē mortuum remanet omnino inutile. De alijs enim animalibus postquam sunt occisa, remanent vel carnes, quæ sunt vtiles ad comedendum, vel saltem pellis, quæ vtilis ad induēdum, vel calciandum: sed humana caro mortua, vel occisa, ad nihilum valet vltra, nisi quod vermibus relinquitur in escam.
2. Re. 10

Item peccatores assimilantur capris, primo propter superbiam. Nā capra sursum semper tendit, vt summitates carpat & comedat foliorum, vt dicit Isidor. Sic sunt superbi, qui semper ad superiores status inhiant, vt summitates foliorum, id est, dignitates, & honores maiorum, quos ipsi summos reputant, diripere valeant, & habere. Psalm. Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.
Isi. lib. Ethy. Psa. 73.

Item propter luxuriam. Nam (sicut dicit Plin.) Capræ propter caliditatem non abundant pinguedine, & raro sine febre sunt, & ideo in eis est ardens concubitus, & non minus videre dicūtur de nocte, quam de die. Ista competunt luxuriosis, in quibus propter vsum veneris, tam pinguedo corporis, quam meatus deuastatur, fuę febre etiam ardēti, concupiscentiæ raro inueniuntur, & ipso carnis opere ardēti delectatione fœdantur. Non minus etiā luxuriosi ad sua fœda opera obseruant noctem quam diem. Io. Oculus adulteri obseruat caligi-nem.
Plin. Iob. 24.

Item per auaritiam. Nam capræ (vt idem dicit) rodunt extremi-

Digitized by Google

tates, quibus pascuntur oues vique ad radices. Vnde capra à carpendis virgultis est dicta. Sic etiã auari sunt, qui semper ad carpẽdum intendunt, & extremitates quibus pascuntur oues, id est, bona temporalia, quibus boni, id est, spirituales viri ad suum victum, & ad suam sustentationem vtuntur, ipsi vsque ad radices euellunt, quia frequenter ita expoliant pauperes, quod nihil eis relinquunt.

Item peccator assimilatur asino, qui est animal naturaliter põderosum, tardum, & pigrum, & timidum, stolidum, & oneri aptum, & patiens laboris plurimũ. Sic peccator est põderosus ad cadendum, tardus ad pœnitẽdum, piger ad operandum, timidus ad temporale damnum, stolidus ad prouidẽdum, aptus ad onus peccati, vel æterni supplicij portandum, & patiẽs ad laborẽ mundi infructuosum sustinendum.

Item peccator decipitur à peccato, sicut cocodrillus ab illa auicula, quæ dicitur rex auiũ. Nam dum cocodrillus iacet iuxta littus, superuenit illa auicula, & volat circa os eius, qui aperit auiculę fauces, & illam intrare permittit; At ipsa primo leuiter eum vnguis scalpit, ita quod belua ex dulcedine statim obdormit, & cum auicula eum dormire sentit, statim in eius ventrem desẽdit, & eum per ventrem perforat, & occidit: Est enim cocodrillus in ventre valde mõlis. Quasi ergo cocodrillus in litore iacens, est homo ocio torpens. Auicula autem ad os eius veniens, est tẽtatio peccati imaginationẽ ingrediẽs: cui tunc os aperitur, quãdo in cogitatione, & in delectatione, recipitur. Et tunc leuiter scalpit, quia pruritũ delectationis gignit: & si tunc homo dormiat, vt per negligentiam tentationi non resistat, ingreditur in mentem, & eum per consensum perforat, & necat.

Item peccator assimilatur ranæ, quæ est limosa, & clamosa, ventosa, & odiosa, sub ventre maculosa, linguosa, & non solum viuens in aqua, sed etiam in terra. Sic etiã peccator est limosus per luxuriam, id est, immundus, clamosus per iram, & ventosus per superbiam, odiosus hominibus per auaritiam: Nam (sicut dicit Boet.) odiosus auaritia, claros vero largitas facit, sub ventre maculosus per gulam, linguosus per inuidiam. Nam rana (sicut dicit) linguã habet, & os coaxãs. Sic inuidus, & linguosus detrahendo. Boet. Arist. de anima.

Item viuit in terra, quæ est grauis, & frigida per accidiam, quæ animam grauem reddit, & frigidam.

Itẽ peccator assimilatur talpæ,

Primo, quia talpa sicut porcus, rostrum habet, & talis est peccator per immunditiam luxurię, vel gulæ, & cum tali rostro talpa radices de terra extrahit. Quia scilicet per peccata carnis euacuantur, & extrahuntur affectiones mentis. Vnde Iob 31. de luxuria dicitur, quod est omnia eradicans genimina. Iob. 31.

Secundo, quia talpa terram fodit, nec extracta à terra diu viuit. Et ideo dicit Plin. melius audiũt talpæ terra coopertæ, quam extractæ, & talis est peccator per vitium auaritiæ: Cuius studium est terrena reuoluere, & sine terrenis implicationibus non credit se posse viuere, & solũ de terrenis vult tractare, & audire. Ioan. 3 Qui de terra est, de terra loquitur. Ioan. 3

Tertio, quia talpa Solem odit, & hoc peccator habet ex vitio superbiæ, scilicet vt odiat Deũ, qui est verus Sol, secundũ illud Psal.

iam

Digitized by Google

lam supra allegatum. Superbia eorum qui te oderunt, &c. Nam superbia se Deo maximè opponit: propter quod Deus superbis maximè resistit: & quantum ad hoc odiunt eum, vel odiunt solem superbi, id est, manifestantē, vel redarguentem vitia eorum.
3. Vnde superbus non venit ad lucem, vt nō arguantur opera eius.
de Quarto (sicut dicit Arist.) talpa non habet oculos apertos, sed sub corio latentes, quos in morte solum aperit quos in tota vita clausos tenuit. Sic peccator, qui in tota vita ambulat vt cæcus, scilicet errando & cadendo in peccato, in morte velit nolit cogitur oculos aperire, & peccata sua recognoscere ante tribunal Dei, & pœnas etiam experiri quas viuēs considerare neglexit. Greg. Oculos enim quos culpa claudit, pœna aperit.
o.

Peccati grauitas ac malitia, multiplexque deformitatum varietas, per exhibitam monstri Indiæ naturam, multis ex Solinandro, Bueftio, Formica, Basilisco, Aspidis, Coccodrilli, Muscæ bouinæ, innumerarumq; serpentium naturales effectus, venenique proprietates, multis perspicuis exemplis manifestatur.

Cap. XCIII.

PEccatum assimilatur cuidam monstruoso animali, quod dicitur esse in India, simile vtso in corpore, leoni in crine, & homini in facie, & habet caput rufum, & os magnum & rotundum, & in vtraque mandibula tres habet ordines dentium, cuius extremitates sunt vt leonis, cauda eius vt scorpionis, & percutit pilis suis sicut porcus agrestis suis setis, & vox eius sicut tubæ, & est velocis cursus, & comedit homines, & nulla bestia illa crudelior. Similitudo ergo vrsi pertinet ad peccatum iræ, quia vrsus est animal impatiens. Similitudo autē leonis ad peccatum superbiæ; Similitudo hominis ad peccatum auaritiæ: quia solus homo ex auaritia congregat, quæ etiam facit caput tubeum, id est, mentē igneā, & ardentem ad habendum, vel quia est causa homicidij, & effusionis sanguinis. Magnitudo verò oris refertur ad gulam, cui diuersi ordines dentium, id est, diuersi ordines ministrantium deseruiunt, vt agricolæ, macellarij, coquinarij, & huiusmodi. Cauda scorpionis refertur ad inuidos, qui detrahendo maximè retro pungunt, id est, in absentia detrahunt. Similitudo autem porci refertur ad luxuriosos propter immunditiam. Vox autem tubæ, peccatum est manifestum, & publicum: sed velox cursus est in delectatione peccati, quæ citò transit: homines autem comedit dum eos per delectationē capit, per consensum deglutit, & in se per operationem sue consuetudinem conuertit. nulla bestia inuenitur crudelior, quia nulla res inuenitur nocnior homim.

Item peccatū assimilatur mulo. Primò ratione innaturalitatis, quia mulus generatur contra ordinem naturæ, scilicet ex comixtione duarum specierum, scilicet ex equa, & asino. vel econuerso, scilicet ex asina, & equo, burdo generatur. Et dicit Isido. quod Naat nepos Esau fuit primus qui asinis equas supposuit, vt contra naturam muli nascerētur. Sic etiam peccatum, vt dicit Augustinus non est ex natura, sed vitium naturæ, appetentis id quod non est sui ordinis. Et sicut mulus generatur ex eo quod asino equa supponitur, sic etiam nascitur peccatum, & peruertitur ordo naturæ, cum ratio sensualitati subijcitur, ita vt non rationi sensualitas subijciatur, sed potius rationi sensualitas dominetur. Aug. de du ani.

Digitized by Google

Eccl. 10 tur, Eccle. Vidi seruos in equis, & principes ambulantes quasi seruos super terram.

Secundo, ratione sterilitatis, quia mulus sterilis est, natura ab eo suum beneficium retrahente: quia quasi in eius iniuriam contra naturã producitur. Sed Arist. dicit, quod mulus sterilis est propter excessum frigiditatis in ipso dominantis. Sic peccatum est sterile, id est, absque fructu, & fœcunditate meriti, vel premij gloriosi. Excessus autem frigiditatis est in anima propter delectum charitatis, quæ scilicet est vt calor animæ vitalis, sine qua opus meritorium vitæ æternæ non producitur. Matth. Quoniam superabũdauit iniquitas, refrigescet charitas multorum.

Mat. 24

Tertio, ratione vertibilitatis. Nam mulus à molendo est dictus, eo quod iugo pistorũ subactus, ducat in giro molas, sicut Isido. dicit. Sic peccator dum ab vno peccato in aliud trahitur, quasi gyrando ad molas circumuoluitur. Psal. In circuitu ambulant.

Isi. lib. Ethy.

Psal. 11.

Item peccatum assimilatur salamandræ, quæ est animal venenosum. Vnde dicit Plin. quòd fructus arborum inficit, aquas corrumpit; & si eius salina solum pedem hominis tetigerit, totũ corpus corrumpit. Sic peccatum est pessimum venenũ, quod fructus arborum, id est, bona opera, vel materia inficit. Itẽ aquas, id est, gratias corumpit, &c. si eius salina, id est, delectatio, pedem, id est affectionem animæ per cõsensum tetigerit, totum hominẽ perdit. Vnde dicitur Corinth. Immundum ne tetigeris.

Plin.

2. Co. 6.

Item peccatũ assimilatur veneno: dicitur enim venenum, quia per venas traditur ad cor. Sic peccatum per venas cogitationis, & delectationis tranſit ad consensum cordis, vel per venas, id est, per sensus corporis subintrat in arcana mentis. Iere. Ascẽdit mors per feneſtras nostras, ingressa est domos nostras.

Iere.

Item venenum non lædit, nisi quando sanguinem tangit. Vnde Lucanus. Noxia serpentum est admixto sanguine pestis. Sic non nocet venenum peruersæ suggestionis, si non admiscatur sanguis delectationis. Ose. Sanguis sanguinem tetigit; quia delectationem cogitationis sequitur delectatio operis.

Luca.

Ose.

Item venenum omne frigidum existit. Sic omne peccatum mortale infrigidat, dum calorẽ charitatis exterminat.

Item peccatum assimilatur buresti, qui (vt dicit Plin) est animal parvum simile scarabeo, qui inter herbas quas bos diligit, se abscondit; quã bos accipit, dum herbas carpit: qui deuoratus à boue, iecur eius sic inflammat, vt eum cũ cruciatu maximo tandem rumpat. Sic malitia peccati sub delectationibus quas homo diligit, se abscondit: quam homo non aduertẽs, cum delectationem exterius accipit intrinsecus inducit, quæ & appetitum inordinate incendit, & mentis soliditatẽ frangit, & vltimo cruciatum conscientiæ, vel pœnæ inducit. Isa. Vermis eorum non morietur.

Plin.

Isa. 66

Item assimilatur muscæ bouinæ, quæ quousque sub cauda vaccæ, vel eius corpori manet affixa, ea quiescere nõ sinit, sed cauda erecta, miro modo insanies, per cãpos vndiq; currit. Similiter quandiu peccatum inhæret conscientiæ, anima non potest quiescere: & tunc per diuersa vagatur, quærẽs & non inueniens requiem, quandiu peccatum non fuerit amotũ per pœnitentiam.

Item peccati fœtorẽ debet homo odire & fugere, exemplo formicæ. Dicit enim Aristot. quòd

Ari.

Digitized by Google

In formicis est sensus olfactus, & odiunt omne fœtidum. Vnde si quis domos earum fumigauerit aliquo fœtido, eas deserunt. Sic debet homo omnia dimittere, & fugere, in quibus est fœtor peccati. Eccl. Fuge peccata.

Item peccatum assimilatur regulo serpenti, id est, basilisco, qui olfactu suo necat, & visu suo interficit omne viuum, ad cuius aspectū nulla auis illæsa pertransit: & si procul fuerit, ore eius comburitur & deuoratur, à mustelis consumitur. Vnde ab hominibus ad eius cauernas deferuntur, nihil enim altissimus absque remedio dereliquit. Vnde basiliscus visa mustela fugit, quem insequitur & occidit; maximè si prius pasta fit ruta (vt Arist. & Auicen. dicunt. Similiter peccatum occidit animam, vel per odoratum morosæ delectationis in cogitatione, vel per visum, id est, consensum operis. Vnde aues, id est, hominum mentes solo visu, id est, consensu etiam, si longe sint ab opere occidunturq; & deuorantur à peccato. Sed remedium contra basiliscum, id est, contra peccata, est mustela ruta refecta, id est, pœnitentia amaritudine plena, quæ ipsum visa fugit, quia pœnitentia solum in contritione, vel in proposito habita, quandoque peccatum purgat. Psal. Dixi, scilicet, in proposito cordis, confitebor aduersum me iniustitiam meā Domino, &c. Sed tamen opere completo ipsum perfruēs, s. peccatum, extinguit. Act. Conuertimini, & pœnitimini, vt deleantur peccata vestra.

Item peccatum assimilatur aspidi. Nam aspis aurem obturat, vt vocē hominis incantantis non audiat, ne ei obediat: & hoc pertinet ad peccatum superbiæ, quia superbus vocem Dei nō audit, & eius mādatis obedire contemnit. Psal. Sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas, quæ non exaudet voces incantantium. Psal. 47.

Item aspis interfecto compari suo, id est, coniuge suo, miro furore interfectorem persequitur, & illum siue solū, siue inter multos aggreditur nec periculū curare videtur, vt suum comparem vlciscatur: & hoc pertinet ad vitium iræ, quia iratus propter appetitum vindictæ, præcipiti furia omni periculo se exponit.

Item est quædam species aspidis, quæ dicitur situla, ex eo quòd à se percussum siti occidit: & hoc pertinet ad auaritiam, cuius sitis, id est, appetitus sit inextinguibilis.

Item est quædā alia aspis, quæ dicitur viperabilis, quæ scilicet, somno interficit, hāc dum Cleopatra sibi apponeret, somno resoluta est: & hoc pertinet ad accidia vitiū, quæ pigritia & somnolentia animam occidit.

Item est alia quę dicitur emorrois, quia percussus ab ea, dissolutis venis fluxu sanguinis vitam finit, hoc pertinet ad luxuriosos, quia, scilicet, fluxus seminis corpus resoluit, & ad æternū interitum animam inducit:

Item est alia serpens quæ dicitur pester, qui semper ore patente emittens virus incedit, sed ab eo percussus dissēditur, & necatur, hoc pertinet ad vitium gulæ, quia gulosus ore parēte, id est, parato ad cibum semper incedit, & virus, id est, vitium gulæ patenter ostendit.

Item aspis habet oculos in temporibus, non in fronte. Vnde non directè respicit, & ideo aduersarium persequitur magis auditu, vel olfactu, quam visu: Nam si non sic esset, vt dicit Plinius, vix homo ab eo euaderet: & hoc pertinet ad inuidiam, quia inuidus non rectè, sed torto & malcuolo respicit

respicit oculo, & ex auditu, vel ex opinione sua solũ detrahẽdo persequitur, tanquam de re visa, vel
Psal. 13. certa, vnde Psalmus: Venenum aspidum sub labijs eorum.

Item peccatũ, quàmdiu retinetur, semper multiplicatur, & crescit. Vnde assimilatur cocodrillo, qui quãdiu viuit, semper crescit: Nam peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit.

Item peccatum plus inualescit, & abundat in prosperitate, quàm in aduersitate, sicut serpẽtes plus abundant, & lædunt in æstate, quàm in hyeme, & in die, quàm in nocte. Omnes enim generaliter serpẽtes frigidæ sunt naturæ, nec percutiunt nisi cùm calescũt. Vnde venena eorũ plus nocẽt de die quam de nocte, quia sunt frigidi nocturno rore. In hyeme se in nidis inuoluunt, & torpescũt, sed in æstate se dissoluunt, & ad nocendum exeunt. Quid autem per frigiditatem serpentini veneni, nisi in malitia accipitur peccati? quæ dum cor per cõsensum attingit, calorem protinus charitatis extinguit: per calorem vero diei, & æstatis, feruor minor & maior intelligitur mundanæ prosperitatis, sicut frigus econtrario noctis, vel hyemis, breuiorem, vel leuiorem signat cursum aduersitatis. sed in æstate, vel in die venenum magis lædit, quia ex ipso prosperitatis feruore peccatum
Psal. 55. pernitiosius crescit. Vnde Psalm. Ab altitudine diei timebo, id est, prosperitatis.

Item peccata carnalia sunt magis manifesta, & infamia, quã spiritualia, sed tamẽ spiritualia sunt magis nociua. Vnde assimilantur serpẽtibus: dicuntur enim quidã esse maximi serpẽtes corpore, ita vt coruos integros deuorẽt. Vnde
Liuius. in Punico bello narrat Titus Liuius, à Regulo Romanorũ duce interfectus est serpens basilistis, Cxx, pedum longitudinis: Cuius pellis, & maxillæ fuerũt suspensæ ante quoddã templũ Romæ. Sub Claudio etiã Cæsare fuit serpens in Italia interfectus, in cuius aluo puer integer est inuẽtus. Sunt autem alij serpentes ita corpore parui, vt vix videri possint, sed sunt maximi in potestate nocẽdi, sicut dypsa, quę prius occidit quã sentiri possit. Tyrus etiã (vt dicit Ari.) modicus est, & tamẽ contra eius venenũ nullum remediũ est. Serpentes ergo magni significant peccata carnalia, quę sunt magnę apparentiæ, & infamiæ: sed quasi serpentes aspectu parui, & magis noxij, sunt peccata spiritualia, quę licet sint minus manifesta, & minoris infamiæ, sunt tamẽ maioris culpę, vt patet de luxuria, & superbia. Vnde Greg. Aliquãdo, Greg. mor.
inquit, minus est in corruptionẽ cadere, quàm cogitatione tacita, deliberata elatione peccare, sed cum minus turpis superbia creditur minus vitatur, luxuriam eo magis erubescunt homines quo simul omnes turpem nouerunt. Vnde fit plerunque, vt nonnulli post superbiam in luxuriam corruentes, ex aperto casu malũ culpæ latentis erubescant, & tunc etiam maiora corrigant, cũ prostrati in minimis grauiter cõfunduntur.

Satisfactoria pœnitentia modus, ac partes, ipsiusq; vis, & fructus multiplex, per quamplurima leonis, panthera, sanguisugæ, Leontophoni, nonnullarumq; aliarum rerum naturalium exempla quam rectissime manifestatur.

Cap. XCIIII.

POenitentia lachrymosa facit Deum dissimulare peccata. Nam leo qui coitum leenæ cum pardo odore cognoscit, totus in adulterę surgit pœnam: sed si leena post coitũ in flumine lauatur, nihil

nihil tunc à leone percipitur. Sic si anima, sponsa Christi, diabolo peccando coniugitur, ipse Christus, qui est leo de tribu Iuda, ad vindictam contra eā merito prouocatur Sed si anima in flumine lachrymosæ pœnitentiæ lauetur,

Amb. super. ab ipso Christo peccatum dissimulatur, & parcitur. Amb. Quod defendi non potest, ablui potest, lauant lachrymæ delictum, quod voce pudor est cōfiteri, lachrymæ veniam postulant, & merentur.

Item pœnitētia assimilatur pātheræ, quæ (vt dicit Phisiol.) draconem odit, & draco eam fugit, quæ pasta in spelunca se recondit, & per tres dies aliquando dormit, tunc surgens magnā vocem emittit, & ab ore eius aromaticus odor exit, supra modum suauis, quare tunc omnia animalia sequuntur eam, solus draco fugit, & eius odorem non ferens, in seipso deficit. Sed sicut panthera draconem, ita pœnitentia odit peccatum, & peccatum ipsam pœnitentiam fugit, quæ in spelunca, id est, in corde pœnitentis inclusa, postquam per tres dies, scilicet contritionis, confessionis, & satisfactionis perseuerauerit, exurgens à statu culpæ, emittit vocem laudis, solutum se sentiens à somno peccati. Vnde in vocem laudis prorumpens dicit illud Psalm. Dirupisti vincula

Psa. 115 mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomē Domini inuocabo.

Cass. Qui versiculus, vt dicit Cass. tantæ dicitur esse virtutis, vt quisq; eum in morte terna confessione dixerit, omnia peccata sibi soluātur. Tunc etiam ex ore suo pœnitens suauem emittit odorem, videlicet suauis. & deuotæ orationis, quā omnia animalia sequuntur, id est, omnes virtutes, & omnia merita per hoc restituuntur ipsi pœnitenti, & draco, id est, peccatum, deficit & perit.

Item pœnitentia satisfactoria requirit mensurā discretionis, & feruorem compunctionis. Vnde assimilatur sanguisugæ, quæ apponitur corpori, vt corruptū sanguinem detrahat: sed quia quādoque infidet venenosis, quando quis eam sibi apponit, prius est inuoluenda in sale, & in vrticis, vt euomat si quid veneni hauserit. Similiter pœnalis pœnitentia imponitur, vt à peccati corruptione, quod est tanquam sanguis corruptus, anima expietur, vel vt affectus peccandi ab anima extrahatur, sed vt nihil noxium inferat, pœnitenti apponenda, vel assumenda est cū sale discretionis, vt prudenter consideretur, & qualis, quanta, & cui imponatur.

Item necessaria est in suscipiente vrtica, quæ scilicet, & vrit, & pūgit: & ideo defiguat feruorem compunctionis, quę omnem pœnitētiam leuiter ferre facit, & ad hoc idem facit, quod si quis sanguisugæ aquā calidam superfundat, citius se membro applicat. Est enim velut aqua calida lachrymarum compunctio feruida, quæ cito membro sanguisugā apponit, quia iniunctā pœnitentiā prōpto animo suscipere facit.

Item tentationes pœnitentia extinguit. Vnde assimilatur cuidam bestiolæ paruæ, quā leones timent, & fugiunt, quæ vocatur leontophonus: Nam quoddā venenū portat in ore quod statim eos necat. Vnde hæc bestiola capitur, & exuritur, & incineratur, ex quib. cineribus dū carnes aspergūtur, & in capitibus viarum ponuntur, leones transeuntes dū eas comedūt, moriuntur, vt dicūt Isidorus & Auicen. hæc ergo bestiola repræsentat humilē pœnitentiā, quā leones, i. dæmones timent, & fugiunt Hæc portat venenū in ore, cū peccatū dicit in con-

Digitized by Google

confessione, & hoc venenum occidit leones, id est, tentationes dæmonū. Hęc bestiola capitur in peccatorū recordatione, exuritur in contritionis dolore, incineratur in mortis meditatione, recolens quomodo per mortem caro dissoluatur in cinerem: vel incineratur in humili satisfactione.

Iob. 41. Iob: Ago pœnitentiam in fauilla, & cinere, & dum aspergitur ex hoc cinere aspergitur, vt scilicet satisfaciendo affligatur, & præcipuè in capitibus viarū, id est, in principijs tentationum, vel sensibus corporis, qui sunt principia viarum, per quas peccata intrant in animam. Vnde tunc cinis in capitibus viarum aspergitur, quando ipsi sensus corporis humiliter custodiuntur, vel affliguntur, vt oculi plorent, & os abstineat, aures audiant increpationes, & sic de alijs. Et sic tunc leones ex his occiduntur, quia dæmonum tentationes non præualent, sed cito extinguuntur.

Item pœnitentiæ amaritudinem diabolus odit, & abhorret, sicut canis abhorret, vt nō comedat intestina cerui propter amaritudinem quæ est in eis. Nam (secundum Arist. & Auicen.) cervus nō habet fel nisi forte in intestinis. Vnde eius intestina sunt amara, & fœtida, ita vt canis ea non comedat, nisi supra modum famescat. Sic cum interiora mētis sunt fœtida, scilicet per memoriam turpitudinis culpæ, & amaritudine respersa per dolorē pœnitentiæ, dæmones qui pascūtur delectatione, & dulcedine peccantium, illa tangere abhorrent.

Item pœnitentia liberat à grauedine peccati, & post mortē liberat animam à pœna. Vnde assimilatur cuidam lapidi, quem cervæ (vt dicit Plin.) cum sentiunt, grauitatem deuorant, qui eas adiuuat, & postquam moriuntur, in earum ventre inuenitur: & iste lapis miro modo adiuuat mulieres prægnantes, & facit eas etiam absque dolore parere. Sic anima quando sentit grauedinem peccati, debet assumere lapidem, id est, pœnitentiam duram, & asperam, quæ nō solum liberat in vita à peccatorum grauitate, sed etiā post mortem eius virtus inuenitur in anima, liberans eam à pœnarum acerbitate. Hæc etiam est quæ iuuat mulieres prægnantes, scilicet animas bonum conceptum, id est, bonū propositum portantes ad patiendum, & in opere perficiendum: quia aspera pœnitentia carnem refrenat, ne bonis operibus effectum impediat.

Item pœnitentia amara extinguit remorsus conscientiæ, sicut absinthium occidit pulices: Est enim eorum venenum, vt Constan. dicit: Quid enim sunt pulices mordentes, nisi peccatorum actus conscientiam molestantes, quos absinthium, id est, amara pœnitentia purgando extinguit, & cessare penitus facit. Et similiter folia persicorum, quæ amara sunt, pulices occiunt, & eadem ratione valet cōtra eos coloquintida, si trita & mixta cum aqua, per locum vbi sunt, aspergatur, & signat contritionem peccatorum amaram cum lachrymis admixtam.

Nonnulla ipsius tygridis, scilicet, Cervi, & leonis proprietates naturales annotātur, quibus vere pœnitentes pluribus exemplis assimilantur.

Cap. XCV.

PŒnitentes assimilantur tygridi, quod est animal ad modum sagittæ in cursu velocissimum, variis maculis distinctum, vt dicit Hidorus: de quo etiam Plin. dicit, quod cum caruli sui rapiuntur, odore raptorem persequitur, qui equo velocissimo transpo-

Digitized by Google

transportatur: & audiens strepitum bestiæ persequentis, in via specula post se proijcit: quæ illa videns, & suam imaginē intuēs, & filium esse credens, sistit, & filium accipere cupit, & interim venator euadit. Tygris ergo velociter currens peccator est feruenter vel celeriter pœnitens, qui diuersis maculis distinguitur cum diuersis peccatis compūgitur: qui tunc raptos catulos insequitur, quando bona per peccata perdita, per pœnitētiā recuperare conatur, cui venator diuersa specula, quibus detineatur, proijcit; quia diuersa sibi impedimēta diabolus quibus impediatur opponit. Itē pœnitentes assimilantur stellioni. Primo, quia stellio in corio renouatur, dicitur enim quod stellio mutat corium sicut serpens. Sic pœnitens debet renouare conuersationem, & vitam, exuendo vetustatem peccati, & induendo iustitiæ nouitatem. A-
Phi. 3. post. Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, &c Secūdo quia stellio manibus graditur. Est enim stellio (vt dicit Pli.) genus lacertæ, qua tuor habēs pedes latos ad modū manus, quibus repit ad domorū rimas, in quibus facit suā cauer-
Pro. 30 nam. Vnde Prou Stellio manibus nititur, & moratur in domibus regum. Sunt igitur quatuor manus siue pedes stellionis, quatuor virtutes pœnitentis, quarum operibus graditur ad mansiones regales. i. cælestes: scilicet iustitia qua vtitur, scilicet satisfaciendo: temperantia qua vtitur in abstinendo, fortitudo qua vtitur continuando, vel tentationibus resistendo: & prudentia qua vtitur à nociuis sibi cauēdo. Hæ quatuor virtutes similes sunt pedibus, quando habentur in affectione: sed tūc sunt velut manus, quādo habentur in vsu siue operatione. Tertio, quia stellio in visu hebetatur: Nam in hyeme latet, & visus eius hebetatur. Est enim tēpus hyemis asperitas tētationis, in qua pœnitentes se abscondūt in secreto orationis, vel in latibulo humilitatis: sed tamen esse non potest, quia ex tenebra tentationis visus hebetetur mentis, quia saltem dum homo tētatur, offuscatur, & remittitur intuitus contemplationis.

Quarto, quia stellio in visu clarificatur. Nam in vere exiens, & visum hebetatum inueniēs, locū quærit vbi solem orientem respicere possit: in quē dum respicit, deficcatur humor qui erat in oculis, & sic lumen respicit, sicut innuit glo. Sic pœnitens in vere, i. in tempore trāquillitatis, postquā abijt hyēs tētationis, debet per contēplationē mētis, & orationem respicere ad Solē Christum, qui visitauit nos oriens ex alto, & eius intuitu affectus mētis inflammatur, omnis humor, siue affectus indebitus ex tentatione relictus purgatur, & sic mētis ipsius visus mire modo clarificatur.

Item pœnitentes assimilantur leonibus, qui in principio nascūtur informes, & parui ad modū mustelæ: sed postea cum crescūt, efficiuntur fortissimi. Sic pœnitētes incipientes à timore serulli, sunt parui in virtute, & informes, quia nondum in charitate, sed postea crescētes per charitatem, roborantur, & fortissimi efficiūtur. Vnde Gre. dicit, quod in via Grego.
Dei à timore incipitur vt ad fortitudinem veniatur.

Item pœnitentes assimilantur cetuis, quia (sicut dicit Isid.) cetui sunt inimici serpentū, & cū sentiunt se grauatos, spiritu narium attrahunt eos de cauernis; & superata veneni pernitie, eorū pabulo soluti redduntur. Serpentes

igitur sunt peccata, quæ odienda & fugienda sunt tanquam venenosi serpentes, secundum illud.

Eccl. 25 Quasi à facie colubri fuge peccatum. Cũ ergo per remorsum conscientiæ aliqui sentiunt in se grauamen culpæ, tunc spiritu nariũ, i. feruore pœnitentiæ (nã in spiritu intelligitur feruor & dolor

Psal. 50. cõpunctionis, de quo Psal. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. In naribus vero discretio satisfactionis accipitur) extrahũt eos de cauernis i. de latibulis cõscientiarũ i. cũ peccata ad lucẽ deducũt, confitendo, & accusando; vnde virus peccati depellitur, & fit eis memoria peccatorum nutrimentum lachrymarum, quibus à peccatorũ teatu soluũtur, & purgantur. Item cerui herbã diptãni primitus prodiderũt, cuius pastu sagittas quibus vulnerantur excutiunt; Cerui enim sagittis percussi, sunt homines tẽtationibus debiles. Per diptannũ vero, quæ est herba habes virtutẽ dissoluendi, attrahendi, & cõsumẽdi venenũ, pœnitentia intelligitur, quæ venenum peccati dissoluit in cõtritione, attrahit in confessione, & consumit in satisfactione. Vnde hæc cum à ceruis, id est, peccatoribus sumitur, sagittæ tentationũ repelluntur, & peccatorum vulnera miro modo sanantur.

Miro siquidem Elephantis scorpionisq; exẽplo, peregrinos ac alienigenas dirigere, & tueri aquè admonemur.

Cap. XCVI.

PEregrinos, & viatores dirigere, & defendere, nos docent elephantes, nã elephas si hominẽ in via inuenerit errãtem, primo ne eũ terreat, de via aliquantulũ exit, & gradum figit, & paulatim ipsum præcedens ei viam ostendit. & si draco eis occurrerit, pro defensione hominis draconi se opponit, eumque defendit. Sic, homines magni præcipuè, & potentes, debent peregrinos viatores non expoliare, vt multi faciunt, cum ad territorium eorum veniunt, sed potius per se vel suos dirigere, & à malis hominibus defendere.

Item lædentes peregrinos, & hospites eos expoliantes, peiores sunt quam venenosi scorpiones. Tradit enim Aristot. in quodam mõte scorpionibus hospites non lædi, sed indigenas occidi & lædi. Arist. de anima.

Aurium hominum immobilitate naturali, nos firmiter in bona doctrina perfistere, erudimur.

Cap. XCVII.

PErseuerare debet homo, & esse firmus in doctrina bona quam audiuit: Nam omne animal habẽs aures, eas mouet, præter hominem. In quo significatur quod illi qui in bona doctrina quã audiunt non perseuerãt, nec sunt stabiles, similes sunt brutis animalibus quæ aures mouent, quia ab eo quod audierunt citò mouentur: sed qui stabiliter perseuerant in audita doctrina, sunt homines vere rationales. Ioan Si vos manseritis in sermone meo, veri discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem. Ioan. 8.

Canis naturalis vsus varius & admirabilis, nec non Castoris, equi, atq; vrsi aliqua proprietates naturales patefiunt, quibus non absque ratione verbi Dei dilatatores assimilantur.

Cap XCVIII.

PRædicator assimilatur cani. Primo ex eo, quia canis dominum suum diligit: Et similiter prædicatorem verbi oportet esse amicum Dei. Vnde prædicator qui dominum non diligit nõ est dignus annũciare verba Dei. Vnde Peccatori dixit Deus. Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamẽtũ meũ per os tuum? Psa. 49

Item

Item quia canis domini sui custodit domum, & defendit. Hæc domus domini est ecclesia, quam prædicator catholicus ab hæreticis defendit. Vel hæc domus est conscientia propria, quam debet prædicator solicite custodire, sicut fortis armatus custodit atriũ suum, vt sint in pace omnia quæ possidet.

Item quia canis pro domino suo morti se exponit, sicut legimus Celoneum venatorẽ Placentiæ ab animatis inuasum, canem eum defendisse, nec vulnerari potuisse, nisi prius cane perempto. Sic sancti prædicatores pro fide Dei, & veritate, martyrio se exponunt, vt patet in Apostolis, & Martyribus.

Item quia canis voluntariè cũ domino suo ad prædã currit. Est enim prædicatio quasi quædam venatio spiritualis, in qua omnis anima Deo acquisita, est vt quædã præda capta, sed canis ad prædam non vadit, si à domino suo non ducitur, vel sociatur, quia scilicet prædicator infructuose prædicaret, nisi eum deus iuuaret, & sociaret: Apo. Non autem ego, sed gratia Dei mecum, & Corin. Adiutores Dei sumus. Debet igitur prædicator cum ipsum Deum habeat secum consortem, non refugere, sed libenter discurrere ad prædicationis laborem. Corin. Sic currite vt comprehendatis.

Item quia multotiens canis corpus domini sui etiam mortuum non derelinquit, sicut legimus de cane Titij Sabini, qui ipsum dominum suum captum, Romæ etiam in carcere non dereliquit: quo insuper mortuo, canis; mœstos ędens vlulatus, nec mortuum deseruit: qui, cum quidam ei panẽ proiecisset, ad os defuncti deportauit, & cũ ille nõ manducaret, nec ipse manducauit: cadauere autẽ in tyberim proiecto, canis, vt corpus sustẽtaret, in Tyberim se proiecit multitudine concurrente, vt videret spectaculum fidi animalis. Similiter prædicatores corpus Christi mortuum deserere nõ debent, quia de morte, & passione Christi debent iugiter memoriam habere, & de ea prædicare frequenter: exemplo Apostolorum, ex quorum persona Beatus Paulus dicebat: Nos autem prędicamus Christũ crucifixum &c.

Item, quia canis prędam, quam rapit non sibi comedit, sed domino suo relinquit, & similis est prędicator, qui de opere fructuoso nõ propriam laudem quærit, sed gloriã, & honorẽ Deo relinquit. Io. Ego gloriã meam non quæro. Ioan. 8

Item quia canis nobilis, dato, q̃ de præda à se capta nihil percepit, non propter hoc infidelis exiliit, nec prædam aliam insequi propter hoc omittit. Sic quandoq; prædicator ex prædicatione sua nihil temporale suscipiat, non propterea à prædicatione cessat, nec minus fideliter prædicat.

Item quia canis locum suum cognoscit: Locus enim noster finalis, & permansibilis, non est in vita præsenti, quod Apo. recog- Heb. 13. noscebat dicens: Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Et nota, quòd canes itinera quamuis longa ad memoriã reducunt, & ad propria domicilia per longa terrarũ spacia redire consueuerunt: quod prædicatores nõ corporaliter solum faciunt dum per loca varia prædicando discurrunt, & postmodum ad sua claustra, vel habitacula redeũt; sed etiã spiritualiter, qui à quandoq; pro proximorũ salute, seu prouisione, ad exteriora negocia, vel officia plerũq; exire cogãtur, tamẽ sollicitè ac prouidè ad propriã mẽtis domicilium

2 Co. 15

1. Cor. 9

redeunt, secundum illud: Animalia ibant & reuertebantur in similitudinem fulgoris coruscātis.

Item quia interdū canis fortissimas & magnas bestias inuadit audacter, sicut legimus de canibus Indiæ. Solent enim Indi (vt dicit Isido.) caniculas nocte ligatas in [illegible]s dimittere, vt à tygribus cognoscantur; ex quibus canes adeo acerrimi oriūtur, vt leones prosternant. Vnde quidam canis sic natus, à rege Albano Alexandrō magno missus, primo in eius præsentia leonē occidit, tandem elephante deducto, videns eius magnitudinem, primo obriguit, & ingenti latratu insonuit, quem tamen inuasit, & tamdiu afflixit, quod eum ad terram prostrauit. Sic sancti prædicatores diuino zelo, & spiritu accensi, interdum magnos tyrannos, & peccatores audacter reprehendēdo aggrediuntur, sicut Ioannes Herodem. Vnde Herodes metuebat Ioannem, & audito eo multa faciebat.

Matt. 6.

Item canis vento & odore etiā per aquas bestias fugientes insequitur, & earum depræhendens latibula, latratu & mussitatu ea prodit. Sic prædicatores sancti vento, id est, spiraculo diuino impulsi, & odore, i. desiderio supernæ salutis attracti, etiā per aquas tribulationū insequūtur bestias, i. peccatores bestialiter viuentes, vt trahant eos ad pœnitentiam, & eorum latibula, id est, vitia in quibus latere volunt, redarguendo produnt.

Item canis humanam societatē diligit. Sic sancti prædicatores humana consortia in quibus fructificare possunt, minime fugiūt, sequentes s. exemplum illius qui dicit: Delitiæ meæ esse cum filiis hominum.

Prou. 8.

Item prædicator debet similis esse castori, qui (sicut dicit Isid.) cum quadrupedibus viuit in terra, & cū natatilibus stat in aquis: Est enim in magnitudine ad modum parui canis, pedes posteriores quasi caninos habens, quibus principaliter ambulat: pedes autem anteriores habet quasi anserinos, quibus natat in aquis. Sic prædicatores nō solum debēt per terram discurrere per vitam actiuam; quæ competit quadrupedibus, id est, his qui perfecti sunt in quatuor virtutibus, sed etiā versari debēt in aquis scripturarum cum natatilibus, i. contemplatiuis, & debent esse sicut canis per latratum prædicationis, sed parui in humilitate mentis: posteriores autem pedes, sunt occupationes corporales pertinentes ad pietatem: & ideo sunt vt animalis terrestris: sed anteriores pedes sunt meditationes spirituales, & ideo sunt sicut natatilis, quib. s. natat in aqua sapientiæ.

Item prędicator curiosus est similis equo, qui aquam quam potat, si clara est, pede perturbat. Similiter prædicator curiosus aquam claram, i. scripturam & doctrinam planā & apertam, pede, i. affectu placēdi, & vt reputetur sciens, Philosophicis rationibus inuolutis, perturbat, id est, offuscat, vt vix intelligatur. Vel aqua clara est tribulatio patienter exterius portata, quam patiens tunc pede perturbat, cum interiori affectu iniuriantē non amat Greg. Perfecta patientia est, quæ & ipsum amat quem portat: Nam tolerare & odisse nō est virtus mansuetudinis, sed fulcimentum furoris. Ezech. Cum purissimam aquam biberitis, reliquam pedibus vestris turbastis.

Grego. super. Eze.

Eze. 34.

Item prædicator etiam assimilatur vrso. Nam quia vrsus sic interpretatus & dictus est: quod ore suo formet fœtius (vt dicit Isi.) Auic. etiam dicit quandam carnē nasci

Isid. lib. ety.

nasci quam mater lambedo in membra componit. Sic etiam prædicator doctrina oris sui, formatDeo spiritales filios: Quasi enim more matris, in his quos carnales inuenit, linguæ officio virtutum spiritualiũ membra cõponit. Vnde Apost. Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Gal. 4

Veri prælati præcipuum munus, ipsiusq; partes laude digna qua sint: vt merito profit, per quã plurima Arietis, leonis, Chamelipardalis, Cerui, aliorumq; animãtium eorum habentium clarissima exẽpla demonstratur.

Cap. XCIX.

PRælatus debet esse similis arieti: quia aries dux est gregis, & ouium princeps. Sic prælatus debet esse dux subditorum, s. sicut auctoritate præsidendo, ita bonæ vitæ exemplo præcedendo.

Item quia natura arietem fecit fortissimum, secundum Isid. Vnde dicitur veruex à viribus, eo quod tanquam vir ouium sit cæteris bidentibus virtuosior. Vel dicitur veruex, vt ipse dicit, quia vermem portat in capite, cuius pruritu sæpè fortissimè caput mouet. Dicitur autem aries, quia hoc animal immolabatur in aris, sicut patet in lege Moysi. quę omnia competunt prælato, s. fortitudo operis, solicitudo mentis, quæ est vt vermis in capite, de qua Apostol. Instantia mea quotidiana, solicitudo omnium ecclesiarum. 2. Co. 11

Item immolatio carnis, de qua Apostol. Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, Sanctam, Deo &c. Rom. 12

Item prædicator bonus debet clamore prædicationis, & gemitu orationis, subditos dormientes, siue in peccatis mortuos suscitare, exemplo leonis, cuius catuli quando nascuntur, tribus diebus & tribus noctibus dormire, vel mortui esse reputantur, & tunc patris rugitu, & clamore suscitari dicuntur. Tũc super catulos mortuos leo fortiter clamat, quando peccantes subditos prælatus, vel prædicator prædicãdo, vel corripiendo fortiter increpat: & tunc rugitum emittit, cum pro eis orando fortiter gemit. Vnde sicut clamor, & gemitus leonis dicitur suscitare mortuos catulos, ita clamor prædicationis, & rugitus orationis suscitat subditos in peccatis. Isa. Rugitus eius vt leonis rugiet, vt catuli leonum &c. Sed cum prælatus, vel prædicator loquitur bonis, debet loqui dulciter. In cuius signum dicitur Iudicum. Ecce examen apum in ore Leonis, & fauus mellis: Apis enim pũgit, & mel componit: quia prædicator debet pungere lentos, & dulcorare deuotos. Isa. 5.

Item prælatus debet esse similis cameloparali, quod secũdum Isid. est animal Aethiopicum, caput habens cameli, collum equi, cruca & pedes bubali, & maculas pardi: Est enim bestia albis maculis rutilum colorem emittentibus superspersa, & ideo à capite cameli, & à maculis pardi tali nomine est vocata (vt dicit Plin.) est autem bestia magis aspectu quã feritate conspicua, tantũ mãsueta, vt quasi ouis nomen acceperit. Omnia autẽ hæc sunt prælato congruentia moraliter accepta: quia caput cameli ore ruminat, & ruminatio signat sacræ scripturæ meditationem. Collum equi flexibile est, quia curuatur ad tractum frænj. Et hæc flexibilitas refertur ad misericordiam & pietatem prælati. Pedes autem bubali vngulas diuidunt, & maturè incedunt, & hoc refertur ad discretionis prudentiam. Albæ autem maculæ extra rutilantes, sunt pura opera, & exempla quæ

Digitized by Google

exterius alijs apparent. Sic ergo prælatus debet habere caput cameli per notitiã sacræ scripturæ: Collum equi per flexibilitatem misericordiæ, Crura vel pedes bubali, per discretionem prudentiæ, Albas maculas pardi. i. operum puritatẽ, & plus in a pectu quã in facto debet habere seueritatẽ. Vnde debet esse aspectu ferus, sed animo vel opere mansuetus.

Item prælati debẽt se habere ad subditos sicut ceruæ ad filios: Ceruæ enim post partũ vtuntur duabus herbis. s. como, & fumole, quibus pastæ redeunt ad suum fœtũ, & illarũ herbarũ succò imbutæ filijs lactis exhibent nutrimentũ: filios autẽ ad cursus exercent, & fugere eos docent, & ad præcipita eos ducunt, & saltandi modum eis ostendunt. Duæ ergo herbæ quæ faciũt ceruam ad nutriẽdum filios lacte abũdare, duæ virtutes sunt quæ faciũt prælatos subditos suos debito alimẽto nutrire. Sapiẽtia quæ facit eos abũdare lacte spiritualis doctrinę, & misericordia quæ facit abundanter dare nutrimenta corporalis eleemosynæ, debent etiam eos ad currendum per viam mãdatorum, id est, ad velociter obediendum, instruere.

Item ad peccata fugienda inducere, præcipitia tentationum eis nota facere, & modum saltandi eis, id est, euadendi, ostendere.

Item sicut prælati præsunt in dignitatibus, ita debent præesse in virtutibus. Cuius exemplum est, quia omne animal cornutum est quadrupes, excepto quodam serpente in Aegypto qui dicitur ceraſtes, quod scilicet intelligendum est si cornua sunt de natura ossis, propter testudines, siue limaces cornua mollia habentes. Per animal ergo cornutum intellige hominem in dignitate leuatũ: signant enim cornua capitis, eminentiam dignitatis. Tales debent habere quatuor pedes, scilicet iustitiam, temperantiam, fortitudinem, prudentiam. Ceraſtes autẽ, siue serpens cornutus. i. hypocrita in dignitate positus, cornua sine pedibus habet, quia dignitatem tenet, & virtutibus caret. Similiter limax habẽs cornua mollia, signat prælatum carnalem habentem remissa opera: qui etiã pedibus caret, quia interiores virtutes non habet.

Item prælatus virtuosus tũc faciliter ad contemplationem diuinorum erigitur, cum se abstrahit à temporalibus curis. Cuius exẽplum est, quia animalia quæ dentes non habent in superiori mãdibula, sunt cornuta, quia materia transit in cornua. Per animal vero cornibus munitum, prælatũ intellige in virtutibus ornatum; Cuius inferior mandibula est terrenorum dispensatio prouida, in qua est multitudo dentiũ, i. multiplicitas laborioſorum operum, & durorum: sed quasi mandibula superior, est diuinorum contemplatio altior, quę debet esse vacua dentibus, i. à temporalium curis & laboribus semota. Vtraque tamen debet vti pro tempore qui vult virtuosè præesse

Item prælationis honore digni non sunt qui solum quæ sua sunt quærunt. Vnde nullum animal habens dẽtes recuruos (vt aper) habet cornua, eo quod illa materia transit in culmos. Ille quippe prælatus suos dẽtes recuruat, qui ea quæ agit ad semetipsum reflectit & replicat: sed non est dignus cornibus dignitatis qui alios negligens tantùm seipsum pascit. Ezech. Væ pastoribus qui pascunt semetipsos. Eze 34.

Hominem quousq; viuit commodè proficere in virtutibus posse, eterni exemplo perspicacissimè confirmatur.

Cap.

Digitized by Google

cap. c.

PRoficere, & crescere potest homo virtutibus quamdiu durat pœnitentis vitæ tempus. Cervis enim crescut cornua vsq; ad septimum annum, quia vsque ad septem annos omni anno pullulant eius cornua vnū ramum: Vnde eorum ætas deprehenditur per cornua. Quia ergo septennarius est numerus vniuersalis temporis, scilicet quo vniuersum tēpus vitæ nostræ voluitur, sicut patet in septem diebus septimanæ, accipiamus in septennario annotum, totum tempus dierū nostrorum. Scriptum est enim. Ezec. 4. Ezechiel. Diem pro anno dedi tibi, & Psal. 89. dicit: dies annorum nostrorū in ipsis septuaginta annis: Septēnarius enim per denarium multipli catus, i. 70. consurgit: vt innuatur quod totum tempus annorū nostrorū debemus dedicare profectui virtutum, quem signat augmentatio cornuum, & hoc fit per septenarium virtutum: quia sunt quatuor virtutes cardinales, & tres theologicæ, vel per septennarium operum misericordiæ cū obseruatione decalogi.

Prudentia virtus quantum nobis expediat, ac quomodo ea homines uti debeāt. Hericij, formicæ, serpentis, multorumq; animalium naturali sagacitate, clarissimis similitudinibus exprimitur.

Cap. c 1.

PRudentiam docet nos habere hericius tripliciter. Primo, cōtra insultum tentationum: Nam hericius, dū se infra corium durum, spinis asperis vndique circumseptum, includit, se ab inuadentibus protegit: Nam mox cum aliquid sentit, se in globum conuertit, & ferienti spinas opponit. Est itaque dura & spinosa pellis, aspera pœnitentia, & dura afflictio carnis, in quam dum homo se per humilitatem abscōdit, & eam tentationi opponit, eius tentationes euadit, vnde Ps. Ego autem cum mihi molesti essent, induebar cilicio, humiliabā in ieiunio animam meam. Psal. 34

Secūdo docet nos habere prudentiam quantum ad nutrimentum operum: Est enim hericij talis prudentia, quia ascēdit vitem vel aliā arborem, & vuas & poma deiicit, & postea se super illa inuoluit, & suis spinis infiguntur, & sic portat escas filijs, sicut Isidicit. Ille ergo vites vel arbores ascendit, qui ad sanctorū virtutes, vel vitas considerandas, per mentis contemplationem se erigit. Et tunc ex eis poma deijcit, quando ex eorū comparatione suos defectus agnoscit: Quasi enim poma de arboribus deijciuntur, cū maiorum facta minoribus comparātur: sed tunc ea velut hericius quis spinulis suis infigit, & dorso deferenda suscipit, quādo illa pro posse se sequitur, acutis affectibus disponit, & tunc idē filios pascit, quando ex eorum imitatione suos opera dirigit & nutrit.

Tertio docet nos esse prudentes circa varietatē temporum. Dicit enim Ari. quod hericij faciūt Arist. de fortamē vnū cōtra vētos septētrionales, ad quod confugiūt in calore: & aliud contra australes, ad quod cōfugiūt, dū frigus sentiūt. Vnde dicitur, quod quidā fuit in Constantinopoli, qui per hericiū quē habebat, prædicebat omnes vētos futuros, nec sciebat aliquis vnde hāc scientiā haberet. Sic homo prudēs in calore prosperitatis debet refugere ad ventū septentrionalē frigidū, i. ad memoriā adversitatis, vt s. per timorem à superbia & intēperantia liberetur. Sed in tempore frigoris, idest, adversitatis, debet refugere ad ventū australē calidū, i. ad memoriā prosperitatis, ne à tristitia, animia ab orbeatur. Eccl. In die bonorū Eccl. 11. ne immemor sis malorum, &

Digitized by Google

in die malorum ne immemor sis bonorum.

Item prudentiæ exemplum habemus in formicis.

Primo, in prouidendo, prouidet enim tempora futura: Nam in æstate congregant vnde in hyeme viuant. Sic nos debemus in vita prouidere nobis de tempore
Prou. 6. mortis. Prou. Vade ad formicam o piger, & considera vias eius, & discę sapientiam, quæ cum nō habeat ducem, nec præceptorē, nec principem, parat æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat.

Item in congregando. Congregat triticeum granum, non curās hordeum. Sic homo debet cōgregare spiritualia, & æterna, & non curare de temporalibus &
Mat. 13. peritus. Matth. Triticum congregate in horreum meum.

Item in conseruando. Nā quādo pluuia super eius triticū descendit, illud Soli exponit vt iterum deficcetur. Sic quādo aliqua tentatio, vel corruptio in nobis accidit, quæ possit triticū, id est, nutrimentum, vel meritum nostrum spirituale corrumpere & perdere, debemus illud reparare calore solis. i. feruore contritionis, vel manifestatione cōfessionis, quia illud quod soli exponitur, in lucem producitur, vel per feruorem orationis.

Item in custodiendo primo suū
Plin. cibum. Nam (sicut dicit Pli.) formicæ grana colligunt, cumulos componunt, & in secretiori parte domicilij abscondunt, ne ab auibus rapiantur, vel à vento dispergātur. Ista grana sunt Dei verba, quibus anima nutritur & pascitur: sicut formica de granis, de quibus in secretiori parte animę, in memoria debemus cumulū ponere, scilicet de his quæ audiuimus, plura memoriæ commendando, & ibi occultare per humilitatem, ne ab auibus rapiatur, id est, à dæmonibus, sicut semen quod cecidit in via, & volucres cæli comederunt illud. Vel ista grana sunt bona opera, vt eleemosynæ & huiusmodi, quę debemus cumulare multiplicando, & absconendo per humilitatē, nec iactantes ostendendo, ne à vento vanæ gloriæ dispergantur, vel ab auibus, id est, ipsis dæmonibus auferantur.

Item inueniuntur prudentes in custodiēdo aurum. Na in Ethiopia dicuntur esse formicæ ad formam canis, quæ arenas aureas pedibus eruunt, & ne auferantur custodiunt: quasi arenæ aureæ sunt virtutes spirituales animę, quas pedibus, id est, affectionibus, vel gressibus bonorū operum debemus eruere, & cū omni studio custodire, ne à nobis auferantur.

Item prudentia serpentū est in exemplum nobis multipliciter.

Primo, quia serpens docet nos Christum diligere. Nam serpens super omnia caput custodit, quia in ipso præcipuè eius vita consistit. Vnde dicit Plin. quod si caput serpentis cum duobus digitis euaserit, nihilominus viuit, propter quod totum corpus pro seruando capite ferienti opponit, vt scilicet nos caput nostrum in nobis custodiamus, scilicet Christum, & pro ipso à quo habemus vitam gratiæ & gloriæ, omnia alia negligamus, secundum illud. Omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam.

Secundo, docet nos peccatum abiicere, i. per innouationē pœnitentiæ. Nam serpens (sicut dicit Philosophus) quando sentit se senio grauatum, pluribus diebus Arist. de
abstinet à cibo, vt sic pellis eius anima. faciliter relaxetur, deinde gustata herbā quadā amara, prouocatur

ad

ad vomitum, & euomit humorē virulētum, qui erat causa suæ infirmitatis: tandem vt cutem rigidam tōperet in aqua se balneat, & quærens angustam rimam in petra, per eam intrat, & per violentiam transiens ab exuuia se denudat, id est, à pelle, quæ vocatur exuuia ab exuendo, quia eam exuit & deponit: & tandē se foli exponens, deficeat, & nouum corium reparat, & sic resumptis viribus videt clarius, incedit fortius, & comedit auidius. Hoc idē dicit Auicen. & Plinius, scilicet de innouatione. Nos igitur exemplo serpentis debemus vitam innouare per opera pœnitentiæ.

Primo ieiunando, non tantum à cibis, sed magis à vitijs.

Item amaram herbam contritionis cordis gustando, venenum peccati per confessionē euomendo, aqua lachrymarū, vel doctrinæ nos abluendo. In arcto foramine pœnitentiæ exuuias veteris hominis, id est, malę consuetudinis deponendo, ad calorem Solis, id est, amorē Christi, molliciem, & pronitatem peccandi deficcādo, & nouum corium, scilicet hominem, qui secundū Deum creatus est, induendo. Vires bene agendi resumendo. Clarius spiritualia contemplādo: fortius Deū & proximum diligendo, & quæ spiritum nutriunt, auidius assumendo.

Tertio docet nos serpēs diabolo resistere. Dicit enim Isid. quod aspis serpens cum incipit incantatorem audire, vnam aurem in terram premit, & alteram cauda claudit, & sic vocem incantantis effugit, & incantanti nō obedit. Sic etiam nos debemus incantatori, id est, tentatori resistere, scilicet cum cauda, & terra, id est, cum memoria finis nostri, qui designatur in cauda, & terræ fragilitatis, qui designatur in terra, tentationes repellendo. Psal. Sicut aspidis surdæ obturantis aures suas, quæ nō exaudiet vocem incantantium. Psa.57

Isi.lib. 19.

Quarto docet nos carnem subijcere. Nam serpēs calcaneo mulieris insidiatur & inimicatur. Genes. Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & tu insidiaberis calcaneo eius. Sic nos debemus insidiari carni, & calcaneū, id est finem eius attente considerare. Augu. Nihil tantum valet ad domandum desideria carnis, quam cogitare qualis ipsa sit futura. Genes. Aug.

Quinto docet nos mūdum fugere Nam serpens propter inimicitias quas habet cum homine, fugit, & sub spinis latitat, & in desertis habitat. Sic sancti viri propter odium mūdi, & insidias, effugiunt in desertis claustri, latitant sub asperitate pœnitentiæ Dicitur enim, quod serpens fugit hominem nudum, & insilit in vestitum: quia scilicet diabolus timet pauperem, & se ab affectu temporalium denudantem: sed vestito, i. diuitijs munito, prævalet, & ideo qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli. 1.Thi.6.

Sexto docet delicias abhorrere: quia serpens dum natat in aqua, caput eleuatum portat, ne eo submerso suffocetur. Sic sancti viri cauent ne caput rationis submergatur præsentibus delitijs,

Septimo docet nos humilitate tenere. Isa. Serpenti puluis panis eius. Item vir sanctus etiam se reficit, cogitando quod est puluis & cinis, humiliando se vt Abraā. Loquar ad Dominum meū cum sim puluis & cinis. Isa.65. Gene.18.

Item prudenter viuere & operari, animalia quædam terrestria nos docent. Nam sicut nos docet Aug. Est admirāda in brutis quędam prudentia, in quibus cum nulla Aug.11 de ciui. Dei.

Digitized by Google

nulla sit propriè loquendo scientia, quædam tamen in eis similitudo scientiæ inuenitur: euidentem enim habent solertiã in fœtuum educatione, in latibulorũ ædificatione, & nutrimentorum acquisitione, in vulnerum medicatione, in nociuorũ euitatione, in mutationis temporũ prægnitione, suorum comparium dilectione. Docẽt itaque homines primo prudentes esse, non solum in nutritione carnaliũ filiorum, quibus sicut dederũt naturę fundamentum, ita dare debent documenta disciplinæ, & alimenta vitæ; sed etiam in promotione spiritualium desideriorum, quæ cum in corde exorta fuerint, velut spirituales sunt soboles confouenda.

Item in habitaculi constructione, non tantum exterioris in quo quiescat corpus, sed magis interioris, vt domum cõscientiæ construas in qua resideat Deus.

Item in nutrimenti procuratione, non tantum quo caro reficiatur, sed magis quo spiritus alatur. Mat. 4. Non enim in solo pane viuit homo, sed in omni vẽrbo, &c.

Item in vulnerũ curatione, nõ tantum corporalium iaculorum, sed magis vitiorũ, seu tẽtationũ. Docent etiam te prudẽtes noxia cuitare, nõ tantũ quæ lædũt corpus, sed magis quæ spiritum inficiunt: & insuper tua pericula te præcauere monent, & opportuna futuris temporibus remedia præparare. Quod autẽ omnibus his dulcius est, non tantum coniuga lis fœderis suadẽt te diligere cõpatrem, sed & socialis vitæ amare consortem.

Quando ac qua via filij sint à parentibus educandi, Auicennæ exemplo, sacræq; scripturæ testimonijs edocetur.
Cap. CII.

PVeri, & puellæ sunt in pueritia bonis & congruis operibus, & studijs assuefaciendi, exẽplo aranearum, quæ ex ouis procreatæ, quando mox natæ, texturas ascendere incipiunt, & operari ac si in ventre essent edoctæ. Sic fuit beatus Iob circa opera misericordiæ. Vnde dixit: Ab infantia creuit mecũ misericordia, & de vtero matris meæ egressa est mecum. Sicut & fecit Tobias filio suo, quem ab infantia timere Deũ docuit, & abstinere ab omni peccato. Vnde Eccl. Tonde latera eius dum infans est. Iob. 31. Tobi. Eccl. 30

Quantum inentis puritas sit à fidelibus conseruanda ac diligenda, naturali animalium exemplo in sutu perficitur.
Cap. CIII.

PVritas mentis est inter omnia magis diligenda: Nam omne animal faciens multos fœtus, primum magis diligit, & reputat sibi magis naturale. Et ideo quędã animalia fœtus suos deuorãt præter primum. Primum autẽ quod oportet in nobis esse, & omnia nostra opera præuenire, est puritas mẽtis, vnde est præ omnibus diligenda & conseruãda. Et ideo dicit de ea Grego. Nazianzenus. Gregor. Prima sapientia est vita laudabilis, & apud Deum pura mens, per quam puri puro iungantur, & sancti sancto sociantur. Nazia.

Quatuor Dromedarij naturalibus effectibus præcipuis, quemadmodum Religiosi vitã agere debeant, aperitur.
Cap. CIIII.

REligiosi dicũtur similes esse dromedarijs, siue dromedis: Nam propriè loquendo animal dicitur dromedus; Custos autem talium animalium dicitur dromedarius. Debet ergo religiosus assimilari dromedis quadruplicitèr. Primo, propter continentiam: Castrantur enim dromedi à iuuentute (sicut Autor dicit) vt sint cursui aptiores. Similiter religiosi debent à iuuentute se per totum

Digitized by Google

Mat. 19 votum continentiæ in munditia carnis seruare. Matth. Sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum Dei.

Secundo, propter abstinētiam. Sunt enim dromedi parui cibi; & fœnum, & cortices, & ossa dactylorum valde diligunt. Sic non debēt religiosi delitias quærere, sed potius grossa cibaria.

Tertio, propter obedientiam, in qua velut dromedi debent esse veloces & promptit Sunt enim dromedi velocissimi. Vnde dromos grecè, velox cursus dicitur latinè: Nam centum miliaria, & amplius pergunt in die. Debent etiam esse in obedientia laboriosi, & continui, sicut dromedi habēt crura longa, & neruosa, multum ad laborandum fortia, & ad continuandum firma.

Quarto, propter humilitatis mensuram. Sunt enim dromedi non magni corpore, quia minoris staturæ quàm cameli: quia scilicet religiosi non debent esse magni in sua reputatione, sed humiles, & abiecti. Apost. Si quis se existimat aliquid esse, cùm nihil sit, ipse se seducit. Gal. 6.

Potissimæ sanctorum virorum virtutes, animique dotes, per quamplurimas Agni, equi, elephantis, leonis, leporis, Taxiq; naturales, ac promiscuas proprietates, excellenter patefiunt.

Cap. CV.

SAncti viri assimilantur agnis. Primo, propter innocentiam. Nam agnus inter animalia omnia est maximè mansuetus, & innocens. Vnde nec dentæ lædit, nec cornu impetit, nec vngue scindit, nec calce percutit. Et ideo (sicut dicit Isido.) cętera animalia armauit natura, solum agnum dimisit inermem. Hęc autem innocentia quę est in agno, principaliter fuit in Christo, quę scilicet nunquam alicui aliquid malefecit; quod etiam vnus ex latronibus in cruce cognouit, dicens: Nos quidem digna factis recipimus, hic autem nihil mali fecit. Isidor.

Secundario autem talis innocentia competit etiam aliis Sanctis qui fuerūt imitatores Christi, & ideo tanquam agni neminem lædebant, nec dente inuidæ detractionis, nec tyrannicæ dominationis, nec vngue violentæ direptionis, nec calce iniuriosæ despectionis, siue percussionis. Apost. Neminem læsimus, &c. Et idcirco etiam alios ad hæc monebat, dicens: Nemini dantes vllam offensionem. 2. Cor. 7 2. Cor. 6

Secundo, propter iustitiam: pertinet enim ad perfectam iustitiam non solum neminem lædere, sed etiam alijs omnibus, si potest fieri, prodesse. Et hanc iustitiam agnus ostēdit, quia quicquid in se habet hominibus vtiliter præbet: Nam pellis eius est vtilis ad varium vsum, pili ad indumentum, fimus ad terræ condimentum, cornu & vngula ad medicamentum, & carnes eius ad esum. Hęc autem omnia competunt Christo principaliter, quia ipse suam pellem, id est, suam cōuersationem exteriorem, siue sua vellera, id est, exempla, seu opera, reliquit nobis ad indumentum, id est, ad imitationis exemplum, eo modo quo dicit Apost. Induimini Dominum nostrum Iesum Christum. Ro. 13.

Item suum fimū, id est, humilitatem, dedit ad condimentū, scilicet omniū virtutū, & operū. Vnde ipse dixit: Discitè à me, quia mitis sum, & humilis corde Et hæc humilitas est condimentum, sine quo nullū opus placet Deo. Vnde Christus dixit Apostolis. Cùm omnia benefeceritis, dicite serui inutiles sumu. In cornu Mat. 11. Luc. 17.

autem

autem propter vnctiones quæ cũ
2.Re.5. eo fiebant, vt patet Reg. significatur potestas Christi, in institutione sacramentorum: sed in vngula agni diuisa, discretio doctrinæ Christi. Et hæc omnia nobis ad medicinam dedit, scilicet, & suam scripturã, & sua verba, insuper Christus tanquam agnus, & suam carnem reliquit nobis in ci
Ioan.6. bum, scilicet in sacramento Eucharistiæ, sicut dixit ipse. Caro mea vere est cibus, &c. Competunt etiam secũdario sanctis viris prædictæ vtilitates agnorum: quia ipsi sancti in varijs vsibus & obsequijs proximis seruiunt. Nam nudos vestiunt, pauperes cibis impinguant, & cõdiunt, & ad infirmorum fomentum & curam, frequenter ex compassione intendunt.

Tertiõ, propter prudentiam: Nam agnus dicitur ab agnoscendo. Duo enim sunt quæ agnus naturaliter discernit, & agnoscit. Primo matrem: Nam inter innumerabiles greges solo balatu matrem agnoscit. Eodẽ modo Christus dicitur esse agnus ab agnoscẽdo: quia in cruce existens matrem agnouit, de ea specialẽ curam habendo, & Ioanni ipsam
Ioan. 9. commendando, quando dixit: Fili ecce mater tua. Quod exẽplum sequentes sancti viri, de parentibus suis vsque ad mortem curam & diligentiam gerũt. Nos etiam exemplo Ioannis studere debemus, vt ipsam beatam Virginem matrem habeamus: Agnus enim balatu matrẽ quærit, inuenta autem ea caput erigit, mãmas quærit, quas dum sugit, poplites flectit: & vt mater ei plus de lacte præbeat, capite matris vbera premit. Sic etiam vir deuotus balatu, id est, voce orationis sanctæ, matrem misericordiæ inquirit, & ad eam caput, id est, mentem per contemplationem erigit, mãmas suæ pietatis & consolationis requirit, deuotè etiam, & sæpe salutando sibi genua flectit, atque capite, id est, mente feruenter desiderando, & importunè postulando, quodammodo quasi premit, vt suæ consolationis gratiam largius infundat. Secundò, quia agnus naturaliter suum hostem agnoscit, scilicet lupũ: Nã etiam si eum nunquam viderit, statim cùm primo videt, agnoscit. Similiter etiam Christus suos crucifixores agnouit, non odiendo, sed
pro eis orando. Luc. Pater igno- Luc.22.
sce illis, quia nesciũt quid faciũt. In qua oratione aduerte, quod patrem pro eis orãdo, inuocauit, cùm dixit Pater.

Item eis ignoſci postulauit. Ignosce illis, inquit.

Item illos excusauit, quia nesciunt quid faciunt, & hæc tria faciunt etiam ipsi sancti, ipsum agnum sequentes erga aduersarios suos: scilicet quod pro eis orant, eis indulgent, & nõ solum non accusant, sed etiã excusant.

Quarto, propter patientiam: quia ligatus a carnifice, nõ se defendit, siue expolietur vellere siue cute. Et dum portatur ad victimam non plorat, non clamat, non murmurat, non recalcitrat, sed placido vultu suum respicit occisorem, ac si eum portaret ad pascua. Similiter etiam Christus captus, & ligatus in hõrto, non se defendit. Similiter in flagellatione expoliatus veste, lacerata cute, & similiter etiam expoliatus ad crucem se non defendit, nec crucifixus recalcitrauit, nec murmurauit: vnde Hiere. Ego quasi Hier.11.
agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Et Isa. Quasi agnus Isa.53.
coram tõdente se obmutescet, & non aperiet os suum. Vnde etiam sancti viri hoc exemplum patientiæ, & mansuedinis quãtum possunt imitari conantur. Apoc. Hi Apo.14
sequun-

Digitized by Google

sequuntur agnũ quocunq; ierit.

Quinto, propter munditiam. Nam agnus quasi animal mundum immolabatur, & victimabatur in lege ad figurandum Christum, qui tãquam agnus fuit pro peccatis nostris in ara crucis immolatus. Vnde Ioannes Baptista de eo dixit: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Sic etiam sancti & immaculati viri faciunt Deo victimam de seipsis, eo modo quo Apost. dixit: Exhibeatis corpora vestra hostiam viuẽtem, sanctam, Deo placentem. Et nota, quod immolabatur in lege agnus anniculus, immolatus ad significandum quod ille qui vult de se facere gratum sacrificium Deo, debet esse agnus per patientiam, immolatus per mũditiam, anniculus per continentiam: Dicebatur enim anniculus cũ esset vnius anni completus: quia tunc est optimus: eo quod agnus tanto melior est, quãto a lacte remotior. Vnde est ille vt anniculus qui est remotus a lacte, id est, a carnali delectatione, scilicet per continentiam.

Ioan. 1.

Rom.

Item sancti viri assimilantur equis.

Primo, ratione viuacitatis: quia equus est animal viuax: quia in campis exultat, bellum a remotis odorat, tubis ad prælium excitatur, ad cursum prouocatur, dolent equi cum victi fuerint, gaudent cùm vicerint. Sic sancti viri in campis, id est, in aduersitatum, vel tentationum prælijs exultant, secundũ illud Iac. Omne gaudium existimate fratres cùm in tentationes varias incideritis.

Iac. 1.

Item bellum tentationis, vel bellum mortis procul odorant, scilicet in prouidendo, & præparãdo se tubis, id est, vocibus prædicatorum, vel tubis diuinorum iudiciorum excitãtur ad bellum vitiorũ. Hac tuba excitatus beatus Hier. dicebat: Siue comedã, siue bibam, siue quicquid aliud faciam, semper auribus meis intonare videtur illa terribilis tuba: surgite mortui, venite ad iudicium.

Hier.

Item ad cursum, id est, velocitatẽ bene operandi, vel obediendi (de qua dicitur: Viam mandatorum tuorum cucurri) prouocantur.

Psa. 118.

Item vincuntur tentatione, vel negligentia: dolore pœnitentiæ purgantur; & in victoria tentationum & vitiorum lætantur.

Secũdo, ratione sagacitatis, quia quidam equi sagaciter recognoscunt dominos suos, & alios super se ascẽdere nõ permittũt. Sic sancti viri recognoscunt Dominum, non tantũ in beneficijs, sed etiam in flagellis, & alium dominum, id est, diabolum, vel peccatũ, super mentis sellam ascendere nõ permittunt, secundum illud: Nolite locum dare diabolo.

Ephe. 5.

Tertiò, ratione pietatis: quia aliqui equi in morte dominorum lachrymas fundunt. Et sic sancti viri plorant, considerantes legendo, vel audiendo passionem Domini, scientes, quod sicut fuerunt socij passionum, sic erunt & consolationum.

Item sancti viri quamuis magna vitia vitant, frequenter tamẽ paruis vitijs terrentur. Vnde sunt similes elephantibus, qui domiti sunt in bellis optimi: Nam acies proferunt, armatos ferũt, nec armatorum acies expauescunt, nec suorum rumores fugiunt.

Item super eos turribus ligneis collocatis, de eis tanquã de muro tela ignea emittuntur: & cùm sint tales, tamen de mure timent. Sic sancti viri quãuis magna tentationum bella vincant, & magnarum virtutum arma ferant, nec tribulationes, nec persecutiones

2. Cor. 6.

Digitized by Google

igitur sunt peccata, quæ odienda & fugienda sunt tanquam venenosi serpentes, secundum illud.
Eccl. 25 Quasi à facie colubri fuge peccatum. Cũ ergo per remorsum conscientiæ aliqui sentiunt in se grauamen culpæ, tunc spiritu nariũ, i. feruore pœnitentiæ (nã in spiritu intelligitur feruor & dolor
Psal. 50. cõpunctionis, de quo Psal. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. In naribus vero discretio satisfactionis accipitur) extrahũt eos de cauernis i. de latibulis cõsciẽtiarũ. s. cũ peccata ad lucẽ deducũt, confitendo, & accusando; vnde virus peccati depellitur, & fit eis memoria peccatorum nutrimentum lachrymarum, quibus à peccatorũ reatu soluũtur, & purgantur. Item cerui herbã diptãni primitus prodiderũt, cuius pastu sagittas quibus vulnerantur excutiunt; Cerui enim sagittis percussi, sunt homines tẽtationibus deuicti. Per diptannũ vero, quæ est herba habes virtutẽ dissoluendi, attrahendi, & cõsumẽdi venenũ, pœnitentia intelligitur, quæ venenum peccati dissoluit in cõtritione, attrahit in confessione, & consumit in satisfactione. Vnde hæc cum à ceruis, id est, peccatoribus sumitur, sagittæ tentationũ repelluntur, & peccatorum vulnera miro modo sanantur.

Miro siquidem Elephantis scorpionisq; exẽplo, peregrinos ac alienigenas dirigere, & tueri aquè admonemur.

Cap. XCVI.

PEregrinos, & viatores dirigere, & defendere, nos docent elephantes, nã elephas si hominẽ in via inuenerit errãtem, primo ne eũ terreat, de via aliquantulũ exit, & gradum figit, & paulatim ipsum præcedens ei viam ostendit. & si draco eis occurrerit, pro defensione hominis draconi se opponit, eumque defendit, Sic, homines magni præcipuè, & potentes, debent peregrinos viatores non expoliare, vt multi faciunt, cum ad territorium eorum veniunt, sed potius per se vel suos dirigere, & à malis hominibus defendere.

Item lædentes peregrinos, & hospites eos expoliantes, peiores sunt quam venenosi scorpiones. Tradit enim Aristot. in quodam mõte scorpionibus hospites non lædi, sed indigenas occidi & lędi. Aris. de anima.

Aurium hominum immobilitate naturali, nos firmiter in bona doctrina persistere, erudimur.

Cap. XCVII.

PErseuerare debet homo, & esse firmus in doctrina bona quam audiuit: Nam omne animal habẽs aures, eas mouet, præter hominem. In quo significatur quod illi qui in bona doctrina quã audiunt non perseuerãt, nec sunt stabiles, similes sunt brutis animalibus quæ aures mouent, quia ab eo quod audierunt citò mouentur: sed qui stabiliter perseuerant in audita doctrina, sunt homines vere rationales. Ioan Si vos manseritis in sermone meo, veri discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem. Ioan. 8.

Canis naturalis vsus varius & admirabilis, nec non Castoris, equi, atq; vrsi aliqua proprietates naturales patefiunt, quibus non absque ratione verbi Dei cõcionatores assimilantur.

Cap XCVIII.

PRædicator assimilatur cani. Primo ex eo, quia canis dominum suum diligit: Et similiter prædicatorem verbi oportet esse amicum Dei. Vnde prædicator qui dominum non diligit nõ est dignus annũciare verba Dei. Vnde Peccatori dixit Deus. Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamẽtũ meũ per os tuum? Psa. 49.

Item

Item quia canis domini sui custodit domum, & defendit. Hæc domus domini est ecclesia, quam prædicator catholicus ab hæreticis defendit. Vel hæc domus est conscientia propria, quam debet prædicator solicitè custodire, sicut fortis armatus custodit atriũ suum, vt sint in pace omnia quæ possidet.

Item quia canis pro domino suo morti se exponit, sicut legimus Celoneum venatorẽ Placentiæ ab animatis inuasum, canem eum defendisse, nec vulnerari potuisse, nisi prius cane perempto. Sic sancti prædicatores pro fide Dei, & veritate, martyrio se exponunt, vt patet in Apostolis, & Martyribus.

Item quia canis voluntariè cũ domino suo ad prædã currit. Est enim prædicatio quasi quædam venatio spiritualis, in qua omnis anima Deo acquisita, est vt quædã præda capta, sed canis ad prædam non vadit, si à domino suo non ducitur, vel sociatur, quia scilicet prædicator infructuose prædicaret, nisi eum deus iuuaret, & sociaret: Apo. Non autem ego, sed gratia Dei mecum, &
2 Co. 15 Corin. Adiutores Dei sumus. Debet igitur prædicator cum ipsum Deum habeat secum consortem, non refugere, sed libenter discurrere ad prædicationis laborem.
1. Cor. 9 Corin. Sic currite vt comprehendatis.

Item quia multotiens canis corpus domini sui etiam mortuum non derelinquit, sicut legimus de cane Titij Sabini, qui ipsum dominum suum captum, Romæ etiam in carcere non dereliquit: quo insuper mortuo, canis; mæstos ędens vlulatus, nec mortuum deseruit: qui, cum quidam ei panẽ proiecisset, ad os defuncti deportauit, & cũ ille nõ manducaret, nec ipse manducauit: cadauere autẽ in tyberim proiecto, canis, vt corpus sustẽtaret, in Tyberim se proiecit multitudine cõcurrente, vt videret spectaculum fidi animalis. Similiter prædicatores corpus Christi mortuum deserere nõ debent, quia de morte, & passione Christi debent iugiter memoriam habere, & de ea prædicare frequenter: exemplo Apostolorum, ex quorum persona Beatus Paulus dicebat: Nos autem prędicamus Christũ crucifixum &c.

Item, quia canis prędam, quàm rapit non sibi comedit, sed domino suo relinquit, & similis est prędicator, qui de opere fructuoso nõ propriam laudem quærit, sed gloriã, & honorẽ Deo relinquit. Io. Ego gloriã meam non quæro. Ioan. 8

Item quia canis nobilis, dato, ꝙ de præda à se capta nihil percepit, non propter hoc infidelis existit, nec prædam aliam insequi propter hoc omittit. Sic quanquã prædicator ex prædicatione sua nihil temporale suscipiat, non propterea à prædicatione cessat, nec minus fideliter prædicat.

Item quia canis locum suum cognoscit: Locus enim noster finalis, & permansibilis, non est in vita præsenti, quod Apo. recog- Heb. 3.
noscebat dicens: Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Et nota, quòd canes itinera quamuis longa ad memoriã reducunt, & ad propria domicilia per longa terrarũ spacia redire consueuerunt: quod prædicatores nõ corporaliter solum faciunt dum per loca varia prædicando discurrunt, & postmodum ad sua claustra, vel habitacula redeũt; sed etiã spiritualiter, quia quanquã pro proximorũ salute, seu prouisione, ad exteriora negocia, vel officia plęrũq; exire cogãtur, tamẽ sollicitè ac prouidè ad propriũ mẽtis domicilia

redeunt, secundum illud: Animalia ibant & reuertebantur in similitudinem fulgoris coruscātis.

Item quia interdū canis fortissimas & magnas bestias inuadit audacter, sicut legimus de canibus Indiæ. Solent enim Indi, vt dicit Isidō.) caniculas nocte ligatas in silvas dimittere, vt à tygribus cognoscantur; ex quibus canes adeo acerrimi oriūtur, vt leones prosternant. Vnde quidam canis sic natus, à rege Albano Alexandrō magno missus, primo in eius præsentia leonē occidit, tandem elephante deducto, videns eius magnitudinem, primo obstiguit, & ingenti latratu insonuit, quem tamen inuasit, & tamdiu afflixit, quod eum ad terram prostrauit. Sic sancti prædicatores diuino zelo, & spiritu accensi, interdum magnos tyrannos, & peccatores audacter reprehendēdo aggrediuntur, sicut Ioannes Herodem. Vnde Herodes metuebat Ioannem, & audito eo multa faciebat. Matt. 6.

Item canis vento & odore etiā per aquas bestias fugientes insequitur, & earum deprehendens latibula, latratu & mussitatu ea prodit. Sic prædicatores sancti vento, id est, spiraculo diuino impulsi, & odore, i. desiderio supernæ salutis attracti, etiā per aquas tribulationū insequūtur bestias, i. peccatores bestialiter viuentes, vt trahant eos ad pœnitentiam, & eorum latibula, id est, vitia in quibus latere volunt, redarguendo produnt.

Item canis humanam societatē diligit. Sic sancti prædicatores humana consortia in quibus fructificare possūnt, minime fugiūt, sequentes s. exemplum illius qui dicit: Delitiæ meæ esse cum filiis hominum. Prou. 8.

Item prædicator debet similis esse castori, qui (sicut dicit Isid.) cum quadrupedibus viuit in terra, & cū natatilibus stat in aquis: Est enim in magnitudine ad modum parui canis, pedes posteriores quasi caninos habens, quibus principaliter ambulat: pedes autem anteriores habet quasi anserinos, quibus natat in aquis. Sic prædicatores nō solum debēt per terram discurrere per vitam actiuam, quæ competit quadrupedibus, id est, his qui perfecti sunt in quatuor virtutibus, sed etiā versari debēt in aquis scripturarum cum natatilibus, i. contemplatiuis, & debent esse sicut canis per latratum prædicationis, sed parui in humilitate mentis: posteriores autem pedes, sunt occupationes corporales pertinentes ad pietatem: & ideo sunt vt animalis terrestris: sed anteriores pedes sunt meditationes spirituales, & ideo sunt sicut natatilis, quib. s. natat in aqua sapientiæ.

Item prædicator curiosus est similis equo, qui aquam quam potat, si clara est, pede perturbat. Similiter prædicator curiosus aquam claram, i. scripturam & doctrinam planā & apertam, pede, i. affectu placēdi, & vt reputetur sciens, Philosophicis rationibus inuolutis, perturbat, id est, offuscat, vt vix intelligatur. Vel aqua clara est tribulatio patienter exterius portata, quam patiens tunc pede perturbat, cum interiori affectu iniuriantē non amat Greg. Perfecta patientia est, quæ & ipsum amat quem portat: Nam tolerare & odisse nō est virtus magnā suetudinis, sed fulcimentum furoris. Ezech. Cum puriſſimam aquam biberitis, reliquam pedibus vestris turbastis. Greg. super. Eze. Eze. 34.

Item prædicator etiam assimilatur vrso. Nam quia vrsus sic interpretatus & dictus est: quod ore suo formet fœtius (vt dicit Isi.) Auic. etiam dicit quandam carnē nasci Isid. lib. ety.

Digitized by Google

nasci quam mater lambedo in membra componit. Sic etiam prædicator doctrina oris sui, formatDeo spirituales filios: Quasi enim more matris, in his quos carnales inuenit, linguæ officio virtutum spiritualiũ membra cõponit. Vnde Apost. Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Gal.4

Veri prælati præcipuum munus, ipsiusq; partes laude digna quæ sint, vt merito præsit, per quæ plurima Arietis, leonis, Chamelipardalis, Cornu, aliorumq; animãtium cornua habentium clarissima exẽpla demonstratur.

Cap. XCIX.

PRælatus debet esse similis arieti: quia aries dux est gregis, & ouium princeps. Sic prælatus debet esse dux subditorum, s. sicut auctoritate præsidendo, ita bonæ vitæ exemplo præcedendo.

Item quia natura arietem fecit fortissimum, secundum Isid. Vnde dicitur veruex à viribus, eo quod tanquam vir ouium sit cæteris bidentibus virtuosior. Vel dicitur veruex, vt ipse dicit, quia vermem portat in capite, cuius pruritu sæpè fortissimè caput mouet. Dicitur autem aries, quia hoc animal immolabatur in aris, sicut patet in lege Moysi, quę omnia competunt prælato, s. fortitudo operis, solicitudo mentis, quæ est vt vermis in capite, de qua Apostol. Instantia mea quotidiana, solicitudo omnium ecclesiarum. 2.Co.11

Item immolatio carnis, de qua Apostol. Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, Sanctam, Deo &c. Rom.12

Item prædicator bonus debet clamore prædicationis, & gemitu orationis, subditos dormientes, siue in peccatis mortuos suscitare, exemplo leonis, cuius catuli quando nascuntur, tribus diebus & tribus noctibus dormire, vel mortui esse reputantur, & tunc patris rugitu, & clamore suscitari dicuntur. Tũc super catulos mortuos leo fortiter clamat, quando peccantes subditos prælatus, vel prædicator prædicãdo, vel corripiendo fortiter increpat: & tunc rugitum emittit, cum pro eis orando fortiter gemit. Vnde sicut clamor, & gemitus leonis dicitur suscitare mortuos catulos, ita clamor prædicationis, & rugitus orationis suscitat subditos in peccatis. Isa. Rugitus eius vt leonis rugiet, vt catuli leonum &c. Sed cum prælatus, vel prædicator loquitur bonis, debet loqui dulciter. In cuius signum dicitur Iudicum. Ecce examen apum in ore Leonis, & fauus mellis: Apis enim pũgit, & mel componit: quia prædicator debet pungere lentos, & dulcorare deuotos. Isa.5.

Item prælatus debet esse similis cameloparali, quod secũdum Isid. est animal Aethiopicum, caput habens cameli, collum equi, cruca & pedes bubali, & maculas pardi: Est enim bestia albis maculis rutilum colorem emittentibus superspersa, & ideo à capite cameli, & à maculis pardi tali nomine est vocata (vt dicit Plin.) est autem bestia magis aspectu quã feritate conspicua, tantũ mãsueta, vt quasi ouis nomen acceperit. Omnia autẽ hæc sunt prælato congruentia moraliter accepta: quia caput cameli ore ruminat, & ruminatio signat sacræ scripturæ meditationem. Collum equi flexibile est, quia curuatur ad tractum frænj. Et hæc flexibilitas refertur ad misericordiam & pietatem prælati. Pedes autem bubali vngulas diuidunt, & maturè incedunt, & hoc refertur ad discretionis prudentiam. Albæ autem maculæ extra rutilantes, sunt pura opera, & exempla quæ

Digitized by Google

exterius alijs apparent. Sic ergo prelatus debet habere caput cameli per notitiã sacræ scripturæ: Collum equi per flexibilitatem misericordiæ. Crura vel pedes bubali, per discretionem prudentiæ, Albas maculas pardi. i. operum puritatẽ, & plus in aspectu quã in facto debet habere seueritatẽ. Vnde debet esse aspectu ferus, sed animo vel opere mansuetus.

Item prælati debẽt se habere ad subditos sicut ceruæ ad filios: Ceruæ enim post partũ vtuntur duabus herbis. s. como, & sumole, quibus pastæ redeunt ad suum fœtũ, & illarũ herbarũ succò imbutæ filijs lactis exhibent nutrimentũ: filios autẽ ad cursus exercent, & fugere eos docent, & ad prærupta eos ducunt, & saltandi modum eis ostendunt. Duæ ergo herbæ quæ faciũt ceruam ad nutriẽdum filios lacte abũdare, duæ virtutes sunt quæ faciũt prælatos subditos suos debito alimẽto nutrire. s. sapiẽtia quæ facit eos abũdare lacte spiritualis doctrinę, & misericordia quæ facit abundanter dare nutrimenta corporalis eleemosynæ. debent etiam eos ad currendum per viam mãdatorum, id est, ad velociter obediendum, instruere.

Item ad peccata fugienda inducere, præcipitia tentationum eis nota facere, & modum saltandi eis, id est, euadendi, ostendere.

Item sicut prælati præsunt in dignitatibus, ita debent præesse in virtutibus. Cuius exemplum est, quia omne animal cornutum est quadrupes, excepto quodam serpente in Aegypto qui dicitur cerastes, quod scilicet intelligendum est si cornua sunt de natura ossis, propter testudines, siue limaces cornua mollia habentes. Per animal ergo cornutum intellige hominem in dignitate leuatũ: signant enim cornua capitis, eminentiam dignitatis. Tales debent habere quatuor pedes, scilicet iustitiam, temperantiam, fortitudinem, prudentiam. Cerastes autẽ, siue serpens cornutus. i. hypocrita in dignitate positus, cornua siue pedibus habet, quia dignitatem tenet, & virtutibus caret. Similiter limax habẽs cornua mollia, signat prælatum carnalem habentem remissa opera: qui etiã pedibus caret, quia interiores virtutes non habet.

Item prælatus virtuosus tũc faciliter ad contemplationem diuinorum erigitur, cum se abstrahit à temporalibus curis. Cuius exẽplum est, quia animalia quæ dentes non habent in superiori mãdibula, sunt cornuta, quia materia transit in cornua. Per animal vero cornibus munitum, prælatũ intellige in virtutibus ornatum; Cuius inferior mandibula est terrenorum dispensatio prouida, in qua est multitudo dentiũ, i. multiplicitas laboriosorum operum, & durorum: sed quasi mandibula superior, est diuinorum contemplatio altior, quę debet esse vacua dentibus, i. à temporalium curis & laboribus semota. Vtraque tamen debet vti pro tempore qui vult virtuosè præesse

Item prælationis honore digni non sunt qui solum quæ sua sunt quærunt. Vnde nullum animal habens dẽtes recuruos (vt aper) habet cornua, eo quod illa materia transit in culmos. Ille quippe prælatus suos dẽtes recuruat, qui ea quæ agit ad semetipsum reflectit & replicat: sed non est dignus cornibus dignitatis qui alios negligens tantùm seipsum pascit. Ezech. Væ pastoribus qui pascunt semetipsos. Eze 34.

Hominem quousq; viuit commodè proficere in virtutibus posse, cerui exemplo perspicacissimè confirmatur.

Cap.

Cap. C.

PRoficere, & crescere potest homo virtutibus quamdiu durat pœnitentis vitæ tempus. Cuius enim crescūt cornua vsq; ad septimum annum, quia vsque ad septem annos omni anno pullulant eius cornua vnū ramum: Vnde eorum ætas deprehenditur per cornua. Quia ergo septennarius est numerus vniuersalis temporis, licilicet quo vniuersum tēpus vitæ nostræ voluitur, sicut patet in septem diebus septimanæ, accipiamus in septennario annorum, totum tempus dierū nostrorum. Scriptum est enim. Eze. Ezec. 4. Psal. 39. Diem pro anno dedi tibi, & Psal. dicit: dies annorum nostrorū in ipsis septuaginta annis: Septēnarius enim per denarium multiplicatus, i. 70. consurgit: vt innuatur quod totum tempus annorū nostrorū debemus dedicare profectui virtutum, quem signat augmentatio cornuum, & hoc fit per septenarium virtutum: quia sunt quatuor virtutes cardinales, & tres theologicæ, vel per septenarium operum misericordiæ cū obseruatione decalogi.

Prudentia virtus quantum nobis expediat, ac quomodo ea homines vti debeāt. Hericij, formicæ, serpentis, multorumq; animalium naturali sagacitate, clarissimis similitudinibus exprimitur.

Cap. CI.

PRudentiam docet nos habere hericius tripliciter. Primo, cōtra insultum tentationum: Nam hericius, dū se infra eorum durum, spinis asperis vndique circumseptum, includit, se ab inuadentibus protegit: Nam mox cum aliquid sentit, se in globum conuertit, & ferienti spinas opponit. Est itaque dura & spinosa pellis, aspera pœnitentia, & dura afflictio carnis, in quam dum homo se per humilitatem abscōdit, & eam tentationi opponit, eius tentationes euadit, vnde Ps. Ego autem cum mihi molesti essent, induebar cilicio, humiliabā in ieiunio animam meam. Psal. 34

Secūdo docet nos habere prudentiam quantum ad nutrimentum operum: Est enim hericij talis prudentia, quia ascēdit vitem vel aliā arborem, & vuas & poma deiicit, & postea se super illa inuoluit, & suis spinis infiguntur, & sic portat escas filijs, sicut Isi. dicit. Ille ergo vites vel arbores ascendit, qui ad sanctorū virtutes, vel vitas considerandas, per mentis contemplationem se erigit. Et tunc ex eis poma deijcit, quando ex eorū comparatione suos defectus agnoscit: Quasi enim poma de arboribus deijciuntur, cū maiorum facta minoribus comparātur: sed tunc ea velut hericius quis spinulis suis infigit, & dorso deferenda suscipit, quādo illa pro posse se sequitur, acutis affectibus disponit, & tunc idē filios pascit, quando ex eorum imitatione suas opera dirigit & nutrit.

Tertio docet nos esse prudentes circa varietatē temporum. Dicit enim Ari. quod hericij faciūt foramē vnū cōtra vētos septētrionales, ad quod confugiūt in calore: & aliud contra australes, ad quod cōfugiūt, dū frigus sentiūt. Vnde dicitur, quod quidā fuit in Constantinopoli, qui per hericiū, quē habebat, prædicebat omnes vētos futuros, nec sciebat aliquis vnde hāc scientiā haberet. Sic homo prudēs in calore prosperitatis debet refugere ad ventū septentrionalē frigidū, i. ad memoriā ad uersitatis, vt s. per timorem à superbia & intēperantia liberetur. Sed in tempore frigoris, ideſt, aduersitatis, debet refugere ad ventū australē calidū, i. ad memoriā prosperitatis, ne à tristitia, animia ab orbeatur. Eccl. In die bonorū ne immemor sis malorum, & Aristo. de animal. Eccl. 11.

in die malorum ne immemor sis bonorum.

Item prudentiæ exemplum habemus in formicis.

Primo, in prouidendo, prouidet enim tempora futura: Nam in æstate congregant vnde in hyeme viuant. Sic nos debemus in vita prouidere nobis de tempore
Prou. 6. mortis. Prou. Vade ad formicam o piger, & considera vias eius, & disce sapiētiam, quæ cum nō habeat ducem, nec præceptorē, nec principem, parat æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat.

Item in congregando. Congregat triticeum granum, non curās hordeum. Sic homo debet cōgregare spiritualia, & æterna, & non curare de temporalibus &
Mat. 13. peritis. Matth. Triticum congregate in horreum meum.

Item in conseruando. Nā quādo pluuia super eius triticū descendit, illud Soli exponit vt iterum desiccetur. Sic quādo aliqua tentatio, vel corruptio in nobis accidit, quæ possit triticū, id est, nutrimentum, vel meritum nostrum spirituale corrumpere & perdere, debemus illud reparare calore solis. i. seruore contritionis, vel manifestatione cōfessionis, quia illud quod soli exponitur, in lucem producitur, vel per seruorem orationis.

Item in custodiendo primo suū
Plin. cibum. Nam (sicut dicit Pli.) formicæ grana colligunt, cumulos componunt, & in secretiori parte domicilij abscondunt, ne ab auibus rapiantur, vel à vento dispergātur. Ista grana sunt Dei verba, quibus anima nutritur & pascitur: sicut formica de granis, de quibus in secretiori parte animę, s. in memoria debemus cumulū ponere, scilicet de his quæ audiuimus, plura memoriæ commendando, & ibi occultare per humilitatem, ne ab auibus rapiatur, id est, à dæmonibus, sicut semen quod cecidit in via, & volucres exli comederunt illud. Vel ista grana sunt bona opera, vt eleemosynæ & huiusmodi, quę debemus cumulare multiplicando, & abscondendo per humilitatē, nec iactantes ostendendo, ne à vento vanæ gloriæ dispergantur, vel ab auibus, id est, ipsis dæmonibus auferantur.

Item inueniuntur prudentes in custodiēdo aurum. Na in Ethiopia dicuntur esse formicæ ad formam canis, quæ arenas aureas pedibus eruunt, & ne auferantur custodiunt: quasi arenæ aureæ sunt virtutes spirituales animę, quas pedibus, id est, affectionibus, vel gressibus bonorū operum debemus eruere, & cū omni studio custodire, ne à nobis auferantur.

Item prudentia serpentū est in exemplum nobis multipliciter.

Primo, quia serpens docet nos Christum diligere. Nam serpens super omnia caput custodit, quia in ipso præcipuè eius vita consistit. Vnde dicit Plin. quod si caput serpentis cum duobus digitis euaserit, nihilominus viuit, propter quod totum corpus pro seruando capite ferienti opponit, vt scilicet nos caput nostrum in nobis custodiamus, scilicet Christum, & pro ipso à quo habemus vitam gratiæ & gloriæ, omnia alia negligamus, secundum illud. Omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam.

Secundo, docet nos peccatum abiicere, s. per innouationē pœnitentiæ. Nam serpens (sicut dicit Philosophus) quando sentit se senio grauatum, pluribus diebus
Aris. de anima. abstinet à cibo, vt sic pellis eius faciliter relaxetur, deinde gustata herbā quadā amara, prouocatur ad

Digitized by Google

ad vomitum, & euomit humorē virulētum, qui erat causa iux infirmitatis: tandem vt cutem rigidam tēperet in aqua se balneat, & quærens anguſtam rimam in petra, per eam intrat, & per violentiam tranſiens ab exuuia ſe denudat, id eſt, à pelle, quæ vocatur exuuia ab exuendo, quia eam exuit & deponit: & tandē ſe ſoli exponens, deſiccat, & nouum corium reparat, & ſic reſumptis viribus videt clarius, incedit fortius, & comedit auidius. Hoc idē dicit Auicen. & Plinius, ſcilicet de innouatione. Nos igitur exemplo ſerpentis debemus vitam innouare per opera pœnitentiæ.

Primo ieiunando, non tantum à cibis, ſed magis à vitijs.

Item amaram herbam contritionis cordis guſtando, venenum peccati per confeſsionē euomendo, aqua lachrymarū, vel doctrinæ nos abluendo. In arcto foramine pœnitentiæ exuuias veteris hominis, id eſt, malę conſuetudinis deponendo, ad caloremSolis, id eſt, amorē Chriſti, molliciem, & pronitatem peccandi deſiccādo, & nouum corium, ſcilicet hominem, qui ſecundū Deum creatus eſt, induendo. Vires bene agendi reſumendo. Clarius ſpiritualia contemplādo: fortius Deū & proximum diligendo, & quæ ſpiritum nutriunt, auidius aſſumendo.

Tertio docet nos ſerpēs diabolo reſiſtere. Dicit enim Iſid. quod aſpis ſerpens cum incipit incantatorem audire, vnam autem in terram premit, & alteram cauda claudit, & ſic vocem incantantis effugit, & incantanti nō obedit. Sic etiam nos debemus incantatori, id eſt, tentatori reſiſtere, ſcilicet cum cauda, & terra, id eſt, cum memoria finis noſtri, qui deſignatur in cauda, & terræ fragilitatis, qui deſignatur in terra, tentationes repellendo. Pſal. Sicut aſpidis ſurdæ obturantis aures ſuas, quæ nō exaudiet vocem incantantium. Pſa.57

Quarto docet nos carnem ſubijcere. Nam ſerpēs calcaneo mulieris inſidiatur & inimicatur. Geneſ. Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & tu inſidiaberis calcaneo eius. Sic nos debemus inſidiari carni, & calcaneū, id eſt finem eius attente conſiderare. Aug. Nihil tantum valet ad domandum deſideria carnis, quam cogitare qualis ipſa ſit futura. Geneſ. Aug.

Quinto docet nos mūdum fugere. Nam ſerpens propter inimicitias quas habet cum homine, fugit, & ſub ſpinis latitat, & in deſertis habitat. Sic ſancti viri propter odium mūdi, & inſidias, effugiunt in deſertis clauſtri, latitant ſub aſperitate pœnitentiæ. Dicitur enim, quod ſerpens fugit hominem nudum, & inſilit in veſtitum: quia ſcilicet diabolus timet pauperem, & ſe ab affectu temporalium denudantem: ſed veſtito, i. diuitijs munito, prævalet, & ideo qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli. 1.Thi.6.

Sexto docet delicias abhorrere: quia ſerpens dum natat in aqua, caput eleuatum portat, ne eo ſubmerſo ſuffocetur. Sic ſancti viri cauent ne caput rationis ſubmergatur præſentibus delitijs,

Iſi.lib. 19.

Septimo docet nos humilitate tenere. Iſa. Serpenti puluis panis eius. Item vir ſanctus etiam ſe reficit, cogitando quod eſt puluis & cinis, humiliando ſe vt Abraā. Loquar ad Dominum meū cum ſim puluis & cinis. Iſa.65. Gene.18.

Item prudenter viuere & operari, animalia quædam terreſtria nos docent. Nam ſicut nos docet Aug. Eſt admirāda in brutis quędam prudentia, in quibus cum Aug. de ciui. Dei.

Digitized by Google

nulla sit propriè loquendo scientia, quædam tamen in eis similitudo scientiæ inuenitur: euidentem enim habent solertiã in fœtuum educatione, in latibulorũ ædificatione, & nutrimentorum acquisitione, in vulnerum medicatione, in nociuorũ euitatione, in mutationis temporũ præcognitione, suorum comparium dilectione. Docẽt itaque homines primo prudentes esse, non solum in nutritione carnaliũ filiorum, quibus sicut dederũt naturę fundamentum, ita dare debent documenta disciplinæ, & alimenta vitæ; sed etiam in promotione spiritualium desideriorum, quæ cum in corde exorta fuerint, velut spirituales sunt soboles confouenda.

Item in habitaculi constructione, non tantum exterioris in quo quiescat corpus, sed magis interioris, vt domum cõscientiæ construas in qua resideat Deus.

Item in nutrimenti procuratione, non tantum quo caro reficiatur, sed magis quo spiritus alatur.
Mat. 4. Non enim in solo pane viuit homo, sed in omni vẽrbo, &c.

Item in vulnerũ curatione, nõ tantum corporalium iaculorum, sed magis vitiorũ, seu tẽtationũ. Docent etiam te prudẽter noxia euitare, nõ tantũ quæ lædũt corpus, sed magis quæ spiritum inficiunt: & insuper tua pericula te præcauere monent, & opportuna futuris temporibus remedia prępatare. Quod autẽ omnibus his dulcius est, non tantum coniugalis fœderis suadẽt te diligere cõparem, sed & socialis vitæ amare consortem.

Quando ac qua via filij sint à parentibus educandi, Aranearum exemplo, sacraq; scripturæ testimonijs edocetur.

Cap. CII.

PVeri, & puellæ sunt in pueritia bonis & congruis operibus, & studijs assuefaciendi, exẽplo aranearum, quæ ex ouis procreatæ, quando mox natæ, texturas ascendere incipiunt, & operari ac si in ventre essent edoctæ. Sic fuit beatus Iob circa opera misericordiæ. Vnde dixit: Ab infantia creuit mecũ miseratio, & de vtero matris meæ egressa est mecum. Iob. 31. Sicut & fecit Tobias filio suo, quem ab infantia timere Deũ docuit, & abstinere ab omni peccato, Vnde Eccl. Tonde latera eius dum infans est. Tob. 1. Eccl. 30.

Quantum mentis puritas sit à fidelibus conseruanda ac diligenda, naturali animalium exemplo in fœtu perspicitur.

Cap. CIII.

PVritas mentis est inter omnia magis diligenda: Nam omne animal faciens multos fœtus, primum magis diligit, & reputat sibi magis naturale. Et ideo quędã animalia fœtus suos deuorãt præter primum. Primum autẽ quod oportet in nobis esse, & omnia nostra opera præuenire, est puritas mẽtis, vnde est præ omnibus diligenda & conseruãda. Et ideo dicit de ea Grego. Nazianzenus. Prima sapientia est vita laudabilis, & apud Deum pura mens, per quam puri puro iunguntur, & sancti sancto sociantur. Gregor. Nazia.

Quatuor Dromedarij naturalibus effectibus præcipuis, quemadmodum Religiosi vitã agere debeant, aperitur.

Cap. CIIII.

REligiosi dicũtur similes esse dromedarijs, siue dromedis: Nam propriè loquendo animal dicitur dromedus; Custos autem talium animalium dicitur dromedarius. Debet ergo religiosus assimilari dromedis quadrupliciter. Primo, propter continentiam: Castrantur enim dromedi à iuuentute (sicut Auice. dicit) vt sint cursui aptiores. Similiter religiosi debent à iuuentute se per

Digitized by Google

votum continentiæ in munditia carnis seruate. Matth. Sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum Dei. Mat. 19

Secundo, propter abstinẽtiam. Sunt enim dromedi patui cibi; & fœnum, & cortices, & ossa dactylorum valde diligunt. Sic non debẽt religiosi delitias quærere, sed potius grossa cibaria.

Tertio, propter obedientiam, in qua velut dromedi debent esse veloces & promptit Sunt enim dromedi velocissimi. Vnde dromos græcè, velox cursus dicitur latine: Nam centum miliaria, & amplius pergunt in die. Debent etiam esse in obedientia laboriosi, & continui, sicut dromedi habẽt crura longa, & neruosa, multum ad laborandum fortia, & ad continuandum firma.

Quarto, propter humilitatis mensuram. Sunt enim dromedi non magni corpore, quia minoris staturæ quàm cameli: quia scilicet religiosi non debent esse magni in sua reputatione, sed humiles, & abiecti. Apost. Si quis se existimat aliquid esse, cùm nihil sit, ipse se seducit. Gal. 6.

Potissima sanctorum virorum virtutes, animique dotes, per quamplurimas Agni, equi, elephantis, leonis, leporis, Taxi, naturales, ac promissas proprietates, exactissimè patefiunt.

cap. CV.

SAncti viri assimilantur agnis. Primo, propter innocentiam. Nam agnus inter animalia omnia est maximè mansuetus, & innocens. Vnde nec dentæ lædit, nec cornu impetit, nec vngue scindit, nec calce pereutit. Et ideo (sicut dicit Isido.) cætera animalia armauit natura, solum agnum dimisit inermem. Hęc autem innocentia quę est in agno, principaliter fuit in Christo, quę scilicet nunquam alicui aliquid malefecit; quod etiam vnus ex latronibus in cruce cognouit, dicens: Nos quidem digna factis recipimus, hic autem nihil mali fecit. Isidor.

Secundario autem talis innocentia competit etiam aliis Sanctis qui fuerũt imitatores Christi, & ideo tanquam agni neminem lædebant, nec dente inuidæ detractionis, nec tyrannicæ dominationis, nec vngue violentæ direptionis, nec calce iniuriosæ desperationis, siue percussionis. Apost. Neminem læsimus, &c. Et 2. Cor. 7
idcirco etiam alios ad hæc mone bat, dicens: Nemini dantes vllam 2. Cor. 6
offensionem.

Secundo, propter iustitiam: pertinet enim ad perfectam iustitiam non solum neminem lædere, sed etiam alijs omnibus, si potest fieri, prodesse. Et hanc iustitiam agnus ostẽdit, quia quicquid in se habet hominibus vtiliter præbet: Nam pellis eius est vtilis ad varium vsum, pili ad indumentum, fimus ad terræ condimentum, cornu & vngula ad medicamentum, & carnes eius ad esum. Hęc autem omnia competunt Christo principaliter, quia ipse suam pellem, id est, suam cõuersationem exteriorem, siue sua vellera, id est, exempla, seu opera, reliquit nobis ad indumentum, id est, ad imitationis exemplum, eo modo quo dicit Apost. Induimini Dominum nostrum Iesum Ro. 13.
Christum.

Item suum fimũ, id est, humilitatem, dedit ad condimentũ, scilicet omniũ virtutũ, & operũ. Vnde ipse dixit: Discite à me, quia Mat. 11.
mitis sum, & humilis corde Et hæc humilitas est condimentum, sine quo nullũ opus placet Deo. Vnde Christus dixit Apostolis. Cùm omnia benefeceritis, dicite Luc. 17.
serui inutiles sumus. In cornu

autem

Digitized by Google

autem propter vnctiones quæ cũ
2.Re.Neo fiebant, vt patet Reg. significatur potestas Christi, in institutione sacramentorum: sed in vngula agni diuisa, discretio doctrinæ Christi. Et hæc omnia nobis ad medicinam dedit, scilicet, & suam scripturã, & sua verba, insuper Christus tanquam agnus, & suam carnem reliquit nobis in ci
Ioan.6. bum, scilicet in sacramento Eucharistiæ, sicut dixit ipse. Caro mea vere est cibus, &c. Competunt etiam secũdario sanctis viris prædictæ vtilitates agnorum: quia ipsi sancti in varijs vsibus & obsequijs proximis seruiunt. Nam nudos vestiunt, pauperes cibis impinguant, & cõdiunt, & ad infirmorum fomentum & curam, frequenter ex compassione intendunt.

Tertiõ, propter prudentiam: Nam agnus dicitur ab agnoscendo. Duo enim sunt quæ agnus naturaliter discernit, & agnoscit. Primo matrem: Nam inter innumerabiles greges solo balatu matrem agnoscit. Eodẽ modo Christus dicitur esse agnus ab agnoscẽdo: quia in cruce existens matrem agnouit, de ea specialẽ curam habendo, & Ioanni ipsam
Ioan. 9. commendando, quando dixit: Fili ecce mater tua. Quod exẽplum sequentes sancti viri, de parentibus suis vsque ad mortem curam & diligentiam gerũt. Nos etiam exemplo Ioannis studere debemus, vt ipsam beatam Virginem matrem habeamus: Agnus enim balatu matrẽ quærit, inuenta autem ea caput erigit, mãmas quærit, quas dum sugit, poplites flectit: & vt mater ei plus de lacte præbeat, capite matris vbera premit. Sic etiam vir deuotus balatu, id est, voce orationis sanctæ, matrem misericordiæ inquirit, & ad eam caput, id est, mentem per contemplationem erigit, mãmas suæ pietatis & consolationis requirit, deuotè etiam, & sæpe salutando sibi genua flectit, atque capite, id est, mente feruenter desiderando, & importunè postulando, quodammodo quasi præmit, vt suæ consolationis gratiam largius infundat. Secundò, quia agnus naturaliter suum hostem agnoscit, scilicet lupũ: Nã etiam si eum nunquam viderit, statim cùm primo videt, agnoscit. Similiter etiam Christus suos crucifixores agnouit, non odiendo, sed
pro eis orando. Luc. Pater igno- Luc.22.
sce illis, quia nesciũt quid faciũt. In qua oratione aduerte, quod patrem pro eis orãdo, inuocauit, cùm dixit Pater.

Item eis ignoscit postulauit. Ignosce illis, inquit.

Item illos excusauit, quia nesciunt quid faciunt, & hæc tria faciunt etiam ipsi sancti, ipsum agnum sequentes erga aduersarios suos: scilicet quod pro eis orant, eis indulgent, & nõ solum non accusant, sed etiã excusant.

Quarto, propter patientiam: quia ligatus a carnifice, nõ se defendit, siue expolietur vellere siue cute. Et dum portatur ad victimam non plorat, non clamat, non murmurat, non recalcitrat, sed placido vultu suum respicit occisorem, ac si eum portaret ad pascua. Similiter etiam Christus captus, & ligatus in hõrto, non se defendit. Similiter in flagellatione expoliatus veste, lacerata cute, & similiter etiam expoliatus ad crucem se non defendit, nec crucifixus recalcitrauit, nec murmurauit: vnde Hiere. Ego quasi Hier.11.
agnus mansuetus qui portatur
ad victimam. Et Isa. Quasi agnus Isa.53.
coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. Vnde etiam sancti viri hoc exemplum patientiæ, & mansuedinis quãtum possunt imitari conantur. Apoc. Hi Apo.14
sequun-

Digitized by Google

sequuntur agnũ quocunq; ierit.

Quinto, propter munditiam. Nam agnus quasi animal mundum immolabatur, & victimabatur in lege ad figurandum Christum, qui tãquam agnus fuit pro peccatis nostris in ara crucis immolatus. Vnde Ioannes Baptista de eo dixit: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Sic etiam sancti & immaculati viri faciunt Deo victimam de seipsis, eo modo quo Apost. dixit: Exhibeatis corpora vestra hostiam viuẽtem, sanctam, Deo placentem. Et nota, quod immolabatur in lege agnus anniculus, immolatus ad significandum quod ille qui vult de se facere gratum sacrificium Deo, debet esse agnus per patientiam, immolatus per mũditiam, anniculus per continentiam: Dicebatur enim anniculus cũ esset vnius anni completus: quia tunc est optimus: eo quod agnus tanto melior est, quãto a lacte remotior. Vnde est ille vt anniculus qui est remotus a lacte, id est, a carnali delectatione, scilicet per continentiam.

Ioan. 1.

Rom.

Item sancti viri assimilantur equis.

Primo, ratione viuacitatis: quia equus est animal viuax: quia in campis exultat, bellum a remotis odorat, tubis ad prælium excitatur, ad cursum prouocatur, dolent equi cum victi fuerint, gaudent cùm vicerint. Sic sancti viri in campis, id est, in aduersitatum, vel tentationum prælijs exultant, secundũ illud Iac. Omne gaudium existimate fratres cùm in tentationes varias incideritis.

Iac. 1.

Item bellum tentationis, vel bellum mortis procul odorant, scilicet in prouidendo, & præparãdo se tubis, id est, vocibus prædicatorum, vel tubis diuinorum iudiciorum excitãtur ad bellum vitiorũ. Hac tuba excitatus beatus Hier. dicebat: Siue comedã, siue bibam, siue quicquid aliud faciam, semper auribus meis intonare videtur illa terribilis tuba: surgite mortui, venite ad iudicium. Hier.

Item ad cursum, id est, velocitatẽ bene operandi, vel obediendi (de qua dicitur: Viam mandatorum tuorum cucurri) prouocantur. Psa. 118.

Item vincuntur tentatione, vel negligentia: dolore pœnitentiæ purgantur; & in victoria tentationum & vitiorum lætantur.

Secũdo, ratione sagacitatis, quia quidam equi sagaciter recognoscunt dominos suos, & alios super se ascẽdere nõ permittũt. Sic sancti viri recognoscunt Dominum, non tantũ in beneficijs, sed etiam in flagellis, & alium dominum, id est, diabolum, vel peccatũ, super mentis sellam ascendere nõ permittunt, secundum illud: Nolite locum dare diabolo. Ephe. 5.

Tertiò, ratione pietatis: quia aliqui equi in morte dominorum lachrymas fundunt. Et sic sancti viri plorant, considerantes legendo, vel audiendo passionem Domini, scientes, quod sicut fuerunt socij passionum, sic erunt & consolationum.

Item sancti viri quamuis magna vitia vitant, frequenter tamẽ paruis vitijs terrentur. Vnde sunt similes elephantibus, qui domiti sunt in bellis optimi: Nam acies proferunt, armatos ferũt, nec armatorum acies expauescunt, nec suorum rumores fugiunt.

Item super eos turribus ligneis collocatis, de eis tanquã de muro tela ignea emittuntur: & cùm sint tales, tamen de mute timent. Sic sancti viri quãuis magna tentationum bella vincant, & magnarum virtutum arma ferant, nec tribulationes, nec persecutiones 2. Cor. 5

Digitized by Google

tiones expauescant, nec linguas calumniantium seu detrahentiũ fugiant, tamen aliquando aliquis minimus defectus, vel molestia relinquitur eis, qui semper eos in timore & cruciatu tenet. Sic Paulus ad tertium cælum raptus, & omnium tribulationum pericula expertus, communibus gratijs & virtutibus plenus, tamen stimulo carnis premitur, & timẽs ac orans, vt amoueri debeat, minime exauditur.

Item sancti viri assimilantur leonibus in multis. Primo in audacia siue magnanimitate: Apparet enim magnanimitas leonis in triplici actu.

Primus est, quia cum venatores eum sequuntur, nõ latitat, nec se occultat, sed videri se optat, & in medium campum vadens, ad pugnam se præparat, & abscondere, fugere, magnam verecundiam reputat. Similiter sancti viri, & perfecti, tribulationes, & persecutionet, cùm opportunum est, non refugiunt, immo quandoq; persecutores incitando, vel expectãdo, præueniunt, & persecutiones cum eueniunt, magno gaudio
Act. 5. suscipiunt. Acto. dicitur, quòd ibant Apostoli gaudentes à conspectu cõcilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.

Secundum ostensiuum magna-
Isi. li. 6. nimitatis leonis est (secundũ Isido.) quia venatores intuetur, vt ipsis visis minus terreatur, sed amplius animetur. Econtra autẽ est in animalibus pauidis, vt est ceruus & lepus: quia quanto plus aspicerent venatores, tanto plus
Pro. 30. expauescerẽt. Vnde Pro. Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pauebit occursum. Sic sancti & perfecti viri inter suos persecutores positi, dum eos seuire vident, intuentur, & considerant quàm sit eorum potestas, & ita breuiter transitoria, & quomodo eorum perfidia sit æternum supplicium receptura, & quomodo ab illis sibi fabricatur sempiterna corona. Et ideo dum sic intuentur eos, magis crescit in ipsis virtus & patientia. Simile etiam faciunt de tribulationibus & infirmitatibus, considerando quã breues & vtiles sunt: & ideo ex eis fortiores efficiuntur. Apo. Cum infirmor, tunc fortior sum. Iob. 24 2. Co. 12.

Tertiũ ostensiuum suæ magnanimitatis est: quia cum insequitur, saltu vtitur: sed cum fugit, nõ vtitur, sed potius lento passu graditur. Sic sancti insequuntur spiritualia bona saltibus amoris, & feruoris. Phil. Sequor autem si quo modo comprehendam. Can. Ecce iste venit saliens in montibus. Sed in persecutione & pœna positi, non saltando per impatientiam, vel impetum furoris incedunt, sed cum suauitate patientię & mansuetudinis transeunt: propter quæ omnia dicitur Prouer. Iustus quasi leo confidens, absq; terrore erit. Sed nota, quod quãuis leo sit ita securus: tamen quædã sunt quæ dicitur timere, quæ etiam sancti viri timent. Phil. 3. Cant. 2. Pro. 28.

Primum est strata publica. Et hæc strata est mors, per quã omnes oportet transire. Psal. Timor mortis cecidit super me. Secundũ est quoddam animal paruum, & venenosum, quod dicitur leonthosonus, quod signat peccatum. Cuius venenũ fugiunt sancti viri sicut venenum serpentis. Eccle. Quasi à facie colubri fuge peccatum. Psa. 31. Eccl. 21.

Tertium est strepitus rotarum, id est, comminationes scripturarum. Et quasi duæ rotæ sunt duo testamenta, vel duę fortunę, sicut prosperitas & aduersitas, quarum strepitus formidabilis est, quia status periculosus vtriusque fortunæ.

Quar-

Quartum est quoddam animal ferox, quod dicitur lazaimi, à cuius ferocitate vix potest aliqua bestia esse tuta: & signat feritatē & sæueritatē summi iudicis. Psa. A iudicijs enim tuis timui. Psa. 118

Quintum est ignis, scilicet gehennæ, vel purgatorij.

Sextū est decipula, vel laqueus venatoris: & hæc est tentatio, vel fraudulētia dæmonis, quam etiā Sancti timent.

Septimum est flagellum: Timet enim leo quando videt verberari catulum: & sic timenda sunt flagella præsentia.

Secundo assimilātur sancti viri leoni in iustitia, primo distributiua: Nam prædam quam rapit, solus comedere erubescit: & ideo sæpe remotis bestijs eum sequētibus de sua præda aliquid relinquit. Hæc est illa iustitia de qua dicitur in Psalm. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi. Hanc habuit beatus Iob, dicēs: Si comedi buccellam meam solus, & nō comedit pupillus ex ea. Iob. 31.

Item leo vtitur iustitia vindicatiua, siue punitiua erga se, & erga alios: se enim punit quando exardescit in ira: quia iratus terram cauda verberat, & eadem cauda seipsum flagellat in tantum vt sanguis fluat. In quo dat exemplum, vt homo iram suam in seipsum deprimat, & non in alium refundere querat, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit.

Item erga alios vtitur leo iustitia vindicatiua. Matt. 5

Primo, quia vim vi repellit, quasi cum moderamine inculpatæ tutelæ: Nam si quis contra eū telum emiserit, si non eū tetigerit, vtique eum inuadit; sed non ipsum vulnerat, nec lædit, quod est contra illos qui in sua defensione vindictæ moderamine non vtuntur.

Tertiō, sancti viri assimilantur leoni in prudentia: primo, quia leones quādo ambulāt, sua cauda delent vestigia, ne à venatoribus valeant inueniri. Sic sancti viri posteriori pœnitentia delent peccata præcedentia, vt dici possit de eis: Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, &c. Signū etiam cautelæ, & prudentiæ videtur esse in leone, quod dormit apertis oculis, vnde vidētur eius oculi vigilare. Similiter sancti viri quasi dormiendo vigilant, secūdum illud: Ego dormio, & cor meum vigilat: Est enim quasi quies somnus contemplationis, qua ab exterioribus actibus vacantes, intensius vigilant circa spiritualia, & cælestia, oculos mentis aperientes. Psa. 31. Cant. 5.

Item est somnus mortis in quo sancti dormiūt, id est, æternæ pacis quietem accipiunt, vbi in Dei visione oculos mentis aperiunt, ita vt nunquam claudantur. Et licet etiam peccatores, propter quietē siue dispositionē carnis, in sepulchris in morte dormire dicuntur. Psal. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum suarum in manibus suis. Tamen ipsi dormiunt oculis clausis, id est, moriuntur, quia maximè in morte excecantur, & sensum perdunt. Psa. 75.

Quarto sancti viri assimilantur leoni in temperantia, siue abstinentia: Nam leo quando semel satiatur, duobus, vel tribus diebus abstinet: si autem eum fugere oporteat, & nimis sit plenus, cum brācia carnes de ventre extrahit, & sic leuis fit. Et iterū leo diutissimè viuit, quod per dentium comprehenditur consumptionem.

Sic sancti viri abstinentes sunt à cibis corporalibus: & quicquid carnalitatis in se sentiunt, quod eos in spiritu grauet, cum brancia,

Digitized by Google

cia, id est, cum violentia asperæ pœnitentiæ, vt leuiores fiant, euacuare laborant. Quod autem leo diutissimè viuit, signat quod sicut dicitur Eccles. Qui abstinens est, adijciet vitam. Eccl. 7.

Quinto sancti viri assimilantur leonibus in clementia siue pietate. Nam contra hominem ab eo non læsus nequit irasci, sed est homini naturaliter pius: Nam si non nimia fame vincatur, prostratis parcit, captiuos obuios abire permittit, nec hominē nisi in magna fame comedit, vel occidit (vt Isid. dicit) Fœminas etiam non tangit, & raro infantes, nisi magna fame compulsus. Similiter sancti viri sunt alijs mansueti, vt non irascantur inordinatè, vel de facili contra eos.

Item sunt pij hominibus præcipuè miserabilibus, cuiusmodi sunt captiui, mulieres viduæ, pueri, pupilli, & huiusmodi.

Item prostratis, id est, se humiliantibus parcunt, etiam ab iniurijs proprijs. Ostendit etiam leo pietatem ad seipsum, maximè in morte: Nam leo quando moritur, terram comedit, & mordet, & lachrymatur. Et sic homo debet in morte esse pius animæ suę, remordendo pro compunctione vitam suam terrenam, & lachrymando, siue flendo peccata; vnde Augu. tempore mortis suæ contra lectū in pariete fecit sibi scribi psalmos pœnitentiales, & plurib⁹ diebus eos legendo plorabat.

Item sancti viri assimilantur leporibus.

Primo ratione velocitatis. Est enim lepus animal velox ad currendū. Vnde dicitur lepus, quasi leuipes, quia currens leuiter mouet pedes: Nam cōtra omne nociuum dedit natura salubre remedium, vt dicit Auice. Vnde lepori data est membrorū leuitas, Auic.

cursus agilitas, & sub pedibus pilorum villositas, vt dum fugere oportet, pedes nō lædat Sic sancti viri sunt veloces ad mandatorum Dei obedientiam, vel audiētiam, secundum illud. Sit autem omnis homo velox ad audiendum. Iac. 1.

Item sunt currentes ad mandatorum obseruantiam, secundum illud Psalm. Viam mandatorum tuorum cucurri, &c Gratia enim Dei quæ potiora remedia tribuit quam natura, dat eis membrorū leuitatem per continentiam, cursus agilitatē per charitatem feruidam, quæ omnia facit agilia & leuia. Psa. 118.

Item pedum villositatē per pœnitentiam asperā, quæ pedes affectionum custodit illæsos.

Secundo, ratione timiditatis: quia lepus est animal pauidum. Sic sancti viri sunt semper pauidi, siue de diuinis iudicijs, secundum illud: A iudicijs enim tuis timui; siue de præteritis peccatis. Psa. 118.

Eccles. de propiciato peccato, noli esse sine metu, siue de tentationum præcipitio. Prou. Beatus homo qui semper est pauidus. Eccl. 5. Pro. 28.

Tertio ratione mititatis. Est enim animal mite & imbelle. Vnde nulla defensione vtitur nisi præsidio fugæ. Sic sancti viri sunt mites in conuersatione, imbelles, id est, sine proximorum offensione fugientes vitia & temporalia commoda, & iurgia siue litigia. Et nota, quòd lepus fugiens canes, naturale habet quod fugiat contra montes: habet enim crura posteriora longa, vt facilius corpus eleuet quando per montem ascendit. Vnde facilius eum canis inuadit quādo de mōte descēdit: tunc enim non benè currit, sed quasi cadendō incedit. Vnde quando potest, montem circuit, quousque versus montē se erigit, & sic sæpe canes effugit. Sic sancti viri

Digitized by Google

viri fugientes tentationes, fugiũt ad montem, id est, ad Christum.

Prou. 30 Prouerb. Lepusculus plebs inualida, in petra, id est, in Christo collocat cubile suum: Ipse enim

Isa. 2. est mons de quo Isa. Erit mons domus domini in vertice mõtiũ. Ipse etiam idem est petra, de qua

1. Co. 10 Apo. Petra autẽ erat Christus. Vel ad montem, i. ad contemplationem paradisi: Habẽt enim sancti lõga crura posteriora, i. magna sequentis vitæ desideria, i. eorũ quę post istam vitam sequentur. Et talibus desiderijs eorum mens in cõtemplatione illius celsitudinis faciliter eleuatur. Quãdo vero de monte cęlestis contẽplationis ad terrena pertractanda, vel cogitanda anima descendit, tunc faciliter in peccatum cadit, & canis i. diabolus eam facilius capit. Et ideo sancti contemplãdo circuerunt, quousque ad illius supernæ dulcedinis aliquam gustationem assurgunt.

Quarto ratione vtilitatis. Est enim animal vtile quo ad cibũ, quo ad vestitum, & quo ad medicinamentũ, nam eius oculi valent contra venenum. Sic sancti viri alios pascunt suis doctrinis, vel eleemosynis, vestiunt exemplis: Quasi enim cius pellibus, id est, virtutibus induitur, cum aliquis exempla imitatur.

Item medentur suis cõsilijs, vel suarum orationum auxilijs.

Itẽ sanctus vir assimilatur taxo.

Primo ratione pœnitẽtiæ: quia taxus habet pellẽ valde hispidam, & villosam, quæ melota dicitur. Quid autem est pellis villosa, & hispida? nisi corporis pœnitentia humilis & aspera. Talem pellem Ioannes habuit, cui cibus fuit locusta, & mel syluestre, & vestimentum de pilis camelorum.

Secundo ratione prouidentiæ: quia Plinius dicit, quòd quando a canibus persequitur, anhelitum retinet, & sic cutẽ inflat, & morsus canum deuitat. Similiter sanctus homo, quãdo persequentes, & iniuriantes patitur in se, per patientiam spiritum suum cohibet, vt per impatientiam, vel iracundiam extra nullatenus exeat: & sic morsus canum, id est, lasiones persequentium euadit, vt animæ suæ saltem non noceant.

Tertiò ratione prouidentiæ: Fructuram enim taxus præuidet tempestatem: & ideo cauernam sibi parat diuersos exitus habentem, et quando flat ventus aquilonis, obturat cauda foramen aquilonare; quãdo australis claudit australe. Sic sanctus homo vento aquilonari flante, i. aduersitate ingruente, foramen cauda claudit, i. finis breuis cõsiderationem opponit, & leue æstimat omne quod patitur, ex quo breui trãsitu finitur: Nam omnia breuia tolerabilia esse dicũtur, etiã si sint magna, vt dicit Tullius. Similiter austro flante, i. prosperitate aridẽte, clausuram caudæ vir sanctus obijcit, i. memoriã mortis: quia facilè contemnit omnia, qui semper se cogitat esse moriturum.

Cap.

Item taxus in suis latibulis contra hyemem congregat cibum, & si deficit cibus, supplet somno, & hoc pluribus animalibus accidit, vt patet de glire, & mure. Sic sanctus vir prouidet sibi in hyeme, i. pro tempore mortis, congregãdo merita bonorum operum per vitam actiuã. Et si deficiat cibus, i. exercitium, vel voluntas merẽdi per actiuam, iuuat se cum somno, i. cũ tranquillitate, & quiete vitæ contemplatiuæ. Vnde sancti viri tempora quibus vacant à laboribus vitæ actiuæ non ociosa dicunt: quia tunc apud seipsos in sanctis meditationibus quiescũt.

Sapiens quid agere debeat vt suam augeat sapientiam: quadam aranea similitudine edocetur.

Cap. CVI.

SApiens homo similis est aranee, quæ stans in telæ medio subiecto muscam sentit; quam si obtinuerit, eam filis suis multipliciter circumuoluit; cuius caput primo abscindit, & sic omnē eius humiditatem fugit. Sic sapiens in medio telæ, si in contemplatione rationis, cuius mediū est dei, minare in actibus virtutum moralium consistit. Et inde muscas volantes, i. formas sensibilium, ad suos sensus, vel imaginationem venientes, rapit, & ad examen rationis ipsius intrinsecus reducēs, multis considerationibus circūuoluit: & capite abscisso, i. exteriorum sensuum iudicio excluso, quod fuit huiusmodi cōgregationis, interiorem veritatem extrahit, & in suum cibum, i. in summa documentū, seu profectū conuertit. Eze. Aquila tulit medullā cedri: nam aquila est homo sapiēs, & intelligens, qui de cedro trahit medullam, quando de re sensibili trahit veritatem intelligibilem. Eze. 17.

Homines aliqua scientia præditi, voluptatibusq; vacantes, Onocentauris ac Hyppocentauris similes iure effeminantur.

Cap. CVII.

SCientia cum mala vita, facit homines similes monstruosis animalibus onocentauris, & hyppocentauris. Dicit. n. Philio, quòd onocēntaurus est animal ab asino homineque compositum: nā ab vmbilico sursum habet effigiem humanā; vnde medius est inter hominē, & asinū: sicut hyppocentaurus inter hominē, & equū, vt Isi. dicit. Talis est homo literatus, & voluptuosus: quia ex vna parte est rationalis, & ex alia bestialis, cognitione spiritualis, opere carnalis. Isidor.

Hæreticorum schismaticorumq; peruersitas, qui lupis, leunculis, viperæ filijs, ac Panthera catulis assimilantur, planis declaratur exemplis.

Cap. CVIII.

SChismatici & hæretici sunt similes leunculis, qui vterū matris laniant, & ideo non sæpe parit. Vnde Ari. dicit, primo leænam quinaque catulos parere, postea quatuor, & sic omni anno vno minus, quousque sterilescat. In hoc ergo schismatici sunt leunculis similes, qui vnitatem matris ecclesiæ, & fidei in qua sunt spiritualiter geniti, scindūt & diripiūt. Ari. de anl.

Item schismatici similes sunt filijs viperæ: dicitur enim vipera, eo quod vi pariat: Nam cū tēpus pariendi aduenerit, filij non expectantes naturæ operationem, eius latera rodunt, & cum matris interitu exeūt. Sic schismatici in vtero matris ecclesiæ geniti, non expectantes nec sustinentes eius correctionem, rebellando exeūt; & dum eius vnitatem scindunt, quantum est in se, ad interitum ducunt.

Item schismatici, & hæretici assimilantur catulis pantheræ, qui odientes matrem, vngula lacerāt eius aluum, tanquam eorū egressui resistentem. Vnde non parit panthera nisi semel. Sic schismatici & hæretici vnguibus, id est, malignis studijs, & doctrinis, sanctæ matris ecclesiæ lacerant vnitatē, quia eorum perfidiæ resistit.

Item hæretici assimilantur lupis. Primo ratione infectionis: Nā lupus lanam ouis quam occidit morsu inficit, & vestē ex tali lana factam pediculosam reddit, vt dicit Isid. Sic hæreticus morsu vel ore lanam ouis, id est, simplicitatē conuersationis hominis, quā falsa doctrina spiritualiter occidit, corrumpit, & eam pediculis, id est, corruptis operibus abundare facit.

Item cordula facta de intestinis lupi, durata cordulis citharæ factis de intestinis ouis, eas destruit, & corrumpit. Cordulæ de inte-

Digitized by Google

intestinis luporum, prauæ doctrinæ sunt hæreticorum, sed cordulæ de intestinis ouium, sunt cogitationes, & opiniones simpliciũ. Sed si hæc duo simul coniungantur. s. vt praua doctrina, vel falsa opinio hæreticorum à simplicib. recipiatur, tunc simplicitas & sinceritas fidei totaliter euacuatur.

Contemplatiui pluribus exemplis capris siluestribus comparantur: Dæmonesq; præcipue solitarij insidiari declarantur.
Cap. CIX.

SOlitarij, & contemplatiui, qui s. perfecti sunt in vita anachoritica, similes sunt capris syluestribus.

Primo, quia talis capra est asperrima à victu. Vnde capra à carpendo est dicta, eo quod carpat aspera loca, & sic anachoritici viri in desertis, aut locis asperis commorantes, oportet quod asperum victum carpãt, sicut patet in Ioan. Baptista.

Secundo, quia est altissima in situ. Vnde tales capræ vocantur ibices, quia ad modum illarum auium quæ ibices dicuntur ardua loca scandit, ita ꝙ vix patent humanis obtutibus, vt dicit Isid. Et tales sunt viri perfecti, cũ ad summa & inuisibilia per cõtẽplationẽ leuãtur. Apo. Nõ contẽplationibus nobis quæ vidẽtur, sed quę nõ vidẽtur, quæ. n. vidẽtur tẽporalia sunt; quæ aũt nõ vidẽtur, æterna. Tertio, quia talis capra est acutissima in aspectu: Nã in altissimis montibus tales caprę cõmorantes, de longinquo veniẽtes cõspiciũt venatores, & in petris dirutis stantes, cũ homines, vel feras aduenire præsentiũt, de altissimis saxorũ acuminibus se præcipitantes in suis cornibus suscipiuntur illęsæ. Sic sancti viri in altissimis cõtẽplationibus illuminati, delõginquo tẽpore prouidẽt tẽtationes futuras, & dæmonum deceptiones malignas, quas cum de vitio instare sentiũt, de petris altissimis. i. à cõtẽplatione sublimiũ se in imũ proijciunt: quia se ad cõsiderationẽ proprię infirmitatis, per mẽtis humilitatẽ, reducũt, & per intimæ humilitatis custodiam superborum dæmonum laqueos euadunt.

Isidor.

2. Cor. 4

Quarto, quia talis capra est velocissima in cursu. Et similiter viri perfecti in operibus spiritualibus non sunt tardi, seu pigri, sed soliciti, & festini, & tãto currunt amplius, quãto amãt feruentius: nam qui amat vehementius, currit velocius, præuenit citius, sicut dicit Bern.

Bern. super. Cã.

Quinto, quia capra syluestris est sagacissima in pastu. Nã visu, gustu, olfactu discernit in pastu. Et similiter sancti viri spiritualẽ pastum discernũt visu. i. legendo, & meliora & vtiliora præeligendo. Itẽ gustu, cõtemplãdo, quia cælestia auide transglutiunt, tẽporalia vero contẽnendo fastidiũt. In olfactu, imitãdo, quia odores ciborum. i. exẽpla virtutũ sequuntur. Fœtores vero. i. vitiorum exẽpla fugiunt, & abominantur. Sexto, quia syluestris capra est sanissima in potu: Dicit enim Pli. Siquis lac huius capræ bibat, languorem euitat. Ita lac, id est, spiritualis doctrina talium perfectorum virorum bibitum, id est, deuotè, & auide sumptum, facit mẽtem vitare languores vitiorum.

Plin.

Item solitarijs, & spiritualibus insidiãtur dæmones præcipue, & maxime pręualẽt negligentibus, & somnolẽtis. Vnde assimilantur dæmones quibusdã serpentibus qui morãtur in syluis, qui comedũt volucres, & bestiolas, earum humorem sugẽtes, vt dicit Ari. & tales insidiantur dormiẽtibus: & si eorum ora inuenerint aperta, subintrant eorum corpora, amãtes calorẽ naturalẽ, & odorẽ. Sed

Aris. de anima.

contra hos pugnat lacerta, quæ dicitur saura, quæ sentiens præsentiã serpẽtis, saltat super faciẽ dormientis, & pedibus scalpit, vt eum excitare possit, sicut dicit Auic. Per volucres itaq; qui morantur in syluis, intelliguntur viri spirituales, & contemplatiui. Et per bestiolas, intelliguntur homines grossiores, & simpliciores, solitariam vitam ducentes, quos serpentes, i. dæmones comedũt, cũ eos ad suæ iniquitatis cõsensum trahere, & infectere possũt. Quibus, & si aliter nocere non possunt, saltẽ humorẽ deuotionis & cõpũctionis abstrahere conãtur. Insidiãtur autẽ maximè dormiẽtibus. i negligẽtibus, & ociãtibus. Et si per incautelã, vel negligentiam eorum sensus inueniunt apertos, & circa exteriora vagantes, validius intrant in eos, vt tollant eis calorem dilectionis, & odorem deuotionis, & ita eos spiritualiter extinguunt. Sed eis vt plurimũ auxiliatur lacerta, i. angelica custodia, eorum negligentiam excitans: vel lacerta ista est sacræ scripturæ doctrina, præcipuè saluatoris, qui nos ad vigilãdum, & orandum solicitat Matt. Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationẽ. Et similiter Petrus nos excitans, ne serpẽs ingrediatur in nos, dicit: Sobrij estote, & vigilate, quia aduersarius vester diabolus, &c.

Matt. 1.

1. Pet. 5.

In via Dei proficere volentes, malorum societatem debere omni tempore effugere: Cerua parturientis vnico exemplo aperitur.

Cap. CX.

SOcietatem malorum debet fugere, qui propositum salutis prosequi vult, & perficere, exemplo scilicet ceruarũ: Cerua enim cum est paritura, elongat se à semitis feris notis, & appropinquat

Arist. li. de ani.

semitis ab hominib. tritis. Vnde (sicut dicit Arist.) Iuxta viam parit, vbi præ timore hominum, ferum animal non accedit. Sic ergo, qui vult parere, id est, perficere bonum propositum conceptũ, debet se elongare à feris, id est, à malis, & iniquis: & appropinquare, siue adhærere hominibus, i. bene & rationabiliter viuentibus, quorum beneficio tutior esse possit. Sed dæmones quẽ volunt corrũpere, ab hominibus. i. à bonis recedere faciunt, & cũ feris, i. cum malis conuersari, vel habitare, secundum illud: Eijcient te ab hominibus, & cum bestijs ferisque erit habitatio tua.

Dan. 4.

Quo pacto sacra scriptura studijs studiosi, quásque partes habere debent: animalia ruminantium pulcherrima similitudine admonentur.

Cap. CXI.

STudẽs in sacra scripturã prius debet quærere sensum literalem, deinde inuestigare sensum spiritualẽ. Quod ostãditur exemplo animalium ruminantiũ: quia omne animal ruminans, habet duos ventres, vnum magnum, & alium paruum. Cuius causa est digestio multiplex, nam talium cibus est siccus, & non bene à principio masticatus, propter aui ditatem edẽdi, vnde oportet iterum masticari, de maiori igitur ventre ad os trahitur, & sic secũdo ibi masticatus ad secundum ventrem transmittitur, vt ibi perfectè digeratur. Ruminatio autẽ escæ, est meditatio sacræ scripturæ, quæ prius reducenda est ad magnum vẽtrẽ, i. ad sensum literalem, qui est primus & generalis sensus totius sacræ scripturæ. Deinde ducenda est per meditationẽ ad paruũ ventrẽ, i. ad spiritualem sensum, qui quidem paruus dicitur, quia humiliter, & sobrie est quærendus: quia non nisi paruulis datur scripturæ sacræ mysticus intellectus; Psalmus illumi-

Psa. 118

illuminat, & intellectum dat parvulis.

Item paruus dicitur, quia in vita ista parũ ab homine de æternis spiritualibus capitur. Nam ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Hic tamen cibus perfecte digeritur, quando vita & opere impletur. 1.Cor.3

Item sacræ scripturæ profundus prædicator, cuius est hostes fidei expugnare, cum discretione & sobrietate perscrutari, & discere debet: Nam illi equi apti sunt duci ad bella, qui in bibẽdo profundius nares infigunt, quia tales (vt dicunt) vrina non grauãtur in cursu. Per equos ergo aptos ad bellum, prædicatores catholicos, seu doctores intellige, qui habent contra hęreticos disputare, quia nares discretionis in aquam sacræ scripturæ profundè debent infigere, i. cum discretione studere, vt sensum scripturæ profundè hauriãt, & intelligantur, & sic in cursu vrinæ, id est, erroris conceptione, vel obstaculo, minime lædentur.

Item studium spiritualis doctrinæ in tribus consistit, s. in adiscẽdo, eligendo, & retinendo: quod patet per exemplum in dentibus animalium: Nã quædã animalia sunt quæ habent dẽtes ad capiẽdũ, vt canes, & animalia prędę, et ideo habẽt dẽtes diuisos, & acutos, vt possint melius capere prædam; Quædam vero habent dentes ad pascendum, vt camelus, & vacca, & huiusmodi, & ideo habent eos æquales, & continuos, vt melius herbas præcidant: Quędam vero habent dentes ad cibum retinendnm, sicut pisces: Nam pisces præter modum aliorum animalium habẽt plures ordines dentium quam duos, quia præter dentes quos habet serratos, & distãtes, habet etiã interius dẽtes miro modo insitos, cũ quibus (vt dicit Ari.) recolligunt cibos, ne aquæ lubricitate de eorum faucibus eruantur. Illi autẽ habent dentes ad capiendum cibum spiritualem doctrinæ, qui sunt apti, & studiosi ad discendũ. Sed quia non omnes æqualiter eadem discẽda sunt apti, ideo isti dentes sunt diuisi, & tãto ad discendũ sunt magis idonei, quãto ad intelligendum quæ legunt, vel audiũt, magis inueniũtur acuti. Animalia vero quæ dentibus herbas pascendo præcidũt, quod eis melius videtur capiunt, & alia dimittunt, & ideo pascendo meliora eligunt. Vnde illi habẽt dentes ad pascendum, qui his, quæ audiunt vel legunt, studiosi sunt ad meliora & vtiliora eligendum, & memoriæ, vel etiam scripturæ aliquãdo commendãdum: sed illi habent dentes ad retinendum, qui sunt soliciti, & studiosi, non tantum ad audiẽdum, vel legendum, sed etiam ad repetendum, & recogitandum, quia frequẽs meditatio saluat memoriam, secundum Philosophũ. Vnde sine repetitione crebra memoria inuenitur labilis & lubrica. Arist. de me. & remi.

Mali superborum mores, ferinaq; vitia, ex pluribus Tauri, Draconis, Baracis, Bubaliq; naturalibus effectibus plane cognoscuntur.

Cap. CXII.

SVperbus assimilatur tauro.

Primo, ratione ferocitatis: sunt enim tauri ferocissimi, quãuis sub arbore fici ligati dicuntur fieri mansueti (vt dicit Isido.) Sic superbi, feroces sunt, & proni ad iniuriandum & lædẽdũ alios, nisi ligentur sub arbore fici, i. restringantur sub dominio alicuius viri probi, qui sit mitior, & dulciòr. Iudith. Ligauerunt Archior ad arborem, nam Archior, qui interpretatur montanus, signat superbia tumidũ, quia mons est tumor iræ, qui ligandus est ad arbo Iudit. 8.

rem, id est, restringendus ad arbitrium superioris.

Secundo, ratione singularitatis: dicit enim Ari. quod taurus pascitur solus, nisi tempore amoris: & sic superbus vult esse solus in honoribus, & dignitatibus, quibus pascitur, nisi forte aliquibus amicis communicet Psal. Singularis ferus depastus est eam.

Aris. de anima.

Psal. 79.

Tertio, ratione inflationis: quia si quis de corio taurorũ modicũ scinderit, & cum fistula sufflãdo parum cutem à carne subleuauerit, impinguabitur. Etiam impinguatur cum ficubus, & vuis passis, sic superbi impinguantur, siue inflantur cum inflatione fistulæ, id est, ex verbis blandientis, & laudantis, & cum ficubus, & vuis passis, id est, quando dicuntur, & offeruntur eis dulcia quæ delectent. Sed contra eorum inflationem dicitur. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus.

Eccl. 6.

Quarto, ratione crudelitatis: habent enim tauri cor durum, & crudele. Et dicit Arist. ꝙ in corde tauri sæpe os durum inuenitur, quod scilicet designat duritiam cordis superborũ. Eccl. Cor durũ male habebit in nouissimo.

Aris. de anim.

Item superbus assimilatur draconi.

Primo, quia draco est venenosus: Et ideo quando per aërem fertur, aër concitatur, per eum etiã mare intumescit propter eius venenum. Tale est etiã venenum superbiæ, quod interius cor tumefacit, & exterius rixas velut tempestates aëris concitat, & inducit.

Secundo, quia est insidiosus: Insidiatur enim elephanti, & sitit sanguinem eius; Vnde elephas videns draconem super arborem nititur eam frangere vt occidat eum, Draco autem insilit in eũ, & nititur eum mordere inter nares, impetitque oculos eius, & aliquando eum excæcat, & aliquando insilit super eum à tergo, & mordet eum, & sugit sanguinem eius, & post longum conflictum, ex subtractione sanguinis debilitatur elephas in tantum, quod super draconem cadit, & moriẽs suum occisorem occidit. Causa autẽ quare draco sic eius sanguinem appetit, est frigiditas sanguinis quo suum incendium refrigerari quærit, vt dicit Isidor. Sicut ergo draco insidiatur elephanti, sic superbus, & ambiciosus insidiatur maiori, & regnanti, interdum sanguinem eius sitit vt ipse regnare possit. Vnde & ipsum inuadit aliquando à fronte, id est, aperte & manifeste, aliquando, à tergo, id est, latenter, & occultè, & quãdoque ipsum prosternit, & extinguit, & nõnũquã ex eo, vel propter eum, etiam i se perit, sicut frequenter in principibus mundi accidere videmus.

Tertio draco est ventosus, quia s. ventum sequitur, & diligit: Dicit enim Solinus, quod draco est animal ita sitibũdum, quod quasi aqua satiari non possit: Vnde os contra ventũ aperit, vt sic suum incendium mitigari possit, vnde sæpe impetus eius in velum, subuertit lignum. Sed nautæ dũ draconem præsentiunt, quod ex tumore maris aduertũt, statim vela deponunt, & sic periculũ draconis euadunt. Similiter superbus non satiatur aquis delitiarũ, sed adhuc sitit ventos vanitatis, & bonorum, vnde sequitur vela nauiũ. i. glorias, & vestigia magnorum, quos etiã quandoq; subuertit, dum eorũ ventũ, & honorum gloriã sitit. Vnde tutius esset vela honoris deponere, quã dracones tales cõtra se habere. Iob. Frater fui draconũ, & socius struthionũ.

Solin.

Iob. 30.

Item superbus assimilatur boraci, i. rubetæ, quæ est rana venenosa

nosa,quæ sicut dicit Plin. habet duplex iecur, vnū summè venenosum,aliud vero est cōtra venenū remediū, & datur pro antidoto contra noxium, vnde ad cognoscendum quòd sit bonum, & quod sit malum, proijciunt illud in nidum formicarum, quæ statim venenosum fugiunt,& aliud petunt.Sic in homine superbo est aliquando æstimatio, vel excellētia alicuius gratiæ,seu probitatis: & ista est venenosa, quia cōtinet venenum elationis. Sed ex alia parte ineſt defectus ei, vel infirmitas carnis,& hæc est medicina humilians animū, & repellens. 2.Co.12 elationis venenum. Vnde Apostolus ne venenoso iecore necaretur,superbiæ, antidoto alterius munitum se asserebat,dicens: Ne magnitudo reuelationū extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ &c. Vnde formicę,id est,prudentes viri,à suæ magnitudinis æstimatione se auertunt, ne veneno superbiæ inficiantur, & ad suam infirmitatē solicitè respiciūt,vt per humilitatē saluentur.

Item superbi assimilātur bubalis,quorum ferocitas, & fortitudo domari nō potest, nisi aculeo ferreo in naribus eorū infixo. Sic superborū ferocitas, & præsumptuosa fortitudo, non subijcitur nisi forti tribulatione, & oppressione. Vnde dicitur cuidā superbo: 4.Re.19 Ponā circulū in naribus tuis.

Dæmonum in variis peccatis insidiantium, fraudulenta tentationes, earumq; callidiates numerantur, quone pacto tentati seipsos tueri debeāt, ex Cerua, Apro, Camelo, Hædo, formicæ, Vipa, ac diuersorum serpentium naturalibus effectibus, multisq; exemplis terminatur.

Cap. CXIII.

TEntationes fraudulētas dæmonum sancti viri humiliter metuunt; prudenter fugiunt, efficaciter repellunt. Sunt enim virtuosi quodammodo sicut cerui,dicūtur enim cerui timere vocem vulpis. Quid enim est vox vulpis nisi fraudulenta suggestio dæmonis?Sed cerui magnis cornibus muniti, sunt viri magnis virtutibus tuti.Timēt ergo cerui vocem vulpis, quia sancti viri semper metuūt fraudulentiam & a Eccl.25 ſtutiam dæmonis.Eccl. Sta in iustitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem.

Itē ceruus quando canis ipsum insequitur, si inuenit biuium, nō rectis currit vestigijs,sed nūchuc, nunc illuc transuersaliter saltus mutat,tūc enim conatur transire per cōtrarios passus, vt sic in eius vestigijs canes decipiantur.Similiter quoq; sancti viri cū eos diabolus tentando persequitur, non rectis vestigijs,sed transuersaliter eurrūt:quia cū de superbia pulsari se sentiūt,mox nō ad cōsideratione suæ virtutis, sed suæ infirmitatis recurrunt, & cùm obiecta infirmitate de pusillanimitate tentantur, quasi per saltum transuersum, quæque sua fortia opera ad memoriam reducere tagunt. Sic enim beatus Iob ne magnitudo virtutū eū extolleret, ad suā fragilitatem considerandā cucurrit,dicens: Parce mihi domine,nihil enim sunt dies mei Quid est homo, quia magnificas eum aut quid apponis erga eū cor tuū? Et rursus ne ex calamitatū suarū multitudine desperet, ad suā innocentiam pentandum saltauit, dicens. Non peccaui, & in amaritudinibus morabitur oculus meus.Et rursus.Vtinam apponderentur peccata mea quibus iram Iob 7. inertiæ,& calamitas quam patior in statera.Quasi enim arena maris hæc grauior appareret. Quasi Iob 6. ergo cōtrarios,& trāsuersales saltus dabat,qui nūc, vt sibi parceretur rogabat, nūc autē se nō peccasse dicebat, vt neq; in elationē

superbiæ innocentia duceret, neque in desperationem animæ eũ calamitas traheret.

Item ceruus quando canes eum insequũtur, si potest fugit ad fluuium, vbi ex aquæ frigiditate viribus resumptis trãsnatãdo, aqua venatorem effugit. Tunc autem canes insequuntur ceruũ, quãdo importunæ cogitationes, vel tẽtationes molestant, & stimulant animũ: qui tunc ad fluuiũ fugit, quando ad sui considerationem cũ timore rediẽs, copiosas lachrymas fundit, dicens Deo & orans: Deus meus es tu, ne discesseris à me, quoniam tribulatio proxima est, & nõ est qui adiuuet, quoniã circũdederũt me canes multi, & concilium malignãtium obsedit me: Oratio enim lachrymosa sic animum fortificãdo corroborat, vt non solum canes, id est, tentaPsal.73. tiones euadat, sed etiã extinguat. Psal. Tu contribulasti capita draconum, i. tentationes dæmonum, in aquis, scilicet lachrymarum.

Itẽ ceruus quando capitur, mugit, & lachrymas fundit. Vnde etiã homo a tentatore per consensum captus, statim emittat mugitũ dolorosæ confessionis, & lachrymas effundat copiosæ compunctionis, antequã pertrahatur ad prauitatem operis, vel ad illaqueationẽ malæ consuetudinis.

Item tentationes dæmonũ assimilantur incessibus serpentum: Nam quidam serpentes incedũt, siue serpũt semper flexuosè, & tales sunt dæmones qui tentant insidiosè, & sub specie boni, incipientes a recto, & declinantes ad curuum. Quidam vero semper incedunt rectè, vt centrix. Vnde Lucan. Lucanus ait: Est semper recto lapsurus limine centrix, & tales sunt, qui directè, & apertè suggerunt mala, vt adulterium, & homicidiũ, & huiusmodi. Alij autẽ sunt qui semper curui super pectus incedunt: & hi sunt dæmones tentantes de auaritia, & inuruantes cor hominis ad terrena desideria. Aliqui autem serpentes a pectore sursum ejecti vadunt: sicut quidam serpens terrenus, & aquaticus, nomine chelidrus: & hic serpens quando currit, crepat si se torserit. Tales ergo sunt dæmones tentãtes de superbia, quę erigit cor ad alta per elationem; & potius creparent quidam superbi moriendo, quam se flecterent humiliando.

Item quidam serpentes sunt qui tardè mouentur. Et isti sunt dæmones tentantes de negligentia, & pigritia, quæ ad accidiam pertinent.

Item sunt quidam tantæ velocitatis, vt volare videantur. Vnde & quidam serpens iaculus dicitur, qui vt iaculum volare putatur. Et hic arbores exilit: & si obuiam quicquam habuerit, statim illud perimit. Tales sunt dæmones tentantes de ira, cuius motus velox est, non expectans rationis consilium, & sibi obuiantes, id est, resistentes percutit. Sunt etiã in Arabia serpentes alari, qui syrenæ sunt dicti, qui plus currunt quam equi, & ideo volare feruntur, quorum tantum est virus, vt prius homo moriatur, quam dolor aliquis sentiatur. Tales sunt dæmones de luxuria tẽtates, quæ velociter volare dicitur, quia eius delectatio citò labitur: sed prius animam delectando occidit, quã eius dolor sentiatur.

Item quidam sunt fraudulenti, & infidiosi, sicut ceraftes, qui est serpens cornutus qui sub arena se abscondit, & tantum cornua ostẽdit, quę habet ad modum arietis; ad quem dum animal, vel auis accesserit, ipsum non arietem, sed anguem pessimum inuenit. Tales sunt dæmones tentantes de inuidia, quia inuidus dolo-

Digitized by Google

dolose, & fraudulenter capere & subuertere conatur. Item est serpens bona dictus, qui greges sequitur armentorum, & bubalorum vberibus se suspēdit, & dum lac bibit, ipsum animal occidit. Vnde à bobus, siue à bubalis nomen accepit, vt dicit Isid. Tales autem sunt dæmones de gula tētantes. Vnde sequūtur greges armentorum, id est, hominum bestialiter viuentium, & in gustu lætis, id est, in delectatione gulæ, percutiunt animam, & occidunt.

Isid. de sum. bon.

Prou. 23. Prouer. Ingreditur blandè, & in nouissimo mordebit vt coluber.

Item tentationes dæmonū similes sunt venationibus animalium, de quibus in Psal. Ipse liberauit me de laqueo venantium. Nam (secundum Auic.) venantur quędā animalia de nocte, vt quidam lupi: quædam de die, vt canes & vrsi, & huiusmodi: quædā vero de die & de nocte, vt etiam quidam lupi. Sic etiam quidam dæmodes tentant de nocte, idest, occultè, & sub specie boni, & iste est timor nocturnus, de quo dicitur in Psal. Non timebis à timore nocturno, & à negocio perambulante in tenebris: Suggerit enim interdum abstinentiam vt inducat impatientiam, suggerit dare bonum exemplum alijs, vt inducat ad vanam gloriam, & similia. Quidam vero tentant de die, id est, apertè, & manifestè mala suggerēdo, vt quādo tentāt de luxuria, homicidio, furto, & similibus, & ista est sagitta volans de die. Quidam vero de nocte, & de die: quia quandoque dæmon tentat vtroque modo: Nam primo tentat subtiliter, & quasi rationabiliter ingreditur; sed postea facit ruere in apertum malū. Vnde in hoc diabolus similis est manciori animali monstruoso, quod dicitur habere faciem hominis, sibilum serpentis, caudam scorpionis, velocitatem auis volantis, & tres ordines dentium, carnes autem humanas appetit ad edendum. Caput ergo habet hominis, & sibilū serpentis, quia primo tentat subtiliter, & quasi rationabiliter; habet tres ordines dentiū, quia de tribus tentat, scilicet de concupiscentia carnis, de concupiscentia oculorū, & superbia vitæ. Corpus autem habet leonis, quia fortiter detinet, caudam vero scorpionis, quia in fine nequiter pungit, vt auis velociter discurrit, hominum carnes appetit, id est, vt carnales homines violet & trucidet. Hæc ergo tertia tentatio vocatur, dæmonium meridianum, quia scilicet tanquā media participat primas duas, & primam & secundam.

Psal. 90.

Psal. 90.

Item sancti viri tentationes intuentes, muniunt se sicut aper cōtra venatores: Nam aper tribus modis se munit: primo dulciorem partem corporis opponendo: Nā iu latere suo dextro locum duriſſimum habet, quem scilicet semper opponit venabulo persequētis, & tāquam clypeum validum, illum locum semper obiicit. Sic etiam sancti viri contra tentationum impetus, duritiā, id est, asperitatem corporis, obijciunt, secūdum illud: Ego autem cùm mihi molesti essent, induebar cilicio, humiliabam in ieiunio animam meam. Psal. 34.

Item aper se munit, culmos suos, id est, dentes longos ad arbores acuendo: Sciens enim sibi imminere periculū, acuit culmos, ad arbores eos fricans, & fricādo eos probat, si bene incidunt, quibus postea pro gladijs vtens, omne quod ferit laniando dirumpit. Hi ergo culmi sunt virtutes pœnitentis, quæ acuuntur, cùm ad arbores fricantur: quasi enim culmos suos ad arbores fricare, est suas virtutes proprias sanc-

Digitized by Google

rum, & fortium virorum virtutibus comparare: quibus, illorum exemplo, & ad opus feruentiores, & ad bellum acutiores reddantur.

Item aper se munit origanum masticando. Nam si dentes fricādo ad arborē, hebetes eos inuenerit, herbam origanum quærit, cuius virtute masticando dentes acuit, vt Auie. ait. Origanum itaque est verbum Dei, cuius mastication, id est, consideratione, cōtra tentationes anima præmunitur: viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Vel origanum est diuina protectio, quam orando quærere debemus, vt eius virtute vires nostræ contra tentationes tutiores & fortiores reddantur.

Item tentationes carnis expugnare debemus exemplo camelꝰ. Plin. Nam camelus tepore amoris solitudinē diligit, & nullus præter pastorē audet appropinquare ei. Et iterum quando fœminā appetit, supra genua incurvatus incedit, & parum tunc comedit. Sic homo quādo carnali amore succēditur, seu tētatione, debet se ad solitudinē orationis reducere, & soli pastori Christo se feruēter recōmendare, & genu flexionibus deuotis corpus fatigare, & cibi & potus parcitate carnem castigare, vt sic carnis eruat superbiā potus cibique pareitas.

Item tentationes carnales etiā repelluntur, & vincuntur pœnitentia, & feruore meditationā, & orationum, cuius exemplū apparet in hædo, quia eius pellis, quæ hispida est (sicut dicit Pli.) sanat morsus venenosos, si calida superalligetur, & pili eius exusti, odore fugant serpentes. Quid autem pellis hispida hædi, nisi austera pœnitentia hominis tētati? hædus enim qui est animal iocabundū, & lasciuum, signat hominē carnaliter tentatū: eius igitur hispida pellis, i. aspera pœnitētia carnis, si calida, id est, ex charitate facta, quę est calor animę vitalis, superponatur. i. cōtra ipsas tentationes obijciatur, morsus eorū venenosos, i. mortiferos, sanat. Vnde psalm. hoc remedio vtens dicebat: Ego autem cū mihi molesti essent, induebar cilicio. Sed quasi pili procedentes ex pelle, sunt cogitationes procedentes ex mente. vel quia pili, qui ex superfluitate corporis generantur, signant eleemosynas, quę saltē de superfluo dari debent, secundum illud. Quod superest date eleemo Atist. synam, vnde isti pili adusti, id est, Ethi. cogitationes feruentes, vel eleemosynæ factæ cū charitatis amore, fugant serpentes, i. dæmones, vel eorum tentationes. Vnde de Eccl. 29. eleemosyna dicitur: super scutum potentis, & super lāceā aduersus inimicum tuum pugnabit pro te. Et de feruore meditationum dicitur: Incenso iecore, id est, mente Tob. 6. per feruentes cogitationes siue orationes, fugabit dæmonium.

Item nota, quod tentationes aliquos dissipant, & aliquos purgant. Vnde sunt similes formicis, quæ plantas vastant. & vrsos purgant. Nam formicē flores, & germina corrodendo violāt, fructus concauant, & manducant, & hominis nocumentum præstant. Similiter tentationes aliquādo cor rumpunt, & dissipant flores cogitationum, germina affectionum, & euacuāt à merito fructus operum & sic sunt homini incauto, & nescienti causa multarum lesionum. Attamen formicæ vrsos iuuant. Vnde dicit Plin. quōd quando vrsi ægrotant, quærunt formicas, & deuorant, & sic salutem recipiunt. Sic hominibus sanctis tentationes sunt ad perfectum, & ad purgationem siue libe-

Digitized by Google

liberationem vitiorum. Vnde Ia. Beatus vir qui suffert tentationem. c. 1.

Item nota, quod tentatio diaboli à principio est debilis, & facilis ad resistendum, sed postea in processu difficilis est, & fortis. Assimilatur enim diabolus vrso, qui habet caput inualidum, sed brachia habet fortissima. Est ergo velut caput vrsi ipsa suggestio diaboli, sed quasi eius brachia sunt ipsa peccati opera, quæ si hominem capiant, difficillime dimittunt. Psa. Conquassabit capita, quia scilicet cõterenda sunt ipsa tentationum vitia. Psa. 109.

Pœnitentiam incipere metuentes, Asino aquam intranti seu bibenti, rationabili profecto exemplo comparantur.

Cap. CXIIII.

TImens inchoare pœnitentiam similis est asino, qui valde timet intrare aquam, & pedibi tingere, vel per eam transire, imo etiam non libenter asini transeunt per pontes, & maxime si possint ibi aquas conspicere, eo quod facile patiantur vertiginem propter capitis debilitatem, propter quam timent de ponte cadere, nec bibunt de facili, nisi ad locum vbi sunt b bere assueti, ad quem possunt ire sicco pede. Ille timet aquam intrare, vel transire, qui timet pœnitentiam inchoare, vel in ea perseuerare. Sed ille, qui timet per pontem, aquam videns, transire, qui timet ad religionem, eius asperitatem considerans, ire, quod contingit propter debilitatem capitis, id est propter defectum sensus: & ideo talis non vult ab assueta aqua, id est, vita discedere, nec pœnitentiam recipere, nisi quam faciliter possit ferre. Iudith. Nunquid possum deserere dulcedinem meã, fructusque suauissimos? Iudit. 9.

Tyranni qui immaniter imperij viribus abūtantur, Vnicorni, Chamæleonthi, Simia, Gryphoni, ac Lupo assimilantur, ex quorum similitudinibus, eorum pariter vita ac exitus non inculta demonstratur.

Cap. CXV.

TYrannus similis est vnicorni, de quo Plin. dicit, quod est similis elephanti in capite, & equo in corpore, in cauda vero assimilatur apro. mugitũ emittit grauem, & vnum cornu magnum habet in fronte duorum cubitorum. Hanc feram viuam capi posse negant, sed violenter. Sic tyranni in capite, id est, in mẽte, sunt vt elephantes, s. per magnitudinem superbiæ, in corpore vt equi, scilicet per fluxum luxuriæ, & in cauda vt apri, propter breuitatem potentiæ. Nam aper turpem, & curuam caudam habet. Et similiter potentia tyrannica, & dominiũ, cõmuniter habet finem celerem, & turpem, mugitus grauis, est graue imperium, quia. s. alijs grauia & importabilia imperant, cornu magnum, est sæua persecutio quam inferunt bonis, præcipuè his, qui eorũ malignitati non consentiunt. Viui autem capi nõ possunt propter impatientiam: Est enim (sicut dicit Gregor.) vnicornis fera omnino indomita, vnde si fuerit capta, teneri nequit, quia tanquã impatiens morte deficit. Sic tyranni, & superbi, potius aliquando consentiunt occidi, quam velint sibi jci alijs: vt patet de Hannibale, qui bibit venenum, & occidit seipsum, ne veniret in dominium Romanorum. Et Cato similiter se occidit, ne Cæsari subderetur. Gregor. super pl.

Item tyrannus præsidens est similis chamæleonti, de quo Arist. dicit, q̃ habet faciẽ similem animalis, ex porco, & simia: & alteratur color eius quando insufflatur Arist. de anim.

Digitized by Google

Plin. tur in corium eius, & dicit Plin. quod nullum animal est eo pauidius: & ideo sic mutatur sicut color eius, & dicit quod præ infirmitate manſuetum ſe fingit, cum tamen ſit crudele. Dicit etiam quod huic animali magna vis cõtra accipitres eſt data: Nam volantes eos ad ſe trahit, & præbet eos alijs auibus lacerandos. Dicit etiam Ariſ. quod in morte eſt turpis coloris, quamuis in vita ſit magnę venuſtatis. Sic quoque tyranni ſimilitudinem habẽt porci propter immunditiam vitæ, ſimilitudinem vero ſimiæ, propter ſimulationem iuſtitiæ: Nam ſimiæ corpus à facie hominis incipit, ſed in fine defectu caudæ ſuam turpitudinem oſtendit. Sic tyrannus in principio regiminis, vel operis, manſuetudinem & iuſtitiã fingit, & ſic incipit à facie hominis: ſed in cauda, i. in fine operis, ſuæ tyrannidis, & malitiæ turpitudinẽ detegit, & oſtẽdit, & quãdo contra aliquos aliquid auribus eius inſuſſratur, color eius ſatis velociter immutatur, & inflãmatur, & hoc vt plurimum ex timore procedit, quia omnes tyrãni ſunt pauidi, ſcientes ſe à multis odio haberi, aliquando tamẽ præ timore, vel impotentia, fingunt manſuetudinem, cũ tamen ſemper in corde gerant crudelitatis rabiem. His etiam ex diuina permiſſione, data eſt vis contra accipitres, ſcilicet contra raptores, vel furatios, & huiuſmodi, quia frequenter illi, qui multos alios violenter, vel iniuſte expoliauerunt, ab aliquo tyranno inſurgente, & eos capiente, ipſi expoliantur, & inſuper nonnunquã ab eo inhumaniter lacerantur. Licet autẽ tyrãnus dũ viuit, & dominatur, magnificus, & potẽs appareat; in morte tamẽ turpitudinẽ habet, quia communiter tyrãni turpi morte moriũtur.

Item tyrannus aſſimilatur formicaleoni, quod ſcilicet, eſt animal paruum, formicis infeſtum, comedẽs granũ earum, dũ eis vitũ ſubtrahit occaſionaliter eas occidit, & ideo formicaleon dicitur, quia formicis eſt vt leo, ſed quem formica expugnare nõ poteſt, ſed perſecutorem & expugnatorem patitur, ipſe ab alijs animalibus deuoratur. Et ſimiliter quandoque tyranni, qui ſunt humilium perſonarum, & pauperũ oppreſſores & expoliatores, diuino iudicio ab alijs opprimuntur, & præda fiunt eorum. Iſai. Væ qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis? Iſa. 33

Item tyranni ſimiles ſunt gryphonibus: Nam grypho eſt animal pennatum, & quadrupes, in hyperboreis mõtibus naſcens, ex omni parte corporis ſimile leoni, ſed in alis aquilæ aſſimilatur, & habet vngues tam magnos, quod inde fiunt cyphi, qui regum menſis apponuntur. Similiter tyranni ſunt ſimiles leoni in crudelitate, & aquilæ in rapacitate, vnde magnitudo vnguiũ, eſt magnum eorum & multiplex ſtudium ad rapiendum. Pſal. Inſidiatur, vt rapiat, &c: Pſal. 10.

Item tyranni ſunt ſimiles lupis: Sunt enim quidam lupi matutini, quidam meridiani, & quidam veſpertini. Lupi matutini, qui adhuc nõ multum eſuriunt, partem ouis comedunt, & partẽ relinquunt. Tales ſunt multi tyranni, qui bona pauperi rapiunt, ſed partem eis dimittũt. Lupi verõ meridiani, qui vſque ad meridiem non comederunt, quia multum eſuriunt, & propter æſtum multum ſitiunt, totam ouẽ comedunt, & ſanguinem eius bibunt. Tales ſunt multi qui totam ſupellectilem auferunt, & inſuper poſſeſſiones quas cum multo ſudore acquiſierunt diripiunt. Iſid.

Iudices

Digitized by Google

Iudices parui, luporum more cũcta diripiunt, & vix pauca pauperibus derelinquunt. Lupi autem vespertini, qui vsque ad vesperam non comederunt, adeo esuriunt, quod carnes ouiũ comedunt, & sanguinem bibũt, & pellem scindunt, & ossa frangunt. Sic sunt multi tyranni, qui à pauperibus pecuniam exhauriunt, possessiones diripiunt, & domos tollunt, vestes auferunt, personas opprimunt. Soph. Iudices eius lupi in vespere non relinquunt in mane. Soph. 4.

Peccatoris cor quo pacto aperiatur, cyrogrilli, Heritijq; similitudine declarãtur, quantumq; peccatoris mentem excitet, humiliet, ac inflammet tribulatio, oritij exemplo planum agitur.

Cap. CXVI.

TRibulatio fortis, vel prædicatio feruida aperit cor peccatoris: Est enim peccator similis cyrogrillo, siue hericio magno, qui tanta fortitudine se in coriũ constringit, vt salua cortice aperiri vix possit: sed si aqua calida aspergatur, continuo aperitur. Sic cor peccatoris ita interdũ in peccato se includit, vt nisi per mortis fractionẽ aperiri vix possit, sed aqua calida. i. tribulatio feruida, & fortis, vel aqua calida, i. prædicatio feruens, & affectuosa, ipsum cor peccatoris aperit, dũ fortiter & vbertim perfundit. Hanc cordium aperitionem desiderabant prædicatores, qui dicebant, adaperiat Dominus cor vestrum.

Item tribulationes, & persecutiones vehementes, compellunt peccatores ad Deum per spontaneam pœnitentiam redire, sicut dicit Plin. quod ceruus dum nimis vrgetur à canibus, ad hominẽ sponte fugit. Nam quasi canes persequentes sunt tribulationes imminentes, quę dum peccatorẽ fortiter premunt, ad dominum redire compellunt. Psalm. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum domine: Psal. 88.

Item tribulatio fortis mentem excitat, & humiliat: vnde assimilatur oryci, quæ (secundum Pli.) est fera quæ in ortu caniculæ stat contra stellam, quasi velit eam adorare, & hoc facit postquam diu dormiuit. Quid est canicula feruens, nisi tribulatio vehemens? in cuius ortu sine occursu, bestia dormiens, i. mens peccatoris pigrescens excitatur, & quasi ad adorandum paratur. i. ad pœnitentiam, & deuotionẽ humiliatur. Psalm. Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertransiit animam eius: Per pedes enim, & ferrum, tribulationes intelliguntur, quibus dum peccator stringitur, & grauatur, humiliatur eius affectus, & anima ad pœnitentiam vulneratur. Psal. 104.

Vnde inanis gloria ortum habeat, quantumq; sit à fidelibus fugienda, tinea proprietatibus aperitur.

Cap. CXVII.

VAna gloria assimilatur tineę. Primo, quia tinea etiã ex bono panno nascitur, dum, s. vestis in aëre grosso inexcussa tenetur, vel vento nõ perfunditur. Ecc. De vestimẽto procedit tinea. Similiter ex bono opere nascitur tinea inanis gloriæ. Et hoc fit dũ mẽs in aëre grosso manet, id est, dum se non subtiliter, nec suos defectus spirituales aduertit, vel corrigit, nec etiam vento perfunditur internæ aspirationis. Eccl. 42.

Secundo, quia tinea quasi insensibiliter progreditur: Nã quasi insensibiliter ipsam superficiem consumit: & cum animal sit, in ipsa substantia se abscondit vt videri non possit. Sic etiam inanis gloria est vitium tam subtile, & occultum, vt prius mentem teneat,

teneat, & meritum hominis destruat, quã homo inconsideratus aduertat, & ideo vix ab ea aliquis est immunis. Nã (sicut dicit Valerius Maximus) nulla est prorsus tanta humilitas, quæ aliqua dulcedine gloriæ non tangatur.

Iob. 27. Iob. Aedificauit sicut tinea domum suam.

Tertio, quia tinea amaris & odoriferis fugatur. Vnde si folia lauri, vel cedri, vel cipressi, & huiusmodi ponantur cum vestibus, & etiam cũ libris, non possunt a tinea lædi, vt dicit Constantinus. Similiter inanem gloriam excludit vel amaritudo tribulationis, vel odor cælestis gloriæ. Matth

Matt. 6. Thesaurizate vobis thesauros in cælo, vbi nec erugo, nec tinea demollitur. Nam odor, id est intentio cælestis gloriæ, excludit tineã vanæ gloriæ.

Vera fides quid in nobis operetur, quibusq; virtutibus sit copulanda vt opus bonum ad finem perducatur, eorum ac formica exemplis redditur manifestum.

Cap. CXVIII.

VIrtus fidei bonum propositum concipit, humilitas eu fiodit, sed charitas opere perficit: Et ideo hæc virtus quibusdã herbis, quibus ceruæ post cõceptionem vtuntur, assimilatur, quibus scilicet iuuantur, & ad fœtum in vtero retinẽdum, & etiam ad facilius pariendum. Fœtum quippè in vtero gignit, qui fide illuminatus bonum propositum concipit: quod quidem in vtero mentis non perit, nec inde inaniter exit, si hoc discreta humilitas ad tempus occultum custodit: quod tandem charitas perficit, quia quodam feruoris impulsu, quasi quodam violento partu, exire in

Gal. 5. opus compellit. Et ideo Apostol. ait, quod fides per dilectionem operatur: quia, si illud, quod fides concipit, dilectio opere perficit.

Item virtus, & prudentia mentis, recompensat in aliquibus defectum corporis: Nam formicæ (vt dicit Solinus) maiora sæpe torunt onera quam sint eorũ corpora, vnde recompensant paruitatem corporis per magnitudinẽ virtutis, morsu põdera gerunt, & quæ præ magnitudine ære ferre non possunt, nitũtur voluere pedibus. Et sic etiam homo virtuosus ingeniatur, vt quod vna via facere non potest, faciat alia. In quo etiã maior est existentia virtutis, quã sit apparentia foris. Et onus proximi fert, ore cũ ad patientiam eum inducit sua exhortatione. Et si ore facere non sufficit, saltem pedibus, id est, compassione affectuum voluit.

Quemadmodum vita spiritualis alatur, ac quibus virtutibus perficiatur, per nonnullorum animalium naturalia instrumenta, eorumq; significationes discussas edocetur.

Cap. CXIX.

VIta spiritualis paucioribus indiget, quam vita corporalis. Et huius exemplum apparet in instrumentis quibus animal mouetur. Nam (sicut dicit Auic.) omne animal habẽs sanguinem mobilẽ, quatuor mouetur instrumentis, scilicet vel quatuor pedibus, vt bruta; vel duobus pedibus, & duabus manibus, vt homines; vel duobus pedibus, & duabus alis, vt aues. Sed quædam animalia sunt quæ habent plures quam quatuor pedes, vt patet in cancris, & in quibusdam vermibus, & quædam plures alas, vt patet in papilionibus, & apibus, & similibus. Sed hoc ex defectu, & paucitate sanguinis accidit, propter quam causam efficacius operantur quatuor organa in primis, quam multiplicia in secundis. Ille ergo habet in se mobilẽ sanguinem, qui habet gratiæ humorem.

Digitized by Google

morem. Nam anima, id est vita omnis carnis in sanguine est, vt dicitur Leui. Vnde deficiente sanguine, deficit vita corporis. Ita deficiente gratia, deficit vita spiritualis. Nam sicut dicit Philosophus) viuere est viuentibus esse: sed esse spirituali est per gratiam, secundum illud Apostoli: Gratia Dei sum id quod sum, ergo anima per gratiam habet spiritualem vitam.

1. Cor. 15.

Quatuor pedes quibus quilibet habens gratiã rectè viuendo graditur, sunt quatuor morales virtutes siue cardinales, scilicet prudentia, iustitia, fortitudo, & temperantia.

Item duo pedes volãtium, quibus ad bona opera tendunt, duo amores sunt, scilicet Dei, & proximi. Sed quasi duplex ala, duplex est doctrina duorum testamentorum, quæ eleuat volando, id est contemplando in vera Dei contemplatione. Vel duæ alæ, sunt oratio, & ieiunium: quarum vna leuatur anima, altera leuatur corpus. Vel vt duo pedes spirituales hominis, sunt intellectus & affectus, quorum vnus per fidei viam, alter vero per viam dilectionis in Deum tendit. Duæ autem manus sunt, bene operari in prosperis, quod pertinet ad dexteram: & bene operari in aduersitate, quod pertinet ad sinistram, vel benefacere amico, & inimico. Alia autem ignobilia quæ ex defectu virtutis multis instrumentis vtuntur, significant peccatores gratia & virtutibus destitutos, qui multis instrumentis, id est, multis curis, & occupationibus inuoluuntur, quod est ex defectu naturæ corruptæ per vitia, & non frenatę per gratiam, vel virtutibus illuminatæ: Natura enim integra, & virtutibus modificata, paucis minimisque contenta est, secundum Boetium.

Boe. de conso.

Vnde accidit, quod carnales plura vitæ fomenta exquirunt quàm viri spirituales, & quietius viuunt spirituales cum paucis bonis, quàm carnales cum multis bonis, & diuitijs.

Ex peccato vno capitali plura pariter vitia oriri, vnúmque vitium aliud crebro comprimere, veluti etiam venenum vnius antidotum est alterius. scorpionis, aliorumq; animalium venena fundentium, multis perspicuis similitudinibus affirmatur.

Cap. CXX.

Vitia assimilantur scorpionibus. Nam sicut scorpiones se inuicem pariunt, ita se inuicem occidunt: Dicitur enim quod scorpio parit vnde nos fœtus, quos omnes occidunt matres præter vnum: sed ille vnus supra matrem ascendit, & interficit, & vltor est fraterni sanguinis. Et hoc fecit Deus, ne progenies illa pestifera cresceret nimis. Sicut autem ex vno scorpione multi filij nascuntur, ita ex vno capitali vitio multæ filiæ, id est, vitia generantur: Nam ex auaritia, sicut dicit Greg. oriuntur proditio, fraus, fallacia, periuria, inquietudo, violentia, contra misericordiam induratio. Sed eadem mater auaritia, hæc vitia quæ gignit extinguit. nonnunquam enim cupidus mercator, quia eo amplius se lucrare cernit, quo ab hominibus alijs magis habetur fidelis, ex ipsa cupiditate lucrandi, & à proditione, & à fraude, & à fallacia, & à periurio, & à violentia se summè custodit. Ostendit se etiam interdum per eleemosynas misericordem, & pium, vt sic non credatur esse nõ alienorum fraudator, qui suorum plus est largitor. Interdum etiã vna ex filiabus prædictis ipsam suam matrẽ auaritiã extinguit, scilicet inquietudo

Gre. 31.

mentis,

mentis, quia interdum aliquis tẽporalium rerum anxia solitudine & inquietudine fatigatus, eorum sarcinam abijcere appetit, & ex inquietudinis molestia aliquãdo mundum fugit. Et simile his posset ostẽdi in alijs capitalibus vitijs, si quis perscrutari vellet.

Item vitia quæ corrigere debemus in nobis, signãtur in illis animalibus, quæ in lege Moysi poterãt immolari: Nam de quadrupedibus offerri poterant in sacrificium de tribus generibus animalium, scilicet boum, ouium & caprarũ, vt patet in Leui. Vnde offerebatur præcipuè vitulus, agnus, & hædus. Et sicut dicitur in glo. Leuit. 1, vitulum offerimus, dum carnis superbiã vincimus, agnum, cum irrationabiles motus corrigimus: Hædum vero, dum lasciuiam superamus. Referuntur etiam hæc animalia ad Christũ, vt dicitur in eadem glosa. Nam Christus in vitulo offertur propter virtutẽ crucis, in agno propter innocentiam, in ariete propter principatum, in hirco propter similitudinem carnis peccati: Hæc enim animalia in lege immolabantur. Sed nota, quod hæc animalia nõ viua, sed occisa Deo offerebantur, vt per occisionem horum animalium significaretur occisio peccatorum, & quod homines peccatores digni erant occisione, ac si illa animalia loco eorum occiderentur, ad signandũ expiationem peccatorũ. Per occisionem etiam horum animalium figurabatur occisio Christi.

Item vnum vitium quandoque frenum est alterius, sicut accidit de serpentibus, quia quandoque vnus serpens remedium est contra alterum: Nam pinguedo colubri (vt dicit Plin) valet contra morsum Cocodrilli. Quasi enim Cocodrillus, est homo gulosus: quia cocodrillus tantum se replet, quod postea iuxta litus iacet ructans præ repletione. Sed coluber qui puluerem terræ lingit, signat auarum qui terrena diligit. Coluber autem contra morsum cocodrilli valet, quia plerũque auaritia gulam refrenat, & cohibet: quia homo nimis auarus frequentius non quantũ appetit comedit, secundũ illud: Est vir cui dedit Deus diuitias, & substantiam, & honorem, & nihil deest animæ suæ ex omnibus quæ desiderat, nec tribuit ei potestatẽ Deus vt comedat ex eo. Eccl. 6.

Item vnum venenum est medicina alterius. Dicit enim Plin. quod quem draco, vel aspis vulnerat, caput viperæ appositũ sanat, & e conuerso cum aliquẽ vipera pungit, caro aspidis venenũ ad se pertrahit, & sic percusso subuenit. Per draconem, qui est inter venenosa maximus, & aspidem, qui est serpens morsu & veneno pernitiosissimus, intelligitur superbia, quæ est maximum, & pernitiosum vitiũ: sed per caput viperæ intelligitur luxuria, quia vipera est valde luxuriosa. Vnde masculus ore misso in ore fœminæ, semen ei transfundit, & illa præ voluptate libidinis in rabiem versa, caput maris præcidit. Est ergo vipera, draconis, vel aspidis medicina: quia quandoque ruina luxuriæ est medicina superbiæ. Vnde Greg. dicit. Fit plerunque, vt nonnulli post superbiam in luxuriam corruentes, ex aperto casu malum culpæ latentis erubescant, & tunc etiã maiora corrigant cum prostrati in minimis confunduntur. Et August. dicit, quod deijcit Deus occultã mentis superbiam per manifestã carnis ruinam. Sed adhuc econuerso, aspis contra viperam remedium præstat, quia nonnunquam superbia luxuriam refrenat: Nam dum appetit superbus gloriam, infa- Gre. 33. mor. Aug. in Epist.

infamiam metuens declinat luxuriam: sed potius sunt ista remedia operis quam intrinsecæ voluntatis.

Voluptatis partes, quæ luxuria & gula existunt, voluptuosique defectus, per Amphibenæ serpentis, limacisque proprietates, atque eorum naturalia exempla quam latissime declarantur.

Cap. CXXI.

VOluptas carnis assimilatur Amphibenæ serpenti. Habet enim huiusmodi duo capita, vnum in principio, & aliud in cauda, currens ex vtroque capite. Ideo dicit Isido. quod hydrus est serpens plurium capitum. Hic etiam solus inter serpentes frigori se committit. Sic voluptas habet duo capita, l. duo capitalia vitia, s. luxuriam & gulam. Et hoc voluptuosus minus inter omnes videtur curare de frigore, i. de asperitate futuri supplicij, de quo dicitur: Ibunt ab aquis niuium &c.
Iob. 24. Item voluptuosus assimilatur limaci, quæ est vermis limi, vnde semper est sordidus, & immundus, & est valdè tardi motus. Etiã quandam concham in dorso gerit intra quã se includit, & quibusdam cornibus viam quærit, quia debilis visus existit, & si quid sibi obuiam præsenserit, statim cornua retrahit, & in conchulam includitur. Sic voluptas est vermis limi, id est, corruptio carnis, sine carnalis appetitus, & ideo voluptuosus est sordidus per gulam, immundus per luxuriam, & tardi motus per pœnitentiam: & concha quam gerit, intra quã se includit, est consuetudo mala quam accipit, & deponere nescit. Hæc etiam hebetat visum mentis, scilicet ad spiritualia, & iterũ voluptuosus quibusdam cornibus, i. quibusdam studijs viam sibi quærit ad delectationes carnis, quæ. s. studia pertinẽt ad prudentiam carnis, vnde quicquid carni obuiat refugit, & ad prauã consuetudinem se reducit.

Item limax quamuis lento passu incedat, ad arborũ tamẽ summitates ascendit, quarum folia depascit, & vbicunque serpit, immunda post se vestigia derelinquit. Similiter voluptas carnis paulatim excrescit, & magnarum arborũ summitates ascẽdit: quia quandoque magnos viros occupat, & vincit; sicut gula vicit Adam, luxuria Dauid, & Salomonem, & folia, id est, ornamenta virtutum deuastat in eis, vbicunque autem serpit, immunda vestigia, id est, exempla turpia & infamia post se relinquit.

Vsurarij vita, ipsiusque pecuniæ breuitas, ex pigmei, aspidisque morsus exemplo, rite demonstratur.

Cap. CXXII.

VSurarij, & alij, qui sunt ex iniquo mammone diuites, assimilantur pigmeis, qui cito crescunt, & cito deficiunt. Nam pigmei, qui sunt statura cubiti, vnde græce à cubito sunt dicti, habitantes in montanis Indiæ iuxta Oceanũ (sicut dicit Augu.) Augu.
in tertio anno sunt perfectè ætatis, quinquennes pariunt, & in septimo anno senescunt Sicut ergo pigmei breui ætate cito veniunt, & cito recedunt, sic diuitiæ male acquisitæ vsurariorum, & aliorum, cito crescunt, & cito deficiunt: Cito enim efficiuntur diuites, & cito pauperes Prou. Superbia festinata minuetur. Pro. 13.

Item (sicut dicit Chrys.) Similis est pecunia vsuraria morsui aspidis: Percussus enim ab aspide quasi delectanter vadit in somnum, & per suauitatem soporis moritur: quia tunc venenum latẽter per omnia membra decurrit. Sic qui sub vsura accipit, sub tempore quasi beneficiũ sentit. Chrys. in Mat.

Sed vsura per omnes facultates eius decurrit, & totum cõuertit.

Rhinocerotis, Vacca rufa aqua expiationis, immunditia animantibus in veteri lege immolandis Dei iussu, Christus perfectus figuris ac exemplis scite assimilatur.

Cap. CXXIII.

CHristus assimilatur rhinoceroti, i. vnicorni, de quo dicitur, quod habet vnũ cornu in fronte, vel in loco nariũ, quo omnia perforat, quod est indomabile animal, & crudelissimum, nisi dometur, & mansuescat. Venatores autem, vt dicitur, qui volunt hoc animal capere, virginem aliquam nudam ligant ad arborem iuxta quam illud animal debet transire, quod transiens dum sentit virginei odoris fragantiam, ita immutatur, quod omni ferocitate deposita in eius gremio recumbit, & vbera eius lambit, & sic quasi agnus mansuetus factus ligatur, capitur, & tenetur. Sic Deus, qui ante aduẽtum erat seueriſſimus, attractus odore Beatæ Virginis, de quo Can. Dum esset rex &c. Virginis, dico, nudatæ à terrenis delitijs, & ligatæ voto perpetuæ castitatis, in gremio veteri illius descendens, ita humanus, & mansuetus est factus, vt possit teneri, ligari, & occidi. Iob. Nunquid volet rhinoceros seruire tibi?

Cant. 1.

Iob. 39.

Item Christus figuratus est in illa vacca rufa de qua fiebat aqua expiationis in lege Moysi: Nam immunditia eorum, qui tetigissent aliquod animal immundum, expiabatur per aspersionẽ cuiusdam aquæ: mandatur enim à Domino, quod accipiant vaccam rufam, & occidant, & comburãt extra castra, & intingebat sacerdos digitũ in sanguine eius, & aspergebat contra fores sanctuarij septem vicibus: comburebatur autem vacca illa igne, cũ pelle, & carnibus, cum sanguine & fimo flammæ traditis. Adiungebatur etiam combustioni lignum cedrinum, byssopus, coccusque bis tinctus. Cinis autem combustionis colligebatur totus, & in aqua ponebatur ad expiandum. Sed comburens, & cineres colligens, & ille qui aspergebat aquas in quibus cinis ponebatur, immundi repurabantur. Sed ab hac immunditia purificabantur per solam ablutionem vestimentorum, nec indigebant aqua aspergi. Per istam vaccam rufam, figuratus est Christus secundum infirmitatem assumptam, quam fœmineus sexus designat: sanguinem autem passionis eiusdem designabat vaccę color. Debebat autem illa vacca esse ætatis integræ: quia omnis operatio Christi est perfecta, in qua etiam nulla esset macula, nec portasset iugum: quia Christus non portauit iugum peccati. Præcipiebatur autem duci ad Moysen, quia Christo imponebatur transgressio legis Moysi in violatione sabbathi. Præcipiebatur etiam tradi Eleazaro sacerdoti: quia Christus occidendus in manu sacerdotum traditus est. Immolabatur autem extra castra: quia extra portam Christus passus est. Intingebant autem sacerdotes digitum in sanguine eius, quia in discretione quam digitus signat, ministerium passionis Christi est considerandum, & imitandum. Aspergitur autẽ contra tabernaculum, per quod synagoga signatur, videlicet ad condemnationem Iudæorum non credẽtium. Et hoc septem vicibus, vel propter septem dona Spiritus sancti, vel propter septem dies in quibus omne tempus intelligitur. Sunt autem omnia quæ ad Christi incarnationẽm pertinent igne cremãda, id est, spiritualiter intel-

Digitized by Google

intelligenda: Nam per pellem, & carnem, exterior Christi operatio designatur: per sanguinem eius subtilis & interna virtus, exteriora viuificans: Per fimum lassitudo sitis, & omnia huiusmodi pertinentia ad infirmitatē. Addebantur autem tria, scilicet cedrus, quæ signat altitudinem spei, vel contemplationis; Hissopus, qui signat humilitatem, vel fidem; coccus bis tinctus, qui signat geminam charitatē. Per hæc autem debemus Christo passo adhærere. Cinis autem colligebatur à viro immundo: quia reliquiæ passionis peruenerunt ad Gentiles, qui fuerunt culpabiles in Christi morte. Apponebatur autem in aqua ad expiandum, quia ex passione Christi baptismus sortitur virtutem emendandi peccata. Sacerdos autem imolans, & comburens, & colligens cineres, & aspergens, immundus erat, quia Iudæi facti sunt immundi ex occisione Christi, per quem peccata nostra expiantur. Et hoc vsque ad vesperum, id est, vsque ad finem mundi, quando reliquiæ Israël conuertentur. Vel quia illi, qui tractant sancta, intendentes ad emundationem aliorum, ipsi econtra aliquas immundicias contrahunt, vt Gregor. dicit: Et hoc vsque ad vesperum, id est, vsque ad finem præsentis vitæ.

Greg. in past.

Item Christus fuit figuratus in illis animalibus quæ pro peccatis sacerdotum immolabantur in lege Moysi; Nam primo sacerdos offerebat pro se ipso vitulum, & pro peccato arietem in holocaustum. Deinde offerebat pro populo duos hircos, quorum vnus immolabatur ad expiandum peccatum multitudinis, & huius hirci immolati sanguis inferebatur simul cum sanguine vituli in sancta sanctorum, & aspergebatur ex eo totum sanctuariū; Corpora vero hirci, & vituli, qui immolati erant pro peccato, cōburebantur extra castra: Hoc enim fiebat quando offerebatur sacrificiū pro aliquo graui peccato, vel pro multitudine peccatorum. Alter vero hircus emittebatur in desertum. Imponebat vero sacerdos manum super caput eius, confitens peccata filiorum Israël, ac si ille hircus portaret ea in desertum vt à bestijs commederentur, quasi portans pœnam pro peccatis populi, vel ligabatur super caput eius aliqua scedula vbi scripta erant peccata. Christus igitur significatur per vitulum propter virtutem crucis, & per arietem, quia ipse est dux fidelium, & per hircum propter similitudinem carnis peccati. Et ipse Christus immolatus est, pro peccatis sacerdotum, & populi: quia per eius passionem, & maiores, & minores à peccato purgantur. Sanguis autem vituli, & hirci, infertur in sancta sanctorum per sacerdotem: quia per sanguinem Christi patet nobis introitus ad regnum cælorum. Comburebantur extra castra, quia extra portam Christus passus est. Per hircum qui emittebatur, significabatur diuinitas Christi, quæ in solitudinem abijt humanitate Christi patiente, non quidem locum mutans, sed virtutem cohibens: vel signatur concupiscentia mala quam debemus à nobis abijcere, virtuosos autem motus domino immolare.

Heb. 13.

Coniugis Zelotipiam semper fore à viris fugiendam, vnica Onagri similitudine sacraq; scripturæ auctoritate ostenditur.
Cap. CXXIIII.

ZElus carnalis, scilicet viri ad coniuge, facit ruere in stultas suspitiones, & crudeles operationes. Vnde tales similes, sunt

Onagris, quorum masculi zelo ducti, fœminarum filijs testiculos amputant, quia habent eos suspectos etiam de matribus, vnde matres hoc scientes abscõdunt eos, sicut dicit Plin. Sic multi propter zelotypiam, etiam propinquos suspectos habẽt de vxoribus, ex qua suspitione nonnunquam vulnera, & alia crudelia opera sequuntur. Eccl. 5.

Ne zeles mulierem finus tuã: debet enim inter coniuges esse non zelus suspitionis, sed amor religiosus, de quo Apostolus ait: Viri diligite vxores vestras, sicut Eph. 5. Christus ecclesiam, quam scilicet in præsenti fide desponsauit, & ad æternæ gloriæ nuptias introducit, vbi vna cum Patre, & spiritu sancto viuit, & regnat in secula seculorum,

EXPLICIT LIBER QVINTVS.

PROLOGVS LIBRI SEXTI, IN QVO QVIDEM DE HVmano corpore, ac de eius tum exterioribus, tum etiam interioribus partibus, & accidentibus ratiocinari proponit.

Licèt is qui foris est, noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Antiquorũ 2. Cor. 4 Philosophorum de homine tres fuerũt generales sententiæ. Quidã hominẽ esse substantiã tantum corporeã tradiderunt, sicut Democritus, & Leucippus, & Philosophi Epicurei, qui posuerũt animam esse corpus, & per consequens totum hominem esse corporeum. Alij solum incorporeum, id est, animam hominem vocauerunt, vt Plato & alij Stoici, qui solam animam quam incorpoream ponunt, voluerunt ad substantiam hominis & speciem pertinere, corpus vero quoddam instrumentũ esse, velut est nauis nauis. Alij autem ex vtroque cõpositum tanquam ex essentialibus partibus, anima atque corpore, velut ex forma & materia, hominem tradiderunt, vt Aristo. & sui sequaces, qui sunt Arist. Peripatetici dicti. Huic vero velut veriori sententiæ Apostolus Paulus consentiens, vtrunque in verbis propositis, scilicet corpus & animam appellauit, vt vtrunque ad essentiam hominis ostenderet pertinere. Licèt, inquit, is, qui foris est, noster homo corrũpatur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Nõ tantum corpus, vel animam, perfectum esse hominem credidit, sed vtrique parti per figurã synecdochen totius nomen attribuens, vtram-

Digitized by Google

vtranque partem hominis hominem appellauit: immo corpus nõ simpliciter hominem, sed exteriorem hominem; & animam nõ simpliciter hominem, sed hominem interiorem vocauit, & corpus insuper corruptibile dixit, animam vero nõn corruptibilem, sed renouabilem esse ostendit: Ac si vetustas, & corruptio corporis ad tenouandum saltem animã nos inducat. Sed notandum est, quòd homo interior habet exteriorem adiũctum, scilicet animam, corpus tanquam subiectũ siue materiam in qua indiuiduatur, tanquam instrumentum quo operatur, tanquam speculum in quo contemplatur, tanquam stimulum quo humiliatur, & etiam tanquam exemplum quo rectificatur.

Arist. 2. de ani. Primo ergo inhæret corpori anima velut materiæ forma. Vnde Philosophus dicit, quod anima est actus corporis, id est, forma. Sed sicut materia per formã perficitur, & specificatur, ita forma per materiam contrahitur & indiuiduatur. Et quanquam rationalis anima quæ est humani corporis forma, sit in se immaterialis, videlicet vt nullam habeat materiam ex qua fiat, habet tamẽ extra suam essentiam materiam quam informat, in qua scilicet dum creatur, recipitur, & indiuiduatur anima rationalis.

Secundo interior homo habet exteriorem coniunctũm, videlicet corpus, vt instrumentum proprium quod mouet, & per quod agit. Et idcirco membra varia corporis, diuersis animæ viribus, vt organa coniuncta deseruiunt ad suas operationes explendas, à quibus tamen intellectus excipitur, qui phantasmate (nõ vt organo) indiget, sed tantùm, vt obiecto, secundum quod Philosophus tradit. Quia igitur eget anima corpore, vt artifex instrumento, vel organo ad agendum, non incongrue Philosophus dixit diffiniendo animam, quod anima est actus corporis organici: Nam omnia corporis membra sunt ipsius animæ organa, ad diuersa & necessaria opera faciẽda. Et quia operum exteriorum quàm plurima præcipuè manu fiunt, vocatur à Philosopho manus organũ organorum.

Tertio eget anima corpore, vt interiori ipsius oculo, id est, menti, vel intellectui exteriorũ rerum imagines, velut quoddã de propinquo speculum, repræsentet: Nam sensus hominis in corporeis organis exteriorum rerum imagines & phantasmata intellectui repræsentat, ex quibus per abstractionem intellectus agentis, in animæ intellectu possibili, vniuersales & intelligibiles species reponuntur. Vnde phantasmata in corporeo organo, velut quidam colores in speculo interiori visui animæ repræsentantur. Et ideirco Philosophus dicit, quod phantasmata se habent ad intellectum sicut colores ad visum. Arist. 2. de ani.

Quarto quoque, ne tam nobilis anima vt est rationalis, ex aliquo sibi munere dato naturali, vel gratuito, extollatur, infirmi corporis stimulum patitur (secũdum quod Apost. dicit.) Ne magnitudo reuelationum extollat me datus est mihi stimulus carnis meæ. Portat ergo onus corporis anima, vt eius ponderis repressa grauedine, ad id quod supra se est inaniter non leuetur. Vnde dicitur, Corpus quod corrũpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensũ. Aduerte igitur, quod ex corpore anima, vt in superbiam eleuari nõ possit, plurima giauamina patitur: Nam portat anima 2. Co. 12. Sap. 11.

Digitized by Google

corpus, sicut hostem, sicut pestē, sicut carcerem, & sicut comitem: Sed est hic periculosus hostis, pestis sine morbus pernitiosus, carcer pœnalis & angustiosus, comes siue consors grauis, & onerosus: Aduersatur namque caro spiritui, vt hostis periculosus, vtpote cuius pugna grauis & Gal. 5. continua: nam caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: Hæc enim sibi inuicem aduersantur. Et pro, terea, vt dicit Hieronymus, Nos gestamus laqueum, nobiscum circumferimus inimicum, carnem nostram loquor, de peccato natam, in peccato nutritam, corruptam nimis ipsa origine, sed multo amplius praua consuetudine vitiatam Hinc est, quod tam acriter aduersus spiritum concupiscit, quod assidue murmurat, & impatiens est disciplinæ, quod illicitè suggerit, quod nec rationi obtemperat, nec timore vllo inhibetur.

Item est corpus animæ, vt pestis pernicioſa: Et ideo Apostolus conquerebatur, dicens: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Nam caro animam cruciat, debilitat, & exterminat. Cruciatur siquidem anima ex corporis amore, quia, sicut dicit Ioannes Cassia. Corporis nimius amor nos inquietat, solicitudinibus onerat, contumelijs afficit.

Item cruciatur anima ex corporis languore: Nam (sicut Seneca dicit,) multa nos incōmoda exagitant, quàm malè conueniat nobis huiusmodi corpus, nunc de capite, nunc de ventre, nunc de pectore, aut de faucibus conquerimur, aliquando nerui nos, aliquando pedes vexant, nunc contractio, nunc distillatio, aliquando superest sanguis, aliquando deest, hinc atque illinc tentamur, hoc euenire solet in alieno habitantibus: hoc enim corpus, non domus, sed hospitium. Debilitas quoque corporis, animæ debilitatem inducit. Nam (sicut beatus Hieronymus dicit) Corporis debilitas nimia, etiam vires animæ frangit, mentis quoque ingeniam marcescere facit. Hiero. epist.

Item caro nutrita delitijs, & voluptarum illecebris dedita, penitus exterminat spiritum, & vitam eius extinguit. Vnde Apostolus: Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Augustinus. Spiritus deficit vbi caro requiescit: vt enim caro mollibus, sic spiritus duris nutritur, illam blanda refouent, hunc aspera exercent. Rom. 8 Aug. super Io.

Est insuper corpus animæ velut carcer pœnalis, & angustiosus, in tantum vt Psalmista clamaret, dicens: Educ de carcere Deus animam meam, vt confiteatur nomini tuo, me expectant iusti donec retribuas mihi. Alia autem littera habet, Educ de custodia animam ad confitendum nomini tuo. In quibus verbis Propheta ostēdit, quōd à carcere corporis cupiebat educi triplici de causa. Psa. 141

Primō quidem, vt assequeretur mentis iucunditatem: In isto enim carcere sancti sunt semper in tristitia, sed exeuntes semper erunt in lætitia. Et ideo propheta postquam dixit: Educ de custodia, siue de carcere, statim subiunxit: Vt confiteatur nomini tuo, id est, vt laudet & glorificet nomen tuum, in qua laude erit maximus iubilus, & lætitia. Isa. Venient in Syon cum laude & lætitia sempiterna super capita eorum. Isa. 51.

Secundò, vt assequeretur sanctorum, & proborum virorum perpetuam societatem, vnde subdidit: Me expectant iusti, à quibus ipsi expectati etiam cū magna

Digitized by Google

gna lætitia colliguntur. Prouerb. Pro. 16. Expectatio iustorum lætitia.

Tertio, vt assequeretur cælestis mercedis plenam facultatē. Ideo adiunxit: Donec retribuas mihi. Psal. 79. Psalm. Retributio multa. Licet autem anima habeat corpus in suis operibus comitem, & consortem, est tamen eius societas vilis, & onerosa. Vnde Hugo. Nihil aliud est caro cum qua tanta est societas, nisi spuma caro facta, fragili decore vestita. Sed erit quādoque cadauer miserum, & putridum, & cibus vermium. Sed si diligenter consideras, quid per os, & nares, & cæteros corporis meatus egrediatur, vilius sterquilinium nunquam vidisti. Si singulas eius miserias enumerare velis, quam sit onerata peccatis, irretita vitijs, pruriens concupiscentijs, occupata passionibus, proni semper in malum, & in omne vitium procliues, plena tantum confusione, & ignominia inuenies. Sed quanquam corpus animæ sit ita vilis ac onerosus socius, est tamen ei a Deo nō eciosè vnitum, videlicet tribus de causis, quarum duas primas ponit Gregor. Nazianzenus: Et prima earum est, vt anima in corpore, seu in carne, & per carnem merita multa acquireret: Plura enim sunt quibus per carnem anima meretur, in quibus sine carne vel corpore per se sola mereri non posset, sicut est contra carnales concupiscentias decertare, ieiunare, peregrinationem facere, & martyrium sustinere. Hug. de ca. an. Gregor. Nazian.

Secunda est, vt anima ipsam carnem tanquam fidelem cōsortem custodiret, & eam in supernis sedibus collocaret: Caro enim sola per se beatitudinis susceptiua non est, nisi mediante anima stolam immortalitatis indueret.

Tertia est, vt Deus suum vniuersum perficeret: Cum enim sit quædam creatura pure corporalis, sicut creatura sensibilis, quædam purè spiritualis, vt Angelus, oportuit ad hoc, vt Dei vniuersum compleretur, quod alia fieret creatura, quæ carne & spiritu esset composita, sicut est homo. Deuteron. Dei perfecta sunt opera. Deute.

Quarto, habet anima corpus velut exemplar quoddam, ex quo homo in sui regimine informatur, & regulatur: Nam ipsa dispositio corporis, atque membrorum figura, patenter ostendunt homini qualiter membra eadem ab anima sunt regenda. Cur enim lingua est interius lata, & superius acuta, nisi vt ostendatur ad euacuandum & vulnerādum eor esse facilis & parata? Vt quid etiam est in humido, id est, in saliua posita, nisi ad loquendum monstraretur esse labilis, & lubrica? Sed quare est infra dentes & labia incluſa, nisi vt esse noscatur diligenter custodienda? Iuxta illud. Diligenter custodi clausura oris tui. Idem quoque de membris cæteris pariter est æstimandum. Ex ipsis membrorum igitur figuris, & dispositionibus, etiam physionomi iudicant, ad quos bonos vel malos mores anima inclinetur. In diuersis quoque corporis membris naturales reperiuntur virtutes, spirituales virtutes animæ per quandam similitudinem designantes. Accidunt & varij morbi in diuersis partibus corporis, qui diuersis animæ vicijs plurimum assimilantur; Nihilque reperitur in corpore humano, quod vel vacuum sit ab officio, vel vacans ab exemplo. Et idcirco post exempla inducta in libris præcedentibus, & irrationabilium animaliū varijs speciebus, Mic. 2.

Digitized by Google

bus, consequenter est nostrum propositũ in hoc sexto huius operis libro, de corpore humano, & partibus, & accidẽtibus eius, moralia exempla inducere. Interdum siquidem introducentur exempla de his ex quibus corpus humanũ naturaliter generatur, siue efficienter, vt sunt masculus, & fœmina, quanquam fœmina generationem efficiat, materiam ministrando, siue materialiter, vt sunt quatuor elementa. Quandoque vero inducentur exempla de partibus, ex quibus corpus integratur, videlicet de interioribus, & de exterioribus membris. Interdum quoque de his ex quibus corpus complexionatur, vt sunt quatuor humores: aliquando autem de his, ex quibus ipsa complexio corporis variatur, vt sunt ætates temporis ipsius vitæ humanæ: Nonnunquam vero de his, ex quibus status hominis nobilitari, vel ignobilitari videtur, vt sunt conditiones seruitutis, & dominij. Quandoque vero de his ex quibus vita corporis restauratur, & conseruatur, vt sunt cibus, & potus, & somnus, & similia. Et de his quoque introducentur exempla, ex quibus ipsum corpus humanum corrumpitur, & vastatur, vt de morbis, & doloribus varijs, & etiam de morte. Cæterum materiæ singulæ quibus hæc adaptantur exempla, secundum ordinem in superioribus habitum, sigillatim per capitula varia, sub alphabeti literis distinguentur, ad honorem scilicet iilius, & gloriam, qui formauit hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, qui est trinus, & vnus Deus in secula benedictus.

Accidia mala, accidiosorumq; defectus sedulo exprimuntur, quibus melãcholici ac melancholiæ quamplurimis comparantur exemplis, iaque multis auctoritatibus cõfirmatur.

Cap. I.

ACcidia assimilatur melancholiæ. Est enim, secundum Auicennam, quædam species melancholiæ, vt plurimum eueniens in februario, quæ quatuor mala accidentia causat in homine. Primum est, quia facit eum solitarium: Facit enim, vt homo patiens eam diligat fugere ab omnibus hominibus viuis, & cupiat appropinquare mortuis, & sepulchris, vnde talis de nocte vadit, & de die se abscõdit, quod solum facit, quia diligit solitudinem, & elongationem ab hominibus. Similiter accidia facit fugere ab hominibus viuis, i. ab hominibus solicitis & operosis, & appropinquare mortuis, id est, desidiosis, & ociosis, qui sunt tanquam mortui, & nihil operantur boni. Aui. E.

Itẽ accidiosus homo de nocte vadit, id est, tempore quietis est solicitus & inquietus; sed in die, id est, in tempore operandi, est occultus, & somnolentus: Nam tempore quietis inquietatur mẽte, & tempore operis pigrescit corpore. Iob: Noctem verterunt in diem. Competunt etiam hæc generaliter peccatoribus, & malis: quia malus homo fugit viuos, & iustos Deo viuentes, & quærit mortuos in peccatis, id est, iniquos, scilicet tanquam similes sibi. Ecclesia Omnis caro ad simile sibi coniungetur, & omnis homo simili sui sociabitur. Diligunt etiam sepulchra vbi sunt cadauera fœtida, id est, opera carnis corrupta. Iob. 17. Ecc. 13.

Item odit peccator diem, & diligit noctem: quia omnis qui malè agit, odit lucem. Dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Ioan. 3.

Secun-

Secunda melancholia prædicta facit hominē inquietū, quia scilicet patiens eam non quiescit in vno loco plusquam vna hora, immo nō cessat discurrere, & ambulare incessione diuersa, ignorans quo vadat. Similiter accidiosus homo, propter tristitiam aggrauantem animū eius, in omni loco cito attædiatur; & ideo statim cupit locum mutare, sperans habere ex mutatione loci subleuationem tædij; & ideo efficitur girouagus, scilicet similis illi spiritui de quo dicitur Matt. 11. Ambulat per loca arida, & in aquosa, quærens requiem, & non inuenit. Seneca, Aegri animi est ista iactatio discurrere, & locorū varietatibus inquietari: sed quia in omni loco suum tædium secū portat, non inueniens alicubi requiem, nescit quo pergat. Hæc quoque instabilitas loci, vel animi, etiam generaliter competit peccatoribus, propter multiplicitatē desideriorum quibus æstuāt, & impelluntur interius. Isa. Impij quasi mare feruēs, quod quiescere non potest.

Mat. 11

Isa. 57.

Tertio, melancholia prædicta facit hominē suspitiosum, & incautum: Nam aliquando talis cauet sibi ab hominibus, quandoq; autem non cauet, negligens hoc, & parum discernens id quod videt, & ei fit præsens. Homo autem accidiosus, quandoq; etiam appetit occultare pigritiam & tristitiam suam hominibus, & ideo aliquando sibi ab eis cauet: quādoque etiam tanta est pigritia, quod negligit hæc, & non veretur neque curat, quod ab eis cognoscatur.

Quarto, facit hominem pauidum: & ideo talis quando vadit, videtur semper esse quasi in fuga, sed fuga eius est absque ordine. Vnde assimilatur illi vermiculo, q̄ natat in superficie aquę, secundū Auicennam dicitur cutibuth, qui dum mouetur in superficie aquæ, modo vadit huc, modo illuc, & mouetur ad diuersas partes absque ordine, & quādo aliquid obuiat, vel occurrit ei, fugit ab eo, & iterū statim apparet. Eodem itaque modo fuga, & incessio, prędictam melancholiam patientis, diuersa est & incerta, quasi ignorātis in qua parte ire debeat, & est quasi fugiens ab aliquo sibi apparente & obuiante: & iterum apparente sibi altero, adhuc fugit ab illo. Quæ omnia satis congruunt accidioso homini, quia omnia opera imminentia refugit tanquam difficillima, vel impossibilia, & ideo nescit quid faciat, quia quando aliquid faciendum ei occurrit, statim expauescit, & refugit, timens ne sit nimis difficile, & quando occurrit aliud, adhuc facit simile, & ita non operatur aliquid certum: sed modo incipit facere vnum, modo aliud, & nihil prosequitur, vel ad perfectum deducit. Sed contra hæc dicitur Eccl. Esto firmus in via Domini. Sen. Certis ingenijs immorandum est. Eccl. Fili mi, ne in multis sint actus tui.

Eccl. 5.

Senec.

Eccl. 11

Pulcherrimis siquidem exēplis tum actiuæ, tum etiam contemplatiuæ vitæ perfectio aperitur, tribusq; præcipuis rationibus, actiui & contemplatiui mandibulis assimilantur.

Cap. 11.

Actiui, & contemplatiui sunt similes mandibulis propter tria.

Primo, quia mandubili sunt situaliter distinctæ. Nam mandibularum alia superior, alia inferior: Sunt enim sicut duæ molæ, ad molendum & conterendum cibum, continue se mouētes. Vnde mandibulę nutrimentum toti corpori subministrant. In superiori igitur mandibula, dentes

superiores infigitur, in inferiori vero inferiores radicantur. Mandibula ergo superior est vita contemplatiua, quæ circa superiora intedit sicut circa cælestia; inferior vero est vita actiua, quæ inferiora ministrat, scilicet temporalia: Per vtramque enim cibus ministratur quo corpus ecclesiæ sustentatur. Per contemplatiuam enim vitam disponitur & præparatur cibus spiritualis, scilicet doctrinæ, & orationis, & aliarum eleemosynarum spiritualium, quibus etiam proximorum animæ sustentantur, & nutriuntur. Per actiuam vero dispensatur, & ministratur nutrimentū corporale, scilicet cibi, & potus, & aliarum eleemosynarum corporaliū, quibus corpora vegetantur. Dentes autem superiores sunt viri contemplatiui & perfecti, quorum conuersatio in cælis est. Inferiores vero dentes sunt viri puri, & fortes, qui proximorum vtilitatibus inseruiunt. Vbi attendendum est, quod mandibula superior in omni anima, id est, fixa, & immobilis, ad designandum quod vita contemplatiua, quæ est circa æterna, & immobilia bona, attendit & requirit stabilitatem & quietem ab exterioribus exercitijs. Augustinus. Ocium sanctū quærit charitas veritatis. Psalm. Vacate, & videte. Bern. Absit vt qui Deo vacat ad tumultuosam aspiret fratrum officialium vitā. Mandibula vero inferior, id est, actiua vita, tam per compassionem animi, quam per actum ministerij necessario monetur, ita vt possit dici deseruientibus Deo in laboribus vitæ actiuæ illud: Ecce, qui seruiunt ei nō sunt stabiles: Cocodrillus enim contra naturam omniū animaliū mandibulam superiorem mouet, & inferiorem fixam tenet. Sicut dicit Philosophus. Et talis est homo peccator, qui temporalibus corde affigitur, circa spiritualia vero nulla stabilitate firmatur. Thren. Peccauit Hierusalē, propterea instabilis facta est.

Augus. Psal. 33. Bern.

Iob. 4.

Ari. de ani.

Thre. 3.

Secundo, mandibulæ sunt ex duris partibus compositæ, scilicet ex duris ossibus, & duris nexus, & lacertis: & hoc fuit necessarium propter motus continuitatem, & apertionis & clausionis necessitatem, vt dicit Constant. In osse itaque duro, & forti, intelligi fidem, de qua Petrus. Cui resistite fortes in fide. In lacerto vero siue musculo, in quo est virtus motiua, vnde etiam in quolibet membro est quasi loco cordis, significatur spes, scilicet quæ mouet ad bene operandum, sicut spes præcij ad bene laborandum. In neruo autem colligante, intellige charitatem, quæ, secundum Apostolum, est vinculum perfectionis. Et hæc tria necessaria sunt tam ad continuandum opera vitæ actiuę, quam contemplatiuæ.

1. Pet. 5.

Tertio, quia mandibulæ sunt pluribus munimentis circundatæ, scilicet gingiuis, & labijs. Gingiuæ dicuntur à dentibus gignendis, quia in eis dentes gignuntur, nutriuntur, & stabiliuntur. Labia etiam apposita sunt ad decorem exteriorem, & etiam ad defensionem tam illarum, quam dōtium ab exterioribus nocumentis; gingiuæ ergo referuntur ad humiles, sed labia ad Deum laudantes: Nam sicut in gingiuis dentes firmantur, ita in humilitate sancti roborantur; Vnde tam actiuis, quam cōtemplatiuis vtrunq; necessarium est, scilicet vt de se humilia sentiant, & vt etiam ea quæ faciunt, in Dei laudem referant, secundum illud Psal. Labia mea laudabunt te.

Psal. 62

Vera

Vera pœnitentiæ partes (vt Deo gratia exiſtat) ſeptem eſſe debent, quæ per ipſius fellis, ſeptem ſimilitudinibus inquid: cognoſcuntur.

Cap. III.

AMaritudo pœnitentiæ aſſimilatur felli propter ſeptem. Primo, quia fel maximè eſt amaritudinis contentiuum, & hoc eſt propter dominium cholerę ex nimia intenſione caloris: Eſt enim fel membrum calidum, & ſiccũ, hepatis gibbo ſuppoſitum, proprium cholerę rubeę ſeceptaculũ. Sicut ergo eſt maxima amaritudo fellis, ita etiam debet eſſe maxima amaritudo pœnitentis, qui nihil peccato deterius ei accidere potuit. Iſa. Amaritudo mea amariſſima. Deut. Vua eorum vua fellis, & botrus amariſſima. In cuius ſignum Chriſtus pro noſtris peccatis eſt felle potatus. Pſalm. Dederunt in eſcam meam fel.

Iſa. 37
Deu. 39.
Pſal. 60

Secundo, quia fel eſt ſui humoris dupliciter emiſſiuum: Nã ciſtula fellis eſt quædam pellicula habens duos folliculos, & per vnum ad inteſtina cholera deportatur, per alterum vero deportatur ad ſtomachum. Ciſtula ergo fellis, eſt mens amara hominis pœnitentis; cuius duo folliculi ſunt, primus dolor de peccatis præteritis, & hic vadit ad inteſtina ad purgandum fæces cibi, id eſt, ad conſcientiã & inteſtina ad purgandum fæces peccati. Aliud vero eſt propoſitum abſtinendi à futuris. Vnde hoc vadit ad ſtomachum, per quem cibi ingrediuntur ad ventrum, quia maximè debet cautela adhiberi circa ſenſum, vnde malæ ſuggeſtiones, ſeu cogitationes primitus oriuntur, & tranſeunt ad mentem. Vnde Augu. Vbi ſibi aliquis noſtrum viderit aliquid deeſſe, doleat de præterito, caueat de futuro: Nam ſicut dicit Greg. Pœnitentiã agere, eſt perperrata mala plangere, & plangenda non perpetrare Nã qui ſic alia deplorat, vt tamen alia committat adhuc; pœnitentiam agere, aut ignorat, aut diſſimulat.

Aug. in regu.
Greg. in homi.

Tertio, quia fel eſt viſus clarificatiuum, & præcipue fel accipitris, & aliarum auium viuentium de præda, vt dicit Conſtian. Et ideo fel in collyrijs oculorum eſt neceſſarium, propterea, quia ſel ſua ſubtilitate eſt groſſorum humorum inciſiuum, & ſua ſiccitate conſumptiuum. Iob. Fel eius vaſet ad inungendos oculos. Sic ex amaritudine pœnitẽtium fit ſpirituale collyrium, quo oculi animæ interiores purgantur, & clarificantur. Apoc. Collyrio, ſcilicet pœnitentiæ, inunge oculos tuos vt videas.

Conſt.
Iob. 6.
Apoc. 3.

Quarto, quia fel eſt decoctionis ciborum iuuatiuum: Nam cholera à ciſta fellis ad ſtomachum deportata, ſua caliditate virtutem adiuuat digeſtiuam. Et ſic pœnitentia ſuo feruore præparat, & iuuat mentem ad nutrimentum ſpirituale verborum dei, vel corporis Chriſti dignè recipiendum, vt ſic ei applicetur, & proſit ad meritum Et talis præparatio, vel diſpoſito, reſpectu cibi ſpiritualis, eſt quaſi quædam digeſtio. Prouer. Anima eſuriens, amarum pro dulci ſumet: quia ſcilicet non poteſt anima percipere dulcedinem ſpiritualis cibi, & alimoniæ, niſi præcedat amaritudo pœnitentiæ.

Pro. 27.

Quinto, quia fel eſt ad expellẽdum ſuperfluæ excitatiuum: Nam cholera à ciſta fellis ad inteſtina deportata, eſt ſua ſubtilitate penetratiua, & ſuo acumine pungitiua, & inteſtinorum mordificatiua; vnde virtus expulſiua confortatur, & ad expellendas fæces ciborum excitatur Sic pœnitentiæ dolor intus ad mentem peccatoris

catoris pertransit, suo acumine conscientiam compungit, & cum eam continuè mordere non desinit, ad expellendas peccatorum faces per viam confessionis compellit, sicut ex dolore cõpellitur parturiens citius dimittere par-
Psal. 47 tum. Psal. Ibi dolores vt parturientis.

Sexto, quia fel est per accidens dulcedinis cansatiuum. Nam in animalibus fel habentibus, quod est sub felle est valde dulce, quia dum amaræ partes ad locum aliquem colliguntur, partes vicinæ quæ remanent, magis dulces reducuntur. Et sic sub amaritudine pœnitentiæ maxima dulcedo cõtinetur: quia quantum pœnitens dolet de culpæ perpetratione, tãtum gaudet de eius remissione, & adhuc amplius de gratiæ recu-
Iud. 14 peratione. Iudicũ. De forti egressa est dulcedo, quia scilicet de forti amaritudine pœnitentiæ, sequitur dulcedo miserationis, & gratiæ.

Septimo, quia fel est sanguinis a cholera separatiuum & mundificatiuum: Sanguis enim ex præsentia choleræ incenderetur, nisi in custodia fellis eius superfluitas locaretur. Sic etiam pœnitentia coarctat, & restringit ardorẽ concupiscẽtiæ, quę est velut vstio cholerę, tenens ipsam concupiscentiam sub custodia rationis: & ita humor sanguinis, id est, affectio spiritualis amoris, in quo vita animæ consistuatur, sicut vita animalis consistuatur in sanguine, remanet non infecta, sed pura. Et hæc est puritas sangui-
Gen. 11 nis, id est, sinceritas spiritualis amoris, de qua dicitur: Carnẽ cum sanguine ne comeditis, id est, carnalem amorẽ cum spirituali dile-
Mat. 27 ctione non miscebitis. Vnde Dominus voluit bibere vinum cum felle mixtum: Est enim vinum amor spiritualis, sed tanquam fel amaricatiuum est affectio carnalis, de qua dicitur: Nouissima il-
Pro. 5 lius amara quasi absinthium.

Item amaritudo pœnitẽtiæ assimilatur cholerę rubeæ propter quatuor.

Primo, ratione naturalis proprietatis, quia est naturaliter calida & sicca. Sic pœnitentiæ amaritudo calida est feruore bonę voluntatis, & sicca ab humore fluxę
Eccl. 31 cogitationis. Eccl. Vigilia & cho-leta, & tortura vitę infrunito. Nam pœnitentia debet esse cauta, & ideo requirit vigiliam, id-est mentis attentionem.

Item debet esse feruida, & ideo requirit choleram, id est, contritionis ardorem.

Item debet esse pœnosa, & ideo requirit torturam, id est, satisfactionis affectionem. Eccl. Seruo
Eccl. 33 maliuolo, id est, peccatori, siue carni, tortura & compedes.

Secũdo, ratione effectiuæ causalitatis, quia per complexionem cholericam, efficiuntur homines iracundi, ingenioſi, leues, & acuti. Sic pœnitentia facit homines iracundos contra vitia, ingeniosos ad destruendum diaboli machinamenta, leues, vt audita cito perdipiant, acutos, vt subtiliter de rebus sentiant. Sapien. Per
Sap. 8 hanc iuuenis & acutus inueniar in iudicio.

Tertio, ratione similitudinariæ conformitatis: quia cholera est similis igni, & æstati, & calidæ iuuentuti: Hæc enim omnia calidæ & ficcæ naturæ sunt, vt habeas ex cholera rubea amaritudinem contra peccatum, ex iuuẽtute fortitudinem contra diabolum, ex igne charitatẽ intelligentiæ ad cognoscendum Deum, ex æstate vero habeas amorem dilectionis ad proximum. Et inde est quod vicinitas æstatis, id est, pœnitentia fraterni amoris, manifestatur ex fructu operis. Luc. Cum
Luc. 21 arbores

arbores producũt ex se fructum,
scitis quoniam prope est æstas.
Grego. Grego. Probatio dilectionis exhi-
homi. bitio est operis.

Quarto, ratione purgatiuæ effusibilitatis: quia humor cholericus purgatur, & ewittitur, siue effunditur per aures: Dum enim libenter audis quod facere debeas, per aures cordis superfluitates choleræ rubeæ purgas, vel per aures purgaris, dum sacerdos in confes-
Iac. 5. sione te audit: Vnde Iacobus hortatur dicens: Confitemini alterutrũ peccata vestra. Leo Papa. Non
Leo. in ser. remanet in iudicio condemnandum, quod fuerit in confessione purgatum.

De charitate Dei ac proximi excellenter pertractatur, qua egregijs similitudinibus hominum pedibus, quoad omnes eorum partes proprios & effectus, comparatur.
Cap. IIII.

AMor charitatis assimilatur pedi. Sunt enim vt duo pedes animæ quibus ad Deum accedit, amor Dei, & proximi, qui ita sibi connexi sunt, vt alter sine altero currere non possit. Ioan.
Ioan. 20 Currebãt duo autem simul. Hæc autem similitudo pedis, scilicet, & amoris, ex multis proprietatibus patet.

Primo, quia pes est vltimũ corporis, ad integritatis eius pertinens perfectionem. Et similiter vltima eius virtus, quia anima in hac vita perficitur, est charitas,
Col. 3. Vnde Apostolus pluribus enumeratis virtutibus subdit. Super hęc omnia charitatem habẽtes, vinculum perfectionis. Vel sicut pes est finis corporis humani, ita cha-
1. Thi. 1 ritas finis est mandati. Thi. Finis præcepti charitas. Et dicitur charitas finis præcepti, quia omnes actus virtutum de quibus præcepta dantur, ad hunc finem generaliter ordinãtur, vt anima vniatur deo, quod fit per charitatem, vnde actus aliarum virtutum nõ coniungunt anima Deo, nisi mediante charitate. Quia vero pes est extrema pars corporis, põdus totius corporis portat, & sic etiã de charitate ipse Apostolus dicit, 1. Co. 13
quod charitas omnia suffert. Gregor. Tãtum quilibet portat proxi- Grego.
mũ quãtum amat: Si enim amas, homi.
portas, sed si desistis amare, desistis & tolerare.

Secundo, quia pes longus est, & planus, & concauus propter fortiorem vestigij impressionem. Sic amor charitatis debet esse lõgus ad perseuerandum. Prouer. Pro. 17.
Omni tempore diligit qui amicus est. Bern. Ama perseueranter, Bern. li.
& longanimiter, & habens lon- 3. de cõ-
gitudinem, dilata amorem tuum sidc.
vsque ad inimicos, & latitudinẽ tenes: esto in omni solicitudine timoratus, & sublime & profundum apprehendisti.

Item debet esse planus, id est, æqualis, & leuis ad facilius onera portandum, id est, proximorũ defectus. Ephe. Supportantes inuicẽ Ephe. 4.
in charitate.

Item debet esse concauus ad suscipiendum, scilicet per hospitalitatem. Apostolus: Suscipite Ro. 15.
inuicem, sicut & Christus suscepit vos; & ex his relinquitur fortis impressio vestigiorum, id est, exemplorum.

Tertio, quia pes est digitis distinctus ad meliorem incessionẽ: incessio enim animæ in via Dei est per mandatorum obseruationem. Psalm. Viam mandatorum Psa. 119
tuorum cucurri. Distinctio autem digitorum est distinctio mãdatorum. Vnde sicut sunt x. digiti pedis, ita sunt x. præcepta decalogi, sed sicut digiti vniuntur in pede, ita mãdata vniuntur in dilectione. vnde Grego. dicit, quod præ- Gre. in
cepta Dominica sunt multa per homi.
diuersitatem operis, vnum in radice ipsius charitatis.

Quarto,

Digitized by Google

Quartò, quia pes est nerueus & osseus ad maiorē durationem: charitatis autem amor est nerueus ad fortiter colligandum, & est osseus ad alia supportandum, & ideo fortissimus ad nunquam
1.Co.13 deficiendum. Apostolus: Charitas nunquam excidit. Et nota, quòd secundum Const. pes componitur ex ossibus .44. quorum duo sunt calcaneorum, duo manicularum, x pedum, & 30. digitorum. In calcaneis itaque intelligimus moriētes, quia calcaneus est posterior pars pedis, à calcādo sic dictus, quia eo terræ vestigia imprimuntur, vt dicit Ilid. vnde signat mortem, per quam homo terræ infoditur, & in terrā redigitur. Sicut ergo calcaneis necessaria sunt duo ossa, ita morientibus duo sacramenta, sine quibus male moreretur, vnū. s. quo ad paruulos. s. baptismus, aliud quo ad adultos, s. pœnitentia. In maniculis vero accipimus pœnitentes, quod est posterioribus oblitis ad anteriora se extendere: Maniculæ enim sunt anterius, quibus necessaria sunt duo ossa ad sui mortificationē, scilicet timor offensæ, & spes veniæ: In pedibus vero quibus mouemur, accipimus obedientes, quibus necessaria est compago decem ossium. i. obseruatio. x. præceptorū: in digitis vero intelligimus Rectores, & Doctores, quibus necessaria est compago. xxx. ossium. i. maturitas ætatis, quæ videtur communiter competere ætati. 30. annorum: sicut Christus, quando se propalauit, & docere post baptismum cœpit, erat 30. annorum. Vnde
Greg. Greg. Nazianzenus dicit: Obserua Nazian. tu qui præes, quòd triginta annorum erat Iesus. Forsitan autem & Ioannes aliquid plus habebat ætatis, & tu antequam adolescas, antequam genas barbis vestias, vis docere senes, & magister fieri antequam discipulus capis, quod certe ideo leue, & facile putas, quia illud penitus ignoras.

Quinto, pes est necessarius propter ambulationem, & corporis eleuationem: nam amor charitatis mouet, & ambulare facit per operationem. Vnde Apostolus: Ambulate in dilectione, scilicet bene operando; & eleuat per contemplationem, & cælestium affectionem, sicut calor Solis eleuat vapores. Et nota, (sicut dicit Galenus) quod mulier in vtero habens, innctis & compositis pedibus si subito vocata fuerit; si masculum habuerit, primo ad veniendum dexterum pedem mouebit; si vero fœminam gestauerit, primo mouebit sinistrum. Per masculum ergo conceptum, intelligitur bona dispositio mentis, per fœminam vero accipitur dispositio mala, per pedem autem dexterū amor spiritualium, per sinistrum vero temporalium amor significatur. Illa ergo anima, quæ concepit masculum, id est, quæ est bene interius disposita per bonum affectum, & propositum, præmittit pedem dexterum sinistro, id est, præponit amorem spiritaliū omnibus temporalibus. Sed quæ concepit propositū fœmineum, id est, vitiosum, præmittit pedem sinistrum, id est, præponit affectum temporalium spiritualibus. Ephe.5. Gale.

Sexto, in multis animalibus pes est ad defensionem. Sic pede charitatis percutienda est frons, vel fraus tentatoris: Charitas enim est munimen egregium contra tentationes.

Septimo in volatilibus sciffi pedis, & curui, vnguis pes est ad victus acquisitionē, sed in volatilibus clausi pedis, est ad sui in aquis gubernationem, & hoc est, quia

Digitized by Google

quia charitate reficimur, & in aquis tribulationū gubernamur, & defendimur, ne. 1. submergamur. Psalm. In flumine pertransibunt pede, quia. si inundationem tribulationum securè pertransiit pes dilectionis. Canticum. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, nā charitas sicut dicit Augustinus. in aduersitatibus tolerat, in prosperitatibus tēperat, in duris passionibus fortis, in bonis operibus hilaris, in tentatione tutissima, in hospitalitate latissima, inter veros fratres lętissima, inter falsos prudentissima.

Psal. 65. Cant. 5. August.

Hydropisis tres species enumerantur, quibus inordinatus sui ipsius atque diuitiarum amor, & propria excellentia appetitus, pluribus similitudinibus comparatur.

Cap. V.

AMor sui inordinatus assimilatur hydropisi propter tria.

Primo, propter exuberantiam humoris: Est enim hydropisis causa, exuberans materia: (vt Auicen. dicit) Sed tanquam exuberantia humoris in hydropici corpore, est distemperantia amoris propij in peccatoris corde. Ex qua sequitur tumefactio hydropici, id est, superbia, & contemptus Dei, quia superbia amor est propriæ excellentiæ, vt dicit Augustinus.

Auic. Aug. de uer. do.

Secundo, propter repletionem corporis: nam (sicut dicit Auice.) talis exuberās materia ingrossat, & tumefacit membra, aut membra omnia manifestè, aut loca partium vacua, in quibus continentur humores, & regimen nutrimenti. Sic inordinatus amor sui, replet omnia corporis membra, id est, occupat omnia ipsius peccatoris opera, & loca etiam corporis vacua, id est, eius desideria: Nam quicquid desiderat, vel agit, ad seipsum tantummodo homo peccator reflectit, quia in omnibus suis studijs solam propriam vtilitatem attendit. Apostolus: Erunt homines seipsos amantes. 2. Thi. 3

Tertio, propter distinctionem languoris: Nam languor, siue morbus hydropisis, in tres distinguitur partes ac species, quarum vna vocatur hypoſarcha, secunda alchites, tertia tympanites. Prima, scilicet hypoſarcha, prouenit ex materia phlegmatica penetrante in membra cum sanguine, ex qua apparet inflatio in corpore quasi toto, sicut accidit in corpore mortuo. Vnde hæc hydropisis pinguedinē in membra inducit: sed inter membra potissimè facies ad pinguedinem est declinis, cumque digitis corpus premitur in omni loco deprimitur, ex quo non carnis solidæ, sed fluidę, & mollis esse pinguedo illa ostenditur. Hypoſarcha ergo procedens ex exuberāti corporis humore, auaritiæ vitium est, prouenies ex sui inordinato amore, quia ex eo, quod peccator se diligit inordinatè, plus secundum corpus, quam secundum animam, diuitiarum abundantiam appetit, vt commodius viuere possit: ex quarum diuitiarum inordinato amore, cupidus & auarus efficitur, & tunc est hypoſarcha prouenies ex materia phlegmatica. Nam exuberantia materiæ phlegmaticæ, est abundātia temporalis substantiæ: quia huiusmodi materia, scilicet phlegmatica, est fluida, & frigida, est etiam obliuionis & pigritiæ causatiua: Nam phlegmatici sunt fluidi, sunt obliuiosi, sunt pigri, vel tardi, quæ omnia in peccatoribus causat abundantia temporalis. Nam ipsa in se est fluida, id est, labilis & transitoria: &

necesse

necesse est, vt qui laboranti innititur, etiam cum laborante laboratur.
Pro.11. Prou. Qui confidit in diuitijs suis corruet: hæc est etiã quæ facit homines frigidos ad amandum spiritualiter. Io.
1.Io. 2. Siquis diligit mundum, nõ est charitas patris in eo.

Item facit obliuiosos ad recognoscẽdum beneficia. Gen. Succedentibus prosperis obliuius est interpretis sui. Sic qui prosperatur in diuitijs, obliuiscitur Dei.
Gen.40

Item facit pigros, & tardos ad operandũ opera meritoria. Vnde fallacia diuitiarum, & solicitudo seculi, suffocat verbũ, ne scilicet opere impleatur. Tunc ergo exuberat in ventre phlegmaticæ materiæ humor, quando crescit in corde hominis temporalis substantiæ amor: qui tunc cum sanguine penetrat ad membra, cum sub obtentu necessitatis trahitur ad operum studia: Est enim humor sanguinis quasi nutrimentũ corporis, & necessarium sustentamentum naturæ, in tantum, vt dicatur. Leuitici. quod anima, id
Leui.18 est vita omnis carnis, in sanguine est. Ergo accipiamus per sanguinem appetitũ necessitatis, in exuberante autem phlegmate appetitum cupiditatis: vnde tunc phlegma cum sanguine transit, quando sub obtentu necessitatis impletur appetitus cupiditatis: & tunc penetrat in membra, quando transit ad lucrandi studia, ex quibus sequitur impinguatio, id est, diuitiarũ repletio, sed ex pinguedine tumefactio sequitur, quia ex diuitiarum plenitudine
Aug. in ser 31. superbia caũsatur, & ideo Aug. Morbus diuitiarum est superbia: Nam grandis animus est qui inter diuitias isto morbo non tentatur, maior animus diuitias suas vincens contemnendo, magnus est dives qui non se ideo magnũ putat quia dives est, qui autem ideo magnũ se putat quia dives est, superbus & egenus est, in cassa crepat, in corde mendicat, inflatus est, non plenus. Est etiam præcipuè in facie ad pinguedinẽ & ad tumorẽ decliuis: quia præcipuè in exteriori apparẽtia suam superbiam & pompam ostendit. sed quia plenitudo eius non est solida, plenitudo virtutis comprimitur, dum tangitur digitis, quia dum tentationibus impetitur, cedit, & dum aduersitatibus premitur, deficit. Iob: Venit super te plaga, & defecisti. Secunda
Iob.4 species hydropisis, scilicet alchites, prouenit ex materia aquosa, effusa in spatium ventris interioris, & quæ sequuntur ipsum. Vnde est in Asclite grauitas sensibilis in ventre: & cum percutitur venter, non est sonitus, sed quando commouetur, auditur sonitus aquæ cõmotæ. Asclites ergo prouenit ab exuberantia humoris luxuriam designat prouenientem ex inordinato amore propriæ carnis, vnde nascitur ex aqueo humore, id est, ex carnali amore, & ad inferiora vẽtris diffunditur: quia luxuria carnis per inferiora membra expletur. Hæc sensibilem grauitatem ventri ingerit, quia sensibilem commotionis ardorem in ipso ventre diffundit, huiusmodi aquositas ventris cum percutitur, non sentitur: quia flagellum, tribulatio carnis, motum concupiscentiæ sedat, & restringit, sed tamen cum mouetur, sentitur: quia cum tentatione agitatur, protinus excitatur, & deordinatur.

Tertia species hydropisis, scilicet tympanitis, est ex materia vẽtosa sparsa in alias partes, & non est in tympanitide grauitas, neque pinguedo membrorum, sed potius extenuatio ipsorum, neq; etiam tumefactio pedum. sed est inflatio ventris, & tensio quasi corde, & cum pulsatur venter, auditur

Digitized by Google

auditur sonitus ventris in quo est inflatio, vt vtris pleni aqua. Est ergo velut timpanitis tumor elationis, qui est ex ventosa materia, id est, ex humoris excellentia, quæ animum inflat non satiat; vnde eius abundantia timpanitidem inducit: quia excellentia honoris superbiam & elationem gignit, qua animus in flatu extenditur, vt si quis eum iniuria tangat, statim per impatientiam resonat, & ad vindictam intendit.

Isa.16. Isa. Venter meus ad Moab quasi cythara sonabit.

Angelos quamplurimis rationibus corporeis membris iure solere antiquitus depingi, ostenditur.

Cap. VI.

ANgeli licet sint incorporei, tamen in figura humani corporis apparere legũtur, & sic etiã depinguntur, vnde & varia membra corporis etiam in diuina scriptura per quandã similitudinem eis attribuuntur, in quibus variæ actiones eorum inuisibiles exprimuntur. Depinguntur siquidem angeli primo enim lõga comma, & reflexis capillis, vt per hæc eorum mentales affectiones, & ordinatæ cogitationes intelligantur: Nam capilli cogitationes significant, & etiam affectiones quæ nascuntur ex radice mentis. Item aures dicuntur habere, quãdo diuinam inspirationem recipiunt, quam vtique iudicant & discernunt.

Item nares eis pictores attribuunt, quibus peccata velut fœtida fugiunt, & virtutes quasi quædam odoriferæ diligũt, & inter munda, & immũda, fœtida & aromatica, sagacissimè diuidicant, & distinguunt.

Item ora, linguas, & labia habere etiam sæpius memorantur, quia diuina secreta quasi nobis loquẽdo proferũt, & diuinis laudibus quasi continue intendunt.

Item imberbes pinguntur, vt quasi iuuenes, neque viribus, neque senio deficere ostendantur.

Item dentes habere dicuntur, quia gratiam quã à Deo accipiũt aliis communicare, id est, quasi commolendo diuidere consueuerunt. Vnde in dentibus eorum potestas actiua & communicatiua merito designatur.

Item brachia & manus habẽt, quia virtute sua actiua, & permanua, nostras infirmitates sustinent, & vsque in finem ab electorũ defensione, & supportatione non desistunt.

Item cor & pectus habere fingũntur, quia cum deiformẽ habeant vitam, de susceptione deiformis vitæ, & gratiæ, nobis manifestissime cooperantur.

Item costas, & latera habentes quia omnia gratiarũ munera in se tuta continent, & per ipsorum custodiam in electis hominibus omnia tuta manent.

Item lumbos, & femora habere dicuntur, sed vestibus occultata, quia gratiam & virtutem in se habent, quę hominibus carnalibus sunt occulta.

Item habẽt pedes, sed naturaliter denudatos: quia liberos habẽt affectionum motus in deum, ab omni carnali concupiscentia denudatos.

Item describuntur pennati, & alati, quia sunt à cogitatione terrena penitus alieni, contemplationis raptu ad diuini amoris intima intellectu & affectu sunt pœnitus eleuati.

Sanctorum anima perfectiones, quæ puellis, nec non animarum peccatrium defectus multiplices, quæ mulieribus, præsipuè prægnantibus, similes esse videntur, laudabilis sanctis exemplis conferibuntur.

Cap. VII.

ANimæ sanctorum virorum similes sunt puellis. Nam

Digitized by Google

primo puellæ secundū cōplexionem eius.

Item sunt calidæ, & humidæ, quia scilicet animæ sanctæ sunt calidæ per dilectionem, & humidæ per deuotionē, vnde frequentius ex deuotione lachrymas fundunt, in quas deuotionis lachrymæ præcipuè resoluūtur audiendo, vel legendo, vel meditando verba diuina. Cant. 5. Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est: Nam in liquefactione animæ notatur calor dilectionis resoluens, & humor deuotionis decurrens.

Secundo puellæ secundū cordis dispositionem sunt tenellæ, graciles, flexibiles, & pulchræ: similiter animæ sanctæ sunt tenellæ per benevolentiam, flexibiles per obedientiam, graciles per abstinentiā, pulchræ per munditiam, sicut erat pulchra cui dicitur: Pulchra Cant. 4. amica mea, & macula non est in te. Hester. 2. Quærantur regi puellæ virgines atque speciosæ, virgines per continentiam carnis, speciosæ per munditiam mentis.

Tertio, quia puellæ secundum mentis affectionem sunt verecundæ, timidæ, & iucundæ: Sic sanctæ sunt verecūdi de delictis, timidi de supplicijs, iucundi de obsequijs: lætatur enim, & iucundè se offerunt ad Dei seruitia. Psal. Adducentur regi virgines post eam, Psa. 44. proximæ eius afferentur in lætitia, & exultatione.

Quarto puellæ secundum exteriorem compositionem sunt disciplinatæ in sermonibus, in vestibus delicatæ. Nam (vt Seneca dicit) Vestis decentia pudicas decet. Sic sanctæ personę sunt disciplinatæ in moribus, tacitè à noxijs locutionibus, & delicatæ in virtutum vestibus. Prou. 31 Fortitudo & decor indumentū eius, & ridebit in die nouissimo. Et in eodem: Stragulatum vestem fecit sibi, byssus & purpura indumentum eius.

Quinto, quia secundum nominis significationē sunt paruæ, integræ, honestæ, & puræ. Nā (sicut dicit Iud.) Puella est nomen ætatis, nomen integritatis, & nomē honestatis: Dicitur enim puella quasi pura sicut pupilla. Sic animæ, siue personæ sanctæ sunt paruæ per humilitatem, integræ per virginitatē, honestæ per castitatem, puræ per sinceritatē, vel paruæ in sui æstimatione, integræ sine carnis corruptione, honestę in moribus, puræ in operibus. Isidor.

Item anima sancta debet assimilari mulieri.

Primo quidem quia mulier est naturaliter pia: Nam mulier maioris pietatis est quàm vir, vnde cito lachrymas fundit. Et sic anima sancta debet esse pia, & ad lachrymas compunctionis prona. Talis fuit anima Iob, qui dicebat: Flebā quondam super eū qui afflictus erat, compatiebatur anima mea pauperi. Iob. 30.

Secundo, quia mulier est vehementer amatiua: magis enim diligit quā vir. Et sic anima debet feruenter amare Deum, secundū illud Cant. Si inueneritis dilectū meum annuncietis ei, quia amore langueo. Cant. 5.

Tertio, quia mulier est circa fœtum solicita. Et sic anima sancta debet esse solicita circa bona opera, quæ sunt quasi fœtus quos Deo parit. Talis erat Martha cui Dominus dixit, Martha Martha solicita es. Luc. 10.

Item anima peccatrix assimilatur mulieri. Primo, quia mulier habet mentis inconstantiam, & mobilitatem: & similiter anima peccatrix est incōstans in bono, & mobilis & labilis ad malum: Adeo enim mulier est volubilis, quod postquam sæpe à viro decepta fuerit, adhuc tamen ei credit, & se ei submittit. Sic anima pecca-

Digitized by Google

peccatrix inconstans in bono, etiam postquam sæpe à diabolo se delusam, & confusam sentit, adhuc tamen ei credit, & eius tentationi cōsentit. Vnde in hoc assimilatur Sampsoni quem Dalida toties decipit, quem in manus Philistinorū tradidit. Et sic peccator totiēs decipitur, quod ad manus tortorū infernaliū deducitur.

Iud. 16

Secūdo, quia mulier habet mētis & corporis fragilitatem: Nam secundum Philosophum, in omnibus generibus animaliū fœminæ sunt debiliores maribus, præter vrsam, & leopardam, quę sunt fortiores & audaciores quā sunt mares, vnde mulier quasi mollis aër dicitur. Sic anima peccatrix mollis est, & fragilis ad cedendum tentationibus, siue carnalibus, siue spiritualibus. Vnde sicut mulier fornicaria recipit omnes masculos, ita anima peccatrix omnis tentationis motum. Eccles. Omne masculum excipiet mulier.

Ari. de ani.

Eccl. 36

Tertio, quia mulier appetit habere corporis venustatem: Nam (secundum Ari) omnis fœmina habet generaliter flexibiliorē capillum, & molliorem quam vir, & ceruicem habet longiorem, colorem albiorem, faciem lætiorē, & carnem molliorem. Vnde maximè in his partibus mulieres ostendunt lasciuiam, s. in capillis, in ceruice, in facie, in colore, & in reliqua carne. In quibus omnibus comiter plurimi peccatores offendunt, quia animū habentes effœminatum, ad prędictorum ornamentū intendūt. Vnde nota, quod peccatores habent capillos capitis, i. cogitationes, vel affectiones mētis flexibiles ad malitiā, & sunt ceruicosi per superbiā, & colorati, vel dealbati per hypocrisim, & exteriorem apparentiā, & etiam carne molles per gulam, & luxuriam. Hier. Mulier circundabit virum, id est, malitiam fœmininam animus induet masculinus.

Arist. de anim.

Hier. 31

Quarto, quia mulier habet vocis tenuitatem, quia s. peccatores tenuem, & modicam vocem ad Deum habēt laudādum, vel peccata sua confitēdum, vnde potest dici de tali peccatore illud. Non erat vox, neque sensus.

Quinto, quia mulier habet linguæ volubilitatem, & sermonis facilitatem. Sic peccatores sunt faciles ad male loquendum, & mentiendum, & detrahendum, & similia. Psal. Linguis suis dolosè agebant.

Psal. 13

Sexto, quia mulier habet motus tarditatē, & incessus breuitatē, quia scilicet peccator tarde mouetur ad pœnitentiam, & parum proficit in via Sap. Pedes eorum pigri ad ambulandum.

Septimo, quia habet ad irā pronitatē Sic peccator faciliter turbatur. Psalm. Peccator videbit & irascetur.

Psal. 115

Octauo, quia mulier habet odij tenacitatē. Sic peccatores nimis portant odium in corde; & hinc est, quod à Deo nō inueniūt misericordiā, aut peccatorū medicinam. Eccle Homo homini seruat iram, & à Deo quærit medelam.

Eccl. 28

Nono, quia mulier habet inuidię liuiditatem. Et sic peccatores inuicem sibi inuident. Apostolus inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.

Gal. 5.

Decimo, quia mulier habet laboris impassibilitatem, est enim impatiens laboris. Sic peccator delitiosus refugit laborem pœnitentiæ. Psal. In labore hominum non sunt.

Psal. 72

Vndecimo, quia habet libidinis concupiscibilitatem, Hoc etiam pertinet ad quoslibet peccatores luxuriosos, quibus dicitur Iac. Concupiscitis, & non habetis.

Iac. 4

Duodecimo, quia mulier habet

malitiæ immensitatem: Nam malitia mulieris maior est quàm viri, & per peccatum homo efficitur non sapiens, sed malitiosus, & subdolus, Psalm. Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. Psal.40.

Decimo tertio, quia mulier habet spei modicitatem. Sic peccator parum confidit in Deo, sed magis ponit spem suam in fallaci mundo, vnde finaliter cogetur dicere illud, Posuimus mendacium spem nostram. Isa.28

Decimoquarto, mulier habet mendacij loquacitatem, frequenter enim mendacia loquitur: & sic peccatores sunt proni ad mentiendum. Psalm. Filij alieni mentiti sunt. Psal.17.

Decimoquinto, quia mulier habet inuerecundiæ infirmitatem. Nam mulier postquã verecundiã deponit, sine verecũdia existit. Et sic qui peccato assuescit, efficitur infrunitus. Hiere. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Hiere.3

Item anima operantis malum assimilatur mulieri prægnanti.

Primo ratione conceptionis, quia (sicut dicit Aristote.) fœmina quæ masculum cõcipit, minus grauatur, & pulchrioris est coloris, & mundioris, & motus leuioris quam si fœminam portaret. Per masculum ergo intelligitur opus bonum, per fœminam vero opus malum: Nam opus bonum est pulchrius ad intuendum, mũdius ad cogitandum, leuius ad faciendum, maximè existẽti in charitate, quæ omnia facit facilia, & leuia. Econtra autem fœmina, id est, opus malum, est immundum, fœtidum, & onerosum. Vnde anima operantis malum est similis mulieri gignenti filiã fœminam. Iac Concupiscentia cũ cõceperit, parit peccatum. Aristo. de gen. Iac.1.

Secundo ratione impregnationis, Nam (secundum Ari.) signa impregnationis sunt, quæ mulieres prægnantes res diuersas desiderant, colores mutant, sub oculis liuescunt, vbera turgescunt, & ventres intumescunt, nauseam, & vomitũ patiũtur, grauedine premuntur, in laboribus affliguntur, in partu clamare compellũtur, & sæpe periclitãtur. Sic anima peccatrix, & male disposita, diuersa appetit per auaritiam, colorẽ mutat, i. apparentem oculis exterius nouitatem assumit per luxuriam, sub oculis liuescit per inuidiam, turgescit, & intumescit per superbiã, nauseam, & vomitũ patitur propter gulã & crapulã, grauedine premitur, & in labore affligitur per accidiam, clamat, & interdum periclitatur per iram.

Tertio ratione parturitionis: quia licèt mulier cum voluptate concipiat, tamen cum dolore parturit: Peccatum enim cõcipitur, dum actu committitur, & tunc habet delectationẽ: sed parturit dum punitur, & tũc habet dolorem. Ioan. 16 Psal.47.

Appetitus spiritualis pluribus modis confortatur, vicissim & appetitus corporalis destruitur, similitudinibus diuersis demonstratur, quantumque nubilus & auaritia hominibus obsit, quibus diis illi peruersi sub stabant, declaratur.

Cap. VI. Lib.

APpetitus spiritualis nutrimẽti, s. eorum quæ nutrient, spiritu destruitur ex multis: Sicut etiam ex multis causis destruitur appetitus corporalis. Nam appetitus spiritualis perditur quãdoq; ex carnali affectione, sicut appetitus cibi quandoque perditur ex viscoso phlegmate, vt dicit Atic. Et. n. quandoq; multũ phlegma viscosum cõprehensum in ore stomachi, quod nõ refugit à cibo, ni si in quo sunt caliditas, & acuitas: Ani.li.5

tas: sed postea ex acceptione illius acuitur, & fit inflammatio, & extensio, & nausea, & non quiescit, nisi cum euacuatione. Est autē velut humor phlegmatis, affectus, siue amor carnalis, qui stomacho, i. animo, velut viscus separabilis hæret. Vnde Apostolus dicit Ephes. quod nemo carnem suam vnquā odio habuit. Hic ergo dum orificiū stomachi, id est, gustum animi imbuit, nauseā inducit. Vnde carnali amore plenus spiritualia fastidit. Prou. Anima saturata calcabit fauum, & talis nausea siue fastidium, periculosum est animæ, & ferè mortiferum. Psalm. Omnem escam abominata est, anima eorum; & appropinquauerunt vsq; ad portas mortis. Aug. Sicut periculosum est corpori corporeas escas non posse percipere, ita periculosum est animæ, spirituales delitias fastidire.

Pro. 27.

Psa. 106

Aug. in ser. 15.

Secundo destruitur appetitus spiritualium ex honoris ambitione, sicut (secundum Auicen.) perditur appetitus cibi ex catarro descendente à capite. Nā ex assiduitate catarri à capite defluētis, id est, ad stomachum venientis, fit interdū appetitus destructio. Sed velut catarrus capitis est elatio & superbia mentis, quæ tunc ad stomachum vadit, cum appetitum honoris, & ambitionem dignitatis inducit: Tunc enim spiritualium appetitūm quem inducit humilitas, superbiæ vacuitas penitus excludit. Et nota quod secundū Aui. ex tali catarro à capite defluente, plura nocumenta in membris ad quæ descēdit aliquando generantur: Nam aliquādo descendit ad guttur, & spargitur ad palatum, & ad pulmonem & ad merū, & ad stomachum, & quādoque vulnerat ea, & quandoque descendit ad neruos vsque ad lōginquiora membra, & generatur ex eo aliquādo sanies, & pleuresis, & extenuatio, & præcipuè cū catarrus est acutus & calidus, & dolores stomachi, & fluxus ventris, & rasura intestinorum, cum est salsus & acetosus. Sicut ergo ex catarro capitis generantur (vt dictū est) multa nocumenta in corpore, sic etiam ex ambitione cordis, & appetitu honoris, causantur plurima vitia in homine, de quibus Beatus Bern. sic dicit. Ambitio subtile malum, secretum virus, pestis occulta, doli artifex, liuoris parens, vitiorum origo, tinea sanctitatis, excæcatrix cordium, ex remedijs morbos causans, ex medicina languorem generans.

Bern. in ser. dra.

Item Inno. hoc idem ostendit, dicens: Ambitiosus statim vt est ad honorem promotus, in superbia extollitur, in iactantia effrenatur, non curat prodesse, sed gloriatur præesse, præsumit se meliorem, quia cernit se superiorē, priores dedignatur amicos & notos, non curat extraneos, comites contemnit antiquos, vultum auertit, ceruicem erigit, fastum ostendit, grandia loquitur, sublimia meditatur, subesse non patitur, præesse molitur, subditis onerosus, omnibus infestus, præceps, molestus, arrogans, grauis, & importunus.

Inno. de vti. hu. condit.

Tertio quoque destruitur appetitus spiritualis ex auaritiæ retentione, sicut destruitur appetitus cibi ex nulla vel ex pauca corporis resolutione: Nam hoc accidit quando non fit resolutio in corpore, vel quando sit pauca, sicut fit in febribus, in quibus tantum natura laborat ad expellendum morbū, quod refugit ab attractione: vnde si fugit humiditatem cibalem ex venis, neque vere ex stomacho, & ideo toleratur dimissio cibi tempore extenso. Propter istam etiam causam vrsus, erici

& plura animalia in hyeme abstinent à cibo, & non comedunt tempore extenso: quia tunc natura occupatur in rectificando illud, quod est in corporibus eorũ ex humoribus crudis, & administrando ipsum loco eius, quod resoluitur: sed ad vltimum necessitatis cibi inducitur, vt suppleat locũ eius, quod resoluitur. Cum autem nõ est resolutio, aut resolutio praua, nõ est necessarius cibus exterior. Est ergo auaritia velut quædã febris ardentissima, quæ ita animam occupat vt nulla resolutio fiat. Non enim anima auari patitur, nisi per eleemosynarum largitionem, vel liberalitatis dationem sua pecunia, vel temporalis substantia resoluatur, id est, exponẽdo, vel consumendo minuatur. Est enim in corde auari morbus cupiditatis, circa cuius impletionem tãtum laborat auarus congregando, quod omnino refugit distractionem in dando. Vnde quia anima eius est sic occupata temporalium affectionibus, destruitur in ipsa spiritualiũ appetitus: Sunt enim in auaris crudi humores, id est, crudeles, & impiæ conceptiones, quæ ita replent & occupant animã, vt omnem ab eis excludant pietatis, & charitatis affectum. Prou. Viscera impiorum crudelia.

Pro. 12.

Quarto prouenit destructio appetitus spiritualis ex amoris remissione, sicut ex debilitate hepatis debilitatur virtus appetitiua, vt Auic dicit: Nam velut debilitas hepatis tepiditas est amoris, quę appetitum minuit, quia quãto quis Deũ tepidius diligit, tãto minus spiritualia attingit ac appetit, & tanto magis afficitur anima spiritualium sapore, quanto magis incalescit diuina dilectione: Nam & aqua tepida inducit abominationem & vomitum ciborum. Apoc. Quia tepidus es, incipiam te euomere: vnde sicut tepiditas aquæ, ita & tepiditas animæ nauseam & abominationem inducit ciborum spiritualiũ.

Quinto quoque destruitur ex sollicitudinum multiplicatione: quia sicut perditur appetitus corporalis propter vermes existentes in ventre, ita perditur appetitus spiritualis propter sollicitudines temporalium existentes in mente: Nam vermes huiusmodi (vt dicit Auic.) nocent intestinis quibus communicat stomachus, & ideo mouent stomachum ad vomendum, non ad comedendum, & attrahendum. Sic temporales sollicitudines in corde existẽtes, potius mouent ad expetendum affectum spiritualium, quam ad appetendum ea. Gregor. quanto Grego. acriori cura anima inardescit ad infima, tanto tempore damnabiliter frigescit à summis. Sexto destruitur etiam appetitus spiritualis ex rancoris conceptione, sicut destruitur appetitus corporalis propter impregnationem, & retentionem menstruorum: Nam quasi mulier prægnans, & portans conceptum in ventre, est homo tumidus & indignanter portans rancorem in corde. Et quasi sanguinẽ retinet menstruũ, qui effundendi sanguinem alterius appetitum, vel studium habet. Vel refertur impregnatio ad luxuriam & corruptionem carnis, & præcipuè tollit spiritualium delectationum appetitum. Apost. Animalis, id est, carnalis homo, non percipit ea quæ sunt spiritus Dei.

Septimo destruitur appetitus spiritualium delectationũ ex indiscretione pœnitentię, sicut propter nimium exercitium & laborem inordinatum (secundũ Auic.) destruitur appetitus corporalis cibi. Similiter ex inordinato labore pœnitentiæ, vel abstinẽtiæ,

vel

Digitized by Google

vel exercitij spiritualis, plerũque incurrit grauedo, & lassitudo accidiæ, quæ sic animæ appetitum deuastat, vt nil amplius boni ei agere liberat. Vnde sicut Tull. dicit. In omnibus negotijs priusquã aggrediaris adhibẽda est discretio. Cõsidera ergo ne nimis capias: Nam in prouerbijs dicitur: Qui nimis capit, parum stringit, & proijciẽdum est onus sub quo in vita deficias, iuxta illud. Qui plus posse putat sua quam natura ministrat Posse suum superans se minus esse potest.

Cic de offic.

Pro. 15.

Item appetitus mundanæ fælicitatis assimilatur dolori capitis. Primo ratione pœnæ: Nam sicut dolor capitis, sic & fœlicitas prosperitatis non est sine pœna, ex eo quod quæritur cum labore, possidetur cum timore, amittitur cum mœrore. Et sicut Aug. dicit. Prospera huius mundi asperitatem habent, iucũditatem falsam, certum dolorem, incertam voluptatem, durum laborẽ, timidam quietem, rem plenam misericordia, spem beatitudinis inanem.

Aug. in epist.

Secundo ratione causæ. Quia hic dolor aliquando nascitur ex calore, aliquando ex tumore, Calor, est nimiæ cupiditatis ardor, vel mali desiderij feruor: vnde dolor capitis ex calore nascitur, quando mens desiderio rerum temporalium anxiè cruciatur, & talis homo clamare potest illud. Caput meum doleo, caput meum doleo: Torquetur enim mens cupidi, vel si assequi nõ possit quod appetit, vel si aliquando amittit quod diligit: Tumor autem capitis est elatio mentis. Vnde dolor capitis ex tumore nascitur quotiens ex abundantia boni operis animus gloriatur. Psalm. Conuertetur dolor eius in caput eius.

4. Reg. 4

Tertio ratione curæ. Nam vt iste dolor capitis curetur, oportet primo quod morbi materia subtrahatur. Materia namque mundanæ fœlicitatis, quæ appetitum deordinat, temporalia sunt, quæ dupliciter subtrahuntur: Vno modo actu, s. dum pauperibus erogantur: alio modo ab animo, dum de eis non solicitatur, & vtroq; modo inordinato appetitui resistitur. Sed si dolor prouenit ex calore, adhuc oportet quod caput oleo rosaceo inungatur, quia huiusmodi oleum est frigidũ, & signat cruorem Martyrum. Et ideo dum passiones sanctorũ martyrum legis, in quibus maximas contemptus mundi viguit, quasi oleo rosaceo caput vngis, sed antequam oleum infundas, oportet vt caput radas, superflua resecando, & sic materiam morbi destruis, & fomento frigidi olei feruorem caloris reprimis. Debes etiam æstum fugere, & vmbram quærere diuinæ protectionis, vt dicas cum prophe. Domine Deus salutis meæ obumbrasti super caput meum in die belli. Sed si sit dolor proueniens ex tumore, tunc debes oleo violaceo caput vngere, vt possis dolorem mitigare tumoris. Viola est humilis herba, quæ dum de terra nascitur, non procul à terræ proceritate separatur. Oleum ergo humilitatis placat superbiam mentis, sed caue ne oleum peccatoris impinguet caput tuum. Oleum peccatoris, est blandimentum adulationis: hoc autem oleum tumorem capitis non destruit, sed nutrit. Vnde vtendum est oleo Salomonis dicentis. Oleũ de capite tuo ne deficiat. Greg. Oleum de capite, i. charitas de mente.

Apostolorum, ac eorum qui eos insectantur, perfectiones recensentur, quæ ex laterum naturalibus similitudinibus eliciuntur: ossiumq; ipsorum enumeratio, & tandem spiritualis significatio aperitur.

cap. IX.

Apostolorum perfectio, & aliorum qui secuti sunt eos, assimilantur lateri: Eis enim promisit Christus, quod erunt assessores & collaterales sui in iudi-
Psal. 90. cio, vt dicit glosa super illud Psa. Cadent à latere tuo mille: & hæc similitudo apparet congrua tripliciratione.

Primo ratione discretionis: distinguitur enim in corpore duplex latus. s. sinistrum, & dextrũ. Ex qua distinctione intelligitur duplex perfectio eorũ, vna quantum ad vitam præsentem, & hoc pertinet ad latus sinistrum: Sinistrum enim latus est quod clypeo munitur, quod gladio, vel ense accingitur, quod põderibus portandis subijcitur: vnde & leua vocatur à leuando, eo quod sit aptus ad leuandũ aliquid, & portandũ. Et hæc omnia bene cõpetũt Apostolis, & eorum sequacibus: quia ipsi scutum fidei fortiter tenuerunt, ense, vel gladio verbi Dei fortiter pugnauerũt, & tribulationũ, & laborũ, & persecutionũ onera lõganimiter portauerunt. Est alia perfectio eorũ quantum ad statum gloriæ, & id significatur per latus dextrum, q̃ est potius sinistro: vnde dextera Dei vocatur vbi sunt potiora bona, s. gloriæ: & ideo Christus ibi dicitur sedere. Hanc duplicem perfectionẽ petiuit pro filiis mater filiorum Zebedei, cũ dixit: dic
Mat. 20 vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram: de qua tamen, quia non rectum intellectum habebat, dixit Christus: Nescitis quid petatis, & postea subdit. Sedere autem ad dexteram, vel ad sinistrũ, non est meũ dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo.

Secundo, ratione cõpositionis: Nam partes laterum, quæ dicuntur costæ, quia interiora custodiunt, componuntur ex ossibus: sunt. n. in costis (vt dicit Const.) 14. ossa. septena & septena ex vtroq; latere collocata. Septẽ ossa quæ sunt in latere sinistro, siue costæ, sunt septem virtutes, s. tres theologicę, & quatuor cardinales, quib. in præsenti vita Apost. & eorum sequaces instituti, & muniti fuerunt. Vel forte repræsentant perfectionẽ septem donorũ Spiritus sancti. Sed septem costæ in latere dextro, signant septem dotes, s. tres animæ, quæ sunt, visio quę succedit fidei, inhęsio, quę succedit spei, & fruitio, quæ succedit charitati. Et quatuor erunt corporis glorificati, s. claritas, quæ respondet prudentiæ, subtilitas, i. spiritualitas, quæ respõdet iustitiæ: erit enim corpus spirituale totaliter subiectũ spiritui, agilitas, quæ respõdet tẽperãtię, impassibilitas, quę respõdet fortitudini.

Tertio, ratione positionis: quia licet latus multiplicitèr patiatur ex ventositate, tamen ex ciborum multitudine generata, miro modo comprimitur, ita vt sæpe homo moriatur. Sic quamuis sancti multa patiantur aduersa, tamen eis vẽtus superbiæ, vel vanæ gloriæ, maxime est timendus, quia maxime spirituales viros infestat. Et dicit Hyppocrates, quod in a- Hyppocutis ęgrũ iacere in latere, & præ- in præcipuè dextro, bonum signum est: quia significatur, quod loca vicina cordi non sunt opilata, neque malo modo oppressa, sed ad se dilatata: sic bonum est signum iacere in latere sinistro, insistẽdo vitæ actiuę, sed melius in dextro, insistendo contemplatiuæ. Greg. Gre. in Magna sunt vitæ actiuæ merita, ler. sed contemplationis potiora: vnde neque auferri vnquam Mariæ pars dicitur, quia actiuæ vitæ opera cum corpore transeunt; contemplatiuæ vero gaudia, melius ex fine conualescunt.

Et

Bern. Et similiter beatus Bern. hoc idē opinās dicit: Bonum acquiri gradum qui bene ministrauerit proximo: fortè meliorem qui bene vacauerit Deo: optimum autem qui perfectus est in vtroque.

Auaritia detestatio, ipsius damna explicata: conscribuntur, qua quidem ratione, liuor ipsius lepra quatuor speciebus comparemur.

Cap. X.

AVaritia assimilatur lepræ. Primo, ratione corruptionis, quia scilicet in lepra, est vniuersalis humorum corruptio, & infectio membrorum: & similiter ex auaritia, & cupiditate omnes humores, id est, affectiones animæ corrumpuntur. Leo Papa dicebat: Amore pecuniæ vilis est omnis affectio, & anima lucri cupida, etiam pro exiguo perire nō metuit, nullumque est iustitiæ in illo corde vestigium in quo sibi auaritia fecit habitaculū: & hac omnia ecclesiæ membra inficiūtur, scilicet laici, clerici, prælati, & subditi. Hierem. A minore vsque ad maiorem, à Propheta vsque ad Sacerdotem, omnes auaritiæ student. Vnde Rabanus: O pestis maligna auaritia, semper bonis animis decertanda, quem illa sum, quem inconcussum dimittis? genus humanum confudisti, tu discipulū comitem Christi ab Apostolatu præcipitasti, tu milites custodientes sepulchrū captiuasti. Nunquid non bene dictum est: Pecuniæ obediunt omnia? Secundo, ratione distinctionis. Distinguitur à medicis quadruplex communiter lepra. Est enim quædam lepra quæ dicitur elephantia, quæ fit de melancholia inficiente sanguinem. Et dicitur elephantia, quia sicut elephas diuersis distinctus est maculis, sic & patiens hanc speciem lepræ, diuersis maculis respergitur in cute, siue in pelle. Ita etiam homo auarus repletur diuersis maculis, id est, diuersis vitijs: quia (vt dicitur) radix omnium malorū cupiditas. Petrus Rauennas in quodam sermone: Malorū radix cupiditas, transgressionis est mater, magistra nocendi, & primipilaria iniquitatis, auriga malitiæ, ficaria virtutum, seditionis origo, fouea scandalorū. Et ideo etiam Grego. dicit. Quod auaritiā latenter oritur in mente, sed punctiones peccatorū omnium patenter producit in operatione.

Leo in quodā sermo.

Hier. 8.

Rab. su per Ma.

Ioel 1o

1. Thi. 6. Pet. Ra.

Gregor. 20. lib. Mora.

Secunda species lepræ dicitur leonina, quæ fit de cholera inficiente sanguinem: hæc multū inficit oculos, vnde præcipuè cognoscitur per depilationē supercilliorum. Item auaritia oculos inficit, dum ea quæ videt auarus male concupiscit: vnde beatus Ioan. auaritiæ cupiditatem concupiscentiam oculorū vocat: quia auarus inuisibilibus spretis, sola visibilia quærit. Psal. Oculos suos statuerunt declinare in terram, quia scilicet non intendunt auari nisi ad terrena conquirenda.

1. Io. 2.

Psal. 16

Tertia species lepræ dicitur tyria, siue serpentina, à tyro serpente: quia sicut serpēs ille facilè deponit corium, ita, qui laborat hac lepra, deponit cutem, & cito putrescit cutis, & caro propter corruptionem phlegmatis. Huius etiam quædam signa sunt, putrefactio gingiuarum, & labiorum, & raucedo vocis, & ingrossatio extremitatum digitorū manuū, & pedum, & vnguium casus. Similiter auaritia homines expoliat per rapinas, carnes putrefacit per delitias: quia multi auari postquam ditati sunt, delitijs affluūt, & voluptatibus putrescūt. Ioel. Computruerunt iumenta, id est, peccatores ratione non vtentes, in stercore suo, id est, in temporali lucro, de quo Apostolus:

Ioel. 1

Digitized by Google

Omnia arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam: Nam post lucrum temporalium putrescunt turpitudines voluptatum. Ergo putrescit in eis caro per vitium luxuriæ, & gingiuæ per vitium gulæ: sicut patet in auaro illo diuite, qui epulabatur quotidie splendide, ad quod etiam sequitur raucedo vocis, & putredo labiorum, id est, turpiloquium, & stultitia verborum, quæ in contuitijs & delitijs solent abundare. Nota ergo, quod auaritia expoliat per rapinam, putrefacit per inuidiam, quia auari inuident alijs de lucris temporalibus. Prou. 14. Putredo ossium inuidia.

Phil. 3.

Luc. 16.

Item auari morientes expoliantur in domo, putrescunt in sepulchro.

Item in eis putrescunt labia, ne confiteantur peccata, & ingrossantur digiti, vt non restituant aliena.

Quarta lepra est, quæ vocatur allopicia, id est, vulpina: quia sicut allopides, id est, vulpes habent supercilia depilata, ita depilantur & hi qui hanc patiuntur lepram. Vnde essent opportuna mulieribus quæ sibi ea depilant: quia tunc non indigerent ad depilandam eã ferreo instrumẽto. Et huiusmodi leprosis facies intumescit: Sic in auaris diuitibus oritur supercilium, & tumor superbiæ: contra quod Apostolus diuitibus huius seculi præcipit non alta sapere. Auguſt. Difficile est vt non sit superbus qui diues est: tolle superbiam, & diuitiæ non nocebunt.

Ea quæ auditui exteriori in homine corpondunt, singula & interiori conuenire pulcherrimis demonstratur similitudinibus, ex quamadmodum verbum Dei sit audiendum, & discendum, auriumq; tandem natura fuit explicatur.

Cap. XI.

AVditus interior, & perceptio verbi Dei, similis debet esse auditui corporis exteriori: Nam ad perfectionem auditus corporis quinque sunt necessaria, quæ suo modo requiruntur ad auditum interiorem.

Primum est potentia sentiens, s. virtus animalis auditiua. Sic oportet quod sit interius in anima virtus spiritualis gratiæ, quæ faciat ipsam animam spiritualiter sentire, & auide percipere quæ dicuntur. Vnde Gre. dicit, q Greg. in nisi spiritus sanctus auditorum quodã corda impleat, ad aures corporũ ter. vox docentium incassum sonat: Formare enim vocem magistri exterius possunt; sed hanc imprimere interius non valent. Quia igitur hæc virtus a Deo est, sicut virtus auditiua ab anima, ideo dicitur: Qui est ex Deo verba Dei Ioan. 8. audit.

Secundum instrumentum conueniens (secundum Constantinũ) est quoddã os porosum, siue cartilaginosum, quod est cõcauum, siccum, & durum. Cõcauum quidem est vt sua concauitate spiritum concaueat, & aërem: Tortuosum est, ne stupor ex subita et vehementi allisione spiritum lædat audibilem, & ideo organi cũ cularitate sonus tẽperate susceptus, spiritum audibilem non terebrat, sed delectat. Durum etiã est, vt in eo mollior fiat aëris collisio, vt sic sonitus maior fiat: Vnde tympanum melius resonat flante borea, qui est ventus frigidus, & siccus, quam flãte austro, humido atque lento (vt ait Constantinus) Similiter etiam interior animus, vt sit doctrinæ auditæ efficaciter receptiuus, oportet primò quod sit concauus per humilitatem. Gregorius. Via Greg. in Domini ad cor dirigitur, cum homil. sermo veritatis humiliter auditur.

Item

Item oportet, quod sit tortuosus per ruminationem, scilicet vt verbum receptum, quod cibus mentis est, non subito transeat, sed diutius, siue frequentius ruminet, vel reuoluat: Illud enim quod vadit per tortuosum meatum, non subito, sed lente, & tractim gyrando pertransit. Sic etiam verbum auditum nō debet homo dimittere, sed frequenter in corde conferre, & reuoluere, sicut de beata Virgine dicitur, quod conseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo.

Luc. 2.

Item debet esse durus & siccus per retentionem: Nam res dura, & sicca melius retinet & custodit id quod recipit, quam tenera, & mollis. Lucæ. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Sed secundum Aristo organum auditus est aer, qui continetur intra aures inclusus in miringa, idest in quadam pellicula: & ille aër oportet quod sit firmus, qui si haberet propriū motum, vel sonum, non perciperet sonum exteriorem. Sicut patet in his, quibus ex motu talis aëris tinniuntur aures. Sic anima hominis debet doctrinam verbi recipere in interiori memoria, & firmiter perseuerare in ea, Ioan. Si verba mea in vobis manserint. &c Grego. Multi legunt, & ab ipsa lectione ieiuni sunt. Multi vocem prædicationis audiunt, sed post vocem vacui recedunt; quorum si venter comedit, viscera non replentur: quia, & si mente intellectum sacri verbi recipiunt, obliuiscendo, & non seruando quæ audierunt, hoc in cordis visceribus non reponunt: Iaco. Non auditor obliuiosus factus.

Luc. 11

Arist. li. de sen. & sen.

Ioan. 14

Gre. super Eze.

Iac. 1.

Tertium est necessarium mediū ordinate sensatum deferens: Defertur enim sonus ad aurem (secundum Constantinum) hoc modo, quod duo nerui ab anteriori parte cerebri procedentes, in ossibus aurium infiguntur, per quos spiritus audibilis ad prædicta ossa defertur, quibus exterior aër formam soni referens immediate coniungitur. Vnde aër percussus illa ossa collidit, & spiritus in eis existens, secūdum proprietatem existentis ibi aëris, & neruos allidentis, immutatur, qui sic immutatus, recurrens ad suam cellulam, phantasticā immutationem representat, & sic auditum causat. Sicut igitur sonus rei corporalis defertur ad aurem meditante exteriori aëre; Ita & sonus doctrinæ spiritualis transfunditur ad audientis intellectū, mediante exteriori doctore, vel prædicatore. Vnde Apost. dicit. quod fides est ex auditu, & auditus per verbum Dei. Et ideo de apostolis prædicantibus dicitur in Psal. In omnem terram exiuit sonus eorum, propter quod qui vult impleri diuina sapientia, oportet quod frequentet prædicationes, & scholas. Prouer. Cor sapiens quærit doctrinam: propter quod etiam dicit Hugo de sancto victore, quod prudens auditor omnes libenter audit, omnia legit, non scripturam, non personam, non doctrinam spernit, ab omnibus indifferenter quod sibi deest, id est deesse videt, quærit, non quantum sciat, sed quantum ignorat considerat.

Const.

Ro. 10.

Pro. 15.

Hug.

Quartum est anima intendens: quia cū anima intenta est circa vnū, non bene intendit ad aliud. Vnde homo sæpe hominibus intendens aliis, campanam pulsantem non audit. Sic etiam verba Dei homo interiori auditu non percipit, nisi circa ea intentionē apponat; vnde dum est in prædicatione, non debet cogitare de alijs, neque debet intendere ad sonum

sonum verborum tantum, vel ad ornatum, sed magis ad spiritualē sensum, cuius gratia multa

Sen. in epi. faciunt. Vnde Sene. Quidam veniunt vt audiant, & non addiscant, sicut in theatris, voluptatis causa, ad delectandas aures oratione, vel voce, vel fabulis ducūtur. Magnam partem auditorum videbis, qui philosophiæ schola discessorium ocij fit; non illud agunt, vt aliqua illic vitia deponant, vt aliquam legem vitæ accipiant, quæ mores suos erigat, sed vt oblectamento auriū perfruantur. Aliqui etiam eū pugilaribus veniunt, non vt ges accipiant, sed verba, quæ tam sine fructu alieno discunt, quàm sine suo audiunt.

Quintum est obiectum temperatum, & proportionatum, quia auditus, & vniuersaliter omnis sensus, in extremis contristatur, & in medijs delectatur, vnde nimis fortis sonus corrumpit, & tollit auditū. Et ideo dicit Ambr.

Amb. in hexa. quod incolæ regionis illius vbi nilus fluuius oritur, sunt auditu priuati, propter nimium strepitū ipsius fluuij de monte cadentis. Sic doctrina spiritualis debet esse proportionata auditorum capacitati, vt scilicet ieiūdam qualitatem, & capacitatē auditorum formetur sermo doctorum. Vnde

1. Cor. 4 quibusdam adhuc audibus Apo. dicebat. Tanquam parvulis in Christo, lac vobis potum dedi, nō escam.

Item auditus verborum Dei qualis esse debeat, ostenditur ex ipsis auribus.

Primo, quia ipsæ aures semper sunt apertæ, nō enim aliquando claudūtur sicut ipsi oculi, vel os: ex quo ostēditur, quòd homo ad audiendum verba Dei debet esse

Iac. 1. Isid. li. 2. ety. semper paratus. Iaco. Sit homo velox ad audiendum. Vnde aures (secundum Isido.) dicuntur auriendis vocibus.

Secundo, quia aures sunt cartilaginosæ, quod duabus de causis fuit necessarium.

Primo, propter defensionē. Defendit enim ne quid nociuū decidat in auditum.

Secundo propter innamē, quia scilicet vox percussi aëris cum ad cartilaginem venerit, ibi fortis adunatur intra foramina auditus, & sic vnitus melius percipitur sonus. Quod ergo aures sunt cartilaginosæ, signat, q̄ id quod homo audit, ne postea per oblivionē perdatur, debet in charta scribere: stultū enim est propter confidentiā memoriæ nihil scripturæ commendare: sicut Hiero. dicit, & Eccl. Sapientiam scribe Eccl. 38. in tempore vacuitatis.

Tertio quoque, quia aures sunt perforatæ, sed sunt hæc foramina sicut torcular trāsuersa, ne frigidus, aër nimis cito intrans, interiores pāniculos lædat, & ne nociuum aliquod accidat quod auditum impediat, vt dicit Cōstan. In quo signatur, quod qui verba Dei audiunt, debent ea transuertere meditando, & recitādo frequenter, vel verba audita transvertunt, qui ea corde perscrutando discernunt, & in effectu operis vlterius conuertunt. Vnde

Bernar. dicit, quod auris bona, & quæ libenter audit vtilia, prudēter discernit audita, obedienter operatur intellecta. Psal. In audi tu auris obediuit mihi. Psal 17.

Quarto quoque, quia aures sunt multipliciter passiuæ. Nam aliquando patiuntur ex apostematione. Et hoc spiritualiter accidit, quādo homo ex aliquo verbō relato, vel iniuriosè dicto, cōcipit contra aliquem odium, vel rancorem: tunc enim odium cōcepeum, est vt apostema auris interioris. Aliquādo vero auris patitur ex vermium subintratione, & hoc

Digitized by Google

& hoc est, quando ex aliquibus corruptis verbis subintrant tentationes, & concupiscentiæ carnales, sicut Apo. dicit, quod corrumpunt mores bonos colloquia praua. 2.Co.15

Aliquādo vero patitur ex humorū coadunatione: quasi aūt incorrupti humores ad aurē confluentes, sunt falsæ opiniones, & doctrinis hæreticorum prauē docentium generatur. Aliquando vero patitur auris ex mala nerui dispositione, seu contractione: & hoc est, quando aliquis ex alicuius verbis, & suggestionibus retrahitur à bono faciendo: quia retractio operis boni, est vt quædam contractio nerui. Aliquādo vero auditus non habetur ex defectu fœminis, sicut cū in puero procreato natura instrumentum auditus perforare neglexit, quod vtique esse potuit, vel propter naturæ defectionem, vel propter inobedientiam materiæ. Sic etiam aliquando deficit aliquis circa verbum Dei quia illud, quod audit, non penetrat ad cor eius, quod est, vel ex defectu naturali intellectus, scilicet, quia non intelligit quod audit: sicut Dominus dixit discipulis adhuc rudibus: Adhuc & vos sine intellectu estis. Mat. 15 Vel quia non recipitur ab affectu, & voluntate obediendi, vel faciendi, cōtra quod dicitur Estote factores verbi, & non auditores tantùm, fallentes vosmetipsos. Iac.1.

Quinto, quia aures hominis sunt parui. Nam (sicut dicit philosophus) homo inter omnia animalia habet aures immobiles, & breviores, sed ad audiendū maximè efficaces, & hoc est propter bonitatem complexionis. In quo quidem signatur, q̄ homo debet esse in audiēdo firmus, & quietus, sicut Maria Magdalena, quæ sedebat secus pedes Domini, & audiebat verbum illius. Et hoc fuit Arist. de anima.

Item significatur in brevitate aurium, quod homini delectabilis & cōpetens est, non prolixata, sed brevis doctrina: vnde prædicationes, & lectiones, non debent esse longæ, sed breves, & succinctæ, quæ auditum delectent, & animum non grauent. Vnde Hugo de sancto Victore dicit, quod lectio duobus modis animo fastidium ingerere solet, & affligere spiritū, in qualitate videlicet, si obscurior fuerit, & in quantitate, si prolixior extiterit. In vtroque magno vtique moderamine oportet, ne quod ad refectionem quæritur, fastidium generet. Vel in eo, quod homo, habet aures breves, sed efficaces, signatur, q̄ ex paucis auditis debet multa cōcipere: quia sicut terra bona ex paucis seminibus plurima gramina producit, sic sapiēs ex paucis verbis auditis plurimas sententias colligit, propter quod in Prouer. dicitur, quod pauca verba sapienti sufficiunt. Hug. li. 5. in dida. Pro. 24.

Summa beatorum futuritas, æternalis, felicitatis immensitas, deum cœna fulgentis conditionibus, cœnam, familiaritudinibus, ac sanctorum patrum auctoritatibus, subtiliter & copiosè ostendatur.

Cap. XII.

BEatorum qui sunt in cælo, refectio, siue satietas, assimilatur cœnæ, secundum illud Apoc. Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt: Nam in cœna solemni, cuiusmodi fuit illa quam fecit rex Assuerus, ista esse cōsueuerunt. Primo temporis congruitas. Luc. Misit seruum suū, hora scilicet congrua cœnæ, dicere inuitatis vt venirent. Sic ad æternam refectionem Sancti cōgruo tempore aduocantur, scilicet post famem & laborem sæculi, post Apoc. 19. Hest. 1. Luc. 14.

Digitized by Google

pondus diei, & æstus. Apoc. A-
Apo. 14 modo iam dicit spiritus, vt re-
quiescat à laboribus suis. Et Isa.
Isa. 49. Non esurient, neque sitient am-
plius.

Secundo loci amenitatis, scili-
1. Cor. 5 cet cæli empirei. Apost. Scimus
quòd si terrestris domus nostra
dissoluatur, domum non manu-
factam habemus in cælis. Vnde
de illa amena regione cælesti di-
cit Bern. O beata regio paradisi,
Ber. in serm. ô beata regio delitiarum, ad quã
suspiro de valle lachrymarum,
vbi sapientes sine ignorantia, vbi
memoria sine oblivione, vbi in-
tellectus sine errore, vbi ratio si-
ne obscuritate fulgebit. Ibi etiã
Aug. li. medit. (sicut dicit Augu.) fulget quod
non capit locus, sonat quod non
capit tempus, olet quod nõ sper-
git flatus, sapit quod non mi-
nuit edacitas, hæret quod nõ di-
uellit satietas. Ibi videtur stul-
titia sapientia Salomonis, ibi es-
set deformitas pulchritudo Ab-
salonis, ibi tarditas esset veloci-
tas Azahel, ibi debilitas iudica-
retur fortitudo Samsonis, ibi es-
set mortalitas longa vita Mathu-
salem, ibi paupertas esset regnum
Augusti. Ibi etiam, vt idem Au-
gustinus dicit, nihil obest, nihil
deest, nihil extra quod appeta-
tur, nihil intus affluit quod fa-
stidiatur.

Tertiò inuitantis hilaritas, sci-
licet Christi dicentis: Venite ad
me omnes qui laboratis, & one-
rati estis, & ego reficiam vos. Et
Mat. 11. iterum: Ego dispono vobis, sicut
Luc. 22. disposuit mihi pater meus regnũ,
vt edatis, & bibatis super men-
sam. Et de hac mensa, siue cibo
ad quam te Christus inuitat, lo-
Bern. in serm. quitur Bernard. O vere felix, &
gloriosa satietas, ô sacrum con-
uiuium, ô desiderabiles epulæ,
vbi nimirum anxietas nulla, nul-
lum poterit esse fastidium, quini-
mo satietas summa & summum
mentis desiderium. De potu illius
quoque mensæ loquitur Grego- Greg. in mor.
rius dicens: Cùm ad ipsum fon-
tem vitæ venerimus, erit nobis
delectabiliter impressa sitis simul
atque sacietas, sed longè aberit à
siti necessitas, longè a satietate
fastidium: quia sitientes saturabi-
mur, & satiati sitiemus. Et nota,
quod hilaritas, & lætitia, & gloria
ipsius Christi inuitantis & refi-
cientis, debet esse nobis maximè
desiderabilis, ita quod (sicut
Chrysosto dicit) si quotidie opor- Chrys. de rep. lap.
teret nos tormẽta perferre, si ip-
sam gehennam paruo tempore
tolerare pro eo, vt Christũ videre
possemus in gloria venientem, &
sanctorum eius numero sociari,
nõ erit dignum pati omne quod
triste est modo, vt tanti boni, tã-
tæque gloriæ participes habere-
mur.

Quarto ferculorum diuersitas,
id est, gaudiorum, & præmio-
rum varietas. Nam tot, & tanta
sunt ibi gaudia, quod omnes A-
rithmetici huius mundi non pos-
sent ea numerare, omnes Geo-
metri non possent mensurare,
omnes Grammatici, Rethorici,
Dialectici, non possent ea sermo-
nibus explicare. Etenim, nec 1. Cor. 2
oculus vidit, nec in cor hominis
ascenderunt, quæ præparauit
Deus diligentibus se. Gaudium Isa. 35.
& lætitiam tenebunt, & fugiet
dolor, & gemitus. Gregorius: Greg. in hom.
Quæ lingua, vel quis intelle-
ctus capere sufficit illa supernæ
ciuitatis quanta sint gaudia, an-
gelorum choris interesse, cum
beatissimis spiritibus conditoris
gloriæ assistere, præsentem Dei
vultum cernere, & circumscri-
ptum lumen videre, nullo metu
mortis affici, incorruptionis per-
petuæ munere lætari. Ibi ergo
(sicut dicit Bernard.) gaudium Bern.
erit iusto intus & extra, gaudium
sursum atque deorsum, gaudium
circum-

Digitized by Google

circum circa, vbique gaudio plenum. Et possiunt hæc verba sic intelligi, quod Sancti gaudebunt intus, scilicet infra se de animæ & corporis glorificatione, & extra se de hominum & Angelorum associatione, sursum, scilicet supra se, de Dei visione: deorsum scilicet infra se, de cæli & aliarum creaturarum corporalium pulchritudine, & circum circa de omnium sensuum delectatione, & refectione, cum ipse Deus omnium sensuum (spiritualium obiectum sit futurus: erit namque speculum visui; cithara auditui, mel gustui, balsamum olfactui, fios tactui, ibi erit candor lucis æternalis, amœnitas vernalis, abundantia autumnalis, requies hyemalis. Erit quoque ibi (& si non respectu abiecti, id est Dei beatificantis: tamen respectu beatorum ipsorum) quædam distinctio & varietas præmiorum, propter quam Dominus dixit: In domo patris mei mansiones multæ sunt: vnde Gregorius dicit: Si dispar retributio in illa beatitudine æterna non esset, vna potius mansio quam multæ essent. Multæ ergo mansiones sunt, in quibus, & si distinctis bonorum ordines propter meritorum varietatem consortium communiter lætentur, vnum tamen denarium omnes laborantes accipiunt; qui in multis mansionibus distinguuntur, quia vna est beatitudo quam illic percipiunt, & dispar retributionis qualitas, quam per opera diuersa consequuntur.

Ioan. 14

Greg. 4. dia.

Quinto ministrorum vrbanitas, scilicet angelorum. Heb. Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi: Ministrant enim nobis in hoc mundo Angeli, quia, sicut dicit Bernardus, credimus sanctos angelos astare orantibus, offerre Deo vota, & preces hominū, si sine deceptione leuari pias manus perspexerint. Vnde etiam Isidorus dicit, quod boni Angeli ad ministeriū humanæ salutis deputati sunt, vt cunctis administrent mundi, & regant omnia iussu Dei. In alia autem vita (saltem in hac) hominibus ministrant, quod animas sanctorum de corporibus exeuntes ad illius cœnæ dulcedinem perducunt: quod patet exemplo Lazari. Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Bernard. Tu si vis habere ministerium angelorum, fuge consolationes seculi, & tentationibus resiste diaboli.

Heb. 1.

Luc. 16.

Bern.

Sexto discumbentium grata societas, scilicet beatorū cū angelis incorruptibilis vita gaudentium, secundum illud: Neque nubent, neque nubentur; sed erunt sicut angeli Dei in cælo. Greg. Intuere cœtum, nō solum ex hominibus, sed ex Angelis, atq; Archangelis, thronis, & dominationibus, principatibus ac potestatibus conuocatum. De Rege autem qui horum medius resident, dicere vox nulla sufficeret: Effugit enim omnem sermonem, atque omnē sensum humanæ mentis, excedit decus illud, illa pulchritudo, illa virtus, illa gloria, illa magnificentia, illa maiestas. Et dicit etiam Prosper. Illa ciuitas quæ est angelorum, sanctorū omnium congregatione beata, meritis fulgentibus micat. Vbi æterna salus exuberat, veritas regnat, vbi neque fallit quisquā, neque fallitur, vnde nullus beatus eijcitur, vbi nullus miser admittitur.

Greg.

Prosper. de vita. cont.

Septimò, instrumentorū iocunditas, id est, melodia canticorum. Isa. Audietur in ea gratiarū actio, & vox laudis. Et Apo. Et vocem quam audiui, quasi citharedorum Apoc. citharizantium in citharis suis.

Isa. 51.

Digitized by Google

Apo. 14 pondus dici, & actus, Apoc. A modo iam dicit spiritus, vt requiescat à laboribus suis. Et Isa. Isa.49. Non esurient, neque sitient amplius.

Secundo iocunditas, scilicet czli empirei. Apost. Scimus 2.Cor.5 quod si terrestris domus nostra dissoluatur, domum non manufactam habemus in cœlis. Vnde de illa aurea regione cœlesti dicit Bern. O beata regio paradisi, Ber.in serm. ô beata regio delitiarum, ad quã suspiro de valle lachrymarum, vbi sapientia sine ignorantia, vbi memoria sine oblitione, vbi intellectus sine errore, vbi ratio sine obscuritate fulgebit. Ibi etiã Aug. li. (sicut dicit Aug.) fulget quod medit. non capit oculus, sonat quod non capit auditus, olet quod nõ spergit flatus, sapit quod non minuit edacitas, harret quod nõ dirumpit satietas. Ibi videtur stultitia sapientia Salomonis, ibi esset deformitas pulchritudo Absalonis, ibi tarditas esset velocitas Azahel, ibi debilitas iudicaretur fortitudo Samsonis, ibi esset mortalis longa vita Mathusalem, ibi paupertas esset regnum Augusti. Ibi etiam, vt idem Augustinus dicit, nihil obest, nihil deest, nihil extra quod appetatur, nihil intus abest quod satisfiat.

Tertiò inuitantis hilaritas, scilicet Christi dicentis: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Et Mat.11. iterum: Ego dispono vobis, sicut Luc.22. disposuit mihi pater meus regnũ, vt edatis, & bibatis super mensam. Et de hac mensa, siue cibo ad quam te Christus inuitat, loquitur Bernard. O vere felix, & Ber.in serm. gloriosa satietas, ô sacrum conuiuium, ô desiderabiles epulæ, vbi nimirum anxietas nulla, nullum poterit esse fastidium, quinimo satietas summa, & summum

mentis desiderium. De potu illius quoque mensæ loquitur Gregorius dicens: Cùm ad ipsum fontem vitæ venerimus, erit nobis delectabiliter impressa sitis simul atque satietas, sed longe aberit à siti necessitas, longè a satietate fastidium: quia sitientes saturabimur, & satiati sitiemus. Et nota, quod hilaritas, & lætitia, & gloria ipsius Christi inuitantis & reficientis, debet esse nobis maximè desiderabilis, ita quod (sicut Chrysostо dicit) si quotidie oporteret nos torméta perferre, si ipsam gehennam patuo tempore tolerare pro eo, vt Christũ videre possemus in gloria venientem, & sanctorum eius numero sociari, nõ erit dignum pati omne quod triste est modo, vt tanti boni, tãtæque gloriæ participes haberemur. Greg.in mor. Chrys. de rep. lap.

Quarto ferculorum diuersitas, id est, gaudiorum, & præmiorum varietas. Nam tot, & tanta sunt ibi gaudia, quod omnes Arithmetici huius mundi non possent ea numerare, omnes Geometri non possent mensurare, omnes Grammatici, Rethorici, Dialectici, non possent ea sermonibus explicare. Etenim, nec 1.Cor.2 oculus vidit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus se. Gaudium Isa.35. & lætitiam tenebunt, & fugiet dolor, & gemitus. Gregorius: Greg.in hom. Quæ lingua, vel quis intellectus capere sufficit illa supernæ ciuitatis quanta sint gaudia, angelorum choris interesse, cum beatissimis spiritibus conditoris gloriæ assistere, præsentem Dei vultum cernere, & circumscriptum lumen videre, nullo metu mortis affici, incorruptionis perpetuæ munere lætari. Ibi ergo (sicut dicit Bernard.) gaudium Bern. erit iusto intus & extra, gaudium sursum atque deorsum, gaudium circum-

Digitized by Google

circum circa, vbique gaudio plenum. Et possunt hęc verba sic intelligi, quod Sancti gaudebunt intus, scilicet infra se de animæ & corporis glorificatione, & extra se de hominum & Angelorum associatione, iursum, scilicet supra se, de Dei visione: deorsum scilicet infra se, de cæli & aliarum creaturarum corporalium pulchritudine, & circum circa de omnium sensuum delectatione, & refectione, cum ipse Deus omnium sensuum spiritualium obiectum sit futurus: erit namque speculum visui; cithara auditui, mel gustui, balsamum olfactui, thus tactui, ibi erit candor lucis æthialis, amœnitas vernalis, abundantia autumnalis, requies hyemalis. Erit quoque ibi (& si non respectu obiecti, id est Dei beatificantis: tamen respectu beatorum ipsorum) quædam distinctio & varietas præmiorum, propter quam Dominus dixit: In domo patris mei mansiones multæ sunt: vnde Gregorius dicit: Si dispar retributio in illa beatitudine æterna non esset, vna potius mansio quam multæ essent. Multæ ergo mansiones sunt, in quibus, & si distincti bonorum ordines propter meritorum varietatem consortium communiter lætentur, vnum tamen denarium omnes laborantes accipiunt; qui in multis mansionibus distinguuntur, quia vna est beatitudo quam illic percipiunt, & dispar retributionis qualitas, quam per opera diuersa consequuntur.

Ioan. 14.

Greg. 4. dia.

Quinto ministrorum vrbanitas, scilicet angelorum. Heb. Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi: Ministrant enim nobis in hoc mundo Angeli, quia, sicut dicit Bernardus, credimus sanctos angelos astare orantibus, offerre Deo vota, & preces hominũ, si sine deceptione leuari pias manus perspexerint. Vnde etiam Isidorus dicit, quod boni Angeli ad ministeriũ humanæ salutis deputati sunt, vt cunctis administrent mundi, & regant omnia iussu Dei. In alia autem vita (saltem in hac) hominibus ministrant, quod animas sanctorum de corporibus exeuntes ad illius cœnæ dulcedinem perducunt: quod patet exemplo Lazari. Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Bernard. Tu si vis habere ministerium angelorum, fuge consolationes seculi, & tentationibus resiste diaboli.

Heb. 1.

Luc. 16.

Bern.

Sexto discumbentium grata societas, scilicet beatorũ cũ angelis incorruptibilis vita gaudentium, secundum illud: Neque nubent, neque nubentur; sed erunt sicut angeli Dei in cælo. Greg. Intuere cœtum, nõ solum ex hominibus, sed ex Angelis, atq; Archangelis, thronis, & dominationibus, principatibus ac potestatibus conuocatum. De Rege autem qui horum medius resident, dicere vox nulla sufficeret: Effugit enim omnem sermonem, atque omnẽ sensum humanæ mentis, excedit decus illud, illa pulchritudo, illa virtus, illa gloria, illa magnificentia, illa maiestas. Et dicit etiam Prosper. Illa ciuitas quæ est angelorum, sanctorũ omnium congregatione beata, meritis fulgentibus micat. Vbi æterna salus exuberat, veritas regnat, vbi neque fallit quisquã, neque fallitur, vnde nullus beatus ejicitur, vbi nullus miser admittitur.

Greg.

Prospe. de vita cont.

Septimò, instrumentorũ iocunditas, id est, melodia canticorum. Isa. Audiemus in ea gratiarũ actio, & vox laudis. Et Apo. Et vocem quam audiui, quasi citharedorum Apoc. citharizantium in citharis suis.

Isa. 51.

Digitized by Google

Greg. in mor.] Greg. In illa æterna patria, quando iustorum mens in exaltatione capitur, lingua in canticũ laudis eleuatur. Aug. Ibi hymnidici angelũ chori, ibi societas supernorum ciuium, ibi dulcis solemnitas à peregrinationis huius tristi labore redeuntium, ibi festiuitas sine fine, æternitas sine labe, serenitas sine nube.

Aug. super Io.

Octauo luminariũ coplositas, scilicet corporum gloriosorum.

Matt. 13 Apo. 21. Mat. Fulgebũt iusti sicut sol, &c. Apocal. Ciuitas illa non eget lumine solis neque lunæ, sed claritas Dei illuminabit illam.

Nono, cœnæ diuturnitas, id est æternitas bonorum. Psal. In æternum exultabunt, & habitabis in eis: Est enim æternitas (secũdum Boetium) diuturnitas sine fine, & carens omni mutabilitate: sed Dei æternitas non solum sine cæret, sed etiam initio.

Psal. 5.

Decimo, quietis suauitas. Isa. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiducię, & in requie opulenta. Vide in illa beata vita, (sicut dicit Prosper.) est certa securitas, secuta tranquillitas, felix æternitas, æterna felicitas, vbi est amor perfectus, timor nullus, dies æternus, alacer motus, & vnus omnium spiritus.

Isa. 32

Prof. de vi. con.

Item omnium malorum immunitas. Psal. Nõ accedet ad te malum, & flagellum, &c. Aug. Quãta erit ibi fœlicitas, vbi nullũ erit malum, nullum latebit bonum, vacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus.

Psal. 90. Aug.

Charitatis perfectiones, per ipsius hominis dorsi, sensusq; tactus, ac manus plurimas naturales proprietates, nõ vulgaribus exemplis patefit: & quinsit verus amor, quidve principaliter sit amandum, elare definitur.

Cap. XIII.

CHaritas assimilatur dorso propter quatuor.

Primo, quia dorsum est onerum portatiuum: vnde dorsum à duritia est dictum, eo quod sit forte, & durum ad onus portandum, & durabile ad duritias sustinẽdum, vt dicit Isido. Et dorsi cutis spissior, & durior est, quem in cęteris partibus animal. Hæc autem omnia competunt charitati, de qua Apo. dicit, quod omnia suffert. 1. Cor. 13 onera pro Christo. Augu. Sarcina Augustini Christi, quæ infirmitati grauis est, leuis efficitur charitati. Cant. Cant. 8. Fortis est vt mors, dilectio. Et ideo dorsum charitatis, faciliter portat onus tribulationis vnde Psal. 65. Psal. Posuit tribulationes in dorso nostro. Sed nota, quod dorsum in homine etiam vocatur tergũ, eo quod illo resupini in terra iacemus, quod nullum animal facit nisi homo. Vnde bruta in ventre, aut in latere iacent. Sed homo resupinus dum tergo terræ inhæret, oculos ad cælum habet, quæ etiam charitati conueniunt, quæ & tertena bene dispensat per actiuam, & cælestibus semper intendit per vitam contemplatiuam. Ad primum enim horum inclinat amor proximi, ad secundũ vero facilius erigit amor Dei. vnde Apo. dicit, in charitate radicati & fundati, vt possitis cõprehendere cum omnibus sanctis quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profunditas: Est enim charitatis sublimitas in altitudine contẽplationis, est vero charitatis profundum in humilitate actionis.

Isid. lib. 11. Ephe. 3.

Secundo, quia dorsum est omnium aliorum ẽsium fundatiũs quia omnia fundata sunt supra ipsum, sicut supra carinam nauis. Et sic charitas est fundamentum quoddam omnium virtutum, & primus lapis huius fundamenti est Christus, quia ipse exemplum, & mandatum primũ attulit perfectæ charitatis. Vnde dicit hic

est

est præceptum meum, vt diligatis inuicem, &c.

Ioan.15 Secundo vero lapides huius fundamenti fuerunt apostoli, & prophetę etiam per fidē Christi venturi in fundamento ecclesiæ collocati, & super hos postea aliorum fidelium ecclesiæ fabrica est

Ephe.2. erecta. Vnde Apost. dicit eis. Estis ciues sanctorum, & domestici Dei, superædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum ipso summo angulari lapide Iesu.

Tertio, quia dorsum est vncerum defensiuum, & operatiuum. Viscera fœcem & turpitudinem continētia, sunt peccata quæ charitas operire dicitur in homine

1.Pet.4. pœnitente Petr. Charitas operit multitudinem peccatorum. Pro.

Pro.10. Vniuersa delicta operit charitas. Ipsa etiam charitas peccata excusando, & purgādo, defendit apud iudicium Dei: vel ipsa defendit viscera. i. interiores virtutes, in quibus nutrimentum animæ continetur, ne à tentationibus, vel persecutionibus lædantur.

Grego. Grego. Charitas sancta cor pacificat, & mentem in tentationibus corroborat Glo. Nullum permittit Deus cadere, qui ei seruit vero amore.

Quarto quoque, quia dorsum est inultarum læsionum susceptiuum. Dorsum enim patitur verberationem, & excoriationem, & multa alia mala. Sic sancti propter dilectionem Dei & proximi, sustinuerunt excoriationem, sicut patet de Beato Barth. Apostolo, & verbera secundum illud, Alij ludibria & verbera experti, & multa alia mala, vt subditur ibidem; & multa etiam ex charita-

Psa.128 te pro aliorum peccatis sustinuerunt. Psal. Supra dorsum meū fabricauerunt peccatores.

Item charitas assimilatur sensui tactus propter quinque.

Primo ratione organi: Nam organum tactus (sicut dicit Philosophus) non est caro, quia in nullo sensu potest fieri sensatio si tangatur organum: vt si quis aliquod corpus ponat album in superficie oculi nō videtur: sed tactus sensit sensibilia posita supra carnem; & ideo caro non est organum tactus: & idcirco (sicut Arist. dicit) organum sensus tactus, est aliquod intrinsecū circa cor: organum enim tactus, & si non possit esse à qualitatibus tangibilibus totaliter denudatum, propterea, quia huiusmodi qualitates sunt elementorum ex quibus ipsum organum componitur: tamen oportet ipsum esse medium temperatum, vt sit in potentia ad obiecta tangibilia, sicut medium ab anima. Vnde quanto animal habet complexionem magis reductam ad medium, tanto est melioris tactus: Oportet ergo quod organum tactus sit multū terrestre, quia terra minus inter elementa habet de virtute actiua; & oportet, quod sit positum in loco calidissimo circa cor, ex cuius caliditate tertæ frigiditas ad temperiem reducatur. Sicut ergo organum, & principium tactus, non est caro, sed aliquid circa cor, cuius signum est, quia si læsio accidat in locis circa cor est maximè dolorosa. Sic etiam amor charitatis nō est amor carnalis, sed spiritualis in corde tadicatus, secundum illud, Diliges

Deut. 6 dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Vnde circa cor videtur esse propriū organū charitatis: propter quod dicit Apostol

Rom 5 charitas dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis, Augustinus. Non autem carnalis, sed spiritualis inter vos debet esse dilectio: ergo organum spiritualis amoris non caro est, sed cor.

Aris. 2. de ani.

Aris. de sen. & sen.

Aug. in reg.

Digitized by Google

Secundo ratione medij. Mediũ enim in sensu tactus (vt dicit Arist. de anim. philosophus) est duplex, vnum intraneum, & connaturale, scilicet caro, aliud extraneum, & accidentale, scilicet aër, & aqua: Nã ea quæ se tangunt in aqua, tangunt se mediante aqua, quia illud quod est in aqua oportet esse humectatum, & illa humiditas cum sit qualitas aquæ, non potest esse sine suo subiecto, quod est aqua. Et simile est de his qui sè tangũt in aëre, cum etiam aër sit humidus: sed magis latet nos de aëre quam de aqua quod sit mediũ, propter hoc, quod continuè sumus in aëre; & ideo interceptibiliter, inhæret nobis. Sicut etiam de aqua latet animalia quæ sunt in aqua, quia scilicet non percipiunt aquam quæ est inter ipsa & corpora tangentia.

Item magis latet de aëre, quia subtilior est, & minus sensu perceptibilis. Similiter in amore charitatis diuinæ, medium naturale, & intrinsecum, est caro & humanitas à verbo Dei assumpta: quia per incarnati Verbi mysterium, noua mentis nostræ oculis lux diuinæ claritatis infulsit: vt dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in inuisibilium amorem rapiamur, vt Greg. dicit. Greg. in præfat. Aug. li. de cathe. rud. Vnde hortatur Augustin. dicens: Ama amorem illius, qui amore tui amoris, descendit in vterum Virginis, & ibi amorem suũ amori tuo copulauit, humiliando se, sublimando te, coniungendo lumen suæ æternitatis limo tuæ mortalitatis. Propter hoc Bern. Bern. in Cant. dicit, quod quicquid blãditur de carne propria, vel aliena, sacrosanctæ carnis Christi amori postponere debemus. Et secundum eundem Bern. Ipsa carne sua mediante, Christus dilexit nos sapienter, fortiter, & dulciter. Dulciter, quia carnem induxit: sapiẽter, quia vitia carnis curauit: fortiter, quia in ea mortẽ sustinuit. Sed quasi medium extraneũ est proximus, vel aliæ creaturæ visibiles, quibus mediantibus ducimur ad diuinæ bonitatis notitiã, & amorem. Vnde August. dicit: Aug. li. conf. Cælum, & terra, & omnia quæ in eis sunt, ecce mihi vndique dicunt, vt amem te Deus, neq; cessant dicere omnibus ita, vt inexcusabiles sint: Intellige per aquã grossiorem creaturam, corporalẽ visibilem. Per aerem, subtiliorem & imperceptibilem: quibus omnibus mediantibus in Dei amorem manu ducimur.

Tertio ratione instrumẽti, quia licet tactus fiat per quodlibet membrum corporis, tamen inter omnia membra exteriora manus videntur propria instrumenta ad palpandum, & tangendum, quas natura temperatas hac ratione composuit, vt calida & frigida facilius sentirent. Et sunt concauæ, & neruosæ, & temperatæ. Cõcauæ, vt melius tangenda percipiant, & tenenda fortius teneant: neruosæ, vt sint fortiores, & vt ibi vigeat sensibilitas: quia omne neruosum sensibile est. Temperatæ vero fuerunt, vt à requalibet facilius immutentur. Sicut ergo sensus tactus viget in manibus, ita amor charitatis in operibus: manibus enim præcipuè nos operamur, Ioan. Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere. Gregorius. Nunquam est in homine amor Dei ociosus: operatur enim magna, si est; si autem operari desinit, amor non est. Sed attende quales sunt manus, id est, opera charitatis, quia concauæ ad operandum humiliter, neruosæ ad operãdũ fortiter, & temperatæ ad operandum delectabiliter, quia temperata delectant, extrema vero contubant. Ioan. 3. Greg.

Quia

Quarto, ratione subiecti, quia scilicet sensus tactus videtur esse subiectum & fundamentum omnium aliorum sensuum, sine quo non inest animalibus aliquis sensus, sed non econuerso. Vnde sensus tactus de necessitate inest omnibus animalibus, sine quo nullum animal esse potest, vt probat Philosophus. Alij autem sensus non insunt de necessitate, sed sunt de bene esse. Neque est instantia de gustu, quamuis nullum animal possit viuere sine alimento: quia gustus prout susceptiuus est alimēti, est quidam tactus: prout autem distinguitur à tactu, sic est discretiuus saporum, qui faciunt alimentum delectabile, vel triste, vt accipiatur faciliter, vel refutetur. Sicut ergo tactus est aliorum sensuum fundamētum, ita vt nullus sine eo esse possit; sic quoque & charitas est omnium virtutum forma & complementum, ita vt sine ea nulla vera virtus & perfecta esse possit. Et ideo Aposto. dixit, vt supra allegatum est: In charitate radicati, & fundati. Gregor. Vt multi arboris rami ex vna radice prodeunt, sic multæ virtutes ex vna charitate generātur, nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, si non manet in radice charitatis.

Arist. 3. de ani.

Eph. 3. Greg. in homi.

Quinto, ratione obiecti: Est enim tactus discretiuus & perceptiuus qualitatum tangibilium: qualitates autem tāgibiles sunt, calidum, frigidum, humidum, & siccum, durum, & molle, & quædā huiusmodi, vt graue, & leue, acutum, & hebes, & similia: quæ etiam omnia adaptantur charitati, quæ facit hominem calidum, & frigidum: calidum circa spiritualia, & frigidum circa temporalia: humidum & lachrymosum, compatiendo, siccum abstinendo, durum ad tolerandum, mollem ad parcendum, grauem & maturum in moribus, leuem & promptum, & velocem in operibus: vel grauem in corripiendo, leuem, id est, velocem in obediendo: vel quia amor omnia facit leuia, & facilia.

Item acutum in contemplādo, & hebetem in malignando: Nescit enim amicus de alijs malignari. Corinth. Charitas non cogitat malum. 1. Co. 13

Quo pacto spirituali cibo, qui verè verbum Dei est, vti debeamus, vt anima perfectè alatur, stomachi similitudinibus, cibique corporalis exemplis multis planum efficitur: ac elementorum qualitates, ad huiuscemodi rem magis explicandam, aptè apponuntur, & denique Christi corpus pariter animæ alimentum esse demonstratur.

Cap. XIIII.

Cibo spirituali qualiter nutriēdus sit spiritus ostenditur exemplo stomachi.

Primo, quia stomachus est ciborum receptiuus. Vnde stomachus Græcè dicitur, os Latinè, eo quod sit ostium ventris ad cibum recipiendum, vt dicit Isid. Est etiam stomachus figuræ rotundæ factus, vt cibum recipiat quātitatis amplioris. Stomachus autē humanus in superiori parte est strictus, in inferiori latus, & hoc necessarium fuit: Nam cum homo inter cætera animalia sit erectus, cibus eius semper ad inferiora descendit, & ideo perutilis fuit inferior latitudo, vt in ea cibi possit recipi multitudo, quæ omnia ostendunt stomachū esse receptaculum ciborum. Sic homo cibum spiritualis doctrinæ, de quo Matth. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei siue lachrymosę pœnitētię de quo Psal. Cibabis nos pane lachrymarum

Isid. li. ety.

Matt. 4.

Psal. 79

marum: siue cœlestis obedientiæ,
Ioan. 4. de quo Ioan. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me; debet diligenter suscipere, primum cum prædicatur, secundum cum inspiratur, tertium cũ
Act. 9. impetratur. Act. Cum accepisset cibum, confortatus est.

Secundo stomachus est retentiuus ciborum: Et hinc est quod stomachus interius est factus asper, & villosus, vt cibum melius retinere possit: Nam si esset lubricus, & in superficie planus, cibus ab eo recederet indigestus. Sic anima spiritualis cibi non solum receptiua esse debet, sed etiam retentiua, & præcipuè cibi sacræ doctrinæ, id est, verborum Dei, quæ non solum recipi debẽt ad audientiam, vel intelligentiã, sed etiam retineri per memoriã.
Ioan. 15 Ioan. Si verba mea in vobis manserint, &c Gregor. Verba Dei, quę
Gregor. hom. aure percipitis, mente retinete: cibus enim mentis sermo Dei est. Et quasi receptus cibus stomacho languente reijcitur, quando sermo auditus, in venire memoriæ non retinetur: sed quisquis alimenta non retinet, huius profecto vita desperatur. Aeternæ ergo mortis periculum formidate, si verba vitæ, & alimenta iustitiæ, quæ aure percipitis, in memoria non retinetis.

Tertio, quoque stomachus est ciborum digestiuus. Vnde stomachus factus est in fundo carnosus, vt confortetur in eo digestio: Caro enim est calida, & humida, ex quibus qualitatibus maxime digestio confortatur. Per digestionem autem corporalem nutrimentum transmutatur, & alteratur, & efficitur simile nutrito. Vnde alimentum quod in principio digestionis est dissimile, in fine omnium digestionum efficitur simile nutrito, vt dicit Philosophus. Sed de cibo spirituali est

econuerso, quia non transmutatur verbum Dei in mentem, sed potius mens in similitudinẽ verbi: Interdum enim verbũ est dissimile, & cõtrarium menti. Nam verbum humilitatis menti superbæ contrariatur, menti luxuriosæ verbum castitatis, & mẽti crudeli verbum pietatis: quando ergo verbum auditum est tantę efficaciæ, vt possit mentem alterare, & ad se conuertere, puta vt mens superba efficiatur humilis, luxuriosa casta, crudelis pia, tunc digestio verbi facta est. Et ad digestionem hanc similitudine alia hortatur Dominus dicens: Este consentiens aduersario tuo: Aduersarius enim iste (vt Augustinus exponit) sermo diuinus est, qui peccatori aduersatur, peccatum prohibendo, vel iustitiam suadendo, siue præcipiendo; cui peccator consentire debet, & obedire, si non vult in æternum perire. Notandum etiam, quod sicut digestio corporalis cibi fit mediante calore naturali, (propter quod Philosophus dicit, quod digestio est completio humidi à proprio naturali calore facta ex contraiacentibus passionibus, quæ scilicet sunt in ipso humido). Sic digestio, siue transmutatio spiritualis ipsius animi, fit mediante amore ipsius verbi auditi: quia nisi homo afficiatur ad ea quæ audit, non transmutatur ab eis: Verba enim quæ non placent, animum nõ mouent: & ideo dicit Augustinus, quod doctor agere id debet, vt non solum intelligatur, verum etiam, vt libenter, & obedienter audiatur.

Aristot. 2. de ani.

Matt. 5.

Aristot. 4. meth.

Item stomachus ab hepate circundatur, vt ad ciborum digestionem ei maior copia caloris ministretur: Epar enim suis quinque fistulis, siue linguis, stomachum circuncingit, & ei calorem dum tribuit, succositatem vnde

sanguis

Digitized by Google

sanguis generatur per quasdã venulas ab eo recipit. Quinque ergo frustulæ, siue fibræ, quæ sunt extremitates hepatis, quinque opera sunt præcipua nostri Redemptoris, quæ animum nostrum cœlestacere debent, & ad eius verba amplectenda plurimum inflammare, scilicet incarnatio, passio, descensus ad inferos, resurrectio, & in cœlum ascensio: vel fortè sunt quinque vulnera ipsius Saluatoris, ad quæ dum homo animi deuotionem dirigit, humorem quendam lachrymosi amoris, & deuotionis ad hepar, i. ad Christum mittit.

Quarto, stomachus est secundũ diuersam complexionẽ diuersorum ciborum appetitiuus, & diuersimodè digestiuus. Nam (secundum Constan.) si stomachus fuerit naturaliter calidus, cibos grossos bene digerit, delicatos vero consumit, & plus digerit quàm eius appetitus sit, & propter similitudinem cibos calidos maxime appetit, nec famem sustinere potest. Econtra vero frigidus non bene cibatia grossa digerit, sed grauatur ex eis, & ea in humores corruptos & acidos cito cõuertit. Stomachus vero siccus cito sitit, & parum ei aquæ sufficit; Vnde si superfluum biberit, rugitum ei in ventre facit. Si autem stomachus fuerit humidus, non sitit, humidum cibũ appetit, sed parum digerit. Ille igitur habet stomachũ calidum calore naturali, qui habet animum feruidum amore spirituali, & hic grossa & solida cibaria, i. alta & difficilia dogmata bene capit, & intelligit, quæ sunt perfectorum cibus, secundum illud. Perfectorũ solidus est cibus. Delicata vero, id est, mollia & facilia, pro nihilo quasi ducit. Sed semper similia sibi, id est, feruentia, & ignita eloquia concupiscit, & plus potest opere capere, quam præsumpserit corde, nec potest desiderium sustinere ociosum: frigidus autem & imperfectus animus, grossa, id est, perfecta, & magna dogmata non potest capere, secundum illud: Facti estis quibus lacte opus Heb. 5. sit non solido cibo. Vnde si alta, vel difficilia talibus proponantur, grauantur audire ea quæ non intelligunt. Vnde plerunque talia documenta vertuntur eis vel in corruptionem erroris, vel in accidiam mentis. Animus autem aridus ab humore deuotionis, & si aliquando fortè sitierit aquam salutaris doctrinæ, cito tamen cũ audierit, & de modico satiatur; & si talibus prædicetur, fortè prolixius rugiunt murmurando: qui verò habet humidum animũ carnalis concupiscentiæ humore, nõ sitit aquam spiritualis doctrinæ, sed tantum appetit cibum humiduna, id est, fluxum operis luxuriæ, de quo frequenter accidit, quod multum appetit, & parum assequitur. Psalm. Famem patientur vt canes. Psal. 58.

Quinto, quia stomachus est multipliciter passiuus: patitur enim euomitionem, indigestionẽ, abominationem, inflammationẽ, eructationẽ, & multa huiusmodi. Sic interdum animus contra sanctam doctrinam patitur euomitionem, cum ipsam per memoriam non custodit, indigestionem cum ipsam non diligit: Abominationem cum ipsam audire refugit: Inflammationem vero patitur, qui contra ipsam dedignatur, vel qui de ipsa (quando discit, vel docet) superbit. Apost. Scientia inflat. Sed eructationem, id est, stomachi euentationem patitur, qui ex ipsa ventum ostentationis quærit. Patitur autem ista stomachus quandoque ex maligna complexione, quandoque ex nimia exi- 1. Cor. 8

nanitione, quandoq; ex nimia repletione, quãdoq; ex vigoris defectione, quandoque vero expulsiuæ virtutis debilitatione. Quasi autem inordinata complexio humorum in stomacho, est inordinatio passionum, puta amoris, vel odij, vel iræ, & similia, ex qua frequenter accidit, quòd homo est malè disp̃ositus ad audiendum verbum Dei. Ex nimia etiã paupertatis inanitione, vel diuitiarum repletione, quia vtraque sollicitudinem nimiam tribuit, vel occupationem, frequenter retrahuntur plurimi ab auditu, vel fructu verborum
Prou.30 Dei. Vnde Prouerb. Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi. Plures autem alij sunt quibus, & si abſit sollicitudo ad audiendum, deficit tamen vigor ad id quòd audiunt opere implẽdum. Quidam vero verbum Dei cum magna deuotione audiunt, sed dum contrariæ tentationes insurgunt, quia in virtute expulsiua ipsarum tentationum deficiunt, tentationibus deuicti nihil ex auditis proficiunt, quia scilicet venit diabolus, & tollit verbum de cordibus eorum, vt dicitur.

Luc.8. Item cibus spiritualis doctrinæ requirit quatuor virtutes, quæ sunt in hominis corpore, scilicet apperitiua, retẽtiua, digestiua, & expulsiua: Oportet enim vt cibũ spiritualis doctrinæ anima primo
Dan.11 appetat, sicut appetebat Daniel, qui propter appetitum scientiæ Dei vocatus est vir desideriorum. Et sponsa etiam in Cantic.
Cant. hunc cibum spiritualis doctrinæ appetebat, & expetebat, dicens: Sonet vox tua in auribus meis. Vnde anima quæ hunc cibum fastidit, ad mortem tendit.
Psa.102 Psal. Omnem escam abominata
Aug.su- est anima eorum, vsque ad por-
Psa. tas mortis. Augustin. Sicut nocium est corpori corporeas escas non posse percipere, ita periculosum est animæ spirituales escas fastidire.

Item oportet quod anima audita retineat: Nam sicut non prodest corpori, quod stomachus cibum recipiat, si receptum statim euomat. Sen. Non prodest cibus Sen. in epist. neque accedit corpori, qui statim sumptus emittitur. Similiter nec verbum auditũ prodest, si statim obliuioni tradatur.

Item oportet quod mens auditum & retentum digerat, & in bonos humores, id est, in bonos mores, conuertat.

Item oportet, quod non solum digerat, sed etiam expellat, scilicet ea, quæ bonis moribus non congruunt, respuat, & abijciat: nam si intus retinet quod expelli debuerat, etiam bene digestis corruptionem præstat. Notandum autem, quod secundum quosdam prædictæ quatuor virtutes ex quatuor elementis contrahunt sibi vires. Vnde ignis, qui est calidus & siccus, correspondet virtuti appetitiuæ, terra frigida & sicca retentiuæ, aër calidus & humidus digestiuæ, aqua frigida & humida expulsiuæ: Oportet enim, vt quod ignis attraxit, terra ex sua natura retineat: & quod terra retinuit, aër dissoluat: & quod aër dissoluit, aqua emolliat. Ita quoque spiritualiter ignis, id est, intelligentiæ claritas appetitum excitat; Nam cum intellectus sublimiter, & delectabiliter cælestia cogitat, appetitum spiritualem in mente causat, & fit desiderium in corde hominis, vt auidè quærat cibum sanctæ exhortationis. Terra vero, id est, stabilitas mentis, causat retentionem: quia quod appetitus per intellectum attraxit, stabilitas animi firmiter custodit: sed aër, id est, puritas

mentis

mentis causat digestionem, quia quod animus firmiter conteruat, puritas mentis fideliter ordinat. Sed aqua, id est, discretionis mobilitas, facit expulsionem: quia quod suis moribus nō congruit, discretio remouet, separat, & expellit, & sic à temperamento animus non recedit, sed tēperamentum seruans, peccati morbo non succumbit.

Item cibus sacramentalis, de quo dominus dixit: Caro mea vere est cibus, &c. operatur in anima ad modum cibi corporalis: Nam nutrit animā, gratiam præstando: augmentat, virtutes multiplicando: calorem innatum temperat, concupiscentiam refrenando: in senibus vero calorem naturę confortat, charitatem inflammando: perdita restaurat, vires animæ reparando: & custodit hominem ne pereat, à peccatis præseruando. Ioan. Hic est panis de cœlo descendens, vt si quis manducauerit ex ipso, non moriatur. Ioan. 6.

Per varias capillorum naturales proprietates, nostrarum quoque cogitationum diuersitates nonnullis similitudinibus Author hic prodere enititur.

Cap. XV.

COgitationes assimilantur capillis propter tria.

Primo, quia capilli sunt capitis ornamentum. Vnde capilli dicuntur quasi capitis pili (vt dicit Isid.) Sicut ergo capilli, & specialiter pulchri, sunt ornamentum capitis: ita cogitationes, præcipuæ bonæ & ornatæ, sunt ornamentum mentis. Vnde Gregor. dicit: quod quasi capilli in capite sunt cogitationes in mente, Luc. Capillus de capite vestro non peribit: quia nulla bona cogitatio mentis sine retributione transibit. Vnde Gregorius dicit, quod ante Dei oculos vacuæ non, trāsuolant cogitationes nostræ, & nulla momenta temporis per animum tranſeunt sine statu retributionis. Isi. lib. ety. Gregor. Luc. 21 Gre 26. mor.

Secundo, quia capilli sunt cerebri defensiui: Nam iuuant caput & cerebrum contra extrinsecas læsiones, & ideo capilli sunt multi & duri. Capillus enim secundum Constant. ex fumo grosso & calido nascitur, qui ex igneis & incensis humoribus per capitis poros egreditur, & ab aëre extrinseco desiccatur, & sic in substantiam capillorum conuertitur: vnde hic humore crescente, capilli crescunt, eo etiam deficiente euanescunt. Et secūdum qualitatem talis fumi qualitas est capilli: Et ideo si fumus est multus, capilli sunt multi, si paucus pauci, si niger nigri, & sic de alijs. Sicut ergo capilli sunt ad defensionem cerebri, ita cogitationes bonæ sunt ad defensionē animi, quia dum feruent in ipso animo cogitationes bonæ, non ingrediuntur in ipsum cogitationes prauæ; Vnde dicebat Cassianus. Incipiamus bonas cogitationes diligere, & statim ab illis quæ malæ sunt dignabitur nos Dominus liberare. Quasi autem fumi capillos nutrientes & causantes, sunt exteriorum sensuum receptiones: quia de his quæ sensibus recipiūtur, interiores cogitationes formantur, vnde secundum modum fumi est qualitas capilli: Quia secundum ordinationem, vel deordinationem exteriorum sensuum sequitur ordinatio, vel deordinatio cogitationum, propter quod dicitur: Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Constant. Cassi. collat. 2 Iob. 31.

Tertio, quia capilli sunt multipliciter passiui: Nam capilli inciduntur, vnde cæsaries capillorum à cædendo est dicta, quæ

Digitized by Google

solum virorum, eo quod viro tō di decens est, sed mulieri est indecens.

Item capilli discriminātur, vnde dicuntur crines mulierū, quia virtis discriminantur, sicut dicit Isidor. lib. ety.

Item capilli decaluantur, scilicet deficiente humore pingui quo nutriūtur capilli. Et si humor talis non deficit, sed eum humor alius inficit, vel impedit non caluicies simpliciter dicitur, sed est quędam caluicies specialis, quæ etiam allopicia vocatur à medicis, in qua nutrimento corrupto capillorum congeries euanescit.

Item capilli dealbantur, scilicet cum canescunt. Hæc omnia conueniunt cogitationibus nostris, quæ aliquando sunt superfluæ, & tunc sunt præcidēdæ. Vnde Gregor. Magno studio superfluæ cogitationes amputandæ sunt, sed tamē amputari funditus nequaquam possunt: semper enim caro superflua generat, quæ Spiritus sanctus ferro solicitudinis abscindat. Aliquando vero cogitationes nostræ sunt dubiæ, vel inordinatæ, & tunc sunt discriminandæ i. diligenter discernendæ, & componendæ. Et hoc fit quando homo ad mentem suam per rationis intuitū redit. Quia (sicut dicit Gregor.) si à domo mentis ad momentum ratio discedat, quasi absente domina, cogitationū se clamor velut garrula ancillarum turba multiplicat, vt autē ratio ad mentē redierit, mox cōfusio tumultuosa conquiescit, & quasi ancillæ se ad iniunctum opus tacitè reprimunt, dum cogitationes protinus curis proprijs ad vtilitatem subduntur. Aliquando sunt omnino prauæ, & noxiæ, & tunc sunt pœnitus deuitandæ, id est, totaliter à radice, id est, à principio euellendæ. Isa. Auferte malum cogitationū vestrarum. Vnde Hier. dicit: est tutissimum atque perfectum, vt assuescat anima soliciti, semper & peruigili cura ac custodia discernēre cogitationes suas, & ad primum animi motum probare vel improbare quod cogitat, vt vel bonas cogitationes alat, vel statim malas exinguat: Hic namque fons est boni, & origo peccandi; ibi maximè oportet obseruare peccatum, vbi nasci solet, statimque ad primam tentationis faciem, & malum antequam crescat restringere, dum adhuc est in cogitatione. Aliquando vero sunt nigræ, & fœdæ, & tunc sunt per pœnitentiam dealbandæ. Psalm. Lauabis me, & super niuem dealbabor: Nam pœnitentiæ ardor quasi capitis capillos dealbat, dum mentis cogitationes purificat, vnde Gregor. dicit, quod electorum mentes, si quas in se carnales cogitationes inueniunt, pœnitentię ardore cōsumūtur, nec cogitationes suas dilatari carnali voluptate permittūt: quia eo semetipsos iudicantes subtilius feriunt, quo districtum iudicem præstolantur vicinum. Vel etiam alia ratione dealbat pœnitentia caput mentis, videlicet, quia ardorem libidinis frigefacit, & sic fumosas, & noxias carnales cogitationes repellit: Nam albedo caniciei (secundum Constan.) accidit ex nimia infrigidatione nutrimētalis humoris, qui materia capillorum existit: Nam phlegmatis frigidi humidique dominium caniciei est generatiuum: Ex fumo enim albo & frigido efficiuntur albi, tam capilli, quam pili Et hinc est etiam (secundum Arist.) quod capilli temporum citius canescunt quàm alij, propter humoris paucitatem, & offium frigiditatem. Vnde pœnitentia humorem nutrimentalem infrigidari facit, dū minuit,

Pſal. 50

Gre li. 3. mor.

Gre. li. 13. mo.

Grego. mor.

Arist. de con.

Digitized by Google

minuit, & ita caniciem mentis, id est, honestatem inducit. Potest etiã dici, quod canicies designat ætatis maturationem, libidinis extinctionem, vitiorum pueriliũ mortificationem, vitæ præsentis, & futuræ, instantem innouationem.

Somni naturales effectus septem, visionisq; naturalis proprietates octo erudite describuntur, quibus singulis varijs rationibus & exemplis contemplatio non immerenter comparatur: & quamplurima de corporali spiritualiq; visione dilucidantur.

Cap. XVI.

Contẽplatio assimilatur somno. Primo quia somnus est animaliũ virtutum quietatiuus, scilicet sensitiuæ, & motiuæ: Quiescunt enim sensus in somno ab exterioribus mutationibus sensibilium, & corpus immobilitatur. Similiter contemplatiua vita requirit quietem ab exterioribus motibus, & actionibus. Vnde Beda dicit, quod contemplatiua vita est ab omni exteriori actione quiescere, & soli desiderio conditoris inhærere. Vnde Luc. 10 Maria, per quam contemplatiua vita designatur describitur, quieta sedens, & à corporali ministerio vacans.

Secundo, quia somnus est naturalium virium confortatiuus. Aris. de som. & vig. Vnde (secundum Philosophum) somnus est quies animalium, virtutum cum intensione naturalium: Naturalis enim virtus in somno fortius operatur. Vnde in dormiente virtus digestiua intenditur, tum propter reuocationem caloris ad interiora, tum quia anima quiescit ab actionibus sensitiuæ & motiuæ potentiæ, & ideo vehementius operatur virtus naturalis. Similiter in contemplatione, cum anima retrahitur ab exterioribus occupationibus, vigor mentis ad interiora reducitur; Vnde vis rationalis, quæ est naturalis & propria virtus hominis, fortius operatur, & affectiua vehementius inflammatur, & intellectiua altius eleuatur, secundum illud: Sedebit solitarius, & tacebit, & leuabit se supra se. Thre. 3.

Tertio, quia somnus est spiritus restauratiuus Dicit n. Auic. quod somnus est reditus spiritus ab instrumentis sensuum cum profundatione, vt digeratur nutriens, vt patet in somno se exercitãtium, in quibus somnus est profundus propter superfluitatem resolutionis spiritus: Natura enim desiderans additionem, & restaurationem in substantia spiritus, profundit ipsum in interioribus, & facit ipsum latere ab exterioribus; vnde fit in eis profundior, & longior somnus, & sic dormiunt qui per medicinam euacuati sunt: Nam dum purgantur, plurimum in talibus de substantia spiritus cum superfluitate dissoluitur: sed per somnum spiritus reparantur, & suæ virtuti redduntur. Sic ei feruor spiritus, qui per peccata esset venialia, faciliter sæpe minuitur, per profunditatem somni, id est per contemplationem intimam recrescit, & reparatur. Auice.

Quarto, quia somnus est etiam exteriorum partium corporis infrigidatiuus: Nam (secundum Philosophum.) calor naturalis aliter se habet in vigilante quam in dormiente; quia vigilante procedit ab interioribus ad exteriora, sed in dormiente econtrario retrahitur ab exterioribus ad interiora, scilicet ad stomachum, & partes illas: Et ideo exteriora corporis remanent frigida, & propter hoc indiget homo magis cooperiri dormiens, quam vigilans. Similiter contemplatio Aris. de som.

templatio reuocat hominem ad seipsum, & inflammat ipsum circa cordis interiora, id est, circa spiritualia, secundū illud. In meditatione mea exardescet ignis: sed frigefacit eum circa exteriora, id est, circa temporalia, vt non curet de eis, neque diligat ea. Psal. 38.

Quinto, quia somnus est humorū reparatiuus, & clarificatiuus: Nā si somnus sit moderatus, cibus bene digeritur, corpus impinguatur, calor naturalis augmentatur, humores reparātur, & omnes clarificantur. Sic etiā per cōtemplationē sobriā & discretā, quæ non plus quærit sapere quā oportet, cibus fidei & spiritualis doctrinæ bene intrinsecus gubernatur & operatur, mēs deuotione impinguatur, calor & charitas augmentantur, & humores, id est, affectiones, & cogitationes interiores reparantur, & clarificantur. Vnde ipse est somnus, de quo dicitur: Somnus sanitatis in homine parco. Eccl. 3

Sexto, quia somnus est virtutū vnitiuus, quia virtus in vigilia dispersa in somno vnitur, dum ad intima reuocatur in corpore dormientis, vt Auic. dicit. Sic anima cōtēplātis tota ad se ipsam, & in se ipsam recolligitur, & vnitur, & ideo circa spiritualia fortia reperitur. Vnde dominus de cōtēplatiua vita loquens, dixit Marthæ: Porro vnum est necessarium. Auic. Luc 10.

Septimo, quia somnus est ęgrotantiū alleuiatiuus: Nā infirmo, si somnus in quātitate & qualitate fuerit tēperatus, ęgrotū alleuiat, & futurā victoriā contra morbū annunciat. Qui autē fortiter tentatur quodāmodo infirmatur, talis si vult alleuiari, & sanari, det se orationi, & contemplationi: quia maximè per hāc victoriā obtinebit. In huius figura de Lazaro infirmato discipuli dixerūt Christo, Dñe, si dormit, saluus erit.

Item contemplatio assimilatur visioni corporali: Nam, vt colligitur ex Perspectiua, ad visionem corporalem requiritur o- Perspec. lib. 3 cto.

Primum est sanitas, siue bona dispositio organi visualis, id est, oculorum. Quasi autem duo oculi animæ, sunt intellectus & voluntas. Oculus igitur intellectus tunc est sanus, quando est ab erroribus mundus: sed oculus affectus, seu voluntatis, tunc est incolumis, quando est à rerum temporalium inordinatis cupiditatibus immunis, vt dicit Augus. Augus. Vtraque ergo puritas est necessaria Deum contemplari volentibus: propter quod dicitur. Beati Matt. 5 mundo corde, quoniam ipsi Deū videbunt. Et quia vtrumque oculum fides purificat, scilicet intellectum ab erroribus, & affectū à cupiditatibus, vnde dixit Pe- Act. 15 trus: fide purificans corda eorū; Ideo fides necessaria est ad Deū contemplandum, sicut oculorum sanitas & puritas ad videndum: propter quod Augus. dicit, quod Augus. humanæ mentis acies inualida in tam excellenti luce non figitur, nisi prius per iustitiam fidei mūdetur.

Secundum est oppositio visibilis circa visum. Sed nota, quod quando res visa directe opponitur visui, tunc species illius rei venit super lineas rectas cadentes in centrum oculi, quæ lineæ omnes directę à singulis partibus rei faciunt vnam pyramidem, cuius conus est in pupilla, & basis in re visa, ex quo patet, quod talis pyramis ex parte rei in se habet latitudinem, ex parte vero oculi artitudinem. Sic etiam quando diuina, & æterna ante oculos mentis cōtemplando deducimus, quia ea prout sunt in seipsis capere nequimus, sed de eorum magnitudine modicum quid

quid attingimus, quasi eorum latitudo in oculis nostris quodammodo coarctatur: quia quãquam in se maxima sint, nos tamen parum capimus. Vnde dictum est Moysi: Posteriora mea videbis, faciem autem meam videre non poteris: In visione enim faciei notitia est perfecta: in visione vero posteriorum, notitia accipitur modica & confusa. Exo. 33

Item videmus communiter, quod tria genera visibilium visui opponuntur, scilicet lumina, & specula, & corpora colorata. Lumina igitur sunt spirituales naturæ, specula diuinæ scripturæ, corpora colorata, corporales creaturæ. Et circa hæc versatur Sanctorum contemplatio, scilicet, vel circa spirituales naturas, vel circa diuinas scripturas, vel circa corporales, & visibiles creaturas: propterea, quia inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Tertium est distantia proportionalis: Nam si res ponerentur super oculum, non viderentur, & si nimis esset à longe, nullo modo videretur, aut malè. Oportet igitur quòd à visu distet secundum aliquam proportionem, intra quam non æqualiter, sed magis & minus videtur, secundum modum distantiæ. Sunt autem rebus diuinis quorundam oculi propinqui & vicini, scilicet beatorum, & ideo isti clarè, & apertè illa conspiciunt: quorundam vero valde remoti, sicut oculi damnatorum. In cuius signum dicitur de diuite damnato. Rom. 1.

Eleuans oculos, scilicet mentis, cum esset in tormentis, vidit Abraam à longe, & Lazarum in sinu eius. Vnde tales de gloria Dei, & beatorum, quasi nihil, vel parum vident, quia damnati gloriam beatorum vsque ad diem iudicij vident, non distinctè, sed confusè, sicut illud, quod à remotis videtur. Non enim cognoscunt, qualis eorum gloria sit, sed solum cognoscunt eos esse in gloria quadam inestimabili, & ex hoc torquentur, tum propter inuidiam, tum quia ipsi talem gloriam amiserunt: sed post diem iudicij omnino beatorum visione priuabuntur, secundum illud: Tollatur impius, ne videat gloriam. Quorundam vero oculi, vt viatorum, partim sunt distantes, partim appropinquantes, quia licet distent per naturam, appropinquant tamè per gratiam. Et ideo ipsi diuina magis, vel minus contemplando percipiunt, secundũ quod per gratiam magis vel minus eleuantur, secundum illud. Luc. 17

Ecce intelliget seruus meus exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde. Oportet ergo (vt patet ex dictis,) quod eius, quod videtur ab oculo, sit situs terminatus, scilicet non nimis à base visuali elõgatus, quia illud quod multum à base visuali elongatur, licet visui opponatur, non tamen distincte videtur: sicut autem visus corporalis non bene videt illud quod est multum elongatum à base visuali; sic intellectus noster in hac vita imperfectè cognoscit, & contemplatur id quod multum elongatum est a natura sensibili, eo quod nihil sine phantasmate intelligit anima, (vt dicit Philosophus. Phantasma autem est similitudo rei sensibiles: vnde ea quæ sunt omnino a sensu remota, sicut res intellectuales, a nobis cognosci non possunt, nisi in quantum se nobis per aliqueos effectus sensibiles manifestant: & ideo contemplatio nostra circa talia, modica est, sed tamen de pardelectabilissima, vnde Philoso- Ecc. 26 Isa. 52 Arist. de ani. Arist. 2. de. ani.

phus

plus dicit accidit circa illas honorabiles existentes, & diuinas substantias minores nobis existere theoricas. Etsi secundū modicum attingamus, tamen propter honorabilitatem cognoscēdi, delectabilius aliquid habent, quàm quæ apud nos omnia.

Quartum est soliditas rei, quia si res non est densa, sed visui peruia, non videtur, propter quā causam aërem non videmus. Sic contemplatio nostra non debet esse circa peruia, id est, circa transitoria, & temporalia, sed circa solida, & stabilia, & æterna. Apostol. 2.Cor.4 Non cōtemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ vero non videntur, æterna sunt.

Quintum est magnitudo debita rei visæ: quia si nimis esset parua, non videretur in quacunque distantia: Visus enim non perficitur nisi per pyramidem ad oculum venientem, quæ si fuerit valde parua, occupabit parum visus valde paruam, sed visus non sentit visibile, nisi quando pars suæ superficiei debita quantitate visibilis fuerit immutata. Spi- Aug de ci. Dei. ritualiter autem beatus Augustinus distinguit tria genera bonorum, scilicet minima, prout sunt bona fortunæ: media, prout sunt bona naturæ: & maxima, prout sunt bona gratiæ, vel gloriæ. Non ergo nostra contemplatio esse debet circa bona minima, immo ea per affectum propter sui modicitatem respicere non debemus: sed debet esse circa maxima, scilicet bona gratiæ, vel gloriæ.

Sextum est raritas medij, quia si medium fuerit nimis densum, non fiet per ipsum multiplicatio speciei, & species venire non poterit ad pupillam. Hoc medium in cōtemplatiuis vitis est sensus, siue corpus, sine quo neque consistere, neque cōtemplari possunt: quod si fuerit densum, id est grossum, & plenum, & delicijs enutritum, contemplationem spiritus impedit: Nam venter pinguis nō gignit sensum tenuem, sicut Hie- Hier. ron. dicit: Sed si fuerit per abstinentiam tenue, spiritum aptiorē ad contemplandum efficiet. Gre- Gregor. gor. Nazianzenus. Caro se velut grossa quædam & obscurior nubes animæ obijciens, considerare eam diuini luminis radios non sinit.

Septimum est lux: quia species non immutat mediū, vel visum, nisi cum luce. Similiter ad contēplādum diuina, necessaria est lux fidei, vel gratiæ, vel scripturæ sacræ. Psalm. Accedite ad Deum, & Psal.33. illuminamini.

Octauum est tempus: quia visio fit in tempore, sicut probatur in perspectiua: Nam quamuis visibile subito obijciatur visui, non tamen distinctè apprehenditur, nisi aliqua animæ habita deliberatione, quæ indiget tempore: Et ideo attentio animæ est necessaria cū prædictis. Sic etiam contemplatio requirit sua tempora: Nam quædam tempora aptiora sunt contemplationi diuinorum, vt tempora magis quieta, vel quibus homo magis est sobrius. Vnde Psal. Mane astabo tibi, & vide- Psal.5. bo. Et iterum. In matutinis do- Psal.62. mine meditabor in te. Et etiam tempora quibus homo nō habet occupari circa exteriora. Psa. Me- Psa.118 dia nocte surgebam ad confitendum tibi: Ocium enim sanctum quærit charitas veritatis, vt Au- Aug 19 de ciu. gust. dicit. Dei.

Item dulcedo contemplationis assimilatur sanguini.

Primo ratione principij fontalis: quia (secundum Aris.) se- Aris. de dem habet in corde, quia dicit, ani.

quod

Digitized by Google

quod cor est principium sanguinis, sicut & venarum, vt manifestum esse dicit per anathomiam.

Gale. Sed secundum Galen. sedes sanguinis est in hepate sicut in suo fonte: quia in calore hepatis est locus secundæ decoctionis, & inde sanguis per membra dirigitur, vt eorum calore tertio decoquatur: Prima enim decoctio fit in stomacho, secunda in hepate, tertia in omnibus membris. Posset autem dici, vtramque opinionem cõcordando, quod hepar est principiũ sanguinis quoad materiam: quia materia sanguinis est ab hepate, sed cor quantum ad formã, quia in corde illa materia accipit formam sanguinis. Moraliter autem per calorem, siue hepatis, siue cordis, ardorem accipimus amoris. Ex ardore nãq; dilectionis, quasi ex calore hepatis, vel cordis, prosiuit dulcedo, & suauitas spiritualiter contemplantis. Psalm. Gustate, scilicet per amorem, & videte, scilicet per contemplationem, quoniam suauis est Dominus.

Psal. 33.

Secundo ratione qualitatis naturalis: Est enim sanguis calidæ & humidæ naturæ, calor ex amore, humor ex timore debet prouenire, qui duo crescere, & delectari reuerenter, & sobrie, faciunt contemplantem: vnde Psal. ex persona Christi dicentis patri: Qui timent te. s. timore filiali, qui est ex reuerentia, & amore, videbunt me, scilicet, in contemplatione, & lætabuntur interna delectatione.

Psa. 118

Infantis nuper nati modus custodiendi ac alendi edocetur, qui lucidissimis exemplis his qui recenter ad Deum conuersi sunt adaptatur.

Cap. XVII.

COnuersi nouiter ad Deum, oportet vt gubernentur & foueantur ad modum Infantis nouiter nati: Infans enim nouiter natus diligenter gubernãdus est, quia cum caro eius sit fluida, & tenella, sunt ei adhibenda remedia, & fomenta, & sicut docet Constant. plura fomenta sunt ei adhibenda. Const.

Primum est, vt in sosis cum sale tritis inuoluatur, vt membra fluida confortentur, & à viscosa humiditate purgentur. Quasi antè rosæ redolentes, sunt sanctorũ virorũ exẽpla, & virtutes, quibus infans inuoluitur, quando nouiter conuersus ad imitãdũ prouocatur: sed debet ei cum sale teri. i. cũ discretione exponi, & suaderi: Non enim adhuc debili debet persuaderi exẽpla nimis austera, ne fortè desperet, vel ne fortè assumat supra posse suũ. Vnde debẽt proponi exẽpla cõpetẽtia sibi, quibus ad proficiendũ confortetur, & à peccati visco. i. consuetudine, seu infectione purgetur, & liberetur. Quasi nõ geniti infantes lac cõcupiscite s. facilium exemplorũ informationẽ, siue imitationẽ: & sequitur. Rationabiles sine dolo, vt in eo crescatis. 1. Pet. 2.

Secundum est, vt palatum, & gingiuæ, cum digito melle vncto fricentur, vt interiora oris mundificẽtur, & confortentur, & dulcedine mellis appetitus infantulo prouocetur. Tũc autem pœnitẽs digito fricatur, quando leue opus, siue onus, & non graue, & importabile sibi imponitur. Vnde contra nimis austeros sacerdotes Dominus dixit: Alligant onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeris hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. Sed adhuc oportet, quod digitus melle vngatur, ita quod etiam cum quadam dulcedine pœnitentia inungatur: quia tunc pœnitens libentius recipit, & magis confortatur, & prouocatur appetitus eius ad faciendum; & Matt. 23

quant

Digitized by Google

Secundo ratione medij. Medium enim in sensu tactus (vt dicit Arist. de anim. philosophus) est duplex, vnum intraneum, & connaturale, scilicet caro, aliud extraneum, & accident ale, scilicet aër, & aqua: Nã ea quæ se tangunt in aqua, tangunt se mediante aqua, quia illud quod est in aqua oportet esse humectatum, & illa humiditas cum sit qualitas aquæ, non potest esse sine suo subiecto, quod est aqua. Et simile est de his qui sẽ tangũt in aëre, cum etiam aër sit humidus: sed magis latet nos de aëre quam de aqua quod sit mediũ, propter hoc, quod continuè sumus in aëre; & ideo interceptibiliter, inhæret nobis. Sicut etiam de aqua latet animalia quæ sunt in aqua, quia scilicet non percipiunt aquam quæ est inter ipsa & corpora tangentia.

Item magis latet de aëre, quia subtilior est, & minus sensu perceptibilis. Similiter in amore charitatis diuinæ, medium. i. naturale, & intrinsecum, est caro & humanitas à verbo Dei assumpta: quia per incarnati Verbi mysterium, noua meatis nostræ oculis lux diuinæ claritatis infulsit: vt dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in inuisibilium amorem rapiamur, vt Greg. dicit. Gre. in præfat. Aug li de cathe. rub. Vnde hortatur Augustin. dicens: Ama amorem illius, qui amore tui amoris, descendit in vterum Virginis, & ibi amorem suũ amori tuo copulauit, humiliando se, sublimando te, coniungendo lumen suæ æternitatis limo tuæ mortalitatis. Propter hoc Bern. in Cant. Bern. dicit, quod quicquid blãditur de carne propria, vel aliena, sacrosanctæ carnis Christi amori postponere debemus. Et secundum eundem Bern. Ipsa carne sua mediante, Christus dilexit nos sapienter, fortiter, & dulciter. Dulciter, quia carnem induit. sapiẽter, quia vitia carnis curauit: fortiter, quia in ea mortẽ sustinuit. Sed quasi medium extraneũ est proximus, vel aliæ creaturæ visibiles, quibus mediantibus ducimur ad diuinæ bonitatis notitiã, & amorem. Vnde Augus. dicit: Cælum, & terra, & omnia quæ in eis sunt, ecce mihi vndique dicunt, vt amem te Deus, neq; cessant dicere omnibus ita, vt inexcusabiles sint: Intellige per aquã grossiorem creaturam, corporalẽ visibilem. Per aerem, subtiliorem & imperceptibilem: quibus omnibus mediantibus in Dei amorem manu ducimur. Aug. li. conf.

Tertio ratione instrumenti, quia licet tactus fiat per quodlibet membrum corporis, tamen inter omnia membra exteriora manus videntur propria instrumenta ad palpandum, & tangendum, quas natura temperatas hac ratione composuit, vt calida & frigida facilius sentirent. Et sunt concauæ, & neruosæ, & temperatæ. Cõcauæ, vt melius tangenda percipiant, & tenenda fortius teneant: neruosæ, vt sint fortiores, & vt ibi vigeat sensibilitas: quia omne neruosum sensibile est. Temperatæ vero fuerunt, vt à re qualibet facilius immutentur. Sicut ergo sensus tactus viget in manibus, ita amor charitatis in operibus: manibus enim præcipuè nos operamur, Ioan. Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere. Gregorius. Nunquam est in hoc amor Dei ociosus: operatur enim magna, si est; si autem operari desinit, amor non est. Sed attende quales sunt manus, id est, operæ charitatis, quia concauæ ad operandum humiliter, neruosæ ad operãdũ fortiter, & temperatæ ad operandum delectabiliter, quia temperata delectant, extrema vero contubant. Ioan. 3. Gregor.

Quæ

Quarto, ratione subiecti, quia scilicet sensus tactus videtur esse subiectum & fundamentum omnium aliorum sensuum, sine quo non inest animalibus aliquis sensus, sed non econuerso. Vnde sensus tactus de necessitate inest omnibus animalibus, sine quo nullum animal esse potest, vt probat Philosophus. Alij autem sensus non insunt de necessitate, sed sunt de bene esse. Neque est inttantia de gustu, quamuis nullum animal possit viuere sine alimento: quia gustus prout susceptiuus est alimenti, est quidam tactus: prout autem distinguitur à tactu, sic est discretiuus saporum, qui faciunt alimentum delectabile, vel triste, vt accipiatur faciliter, vel refutetur. Sicut ergo tactus est aliorum sensuum fundamentum, ita vt nullus sine eo esse possit, sic quoque & charitas est omnium virtutum forma & complementum, ita vt sine ea nulla vera virtus & perfecta esse possit. Et ideo Apostol. dixit, vt supra allegatum est: In charitate radicati, & fundati. Gregor. Vt multi arboris rami ex vna radice prodeunt, sic multæ virtutes ex vna charitate generantur, nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, si non manet in radice charitatis.

Aristot. 3. de ani.

Eph. 3.

Greg. in homil.

Quinto, ratione obiecti: Est enim tactus discretiuus & perceptiuus qualitatum tangibilium: qualitates autem tangibiles sunt, calidum, frigidum, humidum, & siccum, durum, & molle, & quædã huiusmodi, vt graue, & leue, acutum, & hebes, & similia: quæ etiam omnia adaptantur charitati, quæ facit hominem calidum, & frigidum: calidum circa spiritualia, & frigidum circa temporalia: humidum & lachrymosum, competendo, sic cum abstinendo, durum ad tolerandum, mollem ad parcendum, grauem & maturum in moribus, leuem & promptum, & velocem in operibus: vel grauem in corripiendo, leuem, id est, velocem in obediendo: vel quia amor omnia facit leuia, & facilia.

Item acutum in contemplãdo, & hebetem in maliguando: Nescit enim amicus de alijs malignari. Corinth. Charitas non cogitat malum. 1. Co. 13

Quo pacto spirituali cibo, qui verè verbum Dei est, vti debeamus, vt anima perfectè alatur, stomachi similitudinibus, cibiq; corporalis exemplis multis planum efficitur: at elementorum qualitates, ad huiusmodi rem magis explicandam, apte apponuntur, & denique Christi corpus pariter anima alimentum esse demonstratur.

Cap. XIIII.

CIbo spirituali qualiter nutriendus sit spiritus ostenditur exemplo stomachi.

Primo, quia stomachus est ciborum receptiuus. Vnde stomachus Græcè dicitur, os Latinè, eo quòd sit ostium ventris ad cibum recipiendum, vt dicit Isid. Est etiam stomachus figuræ rotundæ factus, vt cibum recipiat quãtitatis amplioris. Stomachus autè humanus in superiori parte est strictus, in inferiori latus, & hoc necessarium fuit: Nam cum homo inter cætera animalia sit erectus, cibus eius semper ad inferiora descendit, & ideo pertutilis fuit inferior latitudo, vt in ea cibi possit recipi multitudo, quæ omnia ostendunt stomachũ esse receptaculum ciborum. Sic homo cibum spiritualis doctrinæ, de quo Matth. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei sue lachrymose pœnitẽtię de quo Psal. Cibabis nos pane lachry-

Isid. li.

Matt. 4.

Psal. 79

Digitized by Google

marum: siue cœlestis obedientiæ, de quo Ioan. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me; debet diligenter suscipere, primum cum prædicatur, secundum cum inspiratur, tertium cũ impetratur. Act. Cum accepisset cibum, confortatus est.

Ioan. 4.

Act. 9.

Secundo stomachus est retentiuus ciborum: Et hinc est quod stomachus interius est factus asper, & villosus, vt cibum melius retinere possit: Nam si esset lubricus, & in superficie planus, cibus ab eo recederet indigestus. Sic anima spiritualis cibi non solum receptiua esse debet, sed etiam retentiua, & præcipuè cibi sacræ doctrinæ, id est, verborum Dei, quæ non solum recipi debẽt ad audientiam, vel intelligentiã, sed etiam retineri per memoriã. Ioan. Si verba mea in vobis manserint, &c. Gregor. Verba Dei, quę aure percipitis, mente retinete: cibus enim mentis sermo Dei est. Et quasi receptus cibus stomacho languente reijcitur, quando sermo auditus, in ventre memoriæ non retinetur: sed quisquis alimenta non retinet, huius profecto vita desperatur. Aeternæ ergo mortis periculum formidate, si verba vitæ, & alimenta iustitiæ, quæ aure percipitis, in memoria non retinetis.

Ioan. 15 Gregor. hom.

Tertio, quoque stomachus est ciborum digestiuus. Vnde stomachus factus est in fundo carnosus, vt confortetur in eo digestio: Caro enim est calida, & humida, ex quibus qualitatibus maxime digestio confortatur. Per digestionem autem corporalem nutrimentum transmutatur, & alteratur, & efficitur simile nutrito. Vnde alimentum quod in principio digestionis est dissimile, in fine omnium digestionum efficitur simile nutrito, vt dicit Philosophus. Sed de cibo spirituali est conuersio, quia non transmutatur verbum Dei in mentem, sed potius mens in similitudinẽ verbi: Interdum enim verbũ est dissimile, & cõtrarium menti. Nam verbum humilitatis menti superbæ contrariatur, menti luxuriosæ verbum castitatis, & mẽti crudeli verbum pietatis: quando ergo verbum auditum est tantę efficaciæ, vt possit mentem alterare, & ad se conuertere, puta vt mens superba efficiatur humilis, luxuriosa casta, crudelis pia, tunc digestio verbi facta est. Et ad digestionem hanc similitudine alia hortatur Dominus dicens: Esto consentiens aduersario tuo: Aduersarius enim iste (vt Augustinus exponit) sermo diuinus est, qui peccatori aduersatur, peccatum prohibendo, vel iustitiam suadendo, siue præcipiendo; cui peccator consentire debet, & obedire, si non vult in æternum perire. Notandum etiam, quod sicut digestio corporalis cibi fit mediante calore naturali, (propter quod Philosophus dicit, quod digestio est completio humidi à proprio naturali calore facta ex contraiacentibus passionibus, quæ scilicet sunt in ipso humido). Sic digestio, siue transmutatio spiritualis ipsius animi, fit mediante amore ipsius verbi auditi: quia nisi homo afficiatur ad ea quæ audit, non transmutatur ab eis: Verba enim quæ non placent, animum nõ mouent: & ideo dicit Augustinus, quod doctor agere id debet, vt non solum intelligatur, verum etiam, vt libenter, & obedienter audiatur.

Aristot. 1. de anim.

Matt. 5.

Aristot. 4. meth.

Item stomachus ab hepate circundatur, vt ad ciborum digestionem ei maior copia caloris ministretur: Epar enim suis quinque fustulis, siue linguis, stomachum circuncingit, & ei calorem dum tribuit, succositatem vnde sanguis

Digitized by Google

sanguis generatur per quasdã venũlas ab eo recipit. Quinque ergo frustulæ, siue fibræ, quæ sunt extremitates hepatis, quinque opera sunt præcipua nostri Redemptoris, quæ animum nostrum cœlestacere debent, & ad eius verba amplectenda plurimum inflammare, scilicet incarnatio, passio, descensus ad inferos, resurrectio, & in cœlum ascensio: vel fortè sunt quinque vulnera ipsius Saluatoris, ad quæ dum homo animi deuotionem dirigit, humorem quendam lachrymosi amoris, & deuotionis ad hepar, i. ad Christum mittit.

Quarto, stomachus est secundũ diuersam complexionẽ diuersorum ciborum appetitiuus, & diuersimodè digestiuus. Nam (secundum Constan.) si stomachus fuerit naturaliter calidus, cibos grossos bene digerit, delicatos vero consumit, & plus digerit quàm eius appetitus sit, & propter similitudinem cibos calidos maxime appetit, nec famem sustinere potest. Econtra vero frigidus non bene cibatia grossa digerit, sed grauatur ex eis, & ea in humores corruptos & acidos cito cõuertit. Stomachus vero siccus cito sitit, & parum ei aquæ sufficit; Vnde si superfluum biberit, rugitum ei in ventre facit. Si autem stomachus fuerit humidus, non sitit, humidum cibũ appetit, sed parum digerit. Ille igitur habet stomachũ calidum calore naturali, qui habet animum feruidum amore spirituali, & hic grossa & solida cibaria, i. alta & difficilia dogmata bene capit, & intelligit, quæ sunt perfectorum cibus, secundum illud. Perfectorũ solidus est cibus. Delicata vero, id est, mollia & facilia, pro nihilo quasi ducit. Sed semper similia sibi, id est, feruentia, & ignita eloquia concupiscit, & plus potest opere capere, quàm præsumpserit corde, nec potest desideriũ sustinere ociosum: frigidus autem & imperfectus animus, grossa, id est, perfecta, & magna dogmata non potest capere, secundum illud: Facti estis quibus lacte opus Heb. 5. si nõ solido cibo. Vnde si alta, vel difficilia talibus proponantur, grauantur audire ea quæ non intelligunt. Vnde plerunque talia documenta vertuntur eis vel in corruptionem erroris, vel in accidiam mentis. Animus autem aridus ab humore deuotionis, & si aliquando fortè sitierit aquam salutaris doctrinæ, cito tamen cũ audierit, & de modico satiatur; & si talibus prædicetur, fortè prolixius rugiunt murmurando: qui verò habet humidum animũ carnalis concupiscentiæ humore, nõ sitit aquam spiritualis doctrinæ, sed tantum appetit cibum humidum, id est, fluxum operis luxuriæ, de quo frequenter accidit, quod multum appetit, & parum assequitur. Psalm. Famem patientur vt canes. Psal. 58.

Quinto, quia stomachus est multipliciter passiuus: patitur enim euomitionem, indigestionẽ, abominationem, inflammationẽ, eructationẽ, & multa huiusmodi. Sic interdum animus contra sanctam doctrinam patitur euomitionem, cum ipsam per memoriam non custodit, indigestionem cum ipsam non diligit: Abominationem cum ipsam audire refugit: Inflammationem vero patitur, qui contra ipsam dedignatur, vel qui de ipsa (quando discit, vel docet) superbit. Apost. Scientia inflat. Sed 1. Cor. 8 eructationem, id est, stomachi euentationem patitur, qui ex ipsa ventum ostentationis quærit. Patitur autem ista stomachus quandoque ex maligna complexione, quandoque ex nimia exi-

nanitione, quandoq; ex nimia repletione, quãdoq; ex vigoris defectione, quandoque vero expulsiuæ virtutis debilitatione. Quasi autem inordinata complexio humorum in stomacho, est inordinatio passionum, puta amoris, vel odij, vel iræ, & similia, ex qua frequenter accidit, quòd homo est malè dispositus ad audiendum verbum Dei. Ex nimia etiã paupertatis inanitione, vel diuitiarum repletione, quia vtraque sollicitudinem nimiam tribuit, vel occupationem, frequenter retrahuntur plurimi ab auditu, vel fructu verborum
Prou.30 Dei. Vnde Prouerb. Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi. Plures autem alij sunt quibus, & si absit solicitudo ad audiendum, deficit tamen vigor ad id quòd audiunt opere implẽdum. Quidam vero verbum Dei cum magna deuotione audiunt, sed dum contrariæ tentationes insurgunt, quia in virtute expulsiua ipsarum tentationum deficiunt, tentationibus deuicti nihil ex auditis proficiunt, quia scilicet venit diabolus, & tollit verbum de cordibus eorum, vt dicitur.

Luc.8. Item cibus spiritualis doctrinæ requirit quatuor virtutes, quæ sunt in hominis corpore, scilicet appetitiua, retẽtiua, digestiua, & expulsiua: Oportet enim vt cibũ spiritualis doctrinæ anima primo
Dan.11 appetat, sicut appetebat Daniel, qui propter appetitum scientiæ Dei vocatus est vir desideriorum. Et sponsa etiam in Cantic.
Cant. hunc cibum spiritualis doctrinæ appetebat, & expetebat, dicens: Sonet vox tua in auribus meis. Vnde anima quæ hunc cibum fastidit, ad mortem tendit.
Psa.102 Psal. Omnem escam abominata
Aug.su- per Psa. est anima eorum, vsque ad portas mortis. Augustin. Sicut noxium est corpori corporeas escas non posse percipere, ita periculosum est animæ spirituales escas fastidire.

Item oportet quod anima audita retineat: Nam sicut non prodest corpori, quod stomachus cibum recipiat, si receptum statim
Sen. in epist. euomat. Sen. Non prodest cibus neque accedit corpori, qui statim sumptus emittitur. Similiter nec verbum auditũ prodest, si statim oblitioni tradatur.

Item oportet quod mens auditum & retentum digerat, & in bonos humores, id est, in bonos mores, conuertat.

Item oportet, quod non solum digerat, sed etiam expellat, scilicet ea, quæ bonis moribus non congruunt, respuat, & abijciat: nam si intus retinet quod expelli debuerat, etiam bene digestis corruptionem præstat. Notandum autem, quod secundum quosdam prædictæ quatuor virtutes ex quatuor elementis contrahunt sibi vires. Vnde ignis, qui est calidus & siccus, correspondet virtuti appetitiuæ, terra frigida & ficca retentiuæ, aër calidus & humidus digestiuæ, aqua frigida & humida expulsiuæ: Oportet enim, vt quod ignis attraxit, terra ex sua natura retineat: & quod terra retinuit, aër dissoluat: & quod aër dissoluit, aqua emolliat. Ita quoque spiritualiter ignis, id est, intelligentiæ claritas appetitum excitat; Nam cum intellectus sublimiter, & delectabiliter exlestia cogitat, appetitum spiritualem in mente causat, & fit desiderium in corde hominis, vt auidè quærat cibum sanctæ exhortationis. Terra vero, id est, stabilitas mentis, causat retentionem: quia quod appetitus per intellectum attraxit, stabilitas animi firmitet custodit: sed aër, id est, puritas

mentis

Digitized by Google

mentis causat digestionem, quia quod animus firmiter conseruat, puritas mentis fideliter ordinat. Sed aqua, id est, discretionis mobilitas, facit expulsionem: quia quod suis moribus nō congruit, discretio remouet, separat, & expellit, & sic à temperamento animus non recedit, sed tēperamentum seruans, peccati morbo non succumbit.

Item cibus sacramentalis, de quo dominus dixit: Caro mea vere est cibus, &c. operatur in anima ad modum cibi corporalis: Nam nutrit animā, gratiam præstando: augmentat, virtutes multiplicando: calorem innatum temperat, concupiscentiam refrenando: in senibus vero calorem naturę confortat, charitatem inflammando: deperdita restaurat, vires animæ reparando: & custodit hominem ne pereat, à peccatis præseruando. Ioan. Hic est panis de cęlo descendens, vt si quis manducauerit ex ipso, non moriatur. Ioan. 6.

Per varias capillorum naturales proprietates, nostrarum quoque cogitationum diuersitates nonnullis similitudinibus Auctor hic prodere enititur.

Cap. XV.

Cogitationes assimilantur capillis propter tria.

Primo, quia capilli sunt capitis ornamentum. Vnde capilli dicuntur quasi capitis pili (vt dicit Isid.) Sicut ergo capilli, & specialiter pulchri, sunt ornamentum capitis: ita cogitationes, pręcipuæ bonæ & ornatæ, sunt ornamentum mentis. Vnde Gregor. dicit: quod quasi capilli in capite sunt cogitationes in mente, Luc. Capillus de capite vestro non peribit: quia nulla bona cogitatio mentis sine retributione transibit. Vnde Grego dicit, quod ante Dei oculos vacuæ non trāsuolant cogitationes nostræ, & nulla momenta temporis per animum transeunt sine statu retributionis. Isi. lib. aty. Grego. Luc. 21 Gre 20. mor.

Secundo, quia capilli sunt cerebri defensiui: Nam iuuant caput & cerebrum contra extrinsecas læsiones, & ideo capilli sunt multi & duri. Capillus enim secundum Constant. ex fumo grosso & calido nascitur, qui ex igneis & incensis humoribus per capitis poros egreditur, & ab aëre extrinseco desiccatur, & sic in substantiam capillorum conuertitur: vnde hic humore crescente, capilli crescunt, eo etiam deficiente euanescunt. Et secūdum qualitatem talis fumi qualitas est capilli: Et ideo si fumus est multus, capilli sunt multi, si paucus pauci, si niger nigri, & sic de alijs. Sicut ergo capilli sunt ad defensionem cerebri, ita cogitationes bonæ sunt ad defensionē animi, quia dum feruent in ipso animo cogitationes bonæ, non ingrediuntur in ipsum cogitationes prauæ; Vnde dicebat Cassianus. Incipiamus bonas cogitationes diligere, & statim ab illis quæ malæ sunt dignabitur nos Dominus liberare. Quasi autem fumi capillos nutrientes & causantes, sunt exteriorum sensuum receptiones; quia de his quæ sensibus recipiūtur, interiores cogitationes formantur, vnde secundum modum fumi est qualitas capilli: Quia secundum ordinationem, vel deordinationem exteriorum sensuum sequitur ordinatio, vel deordinatio cogitationum, propter quod dicitur: Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Const. Cass. 1. coll. 2. Iob. 31.

Tertio, quia capilli sunt multipliciter passiui: Nam capilli inciduntur, vnde cæsaries capillorum à cædendo est dicta, quæ

solum virorum, eo quod viro tō di decens est, sed mulieri est indecens.

Item capilli discriminātur, vnde dicuntur crines mulierū, quia virtis discriminantur, sicut dicit Isidor. Iſid. lib. ety.

Item capilli decaluantur, scilicet deficiente humore pingui quo nutriūtur capilli. Et si humor talis non deficit, sed eum humor alius inficit, vel impedit non calvicies simpliciter dicitur, sed est quędam caluicies specialis, quæ etiam allopicia vocatur à medicis, in qua nutrimento corrupto capillorum congeries euanescit.

Item capilli dealbantur, scilicet cum canescunt. Hæc omnia conueniunt cogitationibus nostris, quæ aliquando sunt superfluæ, & tunc sunt præcidędæ. Vnde Gregor. Magno studio superfluæ cogitationes amputandæ sunt, sed tamē amputari funditus nequaquam possunt: semper enim caro superflua generat, quæ Spiritus sanctus ferro solicitudinis abscindat. Aliquando vero cogitationes nostræ sunt dubiæ, vel inordinatæ, & tunc sunt discriminādæ i. diligenter discernendæ, & componendæ. Et hoc fit quando homo ad mentem suam per rationis intuitū redit. Quia (sicut dicit Gregor.) si à domo mentis ad momentum ratio discedat, quasi absente domina, cogitationū se clamor velut garrula ancillarum turba multiplicat; vt autē ratio ad mentē redierit, mox cōfusio tumultuosa conquiescit, & quasi ancillæ se ad iniunctum opus tacitè reprimunt, dum cogitationes protinus curis proprijs ad vtilitatem subduntur. Aliquando sunt omnino prauæ, & noxiæ, & tunc sunt pœnitus decaluandæ, id est, totaliter à radice, id est, à principio euellendæ. Hiā. Auferte malum cogitationū vestrarum. Vnde Hier. dicit: est tutissimum atque perfectum, vt assuescat anima soliciti, semper & peruigili cura ac custodia discernēre cogitationes suas, & ad primum animi motum probare vel improbare quod cogitat, vt vel bonas cogitationes alat, vel statim malas extinguat: Hic namque fons est boni, & origo peccandi; ibi maximè oportet obseruare peccatum, vbi nasci solet, statimque ad primam tentationis faciem, & malum antequam crescat restringere, dum adhuc est in cogitatione. Aliquando vero sunt nigræ, & fœdæ, & tunc sunt per pœnitentiam dealbandæ. Psalm. Lauabis me, & super niuem dealbabor: Nam pœnitentiæ ardor quasi capitis capillos dealbat, dum mentis cogitationes purificat, vnde Gregor. dicit, quod electorum mentes, si quas in se carnales cogitationes inueniunt, pœnitentię ardore cōsumūtur, nec cogitationes suas dilatari carnali voluptate permittūt: quia eo semetipsos iudicantes subtilius feriunt, quo districtum iudicem præstolantur vicinum. Vel etiam alia ratione dealbat pœnitentia caput mentis, videlicet, quia ardorem libidinis frigefacit, & sic fumosas, & noxias carnales cogitationes repellit: Nam albedo canicici (secundum Constan.) accidit ex nimia infrigidatione nutrimētalis humoris, qui materia capillorum existit: Nam phlegmatis frigidi humidique dominium canicici est generatiuum: Ex fumo enim albo & frigido efficiuntur albi, tam capilli, quām pili Et hinc est etiam (secundum Arist.) quod capilli temporum citius canescunt quām alij, propter humoris paucitatem, & offium frigiditatem. Vnde pœnitentia humorem nutrimentalem infrigidari facit, dū minuit,

Gre li. 5 mor.

Gregor. mor.

Psal. 50

Gre. li. 13. mo.

Arist. de con.

Digitized by Google

minuit, & ita caniciem mentis, id est, honestatem inducit. Potest etiã dici, quod canicies designat ætatis maturationem, libidinis extinctionem, vitiorum puerilium mortificationem, vitæ præsentis, & futuræ, instantem innouationem.

Somni naturales effectus septem, visionis naturalis proprietates octo erudite describuntur, quibus singulis variis rationibus & exemplis contemplatio non immerenter comparatur: & quamplurima de corporali spirituali visione dilucidantur.

Cap. XVI.

COntẽplatio assimilatur somno. Primo quia somnus est animaliũ virtutum quietatiuus, scilicet sensitiuæ, & motiuæ: Quiescunt enim sensus in somno ab exterioribus mutationibus sensibilium, & corpus immobilitatur. Similiter contemplatiua vita requirit quietem ab exterioribus motibus, & actionibus. Vnde Beda dicit, quod contemplatiua vita est ab omni exteriori actione quiescere, & soli desiderio conditoris inhærere. Vnde Luc. 10 Maria, per quam contemplatiua vita designatur describitur, quieta sedens, & à corporali ministerio vacans.

Secundo, quia somnus est naturalium virium confortatiuus. Arist. de somn. & vig. Vnde (secundum Philosophum) somnus est quies animalium, virtutum cum intensione naturalium: Naturalis enim virtus in somno fortius operatur. Vnde in dormiente virtus digestiua intenditur, tum propter reuocationem caloris ad interiora, tum quia anima quiescit ab actionibus sensitiuæ & motiuæ potentiæ, & ideo vehementius operatur virtus naturalis. Similiter in contemplatione, cum anima retrahitur ab exterioribus occupationibus, vigor mentis ad interiora reducitur; Vnde vis rationalis, quæ est naturalis & propria virtus hominis, fortius operatur, & affectiua vehementius inflammatur, & intellectiua altius elcuatur, secundum illud: Sedebit solitarius, & tacebit, & leuabit se supra se. Thre. 3.

Tertio, quia somnus est spiritus restauratiuus Dicit n. Auic. quod somnus est reditus spiritus ab instrumentis sensuum cum profundatione, vt digeratur nutriens, vt patet in somno se exercitatium, in quibus somnus est profundus propter superfluitatem resolutionis spiritus: Natura enim desiderans additionem, & restaurationem in substantia spiritus, profundit ipsum in interioribus, & facit ipsum latere ab exterioribus; vnde fit in eis profundior, & longior somnus, & sic dormiunt qui per medicinam euacuati sunt: Nam dum purgantur, plurimum ist talibus de substantia spiritus cum superfluitate dissoluitur: sed per somnum spiritus reparantur, & suæ virtuti reduntur. Sic ei feruor spiritus, qui per peccata esset venialia, faciliter sæpe minuitur, per profunditatem somni, id est per contemplationem intimam recreſcit, & reparatur. Auice.

Quarto, quia somnus est etiam exteriorum partium corporis infrigidatiuus: Nam (secundum Philosophum.) calor naturalis aliter se habet in vigilante quam in dormiente; quia vigilante procedit ab interioribus ad exteriora, sed in dormiente econtrario retrahitur ab exterioribus ad interiora, scilicet ad stomachum, & partes illas: Et ideo exteriora corporis remanent frigida, & propter hoc indiget homo magis cooperiri dormiens, quam vigilans. Similiter con- Arist. de som.

Digitized by Google

templatio reuocat hominem ad seipsum, & inflammat ipsum circa cordis interiora, id est, circa spiritualia, secundū illud. In meditatione mea exardescet ignis: sed frigefacit eum circa exterio-
Psal.38. ra, id est, circa temporalia, vt non curet de eis, neque diligat ea.

Quinto, quia somnus est humorū reparatiuus, & clarificatiuus: Nā si somnus sit moderatus, cibus bene digeritur, corpus impinguatur, calor naturalis augmentatur, humores reparātur, & omnes clarificantur. Sic etiā per cōtemplationē sobriā & discretā, quæ non plus quærit sapere quā oportet, cibus fidei & spiritualis doctrinæ bene intrinsecus gubernatur & operatur, mēs deuotione impinguatur, calor & charitas augmentantur, & humores, id est, affectiones, & cogitationes interiores reparantur, & clarificantur. Vnde ipse est somnus, de
Eccl.3 quo dicitur: Somnus sanitatis in homine parco.

Sexto, quia somnus est virtutū vnitiuus, quia virtus in vigilia dispersa in somno vnitur, dum ad intima reuocatur in corpore dor-
Auic. mientis, vt Auic. dicit. Sic anima cōtēplatiua tota ad se ipsam, & in se ipsam recolligitur, & vnitur, & ideo circa spiritualia fortia reperitur. Vnde dominus de cōtēplatiua vita loquens, dixit Matthæ: Porro vnum est necessarium.
Luc 10.

Septimo, quia somnus est ęgrotantiū alleuiatiuus: Nā infirmo, si somnus in quātitate & qualitate fuerit tēperatus, ægrotū alleuiat, & futurā victoriā contra morbū annunciat. Qui autē fortiter tentatur quodāmodo infirmatur, talis si vult alleuiari, & sanari, det se orationi, & contemplationi: quia maximē per hāc victoriā obtinebit. In huius figura de Lazaro infirmato discipuli dixerūt Christo, Dñe, si dormit, saluus erit.

Item contemplatio assimilatur visioni corporali: Nam, vt colligitur ex Perspectiua, ad visio- Perspe.
nem corporalem requiruntur o- lib.3
cto.

Primum est sanitas, siue bona dispositio organi visualis, id est, oculorum. Quasi autem duo oculi animæ, sunt intellectus & voluntas. Oculus igitur intellectus tunc est sanus, quando est ab erroribus mundus: sed oculus affectus, seu voluntatis, tunc est incolumis, quando est à rerum temporaliū inordinatis cupiditatibus immunis, vt dicit Augus. Augus.
Vtraque ergo puritas est necessaria Deum contemplari volentibus: propter quod dicitur. Beati Matt. 5
mundo corde, quoniam ipsi Deū videbunt. Et quia vtrumque oculum fides purificat, scilicet intellectum ab erroribus, & affectū à cupiditatibus, vnde dixit Pe- Act. 15
trus fide purificans corda eorū; Ideo fides necessaria est ad Deū contemplandum, sicut oculorum sanitas & puritas ad videndum: propter quod Augus. dicit, quod Augus.
humanæ mentis acies inualida in tam excellenti luce non figitur, nisi prius per iustitiam fidei mūdetur.

Secundum est oppositio visibilis circa visum. Sed nota, quod quando res visa directe opponitur visui, tunc species illius rei venit super lineas rectas cadentes in centrum oculi, quæ lineæ omnes directę à singulis partibus rei faciunt vnam pyramidem, cuius conus est in pupilla, & basis in re visa, ex quo patet, quod talis pyramis ex parte rei in se habet latitudinem, ex parte vero oculi arctitudinem. Sic etiam quando diuina, & æterna ante oculos mentis cōtemplando deducimus, quia ea prout sunt in seipsis capere nequimus, sed de eorum magnitudine modicum quid

Digitized by Google

quid attingimus, quasi eorum latitudo in oculis nostris quodammodo coarctatur: quia quãquam in se maxima sint, nos tamen parum capimus. Vnde dictum est Moysi: Posteriora mea videbis, faciem autem meam videre non poteris: In visione enim facies notitia est perfecta: in visione vero posteriorum, notitia accipitur modica & confusa. Exo. 33

Item videmus communiter, quod tria genera visibilium visui opponuntur, scilicet lumina, & specula, & corpora colorata. Lumina igitur sunt spirituales naturæ, specula diuinæ scripturæ, corpora colorata, corporales creaturæ. Et circa hæc versatur Sanctorum contemplatio, scilicet, vel circa spirituales naturas, vel circa diuinas scripturas, vel circa corporales, & visibiles creaturas: propterea, quia inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Tertium est distantia proportionalis: Nam si res poneretur super oculum, non videretur, & si nimis esset à longe, nullo modo videretur, aut malè. Oportet igitur quòd à visu distet secundum aliquam proportionem, intra quam non æqualiter, sed magis & minus videtur, secundum modum distantiæ. Sunt autem rebus diuinis quorundam oculi propinqui & vicini, scilicet beatorum, & ideo isti clarè, & apertè illa conspiciunt: quorundam vero valde remoti, sicut oculi damnatorum. In cuius signum dicitur de diuite damnato. Eleuans oculos, scilicet mentis, cum esset in tormentis, vidit Abraam à longe, & Lazarum in sinu eius. Vnde tales de gloria Dei, & beatorum, quasi nihil, vel parum vident, quia damnati gloriam beatorum vsque ad diem iudicij vident, non distinctè, sed confusè, sicut illud, quod à remotis videtur: Non enim cognoscunt, qualis eorum gloria sit, sed solum cognoscunt eos esse in gloria quadam inestimabili, & ex hoc torquentur, tum propter inuidiam, tum quia ipsi talem gloriam amiserunt: sed post diem iudicij omnino beatorum visione priuabuntur, secundum illud: Tollatur impius, ne videat gloriam. Quorundam vero oculi, vt viatorum, partim sunt distantes, partim appropinquantes, quia licet distent per naturam, appropinquant tamè per gratiam. Et ideo ipsi diuina magis, vel minus contemplando percipiunt, secundũ quod per gratiam magis vel minus eleuantur, secundum illud. Ecce intelliget seruus meus exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde. Oportet ergo (vt patet ex dictis,) quod eius, quod videtur ab oculo, sit situs terminatus, scilicet non nimis à base visuali elõgatus, quia illud quod multum à base visuali elongatur, licet visui opponatur, non tamen distincte videtur: sicut autem visus corporalis non bene videt illud quod est multum elongatum à base visuali; sic intellectus nosterin hac vita imperfectè cognoscit, & contemplatur id quod multum elongatum est a natura sensibili, eo quod nihil sine phantasmate intelligit anima, (vt dicit Philosophus. Phantasma autem est similitudo rei sensibiles: vnde ea quæ sunt omnino a sensu remota, sicut res intellectuales, a nobis cognosci non possunt, nisi in quantum se nobis per aliquos effectus sensibiles manifestant: & ideo contemplatio nostra circa talia, modica est, sed tamen delectabilissima, vnde Philosophus Rom. 1. Luc. 17 Ecc. 2 Isa. 52 Arist. de ani. Arist. 2. de par. ani.

Digitized by Google

phus dicit accidit circa illas honorabiles existentes, & diuinas substantias minores nobis existere theoricas. Etsi secundū modicum attingamus, tamen propter honorabilitatem cognoscēdi, delectabilius aliquid habent, quàm quæ apud nos omnia.

Quartum est soliditas rei, quia si res non est densa, sed visui peruia, non videtur, propter quā causam aërem non videmus. Sic contemplatio nostra non debet esse circa peruia, id est, circa transitoria, & temporalia, sed circa solida, & stabilia, & æterna. Apostol. 2. Cor. 4 Non cōtemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur: Quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ vero non videntur, æterna sunt.

Quintum est magnitudo debita rei visæ: quia si nimis esset parua, non videretur in quacunque distantia: Visus enim non perficitur nisi per pyramidem ad oculum venientem, quæ si fuerit valde parua, occupabit parum visus valde paruam, sed visus non sentit visibile, nisi quando pars suæ superficiei debita quantitate visibilis fuerit immutata. Spi- Aug de ci. Dei. ritualiter autem beatus August. distinguit tria genera bonorum, scilicet minima, prout sunt bona fortunæ: media, prout sunt bona naturæ: & maxima, prout sunt bona gratiæ, vel gloriæ. Non ergo nostra contemplatio esse debet circa bona minima, immo ea per affectum propter sui modicitatem respicere non debemus: sed debet esse circa maxima, scilicet bona gratiæ, vel gloriæ.

Sextum est raritas medij, quia si medium fuerit nimis densum, non fiet per ipsum multiplicatio speciei, & species venire non potent ad pupillam. Hoc medium in cōtemplatiuis vitis est sensus, siue corpus, sine quo neque consistere, neque cōtemplari possunt: quod si fuerit densum, id est grossum, & plenum, & delicijs enutritum, contemplationem spiritus impedit: Nam venter pinguis nō gignit sensum tenuem, sicut Hie- Hier. ron. dicit: Sed si fuerit per abstinentiam tenue, spiritum aptiorē ad contemplandum efficiet. Gre- Grego. gor. Nazianzenus. Caro se velut grossa quædam & obscurior nubes animæ obijciens, considerare eam diuini luminis radios non sinit.

Septimum est lux: quia species non immutat medium, vel visum, nisi cum luce. Similiter ad contēplādum diuina, necessaria est lux fidei, vel gratiæ, vel scripturæ sacræ. Psalm. Accedite ad Deum, & Psal. 33 illuminamini.

Octauum est tempus: quia visio fit in tempore, sicut probatur in perspectiua: Nam quamuis visibile subito obijciatur visui, non tamen distinctè apprehenditur, nisi aliqua animæ habita deliberatione, quæ indiget tempore: Et ideo attentio animæ est necessaria cū prædictis. Sic etiam contemplatio requirit sua tempora: Nam quædam temporā aptiora sunt contemplationi diuinorum, vt tempora magis quieta, vel quibus homo magis est sobrius. Vnde Psal. Mane astabo tibi, & vide- Psal. 5. bo. Et iterum. In matutinis do- Psal. 62. mine meditabor in te. Et etiam tempora quibus homo nō habet occupari circa exteriora. Psa. Me- Psa. 118 dia nocte surgebam ad confitendum tibi: Otium enim sanctum quærit charitas veritatis, vt Au- Aug 19 de ciu. gust. dicit. Dei.

Item dulcedo contemplationis assimilatur sanguini.

Primo ratione principij fontalis: quia (secundum Arist.) se- Arist. de dem habet in corde, quia dicit, ani. quod

quod cor est principium sanguinis, sicut & venarum, vt manifestum esse dicit per anathomiam.

Gale. Sed secūdum Gale. sedes sanguinis est in hepate sicut in suo fonte: quia in calore hepatis est locus secundæ decoctionis, & inde sanguis per membra dirigitur, vt eorum calore tertio decoquatur: Prima enim decoctio fit in stomacho, secunda in hepate, tertia in omnibus membris. Posset autem dici, vtramque opinionem cōcordando, quod hepar est principiū sanguinis quoad materiam: quia materia sanguinis est ab hepate, sed cor quantum ad formā, quia in corde illa materia accipit formam sanguinis. Moraliter autem per calorem, siue hepatis, siue cordis, ardorem accipimus amoris. Ex ardore nāq; dilectionis, quasi ex calore hepatis, vel cordis, profluit dulcedo, & suauitas spiritualiter contemplantis. Psalm. Gustate, scilicet per amorem, & videte, scilicet per contemplationem, quoniam suauis est Dominus.

Psal. 33.

Secundo ratione qualitatis naturalis: Est enim sanguis calidæ & humidæ naturæ, calor ex amore, humor ex timore debet prouenire, qui duo crescere, & delectari reuerenter, & sobrie, faciunt contemplantem: vnde Psal. ex persona Christi dicentis patri: Qui timent te. s. timore filiali, qui est ex reuerentia, & amore, videbunt me, scilicet, in contemplatione, & lætabuntur interna delectatione.

Psa. 118

Infantis nuper nati modus custodiendi ac alendi edocetur, qui lucidissimis exemplis his qui recenter ad Deum conuersi sunt adaptatur.

Cap. XVII.

COnuersi nouiter ad Deum, oportet vt gubernentur & foueantur ad modum Infantis nouiter nati: Infans enim nouiter natus diligenter gubernādus est, quia cum caro eius sit fluida, & tenella, sunt ei adhibenda remedia, & fomenta, & sicut docet Constant. plura fomenta sunt ei adhibenda.

Const.

Primum est, vt in sosis cum sale tritis inuoluatur, vt membra fluida confortentur, & à viscosa humiditate purgentur. Quasi antē rosæ redolentes, sunt sanctorū virorū exēpla, & virtutes, quibus infans inuoluitur, quando nouiter conuersus ad imitādū prouocatur: sed debet ei cum sale teri. i. cū discretione exponi, & suaderi: Non enim adhuc debili debet persuaderi exēpla nimis austera, ne fortè desperet, vel ne fortè assumat supra posse suū. Vnde debēt proponi exēpla cōpetētia sibi, quibus ad proficiendū confortetur, & à peccati visco. i. consuetudine, seu infectione purgetur, & liberetur. Pet. Quasi nō geniti infantes lac cōcupiscite s. facilium exemplorū informationē, siue imitationē: & sequitur. Rationabiles sine dolo, vt in eo crescatis.

1. Pet. 2.

Secundum est, vt palatum, & gingiuæ, cum digito melle vnctæ fricentur, vt interiora oris mundificētur, & confortentur, & dulcedine mellis appetitus infantulo prouocetur. Tūc autem pœnitēs digito fricatur, quando leue opus, siue onus, & non graue, & importabile sibi imponitur. Vnde contra nimis austeros sacerdotes Dominus dixit: Alligant onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeris hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. Sed adhuc oportet, quod digitus melle vngatur, ita quod etiam cum quadam dulcedine pœnitentia inungatur: quia tunc pœnitens libentius recipit, & magis confortatur, & prouocatur appetitus eius ad faciendum; & quanto

Matt. 23

quanto libentius facit, tanto plus ei valet ad interiorem purgationem.

Tertium est, vt sæpe balneetur, & oleo myrtino ac rosaceo inungatur, & omnia eius membra fricentur. Per frequentem autem balneationem, accipe frequentem lachrymarum compunctionem. Psal. 6 Psalm. Lauabo per singulas noctes lectum meum, & lachrymis meis stratum meum rigabo. Per oleum myrtinū, intellige doctrinam temperantiæ. Et per oleum rosaceum, doctrinam patientiæ: quia myrtus temperantiam, rosa verò patientiam significare consueuit. Et isto duplici oleo debet pœnitens præcipuè liniri, id est, ad patientiam & temperantiam præcipuè moueri, scilicet ad patientiam aduersorum, & ad temperantiam delectabilium, quæ temperantia debet esse in omnibus membris.

Quartum est, vt in loco obscuro somnus prouocetur, vt lumen in oculis eius congregetur, & ne nimio lumine oculi tenelli lædātur, vt non lusci efficiantur. Sic nouiter conuersi, potius in quadam obscuritate, siue simplicitate fidei sunt tenendi, vel permittendi quiescere, quàm eis subtiliora & altiora sint proponenda, & dilucidanda: quia talia, quantumcūque per verba declarata, debiles oculos mentis eorum potius læderent, quam illuminarent. Vnde talibus Apostolus dicebat: Facti estis quibus lacte opus sit, nō solido cibo, id est, Heb. 5 facili fidei doctrina, non sublimi, & difficili.

Quintum est, vt super omnia caueatur, ne corrupto lacte nutriantur, quia ex hoc infirmitates pessimæ generantur paruulis; nec est danda medicina paruulis dum ægrotant, sed nutrix conueniens medicina dietanda est, vt defectum infantis suppleat virtus nutricis, sicut Constant. dicit: Ex bona enim dispositione lactis, fit bona consistentia prolis. Similiter ergo cauendum est, vt nouiter ad ndem, vel pœnitentiam conuersi, non nutriantur doctrina praua, vel hæretica, quia ex hac generarentur in eis pessimæ opiniones & dispositiones. Vnde regula, vel medicina eis necessaria, tradenda est de sanctorum virorum institutionibus & exemplis: quia ex illorum informatione, bona vel mala pendet nouitiorum vita & forma; propter quod dicebat quibusdam Doctor gentium, & magister Apostol: Obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam Phi 3. nostram.

Sextum est, quod infantuli fasciis sunt liganditeo scilicet, quia membra infantilia sunt tenella, & ad diuersarum susceptionem formarum sunt disposita, & ideo fasciis sunt liganda, ne fiant deformia siue torta. Sic quia nouiter conuersi, & præcipuè iuuenes, sunt faciles ad susciendum omnem informationem sibi datam, ideo sunt sub certis legibus & regulis limitandi, & certis & discretis personis commēdandi, ne ex alicuius malis exemplis, vel verbis deformentur.

Septimum est, quod quia infantuli multum capiunt nutrimenti, indigent multo somno, vt sic calor ad interiora reuocetur, & digestio celebretur. Valet etiam eis ad hoc si mitius moueantur; & sic ex motu calor interior confortetur, & vt somnus per fumositatum resolutionē cerebro prouocetur. Valet etiam eis ad hoc si cantetur, vt infantuli sensus ex vocum dulcedine delectentur. Similiter quia conuersi nouiter, & præcipuè iuuenes, sunt multum agidi, & apti capere nutrimentum

Digitized by Google

tum doctrinæ spiritualis, indigēt somno, id est, vacatione & quiete cōtemplationis, & meditationis, vt calor diuini amoris in eis accendatur, ita vt doctrina qua informātur eis magis placeat & proficiat. Debēt etiam moueri in cunis, id est, facilibus obedientiæ operibus occupari, ne ociosi sint: quia ex talibus operibus calor amoris, & somnus. i. quies cōtēplationis in eis accenditur & apperitur. Valet etiam eis, vt cantus diuinæ laudis audiāt, si sunt laici, vel dicant si sunt clerici. Vnde legitur de beato Aug. quod tempore conuersionis suæ flebat vberrimè atque creberrimè, suauè sonantis Ecclesiæ vocibus vehementer affectus: Voces enim illæ influebant auribus eius, & eliquebatur veritas in corde eius, & fluebant lachrymę, & bene illi erat cum eis.

Tempora, quæ in capitis partibus sita sunt, humanorum corporum cōditione quatuor rationibus indicantur, carnisq; natura quemadmodum corpus à spiritu gubernari debeat, similitudinibus multis declaratur.

Cap. XVIII.

Corporum humanorū conditionem partes capitis quæ dicuntur tempora, repræsentat quo ad quatuor.

Primo, quia illæ duæ partes capitis quæ Tempora dicūtur, sunt membra valde mobilia. Et ideo (vt dicit Isidorus) tempora dicta sunt, quia sua mobilitate continua quasi interuallis temporum immutantur. Sic etiam humana corpora secundū decursum tēporū iugiter immutātur & alterantur, vnde de homine, quoad corpus, dicitur Iob: Nunquam in eodē statu permanet. Apparet etiā ex hoc dicto Isidori, quod istæ duæ partes capitis denominātur à temporibus, & ideo non debēt vocari tempora, vt quidam idiotæ proferunt, sed tempora, & hoc etiam dicunt Hugo. & Brito.

Is. lib. ety.

Iob. 14

Secundo, tempora sunt valde vtilia: Nam per tempora, mediantibus neruis, ad instrumenta sensuum spiritus defertur, & per eadem spiritus vitalis per quasdam arterias à corde ad cerebrum demandatur. Sicut ergo temporę deseruiunt sensui & vitæ, sic corpus datum est homini vt spiritui obsequatur, vt in sensu, id est, in cognitione perficiatur: & vt vitam æternam etiam mereatur. Vnde Apostolus: Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctā, Deo placentem. Ro. 12

Tertiò, quia tempora sunt valde passibilia, & ad læsionem facilia: Nam propter neruorū sensibilium, & arteriarum: venarumque pulsatilium in loco temporum colligantium, tempora sunt valde passibilia, & ad læsionem facilia: Vnde animal ibi percussum de facili moritur, sicut dicit Philosophus, & ad hoc etiam accidit, quia humor qui est in temporibus, cito egreditur propter ossium tenuitatem, propter quod tempora cito canescunt propter humoris paucitatem & siccitatem in eis dominantem, & propter eorum conuertibilitatem ad naturam frigiditatis. Sic etiā naturaliter corpus humanum inter omnia corpora est valde passibile, & ex leui percussione interdum ducitur citius ad mortem: continuè etiam, calore & humore in eo deficiente, ad senium, & caniciem tendit. Apost. Quotidie morior, & ad mortem tenditur senescendo: Nam quod antiquatur & senescit, propter interitum est. Aris. 19 de ani. 1. Co. 18

Quartò, quia tēpora sunt valde humectabilia, sunt etiā interius aliquantulum villosa, vt humorem Heb. 2

em à cerebro venientẽ recipiãt, & somnum oculis inducant, & si illi villi fuerunt compressi per liquationem compressi humoris, oculo. lachrymari faciunt. Similiter quoque corpus nostrum humorẽ cibalem quotidie recipit, qui concupiscentiam frequenter incendit, & somnum peccati inducit. Eit insuper corpus frequẽtius ex sua passibilitate, & grauitate, causa lachrymationis, & luctus. Vnde Apostolus: Ipsi inter nos gemimus, expectantes redemptionem corporis nostri.

Rom. 8

Item qualiter corpus debeat à spiritu gubernari ipsa natura carnis ostendit.

Primo ratione nobilitatis: Nam caro humana est priuilegiata, eo quod sit nobilissimæ formæ, vnita, scilicet animæ rationali, quæ est Dei imagine insignita: immo quod super omnia mirabilissimum est, caro humana Dei caro est facta, & Verbo Dei vnita, propter quod est super omnia exaltata, ex quo dedignari debet homo carnem sic nobilitatã, & exaltatam alicui vilitati seu fœditati exponere. Vnde Leo Papa dicit: Agnosce o Christiane dignitatem tuam, & diuinæ consors factus naturę, noli degeneri conuersatione tua, in priſtinam vilitatem redire.

Leo Pa. in quodã ser.

Secundo ratione vtilitatis, quia (secundum Consta.) caro cum sit calida, & humida, est caloris naturalis fomẽtum, ossium, neruorum, & lacertorum cooperimentum, & frigiditatis temperamentum. Et ad hæc omnia valet corpus à spiritu regulatum, quia est amoris spiritualis nutrimentum. Eccleſiast. Feruor ignis, id est, feruor diuini amoris, vrit carnes eius.

Eccl. 38

Item est virtutum, & gratiarum spiritualium absconsiuum: Nam grossities, & infirmitas corporis, abscondit dona mentis, & abscondendo per humilitatem custodit: Apost. Habemus thesaurũ istum in vasis fictilibus, id est, fragilibus corporibus. Interdum etiam dum corpus atteritur frigus mentis, id est, pigritia expellitur. Psalm. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt.

2. Co. 4

Psal. 15

Tertio ratione varietatis: est enim triplex caro, siue triplex species carnis. Vna neruis, & musculis admixta, vt lacertus: Alia inter durum & molle temperata, vt caro cartilaginosa; tertia inter hæc media, vt caro communiter dicta. In quo significatur quod ipsum corpus nostrum aliquando est dum duritia & rigiditate domandum, quod signat caro neruis admixta. Aliquando cum mollitie, & lenitate fouendum, quod signat caro communiter dicta. Semper autem est cum temperantia nutriendum, & regendum, quod signat caro cartilaginosa. Apost. Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, hostiam, vitia mortificando: sed viuentem, naturam conseruãdo: & hæc duo temperantia facit, quia naturam conseruat, & vitia resecat.

Ro. 12

Quarto ratione quantitatis: Dicit enim Arist. quod aues paucas carnes habentes veloces sunt, vigorosæ, & boni volatus: Sed aues multas carnes habentes, sunt pigræ, & vix à terra valent se erigere. Sic homines, qui à carnalibus delitijs, & delectationibus abstinent, sunt circa spiritualia vigorosi, & ad ascensum per volatum contemplationis idonei. Sed homines carnosi, id est, carni vel ventri deditj, econtrario sunt ad spiritualia pigri, & à terrenis affectibus nequeunt separari. Vnde Philosophus dicit quod

Ari. 13. de ani.

Ari. 12. de ani.

Digitized by Google

quod caro nimis abundans, impedit spiritus operationes. Et ideo creatio capitis ex multa carne non fuit, vt esset homo sensus melioris, intellectus perfectioris. Dicit Philosop. etiam quando locus qui est circa oculos est multæ carnis, malitiã signat dispositionis, & prauæ formationis, & defectum formatiuæ virtutis. Vnde ex multa carne & debili virtute non valente illam regere, monstruosæ generantur in corpore passiones, sicut ipse Philosophus dicit: quæ omnia ostendunt, quod temperantia necessaria est ad sanitatem mentis, & ad valitudinem corporis. Vnde de sobrietate, quæ est tẽperantiæ pars, scilicet quoad potum, licitur, Ecclesiast. quod sanitas est animæ & corporis, potus sobrius.

Ari. li. 1 de ani.

Arist. 16 de ani.

Eccl. 23

Pastorum munus in eorũ cura gerenda quale existat, quamplurimis mammillarum mulierum similitudinibus terminatur.

Cap. XIX.

CVra pastoralis assimilatur mammillæ.

Primo, quia mammilla in mulliere est membrum duplicatum, quia duo sunt præcipuè pastori necessaria, scilicet vita, & doctrina, vt scilicet ad nutrimẽtũ subditorum ex altero fluat lac exẽpli, ex altero verò verbi. Apost. 1. Thi 4 Thi. Exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, &c. Vel duo vbera sunt duæ virtutes necessariæ rectori, scilicet iustitia, Prou. 10 & clementia. Prou. Misericordia, & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus Grego. eius. Gregor. Inesse rectoribus debet & iustè patiens misericordia, & piè sapiens disciplina. Dicit tamen Philosophus, quod Arist. 6. de ani. animalia multorum vberum, multorum sunt filiorum, & habeant vbera a parte inferiori diffusa, vt patet in canicula, & porca; Et cũ peperit porca, dat primo filio primam mammillam, & secundo secundam, & sic de alijs. Animalia autem pauca vbera habentia paucos habent filios. Vnde videtur, quod natura non errante, nõ debet aliquod animal plures filios generare, quã habeat mammillas in corpore, alias esset inuenire diminutum, & superfluũ in natura, quod pro inconuenienti habet Philosophus. Sicut ergo animalia multorum filiorum, multorum quoque sunt vberum; & econuerso, quæ paucorum sunt vberum, paucorum sunt filiorum; Sic pastores quanto plures habent spirituales filios pascere, & nutrire, tanto pluribus eos vbertibus, id est, virtutibus oportet abundare, quibus bonorum operum præbeant alimenta, id est, exempla, vel iuuamenta. Et ideo (sicut dicit Greg) virtutibus vacuus ad regimen nec coactus accedat. Gre. in past.

Secundo, quia mammilla est membrum ad nutrimentũ fœtus necessarium: Sic pastoralis cura est necessaria, vt subditi velut filij nutriantur, & pascantur verbo, & exemplo, & etiam temporali subsidio. Pet. Pascite qui in vobis est, gregẽ Dei. Tre. Lamiæ nudauerũt mammas, & lactauerunt catulos suos: Nam Lamiæ mammas denudant, quando pastorum mentes internas suas virtutes ad subditorum profectum operibus demonstrant, videlicet sapientiam docendo, pietate subueniendo, & sic de alijs. 1. Pet. 5. Tre 4.

Tertio, quia mammilla est mẽbrum lactis administratiuum: Lac autem (vt dicit Aristo) est sanguis decoctus, digestus, non corruptus: Nam sanguis menstrualis ad mammillas opere na-

Digitized by Google

turæ repellitur, & ibi decoquitur & digeritur: Sunt enim mãmillæ in pectore situatæ vt cordi essent vicinæ, vt propter calorẽ cordis decoctionem, sanguis in lactis naturam facilius verteretur. Digestus autem sanguis ex albedine glandularum mammillarum, in candoris speciem transformatur (vt dicit Const.) Cato enim mammillæ cauernosa & porosa est, vt spongia, & glandulosa, & molliis, & alba, & ideo ad generationem lactis est apta. Lac autem bene digestum est dulce, quod necessarium est propter cibationem animalis, eo quòd cibus omnium animalium non est nisi dulcis, & valde digestus, (vt dicit Const.) Ex quibus omnibus colligitur, quòd membrum mammillæ est sanguinis depuratiuum, digestiuum, dulcoratiuum, & inspissatiuũ. Prælatus igitur ad modum mammillæ debet præbere sanguinem, id est, doctrinam sapidam, & vitalem, quam tamen primò debet depurare legendo, digerere meditando, dulcorare disponendo, inspissare siue ingrossare proferẽdo, ita vt faciliter & auide ab auditoribus capiatur.

Const.

Quarto, quia mammilla est membrum cordis, & pectoris defensiuum: Nam mammillæ sua carnositate pectus cooperiunt, & frigiditatem eius osseam temperantes, à frigiditate aëris protegunt, & defendunt. Sic cura pastoralis non debet tantum intendere subditis, quin pectus siue cor suum custodiat, siue defendat à vitijs. Vnde sicut mammillæ primo pectus armant, deinde autem lac propinant; ita pastores primo debent intendere sibi, deinde gregi prouidere,

Act. 4

Acto. Attendite vobis, & gregi vniuerso.

Quinto, quia membrum mammillæ est concepti fœtus indicatiuum: Nam (sicut dicit Philosophus.) si impregnatio fuerit masculi, apparet dextra mammilla maior sinistra; si vero fœmina fuerit, est sinistra maior. Et hoc signum apparet, quãdo primo fœtus incipit se mouere. Sic in correctione, e prælati, mãmilla dextra est rigor disciplinæ, sed sinistra, dulcor misericordiæ. Si ergo dulcor misericordiæ excedat rigorem disciplinæ, facit filios fœmineos, id est, subditos dissolutos: sed si vigeat rigor disciplinæ, facit masculinos, id est, viriles, & virtuosos. Quandoque autem ex nimia mollitie prælatentis, vita omnino corrumpitur, & perditur delinquentis: & econtra, quandoq; ex rigiditate, siue duritia, cõseruatur. Et ideo dicitur super Amfor. quod quando mulieres parituræ sunt abortiuum, mammillæ molescunt. Cuius ratio est (secundũ Gale.) quia gracilitas mammillæ paucitatem lactis signat. Vnde cũ fœtus debitum nutrimentũ non habeat, necesse est vt abortiat; Si vero fuerint vbera dura, sanum esse fœrum designant, vnde docet Isid. Qui blando verbo castigatus non corrigitur, acrius necesse est vt arguatur. Cum dolore sunt abscindenda, quæ leuiter sanari non possunt.

Arist. 6 de ani.

Gale.

Mentis curiositas dolori verticis comparatur, & qua ei fieri adhibenda remedia, aliquibus doloris verticis meditaminibus declaratur.

Cap. XX.

CVriositas mentis assimilatur doloti verticis.

Primo ratione diuisionis: quia dolor verticis hoc modo fieri solet, vt videatur caput in plures partes diuidi. In plures ergo partes caput scinditur, quia hominis curioli mens in diuersa partitur: quærunt enim curiosi varia; & diuersa,

Digitized by Google

Eccl.4 diuersa,& noua, contra illud. In pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Secundo ratione curationis:quia oportet primo,vt caput infirmi vitta,id est,lineo pano stringatur, & sic mens curiosi stringenda est vitta,id est, corrigēda est doctrina. Sic sua vitta, id est, doctrina, ligauit Paulus caput Thimothei i mentem,dicēs: Stultas & sine disciplina quęstiones deuita,sciens quod generant lites:seruum autem Dei non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes. Oportet etiam, vt huic infirmitati auxiliū medicinæ non desit,quoniam huiusmodi morbus velut cancer serpit. Vnde Apost. Prophana & inutilia deuita, multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum vt cancer serpit.

2.Thi.2

Ibid.

Tertio ratione læsionis, quia solet talis infirmitas verticē dolentium lædi per multiloquium; & ideo curiosis & garrulis litigatoribus remediū est, vt ori ipsorum silentium imponatur: Nam in multiloquio peccatum non deerit.

Pro.10.

Pinguedinis varietas ac natura describitur, spiritualis deuotio quatuor rationibus similis esse monstratur.

Cap. XXI.

DEuotio assimilatur pinguedini.

Primo quidem, quia pinguedo sua vnctuositate est ignis & caloris vitalis nutritiua. Et similiter mentis deuotio ignem diuini amoris, & calorem, id est, feruorem charitatis, quo anima spiritualiter viuit, in ipsa anima fouet & nutrit. 1. Reg. Incendatur primum iuxta morem hodie adeps: Adeps enim incenditur, cum ex ipsa deuotione animus inflammatur.

1.Re.2.

Secundo,quia pinguedo est sua aerea lenitate superficiei petitiua: quia scilicet mentis deuotio etiam exterius prorumpit, siue per lachrymas, siue per voces diuinæ laudis, & alia huiusmodi: Vnde Io. Cassianus dicit, quod deuotio est feruor bonæ voluntatis,quem mens cohibere non valens, certis manifestat indicijs. Psalm. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea:& sequitur. Et labijs exultationis laudabit os meum.

Io Cas. in coll. Abba. Psal.62.

Tertio,quia pinguedo est vacuitatis corporis repletiua, & sic deuotio replet & complet defectus animæ. Vel vacuitas corporis est humilitas mentis, quæ repletur pinguedine: quia mens humilis repletur deuotione. Iob. Vlcera eius replebuntur adipe.

Iob.20.

Quarto, quia pinguedo est diuersarum partiū impinguatiua, vnde & habet diuersa nomina: Nam(sicut dicit Isido) aruina est pinguedo adhærens cuti; & ista signat deuotionem exteriorem, quæ ostenditur in effectu. Iob. De lateribus eius aruina dependet. Adeps autem est pinguedo intestina inuoluens,& membra interius custodiens: & hæc designat deuotionem interiorem, quam Deus præcipuè requirit. Leuitici. Omnis adeps Domini erit. Pinguedo autem cōmuniter dicitur de vtraque, licet strictè dicatur pinguedo quæ adhæret cuidam pelliculæ quæ dicitur zirbus: ergo pinguedinē largo modo sumptam habet,qui tā interius, quā exterius est deuotus, vel quod pinguedo inuenitur in diuersis partibus, signat quod deuotio inuenitur in diuersis rebus. Vnde sicut Berna. dicit. Non omnibus eodē modo data est gratia ista, scilicet deuotio. Porro Thomas in latere, Ioannes in pectore, Petrus in sinu, Paulus in tertio cælo secreti huius gratiam assecuti sunt.

Iob.15.

Leuit. 3

Bern. in Cant.

Digitized by Google

Quō Deo metaphoricè in Scripturis humana membra adscribantur, huius rei significatio singulatim aperitur.

Cap. XXII.

DEo in sacra Scriptura attribuuntur humana membra, & hoc fit secūdum metaphoram, sicut Dam. dicit. Simplex enim Deus est, & non figurabilis: Oculos enim palpebras & visum habere describitur: quia habens virtutem vniuersorum considerationem, nihil eum latere potest. Aures quoque & auditum habere describitur, quia apud eum propitiationem fore, & deprecationis susceptionem non timemus: Per hunc enim sensum nos mites ostendimus, quando deprecantibus aures fauorabiliter inclinamus. Os, fauces, & labia habere dicitur, quia illud velut loquēdo per inspirationem nobis reuelat, q̄ hominum cognitio per huiusmodi organa exprimit, & ostendit. Guttur & gustum habere dicitur, quia in nostræ iustitiæ operibus tanquam in gustu delectatur. Nares, & olfactum habere dicitur, quia tanquam odor suauissimus Domino placet quicquid deuotionis affectus ei exhibet. Faciem vero habere dicitur, quia per ipsius opera eius virtutem & præsentiam perpendimus: Nam personam præsentem per faciem cognoscimus. Manus repræsentāt eius subtilitatem & inuisibilem operationem: quia nos digitis, & manibus, & brachijs subtiliora, & fortiora operamus. Quando vero scriptura dextram Dei commemorat, chariora Dei & dignitra insinuat. Vnde & iurare per dexterā dicitur, quando intransmutabiliter eius consilium perhibetur. Sed frequenter pauperibus, & indigētibus subuenit, & ideo pedes habere dicitur, dū sæpe ostēdit in effectu, quod solent operari homines pedibus, vel incessu. Cor & pectus habere dicitur, propter cognitorum iugem recordationē. Ventre vero & viscera, propter compassionē quam se habere in nobis ostēdit. Irasci dicitur propter odium malitiæ, & eam quam adhibet vltionem. Etiam dormire, & obliuisci dicitur, propter iniuriæ dissimulationem. Quia ergo tot modis per sua beneficia nostram supplet indigētiam, more humano dicitur habere membra diuersa.

Dam. li. 1. ca. 2.

Vera dilectionis officium, necessitas, atque perfectio, ex quinque mentis naturalibus proprietatibus, haud dubie posse cognosci.

Cap. XXIII.

DIlectio assimilatur mento. Primo, quia mentū fuit necessarium, propter mādibularum originem: Nam inferior mandibula ex mento oritur, & in eo fundatur. Sed mādibula hæc inferior vitam præsentē designat: cuius est duplex pars, s. dextera, quæ pertinet ad spiritum, cuius exercitium est in vita contemplatiua: & pars sinistra, quæ pertinet ad corpus, circa cuius ministeriū intendit vita actiua: sed vtriusque origo est ex mento, id est, ex dilectione charitatis, quia contēplatiua est ex dilectione Dei; actiua vero ex dilectione proximi. Ioan. Qui non diligit, manet in morte. 1. Io. 3.

Secundo mentum fuit necessarium propter dētium inferiorum radicationem: Inferiores enim dentes, id est, Sancti in hoc mundo viuentes, sunt radicati in mēto, id est, in dilectione Dei, secūdum illud. In charitate radicati, & fundati. Ephe. 3

Tertio fuit necessarium propter oris apertionem: Nam ossa ipsius mēti in suis extremitatibus duas habent furculas, vt dicit Const. Vna est acuta, cuius acumini ligamen quoddam inseritur, quod Const.

à late-

Digitized by Google

a latere temporum protenditur, per quod bucca clauditur, & aperitur. Altera vero surcula grossa est rotunda, cuius rotunditate mētum fit mobile. Sic etiam necessaria dilectio charitatis vt os aperiri possit, siue in prædicatione, quia si linguis hominum loquar & angelorum, charitatē autē nō habeam, &c. siue in oratione, siue in cōfessione, quæ etiam siue charitate validæ non sunt.

1. Cor. 13.

Psal. Os meum aperui, & attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam: Hoc enim desiderium mandatorum charitas faciebat: quia sicut calor sitire facit iustitiam, quæ in obseruatione mandatorum existit, sine qua neque confessio est salutifera, neq; omnino impetratiua, secundum illud. Qui obturat aurem suam ad clamorē pauperis, clamabit ipse & non exaudietur.

Psa. 131

Pro. 21.

Quarto fuit mentum necessarium propter faciei completionē, & consummationem: vnde si sit fronti proportionatum, totā faciem exornat, & si nimis excedat eam, totam faciem dehonestat. Sicut igitur mentum proportionatum est ornamentum faciei, & complemētum, ita amor ordinatus, sicut est charitatis dilectio (secūdū illud, Ordinauit in me charitatem) est ornamētum, & complemētum animæ. Vnde per nuptialem vestem charitas designatur, ex eo quod animam exornat, & decorat.

Cant. 2.

Mat. 24

Quinto mentum necessariū est ad animalis fortificationem: Nā in mēto est animalis maxima fortitudo, propter duritiam ossis, & ideo bruta se tangi per mentum faciliter non permittunt: Nam mento cōfracto tota eorū feritas quasi armis perditis eneruatur; Vnde dicitur, quod Dauid fracto mento vrsi eruit ouem de ore eius. Sic maxima fortitudo animæ consistit in amore: quia fortis est vt mors dilectio. Sexto, fuit necessarium mentum ad amoris ostensionem; Vnde mentū hominis tangere, signū est amoris. Et ideo dicitur. Tenuit Ioab mentum Amasæ: Per mentum enim amor, sed per tactum opus amoris exprimitur. Vnde ille mētum tangit, qui amorem opere ostendit: & hæc est vera probatio dilectionis charitatis, secundū illud. Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate.

1. Reg. 17.

Cant. 8.

1. Ioā. 3.

Quatuor rationibus diuitiæ pilis comparantur, per quas quidem bonus malusq; diuitiarum vsus, & auaritiæ detestatio explanatur.

Cap. XXIIII.

Diuitiæ assimilantur pilis. Primo ratione natiuitatis: quia pili nascuntur ex fumo calido & sicco: dum enim fumus subtilis per poros egreditur, dum ab aere tangitur, exiccatur. Similiter ex fumo calido, & sicco, id est, ex auaritia desiderium hominis inflammante, & humorem pietatis exiccante, procedit diuitiarum accumulatio. Hic fumus, id est, amor cupiditatis, per diuersos poros, i. per diuersas vias, & modos lucrandi, & rapiendi proditur, & cum ab exteriori aere, id est, ab exteriori mundi necessitate tangitur, pili, id est, nummi, siue diuitiarum cumuli, multiplicantur & crescunt; Et præcipuè illi quibus multiplicantur filij coguntur accumulare. Ezec. Multiplicata es, & grandis effecta, & ingressa es, & peruenisti ad mundum muliebrem; vbera tua intumuerunt & pilus tuus germinauit. In multiplicatione, vel tumore vberum, intellige augmenta familiæ & filiorum, & tunc laborat vt germinet pilus, id est, vt fiat, & crescat diuinarum cumulus.

Eze. 16.

Secundo ratione vtilitatis: quia pili sunt non solum ornamenti, sed etiam iuuamentum corporis, sicut patet in capillis. Similiter diuitiæ, sunt ad ornamentum dignitatis, & ad iuuamentum necessitatis. Vnde Philosophus dicit, quod diuitiæ sunt organa felicitatis. Et ideo Ambros. dicit: Diuites discant non in facultatibus crimen haberi, sed in his qui vti nesciunt: nam diuitiæ sicut impedimenta sunt improbis, ita bonis sunt iuuamenta virtutis.

Arist. in Ethic. Amb. super Lu.

Tertio ratione qualitatis: Nam vbi in cute sunt amoli pori, pili exeuntes sunt grossi; vbi autem pori sunt stricti, tenues erunt pili. Sic homines habentes animos largos, siue amplos, faciunt magnas expensas: Sed habentes animos strictos, id est, auaros, tenuiter & miserabiliter expendunt. Hieronymus. Qui diuitiarum seruus est, diuitias custodit vt seruus; qui autem seruitutis excussit iugum, distribuit vt Dominus.

Quarto ratione varietatis, quia pili variantur secundum ætatem. Vnde quando animalia senescunt, pili indurescunt sicut plumæ auium indurantur, quia deficiente humore necessario deficeantur. Sic homines (secundum philosophum) in senectute efficiuntur illiberales, & duri ad largiendum, & hoc est quando deficit eis bonus humor, id est, bonus amor charitatis. Et hæc auaritia senilis (sicut dicit Senec) monstruosa est: Monstro, inquit, similis est auaritia senilis: quid enim sibi vult non intelligo: Nam quid absurdius (vt dici solet,) quam quo minus restat viæ, eo plus viatici quærere, & via deficiente viaticum augere? Huiusmodi ergo pilos, id est, mundi diuitias, Leuitæ iubentur radere, id est, viri perfecti, & religiosi contemnere.

Senec.

Doctrinam spiritualem ad modum cibi fidelibus tradendam esse, ex humoribus in cibi receptione conditionibus necessarijs, quæ hic apponuntur edijcitur, & ex diuersitate ciborum doctrinarum pariter ac recipientium varietatum perpenditur, nec non prædicantis doctrinam similem esse vocis modulantis aperitur.

Cap. XXV.

DOctrina spiritualis assimilatur cibo corporali, in quo necessaria sunt 8. scilicet præparatio, masticatio, in loco digestionis receptio, eius in liquorem mutatio, liquoris in humorem conuersio, ipsius per membra distributio, cum membris assimilatio, & incorporatio, siue in naturam corporis conuersio. Sic cibus spiritualis doctrinæ à prædicatore præparatur dum legitur: masticatur, dum in meditatione disquiritur: in loco digestionis recipitur, dum in memoria recondituri: In liquorem mutatur, dum diligêter exponitur: In humorem liquor conuertitur, dum deuotè differitur: Distribuitur per membra, dum diuersis auditoribus secundum eorum exigentiam prædicatur: Assimilatur, dum attentè, & affectuosè recipitur: Incorporatur & conuertitur, dum opere perficitur. De hoc cibo dixit Dominus. Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Hieron. Discamus in terris, quorum scientia nobiscum perseueret in cælis.

Ioan. 6.

Hiero.

Item doctrina spiritualis debet tradi ad modum cibi. In quo (secundum Galen.) considerandæ sunt quatuor.

Primo cibi substantialitas: Nã aliquis cibus est ex sui natura nutrimẽtalis, & naturæ iuuatiuus.

Et

Et huic assimilatur doctrina sana & catholica, qua anima spiritualiter sustentatur & iuuatur ad salutem. Aliquis vero est pestilentialis, & corporis corruptiuus, sicut cibus venenosus. Et huic assimilatur doctrina praua, vel hæretica, qua mores vel fides corrumpuntur. Oportet ergo ciborũ scire naturam, & doctrinarum discernere qualitatem, ne homo venenum loco cibi accipiat, ne quis falsitatem pro veritate credat.

Eccl. 35 Vnde Eccles. Non te effundas super omnẽ escam. Io. Nolite omni spiritui credere, sed probate an spiritus ex Deo sit.
Ioan. 4.

Secũdo attẽdenda est cibi qualitas, scilicet vtrum temperatus sit, vel excedat: Est enim aliquis cibus subtilis, qui de facili digeritur (secundum Auicen.) ex eo generatur sanguis qui cito resoluitur à membris, & ideo parum nutrit. Et sic doctrina multum subtilis rudi populo prædicata, quia parum eos in deuotione nutrit, & malè intelligitur, & cito à memoria labitur.

Item est cibus grossus, qui tardius digeritur, & pars eius modica multum nutrit, ex quo scilicet grossus generatur sanguis, qui tardius resoluitur à membris. Sic doctrina grossior, & vulgatior, homines simplices magis reficit, & in deuotione nutrit, & diutius in memoria persistit.

Item est alius cibus à substantia temperatus, & talis laudabilis est, quia medium tenet: huic assimilatur doctrina, quæ neque est nimis rudis, neque nimis subtilis: Talis enim laudabilis est, quia simplicibus & sapientibus satisfacit. Rom. Sapientibus & insipientibus debitor sum.
Rom. 1.

Tertio attendenda est cibi quãtitas, vt non sit nimia, neque nimis pauca, sed inter hæc media: Nam cibus nimius naturam grauat, stomachum instar, torsiones generat, malos humores generat & augmentat, vomitum & fastidium prouocat, calorem naturalem suffocat, ossium & neruorum contractionem causat, vlcera, scabiem, & apostemata procurat, senium & mortem accelerat, & sit dum homo manducat vt mortem fugiat, inde citius moriatur. Quando vero cibus nimis est paucus, naturam debilitat, visum & sensum hebetat, fluxum capillorum & caluitiem generat, thisim ethicam accelerat, corpus extenuat, & peiores infirmitates quã repletio causat. Vnde dicit Hyppocrates, quod in tenuibus dietis maximè peccant ægrotantes. Cibus ergo si medium inter hoc teneat, rem perditam restaurat, virtutem cõseruat, sanguinem augmentat, calorem temperat, ingenium acuit, vires operandi tribuit, sanitatem perficit & custodit, & salubrem somnum inducit. Similiter quoque accidit de doctrina spirituali, quia si sit nimia, id est, nimis prolixa, vertitur in tædium & multiplex animæ nocumentũ, & ideo poeticè dicitur: Quicquid præcipies esto breuis, vt cito dicta percipiant animi dociles, teneantque fideles. Omne superuacuum de pleno pectore manat. Similiter etiam defectus doctrinæ spiritualis, multiplex malum inducit, & magis adhuc nocet quàm eius nimietas. Vnde & in pœnam hominum peccatorum Deus per prophetam comminatur dicens: Mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei. Et Hiere. hunc defectum deplorauit dicẽs: Parauli petierunt panem, & nõ erat qui frangeret eis: ergo discreta & temperata doctrina multipliciter animæ prodest, &

Hypp. apho.

Amo. 8

Thre. 4.

Digitized by Google

phus dicit accidit circa illas honorabiles existentes, & diuinas substantias minores nobis existere theoricas. Etsi secundū modicum attingamus, tamen propter honorabilitatem cognoscēdi, delectabilius aliquid habent, quàm quæ apud nos omnia.

Quartum est soliditas rei, quia si res non est densa, sed visui peruia, non videtur, propter quā causam aërem non videmus. Sic contemplatio nostra non debet esse circa peruia, id est, circa transitoria, & temporalia, sed circa soli-
2.Cor.4 da, & stabilia, & æterna. Apostol. Non cōtemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ vero non videntur, æterna sunt.

Quintum est magnitudo debita rei visæ: quia si nimis esset parua, non videretur in quacunque distantia: Visus enim non perficitur nisi per pyramidem ad oculum venientem, quæ si fuerit valde parua, occupabit parum visus valde paruam, sed visus non sentit visibile, nisi quando pars suæ superficiei debita quantitate visibilis fuerit immutata. Spi-
Aug. de ci. Dei. ritualiter autem beatus August. distinguit tria genera bonorum, scilicet minima, prout sunt bona fortunæ: media, prout sunt bona naturæ: & maxima, prout sunt bona gratiæ, vel gloriæ. Non ergo nostra contemplatio esse debet circa bona minima, immo ea per affectum propter sui modicitatem respicere non debemus: sed debet esse circa maxima, scilicet bona gratiæ, vel gloriæ.

Sextum est raritas medij, quia si medium fuerit nimis densum, non fiet per ipsum multiplicatio speciei, & species venire non poterit ad pupillam. Hoc medium in cōtemplationis vitia est sensus, siue corpus, sine quo neque consistere, neque cōtemplari possunt: quod si fuerit densum, id est grossum, & plenum, & delicijs enutritum, contemplationem spiritus impedit: Nam venter pinguis nō gignit sensum tenuem, sicut Hie-
Hier. ron. dicit: Sed si fuerit per abstinentiam tenue, spiritum aptiorē
Gregor. ad contemplandum efficiet. Gregorius Nazianzenus. Caro se velut grossa quædam & obscurior nubes animæ obijciens, considerare eam diuini luminis radios non sinit.

Septimum est lux: quia species non immutat mediū, vel visum, nisi cum luce. Similiter ad contēplādum diuina, necessaria est lux fidei, vel gratiæ, vel scripturæ sacræ. Psalm. Accedite ad Deum, & Psal.33. illuminamini.

Octauum est tempus: quia visio fit in tempore, sicut probatur in perspectiua: Nam quamuis visibile subito obijciatur visui, non tamen distinctè apprehenditur, nisi aliqua animæ habita deliberatione, quæ indiget tempore: Et ideo attentio animæ est necessaria cū prædictis. Sic etiam contemplatio requirit sua tempora: Nam quædam tempora aptiora sunt contemplationi diuinorum, vt tempora magis quieta, vel quibus homo magis est sobrius. Vnde Psal. Mane astabo tibi, & vide-
Psal.5. bo. Et iterum. In matutinis do-
Psal.62. mine meditabor in te. Et etiam tempora quibus homo nō habet occupari circa exteriora. Psa. Me-
Psa.118 dia nocte surgebam ad confitendum tibi: Ocium enim sanctum quærit charitas veritatis, vt Au-
Aug 19 de ciu. gust. dicit.
Dei.

Item dulcedo contemplationis assimilatur sanguini.

Primo ratione principij fontalis: quia (secundum Aris.) se-
Aris. de ani. dem habet in corde, quia dicit, quod

Digitized by Google

quod cor est principium sanguinis, sicut & venarum, vt manifestum esse dicit per anathomiam.

Gale. Sed secūdum Gale. sedes sanguinis est in hepate sicut in suo fonte: quia in calore hepatis est locus secundæ decoctionis, & inde sanguis per membra dirigitur, vt eorum calore tertio decoquatur: Prima enim decoctio fit in stomacho, secunda in hepate, tertia in omnibus membris. Posset autem dici, vtramque opinionem cōcordando, quod hepar est principiū sanguinis quoad materiam: quia materia sanguinis est ab hepate, sed cor quantum ad formā, quia in corde illa materia accipit formam sanguinis. Moraliter autem per calorem, siue hepatis, siue cordis, ardorem accipimus amoris. Ex ardore nāq; dilectionis, quasi ex calore hepatis, vel cordis, profluit dulcedo, & suauitas spi-

Psal. 33. rituliter contemplantis. Psalm. Gustate, scilicet per amorem, & videte, scilicet per contemplationem, quoniam suauis est Dominus.

Secundo ratione qualitatis naturalis: Est enim sanguis calidæ & humidæ naturæ, calor ex amore, humor ex timore debet prouenire, qui duo crescere, & delectari reuerenter, & sobrie, faciunt contemplantem: vnde Psal.

Psa. 118 ex persona Christi dicentis patri: Qui timent te. s. timore filiali, qui est ex reuerentia, & amore, videbunt me, scilicet, in contemplatione, & lætabuntur interna delectatione.

Infantis nuper nati modus custodiendi ac alendi edocetur, qui lucidissimis exemplis his qui recenter ad Deum conuersi sunt adaptatur.

Cap. XVII.

COnuersi nouiter ad Deum, oportet vt gubernentur & foueantur ad modum Infantis nouiter nati: Infans enim nouiter natus diligenter gubernādus est, quia cum caro eius sit fluida, & tenella, sunt ei adhibenda remedia, & fomenta, & sicut docet Constant. plura fomenta sunt ei Const. adhibenda.

Primum est, vt in sosis cum sale tritis inuoluatur, vt membra fluida confortentur, & à viscosa humiditate purgentur. Quasi autē rosæ redolentes, sunt sanctorū virorū exēpla, & virtutes, quibus infans inuoluitur, quando nouiter conuersus ad imitādū prouocatur: sed debet ei cum sale teri. i. cū discretione exponi, & suaderi: Non enim adhuc debili debet persuaderi exēpla nimis austera, ne fortè desperet, vel ne fortè assumat supra posse suū. Vnde debēt proponi exēpla cōpetētia sibi, quibus ad proficiendū confortetur, & à peccati visco. i. consuetudine, seu infectione purgetur, & liberetur. Pet. Quasi nō geniti in- 1. Pet. 2. fantes lac cōcupiscite. s. facilium exemplorū informationē, siue imitationē: & sequitur. Rationabiles sine dolo, vt in eo crescatis.

Secundum est, vt palatum, & gingiuæ, cum digito melle vncto fricentur, vt interiora oris mundificētur, & confortentur, & dulcedine mellis appetitus infantulo prouocetur. Tuo autem pœnitēs digito fricatur, quando leue opus, siue onus, & non graue, & importabile sibi imponitur. Vnde contra nimis austeros sacerdotes Dominus dixit: Alligant onera Matt. 23 grauia, & importabilia, & imponunt in humeris hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. Sed adhuc oportet, quod digitus melle vngatur, ita quod etiam cum quadam dulcedine pœnitentia inungatur: quia tunc pœnitens libentius recipit, & magis confortatur, & prouocatur appetitus eius ad faciendum; & quanto

Digitized by Google

quanto libentius facit, tanto plus ei valet ad interiorem purgationem.

Tertium est, vt sæpe balneetur, & oleo myrtino ac rosaceo inungatur, & omnia eius membra fricentur. Per frequentem autem balneationem, accipe frequentem lachrymarum compunctionem.

Psal. 6 Psalm. Lauabo per singulas noctes lectum meum, & lachrymis meis stratum meum rigabo. Per oleum myrtinũ, intellige doctrinam temperantiæ. Et per oleum rosaceum, doctrinam patientiæ: quia myrtus temperantiam, rosa verò patientiam significare consueuit. Et isto duplici oleo debet pœnitens præcipuè liniri, id est, ad patientiam & temperantiam præcipuè moueri, scilicet ad patientiam aduersorum, & ad temperantiam delectabilium, quæ temperantia debet esse in omnibus membris.

Quartum est, vt in loco obscuro somnus prouocetur, vt lumen in oculis eius congregetur, & ne nimio lumine oculi tenelli lædãtur, vt non lusci efficiantur. Sic nouiter conuersi, potius in quadam obscuritate, siue simplicitate fidei sunt tenendi, vel permittendi quiescere, quàm eis subtiliora & altiora sint proponenda, & dilucidanda: quia talia, quantumcũque per verba declarata, debiles oculos mentis eorum potius læderent, quam illuminarent. Vnde talibus Apostolus dicebat: Facti estis quibus lacte opus sit, nõ solido cibo, id est, facili fidei doctrina, non sublimi, & difficili. Heb. 5

Quintum est, vt super omnia caueatur, ne corrupto lacte nutriantur, quia ex hoc infirmitates pessimæ generantur paruulis; nec est danda medicina paruulis dum ægrotant, sed nutrix conuenienti medicina dietanda est, vt defectum infantis suppleat virtus nutricis, sicut Constant. dicit: Ex bona enim dispositione lactis, fit bona consistentia prolis. Similiter ergo cauendum est, vt nouiter ad ũdem, vel pœnitentiam conuersi, non nutriantur doctrina praua, vel hæretica, quia ex hac generarentur in eis pessimæ opiniones & dispositiones. Vnde regula, vel medicina eis necessaria, tradenda est de sanctorum virorum institutionibus & exemplis: quia ex illorum informatione, bona vel mala pendet nouitiorum vita & forma; propter quod dicebat quidam Doctor gentium, & magister Apostol: Obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Phi 3.

Sextum est, quod infantuli fasciis sunt ligandi: eo scilicet, quia membra infantilia sunt tenella, & ad diuersarum susceptionem formarum sunt dispositа, & ideo fasciis sunt liganda, ne fiant deformia siue torta. Sic quia nouiter conuersi, & præcipuè iuuenes, sunt faciles ad suscipiendum omnem informationem sibi datam, ideo sunt sub certis legibus & regulis limitandi, & certis & discretis personis commẽdandi, ne ex alicuius malis exemplis, vel verbis deformentur.

Septimum est, quod quia infantuli multum capiunt nutrimenti, indigent multo somno, vt sic calor ad interiora reuocetur, & digestio celebretur. Valet etiam eis ad hoc si mitius moueantur; & sic ex motu calor interior confortetur, & vt somnus per fumositatum resolutionẽ cerebro prouocetur. Valet etiam eis ad hoc si cantetur, vt infantuli sensus ex vocum dulcedine delectentur. Similiter quia conuersi nouiter, & præcipuè iuuenes, sunt multum auidi, & apti capere nutrimentum

Digitized by Google

tum doctrinæ spiritualis, indigēt somno, id est, vacatione & quiete cōtemplationis, & meditationis, vt calor diuini amoris in eis accendatur, ita vt doctrina qua informātur eis magis placeat & proficiat. Debēt etiam moueri in cunis, id est, facilibus obedientiæ operibus occupari, ne ociosi sint: quia ex talibus operibus calor amoris, & somnus. i. quies cōtēplationis in eis accenditur & apperitur. Valet etiam eis, vt cantus diuinæ laudis audiāt, si sunt laici, vel dicant si sunt clerici. Vnde legitur de beato Aug. quod tempore conuersionis suæ flebat vberrimè atque creberrimè, suauè sonantis Ecclesiæ vocibus vehementer affectus: Voces enim illæ influebant auribus eius, & eliquebatur veritas in corde eius, & fluebant lachrymę, & bene illi erat cum eis.

Tempora, quæ in capitis partibus sita sunt, humanorum corporum conditione quatuor rationibus indicantur, carnisq; natura quemadmodum corpus à spiritu gubernari debeat, similitudinibus multis declaratur.

Cap. XVIII.

Corporum humanorū conditionem partes capitis quæ dicuntur tempora, repræsentat quo ad quatuor.

Primo, quia illæ duæ partes capitis quæ Tempora dicūtur, sunt membra valde mobilia. Et ideo (vt dicit Isidorus) tempora dicta sunt, quia sua mobilitate continua quasi interuallis temporum immutantur. Sic etiam humana corpora secundū decursum tēporū iugiter immutātur & alterantur, vnde de homine, quoad corpus, dicitur Iob: Nunquam in eodē statu permanet. Apparet etiā ex hoc dicto Isidori, quod istæ duæ partes capitis denominātur à temporibus, & ideo non debēt vocari tempora, vt quidam idiotæ proferunt, sed tempora, & hoc etiam dicunt Hugo. & Brito.

Is. lib. ety.

Iob. 14

Secundo, tempora sunt valde vtilia: Nam per tempora, mediantibus neruis, ad instrumenta sensuum spiritus defertur, & per eadem spiritus vitalis per quasdam arterias à corde ad cerebrum demandatur. Sicut ergo temporę deseruiunt sensui & vitæ, sic corpus datum est homini vt spiritui obsequatur, vt in sensu, id est, in cognitione perficiatur: & vt vitam æternam etiam mereatur. Vnde Apostolus: Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctā, Deo placentem.

Ro. 12

Tertiò, quia tempora sunt valde passibilia, & ad læsionem facilia: Nam propter neruorū sensibilium, & arteriarum: venarumque pulsatilium in loco temporum colligantium, tempora sunt valde passibilia, & ad læsionem facilia: Vnde animal ibi percussum de facili moritur, sicut dicit Philosophus, & ad hoc etiam accidit, quia humor qui est in temporibus, cito egreditur propter ossium tenuitatem, propter quod tempora cito canescunt propter humoris paucitatem & siccitatem in eis dominantem, & propter eorum conuertibilitatem ad naturam frigiditatis. Sic etiā naturaliter corpus humanum inter omnia corpora est valde passibile, & ex leui percussione interdum ducitur citius ad mortem: continuè etiam, calore & humore in eo deficiente, ad senium, & caniciem tendit. Apost. Quotidie morior, & ad mortem tenditur senescendo: Nam quod antiquatur & senescit, propter interitum est.

Aris. 19 de ani.

1. Co. 18

Quartò, quia tēpora sunt valde humectabilia, sunt etiā interius aliquantulum villosa, vt humorem

Heb. 8

em à cerebro venientẽ recipiãt, & somnum oculis inducant, & si illi villi fuerunt compressi per liquationem compressi humoris, oculos lachrymari faciunt. Similiter quoque corpus nostrum humore cibalem quotidie recipit, qui concupiscentiam frequenter incendit, & somnum peccati inducit. Est insuper corpus frequẽtius ex sua passibilitate, & grauitate, causa lachrymationis, & luctus. Vnde Apostolus: Ipsi inter nos gemimus, expectantes redemptionem corporis nostri. Rom. 8

Item qualiter corpus debeat à spiritu gubernari ipsa natura carnis ostendit.

Primo ratione nobilitatis: Nam caro humana est priuilegiata, eo quod sit nobilissimæ formæ, vnita, scilicet animæ rationali, quæ est Dei imagine insignita: immo quod super omnia mirabilissimum est, caro humana Dei caro est facta, & Verbo Dei vnita, propter quod est super omnia exaltata, ex quo dedignari debet homo carnem sic nobilitatã, & exaltatam alicui viliatui seu fœditati exponere. Vnde Leo Papa dicit: Agnosce o Christiane dignitatem tuam, & diuinæ consors factus naturæ, noli degeneri conuersatione tua, in pristinam vilitatem redire. Leo Papa in quodã ser.

Secundo ratione vtilitatis, quia (secundum Consta.) caro cum sit calida, & humida, est caloris naturalis fomẽtum, osium, neruorum, & lacertorum cooperimentum, & frigiditatis temperamentum. Et ad hæc omnia valet corpus à spiritu regulatum, quia est amoris spiritualis nutrimentum. Eccl. 38 Ecclesiast. Feruor ignis, id est, feruor diuini amoris, vrit carnes eius.

Item est virtutum, & gratiarum spiritualium absconsiuum: Nam grossities, & infirmitas corporis, abscondit dona mentis, & abscondendo per humilitatem custodit: Apost. Habemus thesaurũ istum in vasis fictilibus, id est, fragilibus corporibus. Interdum etiam dum corpus atteritur frigus mentis, id est, pigritia expellitur. Psalm. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea acceleraue-runt. 2. Co. 4. Psal. 15.

Tertio ratione varietatis: est enim triplex caro, siue triplex species carnis. Vna neruis, & musculis admixta, vt lacertus: Alia inter durum & molle temperata, vt caro cartilaginosa; tertia inter hæc media, vt caro communiter dicta. In quo significatur quod ipsum corpus nostrum aliquando est dum duritia & rigiditate domandum, quod signat caro neruis admixta. Aliquando cum mollitie, & lenitate fouendum, quod signat caro communiter dicta. Semper autem est cum temperantia nutriendum, & regendum, quod signat caro cartilaginosa. Apost. Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, hostiam, vitia mortificando: sed viuentem, naturam conseruãdo: & hæc duo temperantia facit, quia naturam conseruat, & vitia resecat. Ro. 12

Quarto ratione quantitatis: Dicit enim Arist. quod aues paucas carnes habentes veloces sunt, vigorosæ, & boni volatus: Sed aues multas carnes habentes, sunt pigræ, & vix à terra valent se erigere. Sic homines, qui à carnalibus delitijs, & delectationibus abstinent, sunt circa spiritualia vigorosi, & ad ascensum per volatum contemplationis idonei. Sed homines carnosi, id est, carni vel ventri deditiꝰ, econtrario sunt ad spiritualia pigri, & à terrenis affectibus nequeunt separari. Vnde Philosophus dicit quod Arist. 15. de ani. Arist. 12. de ani.

Digitized by Google

quod caro nimis abundans, impedit spiritus operationes. Et ideo creatio capitis ex multa carne non fuit, vt esset homo sensus melioris, intellectus perfectioris. Dicit Philosop. etiam quando locus qui est circa oculos est multæ carnis, malitiã signat dispositionis, & prauæ formationis, & defectum formatiuæ virtutis. Vnde ex multa carne & debili virtute non valente illam regere, monstruosæ generantur in corpore passiones, sicut ipse Philosophus dicit: quæ omnia ostendunt, quod temperantia necessaria est ad sanitatem mentis, & ad valitudinem corporis. Vnde de sobrietate, quæ est tẽperantiæ pars, scilicet quoad potum, licitur, Ecclesiast. quod sanitas est animæ & corporis, potus sobrius.

Ari. li. 1 de ani.

Arist. 16 de ani.

Eccl. 23

Pastorum munus in eorũ cura gerenda quale existat, quamplurimis mammillarum mulierum similitudinibus terminatur.

Cap. XIX.

CVra pastoralis assimilatur mammillæ.

Primo, quia mammilla in mulhere est membrum duplicatum, quia duo sunt præcipuè pastori necessaria, scilicet vita, & doctrina, vt scilicet ad nutrimẽtũ subditorum ex altero fluat lac exẽpli, ex altero verò verbi. Apost. 1. Thi 4 Thi. Exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, &c. Vel duo vbera sunt duæ virtutes necessariæ rectori, scilicet iustitia, Prou. 10 & clementia. Prou. Misericordia, & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus Grego. eius. Gregor. Inesse rectoribus debet & iustè patiens misericordia, & piè saeviens disciplina. Dicit tamen Philosophus, quod Arist. 6. de ani. animalia multorum vberum, multorum sunt filiorum, & habeat vbera a parte inferiori diffusa, vt patet in canicula, & porca; Et cũ peperit porca, dat primo filio primam mammillam, & secundo secundam, & sic de alijs. Animalia autem pauca vbera habentia paucos habent filios. Vnde videtur, quod natura non errante, nõ debet aliquod animal plures filios generare, quã habeat mammillas in corpore, alias esset inuenire diminutum, & superfluũ in natura, quod pro inconueniẽti habet Philosophus. Sicut ergo animalia multorum filiorum, multorum quoque sunt vberum; & econuerso, quæ paucorum sunt vberum, paucorum sunt filiorum; Sic pastores quanto plures habent spirituales filios pascere, & nutrire, tanto pluribus eos vberibus, id est, virtutibus oportet abundare, quibus bonorum operum præbeant alimenta, id est, exempla, vel iuuamenta. Et ideo (sicut dicit Greg.) virtutibus vacuus ad regimen nec coactus accedat. Gre. in past.

Secundo, quia mammilla est membrum ad nutrimentũ fœtus necessarium: Sic pastoralis cura est necessaria, vt subditi velut filij nutriantur, & pascantur verbo, & exemplo, & etiam temporali subsidio. Pet. Pascite qui in vobis est, gregẽ Dei. Tre. Lamiæ nudauerũt mammas, & lactauerunt catulos suos: Nam Lamiæ mammas denudant, quando pastorum mentes internas suas virtutes ad subditorum profectum operibus demonstrant, videlicet sapientiam docendo, pietate subueniendo, & sic de alijs. 1. Pet. 5. Tre 4.

Tertio, quia mammilla est mẽbrum lactis administratiuum: Lac autem (vt dicit Aristo.) est sanguis decoctus, digestus, non corruptus: Nam sanguis menstrualis ad mammillas opere na-

turæ repellitur, & ibi decoquitur & digeritur: Sunt enim mammillæ in pectore situatæ vt cordi essent vicinæ, vt propter caloris cordis decoctionem, sanguis in lactis naturam facilius verteretur. Digestus autem sanguis ex albedine glandularum mammillarum, in candoris speciem transformatur (vt dicit Const.) Cato enim mammillæ cauernosa & porosa est, vt spongia, & glandulosa, & molliis, & alba, & ideo ad generationem lactis est apta. Lac autem bene digestum est dulce, quod necessarium est propter cibationem animalis, eo quòd cibus omnium animalium non est nisi dulcis, & valde digestus, (vt dicit Const.) Ex quibus omnibus colligitur, quòd membrum mammillæ est sanguinis depuratiuum, digestiuum, dulcoratiuum, & inspissatiuũ. Præfatus igitur ad modum mammillæ debet præbere sanguinem, id est, doctrinam sapidam, & vitalem, quam tamen primò debet depurare legendo, digerere meditando, dulcorare disponendo, inspissare siue ingrossare proferendo, ita vt faciliter & auide ab auditoribus capiatur.

Const.

Quarto, quia mammilla est membrum cordis, & pectoris defensiuum: Nam mammillæ sua carnositate pectus cooperiunt, & frigiditatem eius osseam temperantes, à frigiditate aëris protegunt, & defendunt. Sic cura pastoralis non debet tantum intendere subditis, quin pectus siue cor suum custodiat, siue defendat à vitijs. Vnde sicut mammillæ primo pectus armant, deinde autem lac propinant; ita pastores primo debent intendere sibi, deinde gregi prouidere,

Act. 4

Act. 20. Attendite vobis, & gregi vniuerso.

Quinto, quia membrum mammillæ est concepti fœtus indicatiuum: Nam (sicut dicit Philosophus.) si impregnatio fuerit masculi, apparet dextra mammilla maior sinistra; si vero fœmina fuerit, est sinistra maior. Et hoc signum apparet, quãdo primo fœtus incipit se mouere. Sic in correctione, e prælati, mãmilla dextra est rigor disciplinæ, sed sinistra, dulcor misericordiæ. Si ergo dulcor misericordię excedat rigorem disciplinæ, facit filios fœmineos, id est, subditos dissolutos: sed si vigeat rigor disciplinæ, facit masculinos, id est, viriles, & virtuosos. Quandoque autem ex nimia mollitie præsidentis, vita omnino corrumpitur, & perditur delinquentis: & econtra, quandoq; ex rigiditate, siue duritia, cõseruatur. Et ideo dicitur super Amfor. quod quando mulieres paritura sunt abortiuum, mammillæ molescunt. Cuius ratio est (secundũ Gale.) quia gracilitas mammillæ paucitatem lactis signat. Vnde cũ fœtus debitum nutrimentũ non habeat, necesse est vt abortiat; Si vero fuerint vbera dura, sanum esse fœtum designant, vnde docet Isid. Qui blando verbo castigatus non corrigitur, acriùs necesse est vt arguatur. Cum dolore sunt abscindenda, quæ leuiter sanari non possunt.

Arist. 6 de ani.

Gale.

Mentis curiositas dolori verticis comparatur, & quæ ei fieri adhibenda remedia, aliquibus doloris verticis medicaminibus declaratur.

Cap. XX.

CVriositas mentis assimilatur dolori verticis.

Primo ratione diuisionis: quia dolor verticis hoc modo fieri solet, vt videatur caput in plures partes diuidi. In plures ergo partes caput scinditur, quia hominis curioli mens in diuersa partitur: quæruntenim curiosi varia; & diuersa,

Digitized by Google

Eccl.4 diuersa,& noua, contra illud. In pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Secundo ratione curationis:quia oportet primo,vt caput infirmi vitta,id est,lineo pano stringatur, & sic mens curiosi ſtringenda est vitta,id est, corrigēda est doctrina. Sic ſua vitta, id est, doctrina, ligauit Paulus caput Thimothei i.mentem,dicēs: Stultas & ſine diſciplina queſtiones deuita,ſciens quod generant lites:ſeruum autem Dei non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes. Oportet etiam, vt huic infirmitati auxiliū medicinæ non deſit,quoniam huiuſmodi morbus velut cancer ſerpit. Vnde Apoſt. Prophana & inutilia deuita, multum enim proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum vt cancer ſerpit.

2.Thi.2

Ibid.

Tertio ratione læſionis, quia ſolet talis infirmitas vertice dolentium lædi per multiloquium; & ideo curioſis & garrulis litigatoribus remediū eſt, vt oti ipſorum ſilentium imponatur: Nam in multiloquio peccatum non deerit.

Pro.10.

Pinguedinis varietas ac natura deſcribitur. Spiritualis deuotio quatuor rationibus ſimilis eſſe monſtratur.

Cap. XXI.

DEuotio aſsimilatur pinguedini.

Primo quidem, quia pinguedo ſua vnctuoſitate eſt ignis & caloris vitalis nutritiua. Et ſimiliter mentis deuotio ignem diuini amoris, & calorem, id eſt, feruorem charitatis, quo anima ſpiritualiter viuit, in ipſa anima fouet & nutrit. 1. Reg. Incendatur primum iuxta morem hodie adeps: Adeps enim incenditur, cum ex ipſa deuotione animus inflammatur.

1.Re.2.

Secundo,quia pinguedo eſt ſua aërea lenitate ſuperficiei petitiua: quia ſcilicet mentis deuotio etiam exterius prorumpit, ſiue per lachrymas, ſiue per voces diuinæ laudis, & alia huiuſmodi: Vnde Io. Caſsianus dicit, quod deuotio eſt feruor bonæ voluntatis,quem mens cohibere non valens, certis manifeſtat indicijs. Pſalm. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea:& ſequitur. Et labijs exultationis laudabit os meum.

Io.Caſ. in coll. Abba.

Pſal.62.

Tertio,quia pinguedo eſt vacuitatis corporis repletiua, & ſic deuotio replet & complet defectus animæ. Vel vacuitas corporis eſt humilitas mentis, quæ repletur pinguedine: quia mens humilis repletur deuotione. Iob. Vlcera eius replebuntur adipe.

Iob.20.

Quarto, quia pinguedo eſt diuerſarum partiū impinguatiua, vnde & habet diuerſa nomina: Nam(ſicut dicit Iſido) aruina eſt pinguedo adhærens cuti; & iſta ſignat deuotionem exteriorem, quæ oſtenditur in effectu. Iob. De lateribus eius aruina dependet. Adeps autem eſt pinguedo inteſtina inuoluens,& membra interius cuſtodiens: & hæc deſignat deuotionem interiorem, quam Deus præcipuè requirit. Leuitici. Omnis adeps Domini erit. Pinguedo autem cōmuniter dicitur de vtraque, licet ſtrictè dicatur pinguedo que adhæret cuidam pelliculæ quæ dicitur zirbus: ergo pinguedinē largo modo ſumptam habet,qui tā interius, quā exterius eſt deuotus, vel quod pinguedo inuenitur in diuerſis partibus, ſignat quod deuotio inuenitur in diuerſis rebus. Vnde ſicut Berna. dicit. Non omnibus eodē modo data eſt gratia iſta, ſcilicet deuotio. Porro Thomas in latere, Ioannes in pectore, Petrus in ſinu, Paulus in tertio cælo ſecreti huius gratiam affecuti ſunt.

Iob.15.

Leuit. 3

Bern. in Cant.

Digitized by Google

Quo metaphoricè in Scripturis humana membra adscribantur, huius rei significatio singulatim aperitur.

Cap. XXII.

DEo in sacra Scriptura attribuuntur humana membra, & hoc fit secũdum metaphoram, sicut Dam. dicit. Simplex enim Deus est, & non figurabilis: Oculos enim palpebras & visum habere describitur: quia habens virtutem vniuersorum considerationem, nihil eum latere potest. Aures quoque & auditum habere describitur, quia apud eum propitiationem fore, & deprecationis susceptionem non timemus: Per hunc enim sensum nos mites ostendimus, quando deprecantibus autes fauorabiliter inclinamus. Os, fauces, & labia habere dicitur, quia illud velut loquẽdo per inspirationem nobis reuelat, q̃ hominum cognitio per huiusmodi organa exprimit, & ostendit. Guttur & gustum habere dicitur, quia in nostræ iustitiæ operibus tanquam in gustu delectatur. Nares, & olfactum habere dicitur, quia tanquam odor suauissimus Domino placet quicquid deuotionis affectus ei exhibet. Faciem vero habere dicitur, quia per ipsius opera eius virtutem & præsentiam perpendimus: Nam personam præsentem per faciem cognoscimus. Manus repræsentãt eius subtilitatem & inuisibilem operationem: quia nos digitis, & manibus, & brachijs subtiliora, & fortiora operamus. Quando vero scriptura dextram Dei commemorat, chariora Dei & dignio ra insinuat. Vnde & iurare per dexterã dicitur, quando intransmutabiliter eius consilium perhibetur. Sed frequenter pauperibus, & indigẽtibus subuenit, & ideo pedes habere dicitur, dũ fæpe ostẽdit in effectu, quod solent operari homines pedibus, vel incessu. Cor & pectus habere dicitur, propter cognitorum iugem recordationẽ. Ventre vero & viscera, propter compassionẽ quam se habere in nobis ostẽdit. Irasci dicitur propter odium malitiæ, & eam quam adhibet vltionem. Etiam dormire, & obliuisci dicitur, propter iniuriæ dissimulationem. Quia ergo tot modis per sua beneficia nostram supplet indigẽtiam, more humano dicitur habere membra diuersa.

Dam. li. 1. ca. 2.

Vera dilectionis officium, necessitas, atque perfectio, ex quinque menti naturalibus proprietatibus, haud dubie patefit cognoscẽti.

Cap. XXIII.

DIlectio assimilatur mento. Primo, quia mentũ fuit necessarium, propter mãdibularum originem: Nam inferior mandibula ex mento oritur, & in eo fundatur. Sed mãdibula hæc inferior vitam præsentẽ designat: cuius est duplex pars, s. dextera, quæ pertinet ad spiritum, cuius exercitium est in vita contemplatiua: & pars sinistra, quæ pertinet ad corpus, circa cuius ministeriũ intendit vita actiua: sed vtriusque origo est ex mento, id est, ex dilectione charitatis, quia cõtẽplatiua est ex dilectione Dei; actiua vero ex dilectione proximi. Ioan. Qui non diligit, manet in morte. 1. Io. 3.

Secundo mentum fuit necessarium propter dẽtium inferiorum radicationem: Inferiores enim dentes, id est, Sancti in hoc mundo viuentes, sunt radicati in mẽto, id est, in dilectione Dei, secũdum illud. In charitate radicati, & fundati. Ephe. 3

Tertio fuit necessarium propter oris apertionem: Nam ossa ipsius mẽti in suis extremitatibus duas habent furculas, vt dicit Const. Vna est acuta, cuius acumini ligamen quoddam inseritur, quod à late- Const.

Digitized by Google

à latere temporum protenditur, per quod bucca clauditur, & aperitur. Altera vero surcula grossa est rotunda, cuius rotunditate mētum fit mobile. Sic etiam necessaria dilectio charitatis vt os aperiri possit, siue in prædicatio-
1.Cor. 13. ne, quia si linguis hominum loquar & angelorum, charitatē autē nō habeam, &c. siue in oratione, siue in cōfessione, quæ etiam siue charitate validæ non sunt.
Psa. 131 Psal. Os meum aperui, & attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam: Hoc enim desiderium mandatorum charitas faciebat: quia sicut calor sitire facit iustitiam, quæ in obseruatione mandatorum existit, sine qua neque confessio est salutifera, neq; omnino impetratiua, secundum il-
Pro. 21. lud. Qui obturat aurem suam ad clamorē pauperis, clamabit ipse & non exaudietur.

Quarto fuit mentum necessarium propter faciei completionē, & consummationem: vnde si sit fronti proportionatum, totā faciem exornat, & si nimis excedat eam, totam faciem dehonestat. Sicut igitur mentum proportionatum est ornamentum faciei, & complemētum, ita amor ordina-
Cant. 2. tur, sicut est charitatis dilectio (secūdū illud, Ordinauit in me charitatem) est ornamētum, & com-
Mat. 24 plemētum animæ. Vnde per nuptialem vestem charitas designatur, ex eo quod animam exornat, & decorat.

Quinto mentum necessariū est ad animalis fortificationem: Nā in mēto est animalis maxima fortitudo, propter duritiam ossis, & ideo bruta se tangi per mentum faciliter non permittunt: Nam mento cōfracto tota eorū feritas quasi armis perditis eneruatur; Vnde dicitur, quod Dauid fracto
1. Reg. 17. mento vrsi eruit ouem de ore eius. Sic maxima fortitudo animæ consistit in amore: quia fortis est vt mors dilectio. Sexto, Cant. 8.
fuit necessarium mentum ad amoris ostensionem; Vnde mentū hominis tangere, signū est amoris. Et ideo dicitur. Tenuit Ioab mentum Amasæ: Per mentum enim amor, sed per tactum opus amoris exprimitur. Vnde ille mētum tangit, qui amorem opere ostendit: & hæc est vera probatio dilectionis charitatis, secundū illud. Non diligamus verbo, neque 1. Ioā. 3.
lingua, sed opere, & veritate.

Quatuor rationibus diuitiæ pilis comparantur, per quas quidem bonus malusq; diuitiarum vsus, & auaritiæ detestatio explanatur.

Cap. XXIIII.

Diuitiæ assimilantur pilis.

Primo ratione natiuitatis: quia pili nascuntur ex fumo calido & sicco: dum enim fumus subtilis per poros egreditur, dum ab aere tangitur, exiccatur. Similiter ex fumo calido, & sicco, id est, ex auaritia desiderium hominis inflammante, & humorem pietatis exiccante, procedit diuitiarum accumulatio. Hic fumus, id est, amor cupiditatis, per diuersos poros, i. per diuersas vias, & modos lucrandi, & rapiendi proditur, & cum ab exteriori aere, id est, ab exteriori mundi necessitate tangitur, pili, id est, nummi, siue diuitiarum cumuli, multiplicantur & crescunt; Et præcipuè illi quibus multiplicantur filij coguntur accumulare. Ezec. Multi- Eze. 16.
plicata es, & grandis effecta, & ingressa es, & peruenisti ad mundum muliebrem; vbera tua intumuerunt & pilus tuus germinauit. In multiplicatione, vel tumore vberum, intellige augmenta familiæ & filiorum, & tunc laborat vt germinet pilus, id est, vt fiat, & crescat diuinarum cumulus.

Secundo ratione vtilitatis: quia pili sunt non solum ornamentū, sed etiam iuuamentum corporis, sicut patet in capillis. Similiter diuitiæ, sunt ad ornamentum dignitatis, & ad iuuamentum necessitatis. Vnde Philosophus dicit, quod diuitiæ sunt organa felicitatis. Et ideo Ambros. dicit: Diuites discant non in facultatibus crimen haberi, sed in his qui vti nesciunt: nam diuitiæ sicut impedimenta sunt improbis, ita bonis sunt iuuamenta virtutis.

Arist. in Ethic. Amb. super Lu.

Tertio ratione qualitatis: Nam vbi in cute sunt amoli pori, pili exeuntes sunt grossi; vbi autem pori sunt stricti, tenues erunt pili. Sic homines habentes animos largos, siue amplos, faciunt magnas expensas: Sed habentes animos strictos, id est, auaros, tenuiter & miserabiliter expendunt. Hieronymus. Qui diuitiarum seruus est, diuitias custodit vt seruus; qui autem seruitutis excussit iugum, distribuit vt Dominus.

Quarto ratione varietatis, quia pili variantur secundum ætatem. Vnde quando animalia senescunt, pili indurescunt sicut plumæ auium indurantur, quia deficiente humore necessario deficeantur. Sic homines (secundum philosophum) in senectute efficiuntur illiberales, & duri ad largiendum, & hoc est quando deficit eis bonus humor, id est, bonus amor charitatis. Et hæc auaritia senilis (sicut dicit Senec) monstruosa est: Monstro, inquit, similis est auaritia senilis: quid enim sibi vult non intelligo: Nam quid absurdius (vt dici solet,) quam quo minus restat viæ, eo plus viatici quærere, & via deficiente viaticum augere? Huiusmodi ergo pilos, id est, mūdi diuitias, Leuitę iubentur radere, id est, viri perfecti, & religiosi contemnere.

Senec.

Doctrinam spiritualem ad modum cibi fidelibus tradendam esse, ex pluribus in cibi receptione conditionibus necessarijs, quæ hic apponuntur edisitur, & ex diuersitate ciborum doctrinarum pariter ac recipientium varietatum perpenditur, nec non prædicantis doctrinam similem esse voci modulantis aperitur.

Cap. XXV.

DOctrina spiritualis assimilatur cibo corporali, in quo necessaria sunt 8. scilicet præparatio, masticatio, in loco digestionis receptio, eius in liquorem mutatio, liquoris in humorem conuersio, ipsius per membra distributio, cum membris assimilatio, & incorporatio, siue in naturam corporis conuersio. Sic cibus spiritualis doctrinæ à prædicatore præparatur dum legitur: masticatur, dum in meditatione disquiritur: in loco digestionis recipitur, dum in memoria recondituri: In liquorem mutatur, dum diligēter exponitur: In humorem liquor conuertitur, dum deuotè differitur: Distribuitur per membra, dum diuersis auditoribus secundum eorum exigentiam prædicatur: Assimilatur, dum attentè, & affectuosè recipitur: Incorporatur & conuertitur, dum opere perficitur. De hoc cibo dixit Dominus. Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Hieron. Discamus in terris, quorum scientia nobiscum perseueret in cælis.

Ioan. 6.

Hiero.

Item doctrina spiritualis debet tradi ad modum cibi. In quo (secundum Galen.) considerandæ sunt quatuor.

Primo cibi substantialitas: Nā aliquis cibus est ex sui natura nutrimētalis, & naturæ iuuatiuus.

Et

Digitized by Google

Et huic assimilatur doctrina sana & catholica, qua anima spiritualiter sustentatur & iuuatur ad salutem. Aliquis vero est pestilentialis, & corporis corruptiuus, sicut cibus venenosus. Et huic assimilatur doct.ina praua, vel hæretica, qua mores vel fides corrumpuntur. Oportet ergo ciborũ scire naturam, & doctrinarum discernere qualitatem, ne homo venenum loco cibi accipiat, ne quis falsitatem pro veritate credat.

Eccl. 35 Vnde Eccles. Non te effundas super omnẽ escam. Io. Nolite omni spiritui credere, sed probate an spiritus ex Deo sit.
Ioan. 4.

Secũdo attẽdenda est cibi qualitas, scilicet vtrum temperatus sit, vel excedat: Est enim aliquis cibus subtilis, qui de facili digeritur (secundum Auicen.) ex eo generatur languis qui cito resoluitur à membris, & ideo parum nutrit. Et sic doctrina multum subtilis rudi populo prædicata, quia parum eos in deuotione nutrit, & malè intelligitur, & cito à memoria labitur.

Item est cibus grossus, qui tardius digeritur, & pars eius modica multum nutrit, ex quo scilicet grossius generatur sanguis, qui tardius resoluitur à membris. Sic doctrina grossior, & vulgarior, homines simplices magis reficit, & in deuotione nutrit, & diutius in memoria persistit.

Item est alius cibus à substantia temperatus, & talis laudabilis est, quia medium tenet: huic assimilatur doctrina, quæ neque est nimis rudis, neque nimis subtilis: Talis enim laudabilis est, quia simplicibus & sapientibus

Rom. 1. satisfacit. Rom. Sapientibus & insipientibus debitor sum.

Tertio attendenda est cibi quãtitas, vt non sit nimia, neque nimis pauca, sed inter hæc media: Nam cibus nimius naturam grauat, stomachum inflat, torsiones generat, malos humores generat & augmentat, vomitum & fastidium prouocat, calorem naturalem suffocat, ossium & neruorum contractionem causat, vlcera, scabiem, & apostemata procurat, senium & mortem accelerat, & sit dum homo manducat vt mortem fugiat, inde citius moriatur. Quando vero cibus nimis est paucus, naturam debilitat, visum & sensum hebetat, fluxum capillorum & caluiciem generat, thisim ethicam accelerat, corpus extenuat, & peiores infirmitates quã repletio causat. Vnde dicit Hyppocrates, quod in tenuibus dietis maximè peccant ægrotantes. Cibus ergo si medium inter hoc teneat, rem perditam restaurat, virtutem cõseruat, sanguinem augmentat, calorem temperat, ingenium acuit, vires operandi tribuit, sanitatem perficit & custodit, & salubrem somnum inducit. Similiter quoque accidit de doctrina spirituali, quia si sit nimia, id est, nimis prolixa, vertitur in tædium & multiplex animæ nocumentũ, & ideo poeticè dicitur: Quicquid præcipies esto breuis, vt cito dicta percipiant animi dociles, teneantque fideles. Omne superuacuum de pleno pectore manat. Similiter etiam defectus doctrinæ spiritualis, multiplex malum inducit, & magis adhuc nocet quàm eius nimietas. Vnde & in pœnam hominum peccatorum Deus per prophetam comminatur dicens: Mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei. Et Hiere. hunc defectum deplorauit dicẽs: Paruuli petierunt panem, & nõ erat qui frangeret eis: ergo discreta & temperata doctrina multipliciter animæ prodest, &

Hypp. apho.

Amos. 8

Thre. 4.

Digitized by Google

ideo fidelis & prudẽs seruus quẽ constituit Dominus super familiã suam, vt det illis in tempore tritici mensuram.

Quarto consideranda est assumentis necessitas: Nam alius cibus debetur sano, alius ægro, alius iuueni, alius seni, alius debili, alius forti, alius laboranti, alius quiescenti: Nam mul a sunt salubria sano, quæ sunt mortifera in firmo.

Item est differentia in sanis: Nam piper, & allia, quæ alicui phlegmatio sunt in remedium, alicui cholerico sunt venenum: & iusquiamus, qui est mors hominii, est cibus gratissimus passeri, vel coturnici, vt dicit Galenus. Variatur etiam cibus secũdum qualitatem morbi: Nam alius cibus salubris est in quartana, qui est mortiferus in acuta: & aliquis qui est vtilis in morbi principio, est nocluus in medio, vel quando infirmitas est in summo. Ex quibus patet, quod cibus variandus est secundum diuersitatem morbi, & virtutem infirmi, & secundum substantiam & qualitatem cibi: quæ omnia obseruanda sunt doctrina spirituali, per quam diuersa vitia debent diuersimode corripi. Vnde Grego. Nazian. dicit: quod sicut non vna medicinæ species omnibus adhibetur, ita neque idem sermo vniuersis congruit. Et iterum secundum qualitatem auditorum formari debet sermo doctorum, sicut Grego. dixit. Et iterum. Alia & alia doctrina, alios & alios auditores requirit: Nam grossa doctrina, & facilis, cõpetit rudibus, i. est, insipientibus, secũdũ illud: Tanquam paruulis in Christo lac potum vobis dedi. Sed doctrina subtilis & difficilis congruit perfectis. A poss. Sapientiã loquimur inter perfectos Heb 5. Perfectorũ enim est solidus cibus. Debet ergo prædicator diligenter attẽdere, & ad quid dicat, & quid, & quibus dicat.

Grego. Nazi.

Grego. in past.

1.Cor.3

1.Cor.2 Heb.5.

Itẽ doctrina prædicantis debet esse similis voci modulãtis, & dulciter cantãtis: Nam primo debet esse cordis lætificatiua secundum illud: Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, scilicet cordi, Psal. Lætabor ego super eloquia tua. Cant 2. Psa.119

Secundo debet esse amoris excitatiua: Nam sicut aues vociferando, & cantando excitant se, scilicet mutuo ad amorem libidinosum, ita prædicatores vocibus, & verbis suis, debent excitare ad amorẽ spiritualem, sicut de Christo dicit sponsa. Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. Et Luc. Nonne cor nostrũ ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? Et nota, quod aues parui corporis plus vociferantur, quam aues magni corporis, maximè tẽpore amoris: Aues enim parui corporis, sunt humiles, id est, despecti, vel qui paruam curã habẽt de corpore suo. Hi sunt magis apti ad vociferandum, id est, ad prædicandum, & excitandũ alios ad amorem spiritualem, quàm illi qui sunt magni corporis, id est, superbi, vel voluptuosi prædicatores. Hinc est, quod Doctor gentium, & prædicator dicebat: Ego sum minimus Apost. Et Thi. admonebat, dicẽs: Habentes alimẽta, & quibus tegamur, his contẽti simus Cant. Luc. 24 1.Cor. 15. 1.Thi.6

Tertio debet esse passionũ animæ expressiua. Passiones enim & morbi animæ, vitia sunt quæ prædicatoris vox debet exprimere, notificando, & redarguendo, vt curentur: secundum illud. Clama Isa. necesses, quasi tuba exalta vocem tuam, annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Isa.58

Quarto

Quarto debet esse bonæ dispositionis ostensiua. Bona enim dispositio animæ est per pœnitentiã, & virtutes: quia virtus (secundum Philosophum) est dispositio perfecti ad optimũ: Prædicatoris igitur vox non solum vitia debet ostendere, sed etiam ad cutã pœnitentiæ inducere, & insuper ad virtutes. Ad vtrunque enim hortabatur Apost. dicẽs: Abiiciamus opera tenebrarum, scilicet peccata, & induamur arma lucis, scilicet virtutes. Psalm: Vox enim Domini in virtute.

Aristi. in Ethi.

Ro. 13.

Psal. 28

Quinto debet esse laboris subleuatiua, sicut vox musica & harmonica, quæ est naturæ consona, quæ nõ solum delectat homines, sed etiam iumenta, sicut patet in bobus, quæ ad laborẽ magis cantu quàm stimulo excitantur. Talis erat vox Christi dicentis: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Apocal. Audiui vocem de cælo dicentem mihi: Scribe, Beati mortui, &c. Amodo enim iam dicit spiritus, vt requiescant in laboribus suis.

Mat. 11

Apoc. 9

Sexto debet esse tædij ablatiua: sic enim vox musica attædiatos & accidiosos recreat & lætificat.

Hier. 33 Hiere. audietur vox gaudij & lætitiæ. Econtra autẽ vox terribilis & horribilis non delectat, sed attædiat. Vnde dicit Constant. quod interrogatus quidam quare homo horribilis grauior esset ad audiendũ quàm aliquod pondus corporeum, respondit: Homo horribilis est animæ pondus, sed alia pondera grauant corpus. Sic sunt quidam prædicatores, qui siue ex nimia prolixitate, siue ex inepta prolatione, siue ex vocis ineptudine, siue ex incongruitate materiæ, non delectant, sed grauant auditores.

Septimo debet esse ætatis, & sexus discretiua: Nam videmus quod animalia secundũ diuersitatem sexus, & ætati, habent diuersitatem in voce. Vnde Philosophus dicit, quòd causa acuminis, & altè rationis vocis, est secũdum alterationem ætatum. Vnde vox iuuenum animaliũ est acutior voce sensum, & vox mulierũ est acutior quam virorum. Vnde (sicut ipse dicit) multæ fœminæ & multi iuuenes vociferant voce acuta. Grauitas autem vocis sequitur tarditatẽ motus: quia scilicet aër multis tardè mouetur. Mares autem & senes mouent multum aerem, & ideo sunt grauioris vocis. Neruos & arterias habẽt fortiores masculi quã fœminę, & senes, quam parui, & nõ castrati quàm castrati, eo quod propter debilitatem mouent paucũ aerem, & quod paucum est mouetur velocius, & vox velox est acuta, & ideo propter debilitatem neruorum, sunt voces castratorũ similes fœminarũ vocibus. Dicit etiam Philosophus, quòd fœminę sunt acutioris & subtilioris vocis quam masculi, præter vaccã, quæ habet vocem suo masculo grossiorem. Sicut igitur sonus vocis naturalis, est discretiuus ætatum & sexuum, sic etiam sonus, seu vox prædicantis, debet discernere ætatem & sexum: quia aliter admonendi sunt iuuenes, aliter senes, & aliter viri, & aliter mulieres, sicut docet Grego. Apoc. Audiui vocem aquarum multarum, id est, doctrinam.

Aristi. 9. de ani.

Aristi. 3. de ani.

Greg. in past. Apoc. 8

Octauo debet esse laudis acquisitiua, non tamen sui, sed Dei. Vt audiam vocem laudis tuæ.

Psal. 21

Nono debet esse affectionis audientium immutatiua, sicut facit vox musica & harmonica, per cuius dulcem harmoniã interdũ infirmi, dæmoniaci, & phrenetici ad sensum mentis reuocãtur. Sic vox prædicantis frequenter malas affectiones facit conuerti in

Digitized by Google

bonas, sicut refert Const. quod Orpheus poeta, & modulator optimus dixit: Imperatores ad conuiuia me inuitat, vt ie ex me delectent, sed ego in illis delector, cum quibus possim animos eorum deflectere de ira ad mansuetudinem, de tristitia ad lætitiam, de auaritia ad largitatem, de timore ad audaciam.

Sacri Doctores quinque rerum naturalibus proprietatibus comparantur: quidque hepar, sanguis, & dorsum significent, explanatur.

Cap. XXVI.

DOctores sancti assimilantur renibus.

Primo, quia renes sunt calidi, & naturalis caloris conseruatiui. Sic sancti Doctores, sicut in seipsis sunt feruidi, ita etiam sunt in alijs sua doctrina ignea spiritualis feruoris accēsiui, & conseruatiui. Talis erat doctrina Christi, Luc. 24 de qua dicitur: Nonne cor nostrū ardens erat in nobis dum loqueretur nobis?

Secundo, quia renes sunt frigiditatis dorsi tēperatiui. Vnde sunt renes pinguedine cooperti, ne ex frigiditate otium dorsi sustineāt læbonem. Per dorsum autē intelliguntur homines duri, vel homines rebus secularibus, quæ retro sunt, totaliter dediti, quorum frigiditas, id est, malitia, aliquando nimis excrescceret, nisi eam sanctorum virorum doctrina vel arguitio temperaret. Vnde de Herode habetur, quod metuebat Matt. 6 Ioannem, & audito eo multa faciebat. Psal. Increpuerunt me renes mei. Psal. 15.

Tertio, quia renes sunt à concaultate hepatis aquosi humoris attractiui. Vnde & facti sunt carnosi, & porosi, propter faciliorem aquosæ humiditatis attractionē: concauitas autem hepatis, est profunditas scripturæ sacræ: Ex hepate enim quatuor humores materialiter oriuntur, & sic ex scriptura sacra quatuor sensus trahuntur, scilicet literalis, allegoricus, moralis, & anagogicus. Ex hac ergo hepatis cōcauitate. id est, profunditate, trahūt sancti Doctores, & hauriunt aquā doctrinæ, quam populis effundunt abunde. Sed quia hanc suam doctrinam, & omnem suam intelligentiā, sub fidei metis Doctores sanctæ Ecclesiæ restringunt, dicitur Isa. Erit fides cinctorium renum eius. Isa. 11

Quarto quoq; quia renes sunt sanguinis colatiui: dicit enim Const. quod ad hoc sunt facti, vt ab hepate aquaticum sanguinem sugentes, eum depurent, & eius colamentum, id est, vrinā ad vesicam deportent. Et hoc etiam dicit Aristotel. In sanguine itaque Arist. 2. intelligitur vita hominis, quia sine sanguine homo non viueret: de anim. quam in alijs sancti Doctores suis doctrinis purificāt, dum peccatores conuertunt, & eos à peccatorum fæcibus faciunt separari. Vnde Hiere. Si separas precio- Hier. 15 sum à vili.

Quinto, quia renes sunt seminabilis humoris generatiui. Vnde continent lumbos, in quibus dicitur esse causa veneree voluptatis. Quasi autem humor seminabilis est doctrina spiritualis, quæ Deo generat filios non carnis, sed spiritus, qui humor per sanctorum doctorum ora infunditur. Vnde Apostolus dixit: In 1. Cor. 4 Christo Iesu per euangelium ego vos genui. Vnde Doctores Ecclesiæ ab ipso capite Christo, suo mystico corpore, tanquam renes in carnali corpore, vtiliter possidētur. Vnde ab ipsa sancta Ecclesia ei dicitur: Tu possedisti renes Psa. 38. meos. Quos etiam ad aliorū salutē inflammari petebat, dicens: Vre renes meos, & cor meum.

Quæ

Quas partes Dominus habere debeat vt merito subditis dominari queat, ac qua vitia tyrannum efficiant, breuiter patefit.

Cap. XXVII.

DOminari laudabiliter subditis docet ipsum nomen Domini. Nam hoc nomē Dominus, videtur importare quinque conditiones.

Primo enim videtur esse nomē potestatis. Vnde à Deo, à quo est omnis potestas, dominium est statutum: Aliter enim non staret respublica, neque humana societas esset tuta, neque hominū scita essent pacifica, vel quieta: Sublata enim de medio iustitiæ potentia, libera esset malitia, neque innocentia esset tuta (sicut dicit Isidor.) Iusta ergo dominatio subditos non opprimit, nec repellit.

Item bonus Dominus seruos non deserit, sed pro eius aduersarijs se opponit, vt dicit Greg.

Secundo hoc nomen Dominus
Psal. 10 est nomen æquitatis. Psal. Iustus Dominus, & iustitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius. Vnde iustus Dominus per viam iuris & æquitatis, lites & causas inter subditos dirimit, & vnicuique quod suum est tribuit, cōtra malitiam gladium trahit, pro innocentia defensa titulum iustæ tuitionis opponit: Maleficos punit, vidnas & orphanos de manu opprimentis eripit, prædones, & fures impetit, & per acceptam à Domino potestatem, non secundum imperum voluntatis, sed secundum dictamen rationis, & secundum legis imperium, vniuersa disponit.

Tertio, Dominus est nomen liberalitatis: Nam boni Domini
Hest. 13 sunt liberales & pij. Hester. Cum, inquit, totum orbem meę ditioni subiugassem, nolui potentiæ abuti magnitudine, sed clementia & lenitate gubernare subiectos. Bonus Dominus plus amari quam timeri appetit, non hominibus, sed bestialiter viuentibus se præesse agnoscit. Vnde dicit Greg. Homo, inquit, non rationabilibus, sed irrationabilibus animalibus est prælatus, vt nō ab hominibus, sed ab animalibus timeatur: Omnes enim homines natura gignit æquales, sed pro varijs meritis alios alijs dispensatio diuina præposuit, vt saltem propter humanam potentiam peccare timeant, qui diuinam iustitiam non formidant. Greg. super Ge

Quarto, hoc nomen Dominus, est nomen nobilitatis. Vnde dicitur: Tuli de tribubus vestris sapiēDeut. 1 tes, & nobiles, & posui eos Dominos: debent enim Domini esse, & animo & carne generosi: Nam (vt dicit Amb.) natura in animaAmbr. libus nobiliores & fortiores præponit aliorum reges, & duces: ergo quod seruatur in iumentis, & animalibus, nō seruabitur in hominibus?

Quinto, quia Dominus est nomen timoris, & honorabilitatis. Ephe. 6 Eph. Serui obedite Dominus vestris carnalibus cū timore. Vnde per bonū Dominū tota patria timetur, & honoratur, eo quod cuncta pacificat, & discordes sedat, & aduersarios procul pulsat.

Item nota, quod tyrannicū dominium quatuor vitia faciunt.

Primo, auaritia: Nam tyrannus, & malus Dominus, subditos non iuuat, sed spoliat Mich. Qui violenter tollitis pelles, &c.

Item propter munera iustitiam violat, & pauperi, & viduæ non
Mich. 3 iudicat. Mich. Audite principes Iacob, & duces domus Israël, nūquid vestrum est scire iudicium?

Item exactionibus populū sæpe
Isa. 36 vexat. Isa. Populum meum exactores spoliauerunt.

Itē occasiones quærit, vt rapiat.

Isa.

Digitized by Google

Isa.52 Isaiæ. Absque causa calumniatus est eum.

Secundo, facit tyrannidem iniustitia, quia subditos pœnis flagellat. Isa. Dabo Aegyptũ in manu dominorum crudelium.

Isa.19

Isa.10 Itẽ statuta iniqua ordinat. Isaię. Væ qui condunt leges iniquas.

Item aliena tanquam propria vendicat, & sua esse omnia putat. Regum. Filios vestros & agros tollet.

1.Re.3.

Item malorum dictis fidem accommodat. Prou. Princeps qui libenter audit verba mẽdacij, omnes ministros habebit impios.

Pro.29.

Item fidem nulli, primo Mach. Iurauit illis rex, &c.

Mac.16

Item suos fideles malè remunerat: Exemplum de Laban.

Gen. 31

Tertio facit tyrannum superbia, quia tyrannus timeri, non amari curat.

Item nullius fernitiũ acceptat, sed omnia ex debito sibi fieri putat. Iudith. Nec tamẽ ista facientes ferocitatem eius, &c.

Iudit.3.

Quarto tyrannicum vitium est intemperantia: quia alijs laborãtibus ipse comestionibus vacat. Eccl. Væ tibi terra, cuius rex puer est, & cuius principes mane comedunt.

Eccl.10

Ecclesia fides quinque rationibus cuti assimilari, ipsius necessitas quanta sit, non obscuris sacræ scripturæ etiam demonstratur exemplis.

Cap. XXIII.

FIdes ecclesiæ assimilatur cuti, siue pelli, propter quinque.

Primo, ratione inclusionis: Nã cutis est superficies corporis, quę carnem & ossa continet, & includit. Sic in fide catholica fortiores sunt qui designantur per ossa; & imbecilliores, quæ signantur per carnes. Vnde etiam cutis vocatur corium, eo quod corio caro tegatur. Iob. Pelle & carnibus vestisti me. & ossibus, &c.

Iob.10.

Secundo ratione defensionis: Nam cutis omnia interiora munit, & defendit. Vnde cutis prodefensione totius corporis, omnibus periculis & passionibus se exponit. Vnde secundum Constan. habet tenuitatem, ne nimis corpus impediat: habet soliditatem, vt melius quod est intra cõtineat, & facilius exteriori læsioni resistat. Vnde etiam vocatur pellis, eo quod à corpore exteriores pellat iniurias, ventos, & pluuias, frigiditatis & caloris perfert iniurias. Recte ergo fides est cutis, quia omnia membra ecclesiæ fide proteguntur, & ab iniurijs persecu orum, & à ventis tentationum, & à pluuijs, id est, falsis doctrinis hæreticorum. Vnde Apostolus: In omnibus assumentes scutum fidei.

Ephe.6.

Tertio ratione imitationis: Nã cutis secũdum variam membrorum dispositionem ac necessitatem, nunc se contrahit, nunc se extẽdit. Sic fideles tempore persecutionis, secundum variam fideliũ vtilitatem, seu necessitatem, quandoque contrahebãt fidem suam, persecutionem declinando, siue fugiendo: quãdoque verò extendebant, persecutoribus se offerendo, & hoc faciebant viri cælestes, & perfecti, sicut Apostoli, & consimiles. Psa. Extendes cælum sicut pellem.

Psa. 103

Quarto ratione purgationis: Est enim cutis tota plena poris, & maximè in parte capitis, propter expressionem fumosæ superfluitatis per calorem: Dum enim pori aperiuntur, superfluitates intercutaneæ per vapores & sudores purgantur. Sic fides catholica habet ad modum cutis multos poros, id est, multas vias & modos, ad purgandum animã à peccatis, scilicet per pœnitentriã, per eleemosynam, per baptismum, & huiusmodi. Act. Fide purificans corda eorum.

Act. 15.

Quinto

Quinto ratione passionis, quia cutis siue pellis multipliciter patitur: Nam patitur incisionē, excoriationem, verberationem, & multa alia quam innumerabilia: quæ omnia etiam sancti martyres pro fi[illegible]e passi sunt, sicut patet.
Heb. 11 Heb. Alij vero ludibria, & verbera experti &c.

In quibus virorum spiritualium præcipua animi fortitudo consistat, quinque ipsius barba naturalibus similitudinibus rectissime declaratur.

Cap. XXIX.

FOrtitudo virorum spiritualiū assimilatur barbæ. Vnde pili barbæ, sunt opera fortia perfectorum, quod patet ex multis.

Primo, quia barba est faciei virilis ornatiua: & similiter ex fortitudine martyrū. Vnde & aliorum sanctorum tota facies, immo totum corpus ecclesiæ, decoratur, & ornatur. Vnde de ipsa
Pro. 31. ecclesia dicitur: Fortitudo & decor indumentum eius.

Secundo, quia barba est maxillarum iuuatiua: Nam sua villositate neruos maxillares tuetur, etiā à nimia frigiditate defendit. Quasi autē maxillę Ecclesiæ sunt prædicatores, qui cibum spiritualis doctrinæ alijs conterunt exponendo, & prænarrant prædicando, vt inde fideles cæteri nutriātur: isti dicuntur habere barbā, i. fortitudinem boni operis, vel fortitudinem cōtra tentationes, qua frigus peccati repellatur ab eis, ne scilicet cum alijs prędicauerint ipsi reprobi efficiantur. Debent esse barbati. i. pilis fortium operum abundare, vt scilicet, quod verbis suadent, operibus corroborēt. Vnde sine robore talis barbæ non congruè, non laudabiliter exitur ad opus do-
2. Reg. 10. ctrinæ. Vnde Dauid mandauit nuncijs suis: Manete in Hiericho donec crescat barba vestra.

Tertio, quia barba est caloris, & vigoris naturalis indicatiua, propter quam causam vir solus barbam nutrit, non autem mulier: quia mares calidiores sunt naturaliter fœminis, & maioris vigoris, & ideo in maribus fumus qui est pilorum materia, magis quam in fœminis augmentatur. Vnde accidit etiam quandoque in mulieribus calidæ & humidæ complexionis, quæ vidētur barbescere. Sic illi, qui abundant in calore & vigore dilectionis, habent animum virilem, & ideo inest eis fortitudo, & ad peccatis resistendum, & etiam ad bene operādū: propter quod dicitur, quod fortis est vt mors dilectio. Siquidem Cant. 8.
mors sic est fortis, quod ei nullus potest resistere; & compellit etiā peccatorem multa bona facere, quæ nunquam dum vixit, facere voluit. Econtrario autem illi, qui sunt frigidi à calore charitatis, habent animū fęmineum, id est, debilem, vnde carent barba fortitudinis ad operandum, vel ad resistendum tentationibus.

Quarto quoque quia barba est diuersarum figurarum susceptiua: Nam sicut Philosophus dicit, Aris. 19.
si humor vnde barba generatur de ani.
fuerit calidus, fumosus, & siccus, erunt pili barbæ sicut & capilli crispi, & inde reflexi, & inuoluti. Et hoc accidit, quia per duas vias vadit contrarias: Nam pars terrestris mouet inferius, calor vero mouet superius, & sic inuoluuntur pili, & fiunt crispi. Talis est fortitudo luctātiū cum carne, vel mundo: qui licet ex parte spiritus habeant calorem charitatis, ex parte tamen mundi habent fumum vanitatis, ex parte carnis siccitatem, siue ariditatem deuotionis. Et ideo sicut ex feruore spiritus trahuntur superius, ita ex infirmitate carnis trahūtur inferius. Et sic efficiuntur

Isa.52 Isaiæ. Absque causa calumniatus est eum.

Secundo, facit tyrannidem iniustitia, quia subditos pœnis flagellat. Isa. Dabo Aegyptũ in manu dominorum crudelium.

Isa.10 Itẽ statuta iniqua ordinat. Isaię. Væ qui condunt leges iniquas.

Item aliena tanquam propria vendicat, & sua esse omnia putat. Regum. Filios vestros & agros tollet.

1.Re.3.

Item malorum dictis fidem accommodat. Prou. Princeps qui libenter audit verba mẽdacij, omnes ministros habebit impios.

Pro.29.

Item fidem nulli, primo Mach. Iurauit illis rex, &c.

Mac.16

Item suos fideles malè remunerat: Exemplum de Laban.

Gen. 31

Tertio facit tyrannum superbia, quia tyrannus timeri, non amari curat.

Item nullius seruitiũ acceptat, sed omnia ex debito sibi fieri putat. Iudith Nec tamẽ ista facientes ferocitatem eius, &c.

Iudit. 3.

Quarto tyrannicum vitium est intemperantia: quia alijs laborãtibus ipse comestionibus vacat.

Eccl.10 Eccl. Væ tibi terra, cuius rex puer est, & cuius principes mane comedunt.

Ecclesia fides quinque rationibus cuti assimilari, ipsiusq; necessitas quanta sit, non obscuris sacræ scripturæ etiam demonstratur exemplis.

Cap. XXIII.

FIdes ecclesiæ assimilatur cuti, siue pelli, propter quinque.

Primo, ratione inclusionis: Nã cutis est superficies corporis, quę carnem & ossa continet, & includit. Sic in fide catholica fortiores sunt qui designantur per ossa; & imbecilliores, quæ signantur per carnes. Vnde etiam cutis vocatur corium, eo quod corio caro tegatur. Iob. Pelle & carnibus vestiki me, & ossibus, &c.

Iob.10.

Secundo ratione defensionis: Nam cutis omnia interiora munit, & defendit. Vnde cutis pro defensione totius corporis, omnibus periculis & passionibus se exponit. Vnde secundum Constan. habet tenuitatem, ne nimis corpus impediat: habet soliditatem, vt melius quod est intra cõtineat, & facilius exterioribus ictionibus resistat. Vnde etiam vocatur pellis, eo quod à corpore exteriores pellat iniurias, ventos, & pluuias, frigiditatis & caloris perfert iniurias. Recte ergo fides est cutis, quia omnia membra ecclesiæ fide proteguntur, & ab iniurijs persecutorum, & à ventis tentationum, & à pluuijs, id est, falsis doctrinis hæreticorum. Vnde Apostolus: In omnibus assumentes scutum fidei. Ephe.6.

Tertio ratione imitationis: Nã cutis secũdum variam membrorum dispositionem ac necessitatem, nunc se contrahit, nunc se extẽdit. Sic fideles tempore persecutionis, secundum variam fidelium vtilitatem, seu necessitatem, quandoque contrahebãt fidem suam, persecutionem declinando, siue fugiendo: quãdoque verò extendebant, persecutoribus se offerendo, & hoc faciebant viri cælestes, & perfecti, sicut Apostoli, & consimiles. Psa. Extendes cælum sicut pellem. Psa. 103

Quarto ratione purgationis: Est enim cutis tota plena poris, & maximè in parte capitis, propter expressionem fumosæ superfluitatis per calorem: Dum enim pori aperiuntur, superfluitates intercutaneæ per vapores & sudores purgantur. Sic fides catholica habet ad modum cutis multos poros, id est, multas vias & modos, ad purgandum animã à peccatis, scilicet per pœnitentiã, per eleemosynam, per baptismum, & huiusmodi. Act. Fide purificans corda eorum. Act. 15.

Quinto

Quinto ratione passionis, quia cutis siue pellis multipliciter patitur: Nam patitur incisionē, excoriationem, verberationem, & multa alia quam innumerabilia: quæ omnia etiam sancti martyres pro fide passi sunt, sicut patet. Heb. 11 Heb. Alij vero ludibria, & verbera experti &c.

In quibus virorum spiritualium præcipua animi fortitudo confirmat, quinque ipsius barbæ naturalibus similitudinibus rectissime declaratur.

cap. XXIX.

FOrtitudo virorum spiritualiū assimilatur barbæ. Vnde pili barbæ, sunt opera fortia perfecto rum, quod patet ex multis.

Primo, quia barba est faciei virilis ornatiua: & similiter ex fortitudine martyrū. Vnde & aliorum sanctorum tota facies, immo totum corpus ecclesiæ, decoratur, & ornatur. Vnde de ipsa Pro. 31. ecclesia dicitur: Fortitudo & decor indumentum eius.

Secundo, quia barba est maxillarum iuuatiua: Nam sua villositate neruos maxillares tuetur, etiā à nimia frigiditate defendit. Quasi autē maxillę Ecclesiæ sunt prædicatores, qui cibum spiritua lis doctrinæ alijs conterunt exponendo, & prænarrant prædicando, vt inde fideles cæteri nutriātur: isti dicuntur habere barbā, i. fortitudinem boni operis, vel fortitudinem cōtra tentationes, qua frigus peccati repellatur ab eis, ne scilicet cum alijs prædicauerint ipsi reprobi efficiantur. Debent esse barbati. i. pilis fortium operum abundare, vt scilicet, quod verbis suadent, operibus corroborēt. Vnde sine robore talis barbæ non congruè, non laudabiliter exitur ad opus doctrinæ. Vnde Dauid mandauit 2. Reg. 10. nuncijs suis: Manete in Hiericho donec crescat barba vestra.

Tertio, quia barba est caloris, & vigoris naturalis indicatiua, propter quam causam vir solus barbam nutrit, non autem mulier: quia mares calidiores sunt naturaliter fœminis, & maioris vigoris, & ideo in maribus fumus qui est pilorum materia, magis quam in fœminis augmentatur. Vnde accidit etiam quandoque in mulieribus calidæ & humidæ complexionis, quæ videtur barbescere. Sic illi, qui abundant in calore & vigore dilectionis, habent animum virilem, & ideo inest eis fortitudo, & ad peccatis resistendum, & etiam ad bene operādū: propter quod dicitur, quod fortis est vt mors dilectio. Siquidem Cant. 8. mors sic est fortis, quod ei nullus potest resistere; & compellit etiā peccatorem multa bona facere, quæ nunquam dum vixit, facere voluit. Econtrario autem illi, qui sunt frigidi à calore charitatis, habent animū fœmineum, id est, debilem, vnde carent barba fortitudinis ad operandum, vel ad resistendum tentationibus.

Quarto quoque quia barba est diuersarum figurarum susceptiua: Nam sicut Philosophus dicit, Arist. 19. si humor vnde barba generatur de ani. fuerit calidus, fumosus, & siccus, erunt pili barbæ sicut & capilli crispi, & inde reflexi, & inuoluti. Et hoc accidit, quia per duas vias vadit contrarias: Nam pars terrestris mouet inferius, calor vero mouet superius, & sic inuoluuntur pili, & fiunt crispi. Talis est fortitudo luctatiū cum carne, vel mundo: qui licet ex parte spiritus habeant calorem charitatis, ex parte tamen mundi habent fumum vanitatis, ex parte carnis siccitatem, siue ariditatem deuotionis. Et ideo sicut ex feruore spiritus trahuntur superius, ita ex infirmitate carnis trahūtur inferius. Et sic efficiun-

tur

tur aliquo modo reflexi, siue crispi, id est, non vniformes, sed varij. Et de hac varietate loquitur Apostolus dicens: Inuenio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Si vero vapor ex quo generantur pili, fuerit humidus multum, erunt pili leues, & longi. Sic etiam in illis in quibus est humor multus deuotionis & gratiæ, pili, id est, opera eorum fortia sunt, eis leuia, id est, suauia ad faciendum, & longa ad continuandum, & hoc est vnguentum, scilicet deuotionis, & gratiæ, quod (sicut dicitur,) descendit in barbam Aaron.

Rom. 7

Psa. 132

Quinto, quia barba est multipliciter defectiua: Nam in aliquibus non crescit, sicut in pueris: quia quamuis sint humidi & calidi, tamen quia fumosa illa substantia, quæ est pilorum materia, transit in augmentum puerorum, ideo non superfluit, vt conuertatur in pilos. Tales sunt, quilicet sint iuuenes, & fortes, tamen fortitudine sua non vtuntur ad Dei seruitium, vel in operibus bonis, sed potius pro mundo, & in peccatis. In aliquibus verò barba canescit, sicut in senibus, propter debilitatem ipsius caloris, & abundantiam frigiditatis. Et sic etiam accidit tepidis et escentibus in calore diuini amoris: quia etiam pili barbæ, id est, exteriora pœnitentiæ opera, in eis immutantur, & debilitantur. In aliquibus vero barba defluit, ex caloris & humoris interceptione, vt in castratis, vel ex humoris corruptione, vt in leprosis. Interficitur autem calor amoris, & humor deuotionis per peccata spiritualia, & corrumpitur per peccata carnalia, & ideo vtrobique deficit barba, id est, fortitudo vera.

Quoniam Dei gratia potissimum humilibus est parata, idcirco hic inter ipsi medulla quinque insignibus erit assimilata exemplis.

Cap. XXX.

GRatia Dei assimilatur medullæ.

Primo ratione suæ generationis: quia medulla in concauitatibus ossium generatur. Sunt autem concauitates ossium humilitates mentium, quibus solis gratia Dei infunditur, secundum illud. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

Iac. 4

Secundo ratione complexionis, quia medulla, (vt dicit Constant.) est calida & humida, sic gratia Dei est calida, in quantum inducens accendit charitatem, et humida, in quantum emollit ad pietatem: facit enim eos in quibus est feruentes ad Deum, & pios ad proximum. Sapien. Apud Deum nota est, & apud homines, apud Deum, scilicet per charitatem, apud homines, per pietatem.

Const.

Sap. 6

Tertio ratione irrigationis, quia ossa irrigat, & confortat, & eorum frigiditatem temperat: Nam sua caliditate temperat eorum frigiditatem, & sua humiditate eorum siccitatem: Anima enim sine gratia, est sicut terra sine aqua, scilicet frigida, & arida: vnde Psalmus. Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Sed gratia Dei non solum sicut aqua tollit eis ariditatem, id est, operis boni sterilitatem sed etiam, vt ignis, vel Sol, tollit eis frigiditatem, id est, constrictionem & immobilitatem peccati constringit, & mobilitat, sicut patet de frigore corporali in aqua congelata: Vnde gratia Dei multum confortat animam: generat enim in ea, (secundum Bernard.) odium præteritorum peccatorum, contemptum præsentium, & desiderium

Psa. 142

Bern. ff. arb.

Digitized by Google

ſum bonorum futurorum.

Quarto ratione nutritionis, quia medulla, (vt dicit Conſtan.) nutritur ex puriſſimis partibus, & vnctuoſis humoribus: ſic gratia Dei nutritur ex puriſſimis operibus, & deuotis orationibus.

Bern. in Cant. Bernard. Gratia balſamum puriſſimum eſt, & ideo purum, & ſolidum, & profundum vas requiritur.

Quinto ratione mutationis, quia medulla, (vt dicit Varro) mutatur vt luna: Nam creſcente luna, ipſa creſcit; decreſcente decreſcit: & hoc tam in animalibus, quàm in arboribus patet, quorum medulla in pleniluniō augmentatur, & in alio tempore minoratur. Per lunam igitur, quę eſt planetarum infima, humilis intelligitur anima, in qua ſecundum augmentum, vel diminutionem humilitatis, minuitur & creſcit gratia ſalutaris: Quia quanto quis efficitur humilior, tanto & gratia plenior, & quanto magis ſuperbus, tanto magis à gratia vacuus, vnde Bern. dicit: In veritate didici, nil æquè efficax eſſe ad gratiā promerendam, retinendam, & recuperandam, quàm ſi omni tēpore coram Deo inueniaris non altum ſapere, ſed timere: Altum enim ſapere, ad ſuperbiam pertinet, timere vero ad humilitatem. Ad hoc etiam facit, quod dicit Chryſoſt. Aliquando, inquit, plerique vitam habentes mundam, non accipiunt gratiam, ne in ſuperbiam eleuentur, ne inflentur ventoſitate iactantiæ, ne altitudo muneris negligentiores efficiat. Eccl. Eccl. Quanto maior es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.

Var.

Bern. in Cant.

Chryſ. in epiſt. ad Heb.

Eccl. 3

Cuius vitium quantū hominibus obſit, quātumq; deteſtabile ſit, ex multis gutturis naturalibus actionibus, ipſius pinguedinis laſcuibus facile perſpici poteſt.

GVloſitas, & voracitas aſſimilatur gutturi.

Primo, quia guttur eſt cibi & potus in ſtomachū inductiuum: Habet enim guttur duplicē concauitatem, habet vnam ad attrahendum aerem, & anhelitum perficiendum, & aliam ad cibum recipiendum. Et hæc duplex via quodam operculo, quod epiglotum dicitur, diſtinguitur. Quod vtique ſe habet in ſuperficie gutturis, ad modum veſtię ad vtrunque foramen gutturis qualiter ſe habentis. Sicut igitur guttur eſt cibi & potus receptiuum, & ſtomachi impletiuum, ita homo vorax & guloſus ad hoc principaliter intendit, vt cibum & potum accipiat, & ventrem ſuum impleat. Vnde de tali homine dici conſueuit. Ipſe eſt totus gula. Pſalm. Sepulchrum patens eſt guttur eorum. gl. propter voracitatem. Quia ſicut ſepulchrum aperitur ad ſuſcipiendum cadauera, ita vorax ſemper inhiat ad cibaria recipiendum. Pſal. 5

Secundo, quia guttur eſt delectationis ciborum perceptiuum: Eſt enim delectatio cibi in modico tranſitu gutturis: propter quod dicit Philoſophus, quod quidam multiuorax affectabat habere collum gruis, ſcilicet, vt diutius duraret cibi delectatio ex longo tranſitu gulæ: Homo enim guloſus in cibo ſolā delectationem quærit, non neceſsitatē, vel vtilitatem. Et de talibus dicit Apoſtolus Philip. Quorū Deus vēter eſt. Ariſt. in Ethy. Phil. 3

Tertio, quia deglutitio cibi, vel potus, ſpiritus, id eſt, aeris attractionem impedit: Nam cum natura cibum deglutit, foramē anhelitus claudit, & aliud foramen ad recipiendum cibum aperit; cum autem aerem attrahit, foramen

Digitized by Google

foramen sibi penitus claudit: Nã si de cibo vel potu subintrauerit aliquid foramen aëris, via spiritus clauditur, & nisi a natura citius repellatur, animal suffocatur: Nihil enim sic timetur in omnibus passionibus gutturis, sicut amissio ipsius aëris, a quo nõ potest animal per xx. patem vnius horæ sine periculo abstinere. Sicut igitur deglutitio cibi in gutture impedit spiritum, id est, aeris attractionem, ita gulositatis delectatio impedit spiritualium consolationũ
2. Cor. 2 perceptionem. Vnde Apostolus dicit: Animalis homo, id est, gulositas & voluptuosita, non percipit ea quæ sunt spiritus Dei:
Bern. Delicata est enim, (vt dicit Ber.) diuina consolatio, & non datur nisi amittentibus alienam.

Item gulæ vitium quantũ nociuũ sit animæ, & corpori, ostẽdit pinguedo corporis.

Primo quidem, quia pinguedo nimia est pessimorum morborũ generatiua. Nã (sicut dicit Constan.) pinguia corpora, & nimia adipe plena, sunt pessima, & morbis pessimis præparata, eo quod calor naturalis sæpe in talibus suffocatur, & via spiritus pinguedine claudit, ne sit ad regimen corporis, vt spiritus influat, denegatur. Et addit, quod corpora omnia pinguia, propter humorũ superfluam abundantiam, incurrunt sæpe infirmitatem prolixã, & tardissimam curam: Nam põdere pinguedinis pressa, non se exercitant, nõ laborant, & sic nec superflua minuuntur, nec congelata pinguedo dissolutur. Vnde calor naturalis suffocatur, & subito mors inducitur, nisi ei citius succuratur.

Secundo, quia pinguedo est actionum animæ, scilicet sensus, & intellectus, impeditiua. Vnde
Hiero. Hieron. dicit: quod venter pinguis non gignit sensum tenuem: & ideo abstinentia confert intellectui.

Tertio, quia est complementi generationis animalis tardatiua. Vnde dicitur in Aphoris. quod mulier nimis pinguis non concipit, si non macrescit, eo quod pinguedo matricis semitã intercludit.

Humilitatis virtus, quæ genibus comparatur, quæ bona nobis conferat quatuor demonstratur exemplis, cui etiam sapientiã sorori coniungendam ad Deum vite placandam, exercetur.

Cap. XXXII.

HVmiles assimilantur genibus.

Primo quidem, quia humilitas est mater cõcordiæ, & hoc significatur in genibus: Quia genua (vt dicit Isido.) sunt coniunctiones femorum, & cruum. Vnde secũdum eum femora extendũtur ab inguinibus vsque ad genua. Per femora autẽ possunt intelligi fœminæ, eo quod in illa parte fœminæ discernuntur à viris, per crura vero, quæ fortiora sunt, possunt intelligi viri, vel per femora intelliguntur superiores, per crura vero inferiores. Nõ igitur potest esse concordia, siue inter fœminas & viros, siue inter superiores & subditos, nisi mediante humilitate: Nam per humilitatẽ superiores inferioribus inclinantur. Et iterum per humilitatem inferiores superioribus obediunt, & subduntur; inter superbos vero econtrario semper sunt iurgia. Vbi vero sunt humilitatis genua, ibi pacis & vnitatis concordia.

Isid.

Secundo, quia humilitas est soror sapientiæ: & hoc etiam signatur in genibus quæ mira fraternitate oculis coniunguntur: Nam cum quis gignitur, ita formatur, vt genua sursum ad oculos teneantur, quorum coniunctione foramina oculorum causantur.

Digitized by Google

fantur. Et ideo est, quod dum homines genua flectunt, facilius lachrymas fundunt.

Item dum oculi coram iudicibus plorant, genua se flectunt. Oculis autem assimilantur sapientes, quia genua oculis coniunguntur. Et quod ibi locătur oculi vbi genua infigũtur, signat, quod vbi humilitas ibi sapientia. Et vtrunque est necessarium in cõpunctione, & ad placãdum summum iudicem Deum, scilicet sapientia, quæ mentem compungat, & ad flendum moueat, & ex cognitione culpæ, & offensæ, & etiam humilitas, quæ mentem & corpus inclinet ad satis factionem iustitiæ.

Pro. 11

Tertio, quia humilitas est opposita superbiæ: Nam genua sunt vocata, eo quod in vtero sunt genis opposita, & à genis sunt genuà dicta. Per genas autem, quæ sunt in superioribus locatæ, & quæ maxillas continent conterẽtes, superbi significantur superiora petentes, & alios per violentiã conterentes. Et sunt duæ genæ, id est, duo modi superbię, vna est de spiritualibus, alia de temporalibus, quibus opponuntur duo genua, id est, duo modi humilitatis. Primus est paupertas, spiritus quæ est, vt homo recognoscat se spiritualibus indigere, & ea à se non habere, alius est temporalium despectus.

Quarto quoque, quia humilitas est amica abstinentiæ: Nam per abstinentiã caro humiliatur, sicut Amb. dicit: Carnis terat superbiam potus cibique parcitas. Et hæc abstinentia signatur in genubus, quę sunt depauperata à carnositate & pinguedine propter motus continuationem: Nam multum carnosa, & pinguia de facili opilantur, & sic actio virtutis sensibilis impeditur. In quo etiã significatur, quod per abundantiam, & vsum delitiarum, impeditur & actio virtutis, & continuatio laboris.

Am. in hym.

Peccatores incorrigibiles esse penitus à bonorum societate expellendos, destitum vnico manifestatur exemplo.

Cap. XXXIII.

INfectiui aliorũ, & incorrigibiles, sunt eradicandi. Cuius exemplũ apparet in dolore dentiũ, quia (secundum Auicen.) quando dens doloro sus non recipit omnino curam, quia quocunque fomento mitigetur, statim post modicum regit, & lædit etiam alios dentes, propter illud quod ex ipso transit ad eos, & non inuenitur via ad eius rectificationem, tũc cura eius est sola eradicatio. Sic cum homo est malus, & non recipit curã, id est, correctionẽ, quia dato, quod verbo alicuo vel pœna ad modicum cohibeatur, statim tamẽ redit ad pristinã malitiã, immo etiã alios inficit & trahit: tunc etiam talis per mortem vel expulsionem est omnino eradicandus. Apostolus Abscindantur qui vos conturbant. Et iterũ de fornicatore incorrigibili loquens dicit: Expurgate vetus fermentũ Vnde Hier. dicit. Secandæ sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis à caulis repellenda, ne totius corporis massa, oues, & pecora, ab ea corrumpantur, & putrescant, & intereãt. Aug. In Alexandria vna scintella fuit, sed quoniam non statim oppressa est, totam vrbem eius flãma populata est.

Gal. 5. 1. Cor. 5

Hier. & 24. q. 3

Aug.

Vnico puerorum exemplo, corporis infirmitatem nonnunquam animam ipsam perficere, à peccatisque cultodire confirmatur.

Cap. XXXIIII.

INfirmitas corporalis interdum præseruat hominem à peccatis, sicut pueri quibus in partibus

capitis accidunt vlcera, & apostemata, & adest fluxus narium, præseruantur ab epilentia (vt dicit Auice.) quia sic purgatur humiditas cerebri, quæ si non purgaretur induceret epilētiam. Sic etiam per infirmitatē corporis, purgantur & remouentur interdum tentationes, & malæ dispositiones mentis, quæ facerent hominem (nisi sic purgaretur) ruere in peccatum. Senec. Infirmitati meæ gratias ago, quæ cogit me non posse quod non debeo velle. Apostolus. Virtus in infirmitate perficitur.

Sene.

2.Cor.1

Immunditia corporalis varietas, & quales in veteri lege reputabantur immundi, eorumq; significatio multiplex, clare definitur.

Cap. XXXV.

IMmunditiæ spirituales vitiorū assimilantur immunditijs corporalium morborum. Nam in lege veteri reputabantur immundi leprosi, & patientes fluxū sanguinis, & patientes fluxum seminis: cadauer etiam hominis mortui reputabatur immundum, & quicunque aliqua immunda tangebant, immundi reputabantur. Per immunditiam ergo lepræ, significabatur immunditia hęreticæ doctrinæ, tum quia hæretica doctrina contagiosa est, sicut & lepra; tum quia nulla falsa doctrina est quæ vera falsis non admisceat; sicut in superficie corporis leprosi apparet quædam distinctio quarundam macularum ab alia carne integra. Per immūditiam vero mulieris sanguifluæ, designatur immunditia idololatriæ propter immolantiū cruorē. Per immunditiam autem seminiflui significabatur immunditia vanæ locutionis, eo quod semen est verbum Dei. Per immunditiā coitus, & mulieris parientis, designabatur immunditia peccati originalis: per immunditiam mulieris menstruatæ, designabatur immunditia mentis per voluptates emollitæ: per immunditiam vero cadaueris cuiuscunque, signatur immunditia peccati mortalis, quod est mors animæ. Per immunditiam vero cōtactus rei immundæ, designatur immunditia consensus in peccatum alterius. Vnde, & Isa. Exite de medio eorum, & separamini, & immundum ne tetigeritis.

Accidiosis ac voluptuosis impatientia, præcipuè aliqui sufferendi, contingere ex tribus dorsi doloris causis atque exemplis, non difficulter cognoscitur.

Cap. XXXVI.

IMpatientia tolerandi, vel sustinendi onera, & grauia, præcipuè inuenitur in accidiosis, & voluptuosis, & opulentis. Cuius exemplum est in dolore dorsi: Nam dolor dorsi, licet possit ex pluribus causari, tamen (secundum Auice.) causæ eius præcipuę sunt tres, quia aliquando accidit propter frigus cōplexionis, & phlegmatis crudi, aliquando vero propter multitudinē coitus, aliquādo vero propter repletionē magnæ venæ, quæ est supra dorsum. Quia igitur dorso ferūtur onera, congrue per dolorem dorsi impatientia accipitur incommoda & onerosa sustinendi: Nam cui dorsum dolet, onus sustinere nō potest. Sed frigus, quod est huius doloris causa, refertur ad accidiosos, in quibus refriguit spiritus feruore charitatis expulso. Vnde in corporalibus cibis ea quæ acida sunt, communiter frigida sunt. Coitus vero frequentia pertinet ad voluptuosos, qui carnis delectationes sequuntur, plenitudo autem venæ magnæ pertinet ad diuites opulentos, qui domos plenas habent temporalibus,

Digitized by Google

libus diuitijs. In his ergo est dolor dorsi, id est, impatientia, & impotentia grauia tolerãdi, quia accidiosi, & pigri, non possunt pati laboriosa, propter defectum caloris charitatis quæ facit omnia leuia. Voluptuosi non possunt pati pœnosa propter mollitiem carnis, quia est delectabilibus assueta. Sed opulenti diuites non possunt pati iniuriosa, propter elationem mentis quam facit diuitiarum affluentia: Nam diuitiæ sicut dicit Philosophus, faciunt homines elatos, & contumeliosos. Arist. in Rhet.

Inuidia malignitas, inuidiorumq; tristitia vnde ortum habeat, per tres ipsorum dētium defectus dolorem causantes, manifestatur.

Cap. XXXVII.

INuidia assimilatur dolori, siue putrefactioni dentium. Vnde dicitur putredo ossium, inuidia: Dolor namque dentium (secundum Auice.) causatur ex tribus: quia causa dolorem faciens, aliquando est in ipsa substantia dētium: quandoque vero in neruo quæ est in radice eorum, quãdoque vero in gingiua, vbi etiam quandoque fit apostema, & additio carnis nata, in ea in qua recipitur materia; quæ omnia sunt dõloris dentium causa. In his ergo designatur triplex causa tristitiæ, seu doloris inuidorum. Nam aliquando inuidet vnus alteri de personali bonitate, aliquando vero de honoris dignitate, quandoque vero de lucri, vel diuitiarum prosperitate Quando igitur dolor inuidi est de persona, tunc est velut dolor dentis radicatus in substantia. Quando vero de dignitate, vel honore, tunc est sicut dolor proueniens ex neruo: Nam quasi radix dentis est virtus probi hominis, cui neruus coniungitur, quia virturem probi hominis sequitur præmium honoris, vnde neruus radicis est honor virtutis, ex quo sequitur dolor dentis, id est, tristitia inuidentis. Quasi autem gingiuæ quæ dentes circundant, & vestiunt, sunt temporales diuitiæ, quibus homines circundantur, & fulciuntur: quibus quandoque iungitur apostema, id est, putrefactio inuidiæ, quia scilicet præcipue diuitibus ab alijs inuidetur, vel tunc apostema nascitur ex gingiuis, quando auaritiæ vel superbiæ pestis nascitur ex diuitijs, quandoque etiam caro adnascitur, scilicet cum filij generantur, quę omnia sunt dentibus, id est ipsis inuidentibus causæ doloris, & tristitiæ: Est enim inuidia tristitia in alienis bonis, prout Philosophus dicit. Arist. 2. Rhe. Pro. 24.

Iusti perfecti, viri quemadmodum in iustitia cõfirmentur, a peccatis purgentur, & eorum perfecta compunctio ortum habeat: pluribus hepatis proprietatibus ac exemplis insignibus explanatur.

Cap. XXXVIII.

IVsti, & perfecti viri assimilãtur hepati.

Primo quidem, quia hepar est stomachi iuuatiuum: Nam in hepate sunt quædam extremitates quæ dicuntur fibræ, quæ sunt vt quædã eminentes linguæ quibus hepar amplectitur stomachum, ei calorem exhibens ad digestionem ciborum: stomachus ergo qui totius corporis cõmuni vtilitati deseruit, repræsentat nobis ipsam rem publicã, siue commune bonum, quod sancti, & iusti viri præcipue amplectuntur, & fouent, siue singularum consultatione, siue cuiuslibet fauoris calore: Communica enim propria, iusti viri, & non propria communibus anteponunt.

Secundo, quia est puri ab impuro separatiuum: In hepate

enim fit secunda digestio, & separatio, & depuratio cibi prima facta est in stomacho: Hepar enim succositatē primæ digestionis per quasdam venas in suam concauitatem trahit, & per ebullitionē fortioris caloris, celebrata digestione, siue depuratione secunda, in massam sanguineam, & quatuor humorum materiam illam conuertit; cuius digestionis impuritas emittitur per vrinam, quæ initium sumit ab hepate, sed in renibus complementum, vbi substantiam recipit, & colorem, Et inde per poros virides transmittitur ad vesicam. Ex ipsa autem massa sanguinea, quæ est quatuor humorum materia, quod calidum est & humidum, transit in materiam sanguinis, cuius receptaculum sunt venæ, licet (secundū Philosophum) formatio eius fit à corde. Quod autem calidum est & siccum, trāsit in materiam choleræ, cuius receptaculū est cista fellis; quod autem frigidum est & siccum, transit in materiam melancoliæ, cuius receptaculum est cistula splenis. Quod autē frigidum & humidum, transit in materiam phlegmatis, cuius receptaculum proprium est pulmo. Digestio ergo hepatis quæpurum ab impuro secernit, est viri iusti compunctio, qua à quotidianis maculis sæpe purificare se satagit, & hæc est secunda digestio siue depuratio: Nam prima est à mortalibus per pœnitentiam, hæc autem secunda est à venialibus per compunctionis iustitiam, ex qua quatuor humores proueniunt: quia quatuor cōpunctionū sunt genera quibus viri iusti mens vehementer afficitur, sicut dicit Greg. Vel quando considerat vbi fuit, scilicet in peccato, vel quādo respicit vbi est, scilicet in mundo, vel quando attendit vbi erit, scilicet in iudicio, vel quando pēsat vbi non est, scilicet in cælo. Istis considerationibus viri sancti ad fletū prouocantur, & lachrymando & flendo ab omni impuritate purgantur.

Aristo. de ani.

Greg. in Mor.

Tertio, quia hepar est multarū passionū susceptiuum: Nā hepar aliquādo patitur ex nimia caloris incensione, quandoque ex pororum nimia apertione, & per cōsequens caloris euaporatione, & aliquando ex infrigidatione, propter quam homo sæpe hydropisim incurrit, quia nihil est aliud hydropisis, nisi error digestiuę virtutis in concauitate hepatis: hæc ergo cauenda sunt multū iustis, & spiritualibus viris. Primo caloris mera incensio, id est, indiscreti feruoris præsumptio. Secundo pororum apertio, id est, sensuum circa exteriora nimia patefactio, & occupatio, vel suarum virtutū ostentatio.

Tertio caloris euacuatio, id est, feruoris spiritus per negligētiam diminutio.

Quarto nimia per accidiam infrigidatio: est etiam summa vitāda superbię tumefactio, quæ est hydropisis inflatio. Vnde superbienti dicitur, Quid tumet cōtra Deum spiritus tuus? Iob. 15.

Vnito afferitur epilentia exemplo, adolescentiam vitia facilius corrigi quam virorum.

Cap. XXXIX.

IVuenum vitia corriguntur facilius quam prouectorum. Cuius exemplum apparet in epilenticis. Nam epilentia (vt dicit Auic.) accidit infantibus, & pueris ante pubertatem, & post pubertatem etiam accidit adolescentibus. Sed ab infantibus, & impuberibus, si in regimine eorum sit rectitudo, remouetur, & non remanet. Sed si accidit adolescentibus, præcipuè post XXV. annum

num nō remouetur, sed remanet vsque ad mortem. Similiter vitia morum a iunioribus, si benè regantur, facilius remouentur: sed si non benè regantur ita vt adolescant, & crescant in prauis moribus, perseuerant in eis semper.

Pro.22. Prouerb. Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, nō recedet ab ea.

Quæ quinque ipsius corporalis exercitij conditionibus, quamplurimis, eiusdem vtilitatibus, quemadmodum pœnitentium labor esse debeat vt meritum recipiat, nulla labore colligitur.

Cap. XL.

LAbor pœnitentium assimilatur labori & exercitio corporali, in quo attendēda sunt v. Primo, vt non sit nimis intensus, vel remissus, sed temperatus. Sic etiam labor exterioris pœnitētiæ nō debet esse intensus, ita vt naturam prosternat, & corrumpat: neque debet esse remissus, ita vt concupiscentiā & superbiā carnis non vincat, & talis est labor

2.Thi.2 militum Christi, de quo Apostolus ait. Labora sicut bonus miles Christi Iesu.

Secundo in exercitio corporali est attendenda qualitas, vt nō sit nimis velox aut tardum: sic pœnitens nō debet esse nimis velox per præsumptionem, vt scilicet statim credat effici summus, &

Bern. perfectus, Vnde dicebat Beatus Bern nolo repente fieri summus, sed paulatim proficere volo: quia sicut Deo placet verecundia peccatoris, ita sibi displicet imprudētia pœnitentis.

Item non debet esse tardus per

Ro.12. negligentiā, vel dilationem. Apostolus Solicitudine non pigri.

Tertio attendendū est tempus, s. vt maxime fiat ante cibum, vt superfluitates lubricæ in corpore resolutæ, per exercitium, expellātur, ne cibus superueniens corrūpatur. Sic etiam purgatio, & labor pœnitentiæ, debet præuenire cibum Eucharistiæ, & expellendo superfluitates peccatorum, ne ex cibo sacro superuenīēte lædatur. Post cibum etiam valet exercitiū temperatum, quia calorem augēdo cooperatur digestiuæ virtutis sic etiā per cibū Eucharistiæ non est cessandum ab operibus pœnitentiæ: quia cooperantur ad cibi, id est, sacramenti profectum & operationem, calorem charitatis augendo, & conseruando.

Quarto attendendus est locus: quia aliquis locus exercitij corporalis est aquosus, vt locus piscatorum, & talis locus infrigidat, & humectat. Talis est labor compūctorum, & ploratium, quia infrigidat ardorē carnis, & humectat

Psal.6. fletu & lachrymis. Psa. Laboraui in gemitu meo. Aliquisvero locus exercitij est siccus, & nemorosus, vt locus venatorū, & talis ratione discursus calefacit corpora, & desiccat. Talis est labor absīnētiū, qui Inflammat mentem, & desiccat carnem.

Quinto attendendus est corporalis exercitij siue laboris fructus, de quo ait. Fulgentius super illud Prouer vltimo. Panem ocio-

Fulg. in Prou. sa nō comedit. Honestus, inquit, labor, est humanæ vitæ fida custodia, dormientis naturæ stimulus, sopiti caloris lima, superfluitatis consumptio, vitiorum fuga, morborum mors, languorū medicina, lucrum tempo ris. iuuentutis debitum, adolescētiæ disciplina, senectutis gaudium, salutis auxilium, nutrix omnium bonorum, destructrix vitiorum, & ocij inimica. Et addit ille. Ergo solus se ab exercitio retrahit qui fælicitatis gaudio vult carere. Omnia autem hæc proprijssimè competunt labori pœnitentium. Nam pœnitentiæ labor vitā animæ custodit, dormientem, i. pigritantem

Digitized by Google

pungit, sopitum calorem, id est, tepefactum amorem incēdit, superfluitates, id est, excessus affectionum consumit, vitia expellit, morbos tentationum extinguit, languoribus passionum medicina existit, lucrum temporis, id est, meritū parit, hoc debetur iuuenibus ne pigrescant, & adolescentibus ne lasciuiant, hic labor portatus est gloriatio senū, & saluatio animarum, hic omnia bona spiritualia nutrit, omnia mala destruit, & tādem etiam talis labor ad æternam fœlicitatē perducit;
Sap. 3. vnde hi sunt labores, de quibus dicitur: Labor bonorum gloriosus est fructus.

Sex labiorum naturalia officia interpretantur, quibus egregie modum ipsum lepide loquendi edocemur.

Cap. XLI.

LOqui qualiter debeamus labia ostendunt.

Primò, quia labia sunt dentiū custoditiua, vt scilicet ille qui vult loqui, verba sua custodiat ad tempus oportunū, secundum
Mal. 2. illud: Labia sacerdotis custodiūt scientiam. Hinc est, quod Dauid petebat dicens: Pone domine custodiā ori meo, & hostiū circunstantiæ &c. Hostiū enim (vt dicit
Greg. Greg.) neque semper clauditur, neque aperitur, quia nec est semper loquendum, neque semper tacendum, sed vtrunque discretè faciendum.

Secundo temperātia, quia labia sunt duritiei dentiū temperatiua, & ideo facta sunt mollia, & carnosa. Sic verba prędicātis debent esse talia, vt mollificent vel temperent duritiem peccatoris.

Item quia labia mollia dulciter respōdentis, temperant iram furentis, secundum illud: Responsio
Pro. 15. mollis frangit iram. Et iterum
Eccl. 6. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos

Tertio, quia labia sunt vocis articulatæ formatiua. Vox autem articulata, est vox significatiua, aliquem sensum exprimens. Et in hoc instruimur, vt loquamur verba pensata, nō autē verba ociosa, & insensata, vel stulta.

Quarto, quia labia sunt aëris frigidi vel calidi interceptiua: Nā aëri frigido vel calido se opponunt, & ipsum retinendo depuratum interioribus reddunt. In quo instruimur, quod verba inflāmātia ad iram, vel inducentia frigus malitiæ, qua homo retrahitur à bonis, si audiamus, nō debemus referre, sed potius nos opponere; & si referre oporteat, puriora eā & placabiliora reportare.

Quinto, quia labia sunt virtutis interpretatiuæ propria organa, & talia sunt labia doctorum, & expositorum qui sacras scripturas interpretantur, & exponunt, sicut de ipso domino dicitur. Qui in- Luc. 24.
terpretabatur ijs in omnibus scripturas.

Sexto, quia labia sunt passionū animæ, scilicet odij, amicitiæ, doloris, & tristitiæ, expressiua. Vnde dicitur, quod tremor labiorum in phrenesi in morbis acutis mortem prætēdit. Talia autē sunt labia confitentium, & exprimentium morbos vitiorum, & passiones malas animæ suæ; Vnde qui est in acutis morbis, scilicet in grauibus peccatis, & tremunt ei labia, id est, ex timore aliquo vel verecundia confiteri omittit, incurrit mortem æternam. Prouer. Pro. 28.
Qui abscondit scelera sua, nō dirigetur.

Ex quamplurimis ipsius ventris nominibus ac dispositionibus, quibus memoria comparatur, qua via pariter ipsamet memoria adiuuetur, exprimitur.

Cap. XLII.

MEmoria assimilatur ventri. Primo ratione receptio-

his: Est enim venter nutrimenti torius scorporis receptaculũ. Vnde secundum Isid. vẽter dicitur, quia venit per eum cibus ad totum corpus. Sic cibus spiritualis notitiæ, qua spiritus nutritur, in receptaculo memoriæ reponitur, & locatur. Vnde & dispositio memoriæ debet esse vt dispositio ventris; quæ est rotunda propter liberiorem ciborum collocationem, & oblonga propter ipsius cum superioribus coniunctionẽ, & diuersis panniculis circundata propter interiorum conseruationem. Sic memoria tunc est bene disposita cum est rotunda, id est, larga per capacitatem & longa per diuturnitatem, & diuersis pãniculis, id est, diuersis adminiculis fulta per studiositatem. Sunt enim quatuor (secundum Philosophum) quæ iuuant hominem ad bene memorandum.

Isid. li. 20. ety.

Primum est, vt illa quorum benè vult recordari aliquo ordine disponat: secundum est, vt circa ea affectum adhibeat: tertiũ est, vt ea ad aliquas similitudines nõ omnino consuetas reducat: quartum est, vt illa per frequentem meditationem repetat.

Secundo ratione purgationis: Nam venter vocatur aluus, sicut dicit Isido. quia cibum recipit, & purgari consueuit. Sic homo, & cibum spiritualis doctrinæ susci pit in memoria, & se etiam purgare debet: & ista purgatio peccati ex memoria nascitur, quia dolor cõtritionis, quo anima purgatur dum compungitur, ex peccati recordatione cõcipitur. Apo. 2 Memor esto vnde excideris, & age pœnitentiam.

Apoc. 2

Tertio ratione cõceptionis: Nã venter mulieris vocatur vterus, eo quod fœtum impleatur, sed sicut ex vtero concipitur fœtus carnis, ita ex memoria, id est, ex specie memoria seruata, concipitur verbum mentis, quod est quasi quædam proles ipsius. Psalm. Ex vtero ante luciferum genui te.

Psa. 109

Quatuor humani pectoris naturales proprietates quæ principem locum tenent hoc in loco apponuntur, quibus mediantibus ob corporis compositione phlegmatis, naturæ, quo pacto mens humana sit regulanda ac constituenda, tradimus.

Cap. XLIII.

MEns hominis assimilatur pectori.

Primo quidem, quia pectus est duabus concauitatibus distinctum: Sunt enim duæ concauitates in pectore, quibus dam interse pelliculis separatæ: & fuit necessaria hic diuisio pectoris, vt si flatus in vna parte aliquo casu impediretur, in alia seruaretur, ne anhelitu intercluso animal moreretur. Duæ ergo concauitates pectoris, sunt duæ vires mentis, scilicet intellectus, & affectus, siue voluntas. Et vtraque necessaria est menti ad conseruationem spiritus, id est, vitæ spiritualis, scilicet intellectus qui viuificat per fidem, Psal. Intellectũ da mihi vt viuam. Et affectus qui viuificat per dilectionem. Ioan. Qui non diligit, manet in morte.

Psa. 144

1. Ioa. 3

Secundo quia pectus est mammillarum fundamentum. Nullũ autem animal habet mammillas in pectore præter hominem, & elephãtem, vt dicit philosophus. Quasi autẽ duæ mammillæ quibus mens humana propinat exterius lac sapidæ doctrinæ, sunt sapientia, & eloquentia, & ambæ habent fundamentum in mẽte. Vel duæ mammillæ quæ debent inhærere pectori lactantis, id est, menti doctoris, est peritia duorum testamentorum, scilicet legis, & Euangelij Can. Deo vbera tua, sicut duo hinnuli.

Arist. de anim.

Cant. 7

Digitized by Google

Tertio, quia pectus est quandoque multis passionibus subiectū, & passiones pectoris omnes sunt periculosæ multum propter cordis vicinitatem, siue patiatur cōstrictionem, siue humoris consumptionem, siue nimiam humorum repletionem, siue vocis raucedinem, siue apostemationem, siue suffocationem. Pectus ergo, quod cor in se cōtinet, & Deum in corde habet, omni diligentia est seruandum, ne patiatur constrictionem auaritiæ, neque humoris consumptionem, propter defectum eleemosynæ, neque humorum repletionem, propter congregationem pecuniæ, nec vocis raucedinem, per obmissionem laudis diuinę, neque apostemationem, per tumorem superbiæ, neque suffocationem, per desperationem veniæ: Istis enim modis patitur pectus corporaliter, & similiter spiritualiter. Propter quod cum pro peccatis mea culpa dicitur, præcipuè pectus percutitur, ratione cordis quod in ipso continetur.

Quarto, quia pectus cōgruè est figuratum. Est enim pectus latum, & aliquantulum in medio eleuatum, & ipsa eleuatio, animosita is & virtutis est signum. Aristot. 2. de ani. Aues (vt dicit Philosophus) habent pectus acutum ad aërem diuidendum, & maximè, quæ sunt ad prædandum, vnde acuitas pectoris in auibus est signum generositatis. Qui ergo habent pectus amplum ad Deum amandum, & proximum amplectendum, & acutum ad omne malum quod occurrerit repellendum, summæ generositatis deferunt secum signum.

Item mentis constitutio moralis, debet esse similis constitutioni corporis naturalis: Nam corpus humanum ex quatuor elementis componitur, ex quatuor humoribus constituitur. Quatuor elementa, sunt, ignis, aër, aqua, & terra. Similiter mens humana debet habere sua elementa, scilicet pro igne prudētiæ claritatem, pro aëre temperātiæ mediocritatem, pro aqua iustitiæ puritatem, pro terra fortitudinis stabilitatem. Vel sicut aliqui dicunt, vtitur mens humana pro igne intellectus subtilitate, pro aere conscientiæ puritate, pro aqua ingenij mobilitate, pro terra animi stabilitate. Habet etiam mens humana suos quatuor humores: quia pro sanguine vtitur dulcedine, pro cholera rubea amaritudine, pro cholera nigra contristatione, pro phlegmate mentis compositione: Dicunt enim Physici sanguineos esse dulces, cholericos esse amaros, melancholicos tristes, phlegmaticos corpore compositos, vt sit dulcedo in contemplatione, amaritudo de peccati recordatione, tristitia de perpetratione, compositio in emendatione.

Item mentis compositio assimilatur phlegmati.

Primo ratione residentiæ radicalis: quia phlegma debet habere sedem in pulmone, per quem signatur discretio, quia sicut pulmo aërem attrahit, & emittit, ita discretio, quod bonum est retinet, & quod malum expellit. In pulmone ergo est sedes phlegmatis, quia compositio mentis beneficio iuuatur discretionis.

Secundo, ratione proprietatis naturalis, quia phlegma est naturæ frigidæ & humidæ. Compositio igitur mentis requirit frigus, quo refrigeretur ab æstu vitiorū, & humorem compunctionis, quo mundetur à sorde peccatorum.

Tertio, ratione efficaciæ animalis, quia ex cōplexione phlegmatica sunt homines tardi, obliuiosi,

Digitized by Google

uiosi, somnolēti, tardi ad operādum multum, obliuiosi ad affectum temporalium, & somnolēti per contemplationis transitum. Psal. In pace in idipsum dormiā, & requiescam. Psa. 4.

Morum ac motuum exteriorum corporis ordinatio, nec non superciliorum dispositio, eorumq; congrua seu incongrua forma, bonam vel prauam interiorem dispositionem representat.

Cap. XLIIII.

MOdestia siue moderatio, & compositio morū, & motuum exteriorum corporis, assimilantur supercilijs.

Primo, quia supercilia data sunt ad oculorum tuitionem. Vnde & pilorum multitudine sunt vestita vt sint oculis munimenta, ad repellēdum humorem à capite defluentem. Sunt ergo supercilia oculorum munimēta ne quid nociuū eis ab extra eueniat, vt Isid. dicit. Isid. Sic modestia, & cōpositio extremorū sensuum, & membrorum, valet ad custodiam mentiū: quia frequenter ex sensuum dissolutione subintrāt cogitationes malæ Hierem. Intrauit mors per fenestras nostras, ingressa est domus nostras. Hier. 9.

Secundo, quia supercilia sunt ad decorem: quia nullus sine eorum præsentia decoratur. Sic modestia, & compositio morū, reddunt hominem in aliorum conspectu decorū, & gratiosum, vnde Ambro dicit, quod in modestia consistit pulchritudo viuendi; & ornatus ad omnem actionē accommodatus. Ambr. de offi.

Tertio, quia supercilia sunt ad repræsentationem: Habent enim quandam vim latentem passionem animæ iudicantem: vt dicit Aristot. quod cum fuerint supercilia recta sicut lineæ, prætendūt fœmineam molliciem, vel animi leuitatē; si vero fuerint demissa, & nimis pressa, signant inuidum; si vero fuerint eleuata, & in pilis pressa, animositatem prætendūt: depauperata vero à pilis, & oblonga, timiditatem, si autem fuerint spissa, & pili longi, excessum caloris important, si autem fuerint multæ carnis, & paucæ pilositatis, sensum durum significant & obtusum. In membris principalibus dominantem: si vero pilis fuerint spoliata, significant sanguinis corruptione, vt in leprosis, aut naturalis humoris consumptionem, vt in ethicis, & similibus, aut meatuum oppilationē, vt in castratis. Sicut igitur dispositio superciliorum congrua, vel incongrua, repræsentat bonā vel malam dispositionem interiorē, sic compositio, seu modestia, vel inordinatio, & dissolutio, exteriorum motuum siue morū, repræsentāt bonam vel malam dispositionem interiorem, vel dissolutionem, & inordinationē mētis. Vnde Eccle. Amictus corporis, & risus dentium, & incessus hominis, enunciant de illo siue bonus siue malus sit. Eccl. 19

Tres somni proprietates annotantur, quæ profecto aliqualem cum sanctorum morte similitudinem habere videntur.

Cap. XLV.

MOrs sanctorum assimilatur somno propter tria.

Primo, propter quietis suauitatem: quia nullorum laborū dormiens meminit, sed tunc dulciter requiescit. Et sic sancti per somnum mortis, requiem à laboribus capiunt, secundum illud Apo. Beati mortui qui in Domino moriuntur: amodo iam dicit spiritus, vt requiescat à laboribus suis. Et ad æternæ pacis dulcedinem perueniunt, secundum illud Psal. In pace idipsum dormiam & requiescam. Apo. 14. Psal. 4

Secundo, propter dormientis firmitatem: quia dum homo dormit,

dit, nullius aduersarij potētiam pertimescit. Sic sancti per somnum mortis de omnium aduersantium manibus eripiuntur, & æternæ securitatis fiducia perfruuntur: vnde Dominus dicebat: Nolite timere eos qui occidunt corpus, & post hoc non habent amplius quid faciant. Sic igitur in hoc conueniunt mors, & somnus, quia vterque securitatē tribuit: sed in hoc differunt, quia securitas somni est ex insensibilitate, sed securitas mortis est ex libertate, de qua Psalm. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Ioan. Si dormit, saluus erit.

Mat. 10.

Psa. 123

Ioan. 11

Tertio, propter figuræ dormientis mutabilitatem: quia exterius videtur mortuus qui maximè interius viuit: & sic sancti cū mortui secundum carnē sunt, veram vitam viuunt. Psal. Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas Domini, &c.

Psa. 126

Quemadmodum superioribus sit iugiter parendum, id nobis hominis crura tribus similitudinibus patefiunt.

Cap. XLVI.

OBedientes debēt assimilari cruribus propter tria.

Primo quidem debent obedire velociter, & hoc significant crura quæ a currendo sunt dicta, quia per ea currimus, & gressum sancimus, vt significetur obediendi velocitas. Psalm. Velociter currit sermo eius: tunc enim sermo imperatus currit velociter, quando ab obediente impletur celeriter. Bernar. Verus obediens non procrastinat, sed statim parat aures auditui, linguam voci, pedes itineri, manus operi, & se totū intus colligit, vt mandatum peragat imperantis.

Psa. 147

Bern. in lib. de præ.

Secundo, quia debent obedire fortiter, scilicet ne retrahātur ex operis difficultate: & hanc fortitudinem significant crura, quia habent ossa fortia, & etiam sunt neruosa, vt ad motum sint habiliora. Sic obedientes debent esse ossei, id est, fortes ad exequendū, & tolerandum grauia, & neruosi, id est, durabiles ad continuandum difficilia. Bern. In ipsa obedientiæ via, cui fortasse aliqua dura & aspera occurrere possunt, vt accipias interdum nonnulla, quæ licet salubria sint, minus tamen videntur, hæc si molestè ceperis sustinere, si dijudicare prælatum, si murmurare in corde, si etiam exterius impleas quod iubetur, non est virtus patientiæ, sed velamen malitiæ.

Bern. in serm.

Tertiò, debēt obedire dulciter, quod significant crura, quorum ossa medulla sunt plena, vt medullæ humectatione, ossium siccitas irrigetur. Hæc ergo medulla est interior deuotio, qua irrigati interius veri obedientes, omnia dulciter & sine murmure exequuntur, quia non obediunt timore, sed amore. Greg. Obedientia non seruili metu, sed charitatis affectu seruanda est, nō timore pœnæ, sed amore iustitiæ.

Greg in 12. mor.

Quatuor ad occasiones peccatorum tollendas necessaria maximopere existere, per nonnulla ipsius vmbilici exempla declaratur.

Cap. XLVII.

OCcasiones peccandi assimilātur vmbilico propter tria.

Primo, propter nutritionem: Nam (sicut dicit Grego.) vmbilicus est, quo fœtus in vtero alitur, sicut arbores per radices terrę humore nutriuntur. Vnde vmbilicus (secundum Constant.) ex venis, & neruis, & arterijs cōpositus est, quo mediante ipse fœtus sanguinem subtilē sibi attrahit & sugit, & per has arterias spiritum recipit. Sic etiam fœtus peccati interius in mala voluntate conceptus, per actiones exteriores nutritur & augetur, & fouetur,

Digitized by Google

Exe.16. uetur. Non est præcisus vmbilicus tuus.

Secundo, propter situationem, quia in vmbilico sita sunt genitalia mulierum, sicut in lumbis genitalia virorum, secundū illud.

Iob.4. Virtus in lumbis eius, & fortitudo illius in vmbilico vētris eius. In hoc significatur, quod mulieres sunt viris occasio peccandi & luxuriandi.

Tertio, propter præcisionē, quia consuetudo est mulierū præcidere infantibus vmbilicum. Sed nota, quod vmbilicus (vt dicit Constant.) rumpitur iuxta matricem dum fœtus egreditur, & cū fœtu exit, quod obstetrices ligant quatuor digitorum longitudine, & ex hac ligatura fiunt rotunditates vmbilici, postea præcidunt eum. Sicut ergo vmbilicus stringitur, & rumpitur, & præciditur, sic peccatorū occasiones sunt stringendæ, rumpendæ, præcidendæ. Occasiones enim peccatorū quādoque sunt importunæ, & tunc sunt per violentiam rumpendæ: quandoque vero sunt oportunæ, & quasi necessariæ, & tunc sunt per temperantiam restringendæ: quandoque vero sunt superfluæ, & omnino noxiæ, & tunc sunt penitus præcidendæ. Dicit autem

Hiero. Exe.16. Hiero. quod necesse est infantibus primo ortis vmbilicum præcidi.

Deinde ad abluendum sanguinem aqua lauari.

Tertio, humorem eorum Sole siccari.

Quarto, tenera corpora pannis stringi, ne membra fluxibilia delaxentur. Sic ab homine per pœnitentiam nouiter generato, primo præcedendus est vmbilicus, id est, auferenda omnis occasio peccandi: deinde lauari cū oportet aqua lachrymarum: tertio sole, id est, feruore spiritus & amoris desiccandus est humor noxius, id est, fluxibilitas, & habilitas ad peccandum.

Quarto, restringendus est ligatura abstinentiæ, & continentiæ salutaris.

Manuum compositio, ornamūm, ac officium, digitorumq; significatio, ac omnium partium declaratio, atque pulsus similitudines tres erudite apponuntur: quibus singulis humana opera, virtutes principales hominibus expedientes, multis adaptantur exemplis.

Cap. XLVIII.

Opera humana assimilantur manibus propter quatuor.

Primo, propter numerum: Sunt enim duæ manus, scilicet dextra, quæ signat opus bonū, & sinistra, quæ signat opus malum. Matt. Matt.5. Nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua, vt scilicet sit opus purè bonum cui nihil admisceatur mali. Pertinet ergo ad dextram operari liberaliter, quia dextra à dando est dicta.

Item concorditer, quia ipsa signum pacis datur.

Item fideliter, & salubriter, quia ipsa fidei & salutis testis adhibetur; vnde in veteri testamento habetur, quod petebant dextras sibi dari: & Apostolus: Dextras Gal.2. dederunt mihi, & Barnabæ societatis.

Item operari feruēter: Est enim manus dextra fortioris caloris, & maioris siccitatis, quā sinistra, & ideo ad operandum est habilior quàm sinistra. Mala autem operatio nō est facienda, sed potius dimittenda. Vnde sinistra à sinendo, vel sine dextra dicitur, quia scilicet opus malū est quod debita restitutione caret, quæ in dextra signatur: Posset enim vtraque manus accipi in bonum: Nam quia manus dicitur quasi munus, ideo duplex manus duplicis muneris signat dationem: Est enim munus spirituale, cuius datio resertur ad dextram,

tempora-

Digitized by Google

temporale, cuius datio refertur ad sinistram. Habet igitur homo dextram, id est, spiritualem gratiam ad porrigendum eleemosynas spirituales, & sinistram, id est, potentiam, & virtutem, ad porrigendas temporales. Prou. Longitudo dierum in dextra eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria: Quanquam enim eleemosyna spiritualis manu non porrigatur, ad dextram tamē refertur, & corporalis ad sinistram, quia spiritualis eleemosyna est potior corporali: Nam illa, scilicet corporalis, sustentat corpus morituri, sed spiritualis animam in æternum victuram. Vnde signanter dixit Salomō: Longitudo dierum in dextra, quia scilicet eleemosyna spiritualis animæ subuenit, quæ nunquam esse desinit: Vnde potior est corporali, sicut dextra manus potior est sinistra. Posset etiam dici, quōd dextram manum habet, qui bene operatur in prosperitate, sinistra verō, qui operatūr bene in aduersitate.

Prou. 3.

Quidam autem sunt ambidextri, sicut dicitur de Gabaonitis, quod erant ita sinistra vt dextra præ-
Iud. 20. stantes. Et istis assimilantur quidam; qui tām in aduersitate, quā in prosperitate fortiter operātur.

Secūdo, propter motum: Nam manus vocātur, quia aperiuntur & claudūntur, sed extensa manus vocatur palma, & dicitur per similitudinem palmæ ab expansis ramis, id est, digitis; clausa vero manus vocatur pugnus, dicitur & pugnus à pugillo. In hoc ergo docet nos manus aliquando esse dandum, quod significat nobis manus extensio, & aliquando tenendum, siue accipiendum, quod significat nobis clausio. Vnde di-
Eccl. 4. citur Eccles. Non sit manus tua porrecta ad accipiendum, & ad dandum collecta.

Tertiō, propter munimentum: Est enim manus quinque digitis munita, in quibus quinque virtutes designantur, quæ necessariæ sunt homini vt opera eius sint perfecta: Nam primus digitus qui grossior est, vocatur pollex, eo quod inter cæteros virtute plus polleat. Vnde in hoc digito designatur iustitia, quæ inter alias omnes virtutes morales plus pollet. Vnde dicit Philoso-
Arist. 2. phus, quod iustitia est præclarissima virtutū, & nec Lucifer, nec Hesperus est ita clarus. Et ideo etiam Auicenna dicit, quod iste
Auic. 3. digitus, scilicet pollex, est iustitia li medo omnium digitorum, quia scilicet omnes alij digiti cum ei applicātur, & ad quandam æqualitatem reducūtur: Vnde illæ manus pollicem habent, quæ iusta operantur. Ideo iste digitus, & quilibet alius componitur ex tribus ossibus (vt dicit Constan.) in quibus designatur triplex iustitiæ modus: Nam est iustitia distributiua, commutatiua, & vindicatiua: Ad primam pertinet, quod dicitur. Vnicuique secundum propriam virtutem largitus est. Ad
Mat. 25 secundam, quod dicitur: Ite vos in vineam meā, & quod iustū fuerit dabo vobis. Ad tertiam per-
Mat. 20 tinet illud: Dentem pro dente, oculum pro oculo.

Secundus digitus vocatur index, quia per ipsum res indicamus, & demonstramus: & hoc pertinet ad prudentiam, quę nobis, quæ agenda sunt, demōstrat, & ordinat. Et hic etiā ex tribus ossibus est, quia ad prudentiam tria pertinent, scilicet memoria respectu præteritorū, intelligētia respectu præsentium, & prudentia respectu futurorum.

Tertius digitus, qui est medius, dicitur impudicus, ex eo, quod dum manus aliquid turpe tangit, hic digitus cùm sit maior cæteris, primus attingit. Hic ergo digitus signat

signat temperantiam, quæ impudicitiam & voluptatē carnis frangit, reprimendo, & moderādo, & hic etiam ex tribus est ossibus: quia temperantię triplex est modus: Est enim vna pars temperātiæ circa cibum, scilicet abstinētia, alia circa potum, scilicet sobrietas, tertia circa coitum, scilicet continentia, siue castitas.

Quartus digitus vocatur annularis, quia in ipso annulus defertur. Sic autem annulus in digito est fortitudo in opere, quæ necessaria est, præcipue in continuando, & perseuerādo: Est enim annulus sicut corona digiti, quia ipsa perseuerantia coronatur. Et nota, quod digiti habēt hoc proprium, quod grossiores sunt ante cibū quam post. Vnde annulus, qui vix ante cibum de digito trahitur, facile post cibum egreditur, sicut dicitur super Aphorism. Sicut ergo digitus ieiunus fortius tenet annulum quam refectus; Ita homo abstinens, & sobrius, fortior est ad perseuerandū in bono, quam gulosus & delitiosus. Hic etiam digitus est ex tribus ossibus: quia triplex est necessaria huiusmodi fortitudo, scilicet in aggrediēdo, quod pertinet ad fiduciam, in sustinendo, quod pertinet ad patientiam, in consummando, quod pertinet ad perseuerantiam.

Quintus digitus auricularis dicitur, quod cum eo aures scalpimus, & hoc signat obedientiam, quia scriptum est: In auditu auris obedijt mihi. Et hic etiā est ex tribus ossibus: quia obedientia est homini tripliciter necessaria.

Primo, respectu Dei, scilicet, vt homo obediat diuinæ voluntati.

Secundo, respectu proximi, scilicet, vt obediat superiori potēti.

Tertio, vt obediat propriæ rationi, scilicet vt sit caro spiritui subiecta.

Quarto, humana opera assimilantur manibus propter ornamentū, scilicet vnguium: vnguis enim in fine digiti, charitatem signat, quæ est finis præcepti. Vnde sicut sunt decē digiti manuū, ita sunt decem præcepta decalogi. Sicut ergo sunt vngues ornamenta digitorum, ita charitatis præcepta sunt ornamēta operum humanorum. Sed notandū, quod vngues in quibusdā animalibus sunt in decoris ornamentum, & inuamētum, sicut in hominibus. In quibusdam vero sunt ad defensionis munimentum, sicut in leone, & huiusmodi. In aliquibus vero sunt calciamentum, vt in equo, & mulo, & consimilibus: quæ omnia competunt charitati, quia ipsa est, quæ exornat, iuuat, defendit, & calciat etiam pedes affectionum, ne lapide offensionis allidantur.

Itē operatio hominis assimilatur pulsui propter tria.

Primo, quia pulsus à corde oritur: Est enim pulsus cordis, & arteriarum motus, secūdum dilationem, & constrictionem: Cùm enim cor cōtinuo motu à centro vsque ad circūferentiam, vi sanguinis, & caloris, & impulsu vitalis spiritus moueatur, ex tali motu vsque ad suas extremitates dilatatur. Quādoque vero econuerso, ab extremitatibus ad centrum mouetur, & stringitur. Cordis igitur dilatatio ad frigidum aerem attrahendum, & constrictio ad fumosum aerem expellēdum, sunt causa pulsus. Sic ergo pulsus à corde incipit, & per arterias ad extremitates corporis se diffundit, vnde statum corporis ostendit. Eodem modo operatio hominis bona, vel mala, à corde, id est, à mente procedit, cuius dispositio bona, vel mala à

mente

temporale, cuius datio refertur ad sinistram. Habet igitur homo dextram, id est, spiritualem gratiam ad porrigendum eleemosynas spirituales, & sinistram, id est, potentiam, & virtutem, ad porrigendas temporales. Prou. Longitudo dierum in dextra eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria: Quanquam enim eleemolyna spiritualis manu non porrigatur, ad dextram tamē refertur, & corporalis ad sinistram, quia spiritualis eleemolyna est potior corporali: Nam illa, scilicet corporalis, sustentat corpus morituri, sed spiritualis animam in æternum victuram. Vnde signanter dixit Salomō: Longitudo dierum in dextra, quia scilicet eleemolyna spiritualis animæ subuenit, quæ nunquam esse desinit: Vnde potior est corporali, sicut dextra manus potior est sinistra. Posset etiam dici, quòd dextram manum habet, qui bene operatur in prosperitate, sinistra verò, qui operatur bene in aduersitate.

Prou. 3.

Quidam autem sunt ambidextri, sicut dicitur de Gabaonitis, quod erant ita sinistra vt dextra præludantes. Et istis assimilantur quidam, qui tàm in aduersitate, quàm in prosperitate fortiter operātur.

Iud. 20.

Secūdo, propter motum: Nam manus vocātur, quia aperiuntur & claudūtur, sed extensa manus vocatur palma, & dicitur per similitudinem palmæ ab expansis ramis, id est, digitis; clausa verò manus vocatur pugnus, dicitor & pugnus à pugillo. In hoc ergo docet nos manus aliquando esse dandum, quod significat nobis manus extensio, & aliquando tenendum, siue accipiendum, quod significat nobis clausio. Vnde dicitur Eccles. Non sit manus tua porrecta ad accipiendum, & ad dandum collecta.

Eccl. 4.

Tertiò, propter munimentum: Est enim manus quinque digitis munita, in quibus quinque virtutes designantur, quæ necessariæ sunt homini vt opera eius sint perfecta: Nam primus digitus qui grossior est, vocatur pollex, eo quod inter cæteros virtute plus polleat. Vnde in hoc digito designatur iustitia, quæ inter alias omnes virtutes morales plus pollet. Vnde dicit Philosophus, quod iustitia est præclarissima virtutū, & nec Lucifer, nec Hesperus est ita clarus. Et ideo etiam Auicenna dicit, quod iste digitus, scilicet pollex, est iustitia in medio omnium digitorum, quia scilicet omnes alij digiti cum ei applicātur, & ad quandam æqualitatem reducūtur: Vnde illæ manus pollicem habent, quæ iusta operantur. Ideo iste digitus, & quilibet alius componitur ex tribus ossibus (vt dicit Constan.) in quibus designatur triplex iustitiæ modus: Nam est iustitia distributiua, commutatiua, & vindicatiua: Ad primam pertinet, quod dicitur: Vnicuique secundum propriam virtutem largitus est. Ad secundam, quod dicitur: Te vos Mat. 25 in vineam meā, & quod iustū fuerit dabo vobis. Ad tertiam pertinet illud: Dentem pro dente, oculum pro oculo. Mat. 20

Aristo. 2. Ethi.

Secundus digitus vocatur index, quia per ipsum res indicamus, & demonstramus: & hoc pertinet ad prudentiam, quę nobis, quæ agenda sunt, demōstrat, & ordinat. Et hic etiā ex tribus ossibus est, quia ad prudentiam tria pertinent, scilicet memoria respectu præteritorū, intelligētia respectu præsentium, & prudentia respectu futurorum.

Aui. 3.

Tertius digitus, qui est medius, dicitur impudicus, ex eo, quod dum manus aliquid turpe tangit, hic digitus cùm sit maior cæteris, plus tangit. Hic ergo digitus signat

signat temperantiam, quæ impudicitiam & voluptatē carnis frangit, reprimendo, & moderādo, & hic etiam ex tribus est ossibus: quia temperantię triplex est modus: Est enim vna pars temperātiæ circa cibum, scilicet abstinētia, alia circa potum, scilicet sobrietas, tertia circa coitum, scilicet continentia, siue castitas.

Quartus digitus vocatur annularis, quia in ipso annulus defertur. Sic autem annulus in digito est fortitudo in opere, quæ necessaria est, præcipue in continuando, & perseuerādo: Est enim annulus sicut corona digiti, quia ipsa perseuerantia coronatur. Et nota, quod digiti habēt hoc proprium, quod grossiores sunt ante cibū quam post. Vnde annulus, qui vix ante cibum de digito trahitur, facile post cibum egreditur, sicut dicitur super Aphorism. Sicut ergo digitus ieiunus fortius tenet annulum quam refectus; Ita homo abstinens, & sobrius, fortior est ad perseuerandū in bono, quam gulosus & deliciosus. Hic etiam digitus est ex tribus ossibus: quia triplex est necessaria huiusmodi fortitudo, scilicet in aggrediēdo, quod pertinet ad fiduciam, in sustinendo, quod pertinet ad patientiam, in consummando, quod pertinet ad perseuerantiam.

Quintus digitus auricularis dicitur, quod cum eo aures scalpimus; & hoc signat obedientiam, quia scriptum est: In auditu auris obedijt mihi. Et hic etiā est ex tribus ossibus: quia obedientia est homini tripliciter necessaria.

Primò, respectu Dei, scilicet, vt homo obediat diuinæ voluntati.

Secundo, respectu proximi, scilicet, vt obediat superiori potēti.

Tertio, vt obediat propriæ sationi, scilicet, vt sit caro spiritui subiecta.

Quarto, humana opera assimilantur manibus propter ornamentū, scilicet vnguium: vnguis enim in fine digiti, charitatem signat, quæ est finis præcepti. Vnde sicut sunt decē digiti manuū, ita sunt decem præcepta decalogi. Sicut ergo sunt vngues ornamenta digitorum, ita charitatis præcepta sunt ornamēta operum humanorum. Sed notandū, quod vngues in quibusdā animalibus sunt in decoris ornamentum, & inuamētum, sicut in hominibus: In quibusdam verò sunt ad defensionis munimentum, sicut in leone, & huiusmodi. In aliquibus verò sunt calciamentum, vt in equo, & mulo, & consimilibus: quæ omnia competunt charitati, quia ipsa est, quæ exornat, iuuat, defendit, & calciat etiam pedes affectionum, ne lapide offensionis allidantur.

Itē operatio hominis assimilatur pulsui propter tria.

Primo, quia pulsus à corde oritur: Est enim pulsus cordis, & arteriarum motus, secūdum dilationem, & constrictionem: Cùm enim cor cōtinuo motu à centro vsque ad circūferentiam, vi sanguinis, & caloris, & impulsu vitalis spiritus moueatur, ex tali motu vsque ad suas extremitates dilatatur. Quādoque verò econuerso, ab extremitatibus ad centrum mouetur, & stringitur. Cordis igitur dilatatio ad frigidum aërem attrahendum, & constrictio ad fumosum aërem expellēdum, sunt causa pulsus. Sic ergo pulsus à corde incipit, & per arterias ad extremitates corporis se diffundit, vnde statum corporis offendit. Eodem modo operatio hominis bona, vel mala, à corde, id est, à mente procedit, cuius dispositio bona, vel mala à

mente-

mente per arterias & venas, id est, per affectiones, & cogitationes, ad exteriores se diffundit per
Mat. 15 locutiones & actiones. Matth. De corde exeunt cogitationes malæ,
Luc. 6. &c. & Luc. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum.

Secundo, quia pulsus à medicis tangitur: Ad hoc enim pulsus necessarius, vt per eum dispositio spiritualis virtutis intelligatur, & eius operatio cognoscatur. Sic etiam per operationes bonas, vel malas, cognoscitur bona, vel mala dispositio spiritus interio-
Matt. 7. ris. Matth. A fructibus eorum cognoscetis eos.

Tertio, quia præcipuè in brachijs pulsus quæritur. Nam in quibusdam partibus non posset plenè discerni, propter venarum elongationem à corde, in quibusdam propter cordis regentis occultationem, in quibusdam verò propter ossium contrictionē, & ideo sapientes ad cognoscendum pulsum arterias brachij elegerunt. Nam hoc fuit facilius: quia brachia arterias non occultant. Et vtilius, quia illæ arteriæ magis cordi appropinquant, & honestius, quia nec ægro, nec medico verecundiam generant: Indecens enim esset plura membra corporis denudare. Sicut ergo brachia sunt instrumenta pulsus, sic etiam nos brachijs & manibus operamur, sed talia debent esse opera nostra, quod congruant honestati, vtilitati, & facilitati, & tūc faciliter bene operamur quando ex amore operamur: quia amor (secundum Au-
Augus. gustinum) omnia facit facilia.

Deo semper gratias à nobis esse agendas, orationibusq; iugiter insistendum, ac modus orandi, ipsiusq; orationis vtilitas, quatenus anhelitus exprimitur similitudinibus.

Cap. XLIX.

ORatio cum gratiarū actione habet similitudinē cum anhelitu.

Primo, quia in anhelitu est motus vicarius: Nam per anhelitum aer attrahitur, sed attractus postmodum emittitur, & sic vicario motu aer recipitur & redditur. Similiter ergo debet homo gratiam quam recepit à Deo, reddere eidem gratiam agendo. Paralipom. Quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Sed attende, quod anhelando plus de spiritu attrahitur, quam foras emittatur, quia pars non parua in nutrimentum transit spiritus vitalis. Similiter plus à Deo de gratiis & beneficiis recipimus, quam reddere possumus.

Secundo, quia anhelitus est corpori multipliciter profectus: Est enim anhelitus actus attractiuus: quia scilicet per orationes deuotas, & gratiarum actiones, attrahitur Spiritus sancti gratia. Vnde quanto quis plus orationi, & gratiarum actioni insistit, tanto ibi diuina gratia plus multiplicatur & crescit. Augmētum beneficij, est beneficij eiusdem memoria, & continua gratiarum actio. Vnde etiam Gregorius dicit, quod non est dig-
Grego. nus dandus, qui non agit gratias de datis.

Item anhelitus est cordis, & innati caloris refrigeratiuus: Innatus enim est homini carnalis concupiscentiæ calor, quem sicut ex parte carnis reprimit ieiunium, ita ex parte mentis refrigerat oratio: Et ideo Dominus dixit, quod hoc genus dæmoniorum, scilicet carnaliter tentantium, non eiicitur, nisi in ora-
Mat. 17 tione & ieiunio.

Item anhelitus, est fumosi vapotis purgatiuus. Fumosus autem vapor sursum tendens: est superbia

perbia, quam oratio purgat; quia mentem humiliat (vt dicit Hieronymus) vel vapor fumosus est quælibet suggestio, siue cogitatio praua, quam etiam oratio deuota purgat, & expellit. Isidor. Frequens oratio vitiorum impugnationem extinguit. Hier.

Item anhelitus est spiritus animalis nutritiuus: quia sanctis orationibus nutritur, & vegetatur spiritus. Vnde August. dicit: Oratio refectio est ieiunorum, duritiam cordis emollit, austeritatem temperat, ieiunium dulcificat: Sicut enim sine potu non est plena refectio, sic & ieiunium sine oratione non potest perfectè animam nutrire. August. in ser.

Item anhelitus est status membrorum spiritualium ostensiuus: sic etiam per assiduitatem, & delectationē orationis ostenditur, quod homo sit verè spiritualis: quia sicut auis sæpe exurgit ad volatum, ita spiritualis homo sæpe ad orandum. Vnde legitur de beato Martino, quod nunquam vlla hora, momentumque præterijt, quo non aut orationi, aut lectioni insisteret: inter legendum tamen, & operandum, nunquam animum ab oratione laxabat, nam vt fabris ferrarijs moris est, quod inter operandum pro quodam laboris leuamine incudem feriāt, ita Martinus dum aliquid ageret, semper orabat.

Tertio, quia anhelitus quandoque est diminutus, & quando anhelitus est parvus, & frigidus, in peracutis febribus signum est mortis, eo quod significet extinctionem caloris naturalis, & defectum virtutis. In acutis ergo febribus, id est, in fortibus tētationibus, si anhelitus sit paruus, & modicus, id est, si parum cum frigido corde oretur, timēdus est casus mortis, id est, mortalis peccati, ex eo quod prætendat casum actionem charitatis. Vnde Dominus dicebat: Orate, vt non intretis in tentationem. Mat. 24.

Quarto quoque, quia anhelitus quandoque est corruptus, & fœtidus: quod accidit ex interiorum membrorum corruptione, sicut in leprosis, quorū anhelitus est fœtidus, & corruptus, & aliorum infectiuus: Nam inficit aērē vicinum sibi, sicut sibilus basiliſci, qui aues supra volantes occidit. Sic ex mala dispositione, & corruptione animæ interioris, oratio, vel gratiarum actio aliquādo est execrabilis, sicut fuit oratio & gratiarum actio Pharisæi dicentis: Gratias tibi ago Domine, quia non sum sicut cæteri hominum, &c. Hæc enim erat corrupta per superbiam, fœtida per iactantiam, & læsiua aliorum per infamiam: quia alios infamabat, dicens: Adulteri, raptores, &c. Et etiam vicinum publicanum percutiebat, dicens: Velut etiam hic publicanus. Luc. 8

Otium magnopere esse fugiendum, idq; quantum hominibus obsit: & corporis recreatio ac quies quo pacto sit agenda, vt profit, aliquibus naturalibus rationibus edocetur.

Cap. L.

OCiositas, & recreatio hoc facit animæ, quod quies facit corpori: Nam quies corporis, aut est nimia, aut nimis pauca, aut sufficiens, & temperata. Si sit quies nimia, est multorū humorum generatiua, & conseruatiua, & mulriplicatiua, & tādem corruptionis inductiua Vnde etiam aquæ quæ nimis quiescunt, putrescunt. Similiter quoque ociositas, & recreatio, si est superflua, generat, & conseruat, & multiplicat humores, id est, malas affectiones, & cogitationes. Eccleſa. Multam malitiam docuit ociositas. Vnde tandem facit animā in corpo- Eccl. 3

corruptiones ruere peccati. Bern. in serm. nard Hæc ociositas mater est nugarum, nouerca virtutum: Ipsa enim est, quæ virum fortem, fortissime præcipitat in reatum. Facit enim suffocare virtutem, nutrire superbiam, & viam cōstruere ad gehennam. Si autem quies corporis fuerit nimis pauca, naturam laxat, non recreat, debilitatē non reparat, & consumptionem deperditi non restaurat. Similiter si nullam, vel nimis modicam recreationem, vel quietē, quis animo sua tribuat, anima tædio laffatur, debilitas, id est, tepiditas mentis non reparatur, quod per negligentiā est deperditum non suppletur: quia lassatus animus accidiosior & pigrior, quam ante esset, efficitur. Si autē quies corporis fuerit temperata, calorem naturalem cōfortat, sensus reparat, digestionē emendat, & corpus mediocriter purgat. Sic moderata recreatio, seu quies, animi calorem charitatis confortat, sensus, id est, considerationes sensatas reparat; digestionem, id est, spiritualis cibi & doctrinæ operationem roborat, & modificat, & animam ab accidia & tædio purgat. Et ideo Seneca dicit: Sen. in epist. Nō semper in actu sis, sed interdum animo tuo quietem dato.

Item ociositas, & voluptas sunt causa doloris, & dissipationis animæ & corporis. Cuius exemplum est: quia secundum Auicen quies corporis, & tranquillitas, & dimissio exercitij, coitus plurimus, & præcipuè coitus super repletionem cibi, frequentia ebrietatis, & præcipuè viuū plurimum in ieiunio ante cibum, quod maximè lædit neuos, sunt præcipuè causa doloris iūcturarū, & podagræ, & cyathicæ. Quies ergo spiritualiter refertur ad somnolentiā, tranquillitas ad pigritiam, dimissio exercitij ad imperfecerantiam, coitus ad luxuriam, repletio verò & ebrietas ad gulam. Hæc ergo sunt illa vitia, quæ primo lædūt animæ iunctuas: sunt enim in anima vis irascibilis, & concupiscibilis, & etiam rationalis, quas oportet esse in anima inuicem coniunctas per participationem & colligantiam rationis, quod est, quando passiones irascibilis & cōcupiscibilis à ratione ordinantur: Et ideo vocantur à Philosopho irascibilis, & concupiscibilis, virtutes rationales: sed has virtutes lædunt, & distingūt vitia supra dicta: quia per ociositatem & quietem hebetātur passiones irrascibiles, sed per gulam & luxuriam distemperantur passiones concupiscibiles, & sic soluitur colligatio & iunctura rationis. Vel per læsionem iuncturarum intellige læsionem omnium virtutum, quia omnes virtutes (secundum Sanctos, & secundum Philosophos,) sunt inuicem cōnexæ & coniunctæ. Sed tamen prædicta vitia earum iuncturas dissoluunt: quia per ocium & somnolentiam, & imperseuerantiam tolluntur & separantur virtutum actus, sed per gulam, & luxuriam, eradicantur etiam virtutum habitus. Vnde dicitur de luxuria, quod ignis est vsque ad consumptionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Iob. 31.

Auic.

Item hæc vitia inducunt podágram, quæ est læsio & vastatio pedum: quia scilicet lædunt & dissipant bonas animæ affectiones: Sunt enim affectiones animæ quidam spirituales pedes, quibus anima mouetur, & vadit ad ea quæ diligit.

Item cyathicam, quæ lædit anchas, quibus scilicet fit, sessio corporis: quia scilicet huiusmodi vitia etiam impediunt animæ quietem & stabilitatem, & ita prædicta vitia disiungunt virtutum

Digitized by Google

tum colligationem, extingūt animæ affectionem, & auferunt animæ quietationem.

Virtutis patientia bona, qua & quanta sint per splenis tres naturales effectus, paucis, sed claris exemplis aperitur.

Cap. LI.

PAtientia Sanctorum assimilatur splenis.

Primo quidem, quia splen est defectus sinistræ partis suppletiuus. Vnde splen (vt dicit Isid.) dicitur a supplendo, quia partem sinistram iecori cōtrariam supplet ne vacua maneat, & vt ex opposito ad confortationem stomachi iecori respondeat. Vnde est inter costas, & stomachū positus propter sinistræ partis infrigidationem, vt per quandam temperantiam factam conseruet stomachi calefactionem. Per sinistram igitur partem aduersitas intelligi potest, in qua virtus hominis euacuaretur, & penitus deficeret si bonum patientiæ non haberet. Hæc igitur est vt splen, qui in sinistra parte, id est, in aduersitate calori iecoris, id est, furori irascibilis se opponit, vt calefactio stomachi, id est, bonus feruor animi conseruetur. Et hinc est, quod charitas, quæ est vitalis calor animæ, præcipuè per impatientiam perditur. Vnde Grego. dicit, quod ipsa quæ mater est omnium, custosque virtutum, per impatientiæ vitium virtus charitatis amittitur.

Isid. lib. Ethi.

Greg. in past.

Secundo, quia splen est sanguinis purificatiuus: Dicitur enim splē duas habere venas, per quarum vnam humorem ad stomachum mittit ad eius confortationem, quantū sufficit eius appetitui, per aliam vero sanguinis fæces, id est, cholerā nigram, seu melancholiam ab hepate sibi attrahit. Et ideo substantia splenis est rara, & spongiosa propter faciliorem humoris fæculēti attractionem. Et est etiam ipse splen niger propter melācholiæ, cuius est receptaculum, assimilationē propter hoc est etiam durus, ne facile ab humore fæculento lædatur. Sic quoque patiētia fæces, quæ generantur ab hepate, id est, vitia quæ proueniunt ex iniuriæ illatione, (vt iram, & odium, & inuidiam) attrahit placando, & sedando: & sic sanguis, id est, bonus feruor charitatis remanet purus, vnde Cassiodorus dicit: quod patiētia est, quæ totius voluptatis fæces abstergit, ipsa est quæ limpidas animas Deo reddit. Est ergo patiētia ad modum splenis nigra, id est, obscura in pœnæ susceptione, sed dura, id est, fortis in pœnæ toleratione. Vnde etiam Cassiod. dicit, quod patientia est, quæ omnia vincit aduersa, non colluctando, sed sufferendo, non murmurando, sed gratias Deo agendo.

Cassio.

Item patientia spongiosa est, id est, attractiua ex consideratione: quia videndo, & cōsiderando patientiam alicuius, & iratus attrahitur ad placationē, & inuidus, vel inimicus, ad eius dilectionē. Vnde sicut Chrysost. dicit. nihil ita confusionem facit ingerenti mala, sicut fortis tolerantia patientis, & neque verbo, neque opere reddere vindictam.

Chrys.

Tertio quoque, quia splen est risus causatiuus: Communitet enim dicitur, quod felle irascimur, corde sapimus, iecore amamus, cerebro sentimus, sed splene ridemus. Sic quoq; fortitudo, & iucūdus patientiæ præsentis, erit nobis causa risus, id est, æternæ lætitiæ, secundum illud Prouerb. Fortitudo & decor indumē eius, & ridebit in die nouissimo. & Ioan. Tristitia vestra vertetur in gaudium.

Pro. 31.

Ioan. 16.

Digitized by Google

Peccati miseria multiplex, quæ senis miseria comparatur, ac phlegmatis, hydropisia, febris, paralissa, epilētia, & denique letargia morbi vitia quamplurima describuntur, quibus non obscure tota peccati malignitas pluribus auctoritatibus & exēplis declaratur.

Cap. LII.

PEccatum assimilatur senio. Primo quidem, quia senex multis miserijs subditur: Nam (sicut dicit Cyprianus) senectute confectus homo ad interitū properat, oculi caligant, aures grauiter audiunt, capilli fluunt, facies in pallorem mutatur, dentes lapsi numero minuuntur, cutis arescit, flatus non suauiter olet, pectus suffocatur, tussis cachinnat, genua trepidant, talos, pedes tumor inflat, humor interior euanescit, his omnibus aggrauatur. Et hæc omnia ruiturā iam iamque domū corporis prænunciant. Similiter etiam per peccatū homo multis miserijs suppeditatur. Prouer. Miseros facit populos peccatum. vnde peccator ad modum senis ad æternum interitum properat Hebr. Quod antiquatur, & senescit, prope interitum est.

Cyp. de abu. seculi.

Pro. 14.

Heb. 8.

Item in homine peccatore caligant oculi interiores per ignorātiam Psal. Obscurentur oculi eorum, ne videant. Obsurdescūt aures per inobedientiam, Actuum. Auribus suis grauiter audierunt.

Psal. 68.

Act. 28.

Item capilli fluunt ex capite, id est, bonæ cogitationes à mēte per malitiam. Facies, scilicet interior, id est cōscientia, pallescit, id est, decoloratur per immunditiam. Thren. Mutatus est color optimus. Dentes, id est, boni viri, siue amici ei adhærentes, ab eo separantur, & minuuntur per infamiam. Cutis, id est, exterior cura pauperum, arescit per auaritiam, deficiente humore pietatis Iob. Sordibus pulueris cutis mea aruit.

Thre. 4.

Iob. 7.

Item peccatoribus pectus suffocatur, quia videlicet sputis, & tussibus grauatur. Sputum est immunditia, quæ per os proijcitur: vnde signat in peccatore verba inordinata, vel turpia, quæ peccatores sine angustia retinere nō possunt. Iob. Conceptum sermonem tenere quis poterit? Et Ecclesiast. Sagitta infixa fœmori canis, sic verbū in corde stulti: Canis enim non quiescit, quādiu sagitta fœmori eius infixa nō exierit, & sic stultus quādiu verbū nō emiserit. Tussis autē est angustia peccatoris, & significat in peccatoribus angustiam conscientię, & pœnæ. Rom. Tribulatio, & angustia in omnem animam operātis malum.

Iob. 4.

Eccl. 19

Rom. 1.

Item est etiam in peccatoribus tremor genuum, id est, timor cordiū Prouerb. Pauor his, qui operantur malum.

Pro. 10.

Item tumor pedum, id est, superbia appetituū, appetendo glorias, & pompas, quæ omnia conscientiam grauant. & futurā animæ in æternum suppliciū ruinam prænunciant.

Secundo peccatum assimilatur senio, quia senex tædio afficitur, sic peccatum, quia deordinat animū, & grauat per pœnā & tædiū. August. Iussisti Domine, & sic est, vt pœna sibi sit omnis inordinatus animus. Iob. Tædet animam meam vitæ meæ.

August. confes. lib. 1.

Iob. 10.

Tertiò, quia senex morbis grauatur. Sic peccatores morbis grauantur diuersarum passionum, vt nunc afficiantur tristitia, nūc inuidia, & cæteris talibus. Psalm. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, &c.

Psal. 15.

Quartò, quia senex tristitia premitur. Psal. Si autem in potentatibus octoginta anni, amplius eorum labor & dolor. Similiter peccatores, siue ex remorsu conscientiæ, siue ex vindicta culpæ,

Psal. 89.

Digitized by Google

culpæ, scilicet, quando premuntur ab hominibus, vel à Deo, siue ex conuersione pœnitentiæ, oportet similiter tristes effici. Psal. Tribulationem, & dolorem inueni. Psal. 11

Quinto, quia senex piger efficitur, quia vires corporis ei minuũtur. Similiter peccatum inducit defectum virtutum, & pigritiam spiritualium laborum. Prou. Proter frigus, scilicet malitiæ, piger arare noluit, i. noluit bonis operibus laborare. Pro. 20.

Sexto, quia in sene calor naturalis extinguitur, & sic extinguitur in peccatore calor charitatis, quia refrigescit, & paulatim ad extinctionem tendit. Matth. Et abundauit iniquitas, & refrigescet charitas multorum. Mat. 24

Septimo, quia in sene humor dissoluitur, & sic dissoluitur humor luxuriæ, & fluxus concupiscentiæ in peccatoribus. Ezec. Sicut fluxus equorũ fluxus eorum. Eze 22.

Octauo, quia in sene virtus regitiua corrumpitur, virtus autem regitiua est rationis prudentia, cuius rectum extimationem, (secundum philosophum) corrumpit in peccatoribus carnis concupiscentia. Daniel. Species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum. Dan. 16

Nono, in sene caro cõsumitur, quod etiam ad literam nonnunquam in luxuriosis cõtingit, quorum corpora frequenter minuũtur, vel consumuntur ex nimia emissione humoris nutrimẽtalis, siue seminalis. Luc. Dissipauit substantiam suam viuẽdo luxuriosè, substantiã, scilicet non tãtum temporalem, (vt diuitias,) sed etiam naturalẽ, s. carnis suæ. Luc. 15.

Decimo, in sene nerui contrahuntur, & ideo senes cerui efficiuntur Sic per contractionem auaritiæ incuruatur anima ad suspectum terræ, id est, ad appetitũ, siue cogitatũ terrenorum bonorum. Psal. Miser factus sum ego, & curuatus, &c. Psa. 37.

Vndecimo, in sene cutis rugatur, id est, exterior conuersatio in peccatore deformatur. Iob. Rugæ meæ testimonium dicunt contra me. Iob. 16

Duodecimo, in sene omnis virtus corporis annullatur. Et sic præcipue omnis virtus animę vacuatur. Psal. Deriliquit me virtus mea. Psa. 37.

Decimotertio, quia senex ab hominibus vilipẽditur. Et sic peccator quandoque efficitur infamis, & ab omnibus despectibilis. Psalm. Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. Psa. 21.

Decimoquarto, quia senex omnibus hominibus onerosus efficitur: & hoc specialiter facit vitium iracundiæ, & præcipuè in homine stulto, secundum illud. Graue saxum, & onerosa arena, sed ira stulti vtroque grauior. Prou. 27

Itẽ peccatũ assimilatur somno.

Primo, ratione voluntatis, quia scilicet volũtariè aliquis ad dormiendum se ponit, & propriæ voluntatis arbitrio etiam in peccatum ruit. Ose. Confunditur Israël in voluntate sua. Aug. Peccatum adeo est voluntarium, quod si nõ esset voluntarium, non esset peccatum. Ose. 10. Aug. de duabus anim.

Secũdo, ratione breuitatis, quia quisquis ad dormiendum se ponit, non diu dormire intẽdit, sed tamen frequẽter decipitur, quia non quando vult excitatur. Sic quanquam ille qui peccato consentit, proponit citò de peccato exire, tamen vt plurimum decipitur, quia diutius à peccato tenetur, & quandoque etiam in eo moritur: sicut moritur lethargicus dormiendo. Ioan. Moriemini in peccato vestro. Iudith. Soporem morti socians. Ioan. 8 Iudit. 4.

Digitized by Google

Tertio ratione insensibilitatis: quia scilicet somnus ligat, & immobilitat sensum: Nam in somno (secundum Philosophum) interiora loca calent, & exteriora frigent, quia fit reuocatio caloris ad interiora. Et tunc fumus plurimus in stomacho generatur, qui dum ad cerebrum ascēdit, & vias sensuum ibi claudit, organū primi sensus corporis oppilatur, cumque ab eo omnes sensus particulares oriantur, dum ille ligatur, omnes alij à suis actionibus retrahuntur. Sicut ergo somnus ligat & immobilat sensus corporis, ita quoque peccatum ligat & immobilitat sensum mentis, scilicet vt peccator non rectè sentiat, quod oportet, aut non eligat facere, quod sentit, vel cognoscit esse faciendum. Vnde tollit peccatum virtutem cordis operatiuam, siue motiuam ad bene operandum, scilicet charitatem: Nā fides per quam est cognitio boni, per dilectionem operatur. Sicut Apostolus dicit. Et in hoc etiam peccatum assimilatur somno: quia, sicut dicit Aug. dum humor intrinsecus tēperatus vi caoris resoluitur in fumum, petit cerebrum, & ibi resolutus distillat inferius frigidus, licet illuc ascenderit calidus; & sic distillādo remittit calorē cordis, & per consequens processum operationum impedit, eo quod cor sit principium omnis operationis. Eodem etiam modo peccatum sua frigiditate mortificat calorem cordis, id est, amoris, seu amorem charitatis, & sic impedit processum omnis boni operis. Vnde peccatori dicitur: Vsquequo piger dormis? scilicet nihil bene operādo.

Aris. de som. & vig.

Galat. 5

August. de quā. anim.

Prou. 6

Quarto ratione falsitatis: Frequenter enim somniāt dormiētes, & somniādo decipiuntur per somnia illusiua & falsa: & sicut somnus inducit in dormientibus somnia falsa, & deceptiua, ita peccatum in hominibus inducit falsas existimationes, & temeraria & nō verā iudicia. Pro. Stultus illudit peccatum.

Prou. 14

Item peccati corruptio assimilatur corruptioni phlegmatis, ex qua fiunt homines tardi, obliuiosi, & somnolēti. Similiter ex peccato fiunt homines tardi ad operandum bonum, obliuiosi vt non recogitent Deum, secundum illud: Oblitus es Domini creatoris tui.

Item somnolenti, id est, pigri, vel tepidi in prosequendo inceptum. Imitatur etiam phlegma naturam aquæ hyemis, & decrepitæ ætatis. Similiter status peccati habet naturam aquæ, quia in undatione periculosus, fluctuatione turbidus, & motibus instabilis: Nam impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest, vt dicit Isa.

Isa. 1

Item habet naturam hyemis: quia tempestatibus, id est, tentationum procellis lacessitur.

Item habet naturam decrepitæ ætatis, id est, veteris hominis, scilicet Adæ defectum, & inobedientiam.

Item phlegma per os purgatur, quia ipsa peccati corruptio per oris confessionem expiatur. Corint. Expurgate vetus fermentū, & Rom. Ore confessio fit ad salutem.

1. Cor. 5

Ro. 10.

Item peccatum assimilatur hydropisi.

Primo, quia in omni hydropisi est ægritudo hepatis secundum Auicen: Non enim vt ipse dicit accidit hydropisis absque ægritudine hepatis propria vel communicata, licet quādoque ęgrotet hepar, & nō sequatur hydropisis. Et præcipua causa, & quasi coniuncta hydropisi est, debilitas digestionis hepaticæ, per quā puram ab impuro separatur. Et

ideo

Digitized by Google

Ideo non incongrue hepar ratione desiguat, in qua discretio est, bonū à malo separans, & discernens. Quod ergo in omni hydropisi communicat ægritudo hepatis, ostendit, quod in omni peccato accidit ignorātia aliqua, vel error rationis: vnde Philosophus.

Arist. in Ethi. Omnis malus ignorans, quod autem non omnem ægritudinem hepatis comitatur hydropisis, est quod non ad omnem rationis ignorantiam sequatur peccati malitia: Nam est aliqua ignorantia inuincibilis, in qua est nullū peccatū. Debilitas autē hepaticæ digestionis, quæ est causa coniuncta hydropisi, est defectus siue inconsideratio rationis circa particulare eligibile, quæ est proxima causa peccati: Licet enim ratio dictet omnem fornicationem esse malam, & cauendam, tamen quādo particulariter tentatur homo de hac fœmina, illud generale dictamen rationis non curat, neque attendit, vnde quod elegit, vt tunc fornicari est rationis debilitas, & defectus, nō considerantis malitiam huius actus.

Secundo, quia est in hydropisis corruptio complexionis, ex qua (vt Auicen. dicit) mutatur color corporis & faciei ad asbedinem, & citrinitatem. Vnde est signum cōmune hydropisis mutatio coloris. Sicut autē bona complexio corporis consistit in debita ordinatione, siue temperantia humorum, qui sunt in ipso corpore; Sic bona complexio animæ consistit in debito ordine, & moderamine passionū, quæ sunt in appetitu sensitiuo. Vnde sicut corruptio cōplexionis corporis est ex distēperantia humorum, sic corruptio complexionis spiritualis, est ex distemperantia, & inordinatione passionum, puta iræ, vel timoris, gaudij, vel similium. Quod ergo in hydropico est corruptio complexionis ex distemperantia humorum, ostendit, quod in peccato, siue peccatore, est corruptio sensitiui appetitus ex distemperantia passionum. Sed per faciei, siue corporis exteriorem calorē, accipe hominis cōuersationem, qui scilicet in hydropico mutatur: quia scilicet in homine peccante ex ipsa inordinatione interiori, etiam exterior cōuersatio & vita deformatur: vnde ipsa dehonestatio conuersationis exterioris, commune signum est ægritudinis interioris. Ecclesia. Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis, nunciant de illo. Eccl. 19

Auic.

Tertio, quia est in hydropicis corruptio digestionis. Vnde etiā est in eis, vt plurimum paucitas appetitus cibi propter vehementiam appetitus aquæ. Quandoq; etiam hi in hydropisi fortis appetitus (vt Auicen. dicit) Quia igitur per digestionē paratur cibus vt apponatur corpori, & prosit ei: cibus autem mentis est sermo Dei, accipere per cibi digestionē verbi Dei memoriam, & affectionē: Per hanc enim doctrina verbi paratur, vt impleatur opere, & in perfectum nutrimentū animæ cōuertatur. Quod ergo in hydropico corrūpitur digestio cibi, ostendit quod in peccante homine deficit affectio verbi Dei, quia scilicet non debito modo afficitur ad doctrinā spiritualem, & ad ea quibus anima pascitur: vnde tantus sit in eo appetitus aquæ, id est, amor transitoriæ substantiæ, quod debilitatur appetitus cibi, id est, deficit amor verbi, & spiritualis nutrimenti. Quandoque tamen accidit eis post peccatum cumpunctio, & vehemēs appetitus boni.

Quarto quoque est in hydropisi exūberantia humoris, qua. s. replētur membra vel loca vacua

Digitized by Google

nutrimenti. Et hæc exuberantia humorũ est in homine peccatore intẽperantia illiciti amoris: Fectur enim peccatoris dilectio, aut ad carnis delectabilia, quod pertinet ad membra, & talis est amor luxurioſi, aut ad gulæ cibaria, quod pertinet ad loca vacua nutrimenti, & talis est amor guloſi, aut ad tẽporalia, vt diuitias, aut honores quod pertinet ad humores qui fluidi sunt, & instabiles, sicut & hæc temporalia. Io
1.Ioa.2. Mundus transit, & concupiscentia eius, & talium rerũ amor est amor auari, & superbi.

Quinto inuenitur in hydropisi tumefactio corporis, quæ (secundum Auic.) quandoque incipit a femore, aliquando a pedibus, aliquando a dorso, aliquando a renibus Similiter in peccatore inuenitur tumor superbiæ, & inobedientiæ, quæ est iniũtium omnis peccati, & hoc aliquando est a femore, i ab amore filiorũ, quia
Exod.1. ex femore præcipuè egreditur generatio filiorum. Exod. Fuerunt omnes animæ quæ egressæ sunt de femore Iacob: &c. Multi.n. propter carnalẽ filiorũ amorẽ peccata multa faciũt, & Dei mãdata transgredi præsumunt Aliquando vero ex pedibus id est, ex affectibus temporalium, siue diuitiarum siue bonorum. Sũt enim velut animæ pedes quibus benè vel male curritur, ipsius animæ affectiones: Nam auari & ambitioſi his pedibus ire præsumunt contra
Prou.1 mandata Dei: Prouerbi. pedes illorum ad malum currunt. Aliquando est à dorso, id est, ab impatientia tolerandi aliquid onerosum, vel graue: Nam dorsa feruntur onerat: & hoc est in accidiosis qui contra Deum intumescunt, vel contra superiorem imponentem, vel mandantẽ aliquid
Iob.15 onerosũ Iob. Quid tumet cõtra Deum spiritus tuus? Quandoque vero est ex renibus, id est, ex appetitu voluptatum gulæ, vel luxuriæ: quia ex renibus materia fluit voluptatis, & delectationis carnalis. Psalmus. Corripuerunt Psa.140 me renes mei.

Sexto in hydropisi est deformatio coloris, propter corruptionẽ complexionis, & declinat color hydropici, vt supra tactum est, aliquando ad albedinem, aliquãdo vero ad citrinitatẽ, aliquãdo ad adustionem, & nigredinem, sicut in pleuritico, aliquando declinat ad viriditatem, vt cum procedit hydropisis ex apostemate calido splenetico. Similiter in peccatoribus ex malitia interiori deformatur color, i apparẽtia, & conuersatio exterior. In quibusdam quidem dealbatur per apparentem iustitiã, sicut in hypocritis quibus Christus dixit: Væ vo- Mat. 23
bis hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis. In quibusdam vero denigratur per publi- Thre.4
cam infamiam. Thre. Denigrata est super carbones facies eorũ. In quibusdam citrinatur iracundia, & seuitia: Nã sicut dicit Iohannicius, cũ humores frigidi calefiũt, Ioannicius.
mutatur color albus in citrinum, vel rubeũ: Sic hypocritæ qui primo videbantur frigidi, id est, mites, in altitudine potestatis positi efficiuntur iracũdi & seui. Et sic qui videbantur albi, & frigidi. i. puri, & mãsueti, calescẽtes iracũdia, apparẽt citrini, & ignei. Mac. 2.Ma.3
Facies & color immutatus, &c. Quidam vero etiã peccatores virescunt aliquando per populare gratiam, & famã. Nã color viridis est color maximè gratus oculis, sed tamẽ talium gratia fallax est, & vana, secundum illud. Prouer. Fallax gratia, &c. Pro.31

Septimo in hydropicis inuenitur sitis magnitudo: proprium enim est hydropicis (sicut Beda dicit) vt quanto amplius bibunt, Beda.
tanto

tanto amplius sitiant: quod est (secundum Auicennam) propter complexionem in hepate facientem sitim: aut propter opilationem, propter quam non attrahit ad hæpar aliquid quod sitim sedat: aut propter aliam aliquam causam sitim facientem, quæ ex potu non remouetur: nisi forte per accidens: sicut accidit in terra originis meæ, scilicet in castello Sancti Geminiani, quod est in partibus thusciæ xv. miliarijs distans à ciuitate Senarū. Ibi enim fuit quidam vir nobilis & pauper, qui factus est hydropicus, & toto fere corpore tumidus. Cumque siti insatiabili cruciaretur, nec potus ei petenti ab aliquo porrigeretur; cum iaceret prope locum vbi quoddam ædificabatur palatium, quadam die cum solus esset, vidit ibi tinam magnam aqua plenàm, in qua veteres lateres molliebabantur, vnde ex admixtione calcis lateribus adhærentis, aqua dealbata erat: ad quā quidam aquā ille accedens in magna quantitate bibit, & post potū in lecto se ponens, & paululum obdormiens, post somnum ex virtute illius aquæ, senex calcis aduſtione, tam magno fluxu ventris solutus est, vt hydropisis, euacuata sua materia & causa, penitus ab eo tolleretur, & etiā sitis cum ea. Est autem inordinata sitis hydropici, inordinatus appetitus peccādi, qui in omni quasi peccato insatiabilis inuenitur. Vnde Psalmus. Esurientes, & sitientes, anima eorum in ipsis defecit. Sed specialiter hæc sitis insatiabilis (vt dicit Beda) appropriatur auaris, quia non satiantur oculi eorum diuitijs.

Psa. 106

Eccl. 4.

Item peccatum assimilatur febri: quod patet primo de febris descriptione. Nam febris secundum Auicen. est calor extraneus accensus in corde, procedens ab eo mediantibus spiritu, & sanguine per arterias & venas in totum corpus, & inflammatur in eo inflammatione, quæ noceat operibus naturalibus. Similiter peccatum est calor extraneus homini, id est, non naturalis appetitus, qui est cōtra rationem. Vnde Augustinus dicit, quod peccatum non est naturale, sed vitiū naturæ apparentis id, quod nō est sui ordinis: & accenditur in corde, quia de corde exeūt cogitationes malę, &c. Vnde à corde procedit peccatum mediātibus spiritu, & sanguine, id est, cogitatione, & delectatione: per arterias, & venas, id est, per locutiones, & operationes, siue per verba, & opera: & impediuntur operationes naturales, id est, virtuosæ, & rationales, quæ propriè competunt homini secundum naturam suam quæ rationalis est. Vnde de homine peccante dicitur: Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipiētibus.

Aug. 12 de Tri.

Mat. 15

Psal. 48.

Secundo patet dicta similitudo ex febris distinctione. Nam (sicut ipse Auicen.) tradit, aliqua febris procedit ex membris radicalibus, vt ethica: aliqua ex humoribus, vt putrida: & quædam ex spiritualibus, vt ephimera. Ethica enim febris prima accēsione sua accenditur in membris radicalibus, puta in corde: Caliditas enim hepatis nō est ethica, sed aliquando perducit ad ipsam: & similiter pulmonis, & stomachi. Et est exemplum accensionis huius febris, sicut si aliquis calefaciat aquam per parietes balnei, aut per ollam coci, aut per follem ferrarij. Per hanc ergo febrem signantur peccata prælatorum, & clericorum, qui sunt quasi radicalia & originalia membra ecclesiæ, ex quibus bona & mala

Digitized by Google

proueniunt ceterorum. Est ergo triplex species ethicæ, designans triplex vitium clericorum. Prima est quæ consumit humiditatem nutrimẽtalem, iam sparsam & vnitam in membris, & proximam coagulationi, quæ vocatur ros, & est sicut oleũ in lucernã in fusum. Et hæc species febris est amor inordinatus carnalis, scilicet sui ipsius, vel consanguineorũ, & nepotum, qui communiter inuenitur in clericis, desiccans in eis amorem pietatis, quæ expandi deberet in membris, id est, in indigentibus, & pauperibus subditis: Nam ea quæ deberent dare pauperibus, sibi, aut auarè retinent, aut male consumunt, aut consanguineis largiuntur, vt magnificẽtur, & ditentur, Vnde Bernard. dicit: Timeant ministri ecclesiarum, qui in tertis sanctorum quas possident, tam iniqua gerunt, vt stipendijs quæ sufficere debeant, minimè contenti, superflua quibus egeni sustentandi essent, impiè sacrilegeque sibi retinent, & in vsus suæ superbiæ atq; luxuriæ victum pauperum consumere non verentur, duplici profecto iniquitate peccantes, qui & aliena diripiunt, & sacris in suis vanitatibus & turpitudinibus abutuntur. Bern. in Cant.

Sexto clericus, vt idem dicit, cui concessum est, vt ad necessitatem viuat de altari, non superbiat, non luxurietur, nec intendat, vt de clericatu ditior fiat, non sibi de bonis ecclesiæ ampla palatia fabricet, mutans quadrata rotundis: neque loculos inde congreget, neque in vanitate, & superfluitate dispergat, non extollat de facultatibus ecclesiæ cõ sanguineos, aut nepotes, ne filios dixerim.

Secunda species ethicæ, consumit humiditatem iam attractam ad locum nutritionis, & propinquam permutationi, siue conuersioni, quæ scilicet humiditas est sicut oleũ imbibitum in corpore licini, & vocatur cambium. Et hæc designat in clericis vitiũ carnale, quo destruitur in eis humor deuotionis spiritualis, quo nutriri deberent, & esse pleni. Vnde tales non sunt digni domino ministrare, præcipuè in sacramento eucharistiæ. Vnde Bernard. ait. In multis multiplicîter regnat fornicatio, qui puritatis auctori, impuro corde & corpore ministrãtes, non verentur stare ante angelum Dei qui secet medios & disperdat: sed omnino audent agni immaculati sacras contingere carnes, & intingere in sanguine Saluatoris manus nefarias, quibus paulo ante (proh. dolor) meretrices attrectauerant. Et sic altaria circuire, sic & Ecclesias frequentare, psalmos cantare: cum tamen eis huiusmodi laus execrabilis, & oratio fiat in peccatum. Tertia species ethicæ consumit humiditatem, cum qua continuantur partes membrorum similium partiũ à principio creationis, vnde vocatur gluten, & est sicut humiditas cui continuantur partes totum, de quo factum est bixumen, & per destructionem talis humiditatis partes membrorum veniunt ad separationem: & hæc febris designat in clericis peccatum symoniæ: Talis enim humiditas gratiam spiritualem designat, quæ est gluten quo partes membrorum similium partium, id est, fidelium mentes qui vnius fidei & charitatis participes sunt, ad inuicem connectuntur: sed hanc humiditatem gratiæ symoniaca prauitas consumit, dum ipsius gratiæ cælestis dona illicite vendit, vel emit. Alia autem febris est putrida, ex humorum putrefactione causata, & hæc febre Bern.

bre æstuant laici, in quibus sunt humores putridi, id est, affectus corrupti, quorum quidam laborant continua, scilicet auaritia: cuius, scilicet appetitus, est continuum lucrū: vellet enim auarus lucrum suum nunquā terminari. Vnde secundus Philosophus Adriano quærenti. Quid est, quod nūquam finit hominem esse lassum? Respondit, quod lucrum: præcipuè autem vsura die ac nocte continue multiplicat lucrum. Quidam vero laborant quotidiana, id est, gula, in qua quotidie peccatur: vnde signatur per Pharaonem qui omni die exigebat certā mensurā laterū, vt habetur Exod. 5 in Exod. Quidam vero laborant tertiana, id est, iracundia, quæ ad modum febris cor accendit, & inflammat: Est enim ira inflammatio sanguinis circa cor, secundum Dama. Dam. tres gradus iræ quos Dominus assignauit, cum dicit: Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit Matt. 5. iudicio: qui autem dixerit, Racha, reus erit consilio: qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ. Vbi attendendum, quod licut creuit gradus culpæ, sic & creuit ordo sententiæ, vnde recte ira sine voce, consilio; ira cum voce contumeliæ, gehennæ igni mancipatur (secundum Aug.) in primo enim ira tantū, in secūdo ira & vox, in tertio ira & vox cum expressione irrisionis: dicit enim Greg. quod iudicium est etiam discussio, consilium sententię diffinitio, gehennæ ignis sententia excommunicationis. Quidam vero laborant febre quartana, id est, accidia, quæ scilicet est febris tardior cæteris: habet enim tempus suum, scilicet diem determinatū, Io. Cas. de inst. mona. 10. libr. & horam suæ accessionis, Vnde Ioan. Cassia dicit. Accidia circa horam sextā maximè monachū inquietat, vt quædam febris, ingruens tempore præstituto, ardētissimos æstus accensionū suarū solitis ac statutis horis animæ inferens ægrotanti: Istæ ergo sunt febres, quibus socrus Petri, id est, Iudæorū Synagoga, vel peccatrix anima laborat, siue secularis matrimonio iunctus. Luc Socrus au- Luc. 4. tem Petri tenebatur magnis febribus.

Tertia febris ex spirituum calefactione prouenies, dicitur ephimera, ab ephimero pisce qui modico tempore viuit, vt supra. iiij libro. Et similiter huiusmodi febris modico tempore durat. Hæc ergo febris designat peccata religiosorum, quia febris ephimera habet causam aliquando ex parte animæ, scilicet ex passionibus, vt ira, gaudio, vel huiusmodi: aliquando vero ex corpore, scilicet ex nimio labore, vel vigilia, & huiusmodi: quandoque vero ab exteriori aëre, scilicet distemperato nimio frigore, vel calore Solis, & huiusmodi. Similiter vitia religiosorum sunt vel ex passione interioris tentationis, vel ex inordinatione indiscreti feruoris, qui frequenter facit eos assumere supra posse in vigilijs, abstinentijs, & alijs laboribus, ex quibus nonnunquā incurrunt, vel accidiam, vel desperationem, vel amentiam, & huiusmodi. Vel ex parte exteriori, scilicet ex assiduitate, & familiaritate secularis cōuersationis: quia incautè, & assidue cum secularibus cōuersando, & eorum se negotijs implicando, multa vitia incurrunt.

Item peccatum assimilatur paralysi quoad quatuor: primo quantum ad subiectum, quia paralysis secundum Auic. quandoque est in toto corpore præter caput, quandoque est in vno latere tantum.

Itē peccatū assimilatur paralysi

Digitized by Google

quo ad quatuor: primo quantum ad subiectum, quia paralysis secundū Aui. quandoque est in toto corpore præter caput, quandoque est in vno latere tantū, quādoque in vno membro tātum: sic inter peccatores illi sunt quasi ex toto paralytici, qui totū tempus vitæ suæ malè expendunt, excepto capite, i. tempore innocentiæ, scilicet ætate pueritiæ post baptismum: Quidam enim statim cum attingunt ad annos discretionis, incipiunt facere mala, & semper continuant in peius vsque ad mortem, & tales sunt potius dicendi dæmones quàm homines: Hiero. quia (secundum Hiero.) humanum est peccare, sed diabolicum est perseuerare. Sed quasi in vno latere paralytici sunt, qui licèt aliquam partem vitæ expendant in peccatis, tamen postea cōuertuntur, & bene viuunt in residuo tempore, vt Magdalena. Sunt autem duo tempora vitæ quasi duo latera in corde: Nam vt dextrum, est tempus iuuentutis; vt sinistrū verò, tempus senectutis. In quibusdam ergo paralyticatur dextrum, scilicet in his qui malè viuunt in iuuentute: sed sinistrum in his, qui malè viuunt in senectute. Sed quāuis in corpore periculosius sit perdere dextrū quā sinistrum: in tempore tamen est e contrario, quia peius est malè viuere in senectute, quā in iuuentute: Nam tanto culpa senis damnabilior est, quanto fit morti propinquior, vnde Hugo de sancto victore dicit: Hug. 2. libr. de cla. animæ. Inter abusiones seculi huius, sola maior est senis obstinatio, qui morti proximus, mortis non abhorret aduentum, qui quasi ad hostium huius mundi positus, foris spectat, non tamē vitę præsentis attendit egressum, nec futuram considerat: audit nuncios mortis, & credere nō vult eis. Tres enim sunt nuncij mortis, casus, infirmitas, & senectus. Casus nunciat mortem latentem, infirmitas apparentem, senectus præsentem: ex incertitudine mortis, timor; ex infirmitatis grauitate dolor; ex certitudine senectutis non obstinatio, sed afflictio, & humilitas sequi debet. In vno vero membro tātum paralytici sunt, qui licet aliquādo peccēt, tamen cito redeunt, sicut fecit Petrus.

Secundo assimilatur peccatum paralysi propter effectū, quia paralysis aliquando tollit sensum, faciens scilicet membrum stupidum, & sensibile: aliquando verò tantum tollit motum, aliquādo vero vtrunque. Similiter peccatum, aliquādo tollit sensum, i. vsum rationis, sicut in luxuriosis in quibus quasi ratio absorbetur à voluptate carnis Dan. dicitur Dan. 14. de senibus luxuriosis: Auerterūt sensum suum vt non recordarentur iudiciorum iustorū. Aliquando verò tollit motum, scilicet boni operis, vt in accidiosis. Exod. Exo. 15. Fiant immobiles quasi lapis. Aliquando vero tollit vtrumque, sicut in hæreticis, qui neque rectè sentiunt, neque operantur.

Tertio assimilatur peccatum paralysi quo ad pulsum: Nā pulsus paralytici (secundum Aui.) est tardus, rarus, & debilis: Pulsus autem cum procedat à corde, & deriuetur ad manum siue ad brachium, designat bonum propositum cordis, quando opere impletur. Hoc similiter in peccatoribus accidit tardè, aut raro, aut debiliter fit, quod præcipuè apparet in vsurarijs, Quia licet aliquando compungantur, & restituere proponant, tamē raro perueniūt ad hoc, vt bene restituant: quia aut tardè restituunt, differēdo vsque ad mortem: aut si restituunt citius, debiliter tamen, quia cum tristi corde, & nō vera intētione, cum

Digitized by Google

cum remissionis astuta procuratione.

Quarto assimilatur peccatum paralysi quoad signationē, quia legitur in Euāgelio dominus tres paralyticos curasse, vnum qui iacebat in multitudine languentium. Alium qui iacuit in grabato. Alium qui fuit seruus Centurionis, qui iacebat in domo. Per primum autem signantur male retinentes, per secūdum male expendētes, per teritū male acquirentes, vt sunt vsurarij qui etiam iacendo in domo male acquirūt.

Ioan. 5. Matt. 9. Matt. 7.

Item peccatum assimilatur epilentiæ propter tria: primo, quia in epilentia (secundum Auic.) est sensus & motus priuatio, quę tamen priuatio sensus & motus, fit non totaliter, sed in parte. Et est ratio, quia materia quæ est causa epilentiæ, in interiori ventriculo cerebri facit oppilationem non completam, & ideo impedit trāsitum virtutum sensus, & motus in membris integre fieri, non tamen totaliter intersecādo. Similiter peccatum tollit quidem peccatori sensum, id est, discretionē boni & mali, scilicet prudētiam, sed nō totaliter, quia licet tollat ei prudentiam & sapientiam spiritualem, secundum illud. Gens sine consilio est, & sine prudētia, non tamen tollit prudentiam secularem, vel astutiam naturalem, siue experimentalem, immo in huiusmodi sensu magis vigent peccatores quam iusti, secūdum illud. Filij huius seculi prudētiores filijs lucis sunt in generatione sua. Vnde facit diabolus peccatoribus, quod voluit facere Naas Amonites viris Iabes Galaad, quia petiuit eruere oculos eorū dextros, nō curans relinquere sinistros: quasi enim dexter oculus est prudētia spiritualis, sed quasi sinister, est prudentia siue astutia secularis: Apostolus Cæcitas ex parte contingit in Israel: Similiter tollit peccatum motum boni operis, sed nō totaliter: quia licet quoad meritum, non tamen quoad exercitium. Quia etiam multi peccatores faciūt plurima opera de genere bonorum, sicut eleemosynas & huiusmodi, quæ licet in peccato facta non valent quoad vitam æternam: tamē valent ad euadendum flagella temporalia, & disponunt etiam ad pœnitentiam, & ad plura alia.

Deu. 32 Luc. 16. Ro. 11.

Secundo est in epilentia corporis prostratio: Nam epilentiā pręcedit spasmus, propter nocumentum oppilationis iam dictæ. Vnde non est possibile (vt dicit Auicen.) quod epilentiam patienti, remaneat erectio corporis. Similiter peccatum prosternit hominem à rectitudine iustitię & vnū peccatum facit ipsum cadere in aliud, ita vt sit impossibile ipsum cum peccato diu stare quin cadat. Vnde Grego. dicit: quod peccatū, quod per pœnitentiam nō diluitur, mox suo pōdere ad aliud trahit.

Gre. in hom.

Tertio epilentia est tremor, & exagitatio, licet fortior, & minus fortis, secundum quātitatem humoris. Similiter peccatum reddit hominem tremulentum, & timidum. Prouerb. Pauor his qui operantur malum. Est enim timida nequitia, sicut dicitur. Sap. Seneca. Nihil timidum facit animum, nisi reprehensibilis vitæ conscientia.

Pro. 10. Sap. 17

Item peccatum exagitat hominem, quia reddit eum instabilē, & inquietum. Thren. Peccatum peccauit hierusalem, propterea instabilis facta est.

Thre. 1.

Item peccatum assimilatur lethargiæ propter tria: Primo, quia morbus lethargiæ inducit febricitationem: est enim lethargia (sicut dicit Auic.) apostema phlegmaticum factum intra craneum capitis

Auic.

capitis. Et quod sit ex humore phlegmatico patet, quia generatur ex potu, eo quod potus generat humorem phlegmaticum, in quo sunt euaporatio, & putrefactio. Vnde vt plurimum generatur ex commestione caparum, & repletione nimia stomachi, & à multitudine potus, & à multitudine commestionis fructuum. Sic ergo lethargia est apostema ex humore phlegmatico putrefacto, & (sicut Auicen dicit) in apostemate facto ex humore putrefacto communiter fit febris leuata: & ita patet, quod in lethargia fit febricitio. Sed quid est istud apostema in craneo, nisi peccatum in anima? Hoc comitatur febris, quę est innaturalis & intemperatus calor, quia communiter sequitur peccatum aliquis intemperatus & irrationabilis amor: Nam peccator à creatore auertitur, inordinato amore ad creaturam conuertitur, sicut auarus ad pecuniã, superbus ad excellentiam, luxuriosus ad delectationem voluptuosam, ad quæ peccator quanto ardentius inhiat, tanto periculosius & fortius febricitat.

Secundo lethargia causat dormitationem, præcipuè (vt dicit Auice.) cum lethargia est in substantia cerebri, fit lubeth fortior, & difficilius motuum est maior: dicitur autẽ lubeth, somnus superfluus & grauis, vnde talis vix potest ad horam excitari. Sic peccatum aliquãdo ita infigitur cerebro, id est, animo, vt faciat peccatorem dormire, id est, in statu peccati immobilem permanere: & si aliquãdo molestatus, id est, aliqua aduersitate angustiatus, vel arctatus ad horam excitetur, scilicet vt malum statum suũ videat, & consideret, tamen statim ad solitum somnũ, id est, immobilitatem suam & negligentiam redit, surgere contemnens. Vnde contra eum clamat Salomon, dicens: Vsquequo piger dormis. Prou. 6.

Tertio lethargia causat obliuionem. Est enim obliuio corruptio memoriæ, quæ vt plurimum accidit ex frigiditate, quando quo enim fit ex apostematibus cerebri, & propriæ frigiditatis, vnde cum lethargia sit apostema cerebri phlegmaticũ, & per cõsequens frigidum, ideo memoriam corrumpit, & obliuione inducit. Sed quid est frigidum apostema nisi peccati malitia, quæ calorẽ charitatis extinguens animã frigefacit, & Dei obliuionem inducit. Talem lethargiam patiebatur ille, cui scriptura dicit: Deum inquit, qui te genuit dereliquisti, & obliuius es Domini creatoris tui. Deu. 32.

Peccatorum, qui & diaboli seruiunt turpitudini, & quo malo, ac pœne, nec non seruo pessimo assimilentur, & nonnullis huiusmodi comparari declarantur, quorum exemplis, quamplurima etiam peccatorũ delicta describuntur.

Cap. LII.

PEccator assimilatur seruo malo.

Primo, quia malus seruus solet esse ebriosus, & tũc bona domini negligit, vel furtim subtrahit. Proverb. Operatius ebriosus non locupletabitur, hoc est, peccator qui vino, id est, delectatione carnis, vel seculi inebriatus est, negligit spiritualia quæ ad honorẽ Domini sunt, vel si nõ negligit, furatur, & sic vsurpat, nõ inde Dei, sed suam propriã gloriã quærendo, e contra boni serui dicũt: Nõ nobis Domine, nõ nobis, sed nomini tuo da gloriam. Pro. 19 Psal. 113

Secundo, quia seruus malus est ociosus, & tempus quo laborare debet, inutiliter expendit, & perdit: vnde paterfamilias dixit seruis: Quid hic tota die statis ociosi? & Eccle. Mitte seruum in operationem, ne vacet: Sic enim decet Luc. 20. Eccl. 33

Digitized by Google

cet illum. Peccatores autē ociosi sunt, qui totum tempus quo in peccato viuunt, quātum ad meritum perdunt, & inutiliter expendunt.

Tertio, quia malus seruus de bonis domini sui est prodigus, & vniuersa consumit. Matt. Dissipatus est villicus, quod dissipasset bona domini sui. Mat. 19. Tūc autem peccator de bonis Dei est prodigus, quādo eis non vtitur ad honorem Dei, & salutē animæ suæ, sed tantum ad gloriā mundi, vel commodum corporis sui.

Quarto, quia malus seruus est piger & somnolentus, negotia Domini negligit. Eccle. Cū seruo pigro tracta de opere. & Luc. de seruo qui abscondit talentū domini sui. Peccator autem somno peccāti detentus, bona quæ facere posset omnino negligit. Ecc. 38 Luc. 18. Auarus etiam bona temporalia non alijs tribuit, sed sibi soli abscondit. Multi etiam ex pusillanimitate talenta, id est, gratias sibi traditas seu creditas, id est, concessas abscondunt, quia nō vtuntur eis ad proximorum vtilitatē.

Quinto, quia seruus malus, proteruus, & cernicosus, supra Dominum se extollit. Eccl. Vidi seruos in equis. Et Prouerb. Per seruum cum regnare cœperit. Sic peccator super Dominum superbit, quando humilitatem Domini videt, & ipse contēnit eam: Videt enim Dominum suum afflictum, & ipse vult esse in delitijs, videt Dominum pauperem & denudatum, & ipse vult fulciri delitijs ac diuitijs, videt Dominum abiectum, & cōtemptum, & ipse vult honorari. Eccl. 10 Pro. 19.

Item seruus contra dominum se extollit, quando caro cōtra spiritum præualet. Ioan. Non est seruus maior domino suo. Ioa. 15.

Sexto, quia malus seruus cupidus existēs, bona domini in proprium vsum vertit. Exemplū de seruo Elisei, & hoc pertinet ad simoniacos, qui bona domini, id est, dona Spiritus sancti, pro sua vtilitate temporali emunt, & vēdunt. 4. Reg. 5

Septimo, quia præsumptuosus imperia domini paruipendit. 2. Reg. Seruus meus cōtempsit me. & Iob. Seruum meum vocaui, & non respōdit mihi. Sic est peccator cum Dei mandata contemnit, vel cum à Deo vocatus redire per pœnitentiam spernit. Pro. Vocaui, & renuistis. 2. Re. 19 Iob. 19 Prou. 1

Octauo, cum sit malus, & durus, gratiam sibi fieri appetit. Matth. Serue nequam, omne debitū dimisi tibi quoniā rogasti me. Sic est peccator, qui male agēdo gratiam à Deo, vel finalem pœnitētiam expectat. Mat. 18

Nono, quia obliuiosus est, & quod redditurus sit de omnibus rationem ad memoriam non reducit: quod etiam peccator facit respectu Dei. Luc. Si dixerit seruus Moram facit dñs meus, &c. Luc. 12

Decimo, quia itacundus, & seditiosus totam familiam turbat, & lædit. Luc. Si cœperit seruus percutere seruos, & ancillas, &c. Talis est qui lædit sanctos, & religiosos viros, vel pauperes, qui sunt de familia Christi. Luc. 12

Vndecimo, quia maledicus, & linguosus etiam Domino detrahit, vel ei maledicit. 2. Reg. de Siba qui accusauit dominum regi. Eccl. Cunctis sermonibus qui dicuntur, ne accommodes aurem tuā, ne fortè audias seruū tuum maledicentem tibi. Talis est maledicus, & blasphemus, præcipuè qui contra dominum linguam suam relaxat. 2. Re. 16 Eccl. 9

Duodecimo, quia deliciosè nutritus contra dominum recalcitrat, & resistit. Prouerb. Qui delicatè nutrit seruū suum, postea inueniet eum contumacem. Et Prou. 29

ideo

Digitized by Google

Ideo non decent seruum delitiæ. Sic caro rebellat spiritui cū delicate nutritur, vel hoc pertinet ad ingratos, qui multis bonis à Deo recepti, recalcitrant contra
Deu. 43 eum, secundum illud: Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit.

Decimotertio, quia cū sit fraudulētus, domino suo insidias po-
4. Re. 11 nit. 4. Reg. Tetenderunt ei insidias seruus: reputat autē dominus sibi insidiari, cū quis insidiatur pauperi, vel hoc ad hypocritas pertinet, qui opera domini faciunt fraudulenter.

Decimoquarto, seruus domino existens iniuriosus ab eo fugit.
3. Reg. 2 3. Reg. Factum est, vt fugerent
1. Re. 16 serui Semei, & 1. Reg. Hodie increuerunt serui qui fugiunt dominos suos. Talis est etiam peccator, qui cum Deum peccando offenderit, pœnitentiæ remediū refugit, & ad Deum redire contemnit.

Decimoquinto, cū sit flagitiosus punitur, nec sic se compescit. Talis est peccator, qui propter
Eccl. 23 aduersitates se nō emēdat. Eccl. Seruus interrogatus assidue, scilicet cum tormentis, à liuore, i. à liuoris crimine nō minuitur, sed magis ad odium prouocatur.

Decimosexto, est ingratus, & gratiā sibi factā nō recognoscit.
Ecc. 23 Talis est qui post pœnitentiā, & veniam recidiuat. Eccl. Laxa manus seruo, & quærit libertatem.

Decimoseptimo, criminosus existens, nō nisi verberibus emen-
Ecc. 12. datur. Eccle. Seruo pessimo latus sanguinate, glosa, seruus qui verbis nō corrigitur vulneribus corrigatur. Talis est peccator, qui se non emendat nisi fortiter & inti me tangatur.

Decimo octauo, quia est astutus, cùm vocatur dormire se fin-
Prou. 39 git. Pro. Seruus non potest erudiri, quia quod dicis intelligit, & respondere contemnit. Talis est, qui verbum Dei audit, & intelligit, sed opere implere negligit.
Luc. Seruus sciens voluntatem Luc. 12
domini sui, & non faciens, plagis vapulabit multis.

Item nota, quod seruus peccati dicitur esse homo tripliciter, secundum quod est triplex genus seruorum: Nam quidam sunt vernaculi, siue originarij, qui sine seruitute sunt nati. Et tales multis pœnis legalibus subijciuntur, quia sua nō possunt vēdere, neq; alienare, nec contrahere, nec dignitatis officium sumere, neque testimonium ferre, nisi de domini voluntate. Hoc modo nascimur omnes serui originalis peccati. Ex qua seruitute multæ pœnæ seu damna, secundum diuinæ legis iustitiam, homini proueniūt, nisi ab ea per baptismum liberetur. Alij vero sunt empticij, qui ab hominibus capti, vel empti, iugo sunt seruitutis astricti. Sic efficitur homo seruus per peccatum actuale, siue quia captus sit, & illaqueatus ab hostibus, per tentationis consensum, siue ex nimia malitia sua venūdatus, sicut Achab. 3. Re. 21
Tertij serui sunt conductitij, qui non ex necessitate, sed ex voluntate seruiunt sub spe lucri. Et hi à famulando propriè dicti sunt famuli. Quoque spirituales seruos facit homines auaritia. Vnde & Col. 3.
Apostolus dicit, quod auaritia est idolorum seruitus. Exponens hoc Inn. de Innocen. dicit, q; sicut idololatra cō. vti. seruit simulacro, sic auarus seruit humo. thesauro: Nam ille cultū idololatriæ diligenter ampliat, & iste cumulum pecuniæ libenter augmentat. Ille cum omni diligentia colit simulacrum, & iste cum omni cura curat, seu custodit, thesaurum, ille spem ponit in idolatria, & isti spem constituunt in pecunia, ille timet mutilare simulacrum, & iste timet minuere the-

Digitized by Google

Sen. in proue. re thesaurum: vnde dicit Sen. Pecuniæ oportet imperare, non seruire, si vti scias, ancilla est, si nescias, est domina.

Item peccatores assimilantur pueris.

Primo, quia ad modum puerorum sola præsentia curant, & futura non cogitant.

Item, quia vanitatem amant, & lucrio, scilicet spiritualibus, intendere recusant.

Item, quæ sunt minima & vilia, magna æstimãt, scilicet terrestria: & quæ sunt maxima nihil reputant, scilicet cælestia.

Item, sibi noxia sæpe optãt, scilicet temporalia cõmoda, vel peccata: & contra vtilia clamant, i. contra correptiones, & flagella.

Item plus de pomo amisso, i. de vili re transitoria, quàm de patrimonio perdito, scilicet hæreditatis cælestis, plorant.

Item beneficium sibi factũ, scilicet à Deo, vel ecclesia, ad mẽtem non reuocant, recognoscẽdo, vel gratias agendo.

Item omnia, quæ vident affectant, & manu, scilicet operis, vel laboris, & voce locutionis ea postulant, & procurant.

Item puerorum solum, id est, sibi humilia consilia amant, & cõfortia sapientium secundũ Deũ deuitant.

Item nullũ secretum occultant, sed omnia recitant, & hi sunt detractores, & proditores.

Itẽ sæpe garriunt, & cachinant, & clamant, ita vt vix dormientes sileant, hoc faciunt dissoluti, querulosi, & linguosi.

Item loti à sordibus mox iterũ se inquinant, & dum lauãtur, pro posse repugnant. Hoc faciunt recidiuantes, pœnitentiã recusantes, vel correptioni reuistentes.

Item, sola quę ventris sunt, cogitant, & proprij ventris mensurã ignorant, & in manducãdo nullũ ordinem seruant, sed mox vt à lecto se eleuant, cibum postulant: quæ omnia faciunt gulosi.

Item pudibunda detegere, vel monstrare non curant, quod pertinet ad luxuriosos.

Itẽ sola iocosa appreciantur, & amant, id est, solatia, & delectabilia mundi. Item sæpe ex infectis parentibus generati, etiã ipsi infecti generantur, & perdurant: sic frequenter imitantur filij scelera patrum, & perseuerãt in eis.

Itẽ omnia laboriosa repudiant, sic pecatores recusant ferre labores pœnitentiæ.

Item peccatores assimilantur quibusdam monstruosis hominibus, qui dicuntur esse in quibusdam regionibus. Nam (sicut dicit Aug.) prout gentium narrant historiæ, perhibentur quidã homines vnum oculum tantum habere in fronte media, & isti vocantur Cyclopes, quibus assimilantur auari, qui habent respectũ solum ad temporalia: Nam temporalia sunt media inter æterna bona, & æterna mala, & ideo participant ex vtroque, quia quibusdam sunt vtilia, quibusdã noxia: propter quod Philosophus dicit, quod habent errorem hæc bona, scilicet temporalia, quia multis contingunt detrimenta ex illis: Alij enim sunt, qui habent plantas versas post crura, & octenos digitos in plantis, & hi in desertis Lybiæ commorantur: quibus assimilantur retrogradientes in via Dei, qui tripliciter deteriores sunt quàm alij peccatores, sicut habens octo digitos in tribus digitis excedit alios, qui habent tantum quinque. Primo, quia ante non processerunt Secundo, quia retro redierunt. Tertio, quia contra propriam notitiam fecerunt. Petr. Melius fuerat illis viã veritatis non agnoscere, quã post agnitam retrorsum conuerti. Aug. 16 de ciu. Dei. Arist. in Eth.

Alij

Alij dicuntur esse, qui ora nō habent, sed tantū per nares alimentum sumunt, quibus assimilantur alienorum factorum bonorū, vel malorum factorū curiosi perscrutatores, qui bonorum factorum odorem percipiunt, sed ipsa opera imitando non gustant. Alij vero esse perhibentur, qui iacentes in terra resupini vmbra se pedum contegunt, & sunt tantæ celeritatis, quòd in cursu canibus comparantur: quibus illi assimilantur quibus sensualitas, quæ significatur per pedes siue plantas, rationi prædominatur, quæ significatur per caput, ideo enim sensualitas significatur per pedes, quia ad modum pedum inhæret terræ, id est, corpori, & sunt quasi duo pedes, duplex eius appetitus, scilicet concupiscibilis, & irascibilis. Ille ergo plantam capiti superponit qui sensualitatē præfert rationi. Et talis licet sit ad ea quæ sunt carnis, vel mundi velocissimus, tamen ad spiritualia est tardissimus. Alij autem dicuntur esse sine ceruice habentes oculos in humeris: quibus assimilantur illi, qui attendunt solū ad grauia, & onerosa, quæ sibi fiunt. Vnde habent oculum, id est, respectum in humeris, id est, in grauaminibus impositis: humeris enim feruntur onera. Vnde tales non recordantur beneficiorum, sed iniuriarum. Alij vero sunt cynocephali canina capita habentes, quos ipse latratus magis esse bestiales, quàm homines cōfitetur. Et isti sunt iracundi, & garrientes, qui tota die latrant, & garriunt: eorum latratus, id est, garritus, sunt ratione carentes, & ideo canini & bestiales sunt. Alij verò habent planam faciem, & labium oris inferius ita prominens, vt in Solis ardoribus totam ex eo faciem cooperiāt dormientes: hos sine linguis esse dicunt, solis nutibus pro verbis vtentes. Istis assimilātur homines incauti, & imprudentes, qui in facie, id est, in exteriori conuersatione carent naribus, id est, discretione non vtuntur. Excessus autē labij inferioris, significat loquacitatem nimiam indiscretā de inferioribus, & terrenis, sed castitia linguæ refertur ad indiscretā taciturnitatem, & is repræsentat illos qui nec discretè loqui, nec discretè tacere sciunt: quod autem loquuntur nutibus, non est, quia sint de ordine cisterciensium, sed refertur hoc ad inquietos, & indiscretos corporis, vel membrorū motus, sicut dicitur de apostata homine, quod annuit oculo, terit pede, digitis loquitur, &c. Quidā verò sunt modo simili, ita magnas habentes aures, vt eis contegant totum corpus. Et his assimilantur, qui solicitè, & multum audiunt, sed de auditis nihil faciūt. Iaco. Qui auditor est verbi, & nō factor, &c. Alij vero sunt in Aethiopia, proni ambulantes vt pecora, non se valentes sursum erigere: quibus assimilantur cupidi, qui solum terrenis intendunt, de cælestibus verò non curantes, cōtra quos dicit Apost: Quæ sursum sunt sapite, non quæ superbi terreni. Iac. 1. Col. 3.

Item peccatores assimilantur visceribus. Primo propter multiplicitatem vitiorum. Nam sicut in corporibus siue vētribus sunt multa viscera, ita in peccatoribus sunt multa vitia: In ventre enim superius, primo est quoddam intestinum subtile, quod vocatur duodenum, quia in sua longitudine secundū mensuram cuiuslibet hominis est 12. digitorum, & hoc super dorsum erigitur, & ad nullam partem aliam retorquetur. Hoc intestinum est superborum, qui super dorsum, id est, super homines humiles, & patien-

tes

tes se erigunt, & se per humilitatem, vel pietatem non retorquent, nec flectunt: Hoc enim habet. 12. digitos, ideſt, duodecim gradus. Duodecim enim gradus
Bern. superbiæ beatus Bernardus ponit, qui sunt curiositas, mentis leuitas, inepta lætitia, iactantia, singularitas, arrogantia, præsumptio, peccatorum defensio, simulata confessio, rebellio, libertas, peccandi consuetudo: quorū primi sex sumuntur secundum iniuriam proximi, qui debet esse patr: quatuor alij sumuntur secundum iniuriā hominis superioris: Duo vero vltimi proprie secundum iniuriam Dei, quæ scilicet immediate fit ei. Et vocantur gradus, quia fit progressus a minori malo ad maius: Nam mala est iniuria respectu patris, peior respectu superioris, sed pessima respectu Dei.

Secundum intestinum vocatur ieiunium, quia semper a cibis est vacuum, dicit autem quidam sapiens, quod ideo sic est vacuum, quia a se reijciens omne acceptum, nullū apud se retinet nutrimentum: Et hoc pertinet ad prodigos, qui quātumcunque lucrētur, vel recipiant; tamen semper sunt vacui, id est, indigentes, quia omnia emittūt inutiliter, & nihil reseruant, & ideo semper egent:
Luc. 15 vt patet per exemplum in filio prodigo.

Tertium appellatur secundo simillimum, nunquam tamen sine cibi corpulentia est inuentū. Hoc pertinet ad gulosos, qui nūquam sunt sine solicitudine cibi, & cura corporis sui. Inferius autem sunt tria alia grossa, quorum primum vocatur orbum, id est, viduatum altero orificio: Cum enim cætera viscera duo habeant orificia, hoc habet vnū solū, vnde se habet ad modum sacci, quia multa recipit, & pauca eijcit, hoc pertinet ad illiberales, & auaros quorum bursa habet solū vnum fosamen, scilicet ad recipiēdum: multa enim recipiunt lucrando, sed pauca vel nulla eijciunt expendendo. Aliud vero, quod est sub orbo dicitur ilium, eo quod in eo iliaca passio fieri cōsueuit; hoc pertinet ad inuidos, qui aliorum fœlicitate torquentur: Nam passio iliaca valde torquet, quia est dolorosa. Vltimum autē intestinum, & infimum, dicitur colō, quod immediatè cum orificio totius corporis est coniunctum, hoc pertinet ad vitium luxuriæ, quæ circa infimam corporis partem viget, & exercetur, quæ eidem orificio est vicina. Vnde hoc vitium vilius & turpius reputatur ceteris.

Itē peccator assimilatur leprosis. Primo ratione distinctionis: distinguuntur enim septē genera peccatorum penes septē species leprę, vel penes septem modos leprosorum, qui in sacra scriptura leguntur: Nam significatur in carnis tumore superbia, & hæc est lepra Oziæ. Postquam eleuatum est cor eius, exorta est lepra 2. Par. 26.
in frōte eius. In exustione signatur iracundia, & hæc est lepra. Simonis. Cū esset Iesus in domo Mat. 25
Simonis leprosi. In siti auaritia, & hęc est lepra Iezy. In ponderositate accidia, & hæc est lepra 4. Re. 5
Moysi, qui cum misisset manū in Exod. 4.
sinum, protulit leprosam. In pinguedine gula, & hæc est lepra vi- 4. Re. 7
rorum quatuor in introitu portæ. Nu. 12
In putredine inuidia, & hæc est Pro 14.
lepra Mariæ. Prou. putredo ossiū 1. Re 3.
inuidia. In fœtore anhelitus luxuria, & hęc est lepra domus Iacob. Secūdo, ratione mundationis: Nā isti leprosi mundātur quinq; modis. Primo ablutione, per quam significatur contritio. Regum, dictum est Naaman, Lauare septies 4. Re. 5.
in Iordane. Iac. 17.

Digitized by Google

Item ostensione, per quam significatur confessio. Ostendite vos sacerdoti, qui dum irent mundati sunt.

Item separatione, per quã significatur excõmunicatio, Num. 12. legitur de Maria, quæ fuit extra castra septem diebus. Nu. 12.

Item inclusione, per quam religio significatur, vt manus Moysi mundata est inclusione. Exod. 4 Itẽ tactu, per quem tribulationũ pestio, Matth. Tetigit eum dicẽs: Volo mundare, & confestim mũdata est lepra eius. Exod. 4 Matt. 7.

Item peccatores assimilantur apopleticis, id est, his qui apoplexiam patiuntur. Primo (quia secundum Auicennam) in apoplexia fit membrorũ ociositas. Vnde dicit, quod apoplexia est ociositas membrorũ à sensu, & motu, propter oppilationem contingẽtem in vẽtriculis cerebri, & meatibus spiritus sensibilis, & motiui. Hæc ociositas membrorum inuenitur in accidiosis, & in pigris, quia Pro. 19. nihil boni volunt operari. Prouerb. Absondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam. Et quidam quidem sunt pigri & ociosi circa speculabilia, puta circa studium scientiæ, vnde tales priuãtur sensu, id est, adeptione scientiæ. Quidam vero circa operabilia, & tales carent motu, id est, profectu virtutis, vel meritorij operis.

Secundo, quia in apoplexia est anhelitus difficultas: Nam sic euacuantur instrumenta motus, & anhelitus, aut debilitantur, vt non fiat facilis anhelitus, immo illic est spuma, & est habens vicissitudinẽ sicut strangulatio, aut sicut vox strangulati; quandoque tamẽ non apparet anhelitus, neque vox, neque spiritus, & hoc est peius. Et hæc difficultas anhelitus, id est, respirationis, est in gulosis, & luxuriosis, qui quærunt delectationes carnis, quia tales spirituales inspirationes difficulter recipiunt, vnde Apostolus dicit: quod animalis, id est, carnalis nõ percipit ea quæ sunt spiritus Dei. 1. Cor. 2

Tertio, est in apoplexia morbi insanabilitas: Nã sicut dicit Hippoc quando apoplexia est fortis, habens eam non sanatur; si vero debilis, eius sanatio non est facilis. Hæc insanabilitas inuenitur in auaris, vnde Philosophus dicit: quod illiberalitas, quæ pertinet ad auaritiam, est insanabilis. Hiere. Insanabilis facta est plaga tua. Sen. Dum cætera vitia senescunt in homine, sola auaritia iuuenescit. Hippo. Arist. in Eth. Hier. 30 Sen.

Quarto, in apoplexia est mortis deformitas: quia aliquando accidit, vt habens apoplexiam sit exitatus, & non sit differentia inter ipsum & mortuum, ita vt nõ apparet in ipso aliquis anhelitus, deinde reuiuiscit, & sanatur. Et in talibus anhelitus quidem nõ apparet, sed ipsorum pulsus non integrè cadit: propter hoc volunt medici quod tardetur sepultura; donec perpendatur eius dispositio, neque fit minus lxxij. horis. Inuenitur autem quædam mortis conformitas in inuidis, quia corpus mortuum putrescit, sicut dicitur: quod putredo ossium, id est, virtutum, vel virorum fortiũ, inuidia. Pro. 14.

Quinto, quia in apoplexia est mala resolubilitas: quia apoplexia si resoluitur, vt plurimum resoluitur in paralysim. Hæc mala resolubilitas inuenitur in superbis, & iracundis: quia superbia resoluitur vt plurimum in iram, & ita definit in stultitiã, & iacturam. Prouerb. Virum stultũ interficit iracundia. Prou. 5.

Vera pœnitentia tum interioris tum exterioris partes ac merita, per aliquas

pulmo-

Digitized by Google

pulmonis, palpebrarumq;, ac mortis corporalis proprietates numerantur, quouſ pacto hoc Sacramentum hominem ſpiritualiter gignat, per ipſius naturalem conceptionem ac generationem aperitur, electorumque gradus breuiter declarantur.

Cap. CXLIII.

POenitentia aſſimilatur pulmoni.

Primo, quidem, quia pulmo aërem attractum interius deputat: & pœnitentia cor interius infectum mundificat, ſcilicet per cõ-
Iaco. 4. tritionem. Iac. Purificate corda duplices animo.

Secundo, quia pulmo vocem formatur: ſine pulmone enim vox formari non poteſt, neque anhe-
Ari. 14. de ani. litus reddi valet, vt dicit Philoſophus. Sic etiam pœnitentia cordis exterius format vocem con-
Pſal. 31. feſſionis. Pſalm. Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meã.

Tertio, quia pulmo humorem ſpumoſum generat: Eſt enim pulmo de molli carne, & aërea, & ſpumæ coagulatæ ſimillimus, vt
Conſt. dicit Conſt. & ideo generat conſimilem humorem, ſcilicet ſpumoſum. Qua ſi autem humor ſpirituoſus, eſt feruida lachrymarũ compunctio, quam ipſa pœnitẽtia generat, & producit. Pſal. Lauabo per ſingulas noctes lectum
Pſal. 6. meum, & lachrymis meis ſtratũ meum rigabo.

Quarto, pulmo cor refrigerat: Nam ipſe pulmo vndique cor circundat, & aerem frigidũ ad eius temperiem miniſtrat; Vnde inter cor & guttur eſt medius, vt ſubito ad cor aerem mittat, & ipſi gutturi ad vocem formãdã reddat. Sicut igitur pulmo calorem cordis refrigerat, ita pœnitentia, tam interior quam exterior, ardorem concupiſcentiæ mitigat. Eccleſiaſt. Ignem ardentem extinguit aqua, id eſt, ardorem concu-
Eccl. 3 piſcentiæ reprimit pœnitentiæ lachryma.

Quinto pulmo à motu nõ ceſſat: Cum enim ſit vt cordis flabellum, aerẽ ad temperiẽ cordis attrahens continuè, & emittens, oportet neceſſario, quod ſe dilatando, & conſtringendo, ſemper in motu conſiſtat. Sic etiam homo pœnitens, à motu boni operis nullo tẽpore ceſſare debet, ne
Eccl. 9. que ocio vacare. Eccl. Quodcunque poteſt facere manus tua inſtanter operare.

Sexto, pulmo ſpiritui vitali nutrimentum continuum præſtat: Nam caro pulmonis eſt mollis, & concaua vt ouis, vt aer in ſuam naturam de facili immutetur, & ſic vitalis ſpiritus in ventriculum cordis ad conſeruationem vitę animalis facilius tranſeat. Sic per opera pœnitentiæ nutritur interius ſpiritus, ſiue per auditũ prædicationis, ſiue per ſtudium orationis, ſiue per fletum compunctionis, ſecundum illud Pſa. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte.

Septimo, pulmo cordis regionem ab inſtrumentis ſenſibilibus ſeparat. Et ſic pœnitentia ſeparat cor pœnitentis à delectationibus ſenſibilibus & carnalibus. Iſidor. Iſid. de ſu bo. Pœnitentia nõ menſium ac temporum curſu penſatur, ſed pœna qua anima cruciatur, & mortificatur caro.

Octauo, pulmo aerem ad ſupplementum caloris in ſuis folliculis & poris reſeruat; Vnde tam diu poteſt animal ſub aqua ſine ſuffocatione viuere, quam diu poteſt recollectum aerem retinere. Sic pœnitens debet in ſecretis ſtudijs, & affectibus, conſeruare propoſitum non peccandi, & tam diu viuit anima ſub aqua gratiæ, quamdiu poteſt tale propoſitum retinere.

Irẽ pœnitentia aſſimilatur palpebris propter tria: primo propter officiũ. Nã palpebrarũ, ſiue

Digitized by Google

ciliorum est triplex officium. Sũt enim positæ ante oculos.

Primo ad custodiendum, vnde dicuntur cilia, quia suo motu cõtinuo aërem intercidunt, & sic oculos ab aëris lęsione custodiũt. Talis erat pœnitentia Pauli, quã faciebat ad suam custodiam, ne scilicet caderet à gratia: Vnde
1.Cor.9 dicebat: Castigo corpus meum, &c.

Secũdo, palpebræ sunt ad opertũram: Nam, quia natura oculi est aquea, & humida, ad sui fortificationem & defensionem indiget opertura. Sed sicut palpebra est opertorium oculi, ita pœnitẽtia est operimentum peccati: operit enim peccatum ne videatur
Psa. 31. ad iudicium. Psal. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata, & talis fuit pœnitentia Magdalenæ. Sed nota, quòd quædam animalia tegunt, siue claudunt oculum cum palpebra superiori, sicut omne animal quadrupes (sicut Philosophus dicit) Quædam cum palpebra inferiori, sicut aues: quia quidam se affligunt in pœnitentia amore æterni præmij, & hæc est palpebra superior: quidam timore supplicij, & hæc est inferior.
Ari.12 de ani.

Tertiò, palpebræ datæ sunt ad apparentiam, id est, ad pulchritudinem, & ornamentum faciei. Et talis fuit pœnitentia Ioannis Baptistæ, & aliorum sanctificatorũ, quæ non fuit necessaria ad purgationem, vel custodiam vitiorũ, sed potius fuit ad decentiam & ornamentum virtutum.

Secundo pœnitẽtia assimilatur palpebris propter concursum: Duę enim sunt in homine palpebræ, quę assiduè ad inuicem concurrunt, vt reficiãt assiduo motu obtutum, vt dicit Constant. quę
Const. dicuntur palpebræ, quia palpitando semper mouentur. Sicut igitur duplex est palpebra, ita duplex est pœnitentia, quæ sibi inuicem in pœnitente assiduè debent concurrere, & inuicem quasi se tangere, s. interior, & exterior: Nam exterior sine interiore est infructuosa, vt patet in hypocritis: sed interior siue exterioꝛi non est fructuosa, sicut patet in negligentibus & pigris ad satisfaciendum.

Tertio propter munimentum. Nam palpebræ munitæ sunt villis pilorum, vt apertis oculis, si quid occurrerit, repellatur, & inuolutis oculis, in ipsis securius dormiatur: vt dicit Const. Habẽt autẽ palpebræ pilos non omnino erectos, sed in extremitatibus mediocriter reflexos, & hoc factũ est vt se habilius & fortius claudererent, & si quid impedimentum ei occurreret, ei efficatius obuiarent. Quasi autem villi pilorum, sunt exempla sanctorum, qui de statu peccatorum, præcipuè carnalium, ad Deum conuersi sunt: Nam pili ex superfluitate quidem carnis nascuntur, sed carnei non sunt, sed aridi & tenues: vndesignant Sanctos ad Deum conuersos, qui licet primo fuerunt carnales, tamen post conuersionem effecti sunt spirituales & cælestes. Horum ergo pilorum villos, id est, exempla doctorum, debet pœnitens ad seipsum reflectere per imitationem, si vult se contra tentationes claudere, & securè dormire in morte.

Item pœnitentia concipit, & parturit hominẽ in esse spirituali, sicut parturitur & concipitur in esse naturali, quod patet ex quatuor.

Primo ratione conceptionis: Nam ad conceptionem infantis, requiritur materia conueniens, locus expediens, & causa efficiẽs. Materia ergo conueniens, humor est menstrualis, siue seminalis fœminæ: Causa vero efficiens (secun-

Digitized by Google

(ſecundum Philoſophum) eſt, ſemen viri, inſtrumentalis cauſa eſt calor naturæ, virtutem corpori influens, & diſponens, locus autem conueniens, eſt matrix. Similiter dum aliquis ad pœnitentiam conuertitur, & quaſi ſpiritualiter Deo concipitur, velut locus conueniens in anima, eſt mens, ſiue memoria, quæ eſt, vt matrix, in qua velut humor menſtrualis eſt peccati recordatio, quę eſt velut materia pœnitẽtię: Sed cauſa efficiens huius conceptionis eſt timor Dei, ſecundum illud Iſa. A timore tuo Domine concepimus, & peperimus ſpiritum ſalutis. Et nota, quod ſi materia fœtus in parte dextra fuerit adunata, in naturam cedit matis, ſi vero in ſiniſtra, in naturam mulieris. Et hæc diuerſitas accidit propter dominium caloris, qui in dextra parte cõſiſtit. Similiter quando calor diuini amoris, dominatur in mente pœnitentis, concipitur quaſi in dextra maſculus, id eſt, ſpiritus compunctionis virilis, & fortis: ſed quaſi in ſiniſtra, vbi eſt defectus caloris, id eſt in corde tepide pœnitentis, concipitur fœmina, id eſt, ſpiritus debilis, & inſtabilis. Iſa.36

Secundo ſatione formationis. Nã corpus infantis in vtero matris non ſubito formatur, ſed ordinate, & gradatim, & iſte ordo conſideratur ex tribus. Primo ex concepti partibus, ſiue membris: Quia primo formantur membra principalia, ſcilicet cor, cerebrũ, & hepar, quæ aliorum omnium ſunt fundamenta. Et iſta quando ſunt ſimul in ſanguinis maſſa, ſibi vicinantur, & poſtea ad inuicem diuiduntur. De iſtis tribus fundamentis alia tria naſcuntur, ſcilicet nerui & nucha dorſi à capite, arteriæ à corde, venæ ab hepate ſecundum Galenum. Ari. tamen dicit, quod principium venarum eſt cor. His autem ſic formatis tanquam omnium fundamẽtis, format natura oſſa horum cuſtoditiua, ſcilicet craneũ ad defenſionem capitis, oſſa pectoris ad munimen cordis, & coſtas lateris ad tutelam hepatis, & ſic de alijs. Poſt iſta producuntur membra ſecundaria, ſcilicet manus, pedes, brachia, & ſimilia, ſed iſta non ſimul, ſed ſucceſſiue formantur. Similiter in pœnitentia. ſtatu non eſt homo ſtatim à principio perfectus, ſed proficit gradatim, ſecundum illud Pſalmi. Ibunt de virtute in virtutem: Vnde poſſumus per tria membra principalia, ſcilicet cor, cerebrum, & hepar, intelligere tres virtutes theologicas, ſcilicet fidem, ſpem, & charitatem. Per membra vero ſecundaria, ſeu defenſoria, quæ his adijciuntur, virtutes intellectuales, ſed per officialia virtutes morales, in quibus omnibus homo non perficitur ſubito, ſed gradatim. Secundo conſideratur ordo formationis & conceptionis gradus; quia infans dum concipitur, quatuor habet gradus. Primus eſt cum adhuc eſt lacti vicinus, ſecundus eſt cum iam ſemen ſanguini ſe commiſcet: Tunc enim cor, vel cerebrum nõdum perfecta ſunt, ſed eſt quædam maſſa ex ſemine ſanguineque commixta. Tertius eſt gradus, cũ corde, & cerebro, & hepate iam formatis, alia mẽbra indiſtincta ſunt. Quartus eſt, quando corpus eſt completum, & organizatum, & ad animæ ſuſceptionem diſpoſitum, cuĩ dum anima deſuper datur, in vtero mouetur; & ſi eſt fœmina, in ſiniſtra parte plus ſentitur; ſi vero maſculus, in dextra parte plus mouetur, vt dicit Galenus. In iſtis igitur quatuor gradibus formationis corporis, deſignantur quatuor gradus formationis Pſal.83. Arſ.de vig. Gale.

tionis pœnitentis, quorũ primus est in peccati recogitatione. Et hæc assimilatur lacti, quia lac est faciliter cõuertibile, & in bonos, & in malos humores Sic recordatio peccati faciliter conuertitur, vel in bonum animæ nutrimentum, puta, quando ex recordatione peccati nascitur dolor compunctionis, vel in nutrimentum malum, quando ex peccati recordatione nascitur delectatio, vel voluntas reiterandi. Secundus gradus est in peccati detestatione: Tũc enim semẽ agnitionis, & recordationis peccati, immiscet se cum sanguine, id est cum dolore & abominatione peccati. Tertius gradus est in peccati confessione, vbi quædam membra sunt distincta, scilicet cor, cerebrum, & hepar, per quæ tria intelligitur triplex genus peccatorum, quæ homo tenetur distincte confiteri, præcipuè mortalia, scilicet commissa in Deũ, proximum, & in se ipsum, vel commissa corde, ore, & opere. Alia vero membra sunt indistincta: quia vltimo fieri debet pœnitentis confessio communis, in qua indistincte, id est, generaliter, se accuset de venialibus, & mortalibus, quæ per obliuionẽ omisisset, vel ignorantiã distincte cõfiteri. Quartus gradus attẽditur in satisfactione, in qua consistit perfecta pœnitentia, seu pœnitentis dispositio, siue ad supernæ gratiæ susceptionem, siue ad fætus, id est, boni operis motionem. Sed nota, quod fætus interior, id est, dispositio, vel propositum interius conceptum de pœnitentia exterius facienda, in quibusdam est fœmineus, id est, defectiuus, & non verus, sicut in fictis, & hypocritis, & tunc est motus exterioris pœnitentiæ, siue operis in sinistra, quia scilicet hypocrita, & fictus, exteriora opera pœnitentiæ facit cum sinistra intẽtione. In quibusdam vero interior fœtus, i. contritio cordis, est masculinus, id est, perfecta, & vera: & recte est motus in dextra, quia scilicet vere contritus facit opera pœnitentiæ cum recta intentione. Vnde dicitur: Nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua. Tertio attenditur ordo formationis ex cõceptionis diebus, quia in gradu lactis est infans per sex dies, in gradu sanguinis per nouẽ, in gradu massæ carnis xij. diebus existit In quarto vero gradu ante plenam perfectionem est per xviij. dies: vnde à die conceptionis vsq; ad diem completionis, & viuificationis, sunt xlvi. dies, ita quod primus & vltimus computetur: Nam in tot diebus communiter viuit fœtus. Et secundum hunc numerum Augustinus computat ædificationem templi, cui comparat perfectionem corporis Christi, non quia talis processus fuerit in formatione dominici corporis, cum perfectionem habuerit in instanti: sed quia in tot diebus potuit mẽbrorum distinctio comprehendi. In hoc igitur processu dierum intelligitur quadruplex gradus electorum.

Matt 5.

Aug. super Io. cap. 4.

Primus est incipientium, & isti sunt sub forma lactis, qui est paruulorum cibus Est igitur eorum inceptio in operibus vitæ actiuæ, vnde assignantur eis sex dies, id est, sex opera misericordiæ, quæ enumerauit Dominus.

Mat. 25

Secundus est proficientium, & isti sunt sub forma sanguinis, id est, sub certamine passionum, ac tentationum, & tribulationum. Vnde quibusdam, qui nondum istum gradum attingebant, dicebat Apostolus: Nondum enim vsque ad sanguinem restitistis, & istorum profectus debet esse in vita contemplatiua. Vnde assignantur

Heb. 12

nantur eis ix. dies propter nouem Angelorum ordines, quibus assimilantur viri contempla iui.

Tertius gradus est perfectorũ, qui iam habent completam naturam carnis, id est, debitam formam perfectionis. Tales sunt quorum vita conformatur vitæ Rom. 6 Apostolicæ: Vnde assignantur eis duodecim dies, propter numerũ duodecim Apostolorum.

Quartus gradus est beatorum, quorum perfectio, quantum ad corpus, erit in octaua resurrectionis, quæ iã inchoata est in Christo, qui scilicet resurgens ex mortuis, iam non moritur. Perfecta autem resurrectio & plena erit in fine seculi, quãdo decima drachma perdita, fuerit reinuenta, id est, electorum ecclesia totaliter resuscitata. Vnde vltimæ consumationi decem dies assignãtur, propter numerum completum electorum, qui signantur in de- Luc. 15 cima drachama prius perdita, postea reinuenta.

Tertio, ratione completionis, ex eo quod quorundam infantium formatio citius, quorundam vero tardius cõpletur: Sunt enim quidam qui dicunt, quod quidam in xxx. diebus complentur, & tales sexto mense nascũtur, & tales propter teneritudinem non viuere posse dicuntur; Quidam vero xxxv. die perficiuntur, qui septimo mense nascuntur, & tales viuere posse probantur: quidam xl diebus formantur, qui octauo mense nasci perhibentur, neque tales in vita seruantur. Vnde Constant. & etiam Galenus, dicunt omnem infantem in septem mensibus motum habere, qui si adeo est fortis vt exire possit ad vitam, vtique conualescit; Si vero tunc in septimo mense non egreditur, ipso suo motu debilitatur, & etiam summè patitur: vnde si etiam sequenti mense, id est, octauo exierit, non conualescit, sed si vsque ad ix. mẽ sem, vel principium decimi, quieuerit, iterum vires sumit: vnde egrediens conualescit ad vitam: & tales qui nono mense, vel decimo oriuntur, sexdecim diebus in matrice formantur, vel forte qui decimo mense nascitur, quinquaginta diebus in vtero complentur. Sicut ergo quorundam formatio citius, quorundam vero tardius perficitur: Sic etiam ad Deum quidam citius, & quidam tardius conuertuntur. Et iterum, in amore Dei, in quo spiritualis vitæ perfectio consistit, quidam citius, quidam tardius perficiuntur. Possemus etiam per prædictos quinque modos conceptorum, siue natorum, intelligere quinque diuersitates fidelium. Quorum primi fuerunt Iudæi ante Redemptoris aduentum, istorum formationi assignantur triginta dies: Tricennarius enim numerus consurgit ex numero ternario & denario, quia ternarius in denarium ductus, id est, ter decem faciunt triginta. In ternario ergo, fides Sanctæ Trinitatis, in denario vero, decalogi obseruantia intelligitur. Et vtrunque Iudæorum iusti, & eruditi viri habuerunt, scilicet, fidem Sanctæ Trinitatis cum obseruantia decalogi Sed tamẽ ante Redẽptoris, & passionis eius tempus, hoc non sufficiebat vt ad vitam ingrederentur, cum nondum esset aperta ianua Paradysi. Et hoc significatur in eo, quod natus in sexto mense, vel infra nõ viuit: Sex enim cucurrerũt ætates ante Saluatoris aduentum, quas sex menses conceptionis signãt: ita vt prima ætas computetur ab Adam vsque ad Noe, secunda à Noe vsque ad Abraham, tertia ab Abraham vsque ad Moysen: quarta vsque ad Dauid, quinta

Digitized by Google

vsque ad transmigrationem Babylonis, sexta vsque ad Christū. Postrema ad aduentū Redemptoris, in quo per passionem Christi aperta est ianua vitæ. Secundi sunt Christiani, & istorum formationi, siue perfectioni assignātur trigināta quinque dies, ita vt tertiario addatur quinarius, qui est numerus quinque vulnerum Christi crucifixi: Nam post fidem Trinitatis, & impletionem decalogi conformantur, qui viri Christiani sunt, cruci & passioni Chri-
Gal 6 sti, quasi quinque vulnera eius in semetipsis habentes, secundum illud: Ego stigmata Domini Iesu in corpore meo porto: Tales nati sunt in septimo mense, id est, in septima ætate, quæ est Christi, secundum computationem supra dictam, quamuis alij aliter computent ætates.

Tertij sunt hæretici, quibus assignantur quadraginta dies, quia quadragenarius numerus com-
Psal. 94. petit errantibus, secundum illud Psal. Quadraginta annis offensus fui generationi huic, & dixi, hi errant corde. Tales licet octauo mēse nascantur, non tamen viuunt: quia hæretici licet ad octauam generalis resurrectionis ætatem, sicut & cæteri sint peruenturi & resurrecturi, non ta-
Psal. 94. men intrabunt in vitam æternā: vnde in Psal. prædicto subditur, Quibus iurauī in ira mea, si introibunt in requiem meā Quarti autem, sunt viri perfecti, qui sunt habitaculum & templū Dei, vnde talibus assignantur xlvj. dies, qui est numerus competens ædi-
Ioan. 6 ficationi templi Dei, secundum illud. Quadraginta sex annis ędificatum est templū hoc. Nā xlvj. consurgit ex duplici numero, s. ex x. & sex: Nam quater x. faciūt xl. quia scilicet viri perfecti cum quatuor euangeliis obseruāt præcepta decalogi, quibus etiam adduntur vj. propter vj. misericordiæ opera. Isti ix. mense nascuntur, quia nouem Angelorum ordinibus finaliter sociātur. Quinti autem sunt beati, qui liberati a seruitute corruptionis, sunt in libertate gloriæ filiorum Dei: vnde istis assignantur quinquaginta dies, quia quinquagesimus numerus deseruit libertati propter lubileum, id est, quinquagesimum annum, in quo serui libertati donabantur. Isti etiam nascuntur decimo mense, qui scilicet (vt dictum est supra) pertinet ad decimam drachmam, id est, ad naturam humanam, quæ per diuinam sapientiam, id est, Christū, recuperata, nouē drachmis, id est, nouem Angelorum ordinibus est iungenda.

Quarto, ratione parturitionis: quia infans dum paritur, matri infert tristitiam, sed post partum tribuit lætitiam. Egreditur etiam ex ventre vestitus secundina. Similiter etiam pœnitentia cōfert tristitiam in actu, relinquit lætitiam in fructu, & vestit etiam animam gratia, & virtutibus ornat. Luc. Cito proferte stolam Luc. 15
primam, & induite illum.

Item pœnitentia per quā homo moritur peccatis, assimilatur morti corporali. Primo ratione vtilitatis. Nam mors (secundum Isidor.) vij vtilitates inducit. Prima est, quia potentiam tyrannorum absoluit: & similiter pœnitentia absoluit potentiam dæmonum quam habent super animam propter peccatum Secunda est, quia peccatis & voluptatibus finem imponit. Sic pœnitentia finem imponit voluptatibus per carnis macerationem, & etiam peccandi cauēdo recidiuationē. Tertio, quia mors est terminus omnis miseriæ. Et similiter pœnitentia terminat miseriam, dum culpam excludit, quæ est miseriæ

causa,

Digitized by Google

causa. Vnde non solũ euadit pœnitens præsentis pœnæ miseriã, sed etiam sequẽtis. Quarto, quia mors est confirmatio gratiæ, pœnitentia autem dum a culpa præseruat, quodammodo in gratia confirmat. Quinto, quia mors est acquisitio veniæ. Et similiter per pœnitentiam acquiritur venia de offensa quã effecit culpa. Sexto, quia mors est reparatiua innocentiæ. Similiter per pœnitentiã restituitur innocentia, & si non quoad actum, saltẽ quoad meritum: Nam pœnitentia restituit merita quæ quis acquisiuit existens in innocentia, vel etiam in gratia: multi etiam feruenter pœnitentes, æquiparant vel superãt in merito, vel gratia, multos innocentes. Septimo, quia mors est collatiua fœlicitatis æternæ. Et similiter per pœnitentiam acquiritur æterna gloria.

Secundò, pœnitentia assimilatur morti ratione varietatis: Distinguitur enim triplex mors, quæ designat tres partes pœnitentiæ: Est enim mors acerba, quæ est infantium, immatura, quæ est iuuenum, & matura, quæ est senũ. Sic pœnitẽtia debet esse acerba in contritione: & immatura, id est, infestina in conuersione, & matura, id est, debita in satisfactione, vbi scilicet debitum soluitur pœnæ quam meruit ex illatione offensæ.

Tertio, ratione qualitatis, quia mors est incerta quoad tempus.

Augu. Augustinus. Nil certius morte, & nil incertius hora mortis.

Item quo ad locum, quia nescit

Sen. li. epi. homo vbi sit moriturus. Senec. Mors vbique te expectat, tu quoque si sapiens fueris, vbique expectabis eam.

Item quo ad modum, quia nescimus qualiter morituri sumus.

Aug. li. de ciui. Dei. Augustinus Non est multum curandũ necessario morituro qua morte moriatur: sed curandũ est, quo post mortẽ ire compellatur, quia mors non est dicenda mala quam bona vita præcessit. Sic ergo mors habet aliquid certitudinis, scilicet, quod omnino est ventura, & aliquid incertitudinis, vt dictum est. Similiter pœnitentia habet quidem, si vera sit, (certitudinem veniæ) sed an peccator ad peccatum rediturus sit, an in pœnitentia perseueraturus, incertum est, quia non est in eius potestate: Non est enim volentis, neque currẽtis, sed miserentis Dei. Rom. 9

Item, quia mors est amara. Eccles. 41 Eccles. 41. O mors, quam amara est memoria tua. Sic memoria peccati debet esse cum amaritudine animi. Vnde Isa. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Isa. 38

Otium spiritualibus curis maximopere obesse, per plurima ipsius superflui somni detrimenta, facile definitur.

Cap. LV.

PIgritia, siue ocium spiritualiũ virorum, assimilatur superfluo somno, siue dormitioni: Nam intemperatus somnus est caloris naturalis extinctiuus, quia per somnum immoderatum humores amplius resoluuntur, quos dum calor naturalis aggreditur, ab eis minuitur, & extinguitur: & ideo potionatis, & minutis, præcipitur ne dormiant, ne per somnũ humores amplius resoluantur, & sic calor, qui est in talibus, diminuatur, & debilitetur, & suffocetur. Similiter per ocium, & pigritiam, humores, id est, malæ affectiones, & noxiæ cogitationes multiplicantur, ex quibus calor, id est, feruor amoris spiritualis minuitur, & aliquando totaliter extinguitur; propter quod dicit Apostolus: Non dormiamus, sed vigilemus, & sobrij simus. 1. Thi. 5

Digitized by Google

Secundo, quia intemperatus somnus est animalis virtutis destructiuus. Vnde dicit Constan. quod si somnus fuerit nimius, animalis deficit virtus: eo quod nimis humectatur & infrigidatur corpus. Sic ocium, & pigritia, dum abundare facit humorē cōcupiscentiæ, inducit in animam nimium frigus malitiæ, quia mul
Eccl. 38 tam malitiam docuit ociositas, vt dicitur Eccles. 38. & extin-
2.Re.5. guit funditus, & destruit virtutem ipsius animæ. 2. Reg. Dormiens oppressit eum, scilicet virtutis actum, siue habitum.

Tertio, quia nimius somnus, est egestatis causatiuus, ex eo quod
Prou.6 est operationis, & per cōsequens lucri impeditiuus, vnde Prouer. Vsquequo piger dormis? quando consurges de somno tuo? paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conseras manus tuas, vt dormias, & veniet tibi quasi viator egestas. Sic pigritia & ocium, dum a bene operando retrahit, egestatem gratiæ, & spiritualium diuitiarum inducit.
Pro.10. Prouerb. Egestatem operata est manus remissa.

Principes, quibus virtutibus præditi esse debeant vt isti habeantur: & quale eorum in regimine existat officium, quatuor ipsorum armorum potissimis similitudinibus clarum efficitur.

Cap. LVI.

Isa.9. PRincipes assimilantur humeris, secundum illud, Factus est principatus super humerū eius.

Nam primo humeri sunt ad spirituallium membrorum defensionem: vnde humeri sunt ex variis ossibus compositi, quorum præcipua duo spatulæ dicuntur. Et fuerunt necessaria hæc ossa, vt pectus & costas defenderent, ne a posteriori lesionem acciperent. Et in illis duabus spatulis sunt duæ concauitates, quæ vocantur oculi, vnde vocantur spatulę oculorum, quod nomen ex officio assumpserunt: nam sicut oculi totius anterioris corporis sunt defensores, ne ab aliquo lædatur: Sic isti a posteriori, pectus & costas defendunt. Principes ergo ad modum humerorum spiritualiū, & religiosorum virorum, præcipuè esse debent patroni & defensores, ne ab aliquo lædantur, & debent constare ex varijs officibus, id est, fuleiri varijs virtutibus, sed præcipuè iustitia & clementia debent vigere in eis, quasi duæ spatulæ in humeris, vna ad dextram, scilicet iustitia, altera ad sinistram, scilicet clemētia, & hæ habent duos oculos: quia iustitia respicit culpam, clementia vero naturam. Et istis virtutibus principes firmati, sunt validi & potentes ad subditorum defensionem, secundum illud: Misericordia & veritas custodiunt regem, & roboratur cle-Pro.20.
mentia thronus eius. Psalmus. Nimis confortatus est principatus Psa. 138
eorum.

Secundo, humeri sunt ad brachiorum & costarū pectoris defensionē, & ossium cōcatenationem: vnde duæ spatulæ habent retro duo acumina, per quæ eadem spatula furculæ est connexa, ne a superiori totum suum exeat: Interius vero ad hoc nomen ponit alterum, ne subtus exiret armen armorum; furculæ autem ad hoc fuerunt necessariæ, vt armos ligarent, & a pectore differre facerent, quorum ossa sunt rotunda exterius, interius vero concaua, & cum tenerrimo pectoris ante colligata, retro vero cornu rostro: & sunt eorum ligamenta ossa cartilaginosa, quæ vocantur spatularum capita, ad hoc tamen posita, vt facerent cōcatinationem armorum, siue humerorum. Prælati ergo ad modum

Digitized by Google

dum humerorum, ad hoc studere debent vt brachia, id est, viros artifices, & laborantes, & costas pectoris, id est, mulieres, quia mulier ex costa viri formata est, & ossa, id est, maiores & fortiores ad inuicem cōcatinata teneant, s. in catena pacis, & veritatis.

Tertio, humeri sunt ad ossium spondylium, & colli supportationem: Ossa autem colli, vel spondylium, sunt prælati, & clerici, & viri ecclesiastici, qui sunt medij inter Deum & populū, sicut collum inter caput & corpus: quos Principes seculares non opprimere, neque persequi debent, sed benigne supportare, & reuereri.

Quarto, quia humeri sunt ad ponderum diuersorum supportationem: Licet enim post caput, & collum alijs membris supereminent, omnium tamē onera portant, & pro aliorum offensa sæpe spatulę verberantur. Sic quanquā seculares principes post caput Ecclesiæ, quod est Papa, & collum, id est, prælatos ecclesiasticos, ipsis secularibus & temporalibus principentur, tamen pro omnibus sibi subditis debent vtiliter laborare, & pro eis tuendis, & regendis onera laborum & expensarū portare: ipsi etiam pro suis subiectis habent Deo respondere, & frequenter ab eo pro ipsis flagellantur.

Brachiorum numerus, partes, officiaque naturalia ad diuersa, duplicem hominis potestatem pluribus exemplis indicare videntur. Remque publicam cordi comparari non immerito asseritur.

Cap. LVII.

POtestas humana assimilatur brachijs: Nam sicut duo sunt brachia, dextrū & sinistrum, ita duplex est potestas, scilicet spiritualis, quæ est vt brachium dextrum, & temporalis, quæ est sinistrum. Videmus autem, quod brachia primo quidem sunt valde fortia: ex omni enim parte fortitudinem habēt, scilicet superiori, quia scilicet cum armo superiori brachium fortissimis neruis connectitur.

Item ex parte interiori sunt ossa brachiorum grossa, & dura, & medulla plena; Ex parte vero exteriori non nimium sunt carnosa, vt ossibus & neruis compacta, essent fortiora.

Item in cute, musculis & lacertis sunt intermixta. Vnde in brachijs maxima est hominis fortitudo Psalm. Posuisti vt arcum æ- Psa. 17.
reū brachia mea. Sic illi qui sunt in potestate temporali, vel spirituali constituti, debēt cum superioribus, & maioribus, scilicet cū Deo, & hominibus, esse per obedientiam & benevolentiam fortiter colligati.

Item interius in seipsis grossis ossibus, id est, magnis virtutibus fulciti, exterius parum carnosi, id est, non delitiosi, vel voluptuosi, musculis, siue lacertis, id est, solicitudinibus semper ad bene operandum mouentibus intermixti. Et quando isti sic se habuerit, vt brachia erunt fortissimi. De tali enim brachio dici potest: Fecit Luc. 1.
potentiam in brachio suo. Sexto videmus, quod brachia sunt valde vtilia: valent enim brachia ad eleuandum, ad portandum, ad stringendum, & ad repellendum, ad impugnandum, & ad operandum. Sic illi qui sunt homini, & in potestate constituti, debent leuare humiles, portare debiles, stringere, id est, amplecti vtiles, repellere nocentes, impugnare hostes, & bene operari in omnes. Grego Potestas cū habetur, cogi Greg.
tanda ad vtilitatem, quatenus is past.
qui vtitur, vt prodesse debeat, posse se sciat.

Tertio

Tertio videmus, quod brachia sunt valde flexibilia: Sunt enim brachia flexibilia in tribus iunctu-ris, scilicet circa armum, circa cubitum, & circa manum. Similiter illi qui sunt in potestate cõstituti, debẽt esse flexibiles circa armos, id est, circa superiores per obedientiam, & humilitatem.

Item circa cubitos, id est, circa medios per benevolẽtiã, & affabilitatem, circa manus, id est, circa infimos per subventionem, & pietatem.

Quarto videmus, quod brachia sunt valde compassibilia: Nam quia à capite beneficiũ sensus & motus recipiunt, ingrata nõ sunt sed pro ipso capite defendendo, contra ictus ferientium, liberaliter se exponunt. Ita principes debent esse grati capiti nostro, id est, Christo, à quo habent & sensum discretionis, & motũ boni operis. Et ideo pro fidei suæ, seu ecclesiæ eius defensione, deberẽt ipsi, cum necessarium esset, personas suas exponere.

Item in tantum compatiuntur brachia alijs membris, quod pro eis sæpe in minutionibus vulnerantur, vt illa illæsa & sana reddantur, vel in sanitate habita cõseruẽtur. Vnde pro aliorum mẽbrorum custodia vulnerari & percuti non refugiunt, sed sponte se offerunt. Similiter debent facere principes pro salute suorum subditorum, & maximè pro salute spirituali. Ioan. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Ioan. 10

Quinto, quia brachia sunt cordi valde conformia: Nã per quasdam arterias ab ipso corde spiritum & pulsum recipiunt, & ideo statum ipsius cordis lucidum nobis produnt. Cordi autem quod est membrum commune, ex quo procedit vita omnium membrorum, assimilatur respublica, siue communia bona, ex cuius prosperitate pendet salus omnium singularium personarum. Huic igitur debent se principes totaliter conformare, ab ipso pendet spiritus & pulsus eius, id est, vigor spiritualis, & corporalis; vnde eius statum, quando defectiuus esset, debet brachium, id est, Princeps ipse prodere medicis, id est, sapientibus consiliarijs, vt reparetur. Tãta etiam dilectione sunt brachia cordi coniuncta (secundum Gale.) quod hoc habẽt inter omnia membra proprium, vt quod cor diligit, & amat, brachia diligunt, & in eius amplexũ voluntarie se extendunt: quod enim à corde diligi sentiunt, quãto vicinius possunt cordi astringunt, in tantum vt totum directũ amãtis cordi imprimerẽt si valerent. Sic etiã boni principes illos præcipuè diligunt, & ample ctuntur, quos vident cordis, id est, reipublicę, & boni cõmunis magis esse amicos, & promotores, & ad hoc toto studio tendunt, vt omnes quantũ possunt cordi astringant, id est, ad amorem reipublicæ trahant. Gale.

Sexto, quia brachia quandoque sunt mortis indicatiua: Nam sicut habetur in prognosticis, denudatio brachiorum, & inquietatio eorũ, in acutis est mortiferũ signum. Similiter si Principes, & Rectores sunt interius denudati virtutibus, & inquieti exterius, pacem subditorum destruentes, signum est in reipublica mortis, & ruinæ. Prou. Regnantibus impijs ruinæ hominum. Pro. 28.

Triplex corporis potus, triplici pariter animæ potationi perspicuis similitudinibus adæquatur.

Cap. LVIII.

POtatur anima ad modũ corporis tripliciter: Est enim potus inanis, medicinalis, & nutrimentalis.

Digitized by Google

trimentalis: Nam (secundū Constan.) est aliquis potus qui tantū est potus, vt aqua, quæ scilicet nō est per se corporis nutritiua. Et huic assimilatur curiositas, & vanitas scientiæ secularis, qua non nutritur anima in spiritu, vel devotione.

Item est potus, qui est potus & cibus, vt vinum, quod (secundum Constant.) per omnes partes corporis portat cibum, nutriens & calefaciens spiritū, & confortans naturalem calorem. Huic assimilatur dulcedo sapientiæ salutaris, scilicet sacræ scripturæ, qua omnes sensus animæ nutriuntur, spiritus calefit, & inflammatur, & charitatis amor crescit, & confortatur. Prouer. Bibite vinum quod miscui vobis. Apostolus: Bibebāt autem de spirituali, &c.

Prou. 2. 1. Cor. 10.

Item est potus medicinalis, qui non datur secūdum viam potus, sed secūdum regulam medicinæ, vt syrupus, & similia. Talis est potus compunctionis pœnitentialis, qua anima purgatur, & sanatur. Psalm. Potum dabis nobis in lachrymis in mensura.

Psa. 79.

Verbi Dei concionatoris dignitates, partes, ac officia, per quatuor oris, oculorumq; septē proprietates, ac vtriusque telæ, visionisq; formationem, & denique pupillæ perfectionem, pluribus exemplis, & rationibus vberrime explanantur.

Cap. LIX.

PRædicator verbi Dei assimilatur ori propter quatuor.

Primo, propter nutrimēti susceptionem: nullum enim membrū in animali nutritur, nisi prius cibus in ore pōnatur, & masticetur, & propter hoc fuit os humidum interius, vt cibi siccitas eius humiditate immutaretur. Fuit neruosum, vt cibi saporositas sentiretur, fuit etiam durum ne cibi duritie læderetur, fuit concauum & rotundum, vt cibus assumptus hinc inde facilius moueretur. Sicut ergo cibus in ore disponitur, qui postmodum ad membra nutrienda trahitur, sic cibus spiritualis doctrinæ à prædicatore disponitur, & traditur, quo membra ecclesiæ, id est, fideles nutriuntur, vnde prædicatorem ad modum oris oportet esse humidum per pietatē, neruosum per charitatē, quę est vinculū perfectionis, sicut neruus ligamentum ossium.

Item durum per firmitatem.

Item concauum per humilitatem, & rotundum, id est, motui aptum per operositatem. Hier. Si separaueris pretiosum à vili, &c.

Hier. 15

Secūdo, propter aēris attractionem: Nam aēr primo in ore immutatur & subtiliatur, & sic ad cordis refrigerium per canalem pulmonis transmittitur. Sicut ergo os attrahit aērem respirando, sic prædicator debet gratiam spiritualis doctrinæ attrahere orando. Psal. Os meum aperui, & attraxi spiritum. Augustinus. Prædicator laboret, vt intelligenter, vt libenter, vt obedienter audiatur. Et hoc se posse magis pietate orationum, quam oratoris facultate nō dubitet, vt orando pro se ac pro illis quos est allocuturus, sit prius orator quam doctor. Et in ipsa hora accedens, prius quam exerat proferentem linguam, ad Dominum leuet animam sitiētem, vt ructet quod biberit, vel quod impleuerit fundat.

Psa. 118 Augu. 4 de doc. Chri.

Tertio, propter vocis formationem: Ad hoc enim est palatū oris concauum, vt linguæ plectrū facilius moueatur, & ad vocē formandam expedite eleuetur, & deprimatur. Similiter ad hoc, vt vox doctrinæ in ore prædicatoris recte formetur, oportet eum habere palatum cordis concauū & vacuum ab amore mūdi, & ab omni refectione peccati. 1. Reg. Recedant vetera de ore vero, id est:

1. Reg. 2.

Digitized by Google

est: O vos prædicatores à verò affectu recedant temporalia, quæ
Prou. 4. tempore veteraſcunt. Proue. Remoue ate os prauum. Per. Peccatum non fecit, neque inuentus
1. Pet. 2 est dolus in ore eius.

Quarto, propter ſuperfluitatum à pulmone & cerebro venientiū electionem, & membrorum à ſuperfluis exoneratiōnem: Sæpe enim dum ſtomachus grauatur, per oris vomitum expurgatur. Sic prædicator eijcere a ſe debet ſuperfluas affectiones, quæ ſunt vt ſuperfluitates veniētes à pulmone, & ſuperfluas, & noxias cogitationes, quæ ſunt ſuperfluitates deſcendentes à cerebro, debet etiam per oris confeſſionem vo-
Eccl. 31 mere peccati grauedinem Eccle.
Apoc. 3 Surge de medio, & euome illud Apoc. Incipiam te euomere ex ore meo.

Notandum etiam, quod os patitur ex corruptis humoribus aliūde fluentibus: Nam ſi ſit homini ſocietas mala, ſi mens corruptionibus plena, ſi peccauerit in lin-
Mat. 12 gua, patitur os eius. Mat. Ex abūdantia cordis os loquitur.

Item prædicatores aſſimilantur oculis propter ſeptem: Septem enim ſunt prædicatori neceſſaria. Primum eſt intentionis humilitas, videlicet, vt non prædicet ad ſcientiæ oſtentationem, ſed potius ad Dei laudem, & animarū vtilitatem. Vnde oculi, ſecūdum
Iſid. lib. Iſidor.) dicti ſunt quaſi occulti,
ety. quia ſcilicet ſuum lumen intus occultant, & conſeruant, vel quia tegmina oculorum eos occultant, ne aliquibus iniurijs lædantur. Sic prædicatores ne lædantur à ſuperbia, vel vana gloria, ſeipſos, vel lumen ſapientiæ, ſaltem quantum ad inuentionē, debent occultare, id eſt, non ad
Gre in ſterm. oſtentationem prædicare. Greg. Sic opus ſit in publico, vt intentio ſemper maneat in occulto.

Pſalm. Oculi mei ſemper ad Dominum, ſ per rectā intentionem. Pſal. 4

Secundo eſt neceſſaria diſcretionis ſagacitas, vt ſcilicet ſic medici ſpiritualis animarū morbos ſagaciter diſcernant & oſtendāt, ac curas debitas adhibeant, ſicut maxime in oculis repræſentantur, & iudicantur animæ paſſiones: Nam oculi inter omnes ſenſus ſunt animæ viciniores. Vnde in eis omne iudicium mētis apparet, ſiue anima fuerit hilaris, ſiue triſtis, ſimiliter amor & odium, & omnes animę paſſiones in oculis expreſſe apparent.

Tertio docendi ſtudioſitas: Dicuntur enim oculi lumē, quia lumen quod ab exterioribus accipiunt, interioribus refundunt. Et ſimiliter prædicatores lumen ſapientiæ quod acceperunt, ſiue à Deo inſpirante, ſiue ab homine docēte, ſiue à ſcriptura inſtruente, alijs ſtudioſe & copioſe tradere & refundere ſatagunt. Vnde
Apoſtolus: Tradidi enim vobis 1. Cor.
& hoc quod accepi. 15.

Quarto eſt neceſſaria officij ſocietas: requirit enim prædicationis officium ex quadā honeſtate, ſiue commoditate, vt prædicatores non ſoli vadant, ſed ſimul combinati vel ſociati; vnde primos prædicatores quos, Chriſtus inſtituit, binos ante faciem ſuam
Luc. 10 miſit, vt dicitur. Vnde oculi capitis, qui prædicatores deſignant Chriſti, geminati ſunt, vt ſi forte vnus læderetur, eius defectus per alium ſuppleretur. Eccl. Væ ſoli, Eccl. 4
quia cū ceciderit, non habet ſubleuantem: & ideo religioſi combinati incedunt. Matth. Vbi ſue- Mat. 18
rint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorum: Et dicit duo, quia eorum eſt duo teſtamenta prædicare, & duo præcepta charitatis ſeruare, & addit, vel tres: quia eorū eſt ſanctæ Trinitatis fidem diuulgare,

Digitized by Google

diuulgare, & tribus theologicis virtutibus, scilicet fide, spe, & charitate vitam suam adornare.

Quinto necessaria est circa crucem Christi deuotionis singularitas, vt prædicator quisque cum egregio prædicatore dicat: Mihi Gal.6. absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Vnde nerui qui ad oculos spiritum visibilem deferunt, sunt in modum crucis dispositi: Nam à prora cerebri exeunt duo nerui, qui in substantiam crystallini humoris oculis se intingunt, & hi nerui transuersaliter in modum crucis infiguntur in oculis, & in puncto contactus inuicem se cõtingunt, & hoc ingeniosè factũ est, vt altero oculorũ clauso, vel penitus excecato, spiritus visibilis ad alterum totum transiret, & suam ibi perficeret actionem; vnde tũc pupilla, & actus videndi confortatur, propter virtutis visiuæ coadunationem, vt patet in sagittarijs, qui vno oculo directius sagittam emittunt.

Item ideo se contingunt pũcto, ne quodlibet vnum duo esse videatur: Semper enim vna res duo esse apparent, si vterque oculus suũ idolũ diuisim videret. Necesse ergo fuit vt virtus visiua continuaretur ad organũ, in quo esset virtus vna fontalis, deriuatiua in pupillis, sicut auctor perspectiuæ dicitur. Sunt ergo nerui oculi infigura crucis dispositi, vt prædicator cum Christo cõfixus sit cruci, & nõ seipsum, sed crucifixũ Chri- 1.Cor.1. stum studeat prædicare, secũdum illud: Nos autẽ prædicamus Christum crucifixum.

Sexto, necessaria est scientiæ luminositas: quia sicut oculo siue pupillæ necessarium est lumẽ ad videndum, ita prædicatori necessaria est scientia sacræ scripturæ ad prædicãdum: Debet enim esse prædicatoris mens velut pupilla oculi, quæ interiùs immutatur à spiritu veniente a cerebro, & exterius a lumine refulgente: nam mediãte lumine, speciẽ rei exterius recipit, & receptam animæ iudicio transmittit. Sic prædicatoris mens, vt recte speculetur quæ sunt docenda, oportet, quod illuminetur interius a Spiritu sancto inspirante, & etiã exterius ex sacræ scripturæ lectione instruente: & ideo oportet, quod sit ad modũ pupillæ, in qua est puritas, paruitas, dignitas, & sui per reflexionem visibilitas. Propter primum dicitur pupilla, quasi pura & puella, & sic prædicatoris mens debet etiam esse pura, vt a Deo illuminetur: Sed cauendum est ne hæc pupilla, id est, puritas mentis tollatur per mortẽ peccati, non solũ exterioris oculi opetis, sed etiam interioris consensus, vel delectationis moroſæ: Dicunt enim Physici, ipsas pupillas per triduum ante mortem morituros homines non habere, quibus non visis certa desperatio est de ægro.

Item pupilla est parua, & ideo sic dicitur, eo quod paruuli pupilli esse dicuntur. Sic prædicatorum mentes debent esse per humilitatẽ paruæ. Et hoc multum valet ad recipiendum lumen diuinæ sapientiæ, secundum illud. psal. Sapientiam præstans paruu- Psal.18. lis, vnde pupilla licet sit parua in quantitate, est tamen maxima in virtute, & ideo maxima comprehendit.

Item pupilla est magnæ dignitatis: quia (vt dicit Hali.) omnia quæ in ipso oculo sunt, aut sunt pupillam adiuuantia, aut pupillæ vt seruientia, ipsa vero sedet in medio quasi omnium regina. Similiter omnia, quę sunt in prædicatore, debent subdi menti & rationi eius. Quædam ad seruiendum, vt corporis membra.

Quædam

Digitized by Google

Quædam verò ad iuuandū, ſicut ſenſus & aliæ vires. Quaſi etiam in ſignum dignitatis pupilla circa ſe habet quenda circulum, quę corona dicitur, quo diſcreta nigredine albæ partes oculi à pupilla ſeparantur. Et in hoc ſignatur gloria, & corona, quæ fideli prædicatori ſeruatur, ſecundum illud 1.Thi.4 Apoſtoli: In reliquo reposita eſt mihi corona iuſtitiæ.

Item pupilla cum omnia iudicet, & diſcernat, ſe ipſam non videt, & ſi contingat per accidens ſe videre, hoc eſt per radiorū reflexionem, ſcilicet quādo ſpecies ſua vadit ad ſpeculum, & a ſpeculo reflexio nt ad viſum. Et hoc forte eſt cauſa quare viſus in ſpeculo delectatur, quia per reflexionem radiorum in ſe ipſum reuerſus coadunatur, & per conſequens fortificatur, & cōfortatur. Sic ſi prædicator neſcit ſe ipſum cognoſcere, vel videre, accedat ad ſpeculum ſcripturæ, & reflectat applicando ad ſeipſum, quæ legit, vt ex reflectione radiorum, id eſt, diuinorum verborum, ſiue exemplorū, quæ ibi repe.iuntur, poſſit ad ſuos defectus, & etiam profectus, intueri.

Septimo eſt neceſſaria prædicatori virtutum & donorum varietas: Nam oculus eſt compoſitus ex tribus humoribus, quorum primus dicitur albugineus, ſecundus cryſtallinus, tertius vitreus. Qui non dicuntur humores, quia ſunt liquidi, vel fluxibiles; ſed propter molliticm quàm habent vltra cætera membra. Sed in hos humores ſolus cryſtallinus eſt inſtrumentum viſus. In his igitur tribus humoribus deſignantur tres virtutes theologicæ, quas prędicator debet habere, ſed præcipuè charitatem, quæ cæteris præeminet, ſicut humor cryſtalli- 1.Co.13 nus. Apoſtolus, nunc manent fides, ſpes, & charitas, tria hæc: horum autē maior eſt charitas. Vnde prædicator ſine ea nihil eſt, ſecundū illud ibidem: Si lin- 1 Co.13 guis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem nō habeam, &c.

Item oculus habet ſeptem tunicas, id eſt, ſeptem pelliculas ſiue telas, quæ circundant illos humores & ab inuicē diſtingunt, ſ. quatuor à parte anteriori, & tres ab interiori: nam interius immediate iuxta cryſtallum, eſt tunica, quæ dicitur retina, à venis & arterijs piæ matris, id eſt, ſubtilioris cerebri panniculi, qui pia mater vocatur, exorta & cōtexta in modum retis, quæ portat ſpiritum viſibilem ad vitreum humorem, & cū ſuis neruis ſenſum ad cryſtallinum: Poſt retinam ſequitur ſecūdina, quæ ab ipſa pia matre eſt generata vt retinam defendat, ne aliquo caſu lædatur. Tertio ſequitur ſclirotica tunica valde dura, quæ à dura matre, id eſt, a ſuperiori & groſſiori panniculo cerebri procedens, omnia alia eſt defendēs, & eſt quaſi ligamētum oculorum; A parte vero anteriori, immediatè iuxta cryſtallinum humorem, eſt tela aranea, ſic propter ſuam ſubtilitatem dicta, vt ſit ſpiritui viſibili peruia, ex ſubtilioribus partibus retinæ tunicæ generata; & hæc tunica inter albuginem, & cryſtallinum humorem eſt collocata, ne ſimul commiſceantur, & hæc tunica coniuncta cum interiori retina facit primū orbem: Nam hæ duæ tunicæ in ſe claudunt cryſtallinū humorem. Hanc ſequitur vuea, ſic dicta, quia vuæ nigræ eſt in colore ſimillima: quia enim omnia prædicta in compoſitione oculi erant clara, & alba, & viſum diſgregātia, ideo neceſſaria fuit tunica vuea, quæ ſua nigredine lumen in oculo aggregaret. Hæc autem tunica ad modū ſpongiæ eſt, quodam-

quodammodo porosa, & villosa, neruorum continens fila, vt crystallinum humorem ab humiditate superflua depuraret, & spiritum visibilem aliis circunstantibus ministraret. Hęc tunica vuea à parte anteriori cum secundina coniungitur, & faciunt secũdum orbem, claudendo albugineum humorem. Hanc sequitur tunica cornea, sic dicta, quia cornu lucido est similis: vnde & peruia est spiritui visibili ratione suæ transparentiæ, & tamen ratione alicuantulæ densitatis, est aggregationis visus aliquantulum operatiua, & ratione siue fortitudinis & cohærentiæ ab exterioribus nocumentis est interius defensiua. Hæc autem cornea scleroticæ interiori coniuncta, tertium facit orbem, dum vitreum humorem circularitet intra se claudũt. Vltimo autem in superficie oculi exteriori ponitur tunica, quæ dicitur coniunctiua: quæ à craneo descendens non totum tetigit oculũ, sed consistit in angulis oculorum, eos ligans, & retinens, vt in sua maneant fixione. Per has ergo septem tunicas, quæ oculũ vestiunt, septem dona Spiritus sancti repræsentantur, quę mentẽ prædicatoris ornare debent: de quibus dicitur. Requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapiẽtiæ, & intellectus, spiritus scientię, & pietatis, spiritus consilij, & fortitudinis, & replebit eũ spiritus timoris domini. Vbi aduertendũ, quod sicut primę sex tunicæ in tribus ordinibus oculi connectuntur, ita prima sex dona in tribus gradibus spiritus combinantur. Isa. 11

Primus gradus est spiritus sapientiæ, & intellectus: vbi sapientia combinatur intellectui, sicut in primo orbe oculi aranea tunica connectitur retinæ.

Secundus, est spiritus scientiæ, & pietatis, in quo scientia pietati combinatur, sicut tunica vuea coniungitur secundinæ.

Tertius gradus est spiritus consilij, & fortitudinis, vbi consilium combinatur fortitudini, sicut cornea tunica scleroticæ copulatur in tertio oculi orbe: sed donum timoris ponitur per se, & alteri dono non combinatur. Et replebit, inquit, eum spiritus timoris domini, sicut etiam septima tunica oculi quæ dicitur coninnctiua alteri tunicæ non connectitur.

Capitis constitutio, sensuum, tum interiorum tum exteriorum declaratio, & colli, tibiarumq; naturales effectus, ac nutricis proprietates diuerse recensentur, quibus singulis non paucis similitudinibus prælati comparantur, eorundemq; partes, perfectiones, ac officia, & domiq; sacræ scripturæ dignitates clarè aperiuntur.

cap. LX.

PRælatus assimilatur capiti propter septem.

Primo propter suam situationem: Nam quia caput est inter exteriora membra pars hominis principalis, ideo propter dignitatem locatũ est in corporis supremo. Et etiam propter necessitatẽ, vt possit inferiora mẽbra regere, & quæ sub ipso sunt vniuersa disponere. Sic prælati positi sunt in altitudine dignitatis & auctoritatis, vt possint sibi subditos congruẽter regere, & gubernare: Sed tamen sicut eminent dignitate, ita conari debẽt, vt emineãt sanctitate, humilitate, & operositate. Vnde Beato Petro dixit Christus: Tu vocaberis Cephas, quod dicitur caput, antiquitus n. capita lauabãtur. Vnde Christo dicẽti: Si nõ lauero te &c. Petrus respõdit, domine nõ tantũ pedes meos, sed & manus, & caput: & figurabatur in lotione capitis, quod prælati debent esse mundi. Itẽ capita inungebantur secundũ Ioan. 13

Digitized by Google

illud. Vnge caput tuū. In quo sig-
Matt. 6. nificabatur, quod prælati debent esse pij, oleo scilicet misericordiæ pleni.

Item capita cinere aspergebā-
Thre. 2. tur. Thre. Asperserunt cinere capita sua: in quo figurabatur, q̄ debent esse humiles.

Item super capita manus imponebantur, Exod. Imponent Aarō
Exo. 29 & filij eius manus super caput illius: in quo significabatur quod debent esse actiui, & operosi.

Secundo prælatus assimilatur capiti propter sensationem: Nam omnis sensus apparet in capite: vnde dicit Isid. quod caput dici-
Isid. li. 8th. tur à capiendo, eo quod omnis sensus, & nerui ab eo initiū capiunt: vnde caput est sedes omnium sensuum: Sunt enim in eo sensus tam exteriores quam interiores: Exteriores enim sunt visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus: qui sensus omnes mystice cōpetunt prælatis: scilicet visus contēplationis, auditus cōfessionis, vel cōsultationis; gustus diuini amoris, quo anima spiritualiū delitiarum saporem percipit, odoratus discretionis, & tactus boni operis.

Sensus interiores sunt quatuor. Primus est sensus cōmunis, qui positus est in anteriori parte cerebri, vbi concurrunt nerui sensitiui quinque sensuum, qui locus medullosus & humidus est.

Secundus est virtus imaginatiua, & hæc etiam in anteriori parte cerebri ponitur post sensum cōmunē, & ibi est magna duritia ex frigiditate cerebri proueniēs. Hæc eadē virtus dicitur phātasia, vt vult Auerro. Sed imaginatiua vocatur, inquantū imagines rerū sensibiliū in ea reseruātur: vnde etiā vocatur thesaurus formarū: sed fantasia dicitur, inquantū huiusmodi imagines siue formas cō ponit, vel diuidit: vt cum apprehendit aliquid esse album, & frigidum, & similia.

Tertius est virtus æstimatiua, sed in homine vocatur ratio particularis, & hæc virtus est in media cellula cerebri, quæ calida est ex motu multi spiritus ad ipsam. Vnde in homine media cellula cerebri, rationalis, siue longitudica dicitur.

Quartus est virtus memoratiua, quæ communiter ponitur in posteriori parte ac cellula capitis. Istæ ergo quatuor virtutes designant quatuor perfectiones quas debent esse in prælato.

Prima est peritia diuinarum scripturarum, & istam designat sensus communis: Nam sensus communis est (vt dicit Algazel.) à quo omnes sensus proprij deriuantur, & ad quē omnis impressio eorum renunciatur & reducitur, & in quo coniunguntur omnes, & sic sunt quasi suggerentes ipsi. Sicut ergo à sensu communi deriuantur sensus proprij, ita à diuina sapientia quę traditur in sacra scriptura, deriuantur omnes scientiæ seculares, & physicæ. Vn Cassio. de Cas. dicit, quod omnis splendor rhetoricæ eloquentię, omnes modi locutionis poëticæ, quælibet varietas pronunciationis decoræ, à diuinis scripturis sumpsit exordium. Et iterum, sicut omnis sensuum impressio ad ipsum sensum communem reducitur, ita omnes scientiæ aliæ ad sacram scripturam reducūtur, sicut ad regulam dirigentem.

Item, quia finis eius est vltimus finis, ad quem fines aliarum scientiarum ordinantur, s. beatitudo æterna: etiā quātū ad hoc omnes aliæ scientiæ coniungūtur in ea: Nam quælibet scientia est quædā perfectio hominis, & quælibet perfectio hominis ad vltimā perfectionem eius ordinatur, quam principaliter ista scientia respicit.

Digitized by Google

felicitatem æternam. Vnde Auic. dicit, quòd omnes scientiæ communicant in vna vtilitate, quę est acquisitio perfectionis animę, præparatis ea ad futurã felicitatem.

Item sicut omnes suggerũt sensui communi, i expectant cõplementum cognitionis ab ipso circa particulare, quod est in sensu: ita & perfacram scientiam omnis humana cognitio recipit complementum, propter quod dicitur: quòd vani sunt omnes homines
Sap. 13. quibus non subest scientia Dei.

Secundo debet esse in prælato cura & custodia animarum: quã designat virtus imaginatiua, quæ est conseruatiua, & custoditiua sensibilium formarum. Insuper ad modũ phantasiæ debet subditos ad inuicem sociare, vel ab inuicem separare, prout eorum saluti viderit expedire.

Tertio debet esse in eo prudentia & discretio rerum agendarũ, vt scilicet omnia cũ discretione & ratione agat: & hanc designat virtus logistica, id est, rationalis.

Quarto debet esse in eo iugis memoria, seu recordatio suorum defectuum & culparum, quæ, sc. eum in puritate, & in humilitate conseruet: & hãc designat virtus memoriæ.

Tertio prælatus assimilatur capiti, propter capitis dispositionẽ. Dispositio enim capitis (secundũ Ari.) ex tribus cognoscitur, s. ex quantitate, ex figura, ex capillis. Ex quãtitate quidem, quia caput debet esse mediocre inter parum & magnũ, membris alijs in quãtitate proportionatum: Nã caput nimis paruum, signat defectum materiæ, & debilitatẽ virtutis formatiuæ: sed nimis magnũ, signat superfluitatem materiæ, & defectũ virtutis operatiuæ. Sic prælatus neq; debet esse nimis magnus per superbiæ elationẽ, neq; etiam nimis paruus per pusillanimitatis dejectionem: sed vt vtroque vitio careat, magnanimus, & humilis esse studeat, vt scilicet ex vtraque virtute quoddam medium, & temperamentum conficiat.

Itẽ cognoscitur dispositio capitis ex figura, quia figura capitis est rotũda, tũ propter lesionis & passibilitatis amotionẽ, tum propter medullæ cerebri ampliorem receptionẽ. Et tamen debet esse aliquantulum oblongũ, & circa tẽpora aliquãtulum planum. Nam perfecta dispositio capitis est, quando in rotunditate disponitur ad similitudinẽ globi cerei, inter manus vel duo signa compressi: Talis enim globus est figura rotunda, & tamen aliquãtulum in vtroque latere planus: in parte tamen anteriori in vtraque parte erit acutum, aliquantulum eleuatum, & hoc necessarium fuit ad retinendũ ventriculũ cerebri in prora, i. in anteriori parte capitis, ex qua quinq; nerui procedunt quinque sensus faciẽtes. Simili modo parũ acuitur à posteriori propter retentionem à terius ventriculi in pupilli. i. in posteriori parte, ex qua procedũt medullæ spondiles, & nerui motum voluntarium facientes. Debet ergò ad modum capitis prælatus esse rotundus, id est, iustus, vt non sit in eo aliquis angulus iniquitatis aliquã partẽ retinens, præcipuè in iudicio, vbi partem, vel personam accipere nõ debet.

Item debet esse oblongus per longam discussionem, & deliberationem, scilicet vt nõ cito præcipitet sententiam: quia velox consillum fiue iudicium sequitur pœnitentia. Debet etiam esse ex vtroque latere planus, id est, firmus, scilicet tam in prosperis quã in aduersis: Illud enim quod planum est, vbi applicatur, vel ponitur, resident firmum: sed nõ sic quod est sphæricum, sed debet

Digitized by Google

etiam esse acutus ante in prouisione futurorum, & retro in recordatione præteritorum, & in medio eleuatus, præsentia sublimiter disponendo.

Item cognoscitur dispositio capitis ex capillis, quia secundum eorum quantitatem, & qualitatem, & cadendi velocitatem, siue tarditatem, de complexione capitis iudicatur. Quali autem capilli adhærentes capiti, sunt officiales, & familiares, vel consiliarij, vel amici ipsius prælati, qui ei iugiter adhærent, ex quibus multum pendet, & ostenditur qualis prælatus sit: Capilli enim bene dispositi, quandiu adhærent capiti, ipsum custodiunt, ornant, & defendunt: ablati vero, vel male dispositi, ipsum turpe reddunt. Et simile accidit de amicis, vel consiliarijs, & familiaribus prælati: quia si boni sunt, ipsum custodiunt, & honorabilem reddunt, si vero praui, ipsum corrũpunt, vel saltem infamem & odiosum efficiunt.

Quarto, prælatus assimilatur capiti propter eius compositionem: Nam primo quidem caput est ex multis ossibus cõstitutum, & hoc propter cerebri defensionem: Nam substantia cerebri tenera est & mollis, vnde de facili læderetur, nisi esset interpositio cranei & ossium aliorum per quę ab extrinseca læsione seruatur. Ossa autem ista quæ debent esse in prælato vt ipsum defendant, & custodiant, sunt misericordia, iustitia, clementia, & cæteræ virtutes. Prouer. Misericordia & veritas custodiunt regem, & clementia roboratur thronus eius. Pro. 20.

Item caput habet aliquid de carnositate, & hoc fuit necessarium ad temperamẽtum ossium & neruorum, ne forte nimium ossium frigiditate tenoritudo cerebri occasionaliter læderetur. Similiter in prælato est infirmitas carnis, siue passibilitas, ad humiliratem scilicet, & custodiam virtutum. Nam (sicut dicit Apostolus,) virtus in infirmitate perficitur. 2. Cor. 12. Habet tamen caput parum de carnositate & pinguedine respectu aliorum membrorum, & hoc propter viuacitatem sensus, & iuuamentum intellectus (sicut dicit Philosophus.) Forte ratio huius est, quia spiritus in neruis Arist. 12. de ani. sensibilibus per carnis grossitiem & nimiam pinguedinem in suo transitu impediretur, & sic sensus heberaretur, & intellectus obtunderetur. Vnde Hieronymus dicit, quod venter pinguis nõ gignit sensum tenuem. In hoc ergo signatur, quod prælatus non debet esse deliciosus, neque intendere ad impinguandum corpus, sed paruam curam debet habere vel impendere carni suæ. Hiero.

Item debet prælatus parum habere de carne, id est, de amore carnali consanguineorum, id est, vt non intendat ad ditandum, vel impinguandum eos de patrimonio Crucifixi, id est, de bonis ecclesiæ.

Item caput quamuis multam videatur exterius habere duritiẽ, multam tamen habet intus mollitiem in medulla, ita vt ipsius mollitie irrigetur totius corporis machina. Sic prælatus quãuis se debeat quandoque durum ostendere in corripiendo exterius, tamen in compatiendo mollis debet esse interius.

Item caput multum est neruosum; & hoc fuit necessarium propter ossium ad inuicem coniunctionem, & propter sensus & motus opera ionem: Nam per neruum medium anima in corpore omnem motum operatur & sensum, neque sine neruo descendente à cerebro membrũ coniungitur membro. Isti ergo nerui sunt

Digitized by Google

ui sunt bona verba, & exẽpla prælati, quibus subditorum sensus informantur, & ad bene operandũ mouentur, & in pacis, id est, vnitatis consortio inuicem connectuntur; Vnde si virtus fluens decapite per neruos imediatur, corporis corruptio sequitur, & omnis compactio dissoluitur: quia si virtus doctrinæ, vel bonæ vitæ, prælato subtrahitur, subditorum vita quoque corrumpitur, & vnitatis per consequens concordia dissipatur.

Quinto, propter cerebri inclusionem: Nam intra caput cerebrũ est inclusum, quod est corpus album sine sanguine, de spiritu & medulla habens multum, & in tribus cellulis est distinctum, & intra duos panniculos, scilicet piam matrem & duram, situ naturali est contentum. Est autem album, vt cuiuslibet similitudinis colorem sit facile susceptiuũ; habet multum de spiritu, vt multus in eo sit motus; habet multum de medulla: vt acumen caloris, qui ex eius motu generatur, temperaretur; harum habet de sanguine, ne eius colore inficeretur, & sic omne apprehensum videretur rubeum. Ideo etiã fuit humidum sine sanguine, vt cito in naturam sentiendi mutaretur. In tribus autẽ cellulis est distinctum, quæ ventriculi appellantur. In anteriori cellula formatur imaginatio, in media sensibilis ratio, in vltima memoria siue recordatio. Hæc omnia competunt prælato, scilicet vt sit albus per puritatem, & sine sanguine. i. sine inordinato cõsanguineorũ amore, s. vt non ædificet Sion in sanguinibus, & debet habere etiã multum de spiritu, id est, multũ esse spiritualis.

Item de medulla humorosa, s. deuotione animæ, vel de pietate compassionis. Distinctio autem trium cellularum, seu virtutum, signat tres partes prudẽtiæ: quarum vna est posterior, s. memoria præteritorum; Alia anterior, scilicet prouisio futurorum: tertia media, scilicet intelligentia præsentium. Debet etiam ad modũ cerebri esse inter duram & piam matrem inclusus: Istæ enim duæ matres sunt duo pãniculi ad defensionẽ cerebri positi: vnde vocantur matres cerebri, vnus est grossus, & ideo dicitur dura mater: hic autẽ craneo supponitur, sed in medio cerebri ingrossatus, & ad maiorem fortitudinẽ solidatur, nõ tamen immediatè cum craneo cõiungitur, sed potius abeo suspenditur, & huc atq; illuc circa cerebri substantiam dilatatur. Hæc dura mater fuit necessaria, vt piam matrem, quæ est ea tenerior, a duritia cranei defensaret, & vt venas & arterias cerebri colligaret, & vbi essent spatia vacua, illa impleret, ac pia mater duræ matri supponitur, & ipsa mollior inuenitur. Et ideo substantiam cerebri circumuoluit, & dictas cellulas inter se diuidit, & distinguit. Nẽque superfluit hic pia mater: quia cerebri interius venas recolligit, & ne cerebrum sua liquiditate defluat, coadunãdo custodit; cerebrum etiam cooperiens & amplectens, ipsum à dura matre defendit. Istæ ergo duę matres debẽt esse in prælato dura enim mater est pœnitentia, pia mater misericordia: debet enim esse sibi per pœnitentiã austerus, sed per pietatem esse alijs largus, & benignus, vel debet esse dura mater in correctione iustitiæ, & pia mater in compassione misericordię: Nam disciplina sine misericordia multum destituitur, si vna sine altera tenea-
tur: vt dicit Greg Vtraque tamen Greg.
dicitur esse mater ex dilectione charitatis mota.

Digitized by Google

Sexto, prælatus assimilatur capiti propter fumositatum receptionē: Est enim caput totius corporis caminus, & tectum, & ideo multarum fumositatum a stomacho ascendentium est receptiuū: & ideo fecit Deus illud porosum & foraminibus plenum, vt per poros occultos, & foramina manifesta, ejiceretur superfluum, ne fieret receptaculum naturæ mortiferum. Istæ multæ fumositates ad cerebrum ascendentes, sunt multæ sollicitudines, & anxietates, quas oportet prælatum habere: sed tamen superfluas curas, & anxietates debet abijcere, siue per secretas considerationes, & orationes, siue per manifestas & vtiles occupationes.

Septimo, assimilatur capiti prælatus, propter ipsius capitis læsionem, siue passionē: Patitur enim caput multipliciter: aliquādo quidem ex sua mala complexione, aliquando vero ex nimio fumo a stomacho ascendente, aliquando vero ex aëris intemperie, & aliquando ex aliorum membrorum associatione, aliquado ex nimia repletione, aliquando ex nimia inanitione, aliquando ex nimia fatigatione: aliquādo ex nimia dormitione: quæ omnia conueniunt malis prælatis, qui aliquando deprauantur ex mala complexione inclinātē: aliquando ex fumo superbiæ ascendente: aliquando ex intemperantia dissoluente: aliquando ex malorū familiaritate inficiente: vel ex aliorum malignitate deficiente: aliquādo ex nimia repletione ciborum, vel temporalis proprietatis, aliquando ex nimia inanitione expensarū suæ necessitatis: quandoq; etiam ex nimia fatigatione infirmantur, & inutiles efficiūtur, aliquādo vero ex nimia dormitione negligētiæ & pigritiæ detinentur.

Item prælatus assimilatur collo. Primo ratione situationis: Nam collum situatū est inter caput & corpus: quia prælatus mediator est inter Deum & populum. Vnde debet esse coniunctus Deo per puritatem, & populo per charitatem, & pietatem. Vnde. Dixit Moyses: Ego lequester, & medius fui inter vos & Deum. Et quanquam prælatus supra assimilatus sit capiti, non propterea est inconueniens, quod etiam assimiletur collo: quia licet ipse sit vt caput respectu populi, tamen est vt collū respectu Christi, qui est principale caput ecclesiæ secundum illud Eph. Ipsum dedit caput super omnem ecclesiā, quæ est corpus eius. Deut. 5. Ephi. 1.

Secūdo ratione cōpositionis: Nā collū componitur ex duobus partibus. s. arteriori, quæ dicitur gula, & posteriori, quæ dicitur ceruix, sicut dicit Isi. Et istę duæ partes colli significāt duas perfectiones prælati: Quia gula siue guttur, significat auctoritatem doctrinæ: quia, s in gutture vox formatur. Ceruix vero significat soliditatē vitæ: Ceruix enim non est concaua, vt gula, sed solida est & plena. Sed nota, quod licet vox in gutture formetur: tamen si est vox significatiua, & articulata, & literata, quæ propriè dicitur locutio, requirit plura alia instrumenta. Vnde secundum Const. Organa vocis sunt plura, s. pulmo, arterię, guttur, vuluą, & dētes, labia, atq; lingua: Horū. n. organorū quædā sunt vocis ordinatiua, vt gula, quæ (secundū Const.) vocem pulchrā reddit, & fortē, quando proportionabiliter se habet ad alia instrumēta: Nā aerē introeuntem temperat, & ne nimis impetuosè exeat, detinet: & refrenat. Const.

Itē à receptione pulueris guttur & arterias cōseruat. Quædā vero sunt vocis emissiua, vt canales pulmonis, & arteriæ, quæ sunt quasi

Digitized by Google

quasi quædam fistulæ, quæ si sint mũdæ, lenes, & tẽperatę, dulcem & lenẽ. & tẽperatã faciũt ipsam vocẽ; Si vero sint asperæ, aut plus debito latæ vel strictæ, aut distortę, grauẽ, vel exilẽ, dissonã & inæqualem vocem emittunt. Quædã vero sunt vocis distinctiua. i. verborum distinctæ formatiua, sicut lingua, labia, & dentes, & huiusmodi. Igitur prima organa, quæ sunt vocis ordinatiua, admonent prælatũ, et doctorem, vt loquatur ordinatè, et temperatè. Illa vero quæ sunt emissiua, admonent vt loquatur aperte: quia in emissione vocis fit oris apertio. Alia vero quę sunt vocis distinctiua, admonẽt, vt loquatur distinctè: Pars vero posterior quę dicitur cervix, designat vitã prælati: Constat n. ex carne, & ossibus, & neruis, & est ossea ad caput fortius sustinẽdum, sed neruosa ad motum voluntariũ faciendũ, & sensum ad partes corporis deferendum. In quibus designatur, quod prælati, quãtũ ad vitã debent esse carnei per mansuetudinis lenitatẽ, & ossei, per fortitudinis firmitatem, & neruosi, per dilectioni colligationem, & extensibilitatem.

Tertio ratione proportionis: Nam debet collum esse proportionatum corpori, ne excedat in paruitate vel in magnitudine modũ. Tũc autem prælatus excedit in magnitudine modũ, quando est nimis seuerus, tũc in paruitate, quãdo nimis remissus. Dicit autẽ Arist. quod in quadrupedibus spissi corporis, & crurum mediocriũ, collum est curtũ, & grossum, & huiusmodi animaliũ in collo est maxima fortitudo, sicut patet in bobus, bubalis, & vrsis, & lupis. Tali collo fortissimo, s. curto, & grosso, assimilantur prælati, qui debent esse fortissimi in operando, curti & breues in expediendo, grossi, & pleni, vel pingues in subueniendo & largiẽdo

Aris. 14 de ani.

Item prælati debent esse timiles tibijs: quia primo debet esse in eis fortitudo patientię, & hoc designatur in tibijs, quæ scilicet intrinsecus sunt ex ossibus fortibus factæ, quæ etiam sunt tanquam columnæ ad corpus portandum habiles. Sic prælati debent esse columnæ per debilium sustentationem, & fortes & patientes in portando subditorum onera.

Secundo, debet esse in eis compassio misericordię, & hoc signatur in tibijs, quarum ossa interius sunt medulla plena, vnde sunt exterius duræ, & interius molles: & sic ipsi prælati, vt & videantur exterius duri per correptionem iustitiæ, & sint intrinsecus molles per compassionẽ misericordiæ.

Tertio debet esse in eis mãsuetudo conuersationis extrinsecæ: & hoc significatur in tibijs, quæ sunt carnositate vestitæ, & in cõplicatione earũ cum femoribus: neque ab eis recipiunt, neque inferunt offensam: Vnde tanquam culcitra ad molem corporis supportandam carnositas ipsarum à parte superiori est interius locata: Sic prælati cũ se alijs complicant, siue applicant, cum eis conuersando, debent esse sic mansueti & temperati, vt neque ipsi illos offendant cõuersationis asperitate, neq; ipsi offendãtur ab eis nimiæ familiaritatis, vel dulcedinis contemptibilitate: debent autem omnes subditos, vt culcitra, s. dulciter & leuiter supportare.

Quarto, debet esse in eis longitudo perseuerantię, quę etiam significatur in tibijs siue coxis, quę sunt longæ: Vnde ideo dicuntur tibiæ, quia similes sunt tubis in specie & longitudine, (vt dicit Is.) quia, s. si prælati logarimes Is. lib. & perseuerãtes esse debent in sui Ety. officij solicitudine & labore:

Digitized by Google

est: O vos prædicatores à verò affectu recedant temporalia, quæ tempore veterascunt. Proue. Remoue ate os prauum. Pet. Peccatum non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius.

Prou. 4.
1. Pet. 2

Quarto, propter superfluitatum à pulmone & cerebro venientiū electionem, & membrorum à superfluis exonerationem: Sæpe enim dum stomachus grauatur, per oris vomitum expurgatur. Sic prædicator ejicere a se debet superfluas affectiones, quæ sunt vt superfluitates veniētes à pulmone, & superfluas, & noxias cogitationes, quæ sunt superfluitates descendentes à cerebro, debet etiam per oris confessionem vomere peccati grauedinem Eccle. Surge de medio, & euome illud Apoc. Incipiam te euomere ex ore meo.

Eccl. 31
Apoc. 3

Notandum etiam, quod os patitur ex corruptis humoribus aliūde fluentibus: Nam si sit homini societas mala, si mens corruptionibus plena, si peccauerit in lingua, patitur os eius. Mat. Ex abūdantia cordis os loquitur.

Mat. 12

Item prædicatores assimilantur oculis propter septem: Septem enim sunt prædicatori necessaria. Primum est intentionis humilitas, videlicet, vt non prædicet ad scientiæ ostentationem, sed potius ad Dei laudem, & animarū vtilitatem. Vnde oculi, secūdum Isidor.) dicti sunt quasi occulti, quia scilicet suum lumen intus occultant, & conseruant, vel quia tegmina oculorum eos occultant, ne aliquibus iniurijs lædantur. Sic prædicatores ne lædantur à superbia, vel vana gloria, seipsos, vel lumen sapientiæ, saltem quantum ad inuentionē, debent occultare, id est, non ad ostentationem prædicare. Greg. Sic opus fit in publico, vt intentio semper maneat in occulto.

Isid. lib. ety.
Gre in ferm.

Psalm. Oculi mei semper ad Dominum, super rectā intentionem.

Psal. 24.

Secundo est necessaria discretionis sagacitas, vt scilicet tic medici spiritualis animarū morbos sagaciter discernant & ostendāt, ac curas debitas adhibeant, sicut maxime in oculis repræsentantur, & iudicantur animæ passiones: Nam oculi inter omnes sensus sunt animæ viciniores; Vnde in eis omne iudicium mētis apparet, siue anima fuerit hilaris, siue tristis, similiter amor & odium, & omnes animę passiones in oculis expresse apparent.

Tertio docendi studiositas: Dicuntur enim oculi lumē, quia lumen quod ab exterioribus accipiunt, interioribus refundunt. Et similiter prædicatores lumen sapientiæ quod acceperunt, siue à Deo inspirante, siue ab homine docēte, siue à scriptura instruente, alijs studiose & copiose tradere & refundere satagunt. Vnde Apostolus: Tradidi enim vobis & hoc quod accepi.

1. Cor. 15.

Quarto est necessaria officij societas: requirit enim prædicationis officium ex quadā honestate, siue commoditate, vt prædicatores non soli vadant, sed simul combinati vel sociati; vnde primos prædicatores quos Christus instituit, binos ante faciem suam misit, vt dicitur. Vnde oculi capitis, qui prædicatores designant Christi, geminati sunt, vt si fortè vnus læderetur, eius defectus per alium suppleretur. Eccl. Væ soli, quia cū ceciderit, non habet subleuantem: & ideo religiosi combinati incedunt. Matth. Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum: Et dicit duo, quia eorum est duo testamenta prædicare, & duo præcepta charitatis seruare, & addit, vel tres: quia eorū est sanctæ Trinitatis fidem diuulgare,

Luc. 10
Eccl. 4
Mat. 18

Digitized by Google

diuulgare, & tribus theologicis virtutibus, scilicet fide, spe, & charitate vitam suam adornate.

Quinto necessaria est circa crucem Christi deuotionis singularitas, vt prædicator quisque cum egregio prædicatore dicat: Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Vnde nerui qui ad oculos spiritum visibilem deferunt, sunt in modum crucis dispositi: Nam à prora cerebri exeunt duo nerui, qui in substantiam crystallini humoris oculis se intingunt, & hi nerui transuersaliter in modum crucis infiguntur in oculis, & in puncto contactus inuicem se cõtingunt, & hoc ingeniose factũ est, vt altero ocularũ clauso, vel penitus excecato, spiritus visibilis ad alterum totum transiret, & suam ibi perficeret actionem; vnde tũc pupilla, & actus videndi confortatur, propter virtutis visiuæ coadunationem, vt patet in sagittarijs, qui vno oculo directius sagittam emittunt. Gal. 6.

Item ideo se contingunt pũcto, ne quodlibet vnum duo esse videatur: Semper enim vna res duo esse apparent, si vterque oculus suũ idolũ diuisim videret. Necesse ergo fuit vt virtus visiua continuaretur ad organũ, in quo esset virtus vna fontalis, deriuatiua in pupillis, sicut auctor perspectiuæ dicitur. Sunt ergo nerui oculi in figura crucis dispositi, vt prædicator cum Christo cõfixus sit cruci, & nõ seipsum, sed crucifixũ Christum studeat prædicare, secũdum illud: Nos autẽ prædicamus Christum crucifixum. 2. Cor. 1

Sexto, necessaria est scientiæ luminositas: quia sicut oculo siue pupillæ necessarium est lumẽ ad videndum, ita prædicatori necessaria est scientia sacræ scripturæ ad prædicãdum: Debet enim esse prædicatoris mens velut pupilla oculi, quæ interiùs immutatur à spiritu veniente a cerebro, & exterius a lumine refulgente: nam mediãte lumine, speciẽ rei exterius recipit, & receptam animæ iudicio transmittit. Sic prædicatoris mens, vt rectè speculetur quæ sunt docenda, oportet, quod illuminetur interius a Spiritu sancto inspirante, & etiã exterius ex sacræ scripturæ lectione instruente: & ideo oportet, quod sit ad modũ pupillæ, in qua est puritas, paruitas, dignitas, & sui per reflexionem visibilitas. Propter primum dicitur pupilla, quasi pura & puella, & sic prædicatoris mens debet etiam esse pura, vt a Deo illuminetur: Sed cauendum est ne hæc pupilla, id est, puritas mentis tollatur per mortẽ peccati, non solũ exterioris oculi operis, sed etiam interioris consensus, vel delectationis morosæ: Dicunt enim Physici, ipsas pupillas per triduum ante mortem morituros homines non habere, quibus non visis certa desperatio est de ægro.

Item pupilla est parua, & ideo sic dicitur, eo quod paruuli pupilli esse dicuntur. Sic prædicatorum mentes debent esse per humilitatẽ paruæ. Et hoc multum valet ad recipiendum lumen diuinæ sapientiæ, secundum illud. psal. Sapientiam præstans paruulis, vnde pupilla licèt sit parua in quantitate, est tamen maxima in virtute, & ideo maxima comprehendit. Psal. 18.

Item pupilla est magnæ dignitatis: quia (vt dicit Hali.) omnia quæ in ipso oculo sunt, aut sunt pupillam adiuuantia, aut pupillæ vt seruientia, ipsa vero sedet in medio quasi omnium regina. Similiter omnia, quę sunt in prædicatore, debent subdi menti & rationi eius. Quædam ad seruiendum, vt corporis membra.

Quædam

Digitized by Google

Quædam verò ad iuuandū, sicut sensus & aliæ vires. Quasi etiam in signum dignitatis pupilla circa se habet quendā circulum, quę corona dicitur, quo discreta nigredine albæ partes oculi à pupilla separantur. Et in hoc signatur gloria, & corona, quæ fideli prædicatori seruatur, secundum illud
1.Thi.4 Apostoli: In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ.

Item pupilla cum omnia iudicet, & discernat, se ipsam non videt, & si contingat per accidens se videre, hoc est per radiorū reflexionem, scilicet quādo species sua vadit ad speculum, & a speculo reflexio nt ad visum. Et hoc forte est causa quare visus in speculo delectatur, quia per reflexionem radiorum in se ipsum reuertus coadunatur, & per consequens fortificatur, & cōfortatur. Sic si prædicator nescit se ipsum cognoscere, vel videre, accedat ad speculum scripturæ, & reflectat applicando ad seipsum, quæ legit, vt ex reflectione radiorum, id est, diuinorum verborum, siue exemplorū, quæ ibi repe.iuntur, possit ad suos defectus, & etiam profectus, intueri.

Septimo est necessaria prædicatori virtutum & donorum varietas: Nam oculus est compositus ex tribus humoribus, quorum primus dicitur albugineus, secundus cryſtallinus, tertius vitreus. Qui non dicuntur humores, quia sunt liquidi, vel fluxibiles; sed propter molliticm quàm habent vltra cætera membra. Sed in hos humores solus cryſtallinus est instrumentum visus. In his igitur tribus humoribus designantur tres virtutes theologicæ, quas prędicator debet habere, sed præcipuè charitatem, quæ cæteris præeminet, sicut humor cryſtalli-
2.Co.13 nus. Apostolus, nunc manent fides, spes, & charitas, tria hæc: horum autē maior est charitas. Vnde prædicator sine ea nihil est, secundū illud ibidem: Si lin- 1 Co.13
guis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem nō habeam, &c.

Item oculus habet septem tunicas, id est, septem pelliculas siue telas, quæ circundant illos humores & ab inuicē distinguntur, s. quatuor à parte anteriori, & tres ab interiori: nam interius immediate iuxta cryſtallum, est tunica, quæ dicitur retina, à venis & arterijs piæ matris, id est, subtilioris cerebri panniculi, qui pia mater vocatur, exorta & cōtexta in modum retis, quæ portat spiritum visibilem ad vitreum humorem, & cū suis neruis sensum ad cryſtallinum: Post retinam sequitur secūdina, quæ ab ipsa pia matre est generata vt retinam defendat, ne aliquo casu lædatur. Tertio sequitur sclirotica tunica valde dura, quæ à dura matre, id est, a superiori & grossiori panniculo cerebri procedens, omnia alia est defendēs, & est quasi ligamētum oculorum; A parte vero anteriori, immediatè iuxta cryſtallinum humorem, est tela aranea, sic propter suam subtilitatem dicta, vt sit spiritui visibili peruia, ex subtilioribus partibus retinæ tunicæ generata; & hæc tunica inter albuginem, & cryſtallinum humorem est collocata, ne simul commisceantur, & hæc tunica coniuncta cum interiori retina facit primū orbem: Nam hæ duæ tunicæ in se claudunt cryſtallinū humorem. Hanc sequitur vuea, sic dicta, quia vuæ nigræ est in colore simillima: quia enim omnia prædicta in compositione oculi erant clara, & alba, & visum disgregātia, ideo necessaria fuit tunica vuea, quæ sua nigredine lumen in oculo aggregaret. Hæc autem tunica ad modū spongiæ est, quodam-

Digitized by Google

quodammodo porosa, & villosa, neruorum continens fila, vt crystallinum humorem ab humiditate superflua depuraret, & spiritum visibilem aliis circunstantibus ministraret. Hęc tunica vuea à parte anteriori cum secundina coniungitur, & faciunt secũdum orbem, claudendo albugineum humorem. Hanc sequitur tunica cornea, sic dicta, quia cornu lucido est similis: vnde & peruia est spiritui visibili ratione suæ transparentiæ, & tamen ratione aliquantulæ densitatis, est aggregationis visus aliquantulum operatiua, & ratione siue fortitudinis & cohærentiæ ab exterioribus nocumentis est interius defensiua. Hæc autem cornea sclroticæ interiori coniuncta, tertium facit orbem, dum vitreum humorem circularitet intra se claudũt. Vltimo autem in superficie oculi exteriori ponitur tunica, quæ dicitur coniunctiua: quæ à craneo descendens non totum tetigit oculũ, sed consistit in angulis oculorum, eos ligans, & retinens, vt in sua maneant fixione. Per has ergo septem tunicas, quæ oculũ vestiunt, septem dona Spiritus sancti repræsentantur, quę mentẽ prædicatoris ornare debent: de quibus dicitur. Requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapiẽtiæ, & intellectus, spiritus scientię, & pietatis, spiritus consilij, & fortitudinis, & replebit eũ spiritus timoris domini. Vbi aduertendũ, quod sicut primę sex tunicæ in tribus ordinibus oculi connectuntur, ita prima sex dona in tribus gradibus spiritus combinantur. Isa. 11

Primus gradus est spiritus sapientiæ, & intellectus: vbi sapientia combinatur intellectui, sicut in primo orbe oculi aranea tunica connectitur retinæ.

Secundus, est spiritus scientiæ, & pietatis, in quo scientia pietati combinatur, sicut tunica vuea coniungitur secundinæ.

Tertius gradus est spiritus consilij, & fortitudinis, vbi consilium combinatur fortitudini, sicut cornea tunica sclroticæ copulatur in tertio oculi orbe: sed donum timoris ponitur per se, & alteri dono non combinatur. Et replebit, inquit, eum spiritus timoris domini, sicut etiam septima tunica oculi quæ dicitur coniunctiua alteri tunicæ non connectitur.

Capitis constitutio, sensuum, tum interiorum tum exteriorum declaratio, & colli, tibiarumq; naturales effectus, ac nutricis proprietates diffuse recensentur, quibus singulis non paucis similitudinibus prælati comparantur, eorundemq; partes, perfectiones, ac officia, & denig; sacræ scripturæ dignitates clarè aperiuntur.

Cap. LX.

PRælatus assimilatur capiti propter septem.

Primo propter suam situationem: Nam quia caput est inter exteriora membra pars hominis principalis, ideo propter dignitatem locatũ est in corporis supremo. Et etiam propter necessitatẽ ſ, vt possit inferiora mẽbra regere, & quæ sub ipso sunt vniuersa disponere. Sic prælati positi sunt in altitudine dignitatis & auctoritatis, vt possint sibi subditos congruẽter regere, & gubernare: Sed tamen sicut eminent dignitate, ita conari debẽt, vt eminẽat sanctitate, humilitate, & operositate. Vnde Beato Petro dixit Christus: Tu vocabẽris Cephas, quod dicitur caput, antiquitus n. capita lauabãtur. Vnde Christo dicẽti: Si nõ lauero te &c. Petrus respõdit, domine nõ tantũ pedes meos, sed & manus, & caput: & figurabatur in lotione capitis, quod prælati debent esse mundi. Itẽ capita inungebantur secundũ Ioan. 13

Digitized by Google

illud. Vnge caput tuũ. In quo significabatur, quod prælati debent esse pij, oleo scilicet misecordiæ pleni.

Matt. 6.

Item capita cinere aspergebãtur. Thre. Asperserunt cinere capita sua: in quo figurabatur, ꝙ debent esse humiles.

Thre. 2.

Item super capita manus imponebantur, Exod. Imponent Aarõ & filij eius manus super caput illius: in quo significabatur quod debent esse actiui, & operosi.

Exo. 29

Secundo prælatus assimilatur capiti propter sensationem: Nam omnis sensus apparet in capite: vnde dicit Isid. quod caput dicitur à capiendo, eo quod omnis sensus, & nerui ab eo initiũ capiunt: vnde caput est sedes omnium sensuum: Sunt enim in eo sensus tam exteriores quam interiores: Exteriores enim sunt visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus: qui sensus omnes mysticè cõpetunt prælatis: scilicet visus contẽplationis, auditus cõfessionis, vel cõsultationis; gustus diuini amoris, quo anima spiritualiũ delitiarum saporem percipit, odoratus discretionis, & tactus boni operis.

Isid. li. Eth.

Sensus interiores sunt quatuor.

Primus est sensus cõmunis, qui positus est in anteriori parte cerebri, vbi concurrunt nerui sensitiui quinque sensuum, qui locus medullosus & humidus est.

Secundus est virtus imaginatiua, & hæc etiam in anteriori parte cerebri ponitur post sensum cõmunẽ, & ibi est magna duritia ex frigiditate cerebri proueniẽs. Hæc eadẽ virtus dicitur phãtasia, vt vult Auerro. Sed imaginatiua vocatur, inquantũ imagines rerũ sensibiliũ in ea reseruãtur: vnde etiã vocatur thesaurus formarũ: sed fantasia dicitur, inquantũ huiusmodi imagines siue formas cõponit, vel diuidit: vt cum apprehendit aliquid esse album, & frigidum, & similia.

Tertius est virtus æstimatiua, sed in homine vocatur ratio particularis, & hæc virtus est in media cellula cerebri, quæ calida est ex motu multi spiritus ad ipsam. Vnde in homine media cellula cerebri, rationalis, siue longistica dicitur.

Quartus est virtus memoratiua, quæ communiter ponitur in posteriori parte ac cellula capitis. Istæ ergo quatuor virtutes designant quatuor perfectiones quæ debent esse in prælato.

Prima est peritia diuinarum scripturarum, & istam designat sensus communis: Nam sensus communis est (vt dicit Algazel.) à quo omnes sensus proprij deriuantur, & ad quẽ omnis impressio eorum renunciatur & reducitur, & in quo coniunguntur omnes, & sic sunt quasi suggerentes ipsi. Sicut ergo à sensu communi deriuantur sensus proprij, ita à diuina sapientia quę traditur in sacra scriptura, deriuantur omnes scientiæ seculares, & physicæ. Vnde Cas. dicit, quod omnis splendor rhetoricæ eloquentię, omnes modi locutionis poëticæ, quælibet varietas pronunciationis decoræ, à diuinis scripturis sumpsit exordium Et iterum, sicut omnis sensuum impressio ad ipsum sensum communem reducitur, ita omnes scientiæ aliæ ad sacram scripturam reducũtur, sicut ad regulam dirigentem.

Cassio.

Item, quia finis eius est vltimus finis, ad quem fines aliarum sciẽtiarum ordinantur, s. beatitudo ęterna: etiã quãtũ ad hoc omnes aliæ scientiæ coniungũtur in ea: Nam quælibet sciẽtia est quædã perfectio hominis, & quælibet perfectio hominis ad vltimã perfectionem eius ordinatur, quam principaliter ista sciẽtia respicit.

s. felici-

felicitatem æternam. Vnde Auic. dicit, quòd omnes scientiæ communicant in vna vtilitate, quę est acquisitio perfectionis animę, prę parátis ea ad futurá felicitatem.

Item sicut omnes suggerũt sensui communi, i expectant cõplementum cognitionis ab ipso circa particulare, quod est in sensu: ita & per sacram scientiam omnis humana cognitio recipit complementum, propter quod dicitur: quòd vani sunt omnes homines quibus non subest scientia Dei. Sap. 13.

Secundo debet esse in prælato cura & custodia animarum: quá designat virtus imaginatiua, quæ est conseruatiua, & custoditiua sensibilium formarum. Insuper ad modũ phantasiæ debet subditos ad inuicem sociare, vel ab inuicem sepárare, prout eorum saluti viderit expedire.

Tertio debet esse in eo prudentia & discretio rerum agendarũ, vt scilicet omnia cũ discretione & ratione agat: & hanc designat virtus logistica, id est, rationalis.

Quarto debet esse in eo iugis memoria, seu recordatio suorum defectuum & culparum, quæ, s. eum in puritate, & in humilitate conseruet: & hãc designat virtus memoriæ.

Tertio prælatus assimilatur capiti, propter capitis dispositionẽ. Dispositio enim capitis (secundũ Ari.) ex tribus cognoscitur, s. ex quantitate, ex figura, ex capillis. Ex quãtitate quidem, quia caput debet esse mediocre inter parum & magnũ, membris alijs in quãtitate proportionatum: Nã caput nimis paruum, signat defectum materiæ, & debilitatẽ virtutis formatiuæ: sed nimis magnũ, signat superfluitatem materiæ, & defectũ virtutis operatiuæ. Sic prælatus neq; debet esse nimis magnus per superbiæ elationẽ, neq; etiam nimis paruus per pusillanimitatis deiectionem: sed vt vtroque vitio careat, magnanimus, & humilis esse studeat, vt scilicet ex vtraque virtute quoddam medium, & temperamentum conficiat.

Ité cognoscitur dispositio capitis ex figura, quia figura capitis est rotũda, tũ propter lęsionis & passibilitatis amotionẽ, tum propter medullæ cerebri ampliorem receptionẽ. Et tamen debet esse aliquantulum oblongũ, & circa tẽpora aliquãtulum planum. Nam perfecta dispositio capitis est, quando in rotunditate dispónitur ad similitudinẽ globi cerei, inter manus vel duo signa compressi: Talis enim globus est figura rotundus, & tamen aliquãtulum in vtroque latere planus: in parte tamen anteriori in vtraque parte erit acutum, aliquantulum eleuatum, & hoc necessarium fuit ad retinendũ ventriculũ cerebri in prora, i. in anteriori parte capitis, ex qua quinq; nerui procedunt quinque sensus facientes. Simili modo parũ acuitur à posteriori propter retentionem alterius ventriculi in pupilli. i. in posteriori parte, ex qua procedũt medullæ spondiles, & nerui motum voluntarium facientes. Debet ergò ad modum capitis prælatus esse rotundus, id est, iustus, vt non sit in eo aliquis angulus iniquitatis aliquá partẽ retinens, præcipuè in iudicio, vbi partem, vel personam accipere nõ debet.

Item debet esse oblongus per longam discussionem, & deliberationem, scilicet vt nõ cito præcipitet sententiam: quia velox consilium sine iudicium sequitur pœnitentia. Debet etiam esse ex vtroque latere planus, id est, firmus, scilicet tam in prosperis quã in aduersis: Illud enim quod planum est, vbi applicatur, vel ponitur, residet firmum: sed nõ sic quod est sphæricum, sed debet

Digitized by Google

etiam esse acutus ante in prouisione futurorum, & retro in recordatione præteritorum, & in medio eleuatus, præsentia sublimiter disponendo.

Item cognoscitur dispositio capitis ex capillis, quia secundum eorum quantitatem, & qualitatem, & cadendi velocitatem, siue tarditatem, de complexione capitis iudicatur. Quasi autem capilli adhærentes capiti, sunt officiales, & familiares, vel consiliarij, vel a nici ipsius prælati, qui et iugiter adhærent, ex quibus multum pendet, & oltēditur qualis prælatus sit: Capilli enim bene dispositi, quandiu adhærent capiti, ipsum custodiunt, ornant, & defendunt: ablati vero, vel male dispositi, ipsum turpe reddunt. Et simile accidit de amicis, vel consiliarijs, & familiaribus prælati: quia si boni sunt, ipsum custodiunt, & honorabilem reddunt, si vero praui, ipsum corrūpunt, vel saltem infamem & odiosum efficiunt.

Quarto, prælatus assimilatur capiti propter eius compositionem: Nam primo quidem caput est ex multis ossibus cōstitutum, & hoc propter cerebri defensionem: Nam substantia cerebri tenera est & mollis, vnde de facili læderetur, nisi esset interpositio cranei & ossium aliorum per quę ab extrinseca læsione seruatur. Ossa autem ista quæ debent esse in prælato vt ipsum defendant, & custodiant, sunt misericordia, iustitia, clementia, & cæteræ virtutes. Prouer. Misericordia & veritas custodiunt regem, & clementia roboratur thronus eius.

Pro. 20.

Item caput habet aliquid de carnositate, & hoc fuit necessarium ad temperamētum ossium & neruorum, ne forte nimium ossium frigiditate tenoritudo cerebri occasionaliter læderetur. Similiter in prælato est infirmitas carnis, siue passibilitas, ad humilitatem scilicet, & custodiam virtutum. Nam (sicut dicit Apostolus,) virtus in infirmitate perficitur. Habet tamen caput parum de carnositate & pinguedine respectu aliorum membrorum, & hoc propter viuacitatem sensus, & iuuamentum intellectus (sicut dicit Philosophus.) Forte ratio huius est, quia spiritus in neruis de sensibilibus per carnis grossitiem & nimiam pinguedinem in suo transitu impediretur, & sic sensus hebetaretur, & intellectus obtunderetur. Vnde Hieronymus dicit, quod venter pinguis nō gignit sensum tenuem. In hoc ergo signatur, quod prælatus non debet esse deliciosus, neque intendere ad impinguandum corpus, sed paruam curam debet habere vel impendere carni suæ.

2. Cor. 12.

Arist. 12 de ani.

Hiero.

Item debet prælatus parum habere de carne, id est, de amore carnali consanguineorum, id est, vt non intendat ad ditandum, vel impinguandum eos de patrimonio Crucifixi, id est, de bonis ecclesiæ.

Item caput quamuis multam videatur exterius habere duritiē, multam tamen habet intus mollitiem in medulla, ita vt ipsius mollitie irrigetur totius corporis machina. Sic prælatus quāuis se debeat quandoque durum ostendere in corripiendo exterius, tamen in compatiendo mollis debet esse interius.

Item caput multum est neruosum; & hoc fuit necessarium propter ossium ad inuicem coniunctionem, & propter sensus & motus operationem: Nam per neruum medium anima in corpore omnem motum operatur & sensum, neque sine neruo descendente à cerebro membrū coniungitur membro. Isti ergo nerui sunt

Digitized by Google

ui sunt bonæ verba, & exẽpla prælati, quibus subditorum sensus informantur, & ad bene operandũ mouentur, & in pacis, id est, vnitatis consortio inuicem connectuntur; Vnde si virtus fluens decapite per neruos imediatur, corporis corruptio sequitur, & omnis compactio dissoluitur: quia si virtus doctrinæ, vel bonæ vitæ, prælato subtrahitur, subditorum vita quoque corrumpitur, & vnitatis per consequens concordia dissipatur.

Quinto, propter cerebri inclusionem: Nam intra caput cerebrũ est inclusum, quod est corpus album sine sanguine, de spiritu & medulla habens multum, & in tribus cellulis est distinctum, & intra duos panniculos, scilicet piam matrem & duram, situ naturali est contentum. Est autem album, vt cuiuslibet similitudinis colorem sit facile susceptiuũ: habet multum de spiritu, vt multus in eo sit motus; habet multum de medulla: vt acumen caloris, qui ex eius motu generatur, temperaretur; harum habet de sanguine, ne eius colore inficeretur, & sic omne apprehensum videretur rubeum. Ideo etiã fuit humidum sine sanguine, vt cito in naturam sentiendi mutaretur. In tribus autẽ cellulis est distinctum, quæ ventriculi appellantur. In anteriori cellula formatur imaginatio, in media sensibilis ratio, in vltima memoria siue recordatio. Hæc omnia competunt prælato, scilicet vt sit albus per puritatem, & sine sanguine. i. sine inordinato cõsanguineorũ amore, s. vt non ædificet Syon in sanguinibus, & debet habere etiã multum de spiritu, id est, multũ esse spirituales.

Item de medulla humorosa, s. deuotione animæ, vel de pietate compassionis. Distinctio autem trium cellularum, seu virtutum, signat tres partes prudẽtiæ: quarum vna est posterior, s. memoria præteritorum; Alia anterior, scilicet prouisio futuorum: tertia media, scilicet intelligentia præsentium. Debet etiam ad modũ cerebri esse inter duram & piam matrem inclusus: Istæ enim duæ matres sunt duo pãniculi ad defensionẽ cerebri positi: vnde vocantur matres cerebri, vnus est grossus, & ideo dicitur dura mater: hic autẽ craneo supponitur, sed in medio cerebri ingrossatus, & ad maiorem fortitudinẽ solidatur, nõ tamen immediatè cum craneo cõiungitur, sed potius ab eo suspenditur, & huc atq; illuc circa cerebri substantiam dilatatur. Hæc dura mater fuit necessaria, vt piam matrem, quæ est ea tenerior, a duritia cranei defensaret, & vt venas & arterias cerebri colligaret, & vbi essent spatia vacua, illa impleret, ac pia mater duræ matri supponitur, & ipsa mollior inuenitur. Et ideo substantiam cerebri circumuoluit, & dictas cellulas inter se diuidit, & distinguit. Néque superfluit hic pia mater: quia cerebri interius venas recolligit, & ne cerebrum sua liquiditate defluat, coadunãdo custodit; cerebrum etiam cooperiens & amplectens, ipsum à dura matre defendit. Istæ ergo duę matres debẽt esse in prælato dura enim mater est pœnitentia, pia mater misericordia: debet enim esse sibi per pœnitentiã austerus, sed per pietatem esse alijs largus, & benignus, vel debet esse dura mater in correctione iustitiæ, & pia mater in compassione misericordiæ: Nam disciplina sine misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur: vt dicit Greg. Vtraque tamen Greg. dicitur esse mater ex dilectione charitatis mota.

Digitized by Google

Sexto, prælatus assimilatur capiti propter fumositatum receptionē: Est enim caput totius corporis camimus, & tectum, & ideo multarum fumositatum a stomacho ascendentium est receptiuū: & ideo fecit Deus illud porosum & foraminibus plenum, vt per poros occultos, & foramina manifesta, ejiceretur superfluum, ne fieret receptaculum naturæ mortiferum. Istæ multæ fumositates ad cerebrum ascendentes, sunt multæ sollicitudines, & anxietates, quas oportet prælatum habere: sed tamen superfluas curas, & anxietates debet abijcere, siue per secretas considerationes, & orationes, siue per manifestas & vtiles occupationes.

Septimo, assimilatur capiti prælatus, propter ipsius capiti læsionem, siue passionē: Patitur enim caput multipliciter: aliquādo quidem ex sua mala complexione, aliquando vero ex nimio fumo a stomacho ascendente, aliquando vero ex aëris intemperie, & aliquando ex aliorum membrorum associatione, aliquado ex nimia repletione, aliquando ex nimia inanitione, aliquando ex nimia fatigatione; aliquādo ex nimia dormitione: quæ omnia conueniunt malis prælatis, qui aliquando deprauantur ex mala complexione inclināte: aliquando ex fumo superbiæ ascendente: aliquando ex intemperantia dissoluente: aliquando ex malorū familiaritate inficiente: vel ex aliorum malignitate deficiente: aliquādo ex nimia repletione ciborum, vel temporalis proprietatis, aliquando ex nimia inanitione expensarū suæ necessitatis: quandoq; etiam ex nimia fatigatione infirmantur, & inutiles efficiūtur, aliquādo vero ex nimia dormitione negligētiæ & pigritiæ detinentur.

Item prælatus assimilatur collo.

Primo ratione situationis: Nam collum situatū est inter caput & corpus: quia prælatus mediator est inter Deum & populum. Vnde debet esse coniunctus Deo per puritatem, & populo per charitatem, & pietatem. Vnde. Dixit Moyses: Ego lequester, & medius fui inter vos & Deum. Et quanquam prælatus supra assimilatus sit capiti, non propterea est inconueniens, quod etiam assimiletur collo: quia licet ipse sit vt caput respectu populi, tamen est vt collū respectu Christi, qui est principale caput ecclesiæ secundum illud Eph. Ipsum dedit caput super omnem ecclesiā, quæ est corpus eius. Deut. 5. Ephi. 1.

Secūdo ratione cōpositionis: Nā collū componitur ex duobus partibus. s. anteriori, quæ dicitur gula, & posteriori, quæ dicitur ceruix, sicut dicit Isi. Et istę duæ partes colli significāt duas perfectiones prælati: Quia gula siue guttur, significat auctoritatem doctrinæ: quia, s in gutture vox formatur. Ceruix vero significat soliditatē vitæ: Ceruix enim non est concaua, vt gula, sed solida est & plena. Sed nota, quod licet vox in gutture formetur: tamen si est vox significatiua, & articulata, & literata, quæ propriè dicitur locutio, requirit plura alia instrumenta. Vnde secundum Const. Organa vocis sunt plura, s. pulmo, arterię, guttur, vulua, & dētes, labia, atq; lingua: Horū. n. organorū quædā sunt vocis ordinatiua, vt gula, quæ (secundū Const.) vocem pulchrā reddit, & fortē, quando proportionabiliter se habet ad alia instrumēta: Nā aerē introeuntem temperat, & ne nimis impetuosè exeat, detinet & refrenat. Const.

Itē à receptione pulueris guttur & arterias cōseruat. Quædā vero sunt vocis emissiua, vt canales pulmonis, & arteriæ, quæ sunt quasi

quasi quædam fistulæ, quæ si sint mũdæ, lenes, & tẽperatę, dulcem & lenẽ, & tẽperatã faciũt ipsam vocẽ; Si verò sint asperæ, aut plus debito latæ vel strictæ, aut distortę, grauẽ, vel exilẽ, dissonã & inæqualem vocem emittunt. Quædã verò sunt vocis distinctiua, i. verborum distinctæ formatiua, sicut lingua, labia, & dentes, & huiusmodi. Igitur prima organa, quæ sunt vocis ordinatiua, admonent prælatũ, et doctorem, vt loquatur ordinatè, et temperatè. Illa verò quæ sunt emissiua, admonent vt loquatur aperte: quia in emissione vocis fit oris apertio. Alia verò quę sunt vocis distinctiua, admonẽt, vt loquatur distinctè: Pars verò posterior quę dicitur cervix, designat vitã prælati: Constat n. ex carne, & ossibus, & neruis, & est ossea ad caput fortius sustinẽdum, sed nervosa ad motum voluntariũ faciendũ, & sensum ad partes corporis deferendum. In quibus designatur, quod prælati, quãtũ ad vitã debent esse carnei per mansuetudinis lenitatẽ, & ossei, per fortitudinis firmitatem, & neruosi, per dilectionis colligationem, & extensibilitatem.

Tertio ratione proportionis: Nam debet collum esse proportionatum corpori, ne excedat in paruitate vel in magnitudine modũ. Tũc autem prælatus excedit in magnitudine modũ, quando est nimis seuerus, tũc in paruitate, quãdo nimis remissus. Dicit autẽ Arist. quod in quadrupedibus spissi corporis, & crurum mediocriũ, collum est curtũ, & grossum, & huiusmodi animaliũ in collo est maxima fortitudo, sicut patet in bobus, bubalis, & vrsis, & lupis. Tali collo fortissimo, scilicet curto, & grosso, assimilantur prælati, qui debent esse fortissimi in operando, curti & breues in expediendo, grossi, & pleni, vel pingues in subueniendo & largiẽdo

Aris. 14 de ani.

Item prælati debent esse similes tibijs: quia primo debet esse in eis fortitudo patientię, & hoc designatur in tibijs, quæ scilicet intrinsecus sunt ex ossibus fortibus factæ, quæ etiam sunt tanquam columnæ ad corpus portandum habiles. Sic prælati debent esse columnæ per debilium sustentationem, & fortes & patientes in portando subditorum onera.

Secundo, debet esse in eis compassio misericordię, & hoc signatur in tibijs, quarum ossa interius sunt medulla plena, vnde sunt exterius durę, & interius molles: & sic ipsi prælati, vt & videantur exterius duri per correptionem iustitiæ, & sint intrinsecus molles per compassionẽ misericordiæ.

Tertio debet esse in eis mãsuetudo conuersationis extrinsecæ: & hoc significatur in tibijs, quæ sunt carnositate vestitæ, & in cõplicatione earũ cum femoribus: neque ab eis recipiunt, neque inferunt offensam: Vnde tanquam culcitra ad molem corporis supportandam carnositas ipsarum à parte superiori est interius locata: Sic prælati cũ se alijs complicant, siue applicant, cum eis conuersando, debent esse sic mansueti & temperati, vt neque ipsi illos offendant cõuersationis asperitate, neq; ipsi offendãtur ab eis nimiæ familiaritatis, vel dulcedinis contemptibilitate: debent autem omnes subditos, vt culcitra, sustiniter & leuiter supportare.

Quarto, debet esse in eis longitudo perseuerantię, quę etiam significatur in tibijs siue coxis, quę sunt longæ: Vnde ideo dicuntur tibiæ, quia similes sunt tubis in specie & longitudine, (vt dicit Is.) quia, scilicet si prælati lõganimes & perseuerãtes esse debent in sui officij sollicitudine & labore:

Is. lib. Ety.

Digitized by Google

Itē prælatus similis est nutrici.

Primo, quia nutrix puero gaudenti congaudet, & condolet patienti: ita debet prælatus erga subditos, secundum illud : Gaudete
Ro.12. cū gaudētib. & flete cū flētibus.

Secundo, quia nutrix subleuat puerum cadentem. Sic prælatus cadentem in peccatis subleuare debet, reducendo benignè ad pœnitentiam; vel cadentem in paupertatem, exhibendo ei misericordiam.

Tertio, quia nutrix lactat puerū plorantem, quia prælatus afflictū subditum debet consolari.

Quarto, quia nutrix deosculatur cadentem: quia scilicet prælatus debet osculo amoris & pacis, fouere subditum patientem.

Quinto, quia nutrix ligat puerum nolentem: quia scilicet prælatus debet restringere inuitum subditum insolentem.

Sexto, quia nutrix abluit puerū sordidantem : quia prælatus purgare debet per correptionem iustitiæ subditum delinquētem, & se per culpam sordidantem.

Septimo, quia nutrix pascit recusantem: quia s. prælatus subditum nolētem audire verba Dei, vel studere in sacris doctrinis, quibus anima pascitur, debet cōpellere ad audiendum, vel ad studendum.

Octauo, quia nutrix instruit nescientem: quia prælatus debet instruere subditum ignorantem.

Nono, quia nutrix balbutit, & linguā frangit, vt facilius instruat non loquētem. Sic prælatus subditum nescientem confiteri, debet instruere de cōfessione, quodammodo se cum eo peccatorē accusando.

Decimo, quia nutrix medicinā accipit, vt sanitati restituat parvulum ægrotantē. Sic bonus prælatus libenter pœnitentiam recipit pro subditis liberandis.

Vndecimo, quia nutrix nunc manu nunc genu eleuat puerum vagientem. Et sic prælatus nunc manu operis, nūc genu orationis eleuat subditū laborantē, vel tribulationes seu tētationes patientē.

Duodecimo, quia cibum ipsa masticat, vt reficiat famescētem. Sic prælatus, vel prædicator, verba Dei disponit & ordinat, vt melius instruat & reficiat audientes.

Decimo tertio, quia sibilis & cātilenis demulcet puerum dormientem. Ita prælatus deuotis recommendationibus & officijs, debet iuuare subditū morientem, vel quia officijs & canticis ecclesiasticis debet prouocare subditos ad somnum, ideſt, ad quietem intimæ contemplationis.

Item prælati debent excedere subditos, sicut mares fœminas excedūt: Masculus enim in quatuor fœminam excedit. Primō quo ad complexionē: quia masculus calidus est & siccus, fœmina vero frigida & humida. In quo signatur, quod prælatus debet excedere subditos, & in calore diuini amoris, & in siccitate, id est, castitate carnis, carens, s. humore seu fluxu concupiscentiæ carnalis.

Item in masculo vigent virtutes formales, & actiuæ; in fœmina vero materiales & passiuæ. Vnde Arist. dicit, quòd vir se habet ad modum formæ, & mulier ad modum materiæ. In quo signatur, quod prælati debēt magis esse actiui, i. magis operosi quā subditi, & magis solliciti in operib. virtutum, & præcipuè in operibus pietatis, quæ pertinēt ad vitā actiuā.
Arist. 15 de ani.

Secūdo prævalet masculus quo ad naturæ operationē: Nā in masculo maior est virtus. Vnde virab eminentia virium dictus est, (vt dicit Isidor.) Et ideo nerui virorum, ossa, & lacerti, sunt fortiora, & grossiora, & omnia mēbra in viris sunt solidiora, &
Isid. li. ety.

ideo

ideo ad opera aptiora. In quo signatur, quod prælati debent magis quam subditi abūdare virtutibus interioribus, & in bonis operibus exterioribus, & in tolerantia laborum, & etiā passionū.

Tertio præcellit quo ad sensus discretionē: quia in omni genere animalū masculus in præcauendis insidijs, & fugiendis nociuis, solicitiorem habet animum fœminis, & prudentiorem (vt dicit Philosophus) in quo signatur, quod prælatus debet excedere subditos in discretione prudentiæ; & in cognitione scientiæ.

Aristot. 5. de ani.

Quarto quoque præcellit masculus quo ad potestatem & dominationem: vnde docendi auctoritas viris conceditur, sed fœminis denegatur. Genes. dictum est mulieri: Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Sic prælati excedunt subditos, & doctrinæ auctoritate, & regiminis potestate, & dominij dignitate.

1. Co. 6. Gene. 3

Humana prudentia quid, & qualis esse debeat, quasi & partes in se continens pluribus odoratus similitudinibus ostenditur.

Cap. LXI.

PRudentia & discretio assimilatur odoratui, & hoc patet ex quinque.

Primo, ex parte principij effectiui: Nam virtus animæ, mediante spiritu animali, perficit odoratū, sic & anima, mediante Spiritus sancti lumine, & gratia, efficitur prudens ad discernendum profi-
1. Cor. 2. cua, vel nociua. Vnde Apo. dicit,
2. Cor. 12. quod spiritualis homo omnia diiudicat, & ipse à nemine iudicatur; & quod per Spiritum sanctū datur discretio spirituum. Vnde vera prudentia non potest esse nisi in bonis & spiritualibus viris,
Aristot. 6. Ethi. & ideo etiam Philosophus dicit, quod impossibile est prudentem esse non entem bonum.

Secūdo, ex parte organi receptiui: Organum enim odoratus, est aliquid circa cerebrū, sed in hominibus requitur ad odorādum perfecta dispositio nariū, in quibus sunt duæ caruncule siue cauernulę, ad modum mammillarū dependentes, quæ videntur esse propria organa odoratus, & recipiunt spiritum animalē per quosdam neruos à cerebro venientes: Nares enim non sunt propria instrumenta olfactus, quod patet, quia ipsis abicisis nō priuatur animal odoratu. Nos etiā per loca fœtida transeuntes, si flatum repressérimus, aërem fœtidum nares intrantē in nullo sentimus, & hoc est, quia illæ caruncule quasi quodam motu volūtario sunt ob structæ. Sunt etiam carūculæ huiusmodi cōcauæ & spōgiosæ: cōcauæ quidem, vt in sua porositate cōcaua fumum recipiant à re odorabili resolutum. Spongiosæ vero sunt, vt in eis virtus attractiua sit. Sicut autē sunt duæ caruncule velut instrumenta odorandi, sic sunt duæ virtutes, quæ sunt quasi animæ instrumēta nociua à proficuis discernendi.

Prima est intelligentia, siue ratio vniuersalis animæ, quæ scilicet per prudentiam perficitur, vt se recte habeat circa ea quæ sunt ad finem, vtilia scilicet à nociuis generaliter discernendo. Vnde Aug dicit, quod prudētia est cognitio rerum appetendarum, & Aug. li. 83. que. fugiēdarum. Alia est æstimatiua, quæ in homine dicitur ratio particularis, quæ est collatiua intentionum particulariū, sicut ratio vniuersalis est collatiua vniuersalium. Et hæc æstimatiua etiam in brutis est, per quam ouis fugit lupum sicut inimicum, quamquam hoc per sensum non percipit, Per hanc etiam mouetur auis ad colligendum paleas tanquam vtiles ad nidum: Vnde per hanc etiam ipsa bruta dicuntur

Digitized by Google

Arist. 8. de hist. ani. Ari. 2. li de ani.

participare aliquid prudentiæ, sicut patet per Philosophum.

Tertius ex parte medij delatiui: Nam (sicut dicit Philosophus) olfactus immutatur ab odorabili per medium, scilicet aërem, aut aquam: Nam animalia quę respirant, per aërem odorant. Dixerũt autem quidam, quod à corpore vaporabili quædam fumalis euaporatio resoluitur, quæ est subiectum odoris, & peruenit vsq; ad sensũ olfactus. Et hinc est (vt dicebant) quod contrarij odores in medio se impediunt. Sed contra hoc est, quia odor cadaueris à vulturibus vsque ad quingenta militaria sentitur. Impossibile autem videtur, quod aliqua corpalis euaporatio cadaueris vsq; ad tãtum spacium diffundatur. Sed ad hoc respõdẽt, quod talis euaporatio ad tam remotum spaciũ defertur per ventos. Sed contra hoc est, quia sensibile immutat medium vndique, secundum eãdem dittantiam, nisi impediatur: Non autẽ sufficeret ad occupandum tãtum spacium, etiam si totum cadauer resolueretur in fumalem euaporationem, cum sit certus terminus rarefactionis, ad quem corpus corporale peruenire potest, quæ est ratitas ignis, & præcipuè, cum per huiusmodi odorem cadauer ipsum appareat immutatum. Et ideo dicendum, quod ab odorabili resolui potest fumalis euaporatio, quę tamẽ nõ pertingit vsque ad terminum vnde odor percipitur: quia immutatur medium spiritualiter vlterius quã prædicta euaporatio pertingere possit: Vnde etiam homines nõ sentiunt odorem sine respirationibus. Animalia autẽ aquatica, & quæ nõ respirant, sicut sunt quæ sanguine carent, cum etiam odores sentiãt (quod patet, quia quædam eorum de lõginquo veniunt ad alimentum, quod non esset, nisi prouocarentur odore) oportet quod odorent mediante aqua. Per aërem igitur, qui subtilioris naturæ est, intelligũtur spiritualia, vnde quãdoque aër spiritus vocatur. Per aquam vero, quæ grossior & fluxibilis est, intelligũtur temporalia, seu corporalia, quæ continuè trãseunt. Vnde sicut ad odorandum necessarij sunt animalibus aër & aqua, ita ad rectè viuendum vel operandũ, necessaria est hominibus duplex prudentia, scilicet spiritualium & temporalium, scilicet vt prudenter sciant vtraque disponere, sicut decet.

Prima ergo prudentia siue industria est circa spiritualia, quæ pertinẽt ad salutem, & inuenitur in omnibus habentibus gratiam: quia vnctio docet eos de omnibus, vt dicitur in. 1. Io. Sed secunda, scilicet ea quæ est circa tẽporalia, per quã scilicet sibi & alijs quis potest prouidere, non solum de his quæ sunt necessaria ad salutem, sed de quibuscunque pertinentibus ad humanam vitam, non est in omnibus gratiam habentibus. 1. Ioa. 2

Quarto ex parte officij discretiui: Est enim odoratus officiũ, odores fœtores sq; discernere, sed odores percipit diligendo, fœtores vero horrẽdo. Et hoc est, quia odoribus tanquam conuenientibus adiuuatur, fœtoribus vero, tanquam corrumpentibus impeditur, & ista prudentiæ competunt. de qua Auguſt. dicit, quod prudentia est virtus ea a quibus adiuuatur, ab eis quibus impeditur, sagaciter eligens. Aug. de moti. eccl.

Prælatorum regimen, quod propter expressionem, dispositionem, significationem, representationẽ, duritiem, aliasque naturales proprietates, fronti, nouit, ac cartilagini assimilatur, quas partes habere debeat, & à quo potestas omnis derluetur, exprimitur.

Cap.

Digitized by Google

Cap. LXII.

REgimen principantium, & prælatorũ, assimilatur fronti propter quatuor.

Primo, propter expressionem: Hæc enim statum mentis nostræ sua specie exprimit, dum nunc fit læta, nunc tristis. Similiter in statu regiminis maxima notificatio fit: Vnde quidã Philosophus dixit: quod principatus virũ ostendit. Est etiã status regiminis maximè variabilis, quem nunc tristitia deprimit, nunc vero lætitia extollit. Sed tunc viri prudentes in hoc statu existentes, plus mœroribus afficiuntur, quàm risibus. Eze. 11 Ezech. Signum thau super frontes virorum gementium.

Secundo, propter dispositionẽ, Const. quia (secundum Constantinum) frons est os semicirculare, neque multũ durum, neque nimis molle: Nam necessarium fuit, vt esset sic temperatum, ne læderetur vicinitas oculorum. Sic prælatus, vel princeps, licet debeat in se esse fortis ad modum ossis, alijs tamẽ neque debet esse nimis durus, ne sit crudelis. neque nimis mollis, ne sit remissus. Et ideo: sicut dicit Bern.) miscenda est lenitas cum seueritate, & faciendũ est quoddam ex vtraque temperamentum. Bern.

Item frons est modicæ carnositatis, & paucę pinguedinis, quia (secundum Philosophum) talia impediunt intellectum. Vnde signat, quod Princeps non debet carnalibus intẽdere, neq; delitijs insistere ad corpus impinguãdũ, nisi parum quantum requirit necessitas, scilicet secundũ decentiã Eccl. 10 status. Eccl. Væ tibi terra, cuius rex puer est; & cuius principes mane comedunt.

Tertio, propter repræsentationem: quia totius animalis virtuositas lucet in fronte: Frons enim (vt Philosophus dicit) est sedes verecundiæ, & honoris. Vnde personæ inuerecundæ dici solet: Tu depoluisti frontem Hiere. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Sic virtuositas plebis lucet in qualitate rectoris, propter quod dicitur Eccle: Eccl. 10 Qualis rector ciuitatis, tales & inhabitãtes in ea: Sedes enim regiminis maximè est sedes verecundiæ vel honoris. Nam si laudabiliter tenetur, tunc redditi dignum honore. Eccl. In medio fratrũ rector illorũ in honore, si vero male tenetur, opprobrio & verecundię patet. Hier. 3. Eccl. 10.

Quarto, propter significationẽ, vt dicit Aristo. quod quãdo frons fuerit magna, significat stultitiã, quando mediocris, significat bonitatem complexionis, quando nimis eleuatur, & in superficie rotundatur, excessum significat choleræ & caloris. Sic si princeps velit videri magnus per ostentationem, est signum stultitiæ mentis, & si eleuatur per superbiæ elationem, signat excessum propriæ reputationis, & interioris inordinationis: sed si mediocriter se habet, vt neque per superbiam se extollat, neque contemptibilem per ignominiam se reddat, tunc est signum bonæ dispositionis interioris. Arist de ani. li. 2

Item Rectores, & Prælati debẽt esse similes neruis.

Primo quidem, quia nerui à cerebro originem sumunt: Non autem a cerebro im mediate procedunt, sed quidam ab eo nu cha mediante descendunt. Et tale medium fuit necessarium, ne, si immediatè a cerebro omnes venirent, aut se rumpendo læsionẽ incurrerẽt, aut propter longitudinem viæ a principio sensus ad actum sentiendi potentiam nõ haberẽt. In hoc autẽ signatur, quod quorundã rectorũ insti utio, seu potestas, est immediatè a Deo, sic Moyses,

Digitized by Google

Moyses & Aaron, & Apostoli institutisunt à Christo, præcipuè Petrus. Alij prælati & rectores, vt episcopi &, reges, & huiu modi, eliguntur ab hominibus, vel potestatem habent à Deo homine mediante. sed siue immediatè, siue mediate, non est potestas nisi
Ro. 13. à Deo, sicut Apo. dicit.

Secundo, quia nerui motum à spiritu accipiunt quem membris refundunt. Sic prælati & rectores, in omnibus quæ faciunt debent moueri à Deo, vt videlicet ea quæ faciunt, propter eum operentur, & non propter fauorē hominum. Tunc enim dicūtur moueri à Deo, sicut finis mouet agē-
1. Cor. 10. tem Apostō. Omnia in gloriam Dei facite.

Tertio, quia nerui in sua concauitate spiritum recipiunt, & custodiunt. Sic prælati in mētis suæ humilitate debent spiritum Dei
Isa. 11. habere, & custodire. Vnde in Isa. secundum aliam translationē dicitur. Super quē requiescit spiritus meus nisi super humilē? &c.

Quarto, quia nerui partes diuersas recolligūt. & annectunt: quia scilicet prælatorum est subditos discordantes ad priorē reducere concordiā, & vnire. Ephe. Soliciti
Ephe. 4 seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.

Quinto, quia nerui in suo exitu sunt molles, sed in fine se duros ostendunt. Sic prælati leniter in principio incipiendo, semper ad perfectiora & arctiora subditos trahere debent. Apost. Primus,
1. Co. 15 quod animale, deinde quod spirituale.

Sexto, quia nerui sua mollitie & flexibilitate ossa inflexibilia flectunt. Sic prælati suæ mansuetudinis exemplo, debent duros & rigidos flectere ad mititatem, secundum illud: Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Et
Mat. 11 talis rector erat Moyses, qui fuit vir mitissimus, & superpositus est populo duræ ceruicis, sicut nerus alligatur ossa. Iob. in persona Ec-
Iob. 18 clesiæ habenti mites prælatos & duros subditos dicit: Ossibus & neruis compegisti me.

Item modificatio regētis debet esse ad modum cartilaginis.

Primo, quo ad temperantiam: quia cartilaginosa sunt ossibus molliora, sed carnibus duriora. In quo significatur, quod rector (vt supra tactū est) non debet esse nimis durus, neque etiam nimis mollis, & pius, sed quasi quodam medio temperatus. Vnde in arca testamenti virga fuit simul cum mānā, vt in rectoris iustitia sit virga, id est, asperitas correctionis, simul cum manna, id est, cum dulcedine compassionis.

Secundo, ratione efficaciæ: Nam cartilago vestit extremitates ossium, ne ex nimia confricatione in suis iuncturis exasperentur, & vt facilius ossa cum carnibus iūgerentur. Per ossa intelliguntur subditi fortiores & maiores, quorum extremitates sunt eorū defectus, nemo enim est tam perfectus qui non habeat aliquos defectus, saltem extraneos, & paruos, ex quibus contingit, quod inter fortes & probos viros, nonnunquam & collisiones scandalorum, & exasperationes verborum procurante diabolo, oriuntur. Sed ista extrema, id est parua subditorum vitia, vnde scandala oriuntur, ne ex nimia cōfricatione, id est, ex assidua simul cōuersatiōne in iuncturis, id est, in locis, vel officijs, vel operibus quibus simul coniunguntur seinuicem ossa, id est subditi, exasperēt, id est, inordinatè perturbent, cartilagine sunt vestienda, id est, prouida & honesta prælati industria reprimenda & præcauenda: Tunc enim extremū subditi prælatus vestit, & cooperit, quando ipsum

Digitized by Google

ipſum ne ad alios turbandū prodeat reprimit. vel tunc cartilaginis mollicies extrema oſſium veſtit, dum dominorum, & perfidorum ſubditorum extrema, id eſt, parua vitia quædam diſſimulando, vel parcendo, prælatus pertranſit: ex quo quandoque accidit, quòd dum ſubditus ſic ſe patiēter & benignè in ſuis defectibus à maioribus tolerari conſpicit, ipſe à cōfratrū iniurijs & exaſperationibus facilius ſe compeſcit. Ipſa etiā cartilaginis mollicies oſſa cum carnibus iungit: quia benignitas & manſuetudo prælati, etiam firmiores & fortiores in pacis vnitate cōnectit. Sic ergo per cartilaginis mollitiem, & oſſa ſimul, & carnes cum oſſibus ſine læſuris coniunguntur: quia ſub benigno & modeſto prælato omnes ad inuicem ſubditi tā fortiores, quàm infirmiores, ſine ſcandalis, vel iniurijs, in pace cuſtodiuntur.

Tertiò ratione deficientiæ: dicit enim Ariſtot quod cartilago præciſa non reſcreſcit: quia præciſa vel ablata operis moderatione non perficitur opus, ſed deficit à ſua perfectione. Vnde bene poeticè dicitur: Semper ad omne quod eſt menſuram ponere prodeſt. Nam ſine menſura, non ſtabit regia cura. Ariſt. 13 lib. de anima.

Dentibus ob varios eorum naturales effectus, Religioſi tum boni, tum mali compararantur, quemadmodum autem vitam degere debeant, vt Deo grati exiſtāt, multis puerorum exemplis clarum redditur.
Cap. LXIII.

RElegioſi aſſimilantur dentibus.

Primo, quia dentes in carne radicati ſunt, & tamen terminos carnis excedūt. Sic religioſi quāuis in carne ſint poſiti, tamen præter carnem viuere debent, ſecundum illud: In carne ambulantes, non ſecundum carnem militamus. 2. Cor. 10.

Secundo, quia dētes nihil inter ſe, vel in ſe eſſe patiuntur. Sic religioſi nihil inter ſe, vel in ſe pati debent, quod ſit charitatis eorū, ſeu vnitatis diuiſiuum, vel ablatiuum. Rom. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes. Ro. 12.

Tertio, quia dentes ſuperiores ad inferiores reuertuntur, & ſibi inuicem mutuo coaptantur. Sic inter religioſos ſuperiores debēt redire ad inferiores per compaſſionem, & humilitatē, & per charitatem. Et inferiores debent coaptare ſe ſuperioribus, reuerēdo & obediendo: Vel quia ſola maxilla inferior in homine mouetur, debent econuerſo inferiores cùm offenderint, redire ad ſuos ſuperiores pœnitendo, & veniam humiliter petendo, & ſuperiores inferioribus ſe debent coaptare miſericorditer recipiendo, vel inferiorum infirmitatibus diſcretè condeſcendendo. Apo. debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum ſuſtinere. Ro. 12.

Quartò, quia dentes ordinatè inuicem componuntur. Sic religiones vocantur ordines., quia omnia debent in eis eſſe ordinata, ſecundum illud: Omnia honeſtè, & ſecundum ordinem fiāt in vobis. 1. Cor. 4

Quinto, quia dentes ad formationem vocis cooperantur. Sic etiam à religioſis formari debet vox laudis, quo ad diuinum officium cantantes, & vox prædicationis, quo ad prędicantes. Etiam cooperantur quo ad vocem confeſſionis, quo ad cōfeſſiones audientes.

Sexto, quia etiam dentes toti corpori obſequuntur. Et ſic religioſi ſeruiunt vniuerſali eccleſiæ per exemplū conuerſationis, per verbum prędicationis, per ſuffragium orationis, & etiam per miniſterium

nisterium sacramentalis administrationis. Cant. 4. Cant. Dentes tui sicut greges tonsarum, conuentus religiosorum sunt, ex quibus est lac, id est, doctrina prædicationis, balatus, id est, vox laudis, vel orationis; & fœtus, id est, fructus multiplicis administrationis,

Septimò, quia licèt nō ex se, tamen ex adiunctis patiuntur: Nā licet substantia dentium ossea, & insensibilis, ut de se impassibilis, tamē dolorem trahit ratione societatis carnis, vel nerui, qui ei sunt coniuncti. Sic religiosi propter amorē nimium quem habēt interdum ad suos consanguineos carnales, vel etiam ad aliquos seculares sibi familiariter iunctos, de eorum malis dolorē sentiunt quem per se non haberēt: vel interdum religiosi, qui ex se boni sunt, tamen ex incautis, & nō bonis secularium familiaritatibus instituuntur, & maculantur, & dolores, seu scandala patiuntur.

Octauo, quia dentes ab inuicē distinguūtur. Sunt enim in masculis 32. quorum quatuor in anteriori parte pares, quadrupli vocātur, qui lati sunt & acuti. Vnde & incisores à medendis sunt vocati, eo quod ad cibi incisionē sunt apti, & quicquid ore capitur, primo ab eis capitur, & mordetur; Mordendo autem cibū auferunt, quod est necessarium, & relinquūt quod est superfluū. Sunt & duo alij, qui canini sunt appellati, quadruplis coniunctis, in summitate acuti, & duris cibis cōmolendis apti, & rotūdiores, & propter hoc canini dicūtur, quia canum dentibus assimilantur. Et sunt canini dentes præcioribus fortiores, acutiores, longiores, & rotundiores. Sunt istis collaterales grossi, & lati, qui dicūtur molares, eo quod ad molendum cibum sunt conuenientes; nā quæ a prioribus sunt confracta, isti tanquā molis traduntur molenda. In primis ergo dentibus præcisoribus, vel qui tollunt, & præcidunt partem necessariam, & reliquā dimittunt, possunt intelligi religiosi, & minus perfecti, qui seruant tantū ea ad quæ necessario tenentur ex voto, vel debito. Per caninos vero, qui duriora cōterunt, intelliguntur quidam feruentiores, qui duriorem & austeriorem vitam ducunt. Per molares vero latissimos, intelliguntur perfecti, qui habent latitudinem charitatis, constantiam firmitatis, latebram humilitatis, efficaciam vtilitatis: Nam molares dentes sunt lati, firmi, occulti, & vtilissimi.

Nono, quia dētes multa patiuntur: Nā patiuntur putredines, fœtores, perforationes, mutationes, dolores, & alias cōsimiles passiones, quæ omnes sunt ex cotruptis passionibus & humoribus descēdentes. Ista omnia cōpetunt malis religiosis, qui perforantur per tentationū iacula, putrescunt per luxuriam, fœtent per infantiam, mutantur aliquādo per apostasiā, torquētur & dolent per punitionis iustitiam.

Item religiosi debent esse similes pueris.

Primo quia pueri sunt ablactabiles: Vnde proprie puer dicitur cum est a lacte remotus. Sic religiosus debet se a seculo velut infans ab vberibus alienare, sicut vi mon. Isaac de dicit Isaac, Psalmista: Sicut ablactatus est super matrem suam. Psal.

Secundo, quia pueri sunt disciplinabiles: quia dicitur aliquis puer cum doli capax efficitur, & disciplinæ aptus habere: Vnde sub tutoribus positus, disciplinæ subesse compellitur. Sic religiosi debent esse sub disciplina patris spiritualis, i. prælati. Prou. Noli Pro. 23. subtrahere a puero disciplinam.

Tertio,

Digitized by Google

Tertio, quia sunt motus venerei inexperti: quia in hac ætate motus venerei homines cõmuniter nõ inuadunt, eo q̃ viæ adhuc strictæ sunt. Vnde ab hac puritate pueri dicti sunt. Sic religiosi debẽt seipsos restringere, & sibi vias præcludere, quibus possent à carnis illecebris superari, & in puritate non tantum mentis, sed
1. Cor. 14. etiam carnis manere. Apost. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, scilicet vt non sit in vobis malitia carnis, spiritus.

Quarto, quia sunt ad motum flexibiles. Et sic religiosi debent esse flexibiles per obedientiã ad exequendum motum voluntatis
Nec. 5 superioris, vt possit prælatus dicere illud Nec. Omnes pueri mei congregati erant ad opus, scilicet per promptitudinem obedientiæ.

Quinto, quia sunt corpore leues, scilicet vt non sint religiosi pigri, vel graues per accidiam, si-
Matt. 8. cut erat ille de quo Matth. Puer meus iacet, &c.

Sexto, quia sunt animo dociles: quia scilicet religiosi debent esse
Sap. 8 dociles Dei Sapient. Puer eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam.

Septimo, quia sunt pueri sine solicitudine vitam ducentes: quia scilicet veri religiosi nihil in terra appetunt, & sine solicitudine viuunt, sicut de Apostolis dicit quædam glosa super Actus Apostolorum: quod gloria Apostolorum erat nihil in terra possidere, & sine solicitudine viuere: Tales
8. Para. 34. enim pueri solum Deũ quærunt, Paralipo. Cum adhuc puer esset cœpit quærere Deum.

Octauo, quia nullum periculũ sunt magis quam virgam timentes. Et sic religiosi timent virgam
Ind. 8 flagelli diuini: Plus enim timere debent flagella Dei quam homi-

nis Iudic. Timebat, quia adhuc puer erat.

Nono, quia sunt neque laudes neque vituperia aliquid reputantes. Ita religiosi vt Deo placeant, vituperia debent & laudes hominum paruipendere, sicut dicebat Apostolus. Mihi pro minimo
2. Co. 4. est, vt à vobis iudicer 3. Reg. Ego
3. Re. 3. autem puer paruulus sum, id est, humilis.

Decimo, quia sunt iniuriarum immemores. Et sic religiosi debẽt iniuriarũ obliuisci, parcendo exemplo Christi, qui dixit: Pater
Luc. 22 dimitte illis, &c. Vnde & ipse vocatur puer: Conuenerunt enim
Act. 4. vere in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum.

Vndecimo, quia verberati à matre statim sunt reuertentes, nec se de iniuria vindicantes. Ita religiosi, etiam si affligantur in religione, non debent propter hoc suam religionem relinquere, vel ipsam accusare, & vituperare. Et
de talibus pueris patet Religio- Isa. 8. nem dicere illud Isa. Ecce ego, & pueri mei, quos mihi dedit Dominus, &c.

Cordis generatio, virtus, forma, omnis q̃ ipsius perfectio eruditissimis verbis, pluribusq̃ sententijs circunscribitur, qua quidem omnia sanctis viris pluribus exemplis adaptantur, omnesq̃ eorum perfectiones patefiunt.

Cap. LXIIII.

SAnctorum virorum perfectio repræsentatur in corde.

Primo, quia cor est exterius carneum. Et sic sancti viri sunt exterius carnei, id est, lenes per mansuetudinem conuersationis, vel habent sancti viri cor carneũ per disciplinæ susceptibilitatem, vel carneum per compassibilitatem, non lapideum, id est durum per impietatem. Ezech. Auferam
Ezec. 36. cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum.

Secun-

Secundo, quia cor est interius concauum, & hoc necessarium fuit (sicut dicit Constan.) propter caloris conseruationem, quia cor est totius caloris corporis fontale principium. Sic sancti viri sunt concaui per humilitatem: Nam sicut calor naturali conseruatur in concauitate cordis, ita calor charitatis in humilitate mentis, & hanc cōcauitatem habuit cor Christi. Vnde dicebat: Discite à me, quia mitis sum & humilis, &c. Est etiam cor caloris charitatis fontale receptaculum: quia gratia Dei diffusa est in cordibus vestris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, vt dicitur. Mat. 11 Rom. 5

Tertio, cor est substantialiter solidum & durum, & hoc necessarium fuit, ne de facili læderetur. Et sic sancti viri sunt solidi in se per patientiæ firmitatē, & sunt interdum etiam aliquando duri per iustitiæ seueritatem.

Quarto, cor est figuraliter rotundum, & etiā oblongum. Rotundum quidem est, vt abundātia spirituum in eo recipiatur; Oblongum vero in forma pirea, vt scilicet tendens in acutū tanquam in conum, actio naturalis caloris fortior sit. Sic etiā sancti viri habent cor rotundum, id est, valde capax spiritualium virtutum, & etiam oblongum per cōtinuitatem feruoris, & bonorum operum.

Quinto, cor semper est in motu, & mouetur cor secūdum diastolem, & sistolem, id est, secundum dilātationem & cōstrictionem: cuius motus, & si ad horam cessaret, statim animal deficeret, vt Philosophus dicit. Et nota, quod per dilationem frigidus aër attrahitur, per cōstrictionem vero calidus & fumosus expellitur, & sic calor cordis temperatur, & complexio adæquatur. Sic sancti viri continuè mouentur, & solliciantur ad attrahendum gratiam, vnde continue dilatantur per augmentum in gratia, & cōstringuntur per abstinentiam à culpa, vel quia se cohærent in pœnitentia. Arist. li. de ani.

Sexto, quia cor est pulmoni vicinum, vt cum ira incenditur, huiusmodi pulmonis remedio temperetur. Sic sancti viri impetum iræ sciunt temperare remedio rationis, per virtutem mansuetudinis.

Septimo, quia cor est spiritu, humore, & calore plenum: est enim primo, cōfontale principium spiritus: Habet enim cor duas concauitates, vnam sinistram, quæ ad cacumen tendit, & dextram, quæ infra subsistit. Et hæ concauitates dicuntur ventriculi cordis. Et dicit Augustinus, quod in ventriculo cordis dextro, plus est de sanguine quam de spiritu. In sinistro vero conuerso, quia ibi spiritus vitalis generatur ad viuificandum animal, qui per quasdam arterias diffusus vndiq; dilatatur. Sic in cordibus sanctorum est plenitudo Spiritus sancti, sicut de Apostolis dicitur, quod repleti sunt omnes Spiritu sancto, vt postea per ipsos tanquam per arterias, id est, prædicatorum ora, ad alios deriuaretur. Sed & in sinistro est plus de spiritu, quā de sanguine, & in dextro econuerso, signat, quod in aduersitate est plus de amore spirituali, quam de corporali, sed in prosperitate econuerso, sicut in Apostolis, qui postquam ablatus fuit ab eis sponsus, & fuerunt in luctu tribulationum, plus abundauit amor spiritualis, & gratia Spiritus sancti quam primo, quia primo plus diligebāt Christum corporaliter. Vnde dixit: Si non abiero, Paracletus non veniet ad vos. Augus. Act. 1. Ioan. 16

Item cor est fontale principium humoris,

humoris, ſ. ſanguinis. Vnde philoſophus dicit, quod in corde eſt principium venarū, & prima virtus creās ſanguinem, & eius ſanguis eſt mūdus, clarus, calidus, & maioris ſenſus, & conueniens intellectui. Sic cor Sanctorum eſt plenum humore ſanguinis, id eſt affectione diuini amoris, vel deuotionis: Nā affectus, ſeu deuotio eorum non eſt immunda & impura, ſicut hypocritarum, qui ſimiles ſunt ſepulchris dealbatis, quæ foris apparent alba, & intus ſunt nigra, & fœtida.

Ariſt. 1. de ani.

Mat. 23

Item eſt clara, non obſcura, vel tenebroſa ſicut hæreticorum.

Item calida, id eſt, feruens, non tepida ſicut imperfectorum.

Item ſenſata, non fatua, vel indiſcreta ſicut præſumptuoſorū.

Item eſt fontale principium caloris. Vnde dicit Philoſophus, quod propter calores cordis, poſuit natura membrum frigidum ex oppoſito cordis, ſ. cerebrum. Vnde in generatione animalis ſtatim creatur caput poſt generationem cordis. Sicut ergo cor eſt plenū calore, ita ſancti viri ſunt pleni amore. Sed calor cordis à cerebro temperatur, quia feruor amoris ſapientia regulatur: Vult enim Deus diligi ſapienter, quia & ipſe neminem diligit, niſi eum qui cum ſapiētia inhabitat, vt dicitur Sap. 7.

Ariſt. 16. de ani.

Sap. 7

Octauo, quia cor eſt membrum primo formatum. Vnde Philoſophus dicit ibidē, quod cor anima lis eſt complementū primo à natura creatum, i. ante omnia alia mēbra formatū. In quo ſignatur, quod homo primo intendere debet ad compoſitionē & ſanctificationem cordis interius, & poſtea ad componendū, & ordinādum mores, & facta exteriora. Matt. Mūda prius, quod intus eſt.

Ariſt. 12 de ani.

Mat. 23

Nono, quia cordi accidit multiplex nocumentū. Nā quandóque paritur ex aliorum membrorum colligantia, quandoq; ex propria diſtemperantia, quandoque ex deficientis regiminis cauſa. Sic etiam ſpirituales lædunatur quandoque ex prauis ſocijs, quādoque ex proprijs vitijs, quādoque à defectiuis prælatis: patitur etiā cor ex virtutis ſuæ diſſolutione, ex ſpiritus euaporatione, ex nimia repletione, & ex venę concauæ oppilatione. Diſſoluitur autem cordis virtus ſpiritualis per luxuriā, euaporat ſpiritus per ſuperbiā, fit repletio nimia per gulā, oppilatur vena miſericordiæ per auaritiā. Accidit etiam cordi timor, ſic quod patienti videtur, q cor de loco ſuo moueatur; hūc timorē facit accidia circa ſpiritualia: Nā accidia facit cor frigidum nimis, & omnia opera reddit mollia, & diſſoluta: Dicit autem Haly ſuper quēdā textū Galen. q ſi cor fuerit nimis frigidū, & nimis humidū, & pulſus mollis, homo virilitate, & audacia priuatus erit, piger & timidus apparebit.

Decimo, quia vigor cordis oſtēditur per multiplex ſignum: Dicit enim Galenus, quod virtus, & cōplexio cordis oſtēditur per magnitudinē reſpirationis, per velocitatē pulſus, per virilitatem feſtinā ad actionē, per irā, audaciā, & feruorem: per amplitudinē pectoris, & piloſitateni, hæc omnia calorē dominētē in corde ſignificāt. Hæc ergo cordis virtus debet apparere in pœnitētibus per magnitudinē cōtritionis, per quā anima etiā incipit reſpirate p̄ noā attractionē ſpiritualis gratiæ.

Itē per velocitatē confeſſionis, quæ eſt ſimilis pulſui. per hoc, quod indicat ſpirituali medico infirmitatē animę interius latentē. Item per feſtinam & virilē actionem ſatisfactionis: & per iſā, contra proprias tranſgreſſiones: per audaciam, contra tētationes:

per feruorem, contra omissiones, per amplitudinem pietatis, & pilositatem austeritatis: Nam caro
Gen. 26 pilosa est asperior nō pilosa. Ge. Nosti quod Esau homo pilosus sit, & ego lenis. Et ideo Ioannes Baptista pro asperitate pœnitentiæ portabat vestimentū de pilis camelorū. Hæc ergo omnia ostēdunt calorem amoris diuini in corde dominantem.

Vndecimo, quia cor quāto animosius, tanto magis paruū. Vnde animalia paruū cordis in quantitate, sunt maioris animositatis, propter maiorem adunationem virtutis: Omnis enim virtus quāto magis adunata, tāto potētior, & quanto magis diuisa, tanto est debilior, vt in lib. de causis ostenditur. Sic spiritualiter, tanto qūs plus habet de magnitudine virtutis, quanto plus habet de paruitate humilitatis: Hæc enim est, quæ omnes virtutes vnitas & cō-
Gregor. catenatas tenet. Vnde Gre dicit,
hom. 6. quod qui cæteras virtutes sine humilitate congregat, quasi puluerem in ventum portat.

Vera sapientia dignitas, locus, initium, & officium, ipsius, instrumentum quo alijs manifestatur, per gustus, ac linguam, tum etiam salina plurimos effectus, quā declarissime explanatur,

Cap. LXV.

SApiētia assimilatur gustui propter quinque.

Primo ratione officij: quia, s. gustus est propriè saporum perceptiuus. Et ideo propriè, quia gustus est propriè gustus prout est diserciuus saporū: sed gustus prout est quidam tactus, quia, s. tangēdo percipit sūū obiectū, sic habet discernere qualitates tāgibiles, s. alimentū cuius sensus est tactus. Sicut igitur gustus est quo sapores ciborum percipimus: sic quoque sapientia est per quam quæ iurum sunt sapimus, & ideo sapientia dicitur à sapore. Eccles. Sapientia doctrinæ secundū nomen est eius. Eccl. 6.

Secundo ratione principij: Nam principium effectiuum gustus est virtus animalis, i. virtus quædam animæ sensitiuæ, Instrumentale autē quoddam principium est spiritus animalis, qui per quoddam neruo. ad linguam defertur. Sic etiam est duplex principiū spirituale sapietiæ, vnum essentiale, s. fides, quæ est prima virtus necessaria animæ intellectiuæ: Nam sicut initiū artis secundū essentiā eius, sunt principia eius ex quibus procedit; sic initium sapientiæ secundum eius essentiam sunt articuli fidei. Vnde fides dicitur esse initium sapientiæ. Sed principiū sapientiæ instrumentale est illud, quo anima disponitur ad sapientiam, & hoc est timor Dei, secundum illud. Initium sapientiæ est timor Domini. Dicitur autem timor initium sapientiæ quantū ad eius effectus: Nam sicut dicitur initium artis, vnde ars incipit operari, sicut si dicatur, quod fundamentum sit principium artis ædificatoriæ, quia ibi incipit ædificator operari: sic dicitur, quòd ad effectū timor initium sapientiæ, vnde sapietia incipit operari. Et hoc modo timor seruilis dicitur initium sapientiæ, sicut principium extra disponens ad sapiētiam, in quantum aliquis timore pœnæ recedit à peccato secūdum illud. Timor domini expellit pec- Eccl. 1
catum: & per hoc habilitatur ad sapientiam. Sed timor filialis, & castus, est initium sapientiæ, sicut primus sapientiæ effectus: Cùm enim ad sapiētiā pertineat, quod humana vita reguletur per rationes diuinas, oportet sumere principium, vt homo Deum reuereatur, & subijciatur ei: Sic enim consequenter in omnibus secundum Deum regulabitur.

Tertio

Digitized by Google

Tertio ratione organi: Organũ enim, & instrumentum gustus, (vt Philosophus dicit) est aliquod intrinsecum circa cor, & similiter, organum tactus: Nam ad alios tres sensus derivatur virtus sensitiua ex corde; mediante cerebrio, ita quod à corde primo venit ad cerebriũ, & à cerebro postea ad ipsos sensus. Tactus autem & gustus, referuntur ad ipsum cor per medium coniunctum, quod est caro. Sed Constantinus dicit, quod proximum, & manifestum instrumentum gustus, prout est discretiuus saporum, est lingua, quæ spiritũ animale ad perfectionem virtutis gustabilis defert: Fit enim gustus, sicut ipse dicit, hoc modo: quia duo nerui linguæ medio intiguntur, qui in multos ramos in extremis lateribus linguæ disperguntur, & per eos, (vt dictum est) spiritus animalis ad linguam defertur. Cum ergo res guttanda subintrat linguam, spiritus animalis qui ibi est, immutatur secundũ proprietates eius, quas postea iudicio animę repræsentat. Sicut ergo circa cor est primum gustus instrumentũ, ita in corde dicitur esse primum sapientiæ habitaculũ, secundũ illud Prou. In corde requiescit sapiẽtia prudentis; sed proprijũ instrumẽtum sapiẽtiæ quo aliis manifestatur, est lingua. Psal. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius, &c. Sed duo nerui intrinsecus sunt duæ cautelæ, quæ debent esse in lingua sapientis; vna ad loquendum, & alia ad tacẽdum, secundum tempus oportunum, vel significant duplex opus sapiẽtis, scilicet veritatem defendere, & falsitatem repellere. Prou. Veritatẽ meditabitur guttur meũ, & labia mea detestabuntur impium. Et nota, quod lingua secundum suam complexionem est concaua, porosa, humida, & insipida. Concaua vt bene quodlibet retineret. Porosa facta est, vt quod grossum vel subtile de re guttanda esset, neruos linguæ facile subintraret, & virtus actiua ad perficiendum eandem plus vigeret. Humida vero est, vt humiditas cooperetur ad acceptorum dissolutionem: vt si aliqua dura, vel ficca palato applicarentur, humiditate linguę facilè solueretur. Facta est etiam insipida, vt cuiuslibet saporis sit facile susceptiua: Nam si determinatum saporem haberet, qualitatẽ alterius saporis percipere non valeret. Hæc etiam omnia competunt linguæ prout est instrumẽtum sapientiæ.

Primo, vt sit concaua ad retinendum & custodiendum verbũ vsque ad tempus oportunum loquendi. Malac. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, s. vsque ad tempus docendi.

Item vt sit porosa ad grossa vel subtilia prout decet dicendum, & disponẽdum: Nam humidum in re porosa per diuersa foramina minutim diuiditur.

Item vt sit humida, scilicet, vt dicta & acta ad dissoluendũ dura, id est, obscura vel dubia, quæ sunt difficilia ad intelligendum, sicut durum est difficile ad comedẽdum, humectet, id est, declaret & exponat.

Item est insipida ex se, suscipiẽs saporem aliunde, quia, s. sapientiam loquendi ex se non habet homo, sed à Deo, secundum illud Luc. Ego dabo vobis os, & sapiẽtiam. Aug. Quod sapiẽtes loquamini ab illo est, non nostra sapiẽtia. Constat quod superbi philosophi dixerunt: Labia nostra à nobis sunt. Quarto ratione medij: Nam gustus, vt dicit Philosophus, non fit per medium extraneũ, sicut visus fit mediãte aere: sed tamen sicut non fit visio sine

Arist. de sen. & sen.

Const.

Mal. 2.

Pro. 14.

Psal. 36.

Prou. 8.

Luc. 21.

Arist. de anim.

medio, vel sine lumine, ita non sit gustus sine humido: Nullũ enim saporosum facit sensum sui saporis sine humiditate. Vnde sicut color fit actu visibilis per lumen, ita sapor fit actu gustabilis per humidum, & ita oportet, quod gustabile, vel actu habeat humiditatem aqueam sicut vdum, & huiusmodi, aut sit potentia humectabile sicut illud quod sumitur per modũ cibi. Et ideo oportet, quòd sit saliua in ore, quæ bene liquida est, & etiam liquefactiua, per quam ea, quæ sumũtur etiam humectantur, vt eorum sapor percipi possit. Sicut ergo gustui ad percipiendos sapores necessaria est humiditas vel saliua, ita etiam similiter ipsi homini ad percipiendam veram sapientiam, necessaria est Christi doctrina: Cum enim Christus sit caput ecclesiæ, (vt dicit Apostolus) quasi saliua fluens à capite, est doctrina deriuata a Christo, & hæc per quam veræ sapientiæ gustus habetur, quia ipse verbum Dei est qui est fons sapientiæ, vt dicitur, Ecclesiast. 1.

Eph. 5

Eccl. 1

Quinto ratione obiecti, quod est propriè humidum saporabile. Enumerat autẽ Philosophus saporũ species, ad quas omnes aliẹ reducuntur, s. dulce, & amarum, pingue, & salsum, acetosum, austerum, & acutum. Hos itaque sapores sicut corporaliter per gustum, sic etiã spiritualiter per sapiẽtiam degustamus: Facit enim nos sapientia degustare dulce in contemplatione cælestis gloriæ. Amarũ in consideratione æternæ pœnæ. Pingue in refectione æternæ gratiæ. Salsum in cõsideratione præsentis miseriæ. Acetosum in recognitione culpæ, & compunctione conscientię. Austerum in assumptione exterioris pœnitentiæ. Et acutum in intelligẽtia scripturæ.

Arist. 2. de ani.

Item sapientia assimilatur saliuæ propter quatuor.

Primo propter saporis perceptionem. Nam (secundum Const.) saliua est inter gustum, & eius obiectum media: Nihil enim gustu percipitur, nisi cuius sapor mediante saliua gustui præsentatur Sic quoque per sapientiã superna degustamus, eorumque saporem sentimus, secundum illud: Quæ sursum sunt sapite, non quæ supra terram.

Col. 3

Secundo propter eius humectationem, sine qua humectatione lingua non bene volueretur, neque loqueretur. Sic etiam per sapientiã cordis os ad rectè loquedum disponitur & dirigitur, secundum illud. Cor sapientis erudit os eius.

Pro. 16.

Tertio propter digestionis præparationem: ciborum enim siccitatem saliua temperat, & eorum succositatem augmẽtat, vt melius possint dentibus conteri, & facilius postea digeri. Sic quoque sapientia facit verba Dei, quæ sunt cibus animæ, cõterere per expositionem, & digerere per discussionem, & considerationem.

Quarto propter superfluitatum cerebri, & pulmonis faciliorem euacuationem. Sic sapientia euacuat superfluitates cerebri, i. inordinatas, & phantasticas imaginationes, quas sapientes vel nõ habent, vel eis non inhærent.

Item superfluitates pulmonis, i. superfluas, & inordinatas locutiones: Nam sine pulmone locutionis vox formari nõ potest, neque anhelitus reddi valet, sicut dicit Aristot. Non autem homo sapiens, aut superfluè, aut inordinate loquitur, omnia verba eius sunt ponderata, & mẽsurata. Ecclesiast. Verba sapientum statera ponderabuntur.

Aris. 14 de ani.

Eccl. 21

Quin-

Digitized by Google

Quinque nasi proprietates annotantur, quibus humana scientia diuersimode comparatur, nec non scientiarum distinctio & perfectio, naturalis, & hominum appetitus in istis acquirendis manifestatur.

Cap. LXVI.

SCientia hominis assimilatur naso.

Primo propter eius sensibilitatem: Nã per nares odorifera sentimus, & per eas inter odorifera & fœtida discernimus. Est autẽ verũ intellectui, sicut res odorifera naribus; falsum autem est, vt res fœtida odoratui. Vnde scientia per quã verũ à falso discernimus, rectè assimilatur naribus. & hinc est quod nescij & imperiti vocantur ignari, i. sine nare.

Secundo propter continuitatẽ: Habet enim nasus duas concauitates, siue duo foramina, quæ per quãdã cartilaginosam substantiã ab inuicem sunt distincta, & vnũ horum foraminum ad cõcauitatẽ palati tendit, alterum sursum ad cerebri pelliculas vadit, vt aërem attrahat cerebro, & spiritũ deferat naribus animalem ad sensum odoratus perficiendum. Primum ergo foramen fuit necessariũ ad eijciendas superfluitates de cerebro euenientes. Aliud vero ad spiritum attrahendum, & odoratum perficiendum. Duo ergo foramina narium, sunt duo modi scientiarum: Est enim scientiarum alia speculatiua, quæ ad superiora tẽdit, alia practica, quę inferiora disponit. Vna, scilicet practica, superfluitates eijcit, sicut patet de scientia medicinæ, quæ docet expellere superfluitates humorum, & de morali, quæ docet reprimere, & expellere excessus, & extrema vitiorum. Altera, scilicet speculatiua, spiritum attrahit, id est, spirituale & intellectualem perfectionem.

Tertio propter necessitatem. Nam (secundum Constan.) nasus fuit necessarius ad aërem attrahendum. & sic est necessaria scientia naturalis, ad attrahendũ aërẽ, id est, ad acquirendam notitiam respectu sensibilium: Nã aër præcipue est medium, per quod sensibilia deferuntur ad sensum, sicut patet in olfactu, & etiam in auditu, & visu, qui sunt sensus qui præcipuè deseruiunt scientiæ, & sicut aër per attractationem recipitur in naribus, ita species sensibilium per abstractionem recipiuntur interius. Primo in sensu, postea in intellectu, sicut aër attractus primo recipitur in naso, postea in pulmone.

Item est necessarius nasus ad cerebrum expurgandũ, & sic est necessaria scientia moralis, scilicet ad expurgationem animi à vitijs per contrarias virtutes.

Itẽ est necessarius nasus ad calorẽ in ventriculis cerebri tẽperandũ: Quasi enim calor cerebri, est desiderium naturale. Vnde dicit Philosophus: Omnes homines naturaliter scire desiderãt. Hoc desiderium non totaliter satiat, sed tamen quodammodo perficiẽdo temperat, præcipuè scientia metaphysicalis, quæ est circa maxime intelligibilia, quibus intellectus magis reficitur, non tamen calor iste extinguitur, quia per nullam scientiam humanam sciendi desiderium satiatur. Arist. 1. met.

Item est necessarius nasus ad resolutum odorem à quacunque substantia discernendum: quod competit scientijs resolutiuis, siue demonstratiuis, quæ scilicet conclusiones, in principia resoluendo diiudicant & discernunt, sicut sunt scientiæ Mathematicę. Fuit etiam necessarius nasus ad decorandum, & honestandum. Nam (secundum Galenum) nasus est faciei maximum ornamẽtum, & ipsius eminentia faciem Gale.

Digitized by Google

nisterium sacramentalis administrationis. Cant. Dentes tui sicut greges tonsarum, conuentus religiosorum sunt, ex quibus est lac, id est, doctrina prædicationis, balatus, id est, vox laudis, vel orationis; & fœtus, id est, fructus multiplicis administrationis, Cant. 4.

Septimò, quia licèt nõ ex se, tamen ex adiunctis patiuntur: Nã licet substantia dentium ossea, & insensibilis, sit de se impassibilis, tamè dolorem trahit ratione societatis carnis, vel nerui, qui ei sunt coniuncti. Sic religiosi propter amorẽ nimium quem habẽt interdum ad suos consanguineos carnales, vel etiam ad aliquos seculares sibi familiaritèr iunctos, de eorum malis dolorẽ sentiunt quem per se non haberẽt: vel interdum religiosi, qui ex se boni sunt, tamen ex incautis, & nõ bonis secularium familiaritatibus instituuntur, & maculantur, & dolores, seu scandala patiuntur.

Octauo, quia dentes ab inuicẽ distinguũtur. Sunt enim in masculis 32. quorum quatuor in anteriori parte pares, quadrupli vocãtur, qui lati sunt & acuti. Vnde & incisores à med cis sunt vocati, eo quod ad cibi incisionẽ sunt apti, & quicquid ore capitur, primo ab eis capitur, & mordetur; Mordendo autem cibũ auferunt, quod est necessarium, & relinquũt quod est superfluũ. Sunt & duo alij, qui canini sunt appellati, quadruplis coniunctis, in summitate acuti, & duris cibis cõmodendis apti, & rotũdiores, & propter hoc canini dicũtur, quia canum dentibus assimilantur. Et sunt canini dentes præcioribus fortiores, acutiores, longiores, & rotundiores. Sunt istis collaterales grossi, & lati, qui dicũtur molares, eo quod ad molendum cibum sunt conuenientes; nã quæ a prioribus sunt confracta, istis tanquã molis traduntur molenda. In primis ergo dentibus præcisoribus, vel qui tollunt, & præcidunt partem necessariam, & reliquã dimittunt, possunt intelligi religiosi, & minus perfecti, qui seruant tantũ ea ad quæ necessario tenentur ex voto, vel debito. Per caninos verò, qui duriora cõterunt, intelliguntur quidam feruentiores, qui duriorem & austeriorem vitam ducunt. Per molares verò latissimos, intelliguntur perfecti, qui habent latitudinem charitatis, constantiam firmitatis, latebram humilitatis, efficaciam vtilitatis: Nam molares dentes sunt lati, firmi, occulti, & vtilissimi.

Nono, quia dẽtes multa patiuntur: Nã patiuntur putredines, fœtores, perforationes, mutationes, dolores, & alias cõsimiles passiones, quæ omnes sunt ex corruptis passionibus & humoribus descẽdentes. Ista omnia cõpetunt malis religiosis, qui perforantur per tentationũ iacula, putrescunt per luxuriam, fœtent per infantiam, mutantur aliquãdo per apostasiã, torquẽtur & dolent per punitionis iustitiam.

Item religiosi debent esse similes pueris.

Primo quia pueri sunt ablactabiles: Vnde proprie puer dicitur cum est a lacte remotus. Sic religiosus debet se a seculo velut infans ab vberibus alienare, sicut dicit Isaac, Psalmista: Sicut ablactatus est super matrem suam. Isaac de vi mon. Psal.

Secundo, quia pueri sunt disciplinabiles: quia dicitur aliquis puer cum doli capax efficitur, & disciplinæ aptus habere; Vnde sub tutoribus positus, disciplinæ subesse compellitur. Sic religiosi debent esse sub disciplina patris spiritualis, i. prælati. Prou. Noli subtrahere a puero disciplinam. Prou. 23.

Tertio,

Digitized by Google

Digitized by Google

Tertio, quia sunt motus venerei inexperti: quia in hac ætate motus venerei homines cõmuniter nõ inuadunt, eo q̃ viæ adhuc strictæ sunt. Vnde ab hac puritate pueri dicti sunt. Sic religiosi debẽt seipsos restringere, & sibi vias præcludere, quibus possent à carnis illecebris superari, & in puritate non tantum mentis, sed
1.Cor. 14. etiam carnis manere. Apost. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, scilicet vt non sit in vobis malitia carnis, spiritus.

Quarto, quia sunt ad motum flexibiles. Et sic religiosi debent esse flexibiles per obedientiã ad exequendum motum voluntatis
Nec. 5 superioris, vt possit prælatus dicere illud Nec. Omnes pueri mei congregati erant ad opus, scilicet per promptitudinem obedientiæ.

Quinto, quia sunt corpore leues, scilicet vt non sint religiosi pigri, vel graues per accidiam, si-
Matt. 8. cut erat ille de quo Matth. Puer meus iacet, &c.

Sexto, quia sunt animo dociles: quia scilicet religiosi debent esse
Sap. 8 dociles Dei. Sapient. Puer eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam.

Septimo, quia sunt pueri sine solicitudine vitam ducentes: quia scilicet veri religiosi nihil in terra appetunt, & sine solicitudine viuunt, sicut de Apostolis dicit quædam glosa, super Actus Apostolorum quod gloria Apostolorum erat nihil in terra possidere, & sine solicitudine viuere: Tales
2. Para 34. enim pueri solum Deũ quærunt, Paralipo. Cum adhuc puer esset cœpit quærere Deum.

Octauo, quia nullum periculũ sunt magis quam virgam timentes. Et sic religiosi timent virgam
Iud. 8 flagelli diuini: Plus enim timere debent flagella Dei quam homi-

nis. Iudic. Timebat, quia adhuc puer erat.

Nono, quia sunt neque laudes neque vituperia aliquid reputantes. Ita religiosi vt Deo placeant, vituperia debent & laudes hominum paruipendere, sicut dice-
2.Co.4. 3.Re.3. bat Apostolus. Mihi pro minimo est, vt à vobis iudicer 3. Reg. Ego autem puer paruulus sum, id est, humilis.

Decimo, quia sunt iniuriarum immemores. Et sic religiosi debẽt iniuriarũ obliuisci, parcendo
Luc. 22 exemplo Christi, qui dixit: Pater dimitte illis, &c. Vnde & ipse vo-
Act. 4. catur puer: Conuenerunt enim vere in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum.

Vndecimo, quia verberati à matre statim sunt renitentes, nec se de iniuria vindicantes. Ita religiosi, etiam si affligantur in religione, non debent propter hoc suam religionem relinquere, vel ipsam accusare, & vituperare. Et
Isa.8. de talibus pueris patet Religionem dicere illud Isa. Ecce ego, & pueri mei, quos mihi dedit Dominus, &c.

Cordis generatio, virtus, forma, omnia ipsius perfectio eruditissimis verbis, pluribus & sententijs circunscribitur, qua quidem omnia sanctis viris pluribus exemplis adaptantur, omnes eorum perfectiones patefiunt.

Cap. LXIIII.

SAnctorum virorum perfectio repræsentatur in corde.

Primo, quia cor est exterius carneum. Et sic sancti viri sunt exterius carnei, id est, lenes per mansuetudinem conuersationis, vel habent sancti viri cor carneũ per disciplinæ susceptibilitatem, vel carneum per compassibilitatem, non lapideum, id est durum per impietatem. Ezech. Auferam
Exe.36. cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum.

Secun-

Digitized by Google

Secundo, quia cor est interius concauum, & hoc necessarium fuit (sicut dicit Constan.) propter caloris conseruationem, quia cor est totius caloris corporis fontale principium. Sic sancti viri sunt concaui per humilitatem: Nam sicut calor naturali conseruatur in concauitate cordis, ita calor charitatis in humilitate mentis, & hanc cõcauitatem habuit cor Christi. Vnde dicebat: Discite à me, quia mitis sum & humilis, &c. Est etiam cor caloris charitatis fontale receptaculum: quia gratia Dei diffusa est in cordibus vestris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, vt dicitur.

Mat. 11

Rom. 5

Tertio, cor est substantialiter solidum & durum, & hoc necessarium fuit, ne de facili læderetur. Et sic sancti viri sunt solidi in se per patientiæ firmitatẽ, & sunt interdum etiam aliquando duri per iustitiæ seueritatem.

Quarto, cor est figuraliter rotundum, & etiã oblongum. Rotundum quidem est, vt abundãtia spirituum in eo recipiatur; Oblongum vero in forma pirea, vt scilicet tendens in acutũ tanquam in conum, actio naturalis caloris fortior sit. Sic etiã sancti viri habent cor rotundum, id est, valde capax spiritualium virtutum, & etiam oblongum per cõtinuitatem feruoris, & bonorum operum.

Quinto, cor semper est in motu, & mouetur cor secũdum diastolem, & systolem, id est, secundum dilatationem & cõstrictionem: cuius motus, & si ad horam cessaret, statim animal deficeret, vt Philosophus dicit. Et nota, quod per dilationem frigidus aër attrahitur, per cõstrictionem vero calidus & fumosus expellitur, & sic calor cordis temperatur, & complexio adæquatur. Sic sancti viri continuè mouentur, & solli-

Arist. li. de ani.

citantur ad attrahendum gratiam, vnde continue dilatantur per augmentum in gratia, & cõstringuntur per abstinentiam à culpa, vel quia se cohærent in pœnitentia.

Sexto, quia cor est pulmoni vicinum, vt cum ira incenditur, huiusmodi pulmonis remedio temperetur. Sic sancti viri impetum iræ sciunt temperare remedio rationis, per virtutem mãsuetudinis.

Septimo, quia cor est spiritu, humore, & calore plenum: est enim primo, cor fontale principium spiritus: Habet enim cor duas concauitates, vnam sinistram, quæ ad cerebrum tendit, & dextram, quæ infra subsistit. Et has concauitates dicuntur ventriculi cordis. Et dicit Augustinus, quod in ventriculo cordis dextro, plus est de sanguine quam de spiritu. In sinistro vero, econuerso, quia ibi spiritus vitalis generatur ad viuificandum animal, qui per quasdam arterias diffusus vndiq; dilatatur. Sic in cordibus sanctorum est plenitudo Spiritus sancti, sicut de Apostolis dicitur, quod repleti sunt omnes Spiritu sancto, vt postea per ipsos tanquam per arterias, id est, prædicatorum ora, ad alios deriuaretur. Sed q̃ in sinistro est plus de spiritu, quã de sanguine, & in dextro econuerso, signat, quod in aduersitate est plus de amore spirituali, quam de corporali, sed in prosperitate econuerso, sicut in Apostolis, qui postquam ablatus fuit ab eis sponsus, & fuerunt in luctu tribulationum, plus abundauit amor spiritualis, & gratia Spiritus sancti quam primo, quia primo plus diligebãt Christum corporaliter. Vnde dixit: Si non abiero, Paracletus non veniet ad vos.

Augus.

Act. 2.

Ioan. 16

Item cor est fontale principium humoris,

Digitized by Google

humoris, I. sanguinis. Vnde philosophus dicit, quod in corde est principium venarū, & prima virtus creās sanguinem, & eius sanguis est mūdus, clarus, calidus, & maioris sensus, & conueniens intellectui. Sic cor Sanctorum est plenum humore sanguinis, id est affectione diuini amoris, vel deuotionis: Nā affectus, seu deuotio eorum non est immunda & impura, sicut hypocritarum, qui similes sunt sepulchris dealbatis, quæ foris apparent alba, & intus sunt nigra, & fœtida.

Aristot. 1. de ani.

Mat. 23

Item est clara, non obscura, vel tenebrosa sicut hæreticorum.

Item calida, id est, feruens, non tepida sicut imperfectorum.

Item sensata, non fatua, vel indiscreta sicut præsumptuosorū.

Item est fontale principium caloris. Vnde dicit Philosophus, quod propter calores cordis, posuit natura membrum frigidum ex oppositō cordis, s. cerebrum. Vnde in generatione animalis statim creatur caput post generationem cordis. Sicut ergo cor est plenū calore, ita sancti viri sunt pleni amore. Sed calor cordis à cerebro temperatur, quia feruor amoris sapientia regulatur: Vult enim Deus diligi sapienter, quia & ipse neminem diligit, nisi eum qui cum sapiētia inhabitat, vt dicitur Sap. 7.

Aristot. 16. de ani.

Sap. 7

Octauo, quia cor est membrum primo formatum. Vnde Philosophus dicit ibidē, quod cor anima lis est complementū primo à natura creatum, i. ante omnia alia mēbra formatū. In quo signatur, quod homo primo intendere debet ad compositionē & sanctificationem cordis interius, & postea ad componendū, & ordinādum mores, & facta exteriora. Matt. 23 Matt. Mūda prius, quod intus est.

Aristot. 12 de ani.

Mat. 23

Nono, quia cordi accidit multiplex nocumentū. Nā quandóque paritur ex aliorum membrorum colligantia, quandoq; ex propria distemperantia, quandoque ex deficientis regiminis causa. Sic etiam spirituales lædūtur quandoque ex prauis socijs, quādoque ex propriis vitijs, quādoque à defectiuis prælatis: patitur etiā cor ex virtutis suæ dissolutione, ex spiritus euaporatione, ex nimia repletione, & ex venæ concauæ oppilatione. Dissoluitur autem cordis virtus spiritualis per luxuriā, euaporat spiritus per superbiā, fit repletio nimia per gulā, oppilatur vena misericordiæ per auaritiā. Accidit etiam cordi timor, sic quod patienti videtur, q̄ cor de loco suo moueatur; hūc timorē facit accidia circa spiritualia: Nā accidia facit cor frigidum nimis, & omnia opera reddit mollia, & dissoluta: Dicit autem Haly super quēdā textū Galen. q̄ si cor fuerit nimis frigidū, & nimis humidū, & pulsus mollis, homo virilitate, & audacia priuatus erit, piger & timidus apparebit.

Decimo, quia vigor cordis ostēditur per multiplex signum: Dicit enim Galenus, quod virtus, & cōplexio cordis ostēditur per magnitudinē respirationis, per velocitatē pulsus, per virilitatem festinā ad actionē, per iram, audaciā, & feruorem: per amplitudinē pectoris, & pilositatem, hæc omnia calorē dominētē in corde significāt. Hæc ergo cordis virtus debet apparere in pœnitētibus per magnitudinē cōtritionis, per quā anima etiā incipit respirare p̄ nouā attractionē spiritualis gratiæ.

Itē per velocitatē confessionis, quæ est similis pulsui. per hoc, quod indicat spirituali medico infirmitatē animę interius latentē. Item per festinam & virilē actionem satisfactionis & per iram, contra proprias transgressiones: per audaciam, contra tētationes:

Digitized by Google

per feruorem, contra omissiones, per amplitudinem pietatis, & pilositatem austeritatis: Nam caro pilosa est asperior nō pilosa. Ge. Nosti quod Esau homo pilosus sit, & ego lenis. Et ideo Ioannes Baptista pro asperitate pœnitentiæ portabat vestimentū de pilis camelorū. Hæc ergo omnia ostēdunt calorem amoris diuini in corde dominantem.

Gen. 26

Vndecimo, quia cor quāto animosius, tanto magis paruū. Vnde animalia parui cordis in quantitate, sunt maioris animositatis, propter maiorem adunationem virtutis: Omnis enim virtus quāto magis adunata, tāto potētior, & quanto magis diuisa, tanto est debilior, vt in lib. de causis ostenditur. Sic spiritualiter, tanto quis plus habet de magnitudine virtutis, quanto plus habet de paruitate humilitatis: Hæc enim est, quæ omnes virtutes vnitas & cōcatenatas tenet. Vnde Gre dicit, quod qui cæteras virtutes sine humilitate congregat, quasi puluerem in ventum portat.

Gregor. hom. 6.

Vera sapientia dignitas, locus, initium, & officium, ipsiusq; instrumentum quo aliis manifestatur, per gustus, ac linguæ, tum etiam saliua plurimos effectus, quā doctissimè explanatur,

Cap. LXV.

SApiētia assimilatur gustui propter quinque.

Primo ratione officij: quia, s. gustus est propriè saporum perceptiuus. Et ideo propriè, quia gustus est propriè gustus prout est discretiuus saporū: sed gustus prout est quidam tactus, quia, s. tangēdo percipit suū obiectū, sic habet discernere qualitates tāgibiles, s. alimentū cuius sensus est tactus. Sicut igitur gustus est quo sapores ciborum percipimus: sic quoque sapientia est per quam quæ surum sunt sapimus, & ideo sapientia dicitur à sapore. Eccles. Sapientia doctrinæ secundū nomen est eius.

Eccl. 6.

Secundo ratione principij: Nam principium effectiuum gustus est virtus animalis, i. virtus quædam animæ sensitiuæ, Instrumentale autē quoddam principium est spiritus animalis, qui per quosdam neruos ad linguam defertur. Sic etiam est duplex principiū spiritualis sapiētiæ, vnum essentiale, s. fides, quæ est prima virtus necessaria animæ intellectiuæ: Nam sicut initiū artis secundū essentiā eius, sunt principia eius ex quibus procedit; sic initium sapientiæ secundum eius essentiam sunt articuli fidei. Vnde fides dicitur esse initium sapientiæ. Sed principiū sapientiæ instrumentale est illud, quo anima disponitur ad sapientiam, & hoc est timor Dei, secundum illud. Initium sapientiæ est timor Domini. Dicitur autem timor initium sapientiæ quantū ad eius effectus: Nam sicut dicitur initium artis, vnde ars incipit operari, sicut si dicatur, quod fundamentum sit principium artis ædificatoriæ, quia ibi incipit ædificator operari: sic dicitur, quò ad effectū timor initium sapientiæ, vnde sapiētia incipit operari. Et hoc modo timor seruilis dicitur initium sapientiæ, sicut principium extra disponens ad sapiētiam, in quantum aliquis timore pœnæ recedit à peccato, secūdum illud. Timor domini expellit peccatum: & per hoc habilitatur ad sapientiam. Sed timor filialis, & castus, est initium sapientiæ, sicut primus sapientiæ effectus: Cùm enim ad sapiētiā pertineat, quod humana vita reguletur per rationes diuinas, oportet sumere principium, vt homo Deum reuereatur, & subijciatur ei: Sic enim consequentèr in omnibus secundum Deum regulabitur.

Eccl. 1

Tertio

Tertio ratione organi: Organũ enim, & instrumentum gustus, (vt Philosophus dicit) est aliquod intrinsecum circa cor, & similiter, organum tactus: Nam ad alios tres sensus deriuatur virtus sensitiua ex corde, mediante cerebro, ita quod à corde primo venit ad cerebrũ, & à cerebro postea ad ipsos sensus. Tactus autem & gustus, referuntur ad ipsum cor per medium cor iunctum, quod est caro. Sed Constantinus dicit, quod proximum, & manifestum instrumentum gustus, prout est discretiuus saporum, est lingua, quæ spiritũ animale ad perfectionem virtutis gustabilis defert: Fit enim gustus, sicut ipse dicit, hoc modo: quia duo nerui linguæ medio inseruntur, qui in multos ramos in extremis lateribus linguæ disperguntur, & per eos, (vt dictum est) spiritus animalis ad linguam defertur. Cum ergo res gustanda subintrat linguam, spiritus animalis qui ibi est, immutatur secundũ proprietates eius, quas postea iudicio animę repræsentat. Sicut ergo circa cor est primum gustus instrumentũ, ita in corde dicitur esse primum sapientiæ habitaculũ, secundũ illud Pro. 14. Prou. In corde requiescit sapiẽtia prudentis: sed proprijs instrumẽtum sapiẽtiæ quo aliis manifestatur, est lingua. Psal. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius, &c. Sed duo nerui infixi sunt duæ cautelæ, quæ debent esse in lingua sapientis; vna ad loquendum, & alia ad tacẽdum, secundum tempus oportunum, vel significant duplex opus sapiẽtis, scilicet veritatem defendere, & falsitatem repellere. Prou. Veritatẽ meditabitur guttur meũ, & labia mea detestabuntur impium. Et nota, quod lingua secundum suam complexionem est concaua, porosa, humida, & insipida. Concaua vt bene quodlibet retineret. Porosa facta est, vt quod grossum vel subtile de re gustanda esset, neruos linguæ facile subintraret, & virtus actiua ad percipiendum eandem plus vigeret. Humida vero est, vt humiditas cooperetur ad acceptorum dissolutionem: vt si aliquid dura, vel fiecca palato applicarentur, humiditate linguę facilè solueretur. Facta est etiam insipida, vt cuiuslibet saporis sit facile susceptiua: Nam si determinatum saporem haberet, qualitatẽ alterius saporis percipere non valeret. Hæc etiam omnia competunt linguæ prout est instrumẽtum sapientiæ.

Arist. de sen. & sen.

Const.

Psal. 38.

Prou. 8.

Primo, vt sit concaua ad retinendum & custodiendum verbũ vsque ad tempus oportunum loquendi. Malac. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, s. vsque ad tempus docendi. Mal. 2.

Item vt sit porosa ad grossa vel subtilia prout decet dicendum, & disponendum: Nam humidum mire porosa per diuersa foramina minutim diuiditur.

Item vt sit humida, scilicet, vt dicta & acta ad dissoluendũ dura, id est, obscura vel dubia, quæ sunt difficilia ad intelligendum, sicut durum est difficile ad comedẽdum, humectet, id est, declaret & exponat.

Item est insipida ex se, suscipiẽs saporem alium, dè, quia, (s. sapientiam loquendi ex se non habet homo, sed à Deo, secundum illud Luc. Ego dabo vobis os, & sapiẽtiam. Aug. Quod sapiẽter loquamini ab illo est, non nostra sapiẽtia. Conste quod superbi philosophi dixerunt: Labia nostra à nobis sunt. Quarto ratione medij: Nam gustus, vt dicit Philosophus, non fit per mediũ extraneũ, sicut visus fit mediãte aere: sed tamen sicut non fit visio sine medio, Luc. 21. Arist. de ani.

Digitized by Google

medio, vel sine lumine, ita non sit gustus sine humido: Nullū enim saporosum facit sensum sui saporis sine humiditate. Vnde sicut color fit actu visibilis per lumen, ita sapor fit actu gustabilis per humidum, & ita oportet, quod gustabile, vel actu habeat humiditatem aqueam sicut vdum, & huiusmodi, aut sit potentia humectabile sicut illud quod sumitur per modū cibi. Et ideo oportet, quòd sit saliua in ore, quæ bene liquida est, & etiam liquefactiua, per quam ea, quæ sumūtur etiam humectantur, vt eorum sapor percipi possit. Sicut ergo gustui ad percipiendos sapores necessaria est humiditas vel saliua, ita etiam similiter ipsi homini ad percipiendam veram sapientiam, necessaria est Christi doctrina: Cum enim Christus sit caput ecclesiæ, (vt dicit Apostolus) quasi saliua fluens à capite, est doctrina deriuata a Christo, & hæc per quam veræ sapientiæ gustus habetur, quia ipse verbum Dei est qui est fons sapientiæ, vt dicitur, Ecclesiast. 1.

Eph. 5

Eccl. 1

Quinto ratione obiecti, quod est propriè humidum sapotabile. Enumerat autē Philosophus saporū species, ad quas omnes aliæ reducuntur, s. dulce, & amarum, pingue, & salsum, acetosum, austerum, & acutum. Hos itaque sapores sicut corporaliter per gustum, sic etiā spiritualiter per sapiētiam degustamus: Facit enim nos sapientia degustare dulce in contemplatione cælestis gloriæ. Amarū in consideratione æternæ pœnæ. Pingue in refectione æternæ gratiæ. Salsum in cōsideratione præsentis miseriæ. Acetosum in recognitione culpæ, & compunctione conscientiæ. Austerum in assumptione exterioris pœnitentiæ. Et acutum in intelligētia scripturæ.

Arist. 2. de ani.

Item sapientia assimilatur saliuæ propter quatuor.

Primo propter saporis perceptionem. Nam (secundum Const.) saliua est inter gustum, & eius obiectum media: Nihil enim gustu percipitur, nisi cuius sapor mediante saliua gustui præsentatur. Sic quoque per sapientiā superna degustamus, eorumque saporem sentimus, secundum illud: Quæ sursum sunt sapite, non quæ supra terram. Col. 3

Secundo propter eius humectationem, sine qua humectatione lingua non bene volueretur, neque loqueretur. Sic etiam per sapientiā cordis os ad rectè loquendum disponitur & dirigitur, secundum illud. Cor sapientis erudit os eius. Pro. 16.

Tertio propter digestionis præparationem: ciborum enim siccitatem saliua temperat, & eorum succositatem augmētat, vt melius possint dentibus conteri, & facilius postea digeri. Sic quoque sapientia facit verba Dei, quæ sunt cibus animæ, cōterere per expositionem, & digerere per discussionem, & considerationem.

Quarto propter superfluitatum cerebri, & pulmonis facilliorem euacuationem. Sic sapientia euacuat superfluitates cerebri, i. inordinatas, & phantasticas imaginationes, quas sapientes vel nō habent, vel eis non inhærent.

Item superfluitates pulmonis, i. superfluas, & inordinatas locutiones: Nam sine pulmone locutionis vox formari nō potest, neque anhelitus reddi valet, sicut dicit Aristot. Non autem homo sapiens, aut superflue, aut inordinate loquitur, omnia verba eius sunt ponderata, & mēsurata. Ecclesiast. Verba sapientum statera ponderabuntur. Aril. 14 de ani. Eccl. 21

Quin-

Digitized by Google

Quinque nasi proprietates annotantur, quibus humana scientia diuersimode comparatur, nec non scientiarum distinctio & perfectio, naturalisq; hominum appetitus in istis acquirendis manifestatur.

Cap. LXVI.

SCientia hominis assimilatur naso.

Primo propter eius sensibilitatem: Nã per nares odorifera sentimus, & per eas inter odorifera & fœtida discernimus. Est autẽ verũ intellectui, sicut res odorifera naribus; falsum autem est, vt res fœtida odoratui. Vnde scientia per quã verũ à falso discernimus, rectè assimilatur naribus. & hinc est quod nescij & imperiti vocantur ignari, i. sine nare.

Secundo propter continuitatẽ: Habet enim nasus duas concauitates, siue duo foramina, quæ per quãdã cartilaginosam substantiã ab inuicem sunt distincta, & vnũ horum foraminum ad cõcauitatẽ palati tendit, alterum sursum ad cerebri pelliculas vadit, vt aërem attrahat cerebro, & spiritũ deferat naribus animalem ad sensum odoratus perficiendum. Primum ergo foramen fuit necessariũ ad eijciendas superfluitates de cerebro euenientes. Aliud vero ad spiritum attrahendum, & odoratum perficiendum. Duo ergo foramina narium, sunt duo modi scientiarum: Est enim scientiarum alia speculatiua, quæ ad superiora tendit, alia practica, quę inferiora disponit. Vna, scilicet practica, superfluitates eijcit, sicut patet de scientia medicinæ, quæ docet expellere superfluitates humorum, & de morali, quæ docet reprimere, & expellere excessus, & extrema vitiorum. Altera, scilicet speculatiua, spiritum attrahit, id est, spiritualem & intellectualem perfectionem.

Tertio propter necessitatem. Nam (secundum Constan.) nasus fuit necessarius ad aërem attrahendum. Et sic est necessaria scientia naturalis, ad attrahendũ aërẽ, id est, ad acquirendam notitiam respectu sensibilium: Nã aër præcipue est medium, per quod sensibilia deferuntur ad sensum, sicut patet in olfactu, & etiam in auditu, & visu, qui sunt sensus qui præcipuè deseruiunt scientiæ, & sicut aër per attractationem recipitur in naribus, ita species sensibilium per abstractionem recipiuntur interius. Primo in sensu, postea in intellectu, sicut aër attractus primo recipitur in naso, postea in pulmone.

Item est necessarius nasus ad cerebrum expurgandũ, & sic est necessaria scientia moralis, scilicet ad expurgationem animi à vitijs per contrarias virtutes.

Itẽ est necessarius nasus ad calorẽ in ventriculis cerebri tẽperandũ: Quasi enim calor cerebri, est desiderium naturale. Vnde dicit Philosophus: Omnes homines naturaliter scire desiderãt. Hoc desiderium non totaliter satiat, sed tamen quodammodo perficiẽdo temperat, præcipuè scientia metaphysicalis, quæ est circa maxime intelligibilia, quibus intellectus magis reficitur, non tamen calor iste extinguitur, quia per nullam scientiam humanam sciendi desiderium satiatur. Arist. 1. Met.

Item est necessarius nasus ad resolutum odorem à quacunque substantia discernendum: quod competit scientijs resolutiuis, siue demonstratiuis, quæ scilicet conclusiones, in principia resoluendo diiudicant & discernunt, sicut sunt scientiæ Mathematicę. Fuit etiam necessarius nasus ad decorandum, & honestandum. Nam (secundum Galenum) nasus est faciei maximum ornamẽtum, & ipsius eminentia faciem Gale.

Digitized by Google

maximè dehonestat. Sic quoque per scientiam homo honestatur, & ornatur, & honorabilis redditur : propter quod Philosophus scientiam inter bona honorabilia computat.

Quarto propter nasi quantitatem: Debet enim disposítio nasi mediocris esse, ita quod & longitudine, & latitudine, & altitudine modum debitum non excedat. Sic quantum ad scientiæ studium, excessus longitudinis est in his qui longo tempore scholas exercuerunt, & parum, vel nihil proficiunt: de quibus Apo. Semper quidem discentes, & nunquã ad scientiam veritatis peruenientes. Excessus autem latitudinis attendit ur ad numerum scibiliũ & hic excessus prohibetur cum dicitur : Non plus sapere, quam oportet sapere, & Ecclesiast. In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Sed excessus altitudinis prohibetur, cum dicitur : Altiora te ne quæsieris.

Aristr. de ani.

2. Ep. 4

Ro. 12

Eccl. 4.

Eccl. 3

Quinto, propter nasi passibilitatem, quia (secundum Const.) nasus quandoque impeditur ex mala cerebri dispositione, & ex eadẽ causa etiam impeditur scientia: quia ex mala dispositione cerebri naturali, vel violenta, efficitur homo malè dispositus ad scientiam, & ipsis etiam organis interioribus cerebri, scilicet phantasiæ, vel memoriæ, perditur vsus scientiæ. Aliquando vero impeditur ex nerui oppilatione, quasi autem oppilatio nerui, est grossitudo, & duricies ingenij, quæ etiã scientiam impedit. Quandoque vero ex humorum fœtidorum repletione: & hoc pertinet ad fœditates carnalium peccatorũ, quę a studio, & scientia retrahunt, & nostri intellectus acumen obtũdunt : vel humores fœtidi sunt errores immissi, quibus aliquis repletus lumine veritatis caret, & veram scientiam nõ habet. Aliquando vero ex carnis superflua generatione: & hoc impedimentum est in gulosis: quia veter pinguis non gignit sensum tenuem, vt Græcorum prouerbium dicit. Aliquando ex humorum à capite dissolutione: & hoc impedimentum est in superbis; quia superbia est initium & caput omnis peccati, à qua descendunt humores, id est, cogitationes, vel affectiones rumefacientes oculos mẽtis, vt lumen veritatis conspicere nõ possit. Aliquando vero ex nimia constrictione: & hoc est in illis qui studium suum coarctant solum circa scibilia alicuius scientiæ, & vlterius discere non curant.

Serui Dei qui, & hominum seruis bonis vtilibus rationibus assimilatur, qua mente præditi esse debeant pluribus venarum exemplis aperitur.

Cap. LXVII.

SEruorum Dei mentes debent esse similes venis.

Primo, quia venæ sunt cõcauæ: quia scilicet mentes seruorũ Dei sunt humiles, & ad diuinæ gratiæ receptionem habiles. Pro. Sit vena tua benedicta, scilicet benedictione gratiæ. Prou. 5.

Secundo, quia venæ in corpore hominis sunt sanguinis cameræ, siue vasa : quia scilicet mentes seruorum Dei sunt diuinæ gratiæ non solum receptiuæ, sed etiam contentiuæ, & reseruatiuæ : sanguis enim quo vita corporalis sustentatur, & viuificatur, signat diuinã gratiam, per quã etiã anima viuificatur, & nutritur, Apost. Gratia Dei sum id quod sum. 1. Cor. 6

Tertio, quia sancti sunt ministri sanguinis & baiuli: quia scilicet Dei gratiam quam habent, etiam alijs ministrare & communicare student,

Digitized by Google

1.Pet.4. student, secundum illud. Vnusquisque qui accepit gratiam, in alterutrum illam administrātes.

Quarto, quia venæ sunt sanitatis & infirmitatis nuntię. Sic serui Dei alijs infirmitates vitiorū, et sanitatem virtutum annūciāt

Isa.58 & demonstrant, Isaiæ. Annuncia populo meo scelera eorum, & do

1.Pet.2. mui Iacob peccata eorum. Et de virtutibus. 1. Pet. Vt virtutes annuncieris eius, qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumē suum.

Item seruus Dei bonus ad modū serui mundani ex multis proprietatibus ostenditur.

Primo quidē quia docilis est, & ingeniosius ad intelligendum.

Eccl.7. Ecclesiast. Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua.

Secundo, quia est humilis, & obsequiosus ad seruiendum. Psa.

Psa.115. O domine quia ego seruus tuus.

Tertio, quia est hilaris, & iocosus ad conuiuendum Gene. Læti

Gen.47 Isa.45 seruiemus regi, & Isa. Serui mei lætabuntur.

Quarto, quia affabilis, & gratiosus ad loquendum Vnde dici-

1.Re.18 tur de Dauid, quod seruiebat Sauli: Acceptus erat Dauid in cōspectu vniuersi populi, & maximè seruorum Saul.

Quinto, quia est virilis & animosus ad se contra aduersarios

1.Re.12 domini sui ponendum. 1. Re. Nō concidat cor cuiusquam in eo, ego seruus tuus.

Sexto, quia est in commisso fidelis & studiosus ad exequēdū.

Luc.19. Luc. Euge serue bone &c. Et Nu-

Nu.12. mero. Seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est.

Septimo, quia ingeniosus, & vtilis ad lucra domini procuran-

Luc.19. dum. Luc. Vocatis seruis, &c.

Octauo, quia solicitus existit ad

Luc.12. seruiendum. Luc. Quis vestrum habens seruum, &c. Vnde commendatur Vrias, qui dixit Dominus meus Ioab, & serui domini 3.Re.12.

mei habitāt in cāpis, & ego, &c.

Nono, quia patiens ad expectādum Luc. Beatus ille seruus, quē Luc.13.

cum venerit dominus, &c.

Decimo, quia est vigilans ad dominum suum custodiendum. Vnde Dauid redarguit seruos 1.Re.26

Saul dormientes, & dominum suum non custodientes.

Vndecimo, quia semper habet oculos ad dominum contemplādum. Psal. Sicut oculi seruorum Psa.122

in manibus dominorum suorum.

Duodecimo, quia semper studet ad placidè & mundè seruiendum. Psalmus. Ambulans in via imma Psa.100

culata hic mihi ministrabat.

Decimotertio, quia castigatus non aperit os ad murmurādum. Ecclesiastici. Seruo sensato libe- Ecc.10.

ri seruient, & vir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus.

Quibus ritè vigilia conueniat, quantumq; spirituali cura prosit, & temporali solicitudini superflua sosit, paucis hic atque claris demonstratur rationibus.

Cap. LXVIII.

SOlicitudo, & cura spiritualis, assimilatur vigiliæ: Hæ enim sunt vigiliæ, quæ conueniunt laborantibus, i. bene operantibus, vt meritum augeant: conueniunt speculatiuis, i. contemplantibus, vt dominum venientē recipiant; conueniunt medicinam sumentibus, id est, pœnitentibus, vt nō se lædant: conueniunt ægrotantibus, id est, tentatis, vt citius cōualescant, conueniunt itinerantibus, s. per exilium huius vitæ, ne per somnum pigritiæ dietam amittant: conueniunt & gregem pascentibus, id est, prælatis, ne damnum gregis per lupos, i. per hæreticos, vel malos homines,

aut dæmones incurrant: conueniunt etiam orantibus, vt coronam promissam vigilãtibus non amittant. Matthæus. Vigilate, & orate. Mat.26

Item solicitudo, & superflua cura temporaliũ assimilatur maximè inordinatę vigiliæ. Vigilia n. si fuerit nimia (vt dicit Const.) calorem augmentat. Et similiter solicitudo nimia temporalium, æstum auaritiæ augmentat

Item corpus deliccat. Et similiter solicitudo superflua deliccat animam ab humore pietatis, & etiam corpus ratione inordinati laboris.

Item oculos grauat. Et similiter solicitudo auaritiæ grauat oculos mentis deprimens ad terram id est, terrena.

Item visum hebetat. Et sic solicitudo tẽporalis hebetat visum contemplationis spiritualis.

Item dolorem capitis generat, id est, impatientiam & turbationes mentis. Vnde dominus dixit Luc.10. Marthæ: Solicita es, & turbaris erga plurima.

Item totum corpus debilitat, & eneruat. Et similiter superflua solicitudo eneruat totius animæ Luc,12. virtutem: propter quod Dominus admonet dicens: Nolite solliciti esse, &c.

Triplicem in humano corpore spiritum existere, diuersimodeq; singulos signi, ac in variis corporis partibus naturaliter perfitere explanatur. ex quibus varia elicuntur paradigmata, qua multis Spiritus sancti effectibus, & perfectionibus adapitãtur.

Cap. LXIX.

SPiritus sanctus tria operatur in anima: Nã est conseruator naturæ, largitor vitæ, & inspirator sapientiæ. Et secundum hæc tria assimilatur triplici spiritui, qui est in humano corpore: Est enim in corpore humano spiritus naturalis, vitalis, animalis. Naturalis habet sedem in hepate, vitalis in corde, animalis in capite: Spiritus enim naturalis habet sic generari, dum enim per calorẽ agẽtem in sanguinẽ fortis in hepate fit ebullitio, fumus resoluitur, qui ex neruis hepatis subtiliatus, & depuratus, in quandam subtilem, & spiritualem substantiam, siue naturam aëream commutatur, qui spiritus naturalis dicitur, eo quod sua potentia naturaliter sanguinem subtiliat, & sua leuitate ipsum ad singula membra impellit. Iste ergo spiritus, est virtutis naturalis regitiuus: similiter quoque spiritus sanctus est omnis esse conseruatiuus, & omnis virtutis regitiuus, secundum illud. Psalm. Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Spiritus vero vitalis fit, quia spiritus naturalis prædictus in hepate generatus, per venas quasdam ad cor mittitur, vbi per collisionem & motum partium cordis adinuicem, magis depuratur, & in naturam subtiliorem conuertitur. Et tunc spiritus vitalis dicitur, eo quod à corde per arterias ad membra totius corporis se diffundit. & spiritualem vitam augmentans, eius operationes rectificat, & custodit. Similiter Spiritus sanctus, veniens in animam spiritualem, vitam gratiæ in eam infundit, & ad singula membra animæ, id est, ad singulas eius potentias, suas virtutes spirituales diffundit, quibus operationes hominis producuntur, & rectificantur: sed quædam arteria à fini stro cordis ventriculo exiens in suo motu mox in duos diuiditur ramos, quorum vnus tendit ad inferiora in plurimos ramos diuisus, quibus mediantibus spiritus vitalis ad omnia mẽbra interiora viuificanda portatur. Alter vero ramus tendit ad superiora, & in tres ramos iterum diuiditur, Psal.12.

quorum

Digitized by Google

quorum dexter ad dextrum brachium, sinister ad sinistrū æqualiter se diffundit: & sic vitalis spiritus per totum corpus transfunditur, & vitalem pulsum in arterijs operatur. Medius vero ramus ad cerebrum se extendit, & superiora viuificans, vitalem spiritum in omnibus circunfundit.

Sicut ergo spiritus vitalis viuificat, & perficit inferiora & superiora membra corporis, sic etiam Spiritus sanctus viuificat vita gratiæ, & perficit inferiores, id est, actiuos per dilectionē proximi; & hic habet diuersos ramos, id est, diuersa opera vitæ actiuæ, & superiores, id est, contemplationis in dilectione Dei. Et iste diuiditur in tres ramos, secundum tres modos diligendi, quos ponit beatus Bernardus. Diligunt enim sancti viri Deum fortiter, sapienter, & dulciter: fortiter quoad patrem, sapienter quoad filium, dulciter quoad Spiritum sanctū, vel fortiter contra mundum, sapienter contra diabolum, dulciter contra carnem. Vel diuiditur spiritus superiora petens in tres partes: quia Spiritus sanctus superiores, id est, sublimiores viros & cōtemplatiuos perficit tribus virtutibus, scilicet, fide, spe, & charitate. Vel, quia eleuat eos ad tres cōtemplationis gradus quos beatus Dionysius ponit, s. rectum, circularem, & obliquum. Spiritus vero animalis fit, quia idem spiritus ventriculos cerebri penetrās, ibidem magis digeritur, & magis subtiliatur, vt in essentiam animalis spiritus, qui cæteris subtilior est, transmutetur. Iste autē animalis spiritus in anteriori vētriculo cerebri generatus, particulatim diffunditur per organa sentiendi, ex quo quique sensus perficiuntur: pars tamen in eisdē cerebri ventriculis remanet, vt sensus communis, & vis imaginatiua formetur: deinde transit ad medium ventriculum, scilicet ad cellulam logisticam ad perficiendū intellectū. Deinde transit ad cellulam memoriæ, vt impressiones factas in alijs cellulis ibi condat: & postea inde per medullam spinæ dorsi, quæ dicitur nucha, transit & penetrat ad neruos motiuos, vt sic motus voluntarius in omnibus inferioribus partibus corporis generetur. Sicut ergo animalis spiritus seruit sensui, intellectui, & motui. Sic quoque Spiritus sanctus acuit sensum ad discretionem, eleuat intellectum ad contemplationem, & mouet affectū ad dilectionē.

Dio. 4. c. de diuino.

Itē sicut animalis spiritus perficit tam sensus interiores quam exteriores: sic quoque Spiritus sanctus perficit, & illuminat ad discernendum, & diiudicandum tam interiora propria, quā exteriora aliena. Vnde Apostolus dicit, quod spiritualis homo omnia diiudicat, & ipse à nemine iudicatur. 1. Cor. 2

Nonnulla ipsius hominis sponsa optima partes numerantur: per quas Christi sponsa perfectiones breuiter patefiunt.

Cap. LXX.

SPonsa Christi debet in se habere illa quæ etiam reperiuntur in bona sponsa hominis, scilicet vt sit frequens ad orandum, & deuota quo ad Deum, subiecta quo ad maritum, id est, Christi obsequium, affabilis, & benigna, scilicet quo ad miseros, pacifica quo ad vicinos, vel quoscunque cōsocios, circūspecta quo ad filios, scilicet quo ad suos mores & actus, quorū nos sumus principia sicut patres natorum. (sicut Philosophus dicit) mansueta quo ad subditos, id est, quo ad sensus proprios, quos debet sponsa Christi mansuetè refrenare. Aristi. in Ethi.

Item patiens in tolerandis, se-

Digitized by Google

dula, & diligens in agendis, modesta in habitu, sobria in motu, tacita in affatu, pudica in visu, honesta in gestu, matura in incessu, verecunda in publico, hilaris marito sit Christo, continens in occulto, scilicet loco, vel corde. Talis ergo est laudanda quæ plus moribus quam carnis delitijs, plus virtutibus quam splendidis vestibus studet placere marito sue Christo, & plus cauta prolis, id est, boni operis quam libidinis id est, quam delectationis, vel commoditemporalis, in bonis matrimonij, id est, in spiritualibus exercitijs conuersatur: & plus curat habere filios gratiæ, quam naturæ.

Quot Epilentiæ stomachique dolor in humano corpore mala operetur, exprimitur: ex quorum cognitione ipsius etiam superbia damna non obscurè cognosci declaratur.

Cap. LXXI.

SVperbia inducit ruinam, sicut ventositas inducit epilentiã. Dicit enim Auicenna, quod multoties sentit epilenticus aliquid eleuari ex pollice pedis sui, quod est sicut ventositas frigida, & tẽdit versus cerebrũ ipsius: cum ergo peruenit ad cor, & ad cerebrum ipsius, incurrit epilentiam. Hæc ergo ventositas frigida, est elatio superba, quæ mentem tumefacit, & feruorem spiritus extinguit, hæc surgit ex pollice pedis, id est, ex præexcellentia honoris: Nam pollex cæteros digitos præcellit grossitie, & ordine, quia est inter digitos primus, & magis corpulentus. Et ideo tanquam pollex in pede est homo honoratior, & opulentior in plebe: ex quo ventositas surgit, quãdo de excellentia superbit: & hęc tunc cor tangit, quando delectantur in prærogatiua honoris. Sed tunc ad cerebrum pertingit, cum ad sensum eius, & rationem peruenit, vt scilicet se cæteris eo æstimet meliorem, quo se præ cunctis videt recipere honorem. Sed ex hoc incurritur epilẽtia, quia nonnunquam ex occulta mentis superbia sequitur manifesta ruina: Nam in epilentia est casus, & prostratio corporis. Prouerb. Ante ruinam exaltatur spiritus. Pro. 16.

Item superbiæ tumor aliquando etiam pœnitentes, & Dominum diligentes inuadit, & occidit. Cuius exemplum apparet in dolore stomachi: Nam (sicut dicit Auice.) quando apparet eum dolore stomachi super pedem dextrum aliquid simile vesicæ, patiens moritur in xxvij. diebus: Est enim quasi dolor stomachi, pœnitẽtia & dolor peccati: Nam sicut dolor cruciat stomachum, sic conscientia peccati remordet & cruciat animum. Et autem velut pes animæ, amor eius: sed tãquam pes sinister est amor temporalium, tanquã vero dexter pes est amor spiritualium: ergo anima pœnitens debet habere dolorem quo purificetur, & pedem dextrum, id est, amorem spiritualium quo promoueatur. Sed inter hæc cauenda est vesica, id est, timenda est superbia: Est enim tumor superbiæ velut eleuatio vesicæ, quæ tunc in pede dextro nascitur, quando de spiritualis operis profectu aliquis extollitur, sed hoc patiens ad mortem appropinquat, quia omnis intumescens superbia ad ruinam peccati festinat. Prouer. Qui altam facit domum suam, scilicet mentis, quærit ruinam. Pro. 17.

tumbus quid, cuiusq; vei signũ existat, ac quemadmodum curetur, & ex diuersis ipsius effectibus varie pariter diabolum hominem in peccatis tentare, triaq; præcipua mala ex peccatis orta explanatur.

Cap

Cap. LXXII.

TEntatio peccati assimilatur incubo. Nam incubus (secundum Auicen) est ægritudo, in qua homo sentit, cum in somnum ingreditur phantasma graue super se cadens, & cõprimens ipsum, & angustiatur eius spiritus, & intersecatur vox eius, & mortus eius fortasse præfocatur, propter pororum oppilationes, & cum ab ipso separatur, excitat eum subito. Talis ergo incubus tentationẽ peccati designat propter nouem.

Primo, quia talis ægritudo dormientẽ occupat, accidit enim in somno. Est autem dormienti similis, qui tentationibus resistere negligit. Vnde, quod hæc ægritudo accidit dormienti, & non vigilanti, significat quod tentatio præualet negligenti, non autem solicitè resistenti. Vnde Matth, Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. Mat. 26

Secundo, quia hæc ægritudo phantasiando grauat. Videtur enim qui hoc patitur, phantasma quoddã graue sentire quasi super se cadẽs, & ipsum comprimẽs, cũ tamen nõ sit quod videtur: quia non est pondus exterius, sed interior egritudo, sed nihilominus ipsum grauat, vt pondus. In quo significatur, quod etiam in tentatione diabolus peccatorẽ deludit, vt videatur peccatum esse id quod nõ est, scilicet magis delectabile, vel magis vtile esse, vel minus periculosum, quàm postea inueniatur. Et sic illudendo inducit ei pondus, & grauedinem peccati. Aliquando etiam tentatio peccati est, vt phantasma terrens, vt quando diabolus tentãdo persuadet dicens: Nisi feceris hoc, tale malum accidet tibi, puta nisi fœnus exercueris, ad paupertatem & miseriam deuoluendis, & similia. Et superinducit peccatũ, quo postea conscientia plurimum grauatur Psalm. Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Prou Stultis illudit peccatum. Matt. Putauerũt phantasma esse. Psal. 37. Prou. 14 Matt. 6.

Tertio, quia incubus spiritũ angustiat: angustiatur n. valde spiritus hoc patiẽtis, & sic homo post quam tentationi cõsensit, & peccatũ fecit, angustiatur ex remorsu conscientiæ spiritus eius. Apost. Tribulatio & angustia in omnẽ animam operantis malum. Rom. 1

Quarto, quia incubus hominẽ voce priuat: Non enim potest loqui qui hoc patitur, & hoc facit in peccante verecundia peccati, quia scilicet ei tollit vocem confessionis. Luc. Eris tacens, & non poteris loqui. Luc. 1.

Quinto, quia corpus immobilitat: quia talis non potest membra mouere: & sic postquam peccator cadit in peccatum, non habet motũ vitę, vel operis interioris meritorij. Exod. Fiãt immobiles quasi lapis. Exo. 15.

Sexto, quia quandoque ipsum præfocat, scilicet propter pororũ oppilationes: & hoc est quando diabolus omnem porum, i. omnem viam seu meatum peccatori percludit, ne possit de peccato exire. Thre. Concluſit vias meas lapidibus. Thre. 3

Septimo, quia ægritudines periculosas prænunciat: Nam, (vt dicit Auic.) Talis incubus antecessor est periculosarum ægritudinum, aut apoplexiæ, aut epilẽtiæ, aut maniæ, quia scilicet postquã homo in tentationem cadit, & peccatum perficit, tria mala consequitur, scilicet debilitatẽ, ociositatem, præcipitabilitatẽ. Si quidem ex vnius peccati mortalis consensu, vel opere, sic anima debilitatur, q̃ se tenere non potest, nisi in aliud cadat. Hãc debilitatẽ designat

designat epilentia in qua est corporis prostratio: Nō enim est possibile (sicut dicit Aui.) vt patienti actu epilentiam, remaneat erectio corporis. Vnde necesse est ipsum cadere, nec habet possibilitatem postquam cecidit erigendi se. Et sic etiam peccatori accidit postquam in peccatum cecidit, quia non est in eo vnde se erigere possit. Psal: Spiritus vadens, scilicet sponte in peccatū, & non rediens a peccato, nisi per diuinum auxilium. Psal 77

Item priuatur homo propter peccatum omni opere meritorio vitæ æternæ quandiu manet in eo. Et sic quantum ad meritum efficitur ociosus, & hoc designatur in apoplexia, in qua (vt dicit Auic.) est membrorum ociositas propter priuationem sensus, & motus.

Item per peccatū efficitur homo vt maniacus qui est furiosus, & præceps, & sic peccatum facit hominem præcipitem, vt frequēter operetur absque consilio rationis. Deut. Gens absque consilio est, & sine prudentia. Deu 32

Octauo, quia subito excitat. Nā cum incubus tali a dormiente separatur, subito excitat eum. Sic quando desinit, & separatur ab homine delectatio peccati, tunc homo excitatur, & perpendit quā male fecerit, vel quādo separatur ab homine possibilitas peccandi per mortem, tunc excitatur anima misera, quæ prius in peccato dormiebat: quia tūc oculos pœna aperit, quos culpa claudebat, vel postquam per pœnitentiam separatur à culpa, tunc anima excitatur a sua negligentia.

Nono, quia hanc infirmitatem multiplex causa generat: Nam, secundum Auicen. quandoque est ex grosso vapore, quandoque ex subito frigore, quandoque ex debili cōplexione: Est enim primo, vt ipse dicit, huius ægritudinis causa, vt pluriminum vapor materiarum grossarum sanguinearum, aut phlegmaticarū, aut melāchoīcarum elcuatus ad cerebrū, subito in dispositione quietis, & motus, & vigiliarum resolutus. Et in hoc signatur tentatio proueniēs a carne, quæ nūc ex humore sanguinis intendit ad luxuriam, nūc ex phleumatico ad pigritiā, nunc ex melancholico ad gulam siue tristitiam: Sunt enim melancholici edaces, (vt dicit Philosophus) & iterū sunt tristes. Quandoque vero fit incubus, ex frigore vehementi irruenti in caput subito apud somnum. Et hæc est tentatio diaboli, qui tunc quasi frigus subito irruit, cum hominē dormientem, id est, negligentem cernit. Vnde Hiero. Semper ali quid boni facito, ne diabolus te inueniat ociosum. Arist. de som. & vig. Hier.

Item incubus (vt Auic. dicit) fit propter debilitatem cerebri, aut a caliditate sua, aut a malitia complexionis quā habet. Sic tentatio quæ est a mundo, inducit debilitatem cerebri, id est, animi, quia præcipuè in cerebro vigent virtutes animales. Et hanc debilitatē animi inducit tentatio mūdi, aut calore prosperitatis, aut malitia aduersitatis. Ioan. Totus mundus in maligno positus est. Aug. dicit. Duplicem aciem producit mundus cōtra milites Christi, blanditur vt decipiat, terret vt frangat, non vos teneat voluptas propria, non vos terreat crudelitas aliena, & victus est mundus; ad vtrosque aditus occurrit Christus, & non vincitur Christianus. 1. Io. 5. Augusti. in le. 10

Superbiam diuturna tribulatione domari, vnico febris longæ epilentiam resoluentis confirmatur exemplo.

Cap. LXXIII.

TRibulatio diuina domat & excludit superbiam, sicut febris

Digitized by Google

bris longa excludit epilentiam; dicit Auicen. quod epilētia multotiēs resoluitur per febres quas tolerat patiens eam, & propriè per febres longas, vt quartanam, propter vehementiam torritudinis suæ, & propterea quod digerit materiam melancholiam; Sed quid eū febris longa, nisi afflictio diuturna, quæ sua fortitudine elationem mentis prosternit, & sua diuturnitate corpus consumit, & atterit superbiam carnis?

Melancholia qualitas, principium, dominiū, multiplex, effectus, & stomachi dolore, diuersitati pariter doloris, peccatorum pœnitentis adaptari demonstratur.

Cap. LXXIIII.

TRistitia pœnitentiæ de peccatis perpetratis, assimilatur cholerę nigræ, id est, melancholiæ.

Primo ratione dominij: quia melancholia dominatur in latere sinistro: quia scilicet tristitia de peccatis, vitijs animi subijcitur quæ sunt in sinistra parte.

Secundo ratione principij, quia sedem habet in splene: quia licēt contristentur de perpetratione culpæ, tamen gaudent in spe de consecutione veniæ. Nam (vt dicunt Physici) de splene generatur risus, ex qua vicinitate sequitur, quòd melancholici aliquādo rideant, aliquando fleant.

Tertio ratione qualitatū: quia melancholia frigida est, & sicca, & frigus & siccitas aliquando in bona significatione accipiuntur, aliquādo in mala. In mala signi-
Cant. 2. ficatione accipitur frigus, in Cāt. vbi dicitur, Hyems trāsijt, imber abijt, & recessit, vt scilicet in frigore hyemis accipiatur torpor tentationis. Sed in bona signi-
Psal. 63. catione accipitur in Psal. vbi dicitur: Transiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium, vt post æstum; & dissolutionem transeamus ad requiem: ignis enim vrit, aqua dissoluit. vrit enim tribulationis aduersitas, dissoluit blandientis mundi prosperitas, vas autem igne solidatum aquam non timet: post trālitum vero tribulationis educet nos Dominus in refrigerium mentis. Similiter, & siccum duobus modis accipitur: quandoque in bonum, sicut Psal. ait: Siccam Psal 94.
manus eius formauerunt; siccam enim vocat cordis nostri terram à malis humoribus exsiccatā. Aliquando verò in malum, sicut dicitur Nu. Anima nostra arida est, Nu 11.
id est, rore carens gratiæ cælestis. Ergo tristitia pœnitentiæ ad modum melancholiæ est frigida, id est, refrigeratiua à vitiorū ardore; & sicca, id est, à vitiorum humoribus siue fluxibus siccatiua, & restrictiua.

Quarto ratione effectuum: quia melancholia facit homines iracundos, quādoque timidos, quādoque vigilantes, quandoq; dormientes. Similiter tristitia pœnitentiæ facit homines irasci sibi-
ipsis. Psalmus: Irascimini, & noli Psal. 4.
te peccare.

Item facit pauescere, & timere diuinum iudicium. Psalm. A iudi- Psa. 118
cijs tuis timui.

Itē quandoque facit vigilantes, id est, intentos cælestibus desideriis, quandoque dormiētes, id est, grauatos curis.

Quinto ratione similitudinum: quia similis est melancholicus autumno, terræ, & senectuti, vt intelligamus in autumno maturitatem, in terra stabilitatem, in senectute morum grauitatem.

Sexto ratione purgationū: quia purgatur per oculos. Et similiter ab his vitijs de quibus tristamur, si per cōfessionem ejecta fuerint, lachrymis purgamur.

Item tristitia & dolor peccati, assimilatur dolori stomachi: Nā,

secun-

secundum Auicen. in dolore stomachi inuenitur quadruplex diuersitas: quia quidam sunt quibus accidit dolor stomachi, non quidem quando comedunt, sed in fine spacij comprehensionis cibi in stomacho, & post horam decimam quæ sequitur eam. Et tali quidē dolori assimilatur tristitia peccantis: quæ prouenit ex remorsu conscientiæ, quia licèt peccator dum comedit, id est, dū actu peccatum agit, non tristitiam, sed delectationem sentiat de peccato; tamen in fine spacij comprehensionis cibi, id est, in fine completionis peccati, scilicet post consensum, vel post peccati actū, sequitur tristitia animi ex remorsu cōscientiæ & reatu peccati. Vnde Philosophus dicit, ꝙ beati replentur pęnitudine, & bene post decem horas, quia in transgressione decalogi, id est, decem præceptorum legis, omne peccatum perficitur. Vnde Ambrosius dicit: quod peccatum est transgressio diuinæ legis, & cælestium in obedientia mandatorum. Alij vero sunt quibus accidit dolor stomachi dū comedūt, & sedatur post digestionem. Et huic dolori assimilatur tristitia pœnitentium, qui dū comedunt, id est, dum peccata sua considerant, vel comedūt, id est, dū verbum prædicationis, quod est cibus mentis, audiendo percipiūt, compunguntur, & contritionem concipiunt Sed contritionis dolor post digestionē sedatur: Quia sicut est triplex digestio cibi in stomacho, in hepate, & in membris, sic etiam est triplex purgatio peccati, s. in corde, in ore, & in opere, id est, in contritione cordis, in confessione oris, & in satisfactione operis. Vnde post digestionem completam, stomachi dolor sedatur, quia post plenam purgationem peccati, pœnitentis dolor mitigatur. Alij autem sunt, quorū dolor non cessat quousque euomant quoddam, sicut acetum ex quo bullit, deinde sedatur dolor eorum. Talis est dolor, & pœna in purgatorio existentium, qui non cessat, id est, nō deficit quousque euacuetur, & expietur peccati reatus, qui rectè assimilatur aceto bullienti, scilicet ad modum aceti pungit dolore, & bullit ardore: Est enim vehemens dolor ex dilatione præmij, & vehemens ardor ignis existentis ibi. Quia (sicut dicit beatus Augustinus) licet ille ignis æternus non sit, tamen est miro modo grauis, in tantū, quod excedat omnes pœnas quas vnquā in carne aliquis passus fuit. Alij vero sunt, quorū dolor sedatur, non cum vomitu, sed cū descensione cibi, & talis est tristitia irascentis: qui licet nō euomat, id est, licet iram a corde nō abijciat, neque iniuriam remittat, tamen cum cibus a stomacho descēdit, id est, cum memoria iniuriæ ab animo discedit, tristitia & ira sedatur.

Arist. in cæl.

Ambr.

August.

Bonorum ac malorum hominum verba, lingua, sputo, ac salina pluribus rationibus assimilantur, quorum origo, effectus, naturalesq; virtutes manifestantur, ac quando quoue pacto sit loquendum, seu silendum, edocetur.

Cap. LXXV.

VErba bonorū hominum debent esse similia linguæ: Nā lingua est influentię spiritus receptiua, & talis fuit lingua Prophetarum, & Apostolorum, qui Spiritu sancto inspirati locuti sunt: Nō enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.

Mat. 10

Secundo, quia lingua est de tenera & molli materia, scilicet de carne, quia interdum loqui debemus mollia, & placabilia verba. Pro. Lingua mollis confringit duritiam.

Prou. 25

Prou 15 duritiam, & Pro. Lingua placabilis, lignum vitæ.

Tertio, lingua est in cōplexione calida, & humida: & sic lingua bonorum est feruida & deuota.

Quarto, quia lingua in dispositione est tenuis, & longa, & talis est lingua doctorum, scilicet tenuis, id est, subtilis ad exponendum, & longa ad continuandum & multiplicandum.

Quinto, quia lingua est ad similitudinem gladij facta: & hoc est vt sit ad defensionem veritatis, & Isa. 49 expugnationem erroris. Isaiæ. Posuit os meum Dominus quasi gladium acutum.

Sexto, quia lingua est in corio rubicunda, vt scilicet verecundetur proferre verba inhonesta, & indecentia.

Septimo, quia est vocis & modulationis formatiua: & ideo est in concauo posita, vt scilicet sit suauis, & dulcis, sicut & est modulatio musica.

Octauo, quia lingua est saporis discretiua, vt scilicet sit sapida & discreta ad loquendum.

Nono, quia est conceptionum animæ interpretatiua: vt scilicet loquatur verba deliberata, & prius in anima limata.

Decimo, quia est labijs quasi claustro duplici circumsepta, scilicet vt sciat se claudere tacēdo, & aperire loquendo.

Vndecimo, quia lingua est oris humectatiua: Nam (secundum Consta.) in lateribus ligamentorum linguæ sunt quædā venæ vocatæ saliuales, quæ saliuā linguæ administrant, initium vero linguæ vnde exeunt hæ venæ, est caro glandulosa & alba, ipsius saliuæ generatiua, quæ linguam humectat, & ciborum siccitatē temperat, & eorum succositatem augmentat. Iste autem duæ venæ quæ administrant linguæ saliuā sapientiæ, id est, saporosæ doctrinæ, sunt vita, & scientia.

Duodecimo, quia est lingua grauidorū animalium, & fœtuū significatiua: Nam (sicut dicit Aris.) qualis est vena sub lingua, talis est fœtus generatus ab ea: Aris. 6. de ani. Oues enim aliquādo habent sub lingua venas albas, & tunc pariūt fœtus albos, et si habuerint nigras, pariunt nigros, & si varias, pariunt varios. Venæ autem sub lingua existentes, vel ad linguam venientes, possunt etiam dici cogitationes & affectiones quæ lingua exponūtur. Et quales sunt in homine cogitationes, & affectiones, tales etiam sunt linguæ locutiones, & tales etiā sunt fœtus, id est, operationes, scilicet vel nigræ, id est, malæ, vel albæ, id est puræ, vel variæ, id est mixtæ, sicut opera hypocritarum:

Item verba malorum assimilātur linguæ.

Primo, quia lingua est in lubrico posita. Et sic mali habent linguam lubricam, id est, labilem ad verba inhonesta, & mala.

Secundo, quia lingua est acuta, & maximè lingua quorundā serpentium. Ita mali ad modū gladij habent linguas acutas ad percutiendum, & diuidendum proximos. Psal. Acuerūt linguas suas sicut serpentes. Et iterum: Lingua eorum gladius acutus. Psa. 139

Tertio, quia quorundam animalinm lingua est venenosa, & mortifera, sicut serpentis, & draconis, & rabidi canis, cuius lingua semper apparet iuxta os, & distillat venenū, & inficit aquam si cadat in eā, de qua si quis bibat (vt dicit Auic.) efficitur rabidus. Auic. Hæc lingua venenosa, est lingua inficiens, & alios corrumpens, vel lædēs, siue per detractionem. Et hæc est lingua serpētis mordētis, & tortuose incedētis: siue per malā suggestionē. Et hæc est lingua

draconis

maximè dehonestat. Sic quoque per scientiam homo honestatur, & ornatur, & honorabilis redditur : propter quod Philosophus scientiam inter bona honorabilia computat.

Quarto propter nasi quantitatem: Debet enim dispositio nasi mediocris esse, ita quod & longitudine, & latitudine, & altitudine modum debitum non excedat. Sic quantum ad scientiæ studium, excessus longitudinis est in his qui longo tempore scholas exercuerunt, & parum, vel nihil proficiunt: de quibus Apo. Semper quidem discentes, & nunquã ad scientiam veritatis peruenientes. Excessus autem latitudinis attenditur ad numerum scibiliũ: & hic excessus prohibetur cum dicitur : Non plus sapere, quam oportet sapere, & Ecclesiast. In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Sed excessus altitudinis prohibetur, cum dicitur : Altiora te ne quæsieris.

Arist. 1. de ani.

2. Ep. 4

Ro. 12

Eccl. 4

Eccl. 3

Quinto, propter nasi passibilitatem, quia (secundum Const.) nasus quandoque impeditur ex mala cerebri dispositione, & ex eadẽ causa etiam impeditur scientia: quia ex mala dispositione cerebri naturali, vel violenta, efficitur homo malè dispositus ad scientiam, & ipsis etiam organis interioribus cerebri, scilicet phãtasiæ, vel memoriæ, perditur vsus scientiæ. Aliquando vero impeditur ex nerui oppilatione, quasi autem oppilatio nerui, est grossitudo, & durities ingenii, quæ etiã scientiam impedit. Quandoque vero ex humorum fœtidorum repletione: & hoc pertinet ad fœditates carnalium peccatorũ, quę a studio, & scientia retrahunt, & nostri intellectus acumen obtũdunt : vel humores fœtidi sunt errores immissi, quibus aliquis repletus lumine veritatis caret, & veram scientiam nõ habet. Aliquando vero ex carnis superflua generatione: & hoc impedimentum est in gulosis: quia vẽter pinguis non gignit sensum tenuem, vt Græcorum prouerbium dicit. Aliquando ex humorum à capite dissolutione: & hoc impedimentum est in superbis; quia superbia est initium & caput omnis peccati, à qua descendunt humores, id est, cogitationes, vel affectiones rumefacientes oculos mẽtis, vt lumen veritatis conspicere nõ possit. Aliquando vero ex nimia constrictione: & hoc est in illis qui studium suum coarctant solum circa scibilia alicuius scientiæ, & vlterius discere non curant.

Serui Dei qui, & hominum seruis bonis vtilibus rationibus assimilatur, qua mente praditi esse debeant pluribus venerandis exemplis aperitur.

Cap. LXVII.

SEruorum Dei mentes debent esse similes venis.

Primo, quia venæ sunt cõcauæ: quia scilicet mentes seruorũ Dei sunt humiles, & ad diuinæ gratiæ receptionem habiles. Pro. Sit vena tua benedicta, scilicet benedictione gratiæ. Prou. 5.

Secundo, quia venæ in corpore hominis sunt sanguinis cameræ, siue vasa : quia scilicet mentes seruorum Dei sunt diuinæ gratiæ non solum receptiuæ, sed etiam contentiuæ, & seruatiuæ : sanguis enim quo vita corporalis sustentatur, & viuificatur, signat diuinã gratiam, per quã etiã anima viuificatur, & nutritur, Apost. Gratia Dei sum id quod sum. 1. Cor. 6

Tertio, quia sancti sunt ministri sanguinis & baiuli: quia scilicet Dei gratiam quam habent, etiam alijs ministrare & communicare studeant,

Digitized by Google

student, secundum illud. Vnusquisque qui accepit gratiam, in alterutrum illam administrātes. 1.Pet.4.

Quarto, quia venæ sunt sanitatis & infirmitatis nuntię. Sic serui Dei alijs infirmitates vitiorū, et sanitatem virtutum annūciāt & demonstrant, Isaiæ. Annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Et de virtutibus. 1. Pet. Vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumē suum. Isa.58 1.Pet.2.

Item seruus Dei bonus ad modū serui mundani ex multis proprietatibus ostenditur.

Primo quidē quia docilis est, & ingeniosius ad intelligendum. Ecclesiast. Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua. Eccl.7.

Secundo, quia est humilis, & obsequiosus ad seruiendum. Psa. O domine quia ego seruus tuus. Psa.115.

Tertio, quia est hilaris, & iocosus ad conuiuendum Gene. Læti seruiemus regi, & Isa. Serui mei lætabuntur. Gen.47 Isa.45

Quarto, quia affabilis, & gratiosus ad loquendum Vnde dicitur de Dauid, quod seruiebat Sauli: Acceptus erat Dauid in cōspectu vniuersi populi, & maximè seruorum Saul. 1.Re.18

Quinto, quia est virilis & animosus ad se contra aduersarios domini sui ponendum. 1. Re. Nō concidat cor cuiusquam in eo, ego seruus tuus. 1.Re.12

Sexto, quia est in commisso fidelis & studiosus ad exequēdū. Luc. Euge serue bone &c. Et Numero. Seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est. Luc.19. Nu.12.

Septimo, quia ingeniosus, & vtilis ad lucra domini procurandum. Luc. Vocatis seruis, &c. Luc.19.

Octauo, quia solicitus existit ad seruiendum. Luc. Quis vestrum habens seruum, &c. Vnde commendatur Vrias, qui dixit Dominus meus Ioab, & serui domini mei habitāt in cāpis, & ego, &c. Luc.12. 3.Re.12.

Nono, quia patiens ad expectādum Luc. Beatus ille seruus, quē cum venerit dominus, &c. Luc.13.

Decimo, quia est vigilans ad dominum suum custodiendum. Vnde Dauid redarguit seruos Saul dormientes, & dominum suum non custodientes. 1.Re.26

Vndecimo, quia semper habet oculos ad dominum contemplādum. Psal. Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum. Psa.122

Duodecimo, quia semper studet ad placidè & mundè seruiēdum. Psalmus. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. Psa.100

Decimotertio, quia castigatus non aperit os ad murmurādum. Ecclesiastici. Seruo sensato liberi seruient, & vir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus. Ecc.10.

Quibus ritè vigilia conueniat, quantumq; spirituali cura prosit, & temporali solicitudini superflua obsit, paucis hic atque claris demonstratur rationibus.

Cap. LXVIII.

SOlicitudo, & cura spiritualis, assimilatur vigiliæ: Hæ enim sunt vigiliæ, quæ conueniunt laborantibus, i bene operantibus, vt meritum augeant: conueniunt speculatiuis, i. contemplantibus, vt dominum venientē recipiant; conueniunt medicinam sumentibus, id est, pœnitentibus, vt nō se lædant: conueniunt ægrotantibus, id est, tentatis, vt citius cōualescant, conueniunt itinerantibus, s. per exilium huius vitæ, ne per somnum pigritiæ dietam amittant: conueniunt & gregem pascentibus, id est, prælatis, ne damnum gregis per lupos, i. per hæreticos, vel malos homines,

aut dæmones incurrant: conueniunt etiam orantibus, vt coronam promissam vigilãtibus non amittant. Matthæus. Vigilate, & orate. Mat.26

Item solicitudo, & superflua cura temporaliũ assimilatur maximè inordinatę vigiliæ. Vigilia n. si fuerit nimia (vt dicit Const.) calorem augmentat. Et similiter solicitudo nimia temporalium, æstum auaritiæ augmentat

Item corpus deliccat. Et similiter solicitudo superflua deliccat animam ab humore pietatis, & etiam corpus ratione inordinati laboris.

Item oculos grauat. Et similiter solicitudo auaritiæ grauat oculos mentis deprimens ad terram id est, terrena.

Item visum hebetat. Et sic solicitudo tẽporalis hebetat visum contemplationis spiritualis.

Item dolorem capitis generat, id est, impatientiam & turbationes mentis. Vnde dominus dixit Luc.10. Marthæ: Solicita es, & turbaris erga plurima.

Item totum corpus debilitat, & eneruat. Et similiter superflua solicitudo eneruat totius animæ Luc.12. virtutem: propter quod Dominus admonet dicens: Nolite solliciti esse, &c.

Triplicem in humano corpore spiritum existere, diuersimodeq; singulos gigni, ac in variis corporis partibus naturaliter perfici explanatur, ex quibus varia elicuntur paradigmata, quæ multis Spiritus sancti effectibus, & perfectionibus adapiãtur.

Cap. LXIX.

SPiritus sanctus tria operatur in anima: Nã est conseruator naturæ, largitor vitæ, & inspirator sapientiæ. Et secundum hæc tria assimilatur triplici spiritui, qui est in humano corpore: Est enim in corpore humano spiritus naturalis, vitalis, animalis. Naturalis habet sedem in hepate, vitalis in corde, animalis in capite: Spiritus enim naturalis habet sic generari, dum enim per calorẽ agẽtem in sanguinẽ fortis in hepate fit ebullitio, fumus resoluitur, qui ex neruis hepatis subtiliatus, & depuratus, in quandam subtilem, & spiritualem substantiam, siue naturam aëream commutatur, qui spiritus naturalis dicitur, eo quod sua potentia naturaliter sanguinem subtiliat, & sua ieuitate ipsum ad singula membra impellit. Iste ergo spiritus, est virtutis naturalis regitiuus: similiter quoque spiritus sanctus est omnis esse conseruatiuus, & omnis virtutis regitiuus, secundum illud. Psalm. Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Spiritus vero vitalis fit, quia spiritus naturalis prædictus in hepate generatus, per venas quasdam ad cor mittitur, vbi per collisionem & motum partium cordis adinuicem, magis depuratur, & in naturam subtiliorem conuertitur. Et tunc spiritus vitalis dicitur, eo quod à corde per arterias ad membra totius corporis se diffundit, & spiritualem vitam augmentans, eius operationes rectificat, & custodit. Similiter Spiritus sanctus, veniens in animam spiritualem, vitam gratiæ in eam infundit, & ad singula membra animæ, id est, ad singulas eius potentias, suas virtutes spirituales diffundit, quibus operationes hominis producuntur, & rectificantur: sed quædam arteria à fini stro cordis ventriculo exiens in suo motu mox in duos diuiditur ramos, quorum vnus tendit ad inferiora in plurimos ramos diuisus, quibus mediantibus spiritus vitalis ad omnia mẽbra interiora viuificanda portatur. Alter vero ramus tendit ad superiora, & in tres ramos iterum diuiditur, Psal.12.

quorum

Digitized by Google

quorum dexter ad dextrum brachium, sinister ad sinistrū æqualiter se diffundit: & sic vitalis spiritus per totum corpus transfunditur, & vitalem pulsum in arterijs operatur. Medius vero ramus ad cerebrum se extendit, & superiora viuificans, vitalem spiritum in omnibus circunfundit.

Sicut ergo spiritus vitalis viuificat, & perficit inferiora & superiora membra corporis, sic etiam Spiritus sanctus viuificat vita gratiæ, & perficit inferiores, id est, actiuos per dilectionē proximi; & hic habet diuersos ramos, id est, diuersa opera vitæ actiuæ, & superiores, id est, contemplationis in dilectione Dei. Et iste diuiditur in tres ramos, secundum tres modos diligendi, quos ponit beatus Bernardus. Diligunt enim sancti viri Deum fortiter, sapienter, & dulciter: fortiter quoad patrem, sapienter quoad filium, dulciter quoad Spiritum sanctū, vel fortiter contra mundum, sapienter contra diabolum, dulciter contra carnem. Vel diuiditur spiritus superiora petens in tres partes: quia Spiritus sanctus superiores, id est, sublimiores viros & cōtemplatiuos perficit tribus virtutibus, scilicet, fide, spe, & charitate. Vel, quia eleuat eos ad tres cōtemplationis gradus quos beatus Dionysius ponit, s. rectum, circularem, & obliquum. Spiritus vero animalis fit, quia idem spiritus ventriculos cerebri penetrās, ibidem magis digeritur, & magis subtiliatur, vt in essentiam animalis spiritus, qui cæteris subtilior est, transmutetur. Iste autē animalis spiritus in anteriori vētriculo cerebri generatus, particulatim diffunditur per organa sentiendi, ex quo quique sensus perficiuntur: pars tamen in eisdē cerebri ventriculis remanet, vt sensus communis, & vis imaginatiua formetur: deinde transit ad medium ventriculum, scilicet ad cellulam logisticam ad perficiendū intellectū. Deinde transit ad cellulam memoriæ, vt impressiones factas in alijs cellulis ibi condat: & postea inde per medullam spinæ dorsi, quæ dicitur nucha, transit & penetrat ad neruos motiuos, vt sic motus voluntarius in omnibus inferioribus partibus corporis generetur. Sicut ergo animalis spiritus seruit sensui, intellectui, & motui. Sic quoque Spiritus sanctus acuit sensum ad discretionem, eleuat intellectum ad contemplationem, & mouet affectū ad dilectionē.

Dio. 4. c. de diuino.

Itē sicut animalis spiritus perficit tam sensus interiores quam exteriores: sic quoque Spiritus sanctus perficit, & illuminat ad discernendum, & diiudicandum tam interiora propria, quā exteriora aliena. Vnde Apostolus dicit, quod spiritualis homo omnia diiudicat, & ipse à nemine iudicatur. 1. Cor. 2

Nonnulla ipsius hominis sponsa optima partes numerantur: per quas Christi sponsa perfectiones breuiter patefiunt.

Cap. LXX.

SPonsa Christi debet in se habere illa quæ etiam reperiuntur in bona sponsa hominis, scilicet vt sit frequens ad orandum, & deuota quo ad Deum, subiecta quo ad maritum, id est, Christi obsequium, affabilis, & benigna, scilicet quo ad miseros, pacifica quo ad vicinos, vel quoscunque cōsocios, circūspecta quo ad filios, scilicet quo ad suos mores & actus, quorū nos sumus principia sicut patres natorum. (sicut Philosophus dicit) mansueta quo ad subditos, id est, quo ad sensus proprios, quos debet sponsa Christi mansuetè refrenare. Arist. in Ethi.

Item patiens in tolerandis, se-

dula, & diligens in agendis, modesta in habitu, sobria in motu, tacita in affatu, pudica in visu, honesta in gestu, matura in incessu, verecunda in publico, hilaris marito sine Christo, continens in occulto, scilicet loco, vel corde. Talis ergo est laudanda quæ plus moribus quam carnis delitijs, plus virtutibus quam splendidis vestibus studet placere marito sine Christo, & plus causa prolis, id est, boni operis quam libidinis id est, quam delectationis, vel commoditemporalis, in bonis matrimonij, id est, in spiritualibus exercitijs conuersatur: & plus curat habere filios gratiæ, quam naturæ.

Quot Epilentiæ stomachique dolor in humano corpore mala operetur, exprimitur: ex quorum cognitione ipsius etiam superbiæ damna non obscure cognosci declaratur.

Cap. LXXI.

SVperbia inducit ruinam, sicut ventositas inducit epilentiã: Dicit enim Auicenna, quod multoties sentit epilenticus aliquid eleuari ex pollice pedis sui, quod est sicut ventositas frigida, & tẽdit versus cerebrũ ipsius: cum ergo peruenit ad cor, & ad cerebrum ipsius, incurrit epilentiam. Hæc ergo ventositas frigida, est elatio superba, quæ mentem tumefacit, & feruorem spiritus extinguit, hæc surgit ex pollice pedis, id est, ex præexcellentia honoris: Nam pollex cæteros digitos præcellit grossitie, & ordine, quia est inter digitos primus, & magis corpulentus. Et ideo tanquam pollex in pede est homo honoratior, & opulentior in plebe: ex quo ventositas surgit, quãdo de excellentia superbit: & hęc tunc cor tangit, quando delectantur in prærogatiua honoris. Sed tunc ad cerebrum pertingit, cum ad sensum eius, & rationem peruenit, vt scilicet se cæteris eo æstimet meliorem, quo se præ cunctis videt recipere honorem. Sed ex hoc incurritur epilẽtia, quia nonnunquam ex occulta mentis superbia sequitur manifesta ruina: Nam in epilentia est casus, & prostratio corporis. Prouerb. Ante ruinam exaltatur spiritus. Pro. 16.

Item superbiæ tumor aliquando etiam pœnitentes, & Dominum diligentes inuadit, & occidit. Cuius exemplum apparet in dolore stomachi: Nam (sicut dicit Auice.) quando apparet cum dolore stomachi super pedem dextrum aliquid simile vesicæ, patiens moritur in xxvij. diebus: Est enim quasi dolor stomachi, pœnitẽtia & dolor peccati: Nam sicut dolor cruciat stomachum, sic conscientia peccati remordet & cruciat animum. Et autem velut pes animæ, amor eius: sed tãquam pes sinister est amor temporalium, tanquã vero dexter pes est amor spiritualium: ergo anima pœnitens debet habere dolorem quo purificetur, & pedem dextrum, id est, amorem spiritualium quo promoueatur. Sed inter hæc cauenda est vesica, id est, timenda est superbia: Est enim tumor superbiæ velut eleuatio vesicæ, quæ tunc in pede dextro nascitur, quando de spiritualis operis profectu aliquis extollitur, sed hoc patiens ad mortem appropinquat, quia omnis intumescens superbia ad ruinam peccati festinat. Prouer. Qui altam facit domum suam, scilicet mentis, quærit ruinam. Pro. 17.

Iucubus quid, cuiusq; rei signũ existat, ac quemadmodum causetur, & ex diuersis ipsius effectibus variè pariter diabolum hominem in peccatis tentare, triaq; præcipua mala ex peccatis oriri explanatur.

Cap.

Cap. LXXII.

TEntatio peccati assimilatur incubo. Nam incubus (secundum Auicen) est ægritudo, in qua homo sentit, cum in somnum ingreditur phantasma graue super se cadens, & cõprimens ipsum, & angustiatur eius spiritus, & intersecatur vox eius, & motus eius fortasse præfocatur, propter pororum oppilationes, & cum ab ipso separatur, excitat eum subito. Talis ergo incubus tentationẽ peccati designat propter nouem.

Primo, quia talis ægritudo dormientẽ occupat, accidit enim in somno. Est autem dormienti similis, qui tentationibus resistere negligit. Vnde, quod hæc ægritudo accidit dormienti, & non vigilanti, significat quod tentatio præualet negligenti, non autem solicitè resistenti. Vnde Matth. Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. Mat. 26

Secundo, quia hæc ægritudo phantasiando grauat. Videtur enim qui hoc patitur, phantasma quoddã graue sentire quasi super se cadẽs, & ipsum comprimẽs, cũ tamen nõ sit quod videtur: quia non est pondus exterius, sed interior egritudo, sed nihilominus ipsum grauat, vt pondus. In quo significatur, quod etiam in tentatione diabolus peccatorẽ deludit, vt videatur peccatum esse id quod nõ est, scilicet magis delectabile, vel magis vtile esse, vel minus periculosum, quàm postea inueniatur. Et sic illudendo inducit ei pondus, & grauedinem peccati. Aliquando etiam tentatio peccati est, vt phantasma terrens, vt quando diabolus tentãdo persuadet dicens: Nisi feceris hoc, tale malum accidet tibi, puta nisi fœnus exercueris, ad paupertatem & miseriam deuolueris, & similia. Et superinducit peccatũ, quo postea conscientia plurimum grauatur. Psalm. Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Prou. Stultis illudit peccatum. Matt. Putauerũt phantasma esse. Psal. 37. Prou. 14 Matt. 6.

Tertio, quia incubus spiritũ angustiat: angustiatur n. valde spiritus hoc patiẽtis, & sic homo post quam tentationi cõsensit, & peccatũ fecit, angustiatur ex remorsu conscientiæ spiritus eius. Apost. Tribulatio & angustia in omnẽ animam operantis malum. Rom. 2

Quarto, quia incubus hominẽ voce priuat: Non enim potest loqui qui hoc patitur, & hoc facit in peccante verecundia peccati, quia scilicet ei tollit vocem confessionis. Luc. Eris tacens, & non poteris loqui. Luc. 1.

Quinto, quia corpus immobilitat: quia talis non potest membra mouere: & sic postquam peccator cadit in peccatum, non habet motũ vitæ, vel operis interioris meritorij. Exod. Fiãt immobiles quasi lapis. Exo. 15.

Sexto, quia quandoque ipsum præfocat, scilicet propter pororũ oppilationes: & hoc est quando diabolus omnem porum, i. omnem viam seu meatum peccatori percludit, ne possit de peccato exire. Thre. Concluſit vias meas lapidibus. Thre. 3.

Septimo, quia ægritudines periculosas prænunciat: Nam, (vt dicit Auic.) Talis incubus antecessor est periculosarum ægritudinum, aut apoplexiæ, aut epilẽtiæ, aut maniæ, quia scilicet postquã homo in tentationem cadit, & peccatum perficit, tria mala consequitur, scilicet debilitatẽ, ociositatem, præcipitabilitatẽ. Si quidem ex vnius peccati mortalis consensu, vel opere, sic anima debilitatur, q̃ se tenere non potest, nisi in aliud cadat. Hãc debilitatẽ designat

designat epilentia in qua est corporis prostratio: Nō enim est possibile (licut dicit Aui.) vt patienti actu epilentiam, remaneat erectio corporis. Vnde necesse est ipsum cadere, nec habet possibilitatem postquam cecidit erigendi se. Et sic etiam peccatori accidit postquam in peccatum cecidit, quia non est in eo vnde se erigere possit. Psal. Spiritus vadens, scilicet sponte in peccatū, & non rediens a peccato, nisi per diuinum auxilium. Psal 77

Item priuatur homo propter peccatum omni opere meritorio vitæ æternæ quāndiu manet in eo. Et sic quantum ad meritum efficitur ociosus, & hoc designatur in apoplexia, in qua (vt dicit Auic.) est membrorum ociositas propter priuationem sensus, & motus.

Item per peccatū efficitur homo vt maniacus qui est furiosus, & præceps, & sic peccatum facit hominem præcipitem, vt frequēter operetur absque consilio rationis. Deut. Gens absque consilio est, & sine prudentia. Deu 32

Octauo, quia subito excitat. Nā cum incubus tali a dormiente separatur, subito excitat eum. Sic quando desinit, & separatur ab homine delectatio peccati, tunc homo excitatur, & perpendit quā male fecerit, vel quādo separatur ab homine possibilitas peccandi per mortem, tunc excitatur anima misera, quæ prius in peccato dormiebat: quia tūc oculos pœna aperit, quos culpa claudebat, vel postquam per pœnitentiam separātur a culpa, tunc anima excitatur a sua negligentia.

Nono, quia hanc infirmitatem multiplex causa generat: Nam, secundum Auicen. quandoque est ex grosso vapore, quandoque ex subito frigore, quandoque ex debili cōplexione: Est enim primo, vt ipse dicit, huius ægritudinis causa, vt plurimum vapor materiarum grossarum sanguinearum, aut phlegmaticarū, aut melāchonicarum elcuntus ad cerebrū, subito in dispositione quietis, & motus, & vigiliarum resolutus. Et in hoc signatur tentatio proueniēs a carne, quæ nūc ex humore sanguinis intendit ad luxuriam, nūc ex phleumatico ad pigritiā, nunc ex melancholico ad gulam siue tristitiam: Sunt enim melancholici edaces, (vt dicit Philosophus) & iterū sunt tristes. Quandoque vero fit incubus, ex frigore vehementi irruenti in caput subito apud somnum. Et hæc est tentatio diaboli, qui tunc quasi frigus subito irruit, cum hominē dormientem, id est, negligentem cernit. Vnde Hiero. Semper ali quid boni facito, ne diabolus te inueniat ociosum. Arist. de som. & vig. Hier.

Item incubus (vt Auic. dicit) fit propter debilitatem cerebri, aut a caliditate sua, aut a malitia complexionis quā habet. Sic tentatio quæ est a mundo, inducit debilitatem cerebri, id est, animi, quia præcipuè in cerebro vigent virtutes animales. Et hanc debilitatē animi inducit tentatio mūdi, aut calore prosperitatis, aut malitia aduersitatis. Ioan. Totus mundus in maligno positus est. 1. Io. 5. Aug. dicit. Duplicem aciem producit mundus cōtra milites Christi, blanditur vt decipiat, terret vt frangat, non vos teneat voluptas propria, non vos terreat crudelitas aliena, & victus est mundus; ad vtrosque aditus occurrit Christus, & non vincitur Christianus. Augustin. in Ie. 10

Superbiam diuturna tribulatione domari, vnico febris longa epilentiam resolucntis confirmatur exemplo.

Cap. LXXIII.

TRibulatio diuina domat & excludit superbiam, sicut febris

bris longa excludit epilentiam; dicit Auicen. quod epilētia multotiēs resoluitur per febres quas tolerat patiens eam, & propriè per febres longas, vt quartanam, propter vehementiam torritudinis suæ, & propterea quod digerit materiam melancholiam; Sed quid est febris longa, nisi afflictio diuturna, quæ sua fortitudine elationem mentis prosternit, & sua diuturnitate corpus consumit, & atterit superbiam carnis?

Melancholia qualitas, principium, dominium, multiplex q; effectus, & stomachi dolore, diuersitati pariter doloris peccatorum pœnitentis adaptari demonstratur.

Cap. LXXIIII.

TRistitia pœnitentiæ de peccatis perpetratis, assimilatur cholerę nigræ, id est, melancholiæ.

Primo ratione dominij: quia melancholia dominatur in latere sinistro: quia scilicet tristitia de peccatis, vitijs animi subijcitur quæ sunt in sinistra parte.

Secundo ratione principij, quia sedem habet in splene: quia licèt contristentur de perpetratione culpæ, tamen gaudent in spe de consecutione veniæ. Nam (vt dicunt Physici) de splene generatur risus, ex qua vicinitate sequitur, quòd melancholici aliquādo rideant, aliquando fleant.

Tertio ratione qualitatū: quia melancholia frigida est, & sicca, & frigus & siccitas aliquando in bona significatione accipiuntur, aliquādo in mala. In mala significatione accipitur frigus, in Cāt. vbi dicitur, Hyems trāsijt, imber abiit, & recessit, vt scilicet in frigore hyemis accipiatur torpor tentationis. Sed in bona significatione accipitur in Psal. vbi dicitur Transiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium, vt post æstum, & dissolutionem transeamus ad requiem: ignis enim vrit, aqua dissoluit. vrit enim tribulationis aduersitas, dissoluit blandientis mundi prosperitas, vas autem igne solidatum aquam non timet: post trāsitum vero tribulationis educet nos Dominus in refrigerium mentis. Similiter, & siccum duobus modis accipitur: quandoque in bonum, sicut Psal. ait: Siccam manus eius formauerunt; siccam enim vocat cordis nostri terram à malis humoribus exsiccatā. Aliquando vero in malum, sicut dicitur Nu. Anima nostra arida est, id est, rore carens gratiæ cælestis. Ergo tristitia pœnitentiæ ad modum melancholiæ est frigida, id est, refrigeratiua à vitiorū ardore; & sicca, id est, à vitiorum humoribus siue fluxibus siccatiua, & astrictiua.

Cant. 2.

Psal. 63.

Psal. 94.

Nu 11.

Quarto ratione effectuum: quia melancholia facit homines iracundos, quādoque timidos, quāndoque vigilantes, quandoq; dormientes. Similiter tristitia pœnitentiæ facit homines irasci sibi ipsis. Psalmus: Irascimini, & noli te peccare.

Psal. 4.

Item facit pauescere, & timere diuinum iudicium. Psalm. A iudicijs tuis timui.

Psa. 118

Itē quandoque facit vigilantes, id est, intentos cælestibus desiderijs, quandoque dormientes, id est, grauatos curis.

Quinto ratione similitudinum: quia similis est melancholicus autumno, terræ, & senectuti, vt intelligamus in autumno maturitatem, in terra stabilitatem, in senectute morum grauitatem.

Sexto ratione purgationū: quia purgatur per oculos. Et similiter ab his vitijs de quibus tristamur, si per cōfessionem eiecta fuerint, lachrymis purgamur.

Item tristitia & dolor peccati, assimilatur dolori stomachi: Nā, secun-

secundum Auicen. in dolore stomachi inuenitur quadruplex diuersitas: quia quidam sunt quibus accidit dolor stomachi, non quidem quando comedunt, sed in fine spacij comprehensionis cibi in stomacho, & post horam decimam quæ sequitur eam. Et tali quidē dolori assimilatur tristitia peccantis: quæ prouenit ex remorsu conscientiæ, quia licèt peccator dum comedit, id est, dū actu peccatum agit, non tristitiam, sed delectationem sentiat de peccato; tamen in fine spacij comprehensionis cibi, id est, in fine completionis peccati, scilicet post consensum, vel post peccati actū, sequitur tristitia animi ex remorsu cōscientiæ, & reatu peccati. Vnde Philosophus dicit, ꝙ beati replentur pœnitudine, & bene post decem horas, quia in transgressione decalogi, id est, decem præceptorum legis, omne peccatum perficitur. Vnde Ambrosius dicit: quod peccatum est transgressio diuinæ legis, & cælestium in obedientia mandatorum. Alij vero sunt quibus accidit dolor stomachi dū comedūt, & sedatur post digestionem. Et huic dolori assimilatur tristitia pœnitentium, qui dū comedunt, id est, dum peccata sua considerant, vel comedūt, id est, dū verbum prædicationis, quod est cibus mentis, audiendo percipiūt, compunguntur, & contritionem concipiunt Sed contritionis dolor post digestionē sedatur: Quia sicut est triplex digestio cibi in stomacho, in hepate, & in membris, sic etiam est triplex purgatio peccati, s. in corde, in ore, & in opere, id est, in contritione cordis, in confessione oris, & in satisfactione operis. Vnde post digestionem completam, stomachi dolor sedatur, quia post plenam purgationem peccati, pœnitentis dolor mitigatur. Alij autem sunt, quorū dolor non cessat quousque euomant quoddam, sicut acetum ex quo bullit, deinde sedatur dolor eorum. Talis est dolor, & pœna in purgatorio existentium, qui non cessat, id est, nō deficit quousque euacuetur, & expietur peccati reatus, qui rectè assimilatur aceto bullienti, scilicet ad modum aceti pungit dolore, & bullit ardore: Est enim vehemens dolor ex dilatione præmij, & vehemens ardor ignis existentis ibi. Quia (sicut dicit beatus Augustinus) licet ille ignis æternus non sit, tamen est miro modo grauis, in tantū, quod excedat omnes pœnas quas vnquā in carne aliquis passus fuit. Alij vero sunt, quorū dolor sedatur, non cum vomitu, sed cū descensione cibi, & talis est tristitia irascentis: qui licet nō euomat, id est, licet iram a corde nō abijciat, neque iniuriam remittat, tamen cum cibus a stomacho descēdit, id est, cum memoria iniuriæ ab animo discedit, tristitia & ira sedatur.

Arist. in cæl.

Ambr.

August.

Bonorum ac malorum hominum verba, lingua, sputo, ac saliua pluribus rationibus assimilantur, quorum origo, effectus, naturalesq; virtutes manifestantur, ac quando quoue pacto sit loquendum, seu silendum, edocetur.

Cap. LXXV.

VErba bonorū hominum debent esse similia linguæ: Nā lingua est influentię spiritus receptiua, & talis fuit lingua Prophetarum, & Apostolorum, qui Spiritu sancto inspirati locuti sunt: Nō enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.

Mat. 10

Secundo, quia lingua est de tenera & molli materia, scilicet de carne, quia interdum loqui debemus mollia, & placabilia verba. Pro. Lingua mollis confringit duritiam,

Prou. 25

Prou 15 duritiam, & Pro. Lingua placabilis, lignum vitæ.

Tertio, lingua est in cõplexione calida, & humida: & sic lingua bonorum est feruida & deuota.

Quarto, quia lingua in dispositione est tenuis, & longa, & talis est lingua doctorum, scilicet tenuis, id est, subtilis ad exponendum, & longa ad continuandum & multiplicandum.

Quinto, quia lingua est ad similitudinem gladij tacta: & hoc est vt sit ad defensionem veritatis, & Isa. 49 expugnationem erroris. Isaiæ. Posuit os meum Dominus quasi gladium acutum.

Sexto, quia lingua est in corio rubicunda, vt scilicet verecundetur proferre verba inhonesta, & indecentia,

Septimo, quia est vocis & modulationis formatiua: & ideo est in concauo posita, vt scilicet sit suauis, & dulcis, sicut & est modulatio musica.

Octauo, quia lingua est saporis discretiua, vt scilicet sit sapida & discreta ad loquendum.

Nono, quia est conceptionum animæ interpretatiua: vt scilicet loquatur verba deliberata, & prius in anima limata.

Decimo, quia est labijs quasi clausiro duplici circumsepta, scilicet vt sciat se claudere tacẽdo, & aperire loquendo.

Vndecimo, quia lingua est oris humectatiua: Nam (secundum Consta.) in lateribus ligamentorum linguæ sunt quædã venæ vocatæ saliuales, quæ saliuã linguæ administrant, initium vero linguæ vnde exeunt hæ venæ, est caro glandulosa & alba, ipsius saliuæ generatiua, quæ linguam humectat, & ciborum asperitatẽ temperat, & eorum succositatem augmentat. Iste autem duæ venæ quæ administrant linguæ saliuã sapientiæ, id est, saporosæ doctrinæ, sunt vita, & scientia.

Duodecimo, quia est lingua grauidorũ animalium, & fœtuũ significatiua: Nam (sicut dicit Arist.) qualis est vena sub lingua, talis est fœtus generatus ab ea: Aristo. de ani. Oues enim aliquãdo habent sub lingua venas albas, & tunc pariũt fœtus albos, et si habuerint nigras, pariunt nigros, & si varias, pariunt varios. Venæ autem sub lingua existentes, vel ad linguam venientes, possunt etiam dici cogitationes & affectiones quæ lingua exponũtur. Et quales sunt in homine cogitationes, & affectiones, tales etiam sunt linguæ locutiones, & tales etiã sunt fœtus, id est, operationes, scilicet vel nigræ, id est, malæ, vel albæ, id est putæ, vel variæ, id est mixtæ, sicut opera hypocritarum:

Item verba malorum assimilãtur linguæ.

Primo, quia lingua est in lubrico posita. Et sic mali habent linguam lubricam, id est, labilem ad verba inhonesta, & mala.

Secundo, quia lingua est acuta, & maximè lingua quorundã serpentium. Ita mali ad modũ gladij habent linguas acutas ad percutiendum, & diuidendum proximos. Psal. Acuerũt linguas suas sicut serpentes. Et iterum: Liugua eorum gladius acutus. Psa. 139

Tertio, quia quorundam animalinm lingua est venenosa, & mortifera, sicut serpentis, & draconis, & rabidi canis, cuius lingua semper apparet iuxta os, & distillat venenũ, & inficit aquam si cadat in eã, de qua si quis bibat (vt dicit Auic.) efficitur rabidus. Auic. Hæc lingua venenosa, est lingua inficiens, & alios corrumpens, vel lædẽs, siue per detractionem. Et hæc est lingua serpẽtis mordẽtis, & tortuose incedẽtis; siue per malã suggestionẽ. Et hæc est lingua draconis

draconis infernalis, id est, dæmonis, cuius est mala suggere. Vnde etiam homines qui hæc faciunt sunt quasi lingua eius, vel etiam per malam doctrinā corrūpendo fidem, sicut hæretici faciūt. Et hæc est lingua canis rabidi, cuius venenum inficit aquam sapientiæ salutaris, id est. lectæ scripturæ, per falsas expositiones, ita vt bibens ex ea, id est, eorum doctrinam recipiens, spiritualiter efficiatur rabidus, & infectus.

Quarto, quia aliqua lingua est in colore varia, sicut (secundum Aristot.) Serpentium linguæ, sunt nigræ, siue liuidæ, subruræ, maculosæ, & ad motum velocissimæ, ita vt cum sint in motu, bifurcari videantur, tam velociter ägitantur. Linguæ ergo liuidæ sunt inuidorum, subruræ adulatorum, quia sub rufedine, id est, sub dulcedine verborum: Nam rufedo est color mellis, immittūt aculeum deceptionis, sed maculosæ sunt linguæ infamatorū, qui aliorum famam maculare sępissime conantur, ad modum autem linguæ velocissimæ, sunt linguæ relatorum, qui verbum auditum vel conceptū, retinere nō possūnt quin statim proferant. Bifurcatæ autem sunt bilinguium. Omnes autē tales linguas optabile esset quod Deus secaret & abscideret, quia tūc cessaret venenum, de quo dicitur in Psalm. Venenum aspidum sub labijs eorum: Dicitur enim quod lingua aspidis, quamuis in corpore serpentis viuentis sit plena veneno mortifero, tamē ab eius corpore separata & siccata, venenum amittit, & alterius serpentis venenū prodit. Vnde præsente veneno sudare consueuit.

Item verba hominum assimilātur sputis.

Primo quidem, quia spurū venenosis animalibus resistit: Nam dicit Ambr. quod sputum hominis est venenū animalibus venenosis, & maximè si homo ieiunus sit. Sic verbum hominis sobrij, & placati, mitigat et extinguit venenum hominis irati, & intemperati: Nam responsio mollis, frangit iram. Am. in ser. de Leui.

Secundo, quia sputū superfluitatem reumatis minuit. Vnde dicit Galenus, quod ptyficis vtile est spuere. Vnde dum spuunt se à superfluitate exonerant, qua retenta suffocati morīuntur. Sic quoque per verba confessionis exonerat se peccator à superfluitate peccati, qua anima suffocatur, & occiditur. Pro. 15 Gale.

Tertio, quia sputum aliquando quidem digestum, aliquando vero indigestum existit: & hoc pertinet ad verborum varietatem, quia aliquando loquitur homo consultè, & præmeditatè, & tunc loquitur sapienter: aliquando vero præcipitanter, & incōsideratè, & tūc etiam vt plurimum loquitur ineptè. Vnde ponitur differētia inter sputum, & saliuam: quia saliua est superfluitas naturalis nutrimenti pectoris, & generatur digestā. Sed sputum est illud, quod ad pectus aduenit secundum diuersitatem cursus naturalis, vel præter naturam, nec est semper digestum (secundum Galenum.) Per saliuā ergo quæ semper est digesta, intellitur sapientis locutio, quæ semper est præmeditata, & ordinata: sed per sputum, quod quandoque est digestum, quandoque non, intelligitur communis locutio aliorum hominum, quæ aliquando est considerata, aliquando non. Aris. de anim. Psa. 13

Quarto quoque, quia sputum interiorem corruptionem ostendit: Dicit enim Galenus, quod in sputo tria sunt attendenda, scilicet color, odor, & sapor: Nam si sputum est in colore liuidum, cordis

Digitized by Google

cordis significat læsionem: si sanguineum sanie admixtũ, pulmonis significat vlcerationem: si fuerit vero in odore fœtidum, interiorum significat corruptionẽ: & si in sapore fuerit amarum, vel acidum humoris significat corruptionem in stomacho, & in pulmone: Quidam enim sũt qui habent verba liuida, & maleuola, & hoc significat læsionem cordis per inuidiam. Quidam vero habent verbã sanguinolenta, id est, comminatoria, & cõtumeliosa, admixta sanie, id est, rabie, & furore: & hæc ostendunt læsionem pulmonis per iracundiam: Nam pulmo est cordis flabellum, quia ad temperamentum & refrigerium continuè aërem attrahit, & emittit. Vnde pulmo potest dici quoddam refrigerium cordis. Sed ira dum sanguinem circa cor incendit, & ebullire facit, cordis refrigerium impedit etiã corporale: Dicit enim Damascenus, quod ira est feruor eius qui circa cor est sanguinis, ex euaporatione fellis fiens. Et quia iracundia cor incendit, ideo iracundi proferunt verba sanguinolenta, & comminatoria, & maledica. Quidam vero proferunt verba fœtentia, id est, infamantia: quia infamia comparatur fœtori, vel fœtida sputa sunt verba turpia, id est, carnalia, & immunda, quæ signa sunt interioris corruptionis, illa quidem odij, hæc vero luxuriæ. Quidam vero proferunt verba amara, & fellea, significantia corruptionem in stomacho, id est, in memoria per reminiscentiam iniuriæ receptæ: Est enim memoria receptaculum cognitorum sicut stomachus ciborum, sed tamen memoria est etiã conseruatiua receptorum.

Dama.

Virginum perfectiones fœmoribus comparari, tribus eorum proprietatibus asseritur.

Cap. LXXVI.

Virgines assimilantur fœmoribus.

Primo, quia fœmora sunt ex magnis ossibus composita, vt dicit Con. quod necessarium fuit, quia omnium ossiũ corporis sunt fundamenta, vel quia portãt maiores neruos, vel lacertos, per quos fit pedum motio volũtaria. Sic virgines indigent magnis ossibus id est, viribus, quia (sicut dicit Aug.) inter omnia certamina Christianorũ, duriora sunt prælia castitatis. Psal. Accingere gladio super fœmur tuum, gladio enim super fœmur accingitur qui contra tentationes carnis vniuersaliter præliatur.

Aug. de vir.

Psal. 44.

Secundo, quia fœmora sunt tota à parte superiori concaua. Et sic virgines à parte superiori, i. à parte mentis, debent esse concauæ, id est, humiles, vt sint ad diuinam gratiam recipiendam & cõseruandam habiles, sine qua nihil valet virginitas. Augu. Quid prodest cuique cõtinentia, si dominetur superbia? quasi diceret nihil. Tertio, quia fœmora a parte anteriori sunt gibbosa, duo habentia acumina. Vnde sunt exterius fortia, vt ibi locum habeant lacerti, & nerui, qui si essent intrinsecus, lederentur. Sic virgines debẽt esse fortes cõtra exteriora prouocantia, & impellentia ex parte carnis vel mundi, & sunt necessaria duo acumina, scilicet oratio, & abstinentia Vnde sunt etiam fœmora ex parte superiori grossiora, sed inferius graciliora: quia per orationem ingrossatur & impinguatur spiritus, & per abstinẽtiã attenuatur, & coarctatur pars inferior, id est caro.

Aug.

Animam humanam quinque præcipuis virtutibus, veluti corpus quinque sensibus ac ossibus, regulari & gubernari, earum non obscuris similitudinibus diserte ostentatur.

cap. LXXVII.

VIrtutes interiores animæ, quinque sensibus corporis adaptantur: Nam visus animę, est fides, qua quicunque caret, cęcus est: & assimilatur illi qui erat cęcus à natiuitate, quia scilicet omnes sine fide nascuntur. Illum cęcum cum Dominus illuminaret, expuit in terram, & fecit lutum de sputo, & liniuit super oculos eius: quia tunc illuminatur mentis oculus cum fidē Verbi incarnati suscipit intellectus. Et quod fides illuminat, satis ostenditur Mat. 10 Matth. quando curauit Dominus Barthimæum cæcum, à quo cum Dominus quæsiuisset, Quid vis vt tibi faciam? Respondit, Domine vt videam, & dixit ei, Respice, fides tua saluum te fecit, & confestim vidit. Ac si diceret, fides est quæ te illuminat.

Auditus autem est obedientia Psal. 17. Psal. Populus quem nō cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi, & Leuitici. dicitur. Leu. 22. Si inueneris ouem, & bouem, aure & cauda amputatis voluntariè offerre poteris. Votum autem ex his soluī nō potest. Auris amputatio, est obedientia imperfecta, quæ si seculari sufficit qui vo luntarie offert, non tamen claustrali, qui ex voto obedire tenetur.

Odoratus, est spes. Vnde ille odoratu caret, qui spem nō habet. In Ezechiele comminatur Dominus mulieri adulteræ: Præcidam aures tuas, & nares tuas: Aures enim naribus in præcisione iunguntur, quia à quibus mādatorū obedientia tollitur, in frustra de vita æterna speratur.

Gustus, est charitas. Iob: Gustur escas gustu discludiudicat: Prudētia enim mundi habens palatum infectum, temporalia bona iudicat dulcia tanquā vera bona, sed gustus charitatis illa respuit, nec libenter suscipit, quia meliora bona esurit. Pro. Anima esurientis amarum pro dulci sumet. Prou. 27

Tactus est humilitas, quia tactus maximè nobis adhæret, vtpote sine quo animal viuere non potest. Ita pisa enim viuit sine visu, musca sine auditu, & simile inuenitur de ālijs sensibus, sed nullū animal viuit sine tactu, immo aliquod viuit solo tactu, vt ostrea, & concha. Humilitas igitur ad modum tactus maxime dicitur adhærere, quia nihil ex nobis habemus vnde superbire debeamus. Eccles. 10 Eccleſiast. Quid superbis terra, & cinis? & Miche. Humiliatio tua Mic. 6. in medio tui, sed quia tactus duas habet manus, etiam patientia quæ humilitatis comes est tactui comparatur: Hæc enim est qua filij Dei probantur. Genes. Gen. 27 Dixit Isaac. Accede huc, vt tangam te, & probem an tu sis filius meus.

Item virtutes assimilantur ossibus.

Primo, quia ossa sunt totius corporis solidamēta, eo quod in ipsis robur est animalis. Vnde cū sint omnium stabilimēta ab exterioribus defendunt interiora. Ita etiam ex virtutibus est totum robur, & soliditas animæ, sine quibus anima ab exterioribus tentationibus minime se defendere potest: & ideo animæ velut arma defensionis, de quibus Philosophia Boetij loquitur dicens: Talia ibi conuleramus arma, quæ ni prior abiecisses inuicta remmita te tuerentur: Iob. Ossibus & ner- Iob. 10. uis compegisti me.

Secundo, quia ossa sunt in corpore multiplicata, & hoc propter motus leuiorem facilitatē, & ad vitandum corporis passibilitatem: tanta enim est inter membra colligantia, vt vno patiente omnia sint cōpatiua. Vnde natura ferè duplicauit omnia membra,

mēbra, vt si vnū illorū deficeret, alterū eius effectū suppleret. Vbi ergo oportuit plura ossa cōpegit. Sic vt anima ad diuersa, oportuna, & meritoria opera faciliter moueatur, & vt contra diuersorū passiones tueatur, necessarium ei est, vt diuersarum virtutum habitibus muniatur. Et ideo necessarium est animę non vnam tantū, sed multas virtutes habere, vt quod per vnam non potest, per aliam suppleatur. Ezechie Dimisit me in medio campi qui erat plenus ossibus: Talis enim campus est anima virtutibus plena. Eze. 37.

Tertio, quia ossa sunt disparia, & diuersimodè figurata: disparia quidem sunt, quia in magnis mēbris magna, & in paruis parua: diuersimodè etiam figurata, quia quædam sunt longa, quædam rotunda, quædam concaua, & quædam solida. Similiter, & virtutes non sunt in omnibus pariter, vel æqualiter, sed secundum maius, & minus insunt diuersis hominibus, siue eædem virtutes, siue diuersæ: Dicuntur enim virtutes longæ, inquantum faciunt bonū continuare, sicut cōstantia, perseuerantia, & huiusmodi. Rotundæ vero sunt in quantum habēt nos ad superiora ab inferioribus eleuare. Nam secundum Mathematicos, Rotundum, siue spæricum sic est vndique eleuatum, quod non tangit planum suppositum, nisi in puncto. Sic homines virtuosi non hærent inferioribus, & temporalibus, nisi in puncto necessitatis, vndique scilicet superiora petentes: & hoc præcipuè faciunt virtutes Theologicæ, scilicet fides, spes, & charitas. Concauæ vero sunt, inquantum semper sunt aptæ suscipere augmentum: concauum enim est benè receptiuū. Solidæ vero sunt, in quātum scilicet firmant hominem in bono: Ossa enim solida facta sunt propter maiorem firmitatem. Iob. Ossa eius, vt fistulæ æris. Iob. 40.

Quarto, quia ossa sunt inuicem colligata: Sunt enim quibusdam neruis inuicem stricta ne motu soluerētur, & vt sibi inuicē cooperentur. Nam minora super maiora radicantur, & maiora minoribus miro naturæ artificio coaptantur. Similiter virtutes omnes sunt inuicem connexæ, & colligatæ, ita vt vna sine altera inesse, vel haberi non possit, & minores virtutes in maioribus radicantur, sicut dicit Apostolus de charitate. Vt in charitate radicati, & fundati, &c. Omnes etiā virtutes sibi inuicem coaptātur: vnde Gregorius dicit, quod omnes virtutes vicaria ope se subleuant. Eze Accesserunt ossa ad ossa. Eph. 3. Eze. 37.

Quinto, quia sunt intrinsecus medullata, vt scilicet ex ipsa medulla nutriantur: vnde propter euaporationem medullæ per poros ossium, carnes quæ magis ossibus sunt vicinæ, magis sunt saporosæ. Quasi ergo medulla intrinseca quibus virtutes nutriuntur, & sine qua conseruari non possunt, est gratia diuina, quæ per ipsas virtutes operans, circunstantes proximos afficit, & saporat. Iob. Medullis ossa illius irrigitur. Iob. 21.

Fidelium vnitas per charitatis vinculum ordinata, qualis esse debeat vt Deo iucunda existat, septem membrorum corporis humani similitudinibus redditur clarissimum.

Cap. LXXVIII.

VNitas fidelium Ecclesię debet esse sicut vnitas mēbrorum in corpore quo ad septem.

Primo quidē, quia mēbra quadam proportione quasi armonia sunt inuicem coniuncta, & fideles ecclesiæ debent esse simul cōiuncti per charitatis amorem, diligentes se inuicem secundum

debitam proportionem, quia non omnes sunt æqualiter diligendi.

Secundo, quia membra sibi inuicem sunt administratia, & suarum virtutum & operationū mutua cōmunicatiua. Sic fideles ecclesiæ debent sibi inuicem seruire, & bona sibi mutuo communicare, secundum illud: Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes. Vnde sicut superiora membra administrant inferioribus influentiam & gubernationem, inferiora vero superioribus supportationem, media vero impendunt vtrisque cooperationem. Sic maiores, & superiores debent inferiores & simpliciores dirigere & gubernare, sicut oculi inferiora membra dirigunt & rectificant. Inferiores vero debent superioribus obedire, & eos supportare, sicut pedes & crura pondus superiorū supportant. Alij vero quasi medij debent vtrosque iuuare, sicut manus & brachia tā superiora quam inferiora membra defensant, & iuuant. 1. Pet. 4.

Tertiò, quia membra quandiu regūntur ab anima, permanent sana, & ad completionē suæ actionis sunt sufficientia; sed regimine spiritus priuata, toti corpori sunt nociua. Similiter quoque fideles, quamdiu regūntur à spiritu sancto, scilicet, dum sunt in vnitate ecclesiæ & charitate, sunt spiritualiter sani; sed quando regimine Spiritus sancti priuantur, scilicet per scisma, vel per peccatum mortale, tunc potius sunt corpori ecclesiæ pestiferi, & nociui.

Quarto, quia tanta est vnio inter membra, quod propter mutuam inter se colligātiam, sibi sunt inuicem compassiua. Vnde vnum membrum ab alio patiens, nō se viuificat, sed potius illud iuuat. Et ideo si vnum membrum fuerit læsum, ad ipsum confluunt humores aliorum membrorum. Sic etiam fideles Christi debent sibi mutuo compassionem impēdere de iniurijs vel offensis, non vindictam expetere, sed potius sibi remittere, & dum aliquis patitur, alij debent occurrere ad iuuandum.

Quinto, quia membra sunt per patientiæ exemplum sui mutuo cōfortatiua: nam dolor maior alicui membro superueniens, dolorem minorem alterius membri mitigat, & eius passionem leuiat, vt non sic grauiter suum malum sentiat, dum malum cōmembri participat, sicut patet in phreneticis, quibus dum brachia siue crura fortiter stringuntur, dolor capitis alleuiatur. Sic passio Christi & aliorum sanctorum considerata, debet dolores & labores nostros alleuiare.

Sexto, quia quanto mēbra sunt nobiliora, tanto vehementius & citius sentiunt cuiuslibet læsionis molestiam. Vnde oculus grauius læditur modico pulueris, quam manus magno vulnere. Vnde læsio quæ fit in iuncturis, maximè est læsiua, eo quod per impedimēta talium impeditur maxime vis motiua, & resoluitur totius corporis armonia. Sic peccata vel delicta maiorum, & grauiora, & periculosiora sunt quam aliorum, tum propter statum, tum propter scandalum: quod enim à maioribus delinquitur, facilè trahitur à subditis in exemplum.

Septimo, quia membra sunt pro inuicem se periculis exponentia. Nam tanta est membrorum dilectio, vt sæpe vnum vulneretur, vt aliud liberetur, sicut in cauterijs, in cōcturis, in phleubothomijs, & incisionibus membrorū ostenditur, sicut Dominus noster qui est caput nostrum, pro salute nostra se morti exposuit. Et sic dicitur. Ioan. Christus pro nobis animam 1. Ioa. 3.

Digitized by Google

math posuit, & nos debemus pro fratribus animam ponere.

Amor patris in filios, cuiusmodi, erga quos, & qualis, & quantus esse debeat, edocetur: quorum exemplis, quam maximo Christus suos fideles prosequatur amore, breuiter enucleatur.

Cap. LXXIX.

CHristus habet se ad Christianos sicut pater ad filios: Nam primo pater filios generare naturaliter appetit: Deliderat enim speciem multiplicare in filijs, vt naturam quam non potest in se seruare, ferbet in filijs. Sic Christus nos appetit in fide spiritualiter generare, & ideo dedit eis po-
Ioan.1. testatē filios Dei fieri, his qui credūt in nomine eius. Item desiderat nos in fide multiplicare: quia vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis veni-
1.Thi.2 re. Sed hanc generationem, seu multiplicationem filiorū non appetit Deus propter defectibilitatē naturæ suæ, sicut est in homine, immo propter suā bonitatē, quā vult quantum est in se, omnibus communicare.

Secundo, quia pater ad filiorū generationem de sua substantia transfundit, & tamen suam naturā non minuit: quia scilicet Christus, vt nos filios Dei faceret, sine diuinæ naturæ suæ minoratione, seipsum nobis dedit.

Tertio, quia pater filios tenerrimè diligit. Vnde sæpe sibi necessaria subtrahit vt filiū suum pas-
2.Cor.2 cat. Sic Christus (vt dicit Apost.) Cum esset dives, propter nos factus est egenus. Et maxime pater filium diligit, quem sibi magis similem conspicit, & in ipsum sæpe oculum iacere consueuit. Sic Christus magis illum diligit, qui ei per similitudinem gratiæ magis appropinquat, & illum oculo amoris & gratię ferventius respicit, qui sibi per fidem formatam conformior existit. Psalm. Oculi mei ad fideles. Psa. 100

Quarto, quia pater filiū erudit, & verbis instruit. Sic Christus, & verbis & exemplis nos erudiuit. Acto. Cæpit Iesus facere & docere. Ad Titum. Apparuit gratia Sal- Act.1. Tit.2. uatoris nostri Dei, in omnibus eruiens nos.

Quinto, quia pater ex amore filiū verberibus corrigit. Sic Christus flagellat omnem filium, quē recipit, vt dicitur Hæbre. Et ideo Heb. 12 omnes qui volunt viuere in Christo, persecutionem patientur. 2.Thi.3.

Sexto, quia pater filium sub custodia tutorum cōstituit. Et sic Christus fideles suos sub custo- Gal. 4 dia prælatorum. Galat. Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cum tamen sit dominus omnium, sed est sub tutoribus &c. Talis debet esse bonus Christianus, scilicet hæres futurus, cælestem gloriam sperando, paruulus se humiliando, seruus autem mandata Dei custodiendo, dominus omnium, scilicet temporalium, ea contemnendo, sub tutoribus, id est sub prælatis se voluntarie subijciendo.

Septimo, quia pater filijs hæreditatem acquisiuit nobis cælestem hereditatem. Apost. Si filij, & hæredes. Gal.4.

Item Christiani debent se habere ad Christum sicut filij ad patrem.

Primò, quia pater filijs est honorandus. Exod. Honora patrem Exo.20. tuum. Sic Christus est honorandus & venerandus magis quàm pater carnalis, quia ipse est pater spirituum. Mal. Si pater ego sum, Mal. vbi est honor meus?

Secundo, quia pater est sustentandus, alias propter ingratitudinem esset filius exhæredandus. Nam nulla maior ingratitudo esse dicitur, quàm si pater à filio relinquitur, si non ei necessitatis

Digitized by Google

tempore subuenitur. Sic Christus est sustentandus in paupere, alioqui priuabitur qui hoc prætermiserit cælesti hæreditate, dicente Christo in iudicio talibus ingratis filijs. Discedite à me &c. Eluriui enim &c. Mat. 24

Tertio, quia pater est à filio supportandus. Ille autem Christum supportat, qui pro eo tribulationes ferre non recusat.

Quarto, quia pater est à filijs exaudiendus. Et Christiani dicũt exaudire Christum admonẽtem, vel Christum, id est, pauperem in nomine Christi petentem.

Quinto, quia pater est à filijs imitandus, vnde dixit Christus. Si filij Abrae estis &c. Sic christiani, vt filij debent imitari Christũ. Ioan. 8. Eph. 5. Estote imitatores, &c.

Item Christus se habet ad ecclesiam sicut vir ad vxorem: quia tanta est cõiunctio viri cũ vxore, vt propter eam omnia pericula subeat. Et sic Christus per ecclesiã subijt omnia pericula dolorum, & passionum.

Secundo, quia tantus est amor viri ad vxorem, vt amorẽ eius amori matri præferat, & propter eam patrem, matrem, & patriam derelinquat, iuxta illud domini: Quamobrẽ relinquat homo, &c. Gen. Sic Christus tantum dilexit ecclesiam, vt reliqueret quodammodo patrem: quia eum informa Dei esset, id est, æqualis patri, exinaniuit semetipsum, &c. quasquã Christus, nec a patris natura se dimiserit, nec eam inse minorauerit ex natura humana Reliquit matrem ipsam, scilicet deserens moriendo.

Item reliquit patriam, scilicet cælestem, in mundum descendẽdo: vt dicatur cælum reliquisse, inquantum naturam cælestẽ, vel angelicam non assumpsit.

Tertio, quia maritus vxorem ex zelo magno corripit, & castigat. Sic Christus castigat ecclesiã, tribulationibus eã exponẽdo: quod totũ est ex amore, vt sic proficiat, & adulterino amore mundo nõ adhæreat.

Quarto, quia maritus vxori custodias ponit, & dat. sic Christus ecclesiæ dat custodias angelorũ, & prælatorum.

Quinto, quia maritus vxoris gestus, affatus, aspectus, ingressus & egressus diligenter considerat. Et sic Christus cõsiderat opera, mores, & vias fidelium, vt eadem pro qualitate sua remuneret, vel puniat. Et dico specialiter fidelium, quia alij nõ habebunt iudicium. Nam qui non credit iam iudicatus est. Debent ergo ad ipsius spõsi gloriam intrõire, vt ibi semper regnare valeant.

EXPLICIT LIBER SEXTVS.

PROLO-

Digitized by Google

PROLOGVS LIBRI SEPTIMI, IN QVO DE VISIONIBVS IMAGINARIJS, & somnijs insacra collectis scriptura, Auctor pertractare intendit, ac de varijs consimilium somniorum significationibus exempla inducere; & haud asserendo, quin potius distinctiones, & notulas referendo, quamplurima scitu dignissima inserere spopondit.



Si quis fuerit inter vos propheta domini, in visione apparebo ei, aut per somnium loquar ad illum dicit Dominus. Quia à Deo homo conditus est ad quendam finem supernaturalem, qui comprehensionem rationis excedit, secundū illud: Oculus non vidit, Deus absque te, quæ præparasti expectantibus te. Finem autem esse debet præcognitū his qui habēt actiones suas dirigere in ipsum. Pluraque alia cognoscī oportet, quæ ad dictū finem expediunt, vt sunt articuli fidei, vel gratiæ sacramenta, ad quorum etiam cōprehēsionē nō sufficit ratio naturalis. Necessariū prorsus fuit homini ad salutē, vt de huiusmodi tā sublimibus rebus eruditretur à Deo. Vnde dicitur: Plurima supra sensum hominis ostensa sunt tibi. Sed, quia lex diuinitatis est sanctissima, prout beatus Dionysius docet, oportet, quod reducātur infima per media in suprema, præfatorum mysteriū notitia nō est immediate quibuslibet à Deo inspirata, sed quibusdam primis sublimioribus viris, qui Prophetæ vocati sunt, & eis mediātibus ad alios deriuata. Vnde prophetæ olim videntes vocabantur, quia videbant quædā quæ cæteri non videbāt. Modus igitur inspirationis prophetiæ, quo scilicet de præfatis mysterijs diuinitus sunt edocti, duplex in verbis prepositis fuisse declaratur: Nam aut eis vigilantibus per visionē innotuerūt oracula: quemadmodum tangit primo cum dicit: Si fuerit inter vos propheta domini, per visionē apparebo ei: aut eis dormientibus per somniorum apparuere phantasmata, quemadmodum subiungit dicens: Aut per somnium loquar ad illum. Porro illa quæ per visionem oracula vigilantibus apparuere prophetis, quandoque quidem per quasdam formas sensibiles exterioribus repræsentabantur aspectibus, & sic ad sensum Danieli apparuit, sicut & Baltasar manus quædam in pariete scribens. Quandoque vero per imaginarias formas eis ostensa sunt, siue omnino diuinitus

Nu. 12.

Isa 64

Eccl. 3.

Dan. 5.

impressas, & non per sensum acceptas, vt puta si alicui cœco nato imprimerētur in imaginatione colorum similitudines. Aut etiam ordinatas diuinitus ex his, quę sunt à sensibus acceptę, sicut Hieremias vidit ollam à facie Aquilonis succensam. Quandoque vero per intelligibiles formas mentibus eorum impressas illis innotuerunt, vt in illis pręcipue patet, qui scientiam vel sapientiam infusam à Deo acceperunt, velut Salomon, & apostoli. Et hinc est, quod August. distinguit triplicem visionem, scilicet sensibilem, imaginariam, & intellectualem. Sed notandum est, quod in visione sensibili vel intellectuali Prophetæ, siue videntes ipsi ne quaquam abstrahebātur à sensibus, cum aliquid per sensibiles species menti repræsentabatur Prophetæ, sine huiusmodi species essent ad hoc specialiter diuitus formatæ, sicut fuit rubus ardens ostensus Moysi, siue per alias causas essent in esse productæ: sed secundum prouidentiam Dei ad designandum Propheticæ aliquid ordinatè, sicut per arcam Noe Christi significabatur Ecclesia. Similiter non erat necesse, vt alienatio fieret ab exterioribus sensibus, per hoc; quod prophetæ mens illustrabatur intelligibili lumine, aut informabatur speciebus intelligibilibus, quia in nobis perfectum iudicium intellectus habetur per conuersionem ad sensibilia, quæ sūt prima nostræ cognitionis principia. Sed cum reuelatio fiebat prophetica per formas imaginarias, necesse erat fieri abstractionem à sensibilibus, vt talis apparitio phantastica non referretur ad ea quæ exterius sentiebant. Sed adhuc abstractio talis à sensibilibus sic quandoque fiebat perfecte, vt ipse Propheta abstractus nihil penitus perciperet sensibus. Quādoque vero imperfecte fiebat, ita vt aliquid sensu perciperet, sed non plenè discerneret ea quę pręcipiebat exterius ab his quæ imaginabiliter intrinsecus videbat. Vnde Aug. dicit: Sic videtur quæ spiritu sunt imagines corporum, quemadmodum corpora per corpus, vt similiter cernatur, & aliquis homo præsens, & absens alius spiritu, tanquam oculis. Talis tamē alienatio sensuū non fiebat in ipsis cū aliqua inordinatione naturæ, sicut in furiosis, vel arreptitiis accidit, sed cum modestia debita, & ordine fiebat, aliquādo quidē propter contēplationis vehementiā, sicut de Petro legitur, quod dū ipse oraret in cœnaculo, factus est in excessu mentis. Aliquādo vero fiebat diuina virtute, secundū illud Ezec. Facta est super eum ibi manus dñi. Circa illa vero quæ per summorū phantasmata hominibus innotescunt, est insuper attendendum, quod somnia septem ex causis generaliter in hominibus fiunt. Quandoque enim contingunt somnia ex diuina reuelatione: Deus enim angelorum ministerio nonnunquā quædā in somnis hominibus reuelat. Vnde Iob. Dicitur quod per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo, tūc aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina. Et aduertēdū est, quod huiusmodi somnia quandoq; ostendūtur expressa, & aperta, sicut dicitur, ꝙ Angelus domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerū, & matrē eius, & fuge in Aegyptum. Quandoque vero sunt metaphorica sub quibusdā similibus visa, sicut patet de somnio eiusdā ad castris Madian, quod Gedeō audiuit, in quo, vt ibidē exponitur, sub

Hierem. 1

Aug. 12 super Genes.

Act. 10.

Ezec. 1.

Iob. 23.

Matt. 1

Iudic. 7.

sub similitudine ordeacij panis ipsius Cedeonis gladius erat ostensus. Dicit autem beatus Gregorius, quod sancti viri talia somnia quæ sibi ex eis diuinitus sunt, a somnijs alijs quæ vel fiunt ex illusionibus dæmonum, vel ex alia causa prouenient, quodam sapore intimo, vt non decipiantur, discernunt. Quandoque autem contingunt somnia ex dæmonum immissione: quia nonnunquam operatione dæmonum aliquæ phantasiæ hominibus apparent, in quibus eis aliqua reuelantur, interdum quidem de spiritualibus, interdum vero de corporalibus, quæ tamen ipsis hominibus communiter sunt occulta, & non solum de præteritis, sed etiam de futuris, & præcipue his hominibus, qui cum eis habent pacta illicita, tacita, vel expressa. Cùm enim intellectus dæmonum sit ordine naturæ superior quam intellectus humanus, quædam cognoscunt dæmones sua naturali notitia, quæ sunt ab hominum cognitione remota, & talia nonnunquam hominibus per somnia reuelant. Aliquando quidem illa futura, quorum scilicet ipsi idem postea sunt causa, vel ea quorum signa prænoscunt, quæ tamen hominibus sunt occulta, immittunt quoque
Ecc. 24. dæmones interdum quædam somnia vera, vt magis eis fides præstetur: aliquando vero somnia falsa, & deceptoria, quibus scilicet confidentes in illis turpiter illudantur, propter quod dicitur, quod multos errare fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in illis. Quandoque autem causantur somnia ex cælesti impressione: Cùm enim cælestia corpora causæ sint effectuum naturalium, quæ in istis inferioribus fiunt per motum suum, & lumen, relinquuntur ex impressione ipsorum quædam dispositiones in aëre similes illis effectibus, qui postea contingunt: quæ quidem dispositiones in somno, mediante eodem aëre, ad caput dormientis perueniunt, eius que imaginatione immutant, ita, vt ex impressione huiusmodi a corporibus causata cælestibus, eidē dormienti aliquæ phantasiæ appareant, cælestium dispositioni conformes. Et sic adormientibus, ex impressione cælestium corporum, futuri quidam somniantur eventus, qui scilicet ex virtute ipsorum causari naturaliter possunt vt sunt scilicet tempestates, & pluuiæ, & humanorum egritudines corporū, & etiam rerum sterilitates, cæteraque ipsis similia quæ cælestium causalitate subduntur. Percipiatur autem immutationes prædictæ precipuè in somno: quia tūc sopitis actionibus sensuum, & intellectus operatione vacante, ac etiam tumultu, vel strepitu exteriorum occupationum cessante, phantasia magis viget. Patet igitur, quod hæc somnia ab his quæ fiunt ex inspiratione diuina dupliciter distinguuntur.

Primo quidem, quia hæc non possunt esse vera signa, nisi tantūm illorum euentuum, quorum ipsa cælestia corpora causæ sunt: sed illa quæ causantur à Deo inspirante, possunt esse de quibuscunque.

Secundo, quia illa etiam quandoque deficiunt, præcipuè circa actus humanos, siue quia actus humani ex libero procedunt arbitrio, quod cælestium dominationi non subditur, siue quia homo sapiens per prouidētiam suā, interdū etiam potest ipsarū causarum cælestium impressionibus obuiare. Vnde Ptol. dicit, quod animus sapientis iuuat & impedit cælestem effectum. Sed illa somnia quæ immittuntur à Deo, deficere nō possūt: hæc enim ad

Ptol. in Centil.

prophetiã pertinent, de qua Cassiodorus dicit, quod prophetia est diuina inspiratio, rerũ euẽtus immobili veritate denuntians.

Quandoque quoq; somnia hominum ex præcedentibus cogitationibus, siue locutionibus oriũtur, occurrunt enim dormienti phantasmata conueniẽtia, vel similia eis circa quę eius cogitatio vel locutio fuit in vigilia immorata, & quia taliũ somniorũ causa, non est causa futurorum euentuum, idcirco huiusmodi somnia per accidens se habẽt ad ipsos euentus futuros, vnde simul concurrant, erit quid casuale. Sed notandum, quod interdum in somnio præcedẽti cogitatui hominis reuelatio diuina respõdet, ita quod (secundum Gre.) quandoque fiunt homini somnia ex cogitatione simul & reuelatione: & tale fuit somniũ Nabucho donosor, quod habuit de statua.

Dan. 2. Vnde Daniel dixit ei: Tu rex existi cogitare in strato tuo quid esset futurũ post hęc: & qui reuelat mysteria ostẽdet tibi quæ ventura sunt. Et tũc huiusmodi somnia vera sunt, & inter prophetiæ mysteria computantur, quanquã ille qui talia somniat, propheta non dicatur.

Quandoque vero somnia fiunt ex intrinseca affectione, siue talis affectio sit circa spiritualia, sicut studiosus somniat de lectione, vel disputatione; siue sit circa corporalia, sicut auarus de pecunia somniat, & homo famescens de cibo, & sic de similibus. Et huiusmodi somnia consimiliter, sicut & præcedentia per accidens se habent ad ipsos futuros euentus, & casu aliter occurrunt eum eis, quia solum indicantia sunt extrinsecas affectiones præexistentes.

Quãdoque autem somnia causantur ex studio, & exercitatione: Nã artifices & officiales frequenter habent somnia de artib⁹ eiis, vel officijs suis: Nam quãdo dispositio aliquarum operationũ præcedit in vigilia, tunc motus dispositionis eiusdẽ etiã in somno aliquando præostendunt vel repræsentãt ipsam operationem, & ad hunc modum etiam somnia referuntur, quæ ex aliqua præcedenti solicitudine generantur, sicut de mulieribus quæ de viris abeuntibus multũ solicitantur, nonnunquã accidunt somnia de reditu ipsorũ, & ita de similibus.

Quandoque vero contingunt somnia ex corporali dispositione: Nam ex interiori dispositione corporis formatur aliquis motus in phantasia dormientis eidem dispositioni cõueniens, sicut nõnunquam homini, in quo frigidi humores abundant, occurrit & apparet in somnijs, quòd sit in aqua, vel niue, & propterea dicit medici, quod ad interiorem dispositionem corporis cognoscendam est attendẽdum ad somnia. Possent igitur huiusmodi somnia vera in significatione habere non solum de dispositione præsenti, sed etiam de euentu infirmitatis vel sanitatis futuræ, seu etiam effectus cuiusliber, ad quem huius causæ virtus se extendere potest. Quia igitur in præcedentibus libris sunt de rebus sensibilibus exempla introducta, restat nunc secundum ordinem à principio libri promissum, de rebus imaginalibus aliquas similitudines ponere. Et quia omnia generaliter somnia per formas imaginarias fiunt, quia nihil sunt aliud somnia quam phantasmata apparentia, id est, quam formæ rerũ imaginariæ intrinsecus apparẽtes, & quædam etiam visiones (vt dictum est) per formas huiusmodi fiunt, vnde visiones imaginariæ à doctoribus appellantur: Idcirco in

Digitized by Google

In hoc 7. lib. de visionibus imaginarijs, i. somnijs, quæ diuina scriptura recitat exempla inducentur, quanquam enim ex visionibus falsis, & ex somnis plerunque fallacibus multi decipiãtur: propter quod dicitur, Vana spes, & mendacium insensato viro, & somnia extollunt imprudentes. Quasi qui apprehendit vmbram, & persequitur ventum, sic & qui attendit ad visa mendacia. Illæ tamen visiones, vel somnia quæ sacra scriptura refert, eum ex diuina reuelatione prouenerint, fallaciam vel vanitatem nõ continent, sed veritate & vtilitate sunt plena. Quia vero (vt ex dictis apparet) ex diuersis aliquando causis, de quibusdam futuris effectibus tam vera quàm metaphorica somnia premonstrantur: Idcirco à peritis Philosophis de interpretandis huiusmodi somnijs, per modũ artis regulæ sunt inuentæ, quæ etiam à sacris doctoribus in aliquibus approbantur. Vnde etiam Arist. breuibus licet verbis ostẽdit quis est artificiosissimus index ad somnia exponendũ. Quare nos inter somniorum exempla, quæ de sacra scriptura ponemus, etiam de signationibus varijs consimilium somniorum nõ asserendo, sed referẽdo tantum distinctiones aliquas & notulas inferemus: Nam interpretationes aperte similitudinarium somniorũ, etiam si quis illam credere nõ velit, ad hoc tamen prædicatoribus vtiles esse possunt, quod eis viam & modũ aperiant ad sacræ scripturæ metaphoras aptius exponendum, cũ tam scripturarum quàm somniorũ metaphoræ per adaptationes quasdam congruas exponantur. Sicut etiam in sacra scriptura apparet de illis somnijs quę Ioseph & Daniel interpretati sunt. Licet igitur interpretationibus talibus communium somniorum non sit quo ad res somniatas fides adhibenda de facili, modum tamẽ adaptionis attendere, qui fit per similitudines congruas sacræ scripturæ, doctoribus vtile reperitur. Modum autem in superioribus habitum in his etiam exemplis seruabimus, exempla scilicet sub capitulis varijs, & capitula vel materias sub alphabeti literis ex ordine collocantes.

Ezec. 34.

Arist. de diuina. somn.

Angelorum, qui firmamento & crystallo cõparantur, officium, pulchritudo, fortitudo, perpetuaque beatitudo per duas imaginarias visiones sacrorum arcanorum plenas, lucidè panditur.

Cap. 1.

ANgeli quædam de diuinis secretis nobis reuelant, & quædam nobis occultant: quod ostenditur ex visione imaginaria Isaię Vbi vidit Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & plena erat omnis domus maiestate eius, & ea que sub ipso erant, replebant tẽplum, & seraphin stabant super illud, sex alæ vni, & sex alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant: Hæc enim visio à beato Hieronymo allegoricè exponitur, volente per sedentem super solium excelsum Christum significari. Per solium autem excelsum, & eleuatum, significari Angelos, in quibus dicitur Deus sedere, secundũ illud Psal. Qui sedes super Cherubin, &c. Per domum autem superiorem, ecclesiam triumphantẽ, quæ Dei maiestate impletur. Per templum vero inferius significantur inferiores creaturæ, scilicet corporales, quæ inferiori modo participant diuinam dignitatem. Huius autem sedentis super thronũ facies, diuinã signat essentiam, & ea quę in æternitate fuerunt ante mundi

Isa. 6.

Psal. 79.

mundi constitutionem. Per pedes vero signantur ea quæ post mundi consummationē erunt in gloria beatorum, & in pœnis damnatorum. Per media vero ea quę in cursu temporis medij agūtur. Seraphin ergo faciem & pedes sedentis super thronum velare dicūtur, quia mysteria æternę Deitatis, & futuræ beatitudinis, & miserię æternæ damnationis, nobis ad plenum non revelant. Sed duabus alis medijs volare dicuntur: quia de his quæ medio tempore aguntur, nos quātum opus est, ministerio angelorū instruimur, inter quos Seraphin primatum tenent. Volatus ergo eorum processum revelationis in nos

Dio c.4 de di. no. demonstrat, quem etiam rectum motum ipsorū Diony. nominat.

Item Angeli assimilantur firmamēto, & crystallo, de quo habetur

Ezech.1. in visione imaginaria Eze. vbi dicitur: Similitudo super capita animaliū firmamenti quasi aspectus crystalli horribili, & extenti super capita eorū desuper. In qua quidem visione de Angelis (secundum expositionem Grego.) ostenditur.

Primum est eorum celsitudo, ex eo, quod dicuntur esse super capita animaliū, id est, super mētes hominum sensu vtentium: Sumus enim in præsenti vita in cognoscendo animales, id est, sensuales, quia omnis nostra cognitio oritur a sensu. Nec etiam est

Arist. 1. de ani. intelligere sine phantasmate, vnde quia ipsi angeli qui sunt penitus incorporei, neque sensu apprehenduntur, neque etiā phantasmatibus, id est, imaginarijs formis repræsentari habent. Hinc est, quod eorum natura super ea pita animaliū sunt. Vnde de

Arist. 2. Meth. ipsis Philosophus dicit, quod ita se habet intellectus noster ad eos, sicut oculus hiboracis ad lumen Solis: quia scilicet prout sunt in seipsis, nobis qui animales sumus, id est, qui sensuales existimus incognoscibiles sunt, quanquam in se manifestissima sint.

Secundo ostenditur eorum pulchritudo: Habent enim Angeli duplicem pulchritudinem: vnam ex natura, aliā ex gratia; propter pulchritudinem ergo naturæ, habent similitudinem firmamenti, vnde & appellantur hic similitudo firmamēti: Firmamētū enim, id est cælum stellarum, habet puritatem, claritatem, & incorruptibilitatem. Et in his tribus consistit naturalis pulchritudo angelorum, scilicet in puritate substātiæ, in claritate intelligentiæ, & perpetuitate vitæ. Vnde propter primum à beato Dionysio vocātur anguli specula: propter secūdum vocantur lumina: tertiū vero habet Angelus, quia est intellectualis substantia, quia (sicut dicit Dionysius) intellectuales substantiæ vitam habent indeficientem, ab vniuersa corruptione materiæ, & generatione mundę existentes. Sed adhuc propter plenitudinem gratiæ, angeli assimilātur crystallo. Et ideo dicit quasi aspectus crystallsi. Licet enim crystallus ex fluida & mobili aqua fumatur, perpetua tamen vigoris duritie solidatur. Sic licet angelica natura primo per liberum arbitrium fuerit mobilis creata, in his tamen qui non ceciderūt per conditoris gratiam immobiliter confirmata.

Tertio quoque ostenditur eorum fortitudo, cum additur Horribilis: fortitudo enim angelorū tanta est, vt merito nobis in corruptione positis horribilis dicatur, id est, expauescenda, & terribilis (sicut Grego. exponit). Nam peccatoribus ab eis petentiendis non solum timenda, sed etiā exhorrenda, sed licet est exhorrēda,

& du-

Digitized by Google

& dura malis, sic inuenitur larga & benefica bonis. Et ideo subditur, Et extenti, sad iustos. Dicũtur etiã esse velut crystallus extenti, scilicet, quia eorum virtus extendit se ad omne tempus, nõ enim minoratur in eis ex longo tempore, siue ex senio, sicut debilitatur fortitudo humana.

Item extendit se ad omne corpus, quia omnia corpora, quoad motum localem, angelis obediũt ad nutum, vt Augustin. dicit.

Quarto, innititur etiam eorum beatitudo, ex eo, quod super capita animalium adhuc esse memorantur: Bis enim prophetа hoc dicit, vt ex primo ostendatur sublimitas naturæ, vt supra ostẽsum est; ex secundo incomprehensibilitas gloriæ: Quis enim (vt Grego. dicit) in carne corruptili positus mente comprehendere valeat quæ est angelorũ ineffabilis, & sine fine lætitia, quæ beatitudo sine defectu, vultum videt creatoris, atque in eius delectatione sine immutatione perfistere? super capita ergo animalium sunt, quia nunc eorum gaudia sensum nostrarum mentium excedunt.

Grego. in ho.

Pseudo Christiani locustis, equisq; ad bellum paratis, in Ioannis mysteriosa visione descriptis, pluribus assimilantur rationibus, necnon ipsorum Antichristianorum quorundam praua conditiones recensentur.

Cap. II.

ANtichristiani, qui Antichristum sequentur, erunt similes illis locustis de quibus habetur in visione beati Ioannis. Vbi dicit, quod vidit similitudines locustarum, quæ erãt similes equis paratis in prælio, & super capita earũ tãquam coronæ similes auro, & facies earũ sicut facies hominũ; & habebant capillos sicut capillos mulierum; & dentes eorum sicut leonum erant; & habebant loricas, sicut loricas ferreas: & vox alarum earũ, sicut currus equorum multorum currentium in bellum: & habebant caudas similes scorpionibus, & aculei erant in caudis earum, potestas earum nocere hominibus mensibus quinque, & habebant super se regem angelum abyssi, cui nomen Hebraicè Laabadon, Græcè autem Allion, & Latine habens nomen exterminãs. In hac enim visione tanguntur duodecim cõditiones Antichristianorum.

Apoc. 9

Prima erit desiderium nocendi. Vnde dicit, quòd illæ locustæ, s. imaginariæ, per quas repræsentabantur Antichristiani, erant similes equis. Qui primo ideo locustæ vocantur, quia salient in altũ per superbiam, & cadent in terram per auaritiam: Plus enim diligunt terrena quàm cælestia, quod signi ficant crura locustarum quæ sunt retro longiora. Tales sunt modo in ecclesia multi doctores & prædicatores. Vnde Naum: Custo des tui quasi locustæ, & paruuli tui quasi locustæ locustarũ. Ioel: Residuum eruca comedit locusta. Per erucam enim intelligitur humana corruptio, quæ mores de prauat: & quidam non corrumpentur malis moribus, sed decipientur ab Antichristianis prædicatoribus. Qui prædicatores ad modum locustarũ altè saltabunt, sed cito cadent: quia per Heliam & Enoch destruetur praua doctrina eorum, in cuius rei significationem, Ioannes Baptista qui est Helias, vt dicitur, comedebat locustas. Et hinc est quod virga Moysi virgas Magorum deuorabat. Istæ ergo locustæ dicit, quod erant similes equis paratis in prælium: quia erunt cum impetu, & sine discretione currentes in cõculcationem electorũ: Equi enim æqualiter currunt & irruunt in hostes, & in ciues: & sic illi non atten-

Nau. 3.
Ioel. 1.
Mat. 11
Exod. 7

attendent quos opprimēt, & cōculcent, dummodo non faciāt eorum voluntatem. Erunt ergo similes equis propter velocitatem, atrocitatem, & impetuositatē, quę omnia ostendunt desiderium nocendi & exaltandi nomen Antichristi. Secunda conditio erit gloria triumphi. Vnde dicit super capita earum, id est, super doctores, siue principes eorum, tanquam coronæ, id est præmia, vel honores pro victoria habita contra ecclesiam, tanquam fuerit vera victoria inimicorum: sed reuera erunt coronæ, id est gloria, seu victoria de præcipitatione Sanctorum similes auro, id est veræ sapientiæ, quasi diceret: Suis doctoribus victorias attribuent, & ipsi eis præmia ęterna promittēt, de hoc, quod per suam sapiētiam ecclesiam vicerint. Sed reuera, nec doctores eorum victoriā, nec ipsi præmiū æternū recipient, sed vtrique æterna supplicia sentiēt.

Tertia conditio erit studiū apparendi per hypocrisim, dum dicit: Et facies earum, sicut facies hominum, quia scilicet exterius apparebunt boni, sed interius erunt mali. Sunt autē in facie hominis tria, scilicet oculi, nares, & os, in quibus notantur intelligentia, discretio, & eloquentia: quibus isti videbuntur posse, propter quod etiam multos seducent. Vnde facies eorum antichristianorū prædicatorum sicut facies hominū, id est intelligentes, discreti, & eloquentes apparebunt, sed tamē non verè erūt: quod notat hęc dictio Sicut. Quarta conditio erit conatus malitiā suā abscondēdi. Vnde dicit, quod habebat capillos, sicut capillos mulierū, i. habebant crines fœmineos molles, in vita lucentes, & apparentes, & ad terram dependētes, in quo notatur auaritia, Collum tegentes, in quo fallacia: quia sicut capilli tegunt turpitudinem, ita isti suorum morum abscondent impuritatem.

Item capilli eorum sunt minores, quod adhærētes sibi decipiēt, subtrahentes sibi vigorem fidei & virtutum, subtiles in malis, sibi inuicem cohærentes, & ad inuicē se defendentes. Quia omnes tales erunt molles, & fluxibiles in omne vitium, sicut mulieres: & ideo dicit, & habebant, id est habuerunt capillos, id est discipulos adhærentes sibi, sicut capilli adhærent capiti, qui sicut capilli mulierum molles efficientur. & flexibiles ad omne malum:

Quinta conditio erit crudelitas apertè persequendi. Vnde subditur: Et dentes earū sicut dentes leonum erant, quasi dicat: Si per boni falsi ostentationem, & veri mali occultationē lædere nō poterunt, tunc aperte sæuient in electos, laniantes eos, & deuorantes quasi leones, sine vlla contradictione. Vel per dentes locustarū, intelliguntur etiam doctores eorum, qui exponent eis scripturas, & incident eis panem mendacij. De istis dentibus dicitur Iob. Cōterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædā, & Eze. Et dētes leonis dentes eius, interficientes animas hominum. Iob. 27. Eze. 21.

Sexta conditio est obstinatio in malo perseuerandi. Vnde dicit, quod habebant loricas ferreas, id est corda in malo obstinata sententijs deceptorijs munita: Habebunt enim corda ita dura, vt sagittis sacræ scripturæ penetrari non possint. Iob. Cor eius indurabitur quasi lapis, & stringetur quasi malleatoris incus, & postea subditur: Reputabit quasi paleas ferrū, & quasi lignū putridū æs: non fugabit eum vir sagittarius. Eccl. Sicut lorica induit se aquis, id est cordibus frigidis & gelatis, i. peccato obstinatis: & dicit lori- Iob. 41. Eze. 43.

cas

cat in plurali, propter duritiã intellectus ad credendum verũ, quæ dicitur tarditas, & propter duritiam affectus ad amandũ bonum, quæ dicitur frigiditas.

Septima conditio est inordinatio clamãdi. Vnde sequitur Et vox alarũ earum, id est, rationes eorum, quibus quasi quibusdam alis eleuabuntur, vt iusti & sapientes credantur à multis: sicut vox curruum equorum multorũ currentium in bellum: quia sicut diuersi currus, diuersis viis, & à diuersis equis tracti, cum impetu current in bellis contra eandem personam, sic Antichristiani diuersis erroribus infecti, & diuersis rationibus præmuniti, current vnanimiter contra ecclesiam expugnãdam, quorum vox clamosa, & impetuosa, & irrationabilis & multiplex erit: vnde signatur per multas caudas vulpiũ inuicem ligatas, sed habentium facies diuersas.

Octaua conditio erit astutia decipiendi. Vnde subditur, quod habebant caudas similes scorpionibus, id est, doctrinas blandas, & deceptorias. Isa Propheta dicens mendacium, ipse est cauda. Vel caudas vocat principes illius tẽporis, qui ad modum caudarum blãdiendo, & terrẽdo, multos pertertent: quas caudas Antichristiani sibi associabunt contra ecclesiam pugnantes.

Nona cõditio est violentia malum defendẽdi, quod fiet per potentiam principium, & astutiam pseudoprædicatorum. Vnde sequitur. Et aculei erant in caudis earum, id est, in principibus illius temporis, vel aculei in caudis, id est, blanditiæ, argutiæ, & astutiæ in fine prædicationis eorum. Sicut.n. aculeis pãgitur equus, vel asinus ne recalcitret. Sic predicatores fãsi Sanctos illos, qui tunc temporis erunt, angustijs, & blanditijs pungẽt, quibus possint mouere eos à vera via, & à recto tramite facere deuiare, sed frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Prou. 1.

Decimo ostenditur in quo habebunt potentiam nocẽdi. Vnde sequitur potestas nocendi hominibus, scilicet carnalibus, mẽsibus quinq;, secundũ quinque sensus corporis quibus peccant. Alia tamen litera habet, mensibus sex, i. sex ætatibus sæculi, in quibus Dei permissione etiã electi tribulantur. In septima autẽ erunt securi. Deut. Cũ sex annis seruierit tibi, in septimo dimittes eum liberũ. Deut. 15

Vndecima conditio est instigatio siue suggestio diaboli. Ipso.n. procurante & instigante, facient hæc Principes & Pseudoprædicatores. Vnde consequẽter ostenditur quales erunt peccatores, & ad quid tendẽt, scilicet ad oppressionem Sanctorum, quod quidẽ poterunt diaboli auxilio. Vnde subdit, quod habebant supra se regẽ, non quia ipse eos regat, sed quia eis dominabitur. Iob. Ipse est rex super omnes filios superbiæ, angelum abyssi, id est, diabolũ, qui est de abysso inferni, i. sine bisso & candore omnis boni, & si aliquando se transfiguret in angelum lucis. Cor. Cui nomen Hebraicæ Laabadon, aliqui libri habent Habadon, sed vera litera est Laabadon. Vnde Hieronymus dicit, quod laabado hebraicum est, & interpretatur exterminans. Et ideo debet dici Laabadon, & nõ Habadon. Græcè autẽ Apollion, quod interpretatur Latinè exterminans. Vnde tres linguas præcipuè ponit, vt in omni lingua versutia diaboli intellecta vitetur. Et hoc præcipuum est, quia in illa triplici lingua Euangelica doctrina scripta est: Matthæus enim lingua Hebraica Lucas, & Ioannes in Græca, Marcus Iob. 41. 1. Cor. 12.

Digitized by Google

Ioan.19 vero in Latina scripserunt euangelia. Vnde & titulus crucis hac triplici lingua scriptus fuit. In omni autem lingua nomen diaboli dicitur exterminans, quia de omnibus aliquid exterminat, id est, extra terminos Catholicæ fidei ponit, & in terminum exterminij, id est, in infernum quasi exu-
Psal.79. les a patria sua relegat. Psa Exterminauit eum aper de sylua, id est, Antichristus, qui dicitur aper propter ferocitatem, syluaticus autē siue siluester dicitur propter in-
Sap.3. humanitatem. Sap. ab ijs merè iusto abierunt in exterminium, id est, in infernum.

Prima Zachariæ visio admirabilis mirificè interpretatur, cujus admiranda mysteria Christo, Apostolis, caterisq; Apostolicis viris non obscura similitudine adaptatur.

Cap. III.

APostoli, & apostolici viri assimilantur illis equis qui describuntur in visione imaginaria,
Zach.1. qui habetur in Zach. vbi dicitur: Vidi per noctē, & ecce vir ascendēs super equū rufum, & ipse stabat inter myrteta, quæ erant in profundo, & post eum equi rufi, & varij, & albi. Hanc enim visionē gloſa ſic exponit: Dicit enim, quod per noctem, in qua cernitur visio, significatur mysteriorū obscuritas. Vir autem super equū rufum Saluator noſter eſt, cuius veſtimenta, id eſt, caro, rubea eſt languine paſſionis, qui ſicut hic adhuc paſſibilis in equo rufo oſtenditur, ita in Apocalypſi iam reſuſcitatus in albis demonſtratur. Hic ſtat inter myrteta, id eſt, angelicas poteſtates, quæ erant in profundo, quia adhuc eidem in carne poſito miniſtrabant. Poſt eum autem fuerunt equi, id eſt, Apoſtoli, & Apoſtolici viri, qui totum mundum, id eſt, orbem peragrabant. Quorum alij martyrio rufi, alij vita, & doctrina, & ſignorum diuerſitate varij, alij vero virginitate, & doctrinæ integritate, & cordis puritate albi exteterunt.

De para Virginis excellentia ac gratia plenitudine, ipſiusq; admiranda Aſſumptionis myſteria per multorum Sanctorum exempla: Ludicam ſubjectibus, ſtilusq; deducitur in capite habetur, a diuo Ioanne præmiſſam, non obſcure patefiunt.

Cap. IIII.

ASſumptio beatæ Mariæ deſcribitur in apparitione illius mulieris de qua agitur in viſione imaginaria beati Ioſe. Vbi di- Apo.11.
citur: Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarū duodecim. Vbi oſtenditur, quod beata Maria fuit aſſumpta vtiliter, ſublimiter, mirabiliter & honorabiliter. Vtiliter quidem ſi conſideres officium, quod ſcilicet oſtenditur in ſigno. Signum, inquit, magnū apparuit: ergo beata Virgo apparuit in cælo, id eſt, aſſumpta eſt, vt eſſet nobis inſignum. Sunt enim ſigna directiua, ſicut crucēs in biuijs, & ſigna diſtinctiua, ſicut termini in agris, & oſtenſiua, ſicut circuli in tabernis. Vnde beata Virgo fuit ſignū magnum, id eſt magna ſignificās, ipſa enim nos dirigit ſicut ſtella maris dirigit nauigantes: ipſa nos à peccatis diuidit, ſicut facie aurora quę diuidit diem à nocte. Ipſa etiam pro nobis filio pectus & vbera oſtendit. Vnde ipſa eſt vt altera Heſter, quæ apud regem pro nobis aſſiſtit.

Secundo, fuit aſſumpta ſublimiter, ſi conſideres ſitum, quia apparuit in cælo, ſcilicet empyreo, & hoc fuit in aſſumptione. Pſalm. Eleuata eſt magnificentia Pſal.8
tua, id eſt, virgo te magnificans, ſuper cælos, id eſt, ſuper angelos. Et apparuit in cælo tanquam ſegine

Digitized by Google

gina in throno, ad congregandū
scilicet filio suo, quod figuratum
3 Re. 2. fuit 3. Reg. Vbi dicitur, quod
positus est thronus matri Salo-
monis, quæ sedit ad dexteram
eius.

Item apparuit tanquam aduo-
cata in curia, ad interpellandum
scilicet pro mūdo. Vnde figurata
est in illa sapiente muliere The-
cuite, quæ intrauit ad interpellā-
dum pro Abialone

Item apparuit tanquam hospi-
ta, ad recolligendum scilicet in-
gredientes, & ideo in assumptio-
ne eius cantatur Euangelium de
Luc. 10 Martha, quæ Christum recepit
in hospitio suo. Intrauit, inquit,
Iesus in quoddam castellum, &
mulier quędam Martha no exce.
ill. in do. suam. Sic Beata Virgo
hospita est cælestis, recolligens
& excipiens eos qui saluātur, qui
scilicet significātur in Iesu ingre-
diente in castellum.

Tertio assumpta est mirabiliter,
quod apparet si consideremus sexum, quia mulier: Mirū enim est valde, quod mulier appareat in cælo, quæ hominem expulit de paradiso. Sed nota, quod Beata Virgo dicitur mulier discretione
Ecc. 26. sexus, nō corporis fractione, Eccl. Sicut sol oriens mundo in altissimis Dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus eius: Ornamētum enim domus ecclesiæ, est exemplum virginitatis eius: vel sicut sol oriens in alto existens illuminat mundum, sic Maria in assumptione ascendens illuminauit cælum, quod dicitur domus Dei. Vnde Maria interpretatur illuminatrix.

Item dicitur mulier prolis fœcunditate, nō mentis fragilitate: ideo ipse Christus eam mulierem vocauit, quia in cruce pendēs di-
Ioa. 19. xit: Mulier, ecce filius tuus.

Item nō ex peccatorum multiplicitate, sicut mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, sed potius ex virtutum singularitate: Iudith. Iudi. 11
Non est talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum.

Quarto fuit assumpta honorabiliter, quod patet si consideres ornatum siue corporis, quia amicta sole, siue pedum, quia Luna sub pedibus eius, siue capitis, quia in capite eius corona stellarum duodecim: Ascendit enim, vt piè creditur, in cælum amicta sole, i. cō corporis glorificatione, quæ consistit in quatuor dotibus eius, scilicet claritate, agilitate, subtilitate, & impassibilitate, quæ omnia in sole significantur; cuius radius est clarus, & agilis; vnde subito ab oriente ad occidentem volat. Itē subtilis, quia intrat vitrum sine eius læsione.

Item impassibilis, quia nec gladio, nec lapide potest lædi: propter quod dicitur Mat. Fulgebūt
Mat. 13 iusti sicut Sol. Vbi dicit beatus
Bern. Bern. Quis erit splēdor animarū, quando Solis splendorem habebit lux corporum? Fuit etiā Beata Virgo in cælo militantis ecclesiæ amicta sole, id est, maxima claritatis claritate: habuit enim castitatē nobilissimā, clarissimā, & sanctissimam. Clara enim est, & alta, si bene seruetur continentia coniugalis: sed clarior, & altior continētia vidualis: clarissima, & altissima est virginalis cōtinētia.
Corint. Alia est claritas solis, alia
1. Cor. 15. Lunæ, alia stellarū. Claritas enim solis est continentia virginalis. Lunæ continentia vidualis. Stellarum continentia coniugalis. Omnes tamen has habuit Beata Virgo: Fuit enim coniugata, fuit
Ecc. 24. viduata, fuit virgo. Vnde ipsa dicit, In me omnis gratia, scilicet & virginitatis, & coniugij, & viduitatis.

Secundo, describitur ornamentum pedum cum dicitur: Et Luna

Digitized by Google

sub pedibus eius, id est omnis defectus, & imperfectio. Sunt enim quatuor quæ generant defectum boni.

Psal.9 Primum est superbia. Psal. Inimici defecerunt framex in finē. Iste defectus designatur in Luna: quia dicebatur Regina cæli à pa-
Hier.8 gauis Hier. Vt facerent placentas reginæ cæli: Superbia enim vult placentia audire, & appetit regnare. Hanc Lunam id est, defectū superbiæ, suppeditauit Beata virgo per veram humilitatem, de
Luc.1 qua dicitur: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Secundum
Iob.4 est impatientia. Iob. Venit super te plaga, & defecisti. Hoc vitium designatur in Lupa, cum dicitur, quod Luna conuertetur in sanguinem, scilicet per impatientiā, & iracundiam, in qua sanguis e bullit, vel per quam sanguis effunditur. Hanc beata Virgo suppeditauit, quæ tota patiēs & mi-
Eccl.24 tis fuit. Vnde de ipsa dicit. Eccl. Spiritus meus super mel dulcis.
Isa.40 Tertium est auaritia. Isa. Deficient pueri, & laborabunt, id est, auari, qui ad modū puerorū plus diligunt bonum temporaliū quā regnum cælorum. Hic defectus significatur in Luna, quæ eclypsatur ex vmbra terræ, id est, anima, vel ecclesia ex auaritia terre-
Mat.13 uorum. Matth. Luna non dabit splendorem suum: sed hunc defectum Beata virgo suppeditauit per paupertatem & contemptum
Cant.4 terrenorum. Canti. Tota pulchra es amica mea, & macula (terrenæ auaritiæ) non est in te. Quar-
Psal.77 tum est vanitas gloriæ. Psal. Defecerunt in vanitate dies eorum. Hic defectus designatur in lunæ mutabilitate: quia temporalis gloria instabilis est. Eccl. Stul-
Eccl.27 tus sicut Luna mutatur. Hanc suppeditauit Beata Virgo, quia mundi gloriam despexit: Despexit enim omnem gloriam exteriorem, quærens solum interiorem, scilicet cōscientiæ. Psa. Omnis
Psal.44 gloria eius filiæ regis ab intus, &c. Nota etiam quod quatuor sunt quæ impediunt defectum.

Primum est patientia. Iac. Patiētia opus perfectū habeat, vt si-
Iac.1 tis perfecti & integri, in nullo deficientes,

Secundum est spei constantia, Esa. Qui sperant in Domino, mu-
Isa.49 tabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ, current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient.

Tertium est memoria dominicæ passionis. Heb. Recogitate eū,
Heb.12 qui talē sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes.

Quartum est desiderium inquirendi Deum. Psal. Inquirentes
Psal.33 autem dominum, non deficient omni bono: secundum aliam litteram. Gal. Bonum autem fa-
Gal.6 cientes, non deficiamus: tempore enim suo metemus nō deficientes. Et hæc omnia fuerūt in beata Virgine.

Tertiò describitur ornamentū capitis: quia in capite eius corona stellarum duodecim. In quo notatur plena animæ beatitudo, quæ consistit in duodecim gaudiis paradysi, quæ intelliguntur per duodecim stellas. & Apoc. vlt.
Apo.22 signantur per duodecim fructus ligni vitæ: ergo corona duodecim stellarum est perennitas duodecim gaudiorum, quorum duo oriuntur à Deo, scilicet gaudium de visione deitatis, & gaudium de visione humanitatis. Alia duo à loco, scilicet cælo empyreo, quod est beatorum locus: vnum de spaciositate, aliud de speciositate. Duo à consortio, vnum de consortio angelorum, aliud de consortio hominum. Alia duo à mundo, vnum de creaturarū pulchritu-

Digitized by Google

chritudine, aliud de stabilitate.

Iterũ alia duo ab inferno: vnũ ab euasione, aliud de clausione.

Item alia duo à seipso vnum de stola animæ, aliud de stola carnis. Vel per has duodecim stellas coronæ intellige duodecim præroga iuas gratiæ, quas habuit beata Virgo, quarum quinque cõueniunt sibi singulariter.

Prima est spiritualis electio Dei
Gen. 24 patris ad opus filij sui Gen. Virgo quæ egredietur ad hauriẽdũ aquam, &c. ipsa est quam præparauit Dominus filio domini, id
Psa. 131 est, Christo, Psal. Elegit eam Dominus in habitationem sibi.

Secunda est filij Dei spiritualis
2. Cor. 12. desponsatio. 2 Cor Despondi vos vni viro virginẽ castam exhibere Christo: in veteri enim testamẽto summus pontifex nõ ducebat vxorem nisi virginem.

Tertia Spiritus sancti fœcunda-
Matt. 1 tio Matt Inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto.

Quarta filij Dei conceptio, &
Esa. 7. parturitio. Esa. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, id est, nobiscum Deus, hoc est in humana natura Deus.

Cant. 2. Quinta est Dei refectio. Cant. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, id est, inter virgines, vel inter vbera siue brachia virginis.

1. Cor. 7 Sexta est Dei meditatio. Cor. Mulier innupta, & virgo, cogitat quæ sunt Domini, vt sit sancta corpore & spiritu.

Septima est in libro vitæ inscri-
Apo 3 ptio. Apo. Habes pauca nomina in Sardis. i. in virginibus, quæ nõ inquinauerunt vestimenta sua. i. corpora, & non delebo nomina eorum de libro vitæ.

Octaua est cæli ornatus, & pul-
Eccl. 43 chritudo. Eccl. Species cæli, gloria stellarum. i. virginum, que dicuntur stellæ quia de die nõ lucent, sed in vespere incipiunt apparere, id est, in præsenti latent, sed in fine apparebũt quid sunt. Ioan. Filij Dei sumus, sed nondũ 1. Ioa. 3.
apparuit quid erimus.

Nona est perfecta Christi assimilatio. Apo. Virgines enim sũt, Apo. 17
& sequuntur Agnum quocunque ierit.

Decima est noui cantici decãtatio, quod solæ virgines decantabunt. Apoc. Cantabunt Sancti Apo. 13
canticum nouum. Psal. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? id est, in carne Psa. 136
corrupta.

Vndecima est maioris fructus promissio. Nã fructus trigesimus permittitur coniugatis, sexagesimus viduis, centesimus autem Mat. 20
virginibus. Mat. 20.

Duodecima est duplicis coronæ adeptio: Nam ipsis debetur 1. Ma. 4
aurea, & aureola. 1. Machab. Ornauerunt faciem templi coronis aureis. Facies, quæ est nobilior & altior pars corporis, signat corpus virginale, quod est nobilius & altius membrorũ ecclesię: quam ornauerunt, non tantum corona vna, sed coronis aureis: Auream enim pro charitate, & aureolã pro virginitate recipiũt, hæc licet competant etiam alijs virginibus, tamen singulariter competunt etiam Beatæ Mariæ. Et ideo tales stellæ dicuntur esse in corona duodecim capitis eius, quia ipsa est omnium virginũ primiceria, & Regina.

Auari proteruitas, Auaritiæq; malignitas, Diaboli rapacitas, superbia grauitas aperitur, qua singula in Amphoram plumbi talentũ in ore continentem, in mulieres milui alas habentes, à Diuo Zachariæ præscriptas, ostenduntur.

Cap. V.

AVaritia assimilatur illæ amphorę quã per visionẽ imaginariã Zach. propheta vidit, cũ Zach. 5

propheta petiuiſſet ab angelo. Quid eſt hoc, quod egreditur, angelus reſpondit: Hæc eſt amphora egrediens: & dixi, hæc eſt oculus eorum in vniuerſa terra: & ecce talentū plumbi portabatur, & ecce mulier vna ſedens in amphoræ medio, & dixit: hæc eſt impietas, & proiecit eam in medio amphoræ, & miſit maſſam plumbeā in os eius. Et ecce duæ mulieres egredientes, & ſpiritus in alis earū, & habebāt alas quaſi milui, & leuauerunt amphoram inter cælum, & terram, & infra ſubditur, iſtæ deferunt amphoram, vt ædificetur ei domus in terra Sennaar, & ſtabiliatur, & ponatur ibi ſuper baſem ſuam. Hæc enim viſio moraliter ſecundū verbum Gregor. ſic exponitur, quia per amphorā intelligitur auaritia quæ, ſ. velut amphora per cupiditatis ambitū os cordis apertū tenet, hæc etiā dicitur oculus eorum in vniuerſa terra. Tū quia auaritia intendit ſolum circa viſibilia, & terrena. Pſalm. Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terrā. Tū, quia auaritia habet oculos apertos circa terrena, ſed circa cæleſtia clauſos. Vnde licet ſint hebetes, & cæci in bonis, tamen in malis ſunt peruigiles, & aſtuti. Per talētū autē plumbi intelligitur auaritiæ grauitas: Aggrauat enim auaritia grauiter & vehemēter cor auari. Pſal. Filij hominū vſquequo graui corde &c. Quod autē mulier. i. impietas in medio amphoræ ſedere dicitur, ſignificat, quod auaritiæ ſemper impietas tenetur. Sed quod maſſa plumbea in os eius mittitur, ſignat, quod impietas auaritiæ, peccati ſui pondere grauatur, vel forſan ſignificat, quod in auaris vitium linguæ dominatur: quia propter lucrū dicunt mēdacia, & periuria, & huiuſmodi. Per duas autem mulieres intelligūtur duo vitia impietati auarorum cōiuncta, ſcilicet ſuperbia, & vana gloria: quæ in alis, id eſt, operibus ſuis dicuntur habere ſpiritū malignum, quia ſcilicet in actionibus ſuis, Sathanæ voluntati deſeruiunt, de quo dicitur in Matth. Cum immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquoſa, quærens requiem. Vnde earum alæ dicūtur eſſe ſicut milui, qui ſemper ſtudēt rapinæ pullorum, & ideo Diabolum deſignat, qui ſemper intendit ad rapinam bonorum, & captiuitatem paruulorum, id eſt, humilium ſiue debilium. Vnde ſuperbi, & vana glorioſi, habent alas ad modū milui, quia ſcilicet eorum opera ſimilia ſunt operibus Diaboli. Quod autem hæ mulieres eleuauerunt amphoram, ſignificat, quod ſuperbia & vana gloria eleuant animam ad appetitum & ambitionem bonorum, & dignitatū, & ſublimium. Dicit autem, quod tenebant amphoram inter cælum & terrā, quia illud, quod inter cælum & terram eſt ima deſerit, ſed ad ſuperna minime pertingit. Et ideo ſuperbia & vana gloria ita mentem eleuant, vt quoſlibet proximos quaſi deſpiciendo deſerant, & alta gloriando petant, ita quod nec in proximis æqualitatē fraternitatis tenent, nec ad ſumma pertingere præualent. Per hoc autē, quod ei domus in terra Sēnaar cōſtituitur, fœtor ſiue abominatia ipſius ſignificatur: quia Sēnaar interpretatur ſiue vocatur fœtor eorum: Nā ſicut bonus odor ex virtute, ita e contra erit fœtor ex vitio: Radix enim omnium malorū eſt cupiditas: Vnde quia quodlibet malum per auaritiam generatur, idcirco dignum eſt, vt domus auaritiæ in fœtore conſtituatur.

Pſal. 16.

Pſa. 4.

Mat. 12

1. Thi. 6

Itē Sennaar vallis eſt latiſſima, quæ pro confuſione mentium & lin gua-

Digitized by Google

linguarum Babylon dicta est. Vnde quia per auaritiam, & impietatem omnia mala certũ est exurgere, merito hæc in Babylone perhibentur habitare.

Quis in diui Ioannis visione describitur, carnales homines comparantur, eorumque significationes præclarissime interpretatur, & tandem malorum principum mores, & luxuria damna describuntur.

Cap. VI.

CArnales homines assimilantur equis, in visione beati Ioannis imaginaria, quæ habetur Apoc. 9 Apocalipsis. 9. vbi dicitur. Vidi equos in visione, & qui sedebant super eos habebant loricas igneas, & iacinctinas, & sulphureas, & capita equorũ erãt tãquã capita leonum, & de ore ipsorũ procedebat ignis, & fumus, & sulphur, ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum, de igne, & fumo, & sulphure, qui procedebant de ore ipsorum: Potestas enim equorum in ore ipsorum est, & in caudis eorum: Nam caudæ eorum similes serpẽtibus, habentes capita, & in his nocẽt. Per equos istos intelliguntur homines carnales, qui non rationẽ, Psal. 31. sed sensualitatem sequuntur, & cargem. Vnde Psalm. Nolite fieri sicut equus, & mulus, in quibus nõ est intellectus. Equites autem sedentes super eos, sunt dæmones, qui dicuntur habere loricas igneas, inquantum inflãmant ad auaritiam, & designatur auaritia per loricam, quia totum corpus ecclesiæ quasi tegit: Nam à maioribus vsque ad minorem, à propheta vsque ad sacerdotem, omnes auaritiæ studeant.

Iere. 6. Item iacinctinas, inquantũ eleuant ad vanitatis superbiam: Iacinctus enim colorem habet aëreum, & designat vanitatem.

Item sulphureas, inquãtum inficiunt per fœtentem luxuriam. Et bene hæc lorica, id est, vitiorũ armatura, dicitur esse equitũ. i. dæmonum: quia talibus vitiis ecclesiam impugnant, vnicuique suggerendo id ad quod ipsius animum magis vident esse procliuũ. Consequenter describuntur peccata maiorum, scilicet principium & prælatorum carnalium, quia dicit, quod capita equorum, id est, principes, & rectores malorum, erant tanquam capita Leonũ. Glosa, quia laniant & fœtent: laniãt per crudelitatis violẽtiam, fœtent per carnis luxuriam. Sunt enim mali rectores carnales & crudeles: sed quia non solum in se mali sunt, sed etiam subiectos ad malitiam impellunt, & cogũt, subditur, quod de ore ipsorum, scilicet vel imperando, vel suadendo, vel comminando, vel requirẽdo, procedit ignis auaritiæ, fumus superbiæ, & sulphur luxuriæ. Et ab his tribus plagis, id est, vitijs, occisa est spiritualitertertia pars hominum, id est, omnes reprobi. Nã prima pars est innocẽrium: secunda pœnitentiũ: tertia reproborum, in peccatis istis persuerantium, & hi soli occiduntur, siue de igne auaritiæ, siue de fumo superbiæ, siue de sulphure, i. fœtore luxuriæ: etiã dato, quod de ore ipsorum procedat, id est, quãquam etiam ad talia à maioribus inducantur, siue verbis, siue exemplis: his enim duobus modis possunt etiam maiores inficere minores, siue verbis præcipiendo, aut etiam suadendo. Et ideo subdit, quod potestas equorum in ore ipsorum est, s. principum præcipientium, aut suadentium, siue exemplis post se trahendo, & quantum ad hoc subdit, & in caudis eorum, id est, in exemplis, vel ore, dicit quantum ad maiores præcipientes, & monentes: in caudis quantũ ad minores offen-

dentes,& eos sequentes. Vel per os intelligitur gula Ecclesiastici.
Eccl.7 Omnis labor hominis in ore eius,sed eius anima nō impletur. Per caudam vero intelligitur luIudi. 15 xuria. Vnde legitur,& Samson accepit trecentas vulpes, & caudas earum ligauit ad caudas,& faces ligauit in medio,quas igne incēdit, diuisitque,huc & illuc discurrentes.In his duobus vitijs multum consistit potestas diaboli,& ministrorum eius, quia per hæc duo vitia præcipuè corrumpuntur.Sed subditur,quod caudæ eorum similes erant serpentibus: quia luxuria à principio habet voluptatem, sed postea pœnitudinem:& ideo assimilatur serpentibus,qui vt dicit glosa. blandiūtur in facie,& occultè immittūt venenum, sed iste caudæ habent capita in quibus nocent. Et hæc sunt exempla malorum, quibus minores corrumpuntur, & occiduntur sequētes, siue in luxuria, siue in auaritia, siue in quocunque alio vitio.

Merces dignè operantibus parata, qualis, quanta, & exitit, in quatuor Abrahæ promissionibus magnam ac tutissimam esse, auctoritatibus & exemplis perspicitur: ac quemadmodum virtutibus sit vacandum, definitur.

Cap. VII.

COnfortat Deus hominē ad bene operandum, promittēdo præmium, & certificando de eo. Cuius exemplum apparet in illa visione Abrahæ. In qua primo promittitur præmium, quia dicit,quod factus est sermo Domini ad Abraham per visionē dicens:Noli timere Abraham, Ego protector tuus,& merces tua magna nimis. Dixitq; Abrahā: Domine Deus quid dabis mihi? ego vadam absque liberis, filius procuratoris domus meæ iste damascus Eliezer. Additique Abrahā, Mihi autē nō dedisti semē, & ecce vernaculus meus hæres meus erit. Statimque sermo Domini factus est ad eum,dicens:Non erit hic hæres tuus,sed qui egreditur de vtero tuo, ipsum habebis hæredem. Eduxitq; eū foras,& ait illi:Suspice cælum,& numera stellas,si potes.Et dixit ei,Sic erit semē tuum;dixitq; ad eum. Ego dominus, qui eduxi te de Vr Chaldæorū vt darē tibi terrā istā, & possideres ipsam. In quibus verbis aduerte,quod dominus ad confortandum Abraham fecit ei quatuor promissiones, de quibus Apostolus ait:Abrahæ dictæ sunt pro Gal.3. missiones,&c.

Prima fuit de mercede operis, cum dixit:Noli timere,&c.

Primo eum confortat,excludēdo timorem:Noli inquit timere.

Secundo eum securat, promittendo protectionem.Ego inquit, protector tuus.Psalm:Esto mihi Psal.4 in Deum protectorem,& vere timere non debent qui talem protectorem habent. psal. Dominus Psa.55 mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo.

Tertio eum lætificat proponendo mercedem. Sed attende qualem mercedem promittit bene operāti in persona Abrahæ: quia mercedem certam:Quia ego,scilicet,qui decipere vel fallere nō possum.

Item mercedem propriā, quia merces tua: Sic enim est omniū generaliter vt sit etiam cuiuslibet singulariter.

Item mercedem copiosam,quia magna nimis: Nam nec oculus 1.Cor.2 vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit,quæ præparauit Deus diligentibus se.

Secunda promissio fuit de successione hæredis:quia dixit ei dominus: Qui egredietur de vtero tuo,ipsū habebis hæredē.In quo signatur, quod datur vnicuique illa

Digitized by Google

illa hæreditas ex propriis meritis non ex alienis: Nã meritum hominis est ei sicut filius, cui debetur hæreditas, Vnde Apostolus: Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem, & loquitur de adultis, secus est de paruulis. 1.Cor.3

Tertia promissio fuit de multiplicatione seminis: Dixit enim Suspice cælum, & numera stellas, si potes, sic erit semen tuum. Per stellas cæli possunt intelligi angeli, qui sunt in cælo. Per semen vero meritum vitæ, ex quo, scilicet, recolligitur fructus mercedis ecclesiæ. Tũc enim semẽ hominis ad modum stellarũ cæli multiplicatur, quando homo per vitæ meritum in cælo angelis coæquatur. Vel quia stellæ cæli sunt incorruptæ, lucidæ, magnæ, & tamen in apparentia paruæ: Tunc enim semen hominis ad modum stellarũ cæli multiplicatur, quando moriũ operum eius est incorruptũ per intentionem, lucidum per discretionem, magnum per dilectionem, sed apparẽtiæ paruæ per humilitatem.

Quarta promissio fuit de terra promissionis: Vnde dixit: Ego dominus, qui eduxi te de Vr Chaldęorum, & dabo tibi terrã istam. Terra ista, est corpus, quod tunc pacificè possidet vir iustus, quando per diuinam gratiam est de Vr Chaldæorum eductus, i. de incẽdio carnis: Chaldæi enim sunt motus carnis, quotum Vr, id est, incendium, est concupiscentiæ inflammatio, à qua nisi homo diuina gratia eruatur, non potest terram corporis sui pacificè possidere.

Secundò Abraham certificatus est per sacrificiũ, s. de promissione implenda: Petiuit enim signũ, non ex diffidentia promissionis, sed scire volens modum impletionis, dicens: Vnde scire possum quod possessurus sim eam? Et sic iussit, vt offerret sacrificium, vt in ipso sacrificio signum acciperet. Vnde præcepit ei, vt immolaret vaccã, & capram, & arietem, & omnia trina, & insuper turturem, & columbam, qui sequenti mane accepit omnia hæc, & diuisit per medium, & vtrasque partes contra se altrinsecus posuit, aues autem non diuisit, descenderuntque volucres cæli super cadauera, & abigebat eas Abrahã. Cũq; Sol occubuisset, sopor irruit super Abraham, & horror magnus & tenebrosus inuasit eũ, & istud fuit aliqua pars signi dati. Hoc ergo est sacrificium iustitiæ, quod Deo offerri debet: Nam in vacca significatur obedientia, & hæc debet esse trina, siue triennis, s. per subiectionem triplicis humilitatis, videlicet superiori, pari, & inferiori: Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. In capra vero significatur pœnitentia, quæ etiam debet esse triennis, secundum tria, in quibus consistit pœnitẽtia, s. in dolore cõtritionis, in pudore cõfessionis, & in labore satisfactionis. In ariete vero intelligitur simplicitas, quæ etiã debet esse trina, quia est triplex genus simplicitatis contra triplex genus duplicitatis, s. hæresis, & hypocrisis, & ambitionis. Duplicitas hæresis immiscet falsa veris. Duplicitas hypocrisis, bona malis, honesta inhonestis. Duplicitas ambitionis, tendit ad duplicẽ finem: s. lucri temporalis, & præmij cælestis, volens duobus dominis seruire: sed diuisit Abrahã ea per medium. Nam obedientia diuidenda est, vt fiat in his, quæ sunt secundum Deum, non contra Deum. Similiter pœnitẽtia est diuidenda, vt fiat cum discretione, ita vt sit rationabile obsequium nostrum, & occidatur Hadom in Valle saltuarum, vt sic

occidatur concupiscentia, quod nutriatur natura: Nam omnis victima est sale salienda: quia in omni opere est discretio adhibenda.

Item simplicitas diuidenda est, vt non sit fatua, sed religiosa, vt sit sanctitas, non fatuitas, vt sit simplicitas columbæ cum astutia serpētis, ne sit sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus. Psal. 31. Sicut enim mulus cui insidebat Absalon, ipsum detulit in suspendium, sic fatua simplicitas multos præcipitat in infernum. In columba autem designatur charitas: quia columba felle caret, & gregatim volat. In turture vero designatur castitas. Sed has aues Abrahā nō diuisit: quia charitati & castitati ab omnibus & omni tēpore est insistēdum. Nā castitas competit non solum virginibus, & viduis, sed etiā suo modo coniugatis. Vel ideo fit diuisio animalium, & non auium. Quia per animalia intelliguntur actiui, quorum solicitudo diuiditur ad multa: sed per aues intelliguntur contemplatiui, quorum tota intentio fertur in vnum. Psalmus. Psal. 26. Luc. 10. Vnam petij à domino, &c. Vnde Dominus dixit Marthę: Turbaris erga plurima: hoc quantum ad actiuam. Porro vnum est necessarium: hoc quantum ad contēplatiuam. Vel in turture significatur vita solitaria, quia turtur soliuaga in solitudine gemit, sic solitarius debet gemere luctu pœnitētiæ. Hierem. 15. Hierem. Non sedi in consilio ludentium, & gloriatus sum à facie manus tuę, ledebā solus, quoniam comminatione repleſti me: habens enim præciosum balsami liquorem in vase fragili, non debet se ponere in pressura hominum. Sene. Vbi plus est populi, ibi plus est periculi, cum inter homines fui, minor homo rediij. Sene. Osee. 2. Osee. Ducam eam in solitudinē, & loquar ad cor eius. Moysi locutus est Deus, non in palatio sed in deserto. Cœcus à Domino extra turbam illuminatur. Puella mortua in thalamo iecta turba resuscitatur: Non enim in commotione domus. Clausæ erant omes in arca, quia opera spiritualia debent claudi in conscientia. In columba vero, quæ gregatim volat, significatur religio in congregatione viuentium, qui debēt ad modum columbæ carere felle inuidiæ.

Item non rostro detractionis percutere, nec venenum infamationis siue litis in ore, sed ramum oliuæ, id est, verbum pacis portare ad chorum, refectorium, & alia communia gregatim simul incedere, iuxta riuos aquarum, id est, scripturarum residere, & ibi vmbrā accipitris, id est, tentationem diaboli præuidēdo declinare. Hæc columbina simplicitas intantum Deo placet, vt Spiritus sanctus in specie alterius animalis voluerit apparere. In hac autē duplici aue, id est, vita, consistit omnis perfecta religio. Vnde cuidam quærenti quam religionem deberet intrare, respondit quidam: Nescio an esse velis turtur, an columba. Sed in vtraque vita cauendum est ne diuidatur & dispergatur per vanam gloriam, sine opus volet ad Deum, & intentio ad mundum est. Vnde in Leuitico præcipitur, si offeratur turtur, vel columba, quod cōfringatur ascella, ne possit euolare: quia si qua sūt in religiosis opera virtutum, occultanda sunt: nō ad fauorem hominum propalanda. Vnde si ex operibus bonis supercrescit inanis gloria, opera illa quasi alas sumunt ad euolandū, & fugiūt, vt nobis nō proficiant: sed eas confringere debemus, dicentes nobis: Quid habes, quod non accepisti? Super hoc autem

Digitized by Google

autem sacrificiũ dicit, quod descenderunt volucres, sed abigebat eas Abraham. Sic tu ad auferendum impedimenta spiritus sacrificij, scilicet orationis deuotæ, abige aues, id est, importunas cogitationes. Vnde Grego. Sæpe in ipso nostræ orationis sacrificio importunæ cogitationes se ingerunt, quæ hoc, quod Deo placentes offerimus, maculare contendunt. Vnde Abraham dum sacrificium obtulit, insidiantes aues pertulit, quas studiosè abegit, cuius nos exemplo dũ voto cordis holocaustum Deo offerimus, ab immũdis cogitationibus hoc custodiamus. Sed attendendum est, quod sequitur: quia dum occubuisset Sol, sopor irruit super Abraham, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum: Sæpe enim post sacrificium boni operis, vel deuotæ & feruentis orationis (ne per elationẽ mens eleuetur) occidit Sol, id est, extinguitur feruor deuotionis, & irruit in animã sopor torporis, ita vt anima quasi seipsam magno stupore horrescat, & quasi quędã tenebra timoris & dubitationis eam inuadat. Et hoc facit Deus, vt ipsam in humilitate cõseruet, ne fructum sacrificij, id est, boni operis meritum, per elationem perdat.

Grego.

Scala Patriarchæ Iacob (cui contemplatio iuxte assimilatur) mysteria omnia patefiunt, ex quibus contemplationum virtus cõtemplationis, gradus & perfectio demõstratur, atque Dei visiones diuersimode interpretari declaratur.

Cap. VIII.

COntemplatiua vita qualis esse debeat, ostenditur per exemplũ in somnio Iacob, quod describitur Gen. 28. Vbi dicitur, quod vidit in somnis scalam stãtem super terram, & cacumẽ eius tangens cælum, & Angelos quoque Dei ascendentes & descendentes per eam, & Dominum innixum scalæ dicentem sibi: Terram, in qua dormis, tibi dabo, & semini tuo. Eritque semen tuum quasi puluis terræ, & dilataberis ad Orientem, & Occidentem, & Septentrionem, & Meridiem. In quo quidem somnio primo tangitur contemplatiuorum virtus, quæ est charitas: Hęc enim scala est per quam ad cælos ascẽditur, hæc ex vna parte stat super terrã, scilicet quantum ad amorẽ proximi. Alia autem, scilicet summitas, attingit cælum, scilicet amor Dei: vtraque enim pars pertinet ad vitam contemplatiuam. Vnde Beda dicit, quod contemplatiua vita, est amorem Dei & proximi tota mente retinere. Vel hæc cõtemplatiua scala, est scriptura diuina, quæ quidem stat super terram, inquantum est practica instruens de humanis: sed summitas attingit cælum, inquãtum est speculatiua instruens de diuinis. Vel tangit terram quãtum ad testamẽtum vetus, in quo promittebantur temporalia. Cælũ vero attingit quantum ad nouum, in quo promittuntur cælestia. Huius scalæ duo latera, sunt sensus literalis, & spiritualis. Sunt etiam huius scalæ duodecim interscalaria, quæ oportet prædicatores siue contemplatores ascendere, scilicet confessio, oratio, gratiarũ actio, intellectus, perscrutatio, dubiorum inquisitio, literę expositio, prædicatio, prædicandi discretio, scilicet proiectis alta, rudibus infima; æternæ pœnæ comminatio, gloriæ promissio, prædicationis obseruatio, constantiæ fortitudo, in prosperis & aduersis. Huic scalæ innixus est Dominus sicut suo spiraculo, quia scilicet ab eo inspirata. Apostol Omnis scriptura diuinitus inspirata, &c. Vel sicut suo speculo in

Gen. 28

Beda.

2. Thi. 3

Digitized by Google

2.Co.12 quo à contemplatibus aſpicitur, & cognoſcitur. Corint. Videmus nunc per ſpeculum, &c. Quidam autē dicunt, quod ſcala per quam maximè aſcendunt viri contemplatiui, & deuoti homines, eſt crux Chriſti: hęc licèt fuerit ſuper terrā materialiter erecta, virtualiter tamen fuit vſque ad cælum porrecta: quia per ipſam nobis eſt cœli ianua aperta. Duo autē latera ſcalæ huius, fuerunt duo principalia ligna eius, vnum per altum, aliud per tranſuerſum. Gradus huius ſcalæ ſunt pœnæ quas Chriſtus ſuſtinuit, ſcilicet in capite ſpinarum coronationem, in facie ſputorum fœdationem, in manibus clauorum confixionē, in dorſo & corpore flagellorum verberationem, in latere lanceæ aperitionem, in pedibus clauorū perforationem: in quibus omnibus anima deuota, & prudens, mirāda contemplatur, huic ſcalæ innixus eſt Dominus in paſſione, ſicut homo nititur ſuo cubilo, quia in ea dormiuit poſt mortem. Vel ſcala hæc, vt quidam exponunt, eſt clauſtralium pœnitētia, cuius duo latera ſunt, vilitas, & aſperitas, per vilitatē nec gloriam affectant, nec ignominiam formidāt; per aſperitatem vero mollia contemnunt, & moleſtias paruipendunt. Hæc ſcala ſtat ſuper terrā habitatione, & attingit cælum cōuerſatione: gradus eius autem ſunt ſeptem virtutes, quę enumerantur. 2. Per. Vos, inquit, curam omnem ſubinferentes miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam, in ſcientia autem abſtinentiam, in abſtinentia patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem fraternitatis amorem, in amore autem fraternitatis charitatē. Huic ſcalæ innititur Dominus, ſicut exemplar ſuo exemplāti: quia ipſe dedit exemplum vi-

2.Pet.1.

uendi in paupertate, obedientia, & caſtitate. Alij autem exponūt, quod hæc ſcala eſt beata Virgo, quæ ſuper terram fuit per contemptum mundanorum, cælū attingens ſuſcipiendo Deum: Tunc enim inclinauit cælos, & deſcendit. Huius ſcalæ latera ſunt humilitas, & obedientiæ gradus fuerunt in ea donorum, & virtutum, huic infixus eſt dñs ſicut ſuo thalamo in incarnatione. Pſalm. Ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. Pſal.18.

Secundo tangitur in hoc ſomnio Iacob contemplatiuorū motus. Motus autem contemplationis triplex eſt ſecundum Dionyſium, ſ. rectus, & obliquus, & circularis. Rectus ergo motus tangitur per angelorū, id eſt, cōtemplatiuorum aſcenſum, obliquus tangitur per deſcenſum, quia ille qui aſcēdit ſurſum, cum deſcēdit motum ſuum reflectit, & obliquat à ſurſum in deorſum. Motus autem circularis tangitur, cū ſubditur: Dilataberis ad orientem, & occidentem, ſeptentrionem, & meridiem. Per has quatuor partes cæli circulariter ſol mouetur. Igitur iſti Angeli ſunt contemplatiui, & ſpirituales, qui ſunt quaſi homines cæleſtes, & Angeli terreſtres: hi aſcendunt contemplando, & deſcendunt ſe humiliando, & ſicut dicit Ambroſius. Qui vult per ſcalam aſcendere, oportet quod manibus & pedibus ſe tēneat: manus opera, pedes cogitationes, & affectiones. Vel, vt aliqui exponunt. Iſti Angeli ſunt prælati, qui aſcēdunt per contemplationem, & deſcendunt per actionē. Vel Angeli ſunt Prædicatores, qui quandoque debent aſcendere prædicando ſublimia, quandoque deſcendere prædicando humilia. Sequitur motus tertius, quia dilataberis ad orientem, ſ. per origi-

Digitized by Google

nem virtutum, & occidentē occasum vitiorū, ad meridiem per feruorem affectionum, ad septentrionem siue aquilonem per expugnationem diabolicarum suggestionum.

Tertio, tangitur contemplatiuæ vitæ fructus cum dixit Dominus: Terra in qua dormis, tibi dabo. Terra enim hæc cælestis patria est, in qua erit perfecta quies
Psal.4. secundum illud. In pace in idipsum dormiam & requiescā. Vade in hac terra debet caput nostrum, id est, mens tanquam in puluinari se ponere, vt quietē à temporalium cura. Hanc dabit nobis Deus, si in ea per contemplationem, & desiderium peregrinamur, & conuertamur. Gen.
Gen.17 Dabo tibi terram peregrinationis tuæ. Quia vero in prædicto somnio dicitur, quod Iacob vidit inuixum scalę dicentem sibi, &c. Notandum est, quod (sicut dicunt somniorum interpretes) apparitio domini in somnijs potest habere variam expositionem, vel significationem: Nam Dominus per somnium aliquando apparet vt tacens, aliquando verò vt loquens, aliquādo vero vt patiens. Quando igitur alicui per somniū Dominus apparet vt tacens, & nihil loquens, si ille qui hoc vidit peccator est, significat quod conuertetur ad Deum, & finiet in pœnitentia dies suos. Si vero sit iustus, & sanctus, significat quod gloriæ eius augmento apud Deū proficiet, gaudium habiturus. Si vero talis qui hoc videt sit homo in potestate constitutus, puta rex vel princeps, significat quod inueniet gaudium, & victoriam de inimicis. Quandoque verò Dominus per somnium apparet vt alicui loquens, & tunc sine loquatur aliquid pertinens ad futurorum promissionem, sicut locutus est hic Iacob, siue aliquid pertinens ad conuersionem, sicut aliquādo loquitur peccatoribus, siue ad consolationem, sicut ali quādo loquitur iustis tribulatis, & in afflictionibus positis, vel alio quocunque modo loquatur, quicquid dicit tenendū est. Quādoque vero Dominus in somnijs apparet vt crucifixus, vel imago ipsa crucifixi, & tunc, (vt dicunt) signat patientiam, & victoriam in tribulationibus. Vnde si quis videat in somnio se adorare imaginem Domini nostri Iesu Christi, aut osculetur, aut deprecetur, siquidem rex est, & ipse inueniet victoriam de inimicis, & gaudiū in gloria sua: Nam crux post crucifixionem Christi maximas victorias designat, & omnis calamitatis amissionem. Quod si aliquis de populo videat hoc, consequitur gaudium, & pro quo interpellauerit, obtinebit. Sed si solum videatur imago Christi absque cruce, minus erit gaudium vel victoria. Et nota etiam hic de imaginibus, quod illæ quæ in somnio apparent sine auro, significant euentum rerum potiorem: Nam illæ quæ apparent cum auro, quandoque tribulationem portendunt. Hæc dicūt somniorum interpretes, quæ ego referendo tantum, non asserendo hic pono, an vera vel falsa sint, fateor me nescire. Dicit Aristot. quod neque est eis totaliter credendum, neque totaliter discredendū. Et ideo euenientia somnia (vt ipse dicit) neque idoneum est contemnere, neq; oportet ab eis facile persuaderi, præcipuè, quia spiritus mendax plerunque in visione, vel somnio, vt possit decipere hominem, in forma Christi legitur apparere: Sic enim beato Martino per exteriorem visionem sensibilium in forma Christi apparuit purpuratus, quem tamē ille per spiritū cognouit atq; con-

Arist. de som. & vig.

Digitized by Google

confudit. In vitis quoque patrũ refertur, quod monachus quidã audiens facta magna Moysi, cordis spiritu cœpit eum præferre Christo, qui sequente nocte per somnium vidit Moysem cũ choro Angelorum stantem in vestibus albis, Christum vero nigris indutum vidit in choro hominũ, propter quod insipiens monachus à fide Christi deposuit, & factus est Iudæus.

Corporis Christi in sacramento, quod siquidẽ illi libro intus & foris scripto, à Dino Ioanne prælato, comparatur, septem arcana maximam admirationem afferentia naturalibus exemplis elucidantur.

Cap. IX.

Apoc. 5 CORpus Christi sub sacramento assimilatur illi libro quem vidit Ioannes. Vidi, inquit, librũ, qui erat scriptus intus, & foris, signatum sigillis septem: Dicitur corpus Christi liber intus scriptus, quia videlicet in se continet consolationes, & suauitates notabiles & mirabiles. Et iterũ scriptus foris, quia sacramentis visibilibus regitur, signatum autem sigillis septem, ponitur propter septem mirabilia, quæ sunt ibi.

Primum est, quod sit de pane non mutatum, sed manẽs idem, & ponitur à quibusdam exemplum, sicut cognitio mea, mediãte voce, fit tua manens mea.

Secundum est, quod tanta magnitudo sub tam parua specie tota latet. Et ponũt quidem exemplum, sicut in parua pupilla oculi totus mons magnus recipitur, vel videtur.

Tertium est, quod totũ corpus per os hominis intrat non diminutum eadem potentia, (vt quidam dicunt) qua clauso vtero de Virgine exiuit, & etiam de sepulchro.

Quartum est, quod comeditur non consumptum, & non diuisum. Et ponũt aliqui exemplum in sensu visus, sicut virorbeæ ab oculo videntis, quasi quidam eius cibus suscipitur, nec tamen ipsa herba minuitur, vel diuiditur.

Quintum est, quod ab immundis tangitur sine contagione sui, sicut lumen Solis recipitur in re fœda, nec tamen fœdatur.

Sextum est, quod à pluribus sumitur, & in pluribus locis conficitur, nec tamen augetur, vel minuitur, sicut si multæ candelæ ab vna accendãtur, illa vna propter hoc non minuitur, nec augetur.

Septimum est, quod est ibi quãtitas sine quanto, cuius exemplũ propriè non est in natura dare, vel alicubi reperire.

Dæmonum (qui sub locustis in Dini Ioannis visione descriptis assimilantur) elatio, tentatio, permissa eorum à Domino potestas, malitiæ refrenatio, significatur. Thau, & quatuor Angelorum super quatuor terræ angulos destinatos significatio, variè explicatur.

Cap. X.

DÆmones assimilantur illis locustis, de quibus agitur in visione sancti Ioannis in Apoca. Apoc. 9 Vbi dicitur vidisse, quod exierũt locustæ in terram, & data est illis potestas sicut habent potestatem scorpiones terræ: & præceptũ est illis, ne læderent fœnum terræ, nec omne viride, neque omnem arborem, nisi tantum homines qui non habent signum Dei in frontibus suis. Vbi prima nota, dæmonum elationem per similitudinem locustarum: assimilãtur enim dæmones locustis, & propter ascensum superbiæ, quia locustæ in altum saliunt; & sic dæmon per superbiam. Isaiæ. In cęlũ Isa. 43 conscendam, &c.

Itẽ propter casum ruinæ: quia locusta post saltum nimiũ cadit. Isaiæ. Quomodo cecidisti de cælo Isa. 14 Lucifer, &c.

Item

Digitized by Google

Item propter continuationem malitiæ, quæ notatur in longitudine crurum posteriorum, quia semper in malitia perseuerant.

Secundo, attende dæmonū tētationem: quia exierunt in terrā, scilicet ad tentandum homines, & dicuntur exire, scilicet à Dei ordinatione: Deus enim tētationes nostras ordinat ā bonum nostrum, & profectū, sed ab hac intentione diabolus exit, quia in suis tentationibus non nostrum profectū, sed casum, & detrimentum intendit. Exierunt etiam de cælo vbi creati fuerunt, scilicet de empyreo: quando fuerūt eiecti per superbiam in terrā, id est, ad tentandum homines, qui habitant in terra, eos enim qui sūt in cælo tentare vel molestare nō possunt. Vnde pars eorū relicta est in hoc aëre caliginoso ad tentandum nos qui sumus in terra.

Tertio, considera diuinam permissionem, quia data est illis potestas, s. tentandi permissiue. Gregor. Licet diabolus afflictionem iustorum semper appetat, tamen ab Auctore nostro potestatem non accipit, ad tentationis articulum, nullatenus cōiasescit. Sequitur; Si vt habent potestatem scorpiones terræ. Scorpiones (sicut glosa dicit) facie blandiuntur: sed cauda pungunt occultè. Et ita faciūt dæmones tentātes, quia à principio porrigunt delectationē, & in fine inducunt cruciatum, & afflictionem: & sicut non sentitur punctio acus, sic nec punctio scorpionum, sed postea paulatim diffunditur per totum corpus, & moritur punctus. Et similiter decepti à dæmonibus, quando peccant, nō sentiunt deceptionem, sed tādem miserabiliter puniuntur. Prouerb. Fauus distillans labia meritricis, & nitidius oleo guttur eius: nouissima autem illius amara quasi absynthium.

Quarto, nota diabolicæ malitiæ refrenationem, quia præceptum est illis, ne læderent, &c. Et hoc præceptum est dæmonum refrenatio, ne tantum nocent quantum vellent, vel quantum possent si permitterentur, quia nullus eis posset resistere. Refringitur autem eorum potestas contra electos, & saluandos, quorum quidam sunt incipientes, & isti intelliguntur per fœnum, quidam vero proficientes, & illi per viride, quidam vero perfecti, & isti per arborem designantur. Et nota, quod non dixit, ne eos percuterent siue tangerent, sed ne eos læderent: quia Sancti, & percutiuntur interdum exterius, & tanguntur interius, scilicet dum tentantur, sed non læduntur in mentibus, s. vt peccatis consentiant, vel vt finaliter pereant. Iob. Dixit Dominus ad Sathan: Ecce in manu tua est, verumtamen animam illius serua. Et per ista tria designantur tres ordenes saluandorum, scilicet Noe, Daniel, & Iob, id est, cōiugati, qui terræ adhærent, & designantur per fœnum. Et continentes, qui vigorē corporis seruant, & ideo designantur per viride. Et prælati, qui designātur per arbores, quarum rami refrigerium præstant alijs. Est ergo sensus. Præceptum est illis, scilicet dæmonibus, i. coarctata est potestas eorum, ne læderent fœnum terræ, id est, coniugatos, in anima, sed in corpore affligant, & interdum corporalia auferant: neque omne viride, id est continentes, virore pudicitiæ virentes: neque omnem arborē, id est, prælatos, fol js verborum suorum alios sanantes, & fructibus operum satiantes, vmbra exemplorum, vel consolatione alios recreantes: nisi tantum homines

Iob. 2.

Prou. 5.

Digitized by Google

mines ab humano dictos, i. carna-
1.Cor. 3 les 1.Cor. Cum sit inter vos zelus & contentio; nonne carnales estis, & secundū hominē ambulatis? qui non habent signū Dei in fronte sua, i. in aperto, hoc signū est Thau, quod habet figurā crucis, & est vltima littera in alphabeto Hebræorū, & nominatur sine interpretatur cōsummatio. Vnde significat ipsam finalē pœnitentiam, quæ confirmat hominē
Ezec. 9. in bono, hoc autē signo liberātur omnes qui illud habent. Ezech. Signa Thau super frontes virorū gementium, & dolentium, super cunctis abominationibus, quæ fiunt. Et inf. Omnem super quē videtis Thau, ne occidatis. Et hoc signum debet haberi non totum in corde, sed etiam in fronte, vbi est locus erubescentiæ, & etiam locus manifestus, vt scilicet non erubescat homo facere pœnitētiam aperte, & nomen Christi aperte prædicare.

Item dæmones conātur maximè impedire prædicatores, quod ostenditur ex visione beati Ioannis, quæ habetur in Apoc. vbi dicitur, Vidi quatuor Angelos stātes super quatuor angulos terræ,
Apoc 7 tenentes quatuor ventos terræ, ne flarēt super terram, neque supra mare, neque supra vllam arborem. Per istos quatuor Angelos intelligunt vniuersi dæmones, qui dicūtur quatuor propter naturam numeri, qui a quaternarius multum diuisibilis est, & ipsi non intendunt nisi diuisionem facere.

Item quaternarius non est numerus solidus, sed superficialis.

Item suggestio dæmonum superficialis est, non habens soliditatem.

Item dicuntur quatuor, quia Euangelia impugnāt, & quatuor vitia præcipue suggerunt dū tentant. Vel quia per quatuor partes mundi fideles tentant. Vnde sequitur, stantes super quatuor angulos terræ, id est, in quatuor partibus mundi immanentes, vt omnes teneant. Vel hoc dicitur, quia ipsi dæmones laborant, vt ponant homines in angulis, id est, in sordibus peccatorum. Nam in angulo sunt sordes, vel in angulo duplicitatis. Sequitur, Tenentes quatuor ventos, id est, tenentes & impedientes omnes prædicatores ecclesiæ, qui dicuntur quatuor, quia debent habere quatuor virtutes, iustitiam, fortitudinem, temperantiam, & prudentiam: vel doctrinam quatuor Euangelistarum, quæ significatur
Gene. 2. per quatuor flumina paradysi, vel quia debent prædicare per quatuor climata mundi, & dicuntur venti, quia nubes, id est, peccatores, in pluuias lachrymarum dissoluunt. Gene.8

Item, quia terræ humiditates deficcant, id est, carnis voluptatem, & mentis cupiditatem, & dehis quatuor ventis dicitur: Qui Iob.28 facit ventis pondus, & aquas appendit in mensura. Sequitur, ne flarent super terram, id est, super illos, qui ad modum terræ sunt arabiles vomere prædicationis, & susceptibiles diuini seminis, neque super mare, id est, super fluidos & instabiles, neque super vllam arborem, id est, super illos qui ad fructificandum sunt habiles: quasi dicat, dæmones conati sunt, & nunc conantur quotidie, impedire prædicatores ne prædicent, neque bonis, neque malis, neque ad exercitationem bonorum, neque ad reuocationem malorum: Sciunt enim dæmones, quod nil adeo prodest, sicut prædicatio verbi Dei. Gloss. In tempore tribulationis nihil magis necessarium, quàm prædicatio verbi Dei. Ideo Iob 21. nititur diabolus eam detinere in omni loco. Econtra autem Dominus

Digitized by Google

minus sub similitudine etiam quatuor ventorum vocat prædicatores, vt prædicent. Ezech. A quatuor ventis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscant.

Ezec. 33

Veri ac contemplatiui Ecclesiæ Doctores, Christiq; imitatores, quatuor animalibus ab Ezechiele descriptis, ac forti Angelo à Ioanne, nec non candelabro aureo à Zacharia præuiso, per doctissimas variasque eorum expositiones comparantur, quasq; conditiones sapientes, ac prælati habere debeant, aperitur.

Cap. XI.

DOctores noui testamenti assimilantur illis animalibus, quæ describuntur in prima visione libri Ezec. Vbi dicitur. Et de medio eius similitudo quatuor animalium, &c. In cuius visionis serie introducuntur hæc animalia, vt copulata, vt figurata, vt pennata, vt mota, & vt inflammata. Ostenduntur ergo primo fuisse copulata, quia quatuor. Vnde dicit, quod de medio ignis, sicut Grego. exponit, quia supra præmiserat. Et ignis inuoluens similitudo quatuor animalium.

Ezec. 1

Primò ergó considera tria, primò locum, qui congruit sanctorũ doctorum probationi: Locus enim originis siue egressionis sanctorum Doctorum, est de medio ignis, scilicet tribulationis siue persecutionis. Ecclesiast. Vasa figuli, id est, Doctores Christi probat fornax tribulationis: Sic enim æstuant, vt per impatiẽtiam non destituãtur. Ecclesiast. In medio ignis non sum æstuata, dicit doctorum ecclesia. Et dicit in Prouer. quod doctrina viri, id est, virilis Doctoris, per patientiam noscitur. Grego. Tanto minus vnusquisque ostenditur doctus, quanto minus patiens: neque enim potest veraciter bona docendi impendere, si viuendo nescit aduersa æquanimiter tolerare. Perfecti enim Doctoris est sic aliorum hominum improbitatem patienter sufferre, vt se nouerit ab iniquis sapienter obseruare: neque enim propria munditia sine tolerantia sufficit, neque tolerantia sine munditia valet. Vel de medio ignis, id est, ex intimo feruore amoris sancti, Doctores procedũt ad opus prædicationis.

Eccl. 27

Eccl. 41

Pro. 19

Grego.

Secũdo tangitur numerus, qui cõpetit Doctorũ eruditioni, quia quatuor, siue propter doctrinam quatuor Euangeliorum, quã prædicant, siue propter quadruplicẽ intellectum scripturarũ quas explanãt, siue propter quatuor mũdi partes quas suis doctrinis illustrant, quæ etiam significantur per quatuor quadrigas.

Tertio ponitur tropus, id est, similitudo, quæ competit eorum perfectioni, quia similitudo erat animalium: In animalibus enim est perfectio motus, & sensus, quia scilicet sancti Doctores vigent sensu discretionis, & motu boni operis. Ipsi enim sunt animalia, quibus Dominus manum suæ largitatis aperit, & eis benedictionem suæ gratiæ affluenter infundit. Psalmus: Aperis tu manum tuam, &c.

Zach. 6

Quartò introducuntur hæc animalia, vt figurata: habebant enim quãtum ad communem figuram similitudinem hominis. Et præmittitur, quod similitudo hominis erat in eis, siquidem in sanctis Doctoribus est similitudo hominis, id est, Christi. Vnde Grego. dicit, quod sancta animalia hæc non essent, nisi Christi similitudinem habuissent. Competit ergo omni sancto Doctori, vt assimiletur Christo homini, secundum illud: Omnis scriba doctus, in regno cælorum similis est homini patrifamilias, i. Christo:

Gre. super Ez.

Mat. 13

Debet

Debet enim Christum imitari, & ei assimilari in viuendo, sicut Paulus faciebat, qui dicebat: Vi-
Gal 2: no autem iam non ego, viuit vero in me Christus.

Item in docendo siue prædicando, sicut idem dixit: Nos prædi-
1 Cor 1 camus Christum crucifixum, &c.

Item faciendo. 1. Cor. Imitatores mei estote, sicut ego Christi.
1 Cor. 11.

Item in patiendo. Vnde idem Paulus dixit: Christo confixus
Gal 2 sum cruci. Deinde describitur horum animalium figura specialiter quo ad partes eorum, scilicet quo ad facies, quo ad manus, & quo ad pedes.

Primò enim quo ad facies ponit, quod erat in ea quadruplex figura, scilicet hominis & leonis à dexteris, vituli siue bouis à sinistris; sed aquilæ desuper. Per has ergo quatuor facies, dicunt quidã mystice præfiguratos qua-
Mat. 1. tuor Euangelistas, scilicet per faciem hominis Matthæum, qui ab humana Christi generatione euãgelium inchoauit, dicens: Liber generationis Iesu Christi, &c.
Marc 1. Per faciem verò leonis, Marcum, quia à rugitu deserti euangelium incipit, dicens: Vox clamantis in deserto. Per faciem autem bouis,
Luc. 1. Lucam, quia à sacerdotio Zachariæ incœpit principium, dicens: Fuit sacerdos quidam, &c. Nam sacerdotis erat boues immolare,
Ioan. 1. sed per aquilæ faciem, Ioannes accipitur, qui cæteris altius contemplando volauit, suum euangelium ab æterna Verbi generatione inchoando; dicens: In principio erat Verbũ, & Verbum erat apud Deũ, &c. Dicit autem, quod quatuor facies vni, quia omnes quatuor Euangelistæ locuti sunt de vno scilicet de Christo, vel ille quatuor facies competunt vni, id est, Christo. Qui (sicut dicit glosa.) natus est, vt homo; passus est, vt vitulus, resurrexit, vt leo, a tendit vt aquila. Et ideo (secundum Greg.) homo & leo dicuntur esse à dextris, quia Christi nati-
Grego. uitas & resurrectio, erũt omniũ generaliter lætitia, quę per dexteram intelligitur, sed vitulus dicitur esse à sinistris, quia mors Christi Apostolis tristitia fuit, quæ tristitia pertinet ad sinistram, quia sinistrum dicimus quod aduersum deputamus (vt dicit glosa) Aquila autẽ dicitur esse desuper, quia ascensionem Christi significat in altum, secundũ illud Psal. Ascendisti in altum. Iob. Nunquid ad
Psa. 67. Iob. 30. præceptum tuũ leuabitur aquila? Moraliter autem doctor Ecclesiasticus debet esse, vt homo secundum rationem viuendo. Secũdum rationem dico, a Deo per fidem illuminatam, & secundum diuina præcepta regulatam iuxta illud. Beatus homo quem tu eru-
Psal. 93. dieris Domine, & de lege tua docueris eum.

Item debet esse vt leo, tentationibus resistendo, & aduersa non metuendo. Prouerb. Iustus
Pro. 28. quasi leo confidens absque terrore erit.

Item vt vitulus seipsum sacrificando, de talibus vitulis dicitur
Psa 50 in Psalmo. Tunc imponent super altare tuum vitulos.

Item debent esse vt aquila sublimia contemplando, vel alios ad contemplationem & amorẽ Dei prouocando. Deuteron. Sicut a-
Deu. 32 quila prouocans ad volandũ pullos suos. Vel dicitur doctor esse, vt homo per prudentiam, vt leo per fortitudinem, vt vitulus per temperantiam, & vt aquila per iustitiam. Quidam vero (vt dicit
Hiero. Hieronymus) per quatuor facies intellexerunt quatuor elementa, quæ dicuntur inesse vna, quia in vno corpore hominis vniuntur. Vnde quamuis in mundo maiori sit distincta, in mundo tamẽ minori, id est, in homine sunt vnita.

Alij

Alij vero per has quatuor facies, quatuor principales accipiũt animæ passiones, i. gaudium, tristitiam, spem, & timorem, quorum quædam sunt de bono, vt gaudium de præsenti bono, & spes de futuro. Alię sunt de malo, s. vel præsenti, vt tristitia, vel futuro, vt timor. Et ideo quædam dicuntur esse à dextris, quædam vero à sinistris, sed super has debet esse ratio eas moderans, & regulans: & ideo facies aquilæ dicitur esse desuper. Et nota quod istæ facies dicuntur extendi desuper, quia in omnibus intentio & contemplatio sanctorum super se tendit, sicut dicit Greg.

Item describitur figura eorum quantũ ad manus, quia habebãt manus ad modum hominis. Vnde dicit, quod manus hominis sub pennis eorũ. Vbi nota, quod quilibet doctor debet habere manus hominis. Id est, opera bona, s. vt non solum bona dicat, sed etiam faciat, secundum illud, Cœpit Iesus facere, & postea docere. Act. 1. Grego. Grego. Prædicator quisque plus actibus quam vocibus intoneri, & bene viuendo vestigia sequacibus imprimat, quam loquendo quæ gradiantur offendat: sed debent esse manus hominis, id est, opera secundum rationem facta. Apostolus. Rationabile obsequium vestrum, sed dicuntur manus esse sub pennis, quia debet esse virtus operis sub volatu contemplationis. s. vt sub contemplatiua sit etiam actiua, & debeat esse manus in quatuor partibus, quia s. quatuor modis per opera vitæ actiuæ proximis seruitur, s. vel quantum ad animam, vt docendo, consulendo, & alias spirituales elemosynas impendendo: vel quantum ad corpus viuũ, scilicet, reficiendo, vestiendo, & alia necessaria ministrando, vel quantũ ad corpus defunctũ, s. componendo, & sepeliendo, & huiusmodi, vel quantum ad res temporales exteriores, sicut defendendo temporalia iura ecclesiæ, vel aliarum personarum, & huiusmodi. Vel (secũdum Greg.) dicuntur esse in quatuor partibus, quia sancti Euangelistæ, qui fuerũt primi doctores noui testamenti, opus exterioris doctrinæ per quatuor partes mũdi diffuderunt, scilicet per orientem, occidentem, meridiẽ, & septentrionem. Gre. super Exe.

Item describitur eorum figura quoad pedes: quia pedes eorum pedes recti, & planta pedis eorũ quasi planta pedis vituli. In pedibus (sicut dicit glossa) intelliguntur gressus operum, ita vt sicut per manus intelliguntur opera quæ ordinantur ad proximum, ita per pedes intelliguntur opera hominis quantum ad seipsum. Sicut enim animal gressibile pedibus pergit ad locum, ita etiam homo spiritualis operibus tendit in Deum. Vnde Aug. dicit, quod Deo, qui vbique est, non locis appropinquamus, sed bonis studiis, bonisque actionibus. Et ideo sicut sine pedibus corpus hominis non pergit, sic etiam fides hominis sine operibus non proficit. Iac. Fides sine operibus mortua est. Sed in istis pedibus, id est, operibus, debet esse rectitudo intentionis, scilicet, vt recta intentione fiãt. Vnde dicit: Pedes eorum pedes recti, scilicet per rectam intentionem, quia qualis est intẽtio, tale est opus Ecclesiast. Ambulauit pes meus iter rectum. Aug. Iac. 2. Eccl. 32

Item debet esse in eis maturitas moderationis: quia cum quadam maturitate, id est, grauitate & modestia, debent exequi & perficere opus intentum. Vnde dicit, quod planta pedis eorum quasi planta pedis vituli: Vituli enim sine bones (vt dicit Gregorius) ẽt quadam maturitate siue gra-

Digitized by Google

uitate succedũt. Vel etiã in plãta pedis vituli signatur fortitudo laboris, quia vituli siue boues fortes habent pedes, vt ipse Gregorius dicit. Greg. in Eze.

Item in hoc signatur discretio circunspectionis, ex eo, quod in pedibus vituli est vnguium discretio. Ex quibus patet, quod opera docentium debeat esse recta, grauia, fortia, & discreta.

Tertio, hæc animalia describũtur etiam esse pennata, vnde dicit: Quatuor pennæ vni. Vbi circa eorum pennas nota quatuor, primo distinctionẽ, quia quatuor pennæ vni, scilicet ad modum alarum. Istæ quatuor pennæ, sunt quatuor conditiones, quæ necessariæ sunt cuilibet contemplanti, vt per volatum contemplationis possit ad diuina leuari. Prima penna est mentis virtus, per quã scilicet anima ad volatum contẽplationis disponitur: Est enim animæ contemplanti necessaria virtus moralis, ex eo quod virtutes morales vehementiam passiõnum reprimunt, & sedant exteriorũ occupationum tumultus, quibus abstraheretur intentio eius ab intelligibilibus ad sensibilia. Eccles. Homines diuites in virtute pulchritudinis studium habentes: Studium enim pulchritudinis, est studium contemplationis, quod competit hominibus virtutibus abundantibus. Eccl. 44

Secunda pẽna, est mentis actus, quo scilicet contemplatio incipitur. Et talis actus est lectio, oratio, & meditatio, & huiusmodi: Nam in lectione mens informatur, in oratione eleuatur, in meditatione autem inflammatur, secundum illud: In meditatione mea exardescet ignis. Psal. 38.

Tertia penna, est gradus considerationis, quo scilicet ordinatè anima contẽplando progreditur.

Et nota, quod habet cõtemplatio diuersos gradus, quibus scilicet anima in Dei cognitionem ascẽdit, secũdum illud Psalmistæ. Ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum. Vnde Richardus de Sãcto Victore sex gradus contemplationis distinguit, quibus mens per creaturas mundi in Dei contemplationem ascendit. Primus gradus est secundum solam imaginationem, cum attẽdimus solum res corporales. Vnde in hoc gradu ponitur solã perceptio sensibilium. Psal. 38. Richar.

Secundus gradus est in imaginatione secũdum rationẽ, prout, f sensibilium ordinem & dispositionem cõsideramus. Vnde in hoc gradu fit progressus à sensibilibus ad intelligibilia.

Tertius est in ratione secundũ imaginationem, quando, f. per inspectionem rerum visibiliũ ad inuisibilia subleuamur. Vnde in hoc gradu ponitur dijudicatio sensibilium, secundum intelligibilia.

Quartus gradus est in ratione secundum rationem, quando scilicet animus intendit inuisibilibus, quæ etiam imaginatio non nouit. Vnde in hoc gradu ponitur absoluta consideratio intelligibilium, in quæ per sensibilia deuenitur.

Quintus est supra rationẽ, quãdo diuina reuelatione cognoscimus, quæ humana ratione comprehendi non possunt. Vnde in hoc gradu ponitur contemplatio intelligibilium, quæ per sensibilia inueniri non possunt, sed tantum per rationem capi possunt.

Sextus est supra rationẽ, quando scilicet ex diuina reuelatione cognoscimus ea quæ humanæ rationi repugnare videntur, sicut ea quæ dicuntur de mysterio trinitatis. Vnde in hoc gradu ponitur cõsideratio intelligibilium,

quæ

Digitized by Google

quæ ratio nec inuenire, nec etiã capere potest,

Quarta penna; est Dei intuitus, id est, ipsa contemplatio diuinæ veritatis, & in hac contemplantis volatus tendit: Quia huius contemplatio finis est totius humanæ vitæ. Vnde Augustinus dicit, quod contemplatio Dei promittitur nobis vt actionum omnium finis, atque æterna perfectio gaudiorũ: hic autem competit nobis imperfecte, videlicet per speculũ in ænigmate, & ideo est quædam inchoatio illius beatitudinis. Sed nota quod dicit, quod istarum quatuor pennarum duæ tegebant corpora animaliũ; quia quamdiu sanctorum Doctorum animæ corporibus tegũtur, id est, quamdiu sunt in hac vita, indigent ad complatiuam vitam duobus prædictorum, scilicet virtute morali: Nam à corpore exuta anima, nec sensibilibus passionibus, nec rerum corporalium tumultibus inquietabitur, vel impedietur. Et ideo non indigebit virtutibus moralibus, quæ habent huiusmodi impediẽtia reprimere, vel sedare.

Item indiget gradu considerationis, quia scilicet in hac vita nõ potest anima immediatè leuari in contemplationem diuinæ veritatis, sed potius per quosdam gradus in ipsius contemplationẽ consurgit. Duæ autem aliæ pennæ inuicem iungebantur, quia scilicet in alia vita videbiturdeus sicuti est, & erit actus & contemplatio mentis, cum vno intuitu diuinæ veritatis. Vnde Augustinus dicit: quod non erũt in patria cogitationes nostræ volubiles, ab alijs in alia eũtes atque redeuntes, sed totam scientiam nostram vno simul conspectu videbimus. Duabus ergo pennis corpora tegũtur, quia scilicet virtus & gradus contemplantibus necessaria sunt quamdiu anima mortali hoc corpore tegitur. Duæ vero pennæ iunguntur, quia scilicet in visione beata, mentis actus, & contemplatio, vnico & simplici intuitu diuinæ veritatis perficitur: Vel istæ quatuor pennæ quibus anima in contemplatione leuatur, sunt illæ quatuor contemplationes, quas beatus Bernardus in libro de consideratione ponit, quarum prima est admiratio maiestatis. Secũda est consideratio iudiciorum Dei. Tertia est recognitio beneficiorum. Quarta est consideratio promissorum. Quarum duæ dicuntur corpora regere, quia operta & tecta sunt animæ quãdiu manet in corpore, scilicet immensitas diuinæ maiestatis, & abyssus iudiciorum Dei: duæ vero inuicem iunguntur, scilicet promissa & beneficia: Nam promissio beneficiorum fit, & beneficia promissa conferuntur, sed promissio promittitur ad consolationem, beneficium vero subsequitur ad satisfactionem. Sed secundum beatum Gregoriũ, quatuor istæ pennæ sanctorum animaliũ sunt amor & spes, & istæ duæ inuicem coniunguntur, quia scilicet sancti viri & amant quæ sperant, & sperant quæ amant. Aliæ vero duæ sunt, timor, & pœnitentia, & istæ duæ tegunt, quia timor & pœnitentia ab omnipotentis Dei oculis mala præterita abscondunt.

Secundo nota pennarum situationem, quia habebant pennas in quatuor partibus: Nam penna amoris est in cælo, penna spei est in Deo, penna pœnitentiæ habet locum in mundo, penna timoris, est de inferno. Sed attende, quod manus dicitur esse sub pennis in quatuor partibus, quia nec amor, nec spes, nec timor, nec pœnitentia est

Digitized by Google

sine opere efficax: Nam amor ex nato ostenditur, spes ex merito concipitur, pœnitentia ex debito satisfacit, timor à malo retrahit, & insuper ad bonum compellit, secundum illud. Qui timet Deũ faciet bona. Vel si per pennas intelligantur considerationes mẽtis, tunc sunt in quatuor partibus, quia aliquando Sancti considerant vbi fuerunt, scilicet in peccato, & sic replentur mærore: aliquando vero vbi sunt, scilicet in mundo, & sic affliguntur dolore, quandoque vero considerant vbi erunt, scilicet in iudicio, & tunc solicitantur timore: Quandoque autem vbi non sunt, scilicet in cælo, & ex hoc inflammãtur amore. Et ista (secundum Gregorium) in mora sunt quatuor genera compunctionum, quibus mentes sanctorum hominum vehementer afficiuntur.

Tertio nota pennarũ connexionem, quia iunctæ erant pennæ eorum, alterius ad alterum, s. secũdum Gregorium, quia prædicatorum virtus, & sapientia charitatis, & concordiæ pace sociantur: Quamuis enim sancti viri diuersitatem habeant, siue etiam distinctionem pennarum, id est, diuersa virtutũ munera, vel dona gratiarum, tamẽ dum vnusquisque alteri de virtutis dono, quod habet obsequitur, & e conuerso, penna alterius ad alterum mutua vtilitate connectitur, nam contẽplatiuus pro actiuo orat, actiuus vero contemplatiuo necessaria corporis administrat, & sic de aliis. Vnde ad hanc connexionem pennarum hortatur Beatus Petr.
3.Pet.4 dicẽs: Vnusquisque gratiam quã accepit, in alterutrum illam administrantes.

Quarto considera pennarum extensionem, quia facies eorũ, & pennæ eorum extentæ desuper, In facie intellige Sanctorum intentionem, quam semper ad Deũ vertunt, contra quod de peccatoribus dicitur: Verterunt ad me terga, & non facies: facies enim est pars anterior, & ideo significat intentionem finis quæ opus præcedit. Tergum vero siue dorsum, est pars posterior, & ideo significat opus, quod ipsam intentionem subsequitur. Tergum ergo & non faciem ad Deum conuertit, qui opus quidem de genere bonorum facit, sed ad Deum intentionem non dirigit. Sed in pennis, quibus volatur in altum, intelligitur Sanctorum contemplatio, de quarum pennarum volatu Psalmus dicit: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ? & volabo, & requiescã. Facies ergo, & pennas animalium extentas desuper Propheta vidit: quia intentio & contemplatio Sanctorum semper super se tẽdit, vt cæleste bonum assequi & obtinere possint: sicut interlinearis Glossa dicit. Hier. Psal:54

Quarto hæc animalia erãt mota & impulsa à spiritu, Vnde dicit, quod vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur. Vbi aduerte, quod sancti doctores à Spiritu sancto mouentur, impetuosè, continuè, & cautè. Et propter primum dicit, vbi erat impetus spiritus. Vbi dicit glo. quod sicut in malis est impetus carnis, ita in bonis est impetus spiritus, & hunc impetum (secundum Gre.) charitas facit, quæ post spiritum ire compellit. Psalmus: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Aqua fluminis est gratia Spiritus sancti, quæ mediante charitate animam impellit ad bonum, & perducit ad ineffabile gaudium. Psal.45

Item continuè, quod notatur cum subditur, quod nõ reuertebantur cum ambularent: Nam

sicut

sicut glosa dicit, cū ambularēt ad bona, non reuertebantur ad mala, & ideo in bono perseuerando & continuando monebantur.

Mat. 10 Mat. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Sed quia illud verbum bis ponitur, alia glosa quædam exponit de motu recto. Cum ambularent ante, scilicet ad spiritualia, non reuertebātur retro, scilicet ad temporalia. Vnde non erat in eis motus reflexus, sed rectus. Apo. Quæ retro sunt, obliuiscens, ad ea quæ sunt priora, extendens me. Hieronym. Qui stiuā aratri tenet, non respiciat retro, non imitetur vxorem Loth, ne pereat sicut Heli, qui aliorum vitio Deum offendit. Sed videtur esse contra quod alibi dicitur, quod animalia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris corruscantis. Sed dicendum, quod ibi loquitur de motu contemplationis, hic de imitatione vitæ, siue de motu amoris. Vnde illud exponitur, quod ibant, scilicet per mentis contēplationem, sed non diu inea esse valentes, reuertebantur ad actionem: sed quia ex contemplatione ipsa anima inflammabatur, & illuminabatur, idcirco subditur, quod reuertebatur in similitudinem fulguris corruscantis, id est, inflammantis, & illuminantis: Nam per eos à contemplationis arce descendentes, cæleste lumen nobis spargitur, vt glosa dicit.

Item mouētur cautè quod notatur, cum dicit, quod vnūquodque eorum coram facie sua ambulabat, scilicet semper sibi præsens, semper diiudicans quid bonum, vel quid malū, in quo crescat, in quo decrescat. Apostolus: Videte quomodo cautè ambuletis.

Quinto quoque hæc animalia describuntur vt inflammata, & ostenduntur sancti doctores inflammati quatuor modis scilicet ad modum scintillarum, ad modum carbonum, & ad modum lampadum, & fulgurum. De primo enim dicit, & scintillæ, quasi aspectus æris candentis: secundum glosam refertur ad sanctorum prædicatorum doctrinā, quorū verba sunt subtilia, & ideo sunt, vt scintillæ.

Item sonantia vt æris.

Item feruentia, & ideo candētis. Vel potest exponi, quod ex sanctis doctoribus emicant scintillæ exemplorum, auditus verborum, & est in eis candor affectionum: vel scintillant orationibus, sonāt in prædicationibus, excandescunt in affectionibus. Glosa, quasi æris cadentis, quia plus ardent desiderio, quam proferant verbo.

Secundo sancti Doctores inflammantur ad modum carbonum. Vnde dicit, quod similitudo animalium, & aspectus eorum, quasi carbonum ignis ardētium. Carbonibus enim ardentibus assimilantur sancti Doctores, quia ipsi, & in se ardent per desideriū, & alios sibi adhærentes accēdūt etiam ad diligendum Deum. Vnde glosa dicit. Si carbonem tetigeris, accenderis, & cum sancto sanctus eris. Vnde isti sunt carbones, qui vastant incinerando, id est, ad pœnitētiam humiliando. Psal. Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs, vel vastatoribus secundum aliam literam. Item qui sanctificant purificando, secundum illud, Sanctificabit eos in igne. Psalm. Cadent super eos carbones, in ignem dejicies eos, in miseriis non subsistent. Psa. 119 Psa. 119

Item qui adiuuant inflammando, secundum illud, habens carbones ignis sedebis super eos, & erunt tibi in adiutorium.

Tertio inflammantur ad modũ lampadarum. Vnde subditur Et quasi aspectus lampadarum: In lampadis enim requiritur mundicia vasis, & ideo fit de vitro, copia liquoris, vnde impletur oleo, euidentia fulgoris, & ideo suspenditur in alto, quæ tria significant in sanctis viris: puritatem carnis, deuotionem mẽtis, & claritatem siue fulgorem sanctæ opinionis: Vnde glosa dicit, quod sanctorum aspectus est quasi lampadarum, quia opinionem bonã à lumine aliorum longè lateque
Cant. 8. diffundunt. Cantic. Lampades eius, lampades ignis atque flammarum.

Quarto sunt inflãmati ad modum fulgurũ, & ideo subditur. Et erat visio discurrẽs in medio animalis splendor ignis, & de igne fulgur egrediens. Sic in medio animaliu, id est, in cordibus Sanctorum, quia medius locus attribuitur cordi, secũdum illud Psal-
Psal. 21. mistice. Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei. Est visio contemplationis Dei non per simplicem mentis intuitum, sicut est in patria, vbi Deus immediatè videtur, sed est visiõ discurrens per rationis discursum, prout inuisi-
Rom. 1. bilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, vnde discurrunt ex creaturis quæ sunt effectus Dei, procedendo in cõtemplationem creatoris. & in tali contemplatione est splẽdor, & ignis, & fulgur, quia, s. in cõtemplatione sanctorum fulget splendor diuinæ co-
Psa. 138 gnitionis. Psalm. Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis. Isa. Implebit[is] splendoribus a-
Isa. 63. nimam tuam.

Itẽ ardet ignis diuinæ dilectionis Psal. In meditatione mea exar-
Psal. 38 descet ignis.

Item fulgurat zelus fraternæ saluationis: Nam in sancto viro illuminato, & inflammato in cõtemplatione, accẽditur zelus, etiã fraternæ salutis. Vnde egreditur fulgur, i. verbum prædicationis, vel exemplum cõuersationis proximorum corda terrens, illuminans, percutiens, & accendens sicut fulgur. Vel nota, quod in medio animalium, i. in Sanctorum cordibus, est splendor ignis, cũ ardent in amore Dei, & splendor fulguris, cum in dilectione feruntur proximi. Vel (secundum glosam) est in Sanctis visio discurrens, cum meditãtur scripturas, quia dum historias discurrẽdo percurrunt, Spiritus sancti sacramenta cernunt: sed est in illis splendor ignis, dum contemplãtur res diuinas, quia in tali contemplatione mens inflammatur charitate, & illustratur veritate, sed splendor fulguris est in eis dũ considerant res creatas. Vnde Gre dicit: Quamcunque creaturarum inspicimus, Dei notitiam fulgurat, dũ in creaturis se creator manifestat.

Item doctor ecclesiasticus assimilari debet illi angelo forti, de quo habetur in visione Ioannis, Apo. 19
vbi dicitur: Vidi alium angelum fortem descendentem de cælo, amictũ nube, & iris in capite eius, & facies eius erat sicut Sol, & pedes eius tanquã columna ignis, & habebat in manu sua librum apertum, & posuit pedẽ dextrum suum super mare, sinistrum vero super terram. Vbi notantur octo, quæ doctor ecclesiasticus debet habere. Primũm est obediẽtia, per quam assimilatur angelo: Nam præcipua est in angelis obedientia creatori. Psal. Benedi-
Psa. 102 cite domino omnes angeli eius, potentes virtute, qui facitis verbum eius ad audiẽdum vocẽ sermonis eius. Vbi nota, quod ex obedientia dura iniuncta, quidam

prono-

Digitized by Google

prouocantur ad iram, & murmurant, & maledicunt, contra quod dicit: Benedicite Domino. Quidam vero ad implēdum se impotentes & infirmos dicunt, & asserunt, contra quod dicit, potentes virtute, Quida vero, quod audiūt implere differunt, & negligunt, & contra hoc additur. Qui facitis
Luc.1. verbum eius. Iac. Estote factores verbi, & non auditores tantum. Alij quidoque se excusant, quod non intellexerunt siue audierunt: contra quod subiungitur, ad audiendum vocem sermonis eius. Sunt ergo veri obedientes ad modum angelorum, intenti ad audiendum, prompti ad obediēdum, virtuosi ad exequendum, mansueti ad sustinendum. Et talis angelus debet esse doctor ec-
Mal.2 clesiasticus, Malach. Legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est. Secundū est patientia. Vnde dicitur fortè, scilicet in tolerando, vel fortem, in operando & expugnādo, sicut
1.Ma.2. fuit Iudas Machabæus, de quo dicitur: Iudas Machabæus fortis viribus à iuuentute sua, sit nobis princeps militiæ, & ipse aget bellum populi.

Tertium est humilitas, quæ notatur cum dicitur: Descendērem
Isa.14. s. per humilitatem de cælo, id est, de altitudine superbiæ, de qua dicitur: In cælum conscendam, & super astra cæli exaltabo solium meum, vel per descendentem de cælo, i. de altitudine contemplationis ad ministerium actionis.

Quartum est misericordia, quæ notatur cum dicitur: Amictum nube. Assimilatur enim misericor-
Eccl.35 dia nubi, eo quod refrigeriū præstat, secundum illud: Speciosa misericordia domini in tempore tribulationis, quasi nubes pluuiæ in tempore siccitatis.

Quintum est iustitia, vnde dicit: Et iris in capite eius. Et sicut iris est ceruleus color adiunctus igneo, ita in doctore, vel prælato, debet misericordia iustitiæ sociari. Psal. Misericordia, & veri-
Psal.84. tas obuiauerūt sibi. Hęc ergo iris misericordiæ, & iustitiæ, debet esse in capite, id est, in prælato siue principe.

Sextum est sapientia, quæ notatur cum dicitur. Et facies eius sicut sol: Assimilatur enim sapiens, soli non solum ratione claritatis, sed etiam ratione firmitatis, secūdum illud Eccles. Homo sanctus
Eccl.27 in sapientia sua manet sicut sol. Attribuitur etiam sapiētia faciei, quia sicut dicitur Eccle. Sapiētia
Eccl.24 hominis lucet in vultu eius.

Septimum est affectionum rectitudo, quæ notatur ibi. Et pedes eius sicut columna ignis: Notantur enim affectiones in pedibus, sed erectio domus, & aliorū sustentatio in columna, sed feruor & incensio in igne, scilicet amoris: & ideo ex his colligitur, quod doctor ecclesiæ debet esse affectuosus, ad cælestia erectus, aliorum sustentatiuus, & ad spiritualia feruidus, Eccle. Surrexit
Eccl.42 Helias quasi ignis &c. Octauū est perfecta doctrina, quæ requirit tria, s. vt doctor sit eruditus, videlicet in sacra scriptura, quod notatur per hoc, quod habebat librū apertum.

Itē, quod sit operosus, vt quod de ore prædicat opere impleat, quod notatur per hoc, quod habebat in manu.

Item quod sit discretus, quia aliter debet prædicare carnalibus & peccatoribus, qui significantur per mare; & aliter iustis, firmis, & fructuosis, qui significantur per terram: vel per mare seculares, per terram vero religiosi significantur: vel per mare existentes in aduersitate, per terram existentes in prosperitate: quibus omnibus diuersa exhortatio congruit.

Digitized by Google

Vnde angelus alium pedē ſupra mare, & alium ſupra terram dicitur poſuiſſe, vel pes dexter eſt amor Dei, quo calcatur mare, i. amaritudo & aduerſitas ſeculi: pes ſiniſter eſt amor proximi, qui debet calcare terram, id eſt, omnia terrena proximorū ſaluti poſponere: Prouer. Qui negligit damnum propter amicum, iuſtus eſt. Pro.12.

Item doctor Eccleſiaſticus debet eſſe ſimilis illi candelabro, quod deſcribitur in viſione Zachariæ dicentis: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius ſuper caput ipſius, & ſeptem lucernæ eius ſuper illud, & ſeptem infuſoria lucernis quæ erant ſuper caput eius, & duæ oliuæ ſuper illud, vna à dextris lampadis, & alia à ſiniſtris. Sic quoque eccleſiaſticus Doctor eſſe debet vt candelabrum luminoſum per ſapientiam, aureum totum per iuſtitiam: ſed lampas Chriſtus, ſuper caput eius per obedientiam: vel ſuper caput eius, id eſt, mentem fulgens per gratiam: ſeptem autem lucernæ, ſunt ſeptem virtutes, ſcilicet tres theologicæ, & quatuor cardinales: ſeptem vero infuſoria ſunt ſeptē Spiritus ſancti dona, quibus ſeptem lucernis, i. ſeptem virtutibus oleum gratiæ ſiue perfectionis infunditur. Nam dona perficiunt virtutes, duæ oliuæ ſunt duæ vitæ fructuoſę, id eſt, meritorie, ſ. cōtemplatiua à dextris, & actiua à ſiniſtris, quæ omnia dicunt eſſe in perfecto Eccleſiæ doctore. Zach.4.

Item doctrina catholicorū doctorū differt à doctrina hæreticorum, ſicut differebant illi duo calathi: qui deſcribuntur in viſione Hier. vbi dicitur. Oſtendit mihi Dominus, & ecce duo calathi pleni ficubus, poſiti ante templum Domini, Calathus vnus ficus bonas habebat nimis, vt ſolent ficus primi eſſe temporis: & calathus vnus habebat ficus nimis malas, quæ comedi non poterant, eo quod eſſent malæ: iſti enim duo calathi, ſunt doctrina catholica, & hæretica, ſed doctrina catholicorum doctorum eſt calathus bonis ficubus plenus, id eſt, bonis verbis & ſinceris, quales ſolent eſſe fructus primi temporis, id eſt, ſimiles doctrinis, & verbis prophetarum, qui fuerūt tempore prioris teſtamenti: Nam doctrina noui teſtamenti non diſcordat à veteri ſecundum intellectū myſticum. Vel fructus primi temporis, ſunt documenta Apoſtolorum, & diſciplinorum, qui fuerunt in eccleſia primitiua, à quibus moderni doctores catholici non diſcordant. Sed calathus alius, eſt hæreticorum doctrina, cōtinens peſſimas ficus, id eſt, peſſimas & erroneas opiniones. Vnde à catholicis viris comedi, id eſt, recipi, vel acceptari non poſſunt, eo quod peſſimæ ſunt. Sed ambo calathi dicuntur eſſe ante templum Domini: quia vtraque doctrina propalata eſt in eccleſia Chriſti, quanquam vna acceptata, & altera reprobata ſit. Hier.24

Spiritus ſancti dona ſeptem, eorumq; oppoſita vitia capitalia per Pharaonis ſomnij lucidam interpretationem clare deſcribuntur, plurimorūmque ſomniorum explanatio congrua affertur.

Cap. XII.

DOna Spiritus ſancti ſunt ſeptem; quæ à ſeptem oppoſitis vitijs euacuantur: & hoc oſtenditur ex ſomnio Pharaonis, quod habetur Gen 41 vbi dicitur, quod vidit Pharao ſomnium. Putabat enim ſe ſtare ſuper fluuium, de quo aſcendebant ſeptē boues pulchræ & craſſę nimis, & paſcebantur in locis paluſtribus. Gen.41

Alia

Aliæ quoque septem emergebãt de flumine fædę, confectæq; macie, & pascebantur in ipsa amnis ripa in locis vberrimis virentibus, deuorauerunt̃que eas, quarum mira species & habitudo corporum erat. Moraliter, fluuius est Spiritus sanctus, de quo Apoca- Apoc. 2
lypsis: Ostendit mihi fluuium aquæ viuæ splendidum, tanquam crystallum procedentem de sede Dei, & Agni, id est, de substantia patris, & filij. De hoc flumine ascendunt septem boues, id est, septem dona, quæ dicuntur ascendere, quia nos ascendere faciunt, & designantur in bobus, quia scilicet faciunt nos bonorum operum fructibus abundare, sicut boues terram. Dicuntur autem pulchræ; inquantum animam spiritualiter informant. Nimis autem, id est, valde crassæ dicuntur, eo scilicet, quod animam mirabili dulcedine & virtutũ abundantia implent. Loca autem palustria in quibus pascuntur, sunt humilium corda, de his septem donis Isa. 11.
dicitur, Isa 11. Requiescet super eum, scilicet Christum humilem, spiritus Domini, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus scientiæ, & pietatis, spiritus consilij, & fortitudinis, & replebit eum spiritus timoris Domini. Per septem autem boues tenues & fędas, intelliguntur septem vitia, quę designantur in bobus qui terram vertunt, quia scilicet cor deprimunt, & terrenis actionibus involuunt, hęc emergunt de flumine, id est, de instabilitate & fluxibilitate mentis humanæ: sensus enim & cogitatio humani cordis, prona sunt in malum ab adolescentia sua. Dicuntur autem fœdę, quia mentem scilicet hominis maculant, & conuersationem deformant.

Gen. 8. Item sunt confectæ macie, quia euacuant pinguedinem gratiæ, & virtutum.

Item pascuntur in ripa amnis: Amnis enim continuè fluens, est vita humana, cuius duę ripæ sunt, spiritus & caro, in quibus sunt loca vberrima, & virentia, scilicet diuersæ potẽtiæ animæ, & diuersæ partes corporis, in quibus est vitor, id est, vigor virtutis, sicut in intellectu virtus cognoscitiua, in voluntate virtus appetitiua, & sic de alijs. Similiter in partibus corporis sitæ sunt vites animæ, vt in oculis vis visiua, in auribus vis auditiua, & sic de alijs; nec est aliqua particula corporis, in qua non sita sit aliqua animæ vis. Vnde ista sunt loca virẽtia, id est, viribus spiritualibus plena.

Item sunt loca vberrima per abundantiam actionum: Nam in intellectu abundãt cogitationes, in voluntate affectiones, in phãtasia imaginationes, & sic de alijs. In istis ergo partibus, seu viribus, pascuntur septem vitia, quia auaritia pascitur in visu, vnde vocatur concupiscentia oculorum.

Item gula pascitur in gustu, luxuria in tactu, superbia in appetitu: Est enim superbia appetitus propriæ excellentiæ, & sic de alijs vitijs. 1. Ioa. 2.

Ité deuorat boues speciosas, id est, Spiritus sancti dona: Nam plenitudinẽ sapientiæ deuorat luxuria, quia facit spiritualia desipere. Nam animalis, id est, carnalis homo, non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Donum vero intellectus deuorat gula, quia generat hebitudinem sensus circa intelligibilia, vt dicit Gregorius. Donũ vero scientiæ deuorat auaritia, Gre. 31.
quia pertertit rectum iudicium, Moral.
dum auarus iudicat temporalia esse æternis præponenda, in eis finem summ̃ constituens, sed donum pietatis deuorat inuidia beneuolentiam excludens. Donum autem consilij deuorat ira, quæ

Digitized by Google

ad omnia præcipitanter ducit, quod est contra consilium, sed donum fortitudinis devorat accidia, quæ reddit mentem debilē & grauem. Donum autem timoris devorat & excludit superbia, quæ præsumptuosum, & audacē facit. Sed secundum Gregō. aliter accipiuntur ista donis opposita, quia sapientiam devorat stultitia, intellectum hebetudo, scientiam ignorantia, pietatem duritia mentis, consilium præcipitatio, fortitudinem torpor, timorē vero superbia, siue præsumptio. Sed notandum circa prædictum somnium, quod sicut dicunt somniorum interpretes, somnia quæ apparent hominibus de bobus, ad variam referūtur significationē. Nam aliquando referuntur ad hominum potestatē, vnde in somnio (vt dicunt) boues masculini generis principes plerumque significare solent. Et ideo si quis somniet quod sedeat super bouē rubri coloris, inueniet potestatem, sed ægrotabunt filij eius, & vxor.

Greg. 1. Moral.

Item si somniet quis, quod in alia regione pascat boues trinones, aut quadrinones, princeps intrabit terram illam, & subiugabit eam sibi tot annis quot erant cornua. Aliquando vero referuntur ad temporum qualitatē, sicut ex somnio prefato, f. Pharaonis apparet, quod Ioseph interpretatus est dicens, quod per septem boues pingues, significabantur septem anni vbertatis, per septem vero macilentas, septem anni sterilitatis. Vnde dicunt somniorum interpretes, quod si quis in somnio inuenerit vnum pinguem bouem, aut plures boni & vberes anni eum complectentur, & proficiet in opere suo. Si vero vitulum macrum, aut bouem eiusdē modi, subdideritque eos, sibi annum, vel annos malos inueniet, & famem, & detrimentum, & paupertatem, secundū tenuitatis rationem. Quandoque autem referuntur ad diuitiarum prosperitatē. Nam si quis se somniet lac bouinum comedere, inueniet incrementum, & diuitias maiores. Et si quis somniet, quod eorum bouis inuenerit, aut tulerit, diuitias magni principis hæreditabit. Et si quis somniet, quod bouē in domo sua occiderit, pro quātitate carnis inueniet thesaurum principis cum timore.

Item si quis somniet se tollere de sanguine bouis, aurum inueniet principis, hæc dicunt somniorum interpretes. Sed quia id quod dicunt ratione nō fulciūr, eadem facilitate contemnitur à plerisq; qua dicitur: secus tamen est de somnio Pharaonis, de quo (teste scriptura) certum est quod fuit immissum à Deo. Dixit autē Ioseph Pharaoni audito prædicto somnio: Somnium regis vnū est, quæ facturus est Deus ostendit Pharaoni. Gen. 40

Quatuor Euangelistarum nonnulla figura in numero quaternario designata enarrantur, ac declarantur, eorumq; excellentia demonstratur, qui iure optimo fidelium doctores, sustentatores, custodes, protectores, salutiferi, fabri nuncupantur.

Cap. XIII.

EVangelistæ figurati sunt per illa quatuor animalia, quæ in visione imaginaria sunt ostensa beato Ioanni Apo. vbi dicitur. In medio sedis, & in circuitu sedis, quatuor animalia plena oculis ante & retro Et animal primū simile leoni, & secundum animal simile vitulo, & tertium animal habens faciem quasi hominis, & quartū animal simile aquilæ volanti. Et quatuor animalia singula eorum habebāt alas senas. Vbi nota congruitatem similitudinis. Primo propter locum: quia in medio,

Digitized by Google

medio, & in circuitu sedis. Per sedem intellige cætum prælatorum in quibus Deus residet, alios per eos dirigens & iudicãs. Psal. 46. Regnabit Deus super gẽtes, Deus sedet super sedẽ sanctam suam. Quatuor igitur animalia, id est, quatuor Euangelistę, dicũtur esse in medio, & in circuitu ipsius sedis: quia scilicet eorum doctrina ipsi prælati fulciuntur, & protegũtur. Sed si in medio sedis erant, quomodo in circuitu, vel si in circuitu, quomodo in medio? Ad hoc dicitur, quod sedes planitiem latam & amplam habere videbatur, vt dicit glosa Et super planitiem sedis erant animalia, quasi doctores præsidentes, vel subtus, quasi columnę sustentantes, in circuitu, quasi excubiæ cõcustodientes, & protegentes sedem & hoc tangit glosa. Ex quibus colligitur, quod ipsi Euangelistæ sunt fidelium Doctores, sustentationes, custodes, & protectores.

Secundo nota congruitatẽ metaphoræ propter numerum, quia quatuor animalia erant, & hoc competit euangelicæ cõscriptioni, quia quatuor euangelia conscripserunt, Vnde ipsi sunt quatuor fabri, qui arma ecclesiæ fabricauerunt, quibus se muniant, & hostes expugnẽt, de quibus Zach. 1 Zachar. Ostendit mihi Dominus quatuor fabros, & dixit: Quid isti veniunt agere? Qui ait dicens: Hæc sunt cornua quæ ventilauerunt Iudam.

Item competit eorum numerus euãgelicæ diuulgationi: quia scilicet eorum euangelia sunt per quatuor partes mundi diuulgata, & portata. Vnde ipsi sunt quatuor equi varij, rufi, albi, & nigri, quos misit Dominus, vt perambularent terram Zach 1.

Item quatuor quadrigę egredientes de medio duorum montium Zach 6.

Item ipsi sunt vectes, & quatuor Zach. 6 circuli aurei, quibus arca Domini portabatur, & mensa.

Tertio competit eorũ numerus euangelicæ institutioni: quia scilicet eorũ euãgelia instruunt nos de quatuor, scilicet de credendis, de faciendis, de fugiendis, & de appetendis: Credenda enim sunt articuli fidei, sacramẽta, & testamenta, operanda sunt præcepta, consilia, & misericordiæ opera: fugienda sunt peccata, infernus, & purgatorium: appetenda sunt virtutes, sapientia, & vita æterna. Vnde ipsi quatuor Euangelistæ sunt quatuor columnæ, quæ sustentant velum, id est, ecclesiam.

Tertio est congrua hæc similitudo propter aspectum: quia plena oculis ante & retro, id est, habentia cognitionem de his quæ Deus fecit in principio, & de his quæ facturus est in fine: vel ante & retro, id est, veteris & noui Testamenti: vel humanitatis, & deitatis Christi: vel virtuum, & vitiorum, vel bonorum & malorum: vel gaudiorum cæli, & suppliciorum inferni: Omniũ enim istorum vnum ante, & alterum retro debet esse: vel quia alterum altero dignius, vel quia alterum fugiendum, & alterum appetendum. Phil. Quæ retro sunt, obli- Phil. 3 uiscens, ad ea quæ sunt priora extendens meipsum, ad destinatum persequor, ad brauium æternæ vocationis.

Quarto est similitudo congrua propter distinctionis modũ: quia animal primũ simile leoni, scilicet Marcus: & secundum animal simile vitulo S. Lucas: & tertium animal habens faciem hominis, scilicet Matthæus: quartum animal simile aquilę volanti, scilicet Ioannes, cuius expositionis ratio dicta est supra ca xj. in visione Ezechiel. Si quæritur, cum

Eze-

Digitized by Google

Ezechiel primo ponit hominem, secundo leonem, tertio vitulum, quarto aquilam; quare Ioannes hunc ordinem non seruauit? Ad quod dicendum, quod Ezechiel seruauit ordinem historiæ: Christus enim primo fuit natus, vt homo, postea terribiliter prædicauit, vt leo, deinde immolatus est, vt vitulus; tandem ascēdit in cælū, vt aquila, hunc ordinem prædicit Ezechiel spiritu prophetico illustratus. Et ideo sic ordinauit animalia sua. Ioānes vero, quia hæc omnia impleta vidit, nō iam ordinem gestæ rei narrare voluit, sed magis ad fidem populum inuitare, & non vitulū, non hominem, non aquilam, sed leonem præposuit, vt cognita fortitudine Christi, per fidem resurrectionis ascendant securius ad vitulum, id est, ad fidē passionis; postmodum ad hominem, id est, ad fidē natiuitatis, & vltimum ad aquilam, id est, ad fidem ascensionis Christi, & deitatis ipsius. Nota ergo, quod debet vir euangelicus similis esse leoni in liberalitate, & magnanimitate.

Item vitulo in carnis mortificatione, & laborum perpessione; similis homini in mansuetudine, & discretione; & similis aquilæ volanti, in cælestium contemplatione, & temporalium despectione.

Quinto est congrua propter volatus instrumentum. Instrumentum enim volatus, est ala, quæ multiplex erat in quolibet: Nam quatuor animalia singula eorum habebāt alas sensus: sex alæ, sunt sex opera misericordiæ spiritualis, quæ in hoc versiculo cōtinentur. Consule, castiga, remitte, solare, fer, ora. Debet etiam doctor euangelicus habere sex alas, id est, sex opera instructionis, quibus, tanquam instructus reddatur ad prædicationis officiū exercendum.

Prima ala, est lex naturalis, secunda lex Moysi, tertia prophetarum, quarta doctrina euangelica, quinta doctrina apostolica, sexta expositorum doctrina. Possunt etiam istæ sex alæ referri ad vitam actiuā, scilicet ad sex opera misericordiæ corporalis, qui notantur Matt. 25. Esurini, & dedistis mihi manducare, &c. Istis enim alis volatur in cælum. Vel per sex alas intellige cognitionē & contemplationem operum sex dierum, quibus anima volat in altum, quia per ipsas creaturas elenatur in cognitionem Dei, & contemplationē, secundū illud. Inuisibilia Dei à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Mat. 25. Phil. 1

Christi fides in primo Angelo figurata, quātum pertineat ad penitentiam vel ad penitentiæ vocationem, mirifica Ioannis visione declaratur.

Cap. XIIII.

FIdes generat pœnitentiam, & hoc ostēditur ex visione beati Ioannis, quæ habetur Apo. vbi dicitur: Primus Angelus tuba cecinit, & facta est grando, & ignis mixta in sanguine, & missum est in terra, & tertia pars terræ combusta est, & tertia pars arborum concremata, & omne fœnum viride combustum est. Apo. 8.

Primus Angelus potest dici fides, quæ est prima virtus. Vnde Prud. Prima petit campum dubia sub sorte duelli, purgatura fides, & hæc duo facit, scilicet grandinem & ignem. Per grandinem significatur timor inferni, per ignē dolor & contritio peccati. Et hæc duo facit fides, quando miscetur sanguine, id est peccato: Nā anima illuminata per fidem, cognoscit pœnam peccati, id est, & obligatur pœnis inferni, vnde timet, & dolet. Sed quia hæc duo quodammodo ex libero arbitrio eclua-

oriuntur, ideo dicit tuba cecinit, id est, ex voluntate pœnitentis hæc duo produxit. Et hoc est q̃ sequitur, quod tertia pars terræ, & tertia pars arborum, & omne fœnum viride combustũ est. Per terram intellige terrena bona, quorum tres sunt partes. Prima est pietatis in proximum, secũda necessitatis in seipsum, tertia est voluptatis in corpus, proprium hæc tertia pars cõburitur in verè pœnitenti, per arbores vero status contemplatiuorum intelligitur ac designatur. Cuius tres sunt partes, prima est desiderium orationis, secũda studium lectionis, tertia exercitium actionis, & hęc comburitur. Per fœnum vero viride signatur voluptas carnis, iuxta illud Isa. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Vnde omne fœnũ cõburi dicitur, quia omnis voluptas carnis per dolorẽ pœnitentiæ abijcitur. Apost. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cũ vitijs & concupisceniijs:

Isa. 5.

Gal. 5

Torrentis aquas iuxta Ezechielis visionem, beatorũ gaudia designare edocetur, tresq; illi millenarij quid significent, diuersimode aperitur.

Cap. XV.

GAudia beatorum designantur in illis aquis, quas per visionem vidit Ezec. Dicitur enim, Ecce aquæ redundantes à latere dextro, cum egrederetur vir ad Orientem, qui habebat funiculũ in manu sua, & mensus est mille cũbitos, & traduxit me per aquas vsque ad talos. Rursum mensus est mille, & traduxit me per aquam vsque genua. Rursum mẽsus est mille, & traduxit me per aquam vsque ad renes. Et mensus est mille torrentẽ, quẽ nõ potuit pertransire, quoniã intumuerunt aquæ profundæ torrentis, qui non potest transuadari. Per aquas redundantes torrentis, intellige delectationes gaudiosas, & copiosas, quibus sancti viri in cælo fruuntur. Vnde in Psal. Torrente voluptatis tuæ potabis eos. Et dicuntur redundãtes, quia interius animã replebunt, & ex ea corpora redundabunt. Dicuntur etiam à latere dextro, per quod intelligitur cælestis patria, sicut per latus sinistrum vita præsens. Cantico. 5. Leua eius sub capite meo, & dextra illius amplexabitur me. Tres autem primi millenarij, signant tria gaudia electorũ in patria quæ finita sunt, & aliquatenus possunt à sanctis comprehendi. Primum venit ab inferius, vbi vident iustitiam Dei adimpleri, de quo multum gaudiũ est eis, secundum illud Psa. Lætabitur iustus cũ viderit vindictã. Isa. Egredientur, vt videant cadauera virorum, qui præuaricati sunt in me, & erit vsque ad satietatem visionis omni carni.

Psal. 35.

Cant. 5.

Psal 57

Isa. 66

Secundum venit à mundo de pulchritudine creaturarum. Isa. Tunc videbis, & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum.

Isa. 60

Tertiũ venit de cælo, de iucunda, & grata societate. Isa. Exultabo in Hierusalem, & gaudebo in populo meo. Sed quartum millenarium, quod nõ potest transuadari, est gaudium ineffabile de diuinæ maiestatis visione. Isa. Oculus non vidit, Deus, absque te, quæ præparasti expectantibus te.

Isa. 65

Isa. 64

Aliqui tamen exponunt, quod tres millenarij qui transuadari possunt, & mensurari: sunt tres sensus scripturæ, scilicet historicus, allegoricus, & tropologicus. Sed quartus millenarius qui non potest transuadari, est quartus sensus, scilicet anagogicus, qui est de secretis cælorum, quæ non possunt in hac vita comprehẽdi. Vel secundum alios, per primum millena-

millenarium aquæ pertingentis ad talos, intelligitur gratia incipientium, quia in talis est hominis inchoatio: per secundum millenarium aquæ pertingentis vsque ad genua, intelligitur gratia proficientiũ, quia in genibus est ambulatio, scilicet per profectum
Psa. 83. virtutum Psalm. Ibunt de virtute in virtutem. Per tertium millenarium, qui erat vsque ad renes, intelligitur gratia prædicantium, qui tanquã viri perfecti debent Deo spirituales filios generare: Nam ex renibus est generatio.
Ephe 6. Aposto. In Christo enim Iesu per Euangeliũ ego genui vos, sed per torrentem qui non potest transuadari, intelligitur gloria beatorum, quæ ineffabilis est.

Hæreses ortum præcipue à diabolo habuisse, in Ioannis ardentem stellam de cælo cadentem, Absinthium vocatam, aquas dulces amaras facientem, demonstratur, Hæreticorumq; iniquæ malignitas aperitur.
Cap. XVI.

HAereses à diabolo procedunt, & hoc ostenditur in visione beati Ioannis, quæ habetur Apocal. vbi dicitur: Cecidit
Apoc. 9 stella de cælo magna ardens tanquam facula, & cecidit in tertiã partẽ fluminũ, & in fontes aquarum, nomen stellæ dicitur Absinthiũ, & facta est tertia pars aquarum in absinthium, & multi homines mortui sunt de aquis, quia amaræ factæ sunt. Hæc stella magna, fuit diabolus qui cecidit de cælo, id est, de loco angelorũ, vbi creati sunt. Isa. Quomodo ceci-
Isa. 14 disti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? Et quamuis iste casus fuerit à principio, tamen hic introducitur, vbi de hæreticis agitur, qui diu postea fuerunt in ecclesia, ex eo quod casus suus de cælo, causa est propter quam ipse inducit hæreses, & de peccatis tẽtat, vt scilicet impediat homines ne illuc vadãt vnde ipse cecidit, & sic in casu hæreticorũ, & peccatorum, casus ipse diaboli quodammodo renouatur, sicut causa in effectu. Vel ideo dicitur cadere, quia tunc, quando scilicet hæreses introduxit, cõtra ecclesiam acrius incepit deseuire. Vnde tunc apparuit malum eius. Luc, Luc. 10.
Videbam sathanã, sicut fulgur de cælo cadentem. Diabolus autem dicitur stella propter scientiam, sed dicitur magna propter potẽtiam & potestatem; ardens autẽ tanquam facula propter inuidiã.
Sapient. 2. Inuidia diaboli mors Sap. 2
introiuit in orbem terrarum, & cecidit in tertiam partem fluminis, & in fontes aquarum. Dicitur diabolus cadere, dum homines cadere facit. Fontes autem sunt Magistri & Doctorer hæreticorum, qui dicuntur hæresiarchæ: Flumina sunt discipuli eorum: Flumina enim à fontibus oriuntur, & postea currunt in mare: Et sic ab hæresiarchis discipuli nascuntur, qui postea sequentes magistros suos corruunt in infernum. Aquæ fontium, sunt populi ab eis decepti, id est, credẽtes doctrinis eorum.
Apocal. Aquas quas vidisti vbi Apo. 12
meretrix sedet, populi sunt & gẽtes, & linguæ. Fontes igitur, & flumina, sunt omnes hæretici, & mali Christiani, qui sub tertia parte hominũ continentur: Nam prima pars est totaliter infideliũ, puta paganorum, vel Iudæorum, quantum ad fidem Christi. Alia est totaliter fidelium, puta catholicorum. Tertia ipsorum hæreticorum, qui partim sunt fideles, & partim infideles: Nam quidã cofitentur vnum articulum, & negant alium, & partim de Christo bene sentiunt, & partim malè. Et in istam tertiam partem diabolus cecidit, quia scilicet per eos doctrinas errorum seminauit, sed

qui a

quia doctrina eorũ peruersa est, & ad infernum ducit, ideo subditur. Et nomen stellæ dicitur Absinthium, quæ est herba amarissima: & ideo per eam rectè significatur hæreticorum doctrina, quæ in se amara est propter falsitatem quam continet, & ad amaritudinẽ inferni trahit: & facta est tertia pars aquarum in absinthium, id est, prædicta tertia pars hominum infecta est hæretica doctrina, & diabolica. Et multi homines mortui sunt ex aquis, id est, de hæreticorum doctrina, quia amaræ factæ sunt per illos hæreticos malè exponentes: & reuera mortui non tantũ morte animæ, sed etiam corporis, quia multi combusti. Et nota, quod aqua, id est doctrina sacræ scripturæ, amarescit per falsam expositionem.

4. Reg. 2 4. Reg. Ecce habitatio huius ciuitatis optima est, id est, sacræ scripturæ, sed aquæ pessimæ sunt, id est, expositiones hæreticorũ peruersæ & falsæ. Sed nota, quod hæ aquæ sacræ scripturæ possunt dulcorari per salis appositionem, id est, per veræ sapientię elucidationem. Vnde. 4 Reg. Egressus Helisens ad fontem aquarum, misit in illum sal, & ait: Hæc dicit Dominus, Sanaui aquas has, & non erit eis vltra mors, neque sterilitas.

Exo. 15. hoc etiam signatum fuit. Exo. Vbi dicitur: Murmurauit populus contra Moysen, dicens: Quid bibemus. At ille clamauit ad Dominum, qui ostendit ei lignum, quod cum mississet in aquas, in dulcedinem versæ sunt. Per lignũ autem vera sapientia designatur.

Prou. 13 Prou. Lignum vitæ est his qui apprehenderunt eam, & qui tenuerit eam beatus.

Ioseph somnium aliaq; nonnulla scitu digna describuntur, per quæ humilitatem sanctis maximopere prodesse asseritur.

CAP. XVII.

HVmilitas facit Sanctos proficere, & crescere multipliciter, quod ostenditur ex somnio Ioseph Genes. Vbi dicitur, quod vidit somium, quod narrãs fratribus ait: Vidi per somnium quasi solem, & lunam, & stellas vndecim adorare me. In Ioseph intellige augmentum, & profectũ boni, quia sic interpretatur, scilicet augmentum, & in adoratione ostenditur humilitas, in sole autẽ accipitur feruor dilectionis. Vnde dicitur Iudic. Qui diligunt te, sicut sol in ortu suo splẽdet, ita rutilent, sed in stellis intelligitur splẽdor siue gratia prædicationis. Dan. Qui ad iustitiam erudiunt plurimos erunt sicut stellæ: sed per lunam accipitur vigor actionis: quia luna maximè agit & potest in istis inferioribus. Quod ergo, Luna, Sol, & Stellæ Ioseph adorando subduntur, signat, quod in sanctis viris, & feruor dilectionis, & gratia prædicationis, & vigor bene agẽdi, per inclinationem humilitatis proficiunt & augentur, Iaco. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, scilicet & diligendi, & prædicandi, & bene operandi. Notandum autem circa prædictum somnium, quod sicut dicunt somniorum interpretes, somnia quæ apparent hominibus de stellis superioribus, variam habere noscuntur significationem: Nam aliquando referuntur ad hominis dignitatem, quia magnæ Stellæ somniatæ, sapientes & potentes designant, paruæ vero, & obscuræ, viles & insulsas personas. Si cui autem videatur per somnium se Dominum esse stellarum, pro quantitate & qualitate stellarum dominabitur populis, & si est aptus, & decens, erit rex, & huic interpretationi conso-

Gen. 37

Iudic. 5

Dan. 12

consonat prædictum somniũ Ioseph. Aliquando vero referuntur ad hominum aduersitatem, quia stellę cadentes in mare, perditione populi à rege fieri demõstrant. Stellæ vero cadentes in terra, in aduersitatem significat, & mala plurima. Stellę autem deficientes in cæio, diuitum paupertatem, & defectum significant: Nam cęlum simile est domui videntis, stellæ vero substãtiam, & homines habitantes in ea signant.

Quadruplex hypocrisis species, iuxta quadruplicem personarum statum, in Ioannis visione sub Solis, Lunæ, stellarum, dieiq; significatione descriptam annotantur, eorumq; discrimen aperitur.

Cap. XVIII.

HYpocrisis quadruplex est. s. prælatorum, clericorum, religiosorum, & laicorũ, quæ describũtur Apoc. in visione beati Ioãnis, vbi dicitur: Percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarum, ita vt obscuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret pars tertia, & noctis similiter. Per Solem intelligũtur prælati, quia sicut Sol totũ mundum illuminat, sic prælati totam Ecclesiam debẽt illuminare. Mat. Vos estis lux mundi.

Apoc 8

Matt. 5.

Item Sol non variatur per crementa, vel decrementa, sed stabilis manet. Sic prælati stabiles esse debent, vt nec aduersitate, nec prosperitate, nec detractione, nec adulatione moueantur. Eccl. Homo sanctus in sapientia sua manet, sicut Sol. Horum tertia pars percutitur, sed nõ deciditur, quia fidem informem retinent, sed in moribus læduntur. Horum enim tres partes sunt. Quia prælatorum quidam ardent & lucent, & hi sunt prima pars. Alij ardent & nõ lucent, & hi secunda, tertij lucent sed non ardent: & hæc pars tertia percussa est, quia lucet exterius simulata sanctitate, sed nõ ardet interius habita charitate, hanc percussit Dominus. Matth. Vbi dixit, Væ vobis Scribæ & Pharisæ, hypocritæ: quia similes estis sepulchris dealbatis, quę foris apparent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia, sic & vos quidem foris apparetis iusti hominibus, intus autem pleni estis hypocrisi, & omni iniquitate. Vel istæ tres partes accipiuntur secundum tres conditiones Solis: Sol enim est corpus magnum, in quo notatur prælatorum potestas.

Eccl 27

Mat. 23

Item corpus latũ, in quo prælatorum fides.

Item corpus calidum, saltem in effectu, in quo prælatorum charitas. Et hæc est tertia pars quæ ferè in omnib. percussa est: quia & si potestatem habent, vel fidẽ retinent, feruore tamen charitatis carent. Per Lunam verò designantur clerici: quia sicut à Sole lumen Luna recipit, sic à prælatis clerici informantur, & quales sunt prelati, tales sunt clerici. Ecc. Qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Horum autem tres sunt partes, quidã namque sunt scholares, qui frequentant scholas: quidam sunt chorales, qui sequuntur chorum: alij enim curiales, qui sequũtur curias principum, & regum, & prælatorum, Hæc tertia pars percussa est vitio simulationis, & ambitionis. Per stellas vero intelliguntur religiosi: Stellæ enim paruæ videntur, & magnæ sunt, sicut religiosi parui videntur exterius mundo, magni autem interius corã Domino.

Eccl. 10

Item stellæ noctem illuminant, & religiosi ecclesiam. Philp. Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo.

Phil. 2.

Item stellæ fixæ sunt, & religiosi stant

stat in claustro, nisi pauci officiales qui procurant exteriora negocia. Iudi. Stellæ manentes in ordine, & cursu suo &c. Horū sunt partes tres, iuxta tria vota quę voluerūt omnes, scilicet obedientiam, continentiam, & paupertatem. Primæ & secundæ partes nō sunt adhuc ita percussæ: sed tertia pars s. paupertas, iam omnino, & fere vbique percussa est, ita vt dicat Apost. Omnes quę sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi, & hoc est, quia refriguit & defecit charitas, contra quod dicitur Phi. Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed quæ aliorum. Iudi. 5 Phi. 2.

Item tres partes religiosorum sunt, prælati, officiales, & claustrales, & hæc tertia pars pro magna parte percussa est, & læsa vitio simulationis, quia multi simulant sanctitatem donec sint officiales, vel prælati. Et sequitur, ita vt obscuraretur tertia pars eorū, id est, amitteretur interius lumē illuminans eos ad Dei & sui cognitionem.

Quarta hypocrisis est laicorum, & hæc tangitur cum dicitur: Et diei non luceret pars tertia, & noctis similiter: Nam nomine diei ac noctis laici intelliguntur, quia sicut dies à Sole, & nox à Luna & stellis lumen recipit, sic laici à prælatis, clericis, & religiosis recipiunt doctrinam, & informationem. Horū autem tres sunt partes, prima principantium, secūda seruientium, vt sunt rustici, & huiusmodi, tertia mediū tenentium, qui primis subseruiunt, vt vltimis dominantur: tamen vna istarum trium, scilicet seruientiū, maxime est percussa, quia scilicet omnes illam expoliant, & opprimunt. Vel tres partes laicorum sunt, quia quidam videntur boni, & sunt; quidam vero videtur, & non sunt. Et ista pars, licet sit diei quantum ad apparentiam, est tamē noctis quantū ad existē tiam. Et ideo percussa est plaga hypocrisis, & fictæ simulationis.

Dei inspirationem in suis electis contemplatibus inuisibiliter, tenuiter, terribiliter, instabiliter, incomprehensibiliter, & denique vtiliter fieri, per mirabilis Eliphaz visionis exemplum lucida explanatione demonstratur.

Cap. XIX.

INspiratio Dei interior qualiter fiat in viris contemplatiuis, ostenditur per exemplum in visione Eliphas, quæ habetur Iob. Vbi dicitur: Porro ad me dictum est verbum absconditum, & quasi furtiuè suscepit auris mea venas susurri eius in horrore visionis nocturnæ quando enim solet sopor occupare homines, pauor tenuit me, & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt, & dum spiritus me præsente trāsiret, inhorruerunt pili carnis meæ, & stetit quædam, cuius non agnoscebam vultum, imago coram oculis meis, & vocem quasi auræ leuis audiui. Nunquid homo Dei comparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit vir: In hac enim visione primo ostenditur, quod diuina inspiratio sit inuisibiliter, & ideo vocatur verbum absconditum. Verbum, quia mētem informat: sed absconditum, quia non sensibili locutione, sed inuisibili inspiratione ac perceptione sentitur. Et dicit Gregorius, quòd sentitur per hoc, quod humanam mentem contingendo subleuat, & temporales cogitationes deprimens, ęternis hanc desiderijs inflammat, vt nihil etiam, nisi quæ superna sunt, libeat; & cuncta quæ inferius de humana perstrepunt corruptione contemnant: vel dicitur absconditum, quia quale sit nō potest scire, nisi qui percipit. Apoc. Vincenti dabo manna absconditum, Iob. 4. Apoc. 2

Digitized by Google

tum, quod nemo scit, nisi qui accipit. Vel alia de causa dicitur verbum absconditum: Nã quia pauci sunt illi qui percipiũt, dicitur verbum absconditum, quasi paucis inspiratum.

Secundo ostenditur, quod interior inspiratio percipitur tenuiter. Cum subditur: Et quasi furtiuè suscepit auris mea venas susurri eius: & est sensus, quasi furtiuè, id est, raptim, & occultè suscepit, id est, suscipiendo cognouit auris mea, scilicet interior cordis, venas susurrij eius, id est, modos, siue effectus occultę locutionis, siue inspirationis eius, quæ dicitur susurrium propter tenuitatẽ: quia susurrium, non plena voce, sed tenui flatu emittitur: Nam quando Deus se nobis plene & aperte manifestabit, tunc nobis quasi plena voce loquetur: sed nunc, quia tenuiter se nobis manifestat, quasi susurrando loquitur. Non autem ait susurrium, sed venas susurrij: quia diuina inspiratio diuersis venis, id est: diuersis modis, siue causis, cordi infunditur. Vnde Gregorius: Quasi venas susurrij aperit nobis Deus, cum latenter insinuat quibus modis ad nostræ intelligentię aurem venerit; aliquando enim nos amore, aliquando terrore compungit, aliquando præsentia quã mala sunt ostendit, & ad æterna diligenda desiderium etigit, aliquãdo prius æterna indicat, vt post temporalia vilescant, aliquando mala nostra aperit nobis, & ad hoc vsque, quod etiam doleamus de alienis malis, extendit: aliquando aliena mala nostris obtutibus obijcit, & compunctos mirabiliter à nostra prauitate nos corrigit.

Grego.

Tertio fit terribiliter, & ideo subdit, in horrore visionis nocturnæ, &c. Vbi nota causam timoris. Primo ex tẽpore, quia in horrore visionis nocturnæ: De nocte enim homo magis timet quã de die. Sed moraliter sicut dicit Gregorius, Horror nocturnæ visionis, est pauor occultæ contẽplationis: Humana etenim mens quo altius eleuata, quæ sunt æterna considerat, eo de factis temporalibus grauius tremefacta formidat: quia tanto se ream verius cernit, quanto se ab illo lumine discrepasse, quod super se intermicat, conspicit, sicque fit vt illuminata plus metuat: quia magis aspicit à veritatis regula, per quam tam discordat, eamque graui formidine suus ipse profectus quatiat, quæ prius quasi securius nil videbat. Nota etiam, quod id quod in hoc mundo de diuinis cõtemplando aspicimus, nocturna visio dicitur propter obscuritatẽ, quia modicum, & cum obscuritate, de illo summo lumine videmus, & nihilominus propter excessum eius respectu nostri in cõtemplatione eius inhorrescimus. Vnde Apostolus: videmus nũc per speculum.

Grego.

1. Cor. 13.

Secunda causa timoris potuit esse ex sopore. Vnde dicit: Quãdo solet sopor occupare homines, pauor tenuit me, & tremor. Homo enim qui soporati ac dormire incipit, facilius terretur quam ille homo qui plenè vigilat. Sed moraliter per soporem intelligitur quies mentis ab exterioribus sollicitudinibus, & occupationibus, à quibus quanto magis abstrahitur, ad contemplandum superna liberior & aptior inuenitur. Cantic. Ego dormio, & cor meum vigilat, vnde Grego dicit, quod sancta mens quo se à strepitu temporalis concupiscentiæ comprimit, eo verius interna cognoscit, & tanto alacrius ad intima vigilat, quanto se ab exteriori inquietudine occultat. Et hinc est, quod Iacob in itinere positus,

Can. 5. Grego.

Gen. 28

ſtus, caput ad lapidem poſuit, & dormiuit, & tunc habuit viſionẽ de ſcala, vnde etiam Dominũ, & angelos vidit, in quo ſignificatur, q̃ in itinere huius vitæ ille eſt aptus ad diuinas reuelationes, & conteplationes, qui caput ad lapidem ponit, id eſt, qui mẽte Chriſto inhæret, & dormit, id eſt, ab appetitu viſibilium mentis oculos claudit, & à rerum temporaliũ amore quieſcit. Sed ſequitur, pauor tenuit me, & tremor, & omnia oſſa mea perterrita ſunt Ille n. qui illuminatur ad contemplandam celſitudine diuinæ potentiæ, & rectitudinem diuinæ iuſtitiæ, pauet conſiderãdo diuinam immenſitatẽ, tremit intuendo ſuam deformitatem, & terrentur eius oſſa, quia ſcilicet expaueſcit etiam de his quæ fortiter fe egiſſe crediderat, ſcilicet, quando conſide. at diuinæ iuſtitiæ ſeueritatem. Vnde hoc terrore perculſus Dauid dicebat: Non intres in iudicium cũ ſeruo tuo domine, &c. Nã omnis humanæ vitę rectitudo ad illam rectiſſimã diuini iudicij regulam deducta, multipliciter inuenitur obliqua, ſicut baculus qui videtur ad oculum rectus, rectiſſimæ alicui lineæ appoſitus, ſtatim apparet diſtortus. Pſa. 142

Quarto diuina inſpiratio fit inſtabiliter, & ideo ſequitur. Dum ſpiritus me præſente trãſiret, inhorruerãt pili carnis meæ. Homine præſente, id eſt, ad contẽplandum Deo aſſiſtente, ſpiritus tranſit, quia id quod de ſpiritualibus dulciter videtur, nõ ſtabiliter, ſed in quodam tranſitu percipitur: quia in illa ſuauitate nõ diu mẽs figitur, eo quod ad ſemetipſum immẽſitate luminis reuerberata reuocatur. Sed ſequitur: Inhorruerunt pili carnis meæ. Pili carnis ſũt quilibet minuti defectus, ſiue cuiuſlibet ſuperfluitatis reues exceſſus, qui etiam in iuſtis & contemplatiuis viris ex carnis corruptibilitate reperiuntur: ted iſti pili ſpiritu tranſeunte inhorreſcunt, quia dum homo in arce ſpiritualis contemplationis eleuatur, etiam huiuſmodi tenues defectus, ſiue exceſſus, perhorreſcit, & de illis mente cruciatur. Vel pili qui ſunt ſuperfluitates carnis, ſunt ſuperfluæ cogitationes mentis. Vnde præceptum fuit per Moyſen in lege, quod Leuitæ raderent omnes pilos carnis ſuæ. Leuita quippe aſſumptus vocatur: oportet ergo Leuitas omnes pilos carnis radere, quia hi qui in diuinis obſequijs aſſumuntur, debent ante oculos Dei à cũctis carnis cogitationibus mundi apparere. Tranſeunte ergo ſpiritu, pili pertimeſcunt, quia ante compunctionis vim cogitationes ſuperfluæ fugiunt, vt nil fluxum, nil iam remiſſum libeat: quia afflatam mentem etiam contra ſemetipſam viſitationis intimæ ſeueritas inflammat, vt dicit Gregorius. Leui. 14

Quinto diuina inſpiratio fit incomprehenſibiliter, quia ſcilicet nõ ita fit, vt per eam Deus comprehendatur, id eſt, vt apertè per eſſentiam videatur. Et ideo ſequitur. Stetit quidam cuius non agnoſcebam vultum: mens enim contemplantis Deum, vſque ad hoc quidem eleuari poteſt, vt cognoſcat Dei immutabilitatem, quam ſignificat per hoc, quod dicit: Stetit quidã. Creatura enim ex ſe non habet, quod ſtet, quia ſicut ex ſe nihil eſt, ita ex ſe in nihilum tenderet, ſi eam virtus Dei non teneret. Vnde omnis creatura, quia dependens eſt à Deo, ſecundum illud Ariſtot. A Deo dependet cælum, & tota natura, & ſecundum illud eiuſdem. Ab hoc quidẽ ente, ſcilicet Deo Ariſt. de cæl. & mund.

Digitized by Google

singulis deriuatum est esse, & viuere, his quidem clarius, illis vero obscurius. Ideo ex se nō habet stare, sed fluere. Stare ergo est, proprie solius creatoris, qui nulla
Iaco. 1. mutatione variatur Iacob. Apud quē non est transmutatio, neque vicissitudinis obumbratio. Vnde ipse immobilis stabilisq; manēs, dat cūcta moueri. Licet ergo mēs contemplantis pertingere possit ad cognoscendam Dei immutabilitatem, scilicet, vt cognoscat ipsum semper stare, sicut plerique Philosophi probauerūt, primum principium esse immobile, & æternum, tamen ad hoc in hac vita nunquam naturaliter pertingere potest, vt videat Dei faciē, id est, vt cognoscat ipsius quiditatem, & idco subditur. Cuius
Exo. 33. nō agnoscēbā vultum Exod. Posteriora mea videbis, faciem autē meam videre non poteris. Posteriora Dei dicuntur eius effectus, ex quibus de Deo cognoscimus potius quid non sit, quam quid sit, quod esset faciem videre: sed licet ipse Deus in se videri non possit, in sua tamen imagine, id est, in suo filio se nobis visibilem tribuit, sicut ipse filius dixit: Qui
Ioa. 14. videt me, videt & patrem meū. Vnde subditur: Imago coram oculis meis: Ipse enim Dei filius, qui est imago Dei secundum il-
Sap. 7 lud. Sap. Candor est lucis æternæ, & imago bonitatis illius, mortali nostra carne assumpta, etiam coram oculis carnis visibilis nobis apparuit. Ex his ergo manifestè colligitur, quod quicquid de Deo per contemplationem attingitur, valde tenuiter & imperfectè conspicitur. Et ideo subditur: Et vocem quasi auræ leuis audiui. Ista vox auræ leuis est Spiritus sancti inspiratio, quæ quia secundum modum nostræ capacitatis & imbecillitatis fit in nobis, ideo est ad modū auræ leuis, id est, temperata, & tenuis. Vnde Gregorius: Vox Dei quasi auræ leuis auditur, quia in hac adhuc Grego.
vita positis cōtemplatoribus suis nequaquam se diuinitas, sicut est, intimat. Sed lippientibus adhuc mentis nostræ oculis claritatem suam tenuiter demonstrat.

Sexto, diuina inspiratio fit vtiliter, quia per hanc homo de Dei æquitate, & de sua humilitate instruitur. Et ideo subditur, quod per istam vocem audiuit. Nunquid homo Dei comparatione iustificabitur? Quia enim opposita iuxta se posita magis eluceſcunt (vt dicit Philosophus) pro- Arist. 1.
ter quod accidit (vt dicit Gre- elen.
gorius) quod tanto quisque subtilius de tenebris iudicat, quanto ei clarius veritas lucis constat. Ideo eleuatus in Dei contemplationem, quanto melius conspicit rectitudinem iustitiæ diuinæ, tanto clarius cognoscit obliquitatem vitæ suæ. Vnde tunc apertè videt homo, quod in Dei comparatione iustificari non potest, quia (vt dicit Gregorius) Humana iustitia diuinæ iustitiæ comparata, iniustitia est: quia lucerna in tenebris fulgere cernitur, sed in Solis radio posita tenebratur; tunc etiam cognoscit quod si aliquid patitur, iustè patitur, ita quod de flagello Dei murmurare non debet. Et ideo subditur: Aut factore suo purior erit vir. Gregorius: Quisquis de percussione murmurat, quid aliud quam iustitiam ferientis accusat? puriorem ergo se vir factore suo existimat, si contra flagellum querelam parat, eique se proculdubio præponit, cuius iudicium de sua afflictione redarguit, signanter autem dicit Factore suo, quia non debet aliquis credere, quod creator creaturam suam, quam de nihilo fecit, ipse affligere velit, quod tunc

Digitized by Google

tunc, vt dicit Gregor. Eliphas dicit cum vocem auræ lenis audiuit: quia in consideratione diuinæ maiestatis discitur, quam humiliter in sua animaduersione timeatur, & qui superiora degustat, inferiora æquanimiter tolerat, quia plene intus conspicit quanti extimat, quod foris agit.

Hic plures eleganter explanantur Sanctorũ visiones, variaq; figura conscribuntur, quæ Dei virginem rationaliter designare videntur: cuius prærogatiua, dignitates, ac merita, ipsiusque assumptionis mysteria pluribus auctoritatibus ac exemplis patefiunt.

Cap. XX.

MAria mater Domini assimilatur illi sedi, quæ per visionem imaginariã ostẽsa fuit Beato Ioan. Vidi (inquit) & ecce sedes posita erat in cælo, & supra sedem sedens, & qui sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis, & sardinis, & iris, in circuitu sedis similis visioni smaragdinæ, huic enim sedi assimilatur Beata Virgo. Apoc. 4

Primo ratione artificij, quia ad modum & formam sedis fuit artificiata: Nam sedes est à terra eleuata, inferius clausa, & aperta superius. Sic ipsa fuit eleuata à mundo, clausa peccato, & aperta Deo Psal. Sedes tua Deus in seculum seculi. Psa. 44.

Secũdo ratione loci, quia posita erat in cælo, scilicet empyreo, vbi posita erat affectione, & contemplatione, & nunc est ibi glorificata etiam habitatione. Psal. Dominus in cælo sedes eius, vel posita, id est, per fidem firmiter stabilita in cælo, id est, in ecclesia militante. Psa. 102

Tertio ratione obsequij, quia super sedem sedens, scilicet Christus, qui licet super eam fuerit dignitate, tamẽ in ea sedit & quieuit incarnationis humilitate: Ezech Princeps ipse sedebit in ea. Ostendit ibi etiam Beatus Ioannes qualis erat ille sedens, quia qui se. e. simul. as. la. ia. & sar. Duplici lapidi assimilatur saluator noster Christus, ad designandam duplicem naturam in eo, scilicet diuinam, & humanam. Diuina natura in lapide iapidis designatur, quia iaspis viridis est coloris, qui inter omnes colores magis confortat, & delectat visum: & diuinitatis species super omnia intelligibilia magis delectat & confortat intellectum. Humana vero natura designatur in lapide sardinis, qui est coloris rubei, quia Christi humanitas rubricata fuit sanguine passionis. Isai. Quare rubrum est indumentum tuum. In visione seu cognitione harũ duarum naturarũ totus homo glorificatur. Vnde siue ingrediatur per intellectum ad conspiciendam diuinitatem, siue egrediatur per sensum ad videndam humanitatem in suo Saluatore, pascua inueniet intus in aspectu diuinitatis, foris in aspectu humanitatis. Eze 44. Isa. 44.

Quarto ratione ornamẽti, quia iris in circuitu sedis si. vi. sma. Et hic circuitu etiã competit Beatæ Virgini, quæ suam protectionẽ, virtutem, & gratiam vndique extendit, vniuersam ecclesiam protegens, & adiuuans. Eccl. Gyrum cæli circuiui sola. Duo autem colores principales iridis, scilicet igneus, & ceruleus, sunt duę virtutes beatæ Virginis, quia igneus est charitas, ceruleus est castitas. Sapien O quam pulchra est casta generatio cum charitate. Prouer. Byssus & purpura indumentum eius. Dicitur etiam esse smaragdo similis propter virorem fidei, quæ in ea nunquam emarcuit. Sap. 4. Pro. 31.

Item iris est signum clemẽtiæ, & reconciliationis Dei ad genus

humanum. Vnde propriè conuenit beatæ Mariæ virgini. Genes. Arcum meum ponã in nubibus cæli, & erit signum fœderis inter me & terram.

Gen. 9

Item iris est arcus sine corda ad nos inclinans cornua, in signum quod non vult ferire, sed parcere. Vnde etiam significat beatę Virginis pietatem, & misericordiam, quæ semper filium ad parcendum, & non ad feriẽdum inducit, dicens illud: Parce domine, parce populo tuo.

Ioh. 2.

Item beata Virgo assimilatur illi signo quod vidit Beatus Ioânes apparere in cælo. Apoca. Vbi dicitur: Signum magnũ apparuit in cælo. Mulier amicta Sole, & luna sub pedibus eius, in capite eius corona stellarum duodecim, & in vtero habens, & clamabat. Vbi dignitas matris domini nostri quadrupliciter declaratur.

Apo. 12

Primo ex antiquitate, in eo quod dicitur signum magnum, quia scilicet fuit in antiquo in magnis rebus præfigurata.

Secundo ex natiuitate, quia apparuit in cælo, id est, in ecclesia militante, scilicet quando nata est.

Tertio ex claritate, quia amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum.

Quarto ex fœcunditate, quia in vtero habens, & clamabat.

Primo, ergo Beata virgo dicitur signum magnum, quia scilicet fuit ab antiquo magnifice præfigurata: Fuit. n. præfigurata Beata Virgo in signo cæli. in signo regni, & in signo belli. De primo dicitur Gene. 9. Arcum meum ponam in nubibus cęli, & erit signũ fœderis inter me & terram. Et assimilatur illi arcui quo ad quatuor præcipuos colores, qui videntur respondere quatuor elementis, sicut dictũ est supra: Ipsa enim habuit colorem igneum in feruore charitatis.

Gen. 9

Item iacintinum in nitore sanctitatis, ceruleum in compassione pietatis, & gramineũ, siue viridem, in nitore virginitatis. Est etiam aliud signum in cælo, cui assimilatur Beata Virgo: Solet enim secundum computistas, Sol in medio mensium ingredi nouũ signum; in medio autem. Augusti. signum Virginis ingreditur: Sol autem, quãdo est in signo in quo creatus est, maximos dicitur habere effectus. Et ideo in assumptione quæ celebratur in medio Augusti. Sol iustitiæ ingressus est in signum Virginis gloriosæ: quia qui in virgine conceptus fuerat per incarnationem, in Assumptionis die ingressus est in eam per glorificationem: & ideo in eã, & per eam magnos effectus imprimit gratiæ, ita vt omnes possint ad eam confidenter accedere.

Item fuit præfigurata in signo regni, i. in sceptro siue virga aurea Assueri: Nã sicut legitur Hester 5, cũ rex Assuerus Iudæis esset iratus Hest. Regina ad interceedendum se contulit, & rex auream virgam pro signo clemẽtiæ ad eam extẽdit, & placatus fuit. Hæc virga aurea, est mater nostra virgo Maria, qua mediante, Deus humanæ naturæ, siue peccatoribus placatus est. Vnde ipsa data est nobis in signum clementię & misericordiæ, ad quam fugientes liberantur.

Hest. 5

Item præfigurata fuit in signo belli, de quo Mach. Dato, inquit, signo adiutorij Dei, commiserũt cum Nicanore, & vicerunt. Sic Iudæi, id est, confitentes, scilicet, qui Christum & Beatam Virginem confitentur, & laudãt, habent signum adiutorij Dei, scilicet gloriosam Virginem adiutricem, cuius ope diabolum vincũt, & in fugã cõuertunt, vnde Prop. hoc signum petens dicebat: Fac

2. Mach.

Psal. 85.

mecum

Digitized by Google

mecum signum in bonum, vt videant qui oderunt me, & cõfundantur, quoniam tu dominc adiuuisti me, & consolatus es me.

Secundo describitur ex natiuitate, quia apparuit in cælo, id est, in ecclesia militante: Tunc enim primo apparuit, quando in mundo nata fuit. Sed nota, quod beata Virgo apparuit sicut flamma, sicut rota, sicut stella, & sicut fœmina. De primo dicitur Exo. Apparuit dominus in flamma ignis de medio rubi. Hæc flamma fuit beata Virgo diuino amore inflammata, in qua dominus apparuit, dum incarnatus fuit: Exod. 3.

Itẽ apparuit sicut rota. De qua Ezech. 1. Apparuit rota vna super terram iuxta animalia, quatuor habens facies. Hęc rota fuit Virgo beata: ipsa enim fuit rota dęmonibus terribilis. Dicitur enim quod leones terrentur quando audiunt strepitus rotarum. Hęc fuit super terram, id est, à terrenis eleuata; cogitatione, affectione, & cõuersatione: iuxta animalia, id est, iuxta Euangelistas tempore, & familiaritate: vnde multa eos edocuisse creditur de Christo filio suo, præcipue beatum Lucã, vnde ipsa habuit quatuor facies, idest, notitiam et fidem omnium quæ quatuor Euãgelistæ de Christo scripserunt: vel quatuor facies, id est, quatuor virtutes cardinales, scilicet iustitiam, prudẽtiam, fortitudinem, & temperantiam. Vel quatuor facies, id est, quatuor aspectus, quarum vnam ad Deum vertit pro nobis interecedendo. Aliam ad paradisum, id est, ad beatos eos lætificando: Lætificãtur enim Sancti qui sunt in cælo, non solum de aspectu regis, sed etiam Reginæ, qua mediante saluati sunt. Ezech. 1.

Tertiam vertit ad mundum, mi serando & protegendo. Quãtam vertit ad diabolum exterrẽdo, & expellendo. Vnde dicitur esse dæmonibus terribilis, vt castrorum acies ordinata.

Item apparuit vt stella. Matth. Diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuerat eis: Est enim vt stella matutina, quę diem, id est, Christum adduxit. Mat. 4

Item, vt stella marina, quæ nauigantes per mundi pelagus ad portum salutis dirigit. Vnde & stella antecedebat eos, vsque dũ veniens staret supra vbi puer erat, scilicet Iesus, qui salus interpretatur. Mat. 4

Item, vt stella vastatiua, scilicet vltiorum. Num. Orietur stella ex Iacob, & cõsurget virga de Israel, & percutiet duces Moab, vastabitque omnes filios Seth. Nu. 24.

Item apparuit vt fœmina. 4. Reg. Apparuit fœmina, cuius filius mortuus erat: Maximè enim in morte Christi filij sui femineũ & maternum ostendit affectum, dolendo, & plorando. Patet igitur, quod beata Virgo tanquam flamma accendit, & calefacit frigidos in dilectione charitatis, & tanquam stella illuminat dubios in cognitione veritatis: & tanquam rota perstrepens exterret leones, id est, superbos, timore humilitatis, & tanquam fœmina pia confortat & securat pusillos in spe suę pietatis. Et de istis quatuor loquitur Ecclesiast. dicens: Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. 4. Reg. 4.

Tertio describitur ex claritate: quia mulier amicta sole, vbi ostenditur beata Virgo esse clara, & luminosa à parte inferiori, quia Luna sub pedibus eius.

Item à parte superiori, quia in capite eius corona stellarũ duodecim. Dicit ergo primo, Mulier amicta Sole, id est, fulgore gratiæ Spiritus sancti Et hæc gratia fuit septiformis secundum septem

Digitized by Google

dona Spiritus sancti quæ fulserũt in ea, quæ scilicet repræsentantur in septem effectibus Solis.

Primus effectus est calefactio, & hic ex dono sapientiæ, quæ calefacit in amore Dei, sui, & proximi. Ecclesia. Tripliciter Sol exurens montes, id est, excelsas mẽtes inflammans triplici amore, vt dictum est. Vel aliter in amore Dei tripliciter, scilicet toto corde, tota anima, & tota mente, radios igneos exsufflans, id est, calidas affectiones immittens. 2. Machabæorum Refulsit Sol qui prius erat in nubilo, & accensus est ignis magnus: Spiritus enim gustans Deum per donum sapientiæ, inardescit in amore ipsius. Augustinus: Gustaui, & esurio, ac sitio, tetigisti me, & exarsi in concupiscentiam tuam Ecclesiastic. Qui edunt me, adhuc esurient.

Eccl. 44 — 2 Ma. 1 — Augu. — Eccl. 24

Secundus effectus est illuminatio, quæ pertinet ad donum intellectus. Ecclesiastic. Sol illuminans per omnia respexit, id est, omnia respicere facit in cælo summa gaudia, in inferno summa supplicia, in mundo pressuras, & angustias, in seipso peccata & negligentias 2. Machabæorum: Refulsit Sol in clypeos aureos, i. in Christum, & Mariã, & resplenduerunt montes ab eis, id est, electorum mentes.

Eccl. 42 — 2. Ma. 6.

Tertius effectus Solis est denudatio, quia facit vestes exuere, & hoc ad donum consilij refertur: quia docet veterem conuersationem, & secularem vitam deponere. Canticorum: Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decolorauit me Sol.

Can. 1

Quartus effectus Solis est cõsolidatio, & hęc ad donum fortitudinis pertinet, per quod mens solidatur Ecclesiasti. Homo sanctus in sapientia sua manet sicut Sol, id est, firmus.

Eccl. 27

Quintus effectus Solis est regulatio totius vitæ humanæ, & hoc pertinet ad donum scientiæ, per quod scimus cõuersari in medio nationis prauæ, vt dicit Augustinus. Vnde Apostolus: Inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo.

Augu.

Sextus effectus Solis est liquefactio, & hic ad donum pertinet pietatis, quo liquescit anima in compassione proximi. Exod. Cũ incalesceret Sol, liquefiebat mãna. Sapient Quod igne non poterat exterminari, statim exiguo radio Solis tabescebat, psalmista: Flabit spiritus eius, & fluent aquæ.

Exo. 26. — Sap. 16. — Psa. 147

Septimus effectus Solis est desiccatio humidorum; & hoc ad donum pertinet timoris, quo carnalis concupiscentia desiccatur. Vnde Iaco. Exortus est Sol cum ardore, arefecit fænum, id est, carnem: quia omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Propter hos septem Solis effectus dicitur: Lux Solis septempliciter erit sicut lux septem dierum. Et propter hos septem Solis effectus saluatur homo, & ideo dicitur, Cras erit nobis salus cum incaluerit Sol.

Iac. 1. — Isa. 40. — 1. Reg. 11.

Secundo Beata Virgo ostenditur fuisse etiam illuminata à parte inferiori. quia Luna sub pedibus eius. Vbi per Lunam designatur mutabilitas, quæ est quadruplex: vna naturæ, quæ etiam est in Angelicis spiritibus, qui sunt mutabiles per naturam, & immutabiles per gratiam. Iob: Ecce qui seruiunt ei nõ sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem.

Iob. 41.

Secunda est fortunæ in rebus temporalibus Eccle. Vanitas vanitatum & omnia vanitas.

Eccl. 1

Tertia est culpæ in peccatoribus, scilicet de culpa in culpam.

Oseæ

Osee. Sanguis sanguinem tetigit, id est, vnum peccatum ad aliud traxit.

Iob. 14. Quarta est miseriæ in humanis corporibus. Iob: Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis, & c. nunquam in eodem statu permanet. Hæc quadriplex Luna, id est, mutabilitas, fuit sub pedibus beatæ Virginis.

Primo mutabilitas creaturæ cælestis, quia scilicet Angeli eius subduntur imperio. Vnde competit ei illud Geneſis: Vidi per somnium quasi Solem, & Lunã, & Stellas vndecim adorare me Vt per Solẽ intelligatur suprema angelorũ Hierarchia, per Lunam Hierarchia media, per Stellas vero Angeli infimæ Hierarchiæ, qui omnes beatam Virginem adorãt, & venerãtur. Nomine etiam Lunæ intelligitur mutabilitas fortunæ, sui infimæ hierarchiæ, qui omnes beatam Virginem adorant, & venerantur. Nomine etiam Lunæ intelligitur mutabilitas fortunæ.

Ge. 37.

Eccl. 27. Eccl. Stultus vt Luna mutatur, quia secundum quod bona temporalia fluunt, & refluunt, mutatur animus eius. Istam Lunã beata Virgo sub pedibus habuit, quia omnia temporalia calcauit per paupertatem voluntariam, quam elegit: Si enim ista temporalia calcaremus pedibus, & nõ tangeremus affectibus, veraciter nostra

Deu. 11 essent. Deut. Omnis locus, quem calcauerit pes vester, vester erit. Luna tamen quanto magis Soli coniungitur, tanto magis luce priuatur, & quanto magis se à Sole elongat, tanto maiore luce coruscat: quia multi prælati quãto magis approximant ad Deũm per aliquam dignitatem, tanto magis obtenebrantur per iniquitatem: & quanto magis elongantur, dignitates fugiendo, tanto magis illuminantur lumen gratiæ recipiendo.

Nomine etiam Lunæ intelligitur mutabilitas culpæ. Vnde dicitur de viro sancto, & perfecto. Per diem Sol non vret te, neque Luna per noctẽ, quia anima sancta, neque in die prosperitatis cadit in peccatum per amore male inflammantẽ, neque in nocte aduersitatis per timorem male humiliantem. Istam Lunam Virgo Maria sub pedibus habuit, quia nulla culpa in ea vnquam prænalere potuit. Et ideo in Psalmo non dicitur Luna simpliciter, sed Luna perfecta in æternum. Luna autem tunc perfecta erit, quando sine macula erit, quando scilicet verificabitur, quod dicitur Isa. 30. Erit lux Lunæ sicut lux Solis. Fuit igitur sicut Luna perfecta, quia sine omni peccati macula, tam mortalis, quam etiam venialis.

Psa. 120

Psa. 88.

Isa. 30.

Nomine etiam Lunæ intelligitur mutabilitas miseriæ. Psalm. Orietur in diebus eius iustitia, & abũdantia pacis, donec auferatur Luna. glossa, id est mutabilitas, quæ per Lunã significatur. Sicut enim Luna crescit, & decrescit, sic & humanũ corpus multiplici mutabilitati subditur. Ro. Vanitati creatura subiecta est. Et quia ipsa mutabilitas miseriæ tolletur in resurrectione die nouissimo, subditur ibi, Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis. Ista Lunam beata Virgo sub pedibus habet, quia perfectam corporis immortalitatẽ possidet, & super omnes angelorum ordines in anima & in corpore glorificata manet. Vnde Psalm. Caligo, id est, humana mortalitas sub pedibus eius, ascendit super Cherubin, & volauit: vo. super. pen. ven. Ipsa igitur Virgo beata Lunã sub pedibus habuit, scilicet cælestem naturam, ei præsidendo, prosperitatẽ humanã, eam despiciendo,

Psa. 71

Rom. 8.

Psa. 17

Digitized by Google

omnem culpam, ipſam pœnitus vitando; & humanam miſeriam, immortalitatem induendo.

Tertio fuit illuminata à parte ſuperiori, quia in capite eius corona ſtellarum duodecim. Iſtæ duodecim ſtellæ, ſunt duodecim eius prærogatiuæ ſuper omnes mulieres, quarũ quatuor habuit ex parte corporis & animæ.

Prima fuit vteri ſanctificatio, ſecunda Angeli ſalutatio, tertia Spiritus ſancti ſuperuentio, quarta filij Dei conceptio. Alias quatuor habuit ex parte animæ.

Prima fuit eius humilitas, quia Luc.1 dixit: Ecce ancilla Domini, &c.

Secunda eius prudentia, quia queſiuit, Quomodo fietiſtud, &c.

Tertia fuit erubeſcentia, quia turbata eſt in ſermone Angeli.

Quarta fuit charitas, qua ſeruiit cognatę, & quia vino deficiẽte in nuptijs, dixit filio: Vinũ non Ioan.2. habent. Alias quatuor habuit ex parte corporis, quæ fuerunt æternitas ſine corruptione. Virginitas cum fœcũdatione, grauitas ſine grauamine, & partus ſine dolore. Fuit ergo mater incorrupta, Virgo fœcunda, ſine grauamine grauida, ſine dolore puerpera. Et iſtæ duodecim, ſunt nouẽ ordines Angelorum, & tres ordines beatorum, ſ. Martyres, Confeſſores, & Virgines, qui eã coronant, quia ipſam perpetuo venerãtur, admirantur, & laudant: Seraphin enim admirantur, & laudantin ea charitatẽ tam ſuccenſam, Cherubin ſapiẽtiam tam profundam, Throni pacem & quietẽ in Deo ſic tranquillam, Dominationes tantam ſuper Angelos præeminentiam, Virtutes tantam miraculorum efficaciam, Poteſtates tantam ſuper dæmones potentiam, Principatus tantam de omnibus regnis prouidentiam, Archangeli tantam de omnibus locis diligentiam, Angeli tantã de ſingulis perſonis cuſtodiam, Martyres tantam in tribulatione cõſtantiam, Confeſſores tantam ſobrietatem, & temperantiam, Virgines tantam puritatem, & munditiam.

Quarto eius dignitas oſtenditur ex eius fœcunditate, quia in vtero habens filium Dei cõceptum, ſcilicet in annunciatione, clamabat ſpiritu, Deum magnificando, quando dixit: Magnificat anima mea Dominum. Sed nota, quòd Luc.1. habuit in vtero paternum ſplendorem. Hebr. Qui cùm ſit ſplẽdor Heb.1 gloriæ, &c.

Item niueum candorem. Sap. Cãdor eſt lũcis æternæ, & ſpeculum ſine macula. Sap.7.

Item diuinum odorem. Eccle. Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris. Eccl. 24

Item ſuauem dulcorem ibidem. Spiritus meus ſuper mel dulcis, & hæreditas mea ſuper mel & fauum.

Item cæleſtẽ ignem. Heb. Deus noſter ignis cõſumens eſt. Ex hoc Heb.12. ergo, quod habuit in vtero paternum ſplendorem, fuit in ea mirabilis claritas. Ambr. Quid mirabilius matre Dei? quid ſplen- Ambr. didius ea quam ſplendor eligit, quid caſtius ea, quæ corpus ſine corporis contagio generauit?

Quia vero habuit niueum cãdorem ſiue ſplendorem, remãſit ibi mirabilis puritas. Can. Tota pulchra es amica mea, & macula nõ Cant.4. eſt in te. Anſelmus. Decebat vt virgo ea puritate niteret, qua Anſel. maior ſub cælo nequit intelligi.

Quia vero diuinum odorem habuit, remanſit ibi mirabilis ſuauitas. Vnde clamabunt adoleſcentulæ: Trahe me poſt te, curremus in odore vnguentorum tuorum. Eccle. Sicut cinamomum, & Eccl. 24 balſamum aromatizans odorem dedi. Sed quia habuit ſuauem dulcorem, remanſit ibi mirabi-

lis

lis pietas. Vnde ipsa dicitur mater gratiæ, mater misericordiæ.

Quia vero habuit cœlestē ignem, remansit ibi mirabilis charitas, per quem diabolum succēdebat.

Iud 9. Iudith. Percutiēs eum ex labijs

Cant. 8 charitatis meæ: per hanc enim omnia aduersa superabat. Canti. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem.

Item Maria mater Domini assimilatur arcæ testamenti in visione beati Ioannis, quæ habetur

Apoc. 11 Apoc. vbi dicitur, quod visa est arca testamenti Domini in templo eius, & facta sunt fulgura, & voces, & terremotus. Vbi primo nota aspectum dignitatis, quia visa est arca Domini.

Secundo sitū sanctitatis, quia in loco sancto, i. in templo.

Tertio effectū potestatis, quia facta sunt fulgura. Et circa primum nota, quod per arcam Domini intelligitur virgo beata Maria. Et hoc patet ex tribus, scilicet ex materia, ex mensura, & ex continentia, i. ex ipso contento. Siquidem materia arcæ veteris Testamēti de qua fabricata fuit,

Exo. 25 fuerunt ligna Sethim, sicut patet Exod. 25 secundum autem Hier. ligna Sethim inter cætera ligna habent leuitatem, pulchritudinem, & fortitudinem, & imputribilitatem. Per quæ intelliguntur quatuor virtutes Mariæ: Nam leuitas competit eius paupertati, per quam fuit à terrenis affectibus & solicitudinibus exonerata, &

Isa. 19 alleuiata Isa. Ascendet Dominus super nubē leuem, id est, Mariam pauperem, quæ nubes quidem fuit, quia ex terra nata, sed tamen fuit leuis à mundi affectibus, & solicitudinibus exonerata. Pulchritudo vero competit eius puritati, per quam immunis fuit ab omni deformitate

Cant. 4 peccati. Cantic. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Fortitudo autē competit eius stabilitati, scilicet in fide, & patientia. Prouer. Fortitudo & de- Pro. 31.
cor indumentum eius. Eccl. Co- Eccl. 26
lumnæ aureæ super bases argenteas, & pedes firmi super plantas stabilis mulieris. Imputribilitas cōpetit eius virginitati. Sap. Clara est, quæ nunquam marcescit. Sap 6.

Secundo illa arca figurabat beatam Virginem ratione mensuræ, quia sicut dicitur Exod. Longitu- Exo. 25
do arcæ habebat duos cubitos, & semis latitudo cubitum & dimidium, altitudo similiter cubitum & semis. Iosephus autem dicit, quod facta est arca quinque palmorum longitudinis: quia scilicet beata Virgo quinque sensus ab initio vitæ vsque ad finem in omni sanctitate longanimiter eustodiuit & seruauit.

Trium autem palmorum erat latitudo, quia restauratione Angelorum, & redemptione hominum, & totius vniuersi renouationem auidissimè procurabat. Cubitum & semissem habebat altitudo, quia eius contemplatio plena erat in fide, semiplena in comprehensione, vel certe, quia eius celsitudo humanam & angelicam naturam excellebat: sed vsque ad filij excellentiam minimè ipsa attingebat.

Tertio figurata est beata Virgo per arcam ratione continentiæ: quia in arca continebantur tabulæ testamenti: Deuteronomium, & virga Aaron, vrna aurea in qua erat manna. Quæ omnia competunt beatæ Mariæ: Custodiebat enim Virgo beata rigorem disciplinæ, qui designatur per virgam, legem decalogi, quæ per tabulas, euangelium Christi, quod per Deuteronomium, quæ est lux secunda; & ipsum Christum, qui per vrnam plenam manna. Vel per ista quatuor intelligitur Iesus Christus, qui in

ista

ista area habitauit, in quo quatuor fuerũt, scilicet diuinitas dulcissima, quæ per manna, anima sapientissima, quæ per Deuteronomium siue secundam legem, caro mũdissima, quæ per virga Aaron quę floruit, & spiritus humanus sapiẽtissimus, qui per tabulas testamenti, in quo erant scripta Dei mandata, significantur. Templum autem in quo hęc area fuit est triplex, primum in quo fuit fabricata, & sanctificata, & istud fuit vterus matris suæ, scilicet
3 Re.8 Annæ beatæ. Dicitur enim Reg. quod intulerunt arcam Domini in locum suum, in oraculum tẽpli, in Sancta Sanctorũ. Hæc arca fœderis Domini, fuit beata Maria, quam Deus, sterilitatem parentũ auferens, & Angelus promissionem deferens, & Ioachim generationi operã præbens, introduxit in locum suum, id est, in vterum beatæ Annę, de qua subditur. In oraculum templi: Ipsa enim Anna beata templum Dei fuit, cuius oraculum fuit mens ipsius, Deo deuota, & orationi dedita, in cuius etiam vtero beata Virgo post conceptionem sanctificata fuit, vt esset Sancta Sanctorum, id est, super omnes Sanctos sanctificata, vel vt ipsa beata Virgo etiam in vtero matris præpararetur ad generandum Sanctum sanctorum.

Secundum fuit templũ in quo fuit purificata, templum scilicet Salomonis, in quo etiam obtulit filium suum obuiante sancto Simeone. Luc.: Venit in spiritu in
Luc.2. templum, & cum inducerẽt puerum Iesum, &c. vt scilicet nos studeamus animã nostram, dum est in templo corporis, vel mundi, solicitè purgare, scilicet per pœnitentiam, & spiritum nostrũ Deo offerre, scilicet per orationẽ deuotam.

Tertium est templũ in quo fuit glorificata, & hoc fuit in assumptione, cum scilicet ingressa est templum cælestis gloriæ. Et de hoc templo dicitur: Dominus in templo sancto suo, Dominus in cælo sedes eius. Ad hoc igitur cęleste templum deducta fuit arca, id est, beata Virgo, cum honorabili societate, cũ ineffabili iocunditate, cum admirabili claritate, & cum terribili potestate.

De primo dicitur figuratiue, 2 Reg vbi legitur, quod Dauid, 2.Re.6
& omnis Israel, ducebant arcam Domini cum gaudio, & erãt cum Dauid septem chori. Per Dauid intelligitur Christus, per septem choros vniuersitas angelorũ, vel tres chori fuerunt ante nouum testamentum, scilicet Angeli, Patriarchæ, & Prophetæ, & quatuor in nouo, scilicet Martyres, Confessores, & Virgines, & ipsi Apostoli, qui nutu Dei ad literam interfuerunt eius exequijs. De ista honorabili societate cantat Ecclesia. Vidi speciosam sicut colũbam, &c. & sicut dies verni circundabant eã flores rosarum, & lilia conuallium. Per flores rosarum (secundum Hierony) intelligunrur omnes Martyres sanguine rubricati. Per lilia omnes Angeli, Confessores, & Virgines.

Secundo, assumpta est cum ineffabili iucunditate, quod significatum est Reg. vbi dicitur: Da- 1.Re.6.
uid, & omnis Israël ducebant arcam testamenti Domini in iubilo, & clangore buccinæ. Et ibidẽ, Dauid autem, & omnis domus Israel ludebant corã Domino in omnibus lignis fabrefactis, & cytharis, & lyris. Circa quod notãdum est, quod (sicut dicit Augu. super Psalmos, & Hugo de sancto Victore.) triplex est sonus musicus. Vnus qui fit cũ voce, sicut in cantu. Alius cum flatu, sicut in buccina: tertius cum pulsu, sicut in cythara. Sonus ergo

vocis

Digitized by Google

vocis tangitur cum dicitur: In iubilo, quia iubilatio est cātus modulatio, Sonus flatus cum dicitur in clangore buccinæ. Sonus pulsus in lignis fabrefactis, & citharis. Vnde per hoc dat intelligere, quod in deductione huius aſcæ, in templo cæli fuit omnis modulatio, siue suauitas musica.

Tertio fuit assumpta cum mirabili claritate. Cāt. Quæ est ista, quę progreditur quasi aurora cōsurgens? In quo ostenditur, quod aſcendit cum claritate corporali, scilicet corporis glorioſi, depoſita ſcilicet omni obſcuritate corporeæ corruptionis, ſicut aurora noctem relinquit, & diem adducit. Sequitur: Pulchra vt Luna. Et in hoc oſtenditur, quod cū claritate ſpirituali, id eſt, cum anima beata: Sicut enim Luna poſt Solem, ſaltem quantum ad apparētiam, maiorem habet claritatē, ſic ipſa poſt Chriſtum maiorē, ſecūdum eſſentiam & veritatem, habuit beatitudinem. Sequitur. Electa vt Sol. In quo oſtenditur, quod aſcendit cum claritate ſuperſubſtantiali, id eſt, cum filio ſuo ſibi occurrente, qui eſt verus Sol. Et ſequitur adhuc: Terribilis, vt caſtrorum acies ordinata. In quo oſtenditur, quod aſcēdit cū claritate intellectuali, id eſt, cum luce Angelica, quia totus Angelorum exercitus ad ipſam venit, & ipſam vſque ad cęlum aſſociauit. Et ideo dicitur, vt caſtrorum acies ordinata: quia quidam eam præcedebāt ſicut domicelli, quaſi viam tātæ dominæ præparātes: quidam comitabātur ſicut baiuli, quaſi ipſam ad ętheta deducētes: quidam ſubſequebantur tāquā famuli, quaſi eius obſequijs famulantes. Omnes autem aſſociabant ſicut ioculatores deuoti, laudes dulciſſimas modulantes. Cant. 6

Quarto ſequitur effectus poteſtatiſsquia facta ſunt fulgura, & voces, & terremotus? Dum enim ſic triumphaliter aſcenderet, facta ſunt fulgura, id eſt, terrores dæmonū, ſcilicet fugientium, & voces, ſcilicet Sanctorum iubilātium, & terremotus, id eſt, commotio Iudæorum concurrētium, de qua ſcilicet Iudæorum cōmotione multa narrantur in libello de aſſumptione, quē trāſtulit beatus Hieronymus.

Mare vitreum à Ioanne præviſum, vitam hanc miſeria plenam, quoad omnia peccata ſignificare affirmatur.

Cap. XXI.

MVndus aſſimilatur illi mari vitreo, quod Ioannes vidit per viſionem imaginariam. Apo. vbi dicitur: Vidi in conſpectu ſedis tanquam mare vitreum ſimile cryſtallo: Eſt enim mūdus mare tumidum per ſuperbiam, liuidum per inuidiam, feruidū per iracundiam, profundum per auaritiam, inquietum per accidiam, ſpumoſum per luxuriam, abſorbens per caſtrimargiā, vbi etiam maior piſcis minorem deuorat. Abac 1. Facies hominis ſicut piſces maris. Pſalm. Hoc mare magnū, & ſpacioſum manibus &c. Dicitur autem vitreum propter fragilitatē. Ioan. Mūdus tranſit, & concupiſcentia eius 1. Corint. Prætерit enim figura mūdi huius. Dicitur etiā ſimile cryſtallo propter frigiditatem, & malitiam obſtinationis Eccle. Gelauit cryſtallus ab aqua. Apoc. 4 Aba. 1. Ioan. 1. 1. Cor. 6 Gen. 43

Chriſti paſſiones in Ioſeph manipulo figurata, ipſiuſq; merita cæterorū Sanctorum merita, & paſſiones, in fratrum manipulis deſignata, plurimum excedere deſignātur.

Cap. XXII.

PAſſio, & perfectio Chriſti exceſſit paſſiones, & perfectiones omniū ſanctorum, quod oſtenſum eſt per ſomnium Ioſeph quod habetur in Geneſ. Audite ſomnium Ge 37.

Digitized by Google

somnium meum quod vidi: putabam colligere nos manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum, & stare, veltrosq; manipulos circunstantes adorare manipulum meum: Manipulus enim Ioseph, est collectio cõtumeliarum & passionũ Christi,
Amo.9. quæ Amos vlt. fasciculus vocatur, qui ædificat in cælo ascensionem suam, & fasciculum suũ super terram fundauit: Nam Christus per fasciculum passionum sibi fecit gradus ascẽsionis in cælum. Manipuli autem fratrũ Ioseph, significant collectiones pœnarũ, & passionum aliorũ Sanctorum. Quod igitur manipuli eorũ manipulum Ioseph adorauerunt, nihil aliud est, quam recognoscere quod passiones eorum nihil sunt respectu passionis Christi, & quod eorum passiones ex Christi passione virtutem & meritũ habent. Vel quia manipulus dicitur à manu. Per manipulum Ioseph, intelligimus virtutem & perfectionem operũ Christi, per manipulos vero fratrum eius, intelligimus merita siue fructus operum aliorum Sanctorum, de
Psa.125 quibus Psalmus: Euntes ibant, & flebant, mittẽtes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Quod igitur manipuli eorum illius manipulum adorant, est quod merita eorum in comparatione illius, deficiendo se humiliant. Quia vero in prædicto somnio fit mentio de agro, cum dicitur: Putabam colligere nos manipulos in agro.

Notandum est, quod sicut dicunt somniorũ interpretes, ager somniatus diuersam habet significationem: Nam aliquando refertur (vt dicunt) ad somniantis maligaitatem, sicut referũt quod quidam de principibus venit ad magnum somniorum interpretem, qui vocabatur Setim, & dixit ei: Vidi per somnium in agro spatioso & plano me stare, qui primum quidem apparuit dẽsus, & herbidus, postea nudus, & aridus, cui respondit interpres, hoc infidelitatem & versutiam protendit somniantis, & vere sic erat in re sicut dixit: O Nirochitis, id est, somniorum discretor, vel iudex. Vnde varietas agri somniata ad versutiam & instabilitatem refertur somniantis. Quandoque vero ager somniatus refertur ad loci fertilitatem, sicut in supradicto somnio Ioseph, ager significabat terram fertilem Aegypti, in qua Ioseph à fratribus suis erat adorandus.

Principis Pistorum Pharaonis somnium interpretatur: per quod peccati grauitas, ipsiusq; quoad principium ac finem malus effectus ostenditur, quod pariter per librum in visione à Ioanne denotatum terminatur.

Cap. XXIII.

PEccatum primo hominem ligat, & per obstinationem includit, deinde ad inferni patibulum deducit, quod ostenditur ex somnio pistoris Pharaonis, quod habetur Gene vbi dicitur, quod Gen.25
Pistorum princeps ait: Ego vidi somnium, quia tria canistra farinæ habere super caput meum, & in vno canistro, quod erat excelsius, portare me putabam omnes cibos qui fiunt arte pistoria, auesq; comedere ex eo. Respondit Ioseph: Hęc est interpretatio somnii, tria canistra, tres adhuc dies sunt, post quos auferet Pharao caput tuum, ac suspendet te in cruce, & lacerabunt volucres cæli carnes tuas. Iste pistor significat peccatorem, qui moritur in peccatis: Tria enim canistra farinæ, tria peccata sunt, scilicet cordis, oris, & operis, quæ tunc sunt super caput, quando dominantur

Digitized by Google

mantur menti. Vel ista tria, sunt tria vitia magna, & principalia, s. auaritia, luxuria, & superbia, quorū excellius est superbia, in quo omnia cibaria quodāmodo sunt, id est, omnia peccata quibus mali pascuntur, quia, s. in initiū omnis peccati est superbia. Aues autem quæ de hoc canistro pascuntur, dæmones sunt, quorum proprium vitium superbia est. Tres autem dies sunt tempus natiuitatis, tempus vitæ, & tempus mortis peccatoris, post quos peccator educitur à carcere mundi, vel corporis. Vnde tunc auferetur caput, id est, rationalis mens, secundum quam anima à corpore reparatur, quæ in homine principare debuit, & suspenditur misera anima in tormento gehennæ, vbi aues lacerant eius carnes, id est dæmones delectantur in pœnis quas anima sustinet pro peccatis quæ gessit in carne. Quia igitur in prædicto somnio Ioseph per tria canistra intellexit tres dies, post quos somnium implēdum erat, notandum est, quod (sicut dicunt somniorum interpretes) tempus impletionis somnij accipitur dupliciter. Aliquando quidem ex numero & ordine rerum quæ in somnio apparent, sicut in somnio Pharaonis Ioseph per septē boues, vel spicas, intellexit septem annos, & quod post septem pingues, vel plenas boues siue spicas, veniebant septem tenues, intellexit quod septē annos vbertatis sequerentur septem anni sterilitatis. Similiter in somnio pincernæ per tres propagines accepit tres dies, post quos somnium implendum erat. Et in hoc somnio pistoris, (vt dictum est) per tria canistra intellexit tres dies, aliquando vero (vt dicunt) determinatur tempus impletionis somni ex hora qua quis somniū videt, vnde dicunt, quod somniorū quæ apparent à nona hora noctis vsq; ad initium aurorę, non differtur impletio nisi vsque ad annum, vel sextum mensem, vel tertium, vel decem dies, & illa sunt veriora & validiora, quæ fiunt ante lucē, somnia vero, quæ fiunt in luce aurorę, vltra tertium diem non protenduntur.

Ecclo. 10

Item peccatum licèt in fieri habeat delectationem, tamen in fine habet amaritudinem, dum assimilatur illi libro de quo agitur in visione beati Ioannis, vbi dicitur: Accepi librum, & deuorauī illum, & erat in ore meo tāquam mel dulce & cū deuorassem eū, amaricatus est venter meus. Ille liber representat peccatum quod vocatur liber, quia scribitur illa scriptura, de qua dicitur: Peccatū Iudæ scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino, exaratum super latitudinē cordis eorū. Tunc autem deuoratur, quādo cū delectatione impletur, & tunc habet in gustu, i. in fieri dulcedinē mellis, id est, vehementiā delectationis. sed post deuorationē, id est, post trāsitum delectationis amaricatur venter animæ, id est memoria seu conscientia pœnitudine repletur. Vnde Philosophus dicit quod mali replentur pœnitudine. Prouer. Nouissima illius amara quasi absynthium.

Apo. 10

Hier. 17

Prou. 5

Penitentiam hominem à peccati carcere eruere, ac in gratiam restituere, per Pincernarum præpositi somnium à Ioseph explanatum ostenditur: quæ etiam pauli subsecutitio ex ordeo confecto, in castra Madian descendenti comparatur, ipsiusq; partes & perfectiones clarè indicantur.

Cap. XXIIII.

POenitentia liberat hominem à carcere peccati, & restituit hominem ad gratiam Dei, quod ostenditur ex somnio Pincernæ Phaaonis, de quo habetur in Gene.

Digitized by Google

Gen. vbi dicitur. quod narrauit
Gen. 40 præpositus pincernarum somniũ suum: Videbam coram me vitem in qua erant tres propagines, crescere paulatim gẽmas, & post flores vuas maturescere, calicẽque Pharaonis in manu mea. Tuli ergo vuas, & expressi in calicem quem tenebam, & tradi poculum Pharaoni. Respondit Ioseph. Hæc est interpretatio somnij, tres propagines, adhuc tres dies sunt post quos recordabitur Pharao ministerij tui, & recipiet te in gradum pristinum, dabisque ei calicem iuxta officiũ tuum, sicut ante consueueras, tantum memento mei cum bene tibi fuerit. Iste pincerna reus, & in carcere positus, & postea liberatus, significat eos qui, & si peccant, tamen per pœnitentiam liberantur. Vitis autem est pœnitentia, cuius tres propagines sunt contritio, confessio, & satisfactio, ex quibus producuntur gemmæ bonarum cogitationum, & flores bonarum affectionum, & fructus maturi perfectarum operationũ, quæ etiam exprimuntur per tollerantiam passionum, vt conformetur passioni Christi, quod est exprimi in calicem regis. Ad hoc idem refertur interpretatio, quia tres propagines sunt tres dies, id est, tres animæ illuminationes, vnus in peccati recognitione, alius in peccati propalatione, tertius in peccati redemptione: primum facit contritio, secundum confessio, tertium satisfactio. Post quos Pharao, id est, Deus, recordabitur peccatoris, & pristinæ innocẽtiæ eius, per misericordiã, & restituet eum ad pristinũ statum gratiæ: Quod autem Ioseph subdidit: Memento mei, dum bene tibi fuerit; est verbum, quod potest Christus dicere ei, qui percussus tribulatione, vel infirmitate est, memor eius, & redit ad cor, & pœnitet, vt liberetur. Psalmus. Cum occideret eos quærebant eum, & reuertebãtur, & diluculo veniebant ad eum. Sed tamen quandoque tales postquam liberati sunt, & ad sanitatem, vel prosperitatem reducti, non amplius recordantur Dei, nec bonum quod incœperũt prosequũtur, sicut de isto pincerna scribitur, quod postquam liberatus est, succedentibus prosperis oblitus est interpretis sui. Aliqui autem sic exponunt, quod in hac vite somniata, significatur Christus, vel ecclesia. Tres autẽ propagines in vite, sunt tres gradus fidelium ecclesiæ, scilicet coniugatorum, qui sunt in mora operationis, continentium, qui sunt in lecto contemplationis, & Virginum siue rectorum, qui sunt in agro prædicationis. Hi sunt tres status incipientium, proficientiũ, & perfectorum, quos Christus exprimit in Euangelio. Est ergo sicut palmes in vite fidelis in vnitate Ecclesiæ, extra quam nullum fructum meritorium æternæ vitę, potest facere: hic palmes primo germinat in bona voluntate, secundo floret in bona operatione, tertio maturescit in perfectione, quarto vinum exprimit in persecutione: sed præcipue cauendum est in flore, id est, in initio bonæ operationis, quia tũc maxime læditur vinea, & faciliter corrumpuntur, siue pluuia tẽporalis superfluitatis, siue ardore cupiditatis, siue vento vanitatis. Vel hæc vitis producit gemmas in cognitione, floret in deliberatione, maturitatem vuæ habet in operis consũmatione, cuius vinũ soli domino propinabitur, quia soli Deo honor & gloria.

Psa. 77.

Item pœnitentia assimilatur illi pani subcinericio, qui per somnium videbatur descendere in castra Madian, de quo habetur

Iudic.

Iudic. 7. Iudic. 7. vbi dicitur, quod narrabat aliquis somniũ proximo suo, & in hunc modũ referebat quod viderat. Vidi somnium, & videbatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeo volui, & in castra Madian descendere, cumque peruenisset ad tabernaculum, percussit illud atque subuertit, & terræ funditus coæquauit. Vbi primo attende exemplum, quia subcineritius panis ex, hordeo, subcinericius quo ad coctu-
Eccl. 10 ram, id est, sub cinere coctus. In cinere autem intelligitur humilitas mentis proueniens ex memoria mortis, quæ corpus homi-
nis in cinerem redigit. Ecclesiast. Quid superbis terra & cinis? Sub
Psal. 42 hoc cinere debet esse animus pœnitentis, & excoqui igne doloris. Iob. Ago pœnitentiam in fauilla, & cinere.

Item videbatur panis quoad formam: pœnitentia namque est panis doloris, quo reficitur ani-
Psal. 41. mus pœnitẽtis, de quo Psa Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Hæc enim est aqua refectionis qua anima mirabiliter educatur. Per hunc panẽ compunctionis, & aquam refectionis, incipit anima viuere iustitiæ, quæ
Eccl. 39 prius erat sub morte culpæ: propter quod dicitur, quod initiũ vitę hominis panis & aqua, scilicet panis doloris, & aqua lachrymationis. Sed videbatur iste panis ex hordeo quoad materiã: Hordeũ enim semen habet asperũ, & aridum. Vnde hordeum ab ariditate est dictum, & signat asperitatem pœnitentię, & ariditatẽ abstinẽtiæ, quæ debent esse exterius in carne, tum ad satisfactionem, tũ ad vitiorum mortificationẽ, secũdũ illud Apostо. Mortificate mẽ-
Col. 3. bra vestra.

Secundo in hoc somnio considera motum, quia iste panis videbatur volui, & descendere, in castra Madian. Id quod rotatur & voluitur, secũdum omnes partes suas vicissim gradiendo vertitur. Similiter pœnitens proficere debet, s. secundum omnes partes suas successiuè verti: Debet enim modo verti memoria ad obliuiscendum iniurias, & recolẽdum culpas, modo intellectus, vt non iudicet aliena, sed subtiliter discutiat propria, modo voluntas, vt detestetur culpam, & diligat iustitiã. Debet verti oculus, vt non aspiciat vanitatem, sed deploret iniquitatem. Et simile debet fieri de omnibus aliis partibus, & etiam membris, vt voluantur eo modo quo docet A-
Rom. 6. post. Sicut exhibuistis mẽbra seruire immundiciæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Sed quidam nõ sic voluuntur, qui sunt similes Ef-
Osee. 7. fraim, de quo Oseę. Factus est Efraim quasi panis subcineritius, qui nõ reuertatur. Tales sunt qui habent memoriam, & aliquando deplorant peccata, sed tamen nõ mutant opera.

Itẽ videbatur descẽdere in castra Madiã. Madian interpretatur iniquitas, vnde castra Madian sunt iniquitatis arma, s. diuersorum modorum, quasi diuersarũ aciemum vitia, & peccata, quæ terram Israel, id est, animas fidelium vastant. Ad hoc igitur panis pœnitentiæ descendit, cum scilicet animus dolens ad ea discutienda & flenda humiliter se ponit. Vel quia Madian interpretatur iudicium, debet panis pœnitentis, id est, compunctus animus, in castra Madian descendere, id est, ad sua vitia pœnitẽda quodã quasi proprio iudicio humiliter redire: Nã
1. Cor. 11 (vt dicit Apost.) si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique à domino iudicaremur.

Tertio considera effectum, quia

Digitized by Google

cum peruenisset ad tabernaculũ, percussit illud atque subuertit, & terrę funditus coæquauit. Tabernaculum diaboli, est cor peccatoris, quod pœnitentia percutit in contritione, subuertit in confessione, terrę coæquat in humili satisfactione: Est enim in satisfactione humilitatis inclinatio, & iustitiæ coæquatio, quia secundũ mensuram culpæ debet esse satisfactio pœnitentiæ.

Tyrannorum crudelitas, societas, potestas, & persecutio contra Sanctos, per visionem equi rufi, Hæreticorumq; prauitas inuitâ sacrâq; scriptura intelligentia, per equi nigri, nec non hypocritarum malignitas per equi pallidi Beati Ioannis visionem aperte designatur.

Cap. XXV.

PErsecutio tyrannorum contra sanctos designatur in illo equo rufo quem vidit Ioannes in Apoca. vbi dicitur: Exiuit alius equus rufus & qui sedebat super illum, datum est ei, vt sumeret pacem de terra, & vt inuicem se interficiant, & datus est illi gladius magnus. Vbi primo nota tyrannicam crudelitatem, quæ significatur in equo rufo: Hic enim equus est tyrannorum. Principatus, rufus, id est, crudelis, & sanguinolẽtus, sanguine Sanctorum cruentatus, Zach. Vidi per noctem, & ecce vir ascendens super equum rufum.

Apoc. 6

Zach. 1

Secundo attende tyrannorum societatem: habent enim secum diabolum, qui deduxit eos. Vnde dicit: Qui sedebat super eum, scilicet diabolus, qui tyrannos regit & ducit, in mortẽ & oppressionem Sanctorum. Vndequilibet eorum potest dicere diabolo illud Numeri. Nonne anima tua sum, cui semper insidere consuesti.

Nu. 22

Tertio nota tyrannorum potestatem, quam non habent nisi à Deo permittente, & præcipuę super Sanctos. Vnde dicit, quod datum est ei, id est, permissum à Domino, vt sumeret pacẽ de terra, id est, quietem mentis tolleret à terrenis. Grego. Israel recepit Sabbatum in munere. Aegyptus vero percutitur muscarum multitudine. Isa. Non est pax impijs, dicit Dominus. Vel sic expone, vt sumeret pacem de terra, id est, illatis persecutionibus mentes hominum ab amore terrenorum auelleret. Grego. Cum mundus tot calamitates ingeminat, quid nisi vt nõ diligatur clamat? Luc. Putatis, quia pacem veni dare in terram? non dico vobis pacem, sed separationem. Et vt inuicem se interficerent, Deo permittente, & Diabolo suggerente. Matth. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filiũ, & exurgent filij in parentes, & morte afficient eos. Vel inuicem se interficerent gladio prauæ persuasionis, quo mutuo se occidunt multi. Iudic. Mutua se cęde trucabant. Sequitur. Et datus est illi gladius magnus, & potestas magna, persequendi & occidendi Sanctos: & dicitur magnus præ multitudine occisorum, quia multos occiderũt tyrãni in principio nascentis fidei, & multos occident in fine tempore Antichristi: vnde Thre. dicit ecclesia ad Dominum, iacuerunt in terra, foris puer, & senex, virgines meæ & iuuenes mei ceciderunt gladio in die furoris tui, id est, tempore quo permisisti tyrannos facere contra Sanctos, & dicitur dies illud tempus: quia tunc exierunt Sancti de tenebris præsentis vitæ ad lucem æternę glorię, & etiam, quia tribulatio illuminat Isa. Sola vexatio tãtummodo dabit intellectũ auditui. Vnde ergo, quia Deus permittit malos dominari bonis ad eorum profectum. Et hac eadem ratione permittit etiã in hac

Grego.

Isa 44

Grego.

Luc. 11

Mat 10

Iudic. 7

Thre. 2

Isa. 28

Digitized by Google

In hac vita, quod mali sint semper sociati boni, sicut patet, & notũ est in multis binarijs, quos ponit Clemens in itinerario suo: Nam sic sociati fuerunt Cain & Abel, Noe & Gigantes, Isaac & Ismael, Iacob & Esau, Moyses & Magi, Dauid & Saul, filius Dei & Iudæi, Petrus & Simon Magus, Christus, & Antichristus.

Item persecutio Hæreticorum & prauitas, designatur per illum equum nigrum quem vidit Ioãnes in Apoc: Ecce, inquit, equus niger, & qui sedebat super illum habebat stateram in manu sua, et audiui tãquam vocem in medio quatuor animalium dicentium: Bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario, & vinum, & oleum, ne laseris. Vbi describitur Hæreticorum prauitas tripliciter. Apoc. 6

Primo respectu vitæ, cum dicitur: Et ecce equus niger, id est, Hæreticorum cætus sordibus peccatorum dinigratus, sed rigore pœnitentiæ exterioris, ne possit perpendi eius malitia, palliatus. Vnde bene dicitur equus niger, quia nigredo prouenit ex labore exteriori, & carnis mortificatione, per quam naturalis calor extinguitur, quia ipsi omnibus modis nituntur extinguere fidem in alijs, quæ est spiritualiter calor naturalis viuificãs hominem interiorem Abac. Iustus in fide sua viuit. Abac. 3

Secundo ostenditur Hæreticorum prauitas respectu scripturæ: quia qui sedebat super eum, scilicet diabolus, qui regit illos, & ducit quo vult, habebat stateram in manu sua, id est, peruersam scripturæ expositionem, quæ stateræ cooperantur: quia sicut statera sine pondere de facili mouetur huc & illuc, sic scriptura sacra si non habet pondus catholicæ expositionis, fluctuat huc atque illuc, & sicut statera per astutiam falsi mercatoris potest male inclinari, sic scriptura per astutiam falsi expositoris potest male exponi, sed bonus Doctor sequitur Sanctorum expositionem. Signanter autem dicitur, quod habebat stateram: quia hæretici scripturam habent, & non habentur ab ea: Nam superbe ei dominantes suo sensui coaptant, econtra vero catholici Doctores non habent, sed habentur ab ea, quia humiliter se illi subijciunt captiuantes intellectum suum ad obediendum Christo.

Item dicit, In manu sua: quia seipsos macerando iuxta superficiem literæ operando affligunt, sed totum hoc faciunt vt videantur boni, & sic facilius decipiant credentes sibi Ose. Canaã in manu eius statera dolose.

Item statera quã diabolus habet in manu sua, est tribulatio, qua, domino permittente, bonos & malos affligendo põderat, ibique cito cognoscitur qui sint grauioris ponderis, vel leuioris: quia hi, qui deteriores ex tribulatione fiunt, sunt ponderis leuioris, & defectiui, qui vero ex tribulatione proficiunt, sunt ponderis grauioris, & iusti.

Tertio ponitur eorum peruersitas respectu intelligentiæ: Non enim possunt hæretici habere veram intelligẽtiam scripturarum, quia hæc non datur nisi his qui rectam fidem habent, secundum illud Isaiæ. Nisi credideritis, non intelligetis. Vnde dicit Beatus Ioannes, quod audiuit tanquam vocem, id est, Christum, vel Christi existentis in medio quatuor animalium, id est, in medio prædicatorum, & doctorum, dicentium. Idem quod Angelus: quia Angelus loquitur in animalibus bilibris tritici, Bilibris ad literam, est vas continens duos sextarios, Isa. 7

Digitized by Google

vel duas libras, & significat intelligentiam sacræ scripturæ, quæ habet duos sensus, scilicet literalem, & spiritualem. Triticum autem, quia est cibus nobilis, nouum signat testamẽtum. Bilibris ergo tritici est intelligentia duplex nouiliteralis, & spiritualis, quæ sunt quasi duæ libræ. Hordeum vero, quia est cibus rusticorum, & iumentorum, & duritiẽ habet in cortice, & medullã habet interius dulcem, signat vetus testamentum, quod datum est rudibus ludæis, & exterius in litera prætendit duritiam, sed intus continet suauem intelligentiam. bilibris ergo hordei est duplex sensus veteris testamenti, scilicet literalis, & spiritualis: sed numerantur hic tres bilibres hordei, quia continentia veteris testamẽti tripartita est apud Hebræos, scilicet in legem, prophetas, & agiographa. Per denarium autem accipitur vnitas perfectæ fidei, denarius enim Regis habet imaginem, & superscriptionem: Imago enim ad dejtatem, superscriptio vero ad humanitatẽ pertinet, de quibus est fides: quia ergo vtrunque testamentum vnitatem veræ fidei cõtinet, rectè dicitur vel vendi, vel emi denario, & bilibris tritici, & tres bilibres hordei, id est, vera intelligentia vtriusque testamenti secundum vtrunque sensum emitur, vel venditur denario, id est, vnitate perfectæ fidei acquiritur, & merito idem precium vtrobique, quia eadem est intelligentia spiritualis in vtroque testamento, quia rota est in medio Rotæ. Cum igitur hæretici non habeant istum denarium, id est, veritatem Catholicę fidei, manifestum est, quod non possunt habere veram intelligentiam scripturæ. Sequitur vinum, & oleũ, id est, sanctos prædicatores, qui male viuentes mordaciter increpãt, & pusillos frequenter consolantur, sicut Samaritanus infudit oleum vulneribus sauciati. Sequitur: Ne læteris, & intelligitur de læsione animæ, cui reuera nullus potest nocere si ipsa vult, corpus lædi potest & occidi, iuxta permissionem Dei. Vel per vinum, & oleum, intelligitur verus testamentum, & nouum, quod præcepit Dominus non lædi, quia licet hæretici male exponant, tamen veritas manet incorrupta. Vel bilibris tritici, id est, intelligentia veteris & noui testamẽti, emitur à discipulis, & venditur à magistris, pro denario, id est, pro vita æterna. de quo Matth. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, vnde aliam mercedem, scilicet temporalem, vel Doctor, vel auditor sacræ scripturæ quærere non debet. Noli vendere sapientiam, & doctrinam, & intelligentiam. Tres bilibres hordei, quæ eodem denario comparantur, id est, fides Trinitatis operantis per dilectionem Dei & proximi, pro qua etiam denarius, id est, vita æterna recipitur, quamuis in hac vita non intelligatur, vnde nõ tritico, sed hordeo comparatur. quia ad eius medullam, i intelligentiam, in hac vita minimè peruenitur. Vel bilibris tritici est vir iustus, qui habet libram iustitiæ, & sapientiæ, & dicitur triticum, quia tribulationibus trituratur, quia multæ tribulationes iustorum. Canticum. Venter tuus sicut aceruus tritici. Tres autem bilibres hordei, sunt fideles imperfecti, qui habent quidem sanctæ Trinitatis fidem; sed tamen cum imperfectione vitæ quia habẽt velut hordeum paleã tenacem, id est, temporalem amorem, vterque tamen denario empti sunt, id est, sanguine Christi,

Luc. 2.

Mat. 20

Pro. 23

Can. 7.

Ezec. 1.

Digitized by Google

Christi. Et sequitur. Vinum, id est pœnitētes, & oleum, id est, misericordes, ne læseris: quia tales ex eo quod vincunt peccatum, vel
Apoc. 2 mundum, non leduntur, secundū illud: Qui vicerit non lædetur a morte secunda, licet tāgatur præsenti tribulatione, quæ dicitur mors prima.

Item persecutio hypocritarum assimilatur illi equo pallido, quē
Apoc. 6 vidit Beatus Ioannes in Apocal. Ecce inquit, equus pallidus, & qui sedebat super illum, nomen illi Mors, & infernus sequebatur eum, et data est illi potestas, super quatuor partes terræ interficere gladio, & fame, & bestijs terræ. Vbi primo nota hypocritarum fictionem, quæ assimilatur equo pallido: Nam hypocritæ, vt de religione laudentur, ieiunijs vigilijs, & aliis corporalibus exercitijs corā hominibus se affligūt.
Matt. 6 Vnde vigore subtracto, & sanguine diminuto, quasi moribundi pallescunt. Et ideo de ipsis dicitur: Exterminant facies suas, vt appareant hominibus ieiunātes. Et ideo dicit hic: Ecce equus pallidus, id est, hypocritarum cœtus
Iob. 15. religione fallaci palliatus. Iob. Congregatio hypocritarum sterilis.

Secundo nota hypocritarū subiectionem: quia subdūtur morti. Vnde qui sedebat super illū quasi ductor, & rector, nomen illi
Sap. 2 Mors. Sap. Inuidia Diaboli mors introiuit in orbem terrarū, imitantur autem illum qui sunt ex parte illius: & infernus, id est, congregatio hypocritarum, & cęterorum peccatorum, qui sunt inferno deputati sequebatur, id est, imitabatur eum culpa, & pœna. Apoc. Infernus & mors, id est,
Apo. 20 peccator, & diabolus missi sunt in stagnū ignis, vel infernus dicitur sequi diabolum, quia quos ille decepit, ipse recipit.

Tertio nota diuinā permissionē, quia data est illi, s. à Deo permittēte, forte propter hypocrisim hominum, potestas, sed nō mala voluntas, super quatuor partes terræ, id est, quatuor genera hominū, quę sunt in terra, s. Iudęos, Hæreticos, Gentiles, & malos Christianos. Vel super quatuor partes terrę, id est, quatuor partes hominum, qui in quatuor partibus mundi, s. Oriente, Occidēte, Septentrione, & Meridie morantur. Vel super quatuor partes terræ, id est, super omnes illos, qui quatuor cordis affectiones, s. timorē, amorem, gaudiū, & dolorē ponūt in terrenis: de quibus dicit Berna timent vbi non oportet; amant quæ non decent; gaudent vanè, delectanturque vanis. Iob. Terra data est in manu impij, id Iob. 2.
est, terreni, in potestate diaboli interficere gladio, id est, infixione peccati, & fame, id est, defectu verbi, & morte, id est, mortifera doctrina, & bestijs terrę, i bestialibus, & crudelibus principibus mundi, qui omnes deuorant, vel interficere gladio peruersæ persuasionis, & fame, id est, terrena cupiditate, & morte, scilicet peccati, quę animam à Deo separat, & bestijs terræ, id est, bestialibus prælatis.

Zachariæ visio de quatuor quadrigis pluribus referta mysterijs, scitè elucidatur, per quam Prædicatorum Euangelij gradus, excellentia, & altitudo demonstratur, qui etiam in equo albo septemq; Angelis, à Ioanne descriptis designantur, quibus septem præcipuæ conditiones adscribuntur, quamplurimaq; mysteria aperiuntur.

Cap. XXVI.

PRædicatores Euangelij assimilantur illis equis quos vidit Zacharias: dicit enim Zacharias. Zach. 6
Vidi, & ecce quatuor quadrigæ egrediebantur de medio duorū montium, & montes ærei. In

Digitized by Google

quadriga prima equi rufi, & in se cunda equi nigri, & in quadriga tertia equi albi, & in quarta equi varij, & fortes, & infra subditur, quod qui erant robustissimi exie runt, & quærebant discurrere per omnem terram. Hæc visio, (vt glosa tãgit) sic exponitur, per qua tuor quadrigas intelligũtur quatuor Euangelia, quasi autem duo mõtes sunt natura diuina, & humana, quorum mediũ fuit Christus, quia mediator Dei & homi
1.Thi.2 num, homo Christus Iesus. Vnde quatuor quadrigæ de hoc medio egrediuntur, quia quatuor Euangelia de ipso mediatore, & nostro Redemptore loquuntur. Sed dicuntur montes ærei, quia nulla possunt vetustate cõsumi: Natura enim diuina immortalis est, secundum autem naturam humanã, licet Christus semel mortuus fuerit, resurgens tamen ex mortuis iam non moritur, & mors illi vltra non dominabitur. Per equos vero intelliguntur Christi prædicatores, quorum alij fuerũt rufi martyrio, alij obscuri & nigri profunditate, & cognitione mysterij, alij albi gratia virginali, alij varij, & fortes, gratiam curationum & diuersarum virtutum habentes. Sed robustissimi; id est, Apostoli, in omnem terrã exierunt. Psalm. In omnẽ terram
Psal.18 exiuit sonus eorum, &c. Vel secundum alios per equos rufos intellige Apostolos, & alios religiosos siue prædicatores fidei primitiuos, qui fuerunt rufi, id est, ignei ardore Spiritus sancti, vel rubricati sanguine martyrij. Per equos nigros intellige prefiguratos fuisse monachos nigros, & per equos albos monachos albos, & per varios & fortes intellige religiosos, & pauperes, nec in communi, nec in speciali possessiones habentes, vtpote Prædicatores, & Minores, & consimiles, inter quos præcipue Prædicatorum ordo habet equos varios in habitu, fortes in spiritu, & discurrentes per mundum pro animarum fructu.

Item prædicator debet esse similis illi equo albo qui describitur in visione beati Ioan. Apocal. vbi dicitur: Ecce equus albus, & Apoc. 6
qui sedebat super illum, habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit vincens, vt vinceret. Vbi ostenduntur septem quæ sunt necessaria prædicatori. Primum est audacia, quæ notatur in equo: Equus enim non trepide sed audacter pergit, & vadit ad prælium. Et sic prædicator Christi debet habere audaciam securitatis cõtra tentationum & tribulationum siue persecutionum insultus. Vnde nota, quod equus est audax ad occurrendum, fortis ad portandum, velox ad currendum. Et talis debet esse prædicator, scilicet audax ad occurrendum hostibus. Io. Audacter in occursum Iob. 39
pergit armatis.

Item fortis & patiens ad portandũ labores, & persecutiones: Iob. Nũquid præbebis equo for- Iob. 39
titudinem? Et infra: Contemnit pauorem, nec cedit gladio, scilicet persecutionis.

Item velox ad currẽdũ. Isa. Ve- Isa. 40
lociores pardis equi eius, id est, prædicatores velociores hæreticis. Secundo est necessaria munditia, & ideo dicitur equus albus. Hæc albedo est puritas mentis, vel carnis, in quam ambulare debet prædicator, hęc albedo inchoatur in ablutione baptismi. Psa. Lauabis me, & super niue de- Psal. 50
albabor. Sed reparatur per pœnitentiam Isaiæ. Si fuerint peccata Isa. 1
vestra vt coccynum, velut nix dealbabuntur, scilicet per pœnitentiam.

Tertio est necessaria obedientia, quæ notatur cum dicitur: Et

qui

Digitized by Google

qui sedebat super illum. Oportet enim, vt prædicator sit subditus Christo, sicut equus sessori, vt scilicet Christus sit dux & rector eius. Et nota quod homo non bene sedet in equo nisi habeat frænum, sellam, & calcaria. Sella ergo huius equi prædicatoris, est iustitia, quæ parat locū ipsi sessori, id est, Christo. Psalmus. Iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ. Hester. Hominem quem rex cupit honorare, debet indui vestibus Regis, & poni super equum qui de sella Regis est. Frænum autem quo ducitur equus iste huc atque illuc, est obedientia. Iac. Frænos equis in ora mittimus ad consentiendum nobis. Vel fræni equorum sunt exempla Sanctorum, quæ debent prædicatores in ore portare, & secundum ea ambulare. Calcaria vero quibus stimulatur equus, est timor & amor. 1. Corin. Charitas Christi vrget nos.

Psal. 28
Hest. 6.
1. Cor. 5

Quarto necessaria est scientia, Sacræ scripturæ, quod notatur: quia habebat arcum, id est, scripturam sacram, qua defenditur Ecclesia, & inimici eius vulnerantur, si tamen teneatur in manu, scilicet, vt non solum verbo dicatur, sed operę impleatur. Iob. Arcus meus in manu mea instaurabitur: Arcus enim fit ex duobus, ex ligno duro, & corda molli, & licet corda sit mollis, tamen durum lignum inflectit. Lignum ergo, est duritia veteris testamenti, & corda gratia noui, vel corda est misericordia, lignum iustitia. Iac Misericordia superexaltat iudicium. Sed qui debeant iustum arcum portare, ostenditur. Gene. vbi dicitur: Arcum meum ponam in nubibus cæli, id est, in his, qui per contemptum mundanorum, & desiderium æternorum à terra sunt elevati, per cōpunctionem lachrymarū aquosi, per contritionem lucidi, per contemplationem alti, per prædicationem pluuidi, per bonam operationē corruscantes, & per comminationem tonantes, qui talis non est, non debet portare arcum, id est, prædicationis officium.

Iob. 28
Iac. 1
Gen. 9

Quinto est necessaria perseuerantia, sine qua nemo coronabitur, & hoc notatur in eo quod dicit: quod data est ei corona, sola cum perseuerantia coronatur. Vnde Apostolus postquam dixit, cursum consumaui, continuando subdit: In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. 1. Thi. 4

Sexto est necessaria prudentia, qua sagaciter sciat ab implicantibus & impedientibus secedere, Vnde dicit, & exiuit, scilicet de mundo, per contemptum ipsius. Sed nota, quod homo debet exire primo integraliter: quidam exeunt de mundo corpore, sed relinquunt ibi cor, id est, affectum suum, ita quod corpore sunt in claustro, & corde & cōgitatione sunt in mundo. Et tales significantur per vxorem Loth, quæ post exitum de Sodomis retrospiciens mutata est in statuam salis: Statua enim figuram hominis habet, sed non veritatem. Vnde 1. Regum. Nuncij Saul credentes inuenire Dauid in lecto, id est monachum in claustro, non inuesterunt nisi statuam, & pellem capræ, id est habitum monachalem sine monacho. Similiter Petrus & Ioannes credentes Iesum inuenire in sepulchro, non inuenerunt nisi sudarium. Debet ergo homo exire de mundo, non tantum corpore, sed etiā corde. Vnde Abrahę iam egresso de Chaldęa, inssit Dominus: Egredere de terra tua, &c. Et dicit Augustinus, quod iam egressus erat de corpore, sed adhuc detinebatur ibi mente.

Gen. 19.
1. Reg. 6.
Ioa. 20.
Gen. 12.

Digitized by Google

Item debet homo exire totaliter, ita scilicet quod de mūdo nihil sibi retineat. Quidā namque exeunt de mūdo quo ad diuitias, non tamen quo ad delicias: quia adhuc cor eorum occupatur delicijs mundi, & ſæpe quidem recogitando delicias quas in mūdo habuerunt, pœnitet eos exiuiſſe, & tales ſignificantur per Iudæos,
Nu.11 qui ſuſpirabāt in deſerto ad ollas carnium Aegypti: vnde Num.11. dixerunt: Quis dabit nobis carnes ad veſcendum? Recordamur piſcium quos comedebamus in Aegypto, gratis in mētem veniūt nobis cucumeres, & pepones, porrique, & cepæ, & allia. Aliqui etiam exeuntes de mundo portāt ſecum multa de mundo. Quidam honores ipſius, quos adhuc ambiunt in religione, alij diuitias, alij delectationes, alij mores mundanos. Verbi gratia modum eundi ſeculariter, modum loquendi, modum comedendi, & alios eſtus ſeculares. Et tales ſignificantur per Rachel, quæ furabatur idola Laban, & abſcondit ſubter ſtramētum Cameli, id eſt, ſub pannis clauſtri, vt dicitur
Gen.31 Gene.31.

Item debet homo de mūdo exire triumphaliter, ſcilicet ipſum mundum vincendo, & ſuppeditando, vnde dicitur in hac viſione beati Ioānis, quod exiuit vincens: Talis eſt cui mundus crucifixus eſt, & ipſe mundo, quē non vinceret, niſi exiret, nec exiret, niſi vinceret. Vel tunc exit quādo ipſe moritur mundo, tunc vincit,
Gal.6. quando mundus moritur ei. Gal. Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.

Septimo eſt neceſſaria potētia, ſcilicet vt ipſe vincat, non tātum mundum, ſed etiam carnem, & diabolum, & ideo additur: Vt vinceret, diabolus vincitur humilitate, caro caſtitate, mundus paupertate. Apoc. Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Apo. 3
Dei. Et dicit columnam, id eſt, rectum, altum, firmum, planum: rectum in viuendo, altum in cōtemplando, firmum in reſiſtendo ſiue ſuſtinendo, planum in conuerſando.

Item prædicatores aſſimilantur Angelis in viſione beati Ioannis. quę habetur Apoca. vbi dicitur: Apo.8
Vidi ſeptem Angelos ſtantes in conſpectu Dei, datæ ſunt illis ſeptem tubæ. Per ſeptem Angelos intelligitur vniuerſitas prædicantium: Nam ſeptenarius eſt numerus vniuerſitatis, vel quia ſeptem donis debent eſſe perfecti, & ſeptem vitia prædicando eradicare, & ſeptem virtutes plātare, & ſeptem ſacramēta annūciate: vel ſeptem dicuntur, quia fidem Trinitatis prędicant, & per quatuor partes mundi.

Deſcribitur autem eorū perfectio. Primo quantum ad vitam in eo quod vocantur Angeli. Vbi nota, quod vocantur Angeli primo, quia non debent eſſe carnales, ſed ſpirituales. Pſalmus. Qui Pſa.10
facit Angelos ſuos ſpiritus.

Item quia non debent eſſe elati, ſed humiles, ſ. ſeruiendo; & non appetentes, vt alij ſeruiant eis. Hebræ. Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium Heb.1
miſſi.

Item quia debent eſſe contemplantes. Matth. Angeli eorum in Mat.2
cęlis ſemper vidēt faciem patris. Dicuntur etiam ſtantes, id eſt, ſecurè laborantes, non timore corruentes, vel ocio tepentes: vel ſtantes id eſt, parati obedire, ire, & pugnare: vel ſtantes, quia prędicatores aliquādo ſtando prędicant populo, quia Dominus ſtans turbis, diſcipulis vero ſedendo prędicauit. In quo notatur, quod clauſtralibus eſt prędicandum otium contemplationis, & ideo

eis

Digitized by Google

eis prædicatur sedendo, laicis veco est prædicādus labor actionis. Sequitur. In conspectu Dei actiue, vt ipsi Deum aspiciant, & alios docendo ad Deum conspiciendū perducant. In primo notatur puritas intentionis, vt ad Deum tātum oculum intentionis dirigāt. In secundo fructus prædicationis, vt alios ad Deum conspiciendum perducant, nunc per fidem, postea per speciem. Vel potest accipi passiue, quia quicquid dicāt, vel faciant, conspiciuntur ab eo.

Boet. Boetius, Magna vobis, si dissimilare non vultis probitatis inducta est necessitas, cum agatis ante oculos iudicis cuncta cernentis.

3.Re.18 3.Reg. Viuit in cuius conspectu sto.

Secundo describitur eorū perfectio quantum ad doctrinam. Quia datæ sunt illis septē tubæ, id est, prædicationis officiū, quod per tubam designatur: sed dicuntur septem, quia eorum est cōtra septem vitia prædicare, quæ sunt velut septem funes quibus liga-

Iudi. 15 tus fuit Samson. Vel ideo septē, quia ipsorum est septem mundi munitiones destruere, & hoc fi-

Ios.6 guratum est Iosue 6. in captione, & ruina Hiericho, per quam figuratur mundus. Nam sicut habetur ibi, Sacerdotes tulerunt septem tubas, quarum vsus erat in iubileo, & clangendo circuierunt septies ciuitatem, scilicet per septem dies, & in septimo circuitu tubis clangentibus muri Hiericho funditus corruerunt. Sacerdotes igitur tubis clangentes, typum gerunt prædicatorum, qui debēt manu tenere tubas, & clāgere, id est, ore proferre, & opere

Act.1 implere quod prædicāt. Act. Cœpit Iesus facere & docere. Septem autem tubis debent clangere, id est, contra septem mundi munitiones seu vitia prædicare. Prima munitio est amor diuitiarum, secunda amor delitiarū, tertia ambitio honorū, quarta amor suorum, quinta obliuio Dei, sexta ignorātia sui, septima immemoria iudicij. Septem autem circuitus Hiericho, sunt septem considerationes mundi, quas si homines haberent frequenter in corde, & prædicatores in ore, muri Hiericho in se ipsis corruerent, & postea in alijs corruere facerent. Prima est consideratio vanitatis, quia vana sunt omnia quæ sunt in mundo Eccle. Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Secunda est cōsideratio vilitatis Phil. Omnia arbitratus sum vt stercora. Tertia est cōsideratio breuitatis. Ioan. Transit mundus & concupiscentia eius Quarta est cōsideratio instabilitatis per quam assimilantur mari. Isa. Quasi mare feruens, quod quiescere non potest. Quinta est consideratio infidelitatis, quia nulla fides vel fidelitas inuenitur. Hiere. Vnusquisque à proximo suo se custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam. Sexta est consideratio falsitatis, seu hypocrisis, quia mundus aliud est, & aliud apparet. Iob. Gaudiū hypocritæ ad instar puncti. Vnde Naum. Qui viderunt te, resilient à te. Eccl.1 Phil.7 1.Ioa.2 Isa.51 Hier.9 Iob.20 Nau.3

Prælatorum, Religiosorum, Clericorumq; status qualis futurus sit, per Solem nigrum factum, ac Lunam sanguineam, stellasq; cadentes edocetur, huiusq; beati Ioannis visionis metaphorice cuncta explanantur mysteria.

cap. XXVII.

PRælati, & clerici, & religiosi, qualiter futuri sunt circa vltima tempora, ostenditur Apoc. 6. Sub metaphora Solis, & Lunæ, & stellarum, & cæli, vbi dicitur quod Sol factus est niger tanquam saccus cilicinus, & Luna facta est tota sicut sanguis, & stellæ cæli ceciderunt super terram, Apoc.6

Digitized by Google

sicut ficus mittit grossos suos cū à vento magno mouetur, & cælū recessit sicut inuolutus. Per Solē intelligitur prælatorū cœtus, qui debet splendore suo alios illuminare ad cognitionem fidei, & calore suo inflammare ad amorem Dei, & amorem proximi.
Isa.30 De quo Sole dicitur Isa. Lux Solis erit septempliciter, sicut lux septem dierum, id est, lucem omnium subditorum superabit lux prælatorum: quia sicut præsunt aliis dignitate, sic etiam præcedere debent scientia & sanctitate: vel lucere debent prælati septempliciter per septē opera misericordiæ, quæ continentur in hoc versu. Visito, poto, cibo, solor, tego, colligo, condo. Vel per dispensationem septē sacramentorum, quæ in hoc versu continentur. Tingo, firmo, dolet, cibo, iungo, clericus, vngo. Iste ergo Sol, prælatorum scilicet cœtus, factus est niger terrenorum negociorum solicitudine. Thre. Denigrata est super carbones facies eorum. Facies est dignior pars, & altior hominis, & ideo signat prælatos, tanquā saccus cilicinus, qui est totus pilosus, & dicitur cilicinus à cilicia, vbi primò inuentus fuit, & in hoc innuitur magna cupiditas prælatorū, scilicet
Isa.13 in pilositate. Isa. Replebuntur domus eorū draconibus, id est, detractoribus, & habitabūt ibi struthiones, id est hypocritæ, & pilosi saltabunt ibi, id est cupidi, & auari officiales, & respondebūt vlulæ in ædibus eius, id est, ioculatores, & saltatrices, & syrenæ in delubris voluptatis, id est, adulatores. Isa. In domibus eius spinæ, id est diuitiæ, & vrticæ, id est
Isa.34 deliciæ, quæ generant carnis putredinem ac pruriginē, & paliurus in munitionibus, id est, auarus prælatus, & erit cubile draconum, & pascua struthionum, & occurrent dæmonia. Onocentaurus, & pilosus clamabūt alter ad alterum, s. voluptas ad auaritiam. Et Luna facta est tota sicut sanguis, id est, Ecclesia tota facta est carnalis, fundata non in sanguine Christi, & Apostolorū, sed nepotulorū, & cōsanguineorum, procedentium per successionem sanguinis: quia ferè vbique nepos annunculo, & consanguineus cōsanguineo succedit in beneficio. Exod. Dicit Moysi vxor sua: Sponsus sanguinum tu mihi es. Exod. 4
Sic potest dicere Ecclesia. Ose. Sanguis sanguinem tetigit, id est Ose. 4
nepos nepoti succedit. Ioel. Sol conuertetur in tenebras, & Luna Ioel. 3
in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, & terribilis. Vnde abundantia sanguinis ecclesiæ, signū est appropinquantis iudicij. Et stellæ cæli, i. clausirales viri, de quibus Eccles. Species cæli, gloria stellarum, de Eccl. 47
cælo ceciderunt super terram, id est, de cælesti vita ad terrenam, vel de clausirali ad mundanam.
Matth. Stellæ cadent de cælo, id Mat. 24
est, monachi exibūt de clausiro, discurrentes per mūdum propter diuitias terrenas. Exo. Dispersus Exo. 5
est populus per Aegyptū ad colligendas paleas, sicut ficus mittit grossos suos, id est, inutiles fructus suos, qui non firmiter adhærent ramis arboris, quasi dicat. Ita clausirum emittit inutiles, & instabiles monachos ad peragenda terrena negocia, & causas tractandas, cùm à vento magno mouetur, id est, dum aliqua turbatio oritur. Econtra autē de clausiralibus in clausiro residentibus, & terrenis negocijs non se implicātibus. Vnde dicitur in Iud. Stellæ Iudic. 5
manētes in ordine, & cursu suo, aduersus Sisaram pugnauerunt. Et cælum, id est, cœtus clericorū, quorum conuersatio deberet esse cælestis, recessit à professione sua

in

in susceptione ordinum, quando dixit: Dominus pars hæreditatis
Psal.15] meę, & calicis mei, &c. Quare ergo non sunt contenti clerici hac portione, causa est, quia recesserunt ab illa promissione, sicut liber inuolutus, vbi nula eruditio vel doctrina potest haberi, vel litera videri. Sic in clericis pro magna parte nullum exemplum boni potest videri, nec verbum eru-
Isa.34 ditionis audiri Isaiæ. Complicabuntur, sicut liber, cæli, id est, clerici, qui debent esse libri laicorum.

Qualiter peccatores à Deo in hac vita, & in alia, diuersimode puniantur, per Hieremiæ visionem in Virgam vigilantem, Ollamq; succensam, id significantem, ostentatur.

Cap. XXVIII.

PVniuntur peccatores à Deo aliter in præsenti, vt corrigantur; aliter in futuro, si non emendantur. Quod ostenditur in visione Hieremiæ, vbi dicitur: Quid
Hier.1 vides Hieremia? Et dixi: Virgam vigilantem ego video, & infra: Quid tu vides? Et dixi: Ollam succensam ego video. Vbi nota, quod præsentis vitę correptio assimilatur virgæ, sed futuræ vitæ supplicium assimilatur ollæ: Verè enim vt virga est punitio vitæ præsentis, quia percutit ad corri-
Pro.23 gendum, & non ad occidendum. Prouer. Si percusseris eum virga, non morietur. Vnde percussio
Pro.13 hæc non est odij, sed amoris. Pro.
Eccl.30 Qui parcit virgæ, odit filium. Et Ecclesiast. Qui diligit filium assiduat illi flagella. Sed notandum, quod alia translatio habet loco virgæ baculum nucum, & bene flagellum præsentis vitæ assimilatur nucum baculo siue virgæ,
Psa.22 de qua in Psalmo: Virga tua, & baculus tuus, &c. Ad hoc enim corripit Dominus vt emendet. Nux autem (sicut glosa dicit) habet corticem amarissimum, & testam durissimam, vt detractis duris & amaris, fructus dulcissimus reperiatur. Sic omnis correptio, et labor continentiæ, amara sunt ad præsens, sed fructum pariunt dulcissimum. Vnde vetus testamentum quoad literam est cortex amarus, sed spiritualiter intellectũ habet fructus dulces.

Item assimilatur correptio Virgæ vigilanti, quia excitat peccatorem à somno culpæ, & iustum à somno negligentiæ. 1. Corint. 1.Cor.
Euigilate iusti, & nolite peccare. 16
Vnde Angelus in Actu. Percussio Act.12
latere Petri excitauit eum.

Secundo puniuntur peccatores, qui non emendantur virga præsentis flagelli ardore æterni incendij, de quo ardore dicit: Ollam succensam ego video. Vbi nota, quod in olla carnes includuntur, & ideo signat locum inferni, in quo includũtur damnati propter peccata quæ in carne viuentes commiserunt, sed ollæ succensio designat gehennæ incendium. Iob. De naribus eius Iob,41
procedit fumus sicut ollę succensæ atque feruentis.

Quo pacto sancti viri in humilitate, mortificatione, dilectione, ac oratione Christum sequi, & imitari debeant, per Ioannis de quatuor animalibus ac viginti quatuor senioribus coram Agno cadentibus visionem, apertè figuratur ac declaratur.

Cap. XXIX.

SAncti viri imitari conantur Christũ Redemptorem, quod ostenditur in visione Ioannis Apocal. vbi dicitur: quod quatuor Apoc. 5
animalia, & viginti quatuor seniores ceciderunt coram Agno, habentes singuli citharas, & fialas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum, ita quod per quatuor animalia, accipiantur omnes Prædicatores

Digitized by Google

euangelicæ doctrinæ, quę in quatuor Euangelijs continetur, sed per vigintiquatuor seniores intelliguntur vniuersi fideles se exercentes in sex operibus misericordiæ, secũdum regulam & doctrinam quatuor euangeliorum: quia sex per quatuor ducti faciũt vigintiquatuor. Hi ergo omnes
Phil.2 Agnum, id est, Christum pro nobis immolatum sequuntur, & imitantur in quatuor.

Primò, in humiliatione, quia ipse Christus formam serui accipiens, se humiliauit, & ideo ipsi Sancti se humiliant propter ipsum: Et ideo dicit, quod ceciderunt coram Agno, si de se humilia sentientes, Deum magnificãtes, ab ipso viuificari humiliter postulantes. Ceciderunt dicit, nõ descenderunt, quia humilitas cũ semper in imo sit, nescit descensum. In hoc vero, quod dicit, coram agno, nota differentiam inter casum humilitatis, & casum
1.Re.3 peccati, sicut Heli cecidit retro: Retro enim cadit, qui ad peccata redit, vel retro cadit quicunq; ad spiritualia, quæ sunt ante nõ proficit, sed ad temporalia, quæ sunt retro tantum intendit, contra illud Apostoli. Quę sunt retro, obliuiscẽs Sed qui coram Agno cadit, videt Agnum, & videtur ab eo, & ita in hoc notatur rectitudo intentionis.

Secundo imitantur eũ in carnis mortificatione. Christus enim pro eis mortuus est, & ipsi propter eum seipsos mortificant, quod notatur cum dicitur: Habẽtes singuli citharas, id est carnis mortificationem, in cithara enim lignum est & chorda, lignũ est etus, chorda est caro Sanctorum, quæ tũc quasi chorda ligno citharæ coextenditur, quando diuersis se pœnis affligẽtes, & mortificantes, ipsam crucem imitan-
Gal.5 tur. secundum illud Apostũ. Qui autem sunt Christi, carnẽ suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs Isa Venter meus ad Isa.16 Moab quali cithara sonabit. In hac cithara tot sũt chordę quot sunt membra in homine, quia omnia membra, quæ peccauerũt, omnia debent in pœnitentia purgari, vel ipsis vitijs mortificari.
Rom. Sicut exhibuistis membra Rom.6 vestra seruire iniustitiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete ea seruire iustitiæ in sanctificationem.

Tertio imitantur eũ in amoris dilatatione: Christus enim ex amore pro Sanctis mortuus est, & Sancti similiter propter ipsius amorem morti se exponunt; quod notatur cum dicitur: Et phialas aureas, id est corda lata, & lucida, lãta per charitatem 1. Corin. 1.Cor.6 Os nostrũ patet ad vos o Corinthij, cor nostrum dilatatum est, dilatamini & vos. Itẽ lucida per castitatem, Sapien. O quam pul- Sap.4 chra est, & casta generatio cum claritate, sed aurea per sapientiã cælestẽ. Apo. Suadeo tibi emere Apoc.3 à me aurum ignitum, &c. Hoc aurum est cælestis sapientia, quæ non tãtum splendet intellectui, sed etiam ardet affectui. Psal. Ig- Psa.118 nitum eloquium tuum vehemẽter.

Quarto, imitantur eum in oratione: orãt enim pro se inuicem, & Christus orauit pro inimicis, quod & Sancti similiter faciunt, & ideo dicuntur phialas, habere plenas odoramentorum, quæ sũt orationes Sanctorum, id est, plena pijs orationibus, & deuotis desiderijs, quales sunt orationes Sanctorum. Et comparatur deuota oratio odori circũquaque diffuso, qui omnibus se communicat; quia scilicet Sanctorum oratio ad omnes se extendit, & quãto odor intensior, tanto diffusior: quia oratio quãto deuotior, tan-

to

to carior, & fructuosior, vt dicit Gregor. Vnde Paulus pro omnibus docet orate 1. Thi Obsecro primo omnium fieri obsecrationes, orationes, & postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro Regibus, pro his qui in sublimitate sunt constituti. Item odor ascendit, & sic denota oratio Cantic. Ascendet per desertum quasi virgula fumi ex aromatibus.

Gregor. 1. Thi 2.

Can. 6

Sacra scriptura Libro, Rotæ, voluminis, cõparatur, cuius auctoritas, copiositas, obscuritas, intelligibilitas, sensus varietas, excellentia, & veritas, per tres Sanctorum pulcherrimas visiones luculè enucleatur.

Cap. XXX.

SCriptura sacra assimilatur illi libro, qui in visione ostensus est Ezechieli, de quo habetur Ezech. 2. vbi dicitur: Ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber, & expandit illũ coram me, qui erat scriptus intus, & foris, & scriptę erant lamẽtationes in eo, & carmen, & væ, in hac siquidem visione ostenduntur sex conditiones sacræ scripturæ.

Ezec. 2

Prima est eius auctoritas, quia de manu Dei est habita. Vnde dicitur: Ecce manus missa est ad me, id est, reuelatio Dei inspirata est mihi, sed litera septuaginta interpretum habet: Extenta est, quod idem est, quod missa: Tunc enim manus Dei ad aliquem extenditur, vel mittitur, cum id, quod fieri debet, ei reuelatur. Quia igitur sacræ scripturæ præcepta sunt à nobis non tantũ audienda, sed etiam opere implenda Iac. Estote factores verbi, non auditores tantũ. Idcirco ipsa sacra scriptura per instrumẽtum manus dicitur esse missa. Iob. Docebo vos per manum Dei, id est, per reuelationem Dei. Vel quia sicut per manum scriptoris scientia alicuius scribitur in charta, sta per reuelationem cõditoris hæc scientia inspirata est, & scripta in ecclesia. Dan. Apparuerunt digiti quasi manus scribentis. Hi digiti fuerũt scriptores laeri canonis. Ex hoc igitur, quod scriptura sacra est à Deo inspirata, prouenit, (sicut dicit Augustinus) quod maior est eius auctoritas, quã omnis humani ingenij perspicacitas.

Iac. 2

Iob. 27.

Dan. 5

Augu.

Secunda conditio est eius copiositas, propter quam vocatur non cedula, vel charta continens pauca, sed liber, scilicet cõtinens multa: Nulla enim scripturą humana reperitur ita copiosa vt sacra doctrina, in qua (dicit Augu.) omnis quodammodo continetur scriptura. Vnde Apostolus. Omnem scripturam eam appellat, dicens Omnis scriptura diuinitus inspirata, &c. Et ideo Hier. dicit, quod nescit literas qui sacras ignorat. Vnde propter grandem scientiæ copiam, quæ continetur in ea, liber grandis vocatur. Isa. Sume tibi librum grandem, &c. rectè liber grandis dicitur, in quo, scilicet, omnis scientiæ forma & finis includitur. Vnde Augu. ad Volusianum. Hic, inquit, philosophia, quoniam omnium naturarum causæ sunt in Deo. Hic Ethica, quoniam vita bona & honesta non aliunde sumitur, quam cum ea, quæ diligenda sunt, diliguntur quomodo sunt diligẽda, hoc est Deus, & proximus. Hic est Logica, quoniam veritatis lumen animæ rationalis non nisi Deus est. Hic laudabilis reipublicæ salus, nec enim custodiuntur optimę ciuitates nisi fundamento & vinculo fidei, fraternæque custodiæ.

2. Thi. 9

Hiero.

Isa. 8

Tertia conditio est eius obscuritas, propter quam vocatur liber inuolutus. Gregorius. Liber inuolutus, est sacræ scripturæ eloquium obscurum, quod profunditate

Grego.

Digitized by Google

ditate sententiarum inuoluitur, vt non facile sensui omnium pateat. Iob. 28 Iob. Quis est inuoluens sentētias? vel dicitur inuolutus, quia stylus eius est metaphoricus, & figurativus, & ideo ad intelligē- Dan. 12 dum obscurus. Dan. Clausi sunt Isa. 29 signatique sermones. Et Isa. Erit nobis vitio omnium quasi verba libri signati.

Hæc autem inuolutio, & obscuritas sacræ scripturæ, pluribus de causis vtilis & rationalis est: quarum vna est, quia sacra scriptura ex hoc copiosior est in sentētijs, Aug. 12 de ciui. Dei. vnde Augustinus dicit: Sermonis obscuritas etiā ad hoc vtilis est, quia plures sententias parat, & in lucem sententiæ prodeunt, dum alius eam sic, & alius sic intelligit.

Secunda causa est, vt lateat studere negligentibus, & indignis. Gre. in Mat. 23 vnde Grego. Non abscondita est in scripturis veritas, vt non inueniant qui quærunt eam, sed vt non videant, qui quærere eam nolunt.

Tertia causa est, vt detur ex hoc materia exercitij studiosis. Vnde Aug. li. 73. quę. 32. Augustinus. Deus ad salutē animarum in Spiritu sancto sic diui nos moderatus est libros, vt non solum manifestis pasceret, sed etiam obscuris velet.

Quarta ratio est, vt non vilescat curiosis, vnde Aug. in libro contra mendacium. Lectiones actionesque prophēticæ propterea figuris, velut quibusdā amictibus obteguntur, vt sensum pie quærentium exerceant, & ne nudae ac prompta vilescant.

Quarta conditio est eius intelligibilitas, quæ notatur eū dicitur: Expandit illum coram me, id est, mihi eius mysteria aperuit, & me ipsum intelligere fecit. Grego Expandit, dum enigmata Luc. 24 exposuit. Luc. Aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas.

Quinta conditio est sensus duplicitas, quia erat scriptus intus & foris, intus scilicet per sensum spiritualē, foris vero per sensum literalem. Vel (secundum Greg.) intus scriptus est, quia instruit nos de rebus inuisibilibus, i. de mysterijs cælestibus, foris vero, in quantum instruit nos de rebus visibilibus, scilicet de rebus terrenis disponendis, & de exterioribus actionibus. Prima scriptura pertinet ad contemplatiuos, Ioan. 10 secunda ad actiuos. Ioan. Ingredietur, & egredietur &c.

Sexta conditio est scripturę varietas: quia erant scriptæ lamentationes in eo, & carmen, & væ: Continet enim lamētationes scriptura, & tristitias pœnitentium. Ioel. 2 Ioel. Conuertimini ad me in ieiunio, & fletu, & planctu. Et continet etiam carmen laudis, & lętitiæ beatorum. Psal. Beati qui Psa. 83 habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te.

Item cōtinet væ tristitiæ, & pœnæ damnatorum. Luc. Ibi erit Luc. 23 fletus & stridor dentium. Isa. Isa. 13 Væ impio in malum, &c.

Item scriptura sacra assimilatur illi rotæ quæ describitur in visione Ezechielis, quæ habetur Ezech. 1 Ezech. 1. vbi dicitur: Apparuit rota super terram iuxta animalia, habens quatuor facies, vbi scilicet de sacra scriptura sex conditiones tanguntur: Nam primo ostenditur esse alta ex origine, in eo quod apparuit: Non enim hæc est scientia ex humana ratione inuenta, sicut aliæ scientiæ, sed diuinitus reuelata, scilicet mediante aliqua apparitione, & ideo dicit. Apparuit: Nam traditio veteris legis facta est ab Angelo apparente ex persona Dei in monte, secundum illud. Act. 7. Hunc, Act. 7 scilicet Moysen, misit Deus principem, & redemptorem, cū manu Angeli qui apparuit ei. Et infra.

Hic

Hic est, qui fuit in ecclesia in solitudine cum Angelo, qui loquebatur ei in monte Synai, & cum patribus nostris, qui accepit verba vitæ dare nobis; reuelatio etiã doctrinæ prophetica facta est communiter per apparitionẽ in somnio, vel vilione, secundũ illud Nu.12. Num. Si fuerit inter vos Prophetа Domini, in visione apparebo ei, aut per somnium loquar ad illum. Eruditio autem doctrinæ euangelicæ facta est ex gratia Chri- Thi.2 sti in carne apparentis secundum illud. Apparuit gratia Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, &c. Vel ideo de sacra scriptura dicit quod apparuit: quia quãuis ea quæ in sacra scriptura traduntur, (vt sunt mysteria fidei) non habent apparentiã siue euidentiam rationis, quia fides est argumentum rerum non apparentium, vt dicitur; habent tamen apparentiam & certitudinem adhæsionis, quia plus vide- Heb. 11 tur Theologo, quod debeat credere illa quæ in sacra scriptura traduntur, & indubitabilius eis inhæret, quam his, quæ secũdum rationem apparent, & hæc est, apparentia fidei, de qua dicitur Sapien. Apparet autem his, qui fidẽ habent in illum: Nam solis Dei fidelibus apparet scriptura sacra esse indubitabilis, apud quos (vt dictum est supra) maior est huius scripturæ auctoritas, quam omnis humani ingenij perspicacitas.

Secundo ostẽditur esse perfecta ex similitudine, quia assimilatur rotæ: Apparuit inquit rota; Rota enim habet figuram & motũ circularem, & vtrique Philosophus attribuit quandam perfectionem. Nam figura circularis perfecta est, quia ex nulla parte potest ei fieri additio, quod etiam competit sacræ scripturæ, quæ nihil continet superfluũ aut minus, quam expediat humanæ saluti, ideo ei quantum ad hoc in hac vita nihil addi oportet. Apo. Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illũ plagas &c.

Item motus circularis probatur à Philosopho inter omnes motus perfectior: Nam finem coniungit principio. Quod etiam sacra scriptura facit, dum Deum omnium rerum principium, & finem esse ostendit. Vnde & ex persona Dei dicit. Ego sum alpha, & o, prin- Apo.1 cipium, & finis. Et de hac similitudine rotæ dicitur in Psalmo: Psal. 76 Vox tonitrui tui in rota: Vox enim tonitrui Dei, est manifestatio suæ magnitudinis, de qua dicitur Iob. Tonitruum magnitu- Iob.26 dinis eius quis poterit intueri? & hæc manifestatio fit in rota, id est, in sacra scriptura. Vnde glosa hic super Ezech. dicit, quòd rota dicitur sacra scriptura, quæ ad auditores omni parte voluitur inter prospera & aduersa.

Tertio ostenditur esse connexa ex vnione. Vnde dicitur rota vna: quamuis enim duo testamenta contineat, tamen sic inuicem cõnectuntur, vt vnum & idẽ videãtur continere. Et ideo nouum testamentum includitur in veteri, secundum Berna. sicut figuratum in figura, & econuerso. Vnde Ezech. dicitur, quod aspectus earũ, Ezec. 1 & opera, quasi si sit rota in medio rotæ: glosa, id est, nouũ testamentum in veteri. Vbi nota, quod scientia sacræ scripturæ dicitur vna tripliciter, scilicet vnitate attributionis, in quantum omnia quæ considerat quanquam inter se diuersa sunt, tamen omnia cõsiderat per attributionem siue relationem ad vnum, scilicet Deũ, puta inquantum referuntur ad ipsum, vt ad principium, vel finẽ, & huiusmodi.

Itẽ est vna vnitate luminis, cui innititur: quia in omnibus innititur

Digitized by Google

titur eidem lumini supernaturali, scilicet fidei, quæ est sicut quædam impressio diuinæ scientiæ, quæ est vna & simplex omnium.

Itē est vna vnitate rationis, quia omnia cōsiderat sub vna formali ratione, scilicet inquantum sunt diuinitus reuelata.

Quartò ostenditur etiam necessaria ex transgressione, quia super terram illam scilicet, secundum Greg. cui dictum est: Terra es, & in terram ibis: Omnipotens enim Deus super corda peccantium legem posuit, scilicet sacræ scripturæ, quæ dicitur lex, quia præceptis, & documētis salubribus mētes ligat, ne transgrediantur pec-
Rom.2. cando. Apostolus: Lex propter transgressores posita est: vel dicitur esse super terram, quia super terrena mentes eleuat, dum eas ad contemplandum, & diligendū cælestia inflammat, secundum illud. Quæ sursum sunt sapite, non
Col.3. quæ super terram. & Matt. No-
Mat.6. lite thesaurizare vobis thesauros in terra, &c.

Quinto ostenditur esse cōgrua ex ordine, quia iuxta animalia: Cōgruus enim ordo humanæ doctrinæ est, vt per sensibilia eruditur de intelligibilibus: Nam
Arist.1. omnis nostra cognitio (secūdum
post. Philosophum) oritur à sensu; vnde rota diuinæ scripturæ dicitur esse iuxta animalia, id est, iuxta sensum, quia sensua cognitio propria est animalium. Traditenim diuina scriptura communiter nobis spiritualiter sub quibusdam sensibilibus signis & similitudinibus. vel quia homo (secundum Apostolum) primo est animalis, id est paruus, & imperfectus, deinde spiritualis, grandis, & perfectus in gratia. Aliquando rota diuinæ scripturæ dicitur eleuari secundum spiritum, secūdum illud
Hæc.1 Ezech. Quocunque ibat spiritus, illuc eunte spiritu & rotæ pariter eleuabantur, sequentes eam. Aliquando verò dicitur stare, vel apparere iuxta animalia; quia scilicet diuina scriptura, & scit spirituales de sublimibus erudi-
1.Cor.2 te, secundum illud: Sapientiam loquimur inter perfectos. Et iterum ibidem. Spiritualia spiritualibus comparātes. & scit etiam animales & paruulos leuioribus enu-
1.Cor.3 trire, secundum illud: Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, & ideo sic iuxta spiritum eleuat spirituales, quod tamen secundum literam non deserit animales. Rom. Sapientibus Rom.1. & insipientibus debitor sum. Eze Cùm ambularent animalia, Ezec.1 ambulabant pariter, & rotæ iuxta ea.

Sexto ostenditur esse distincta in effigie, quia habēs quatuor facies, & dicitur habere sacra scriptura quatuor facies, id est, quatuor sensus, quia maximè in facie hominis sensus vigent, & sunt in ea quatuor distincti, scilicet visus in oculis, auditus in auribus, odoratus in naribus, & gustus in ore, tactus autem non est distinctus ab alijs in aliquo organo. Quatuor ergo sensus scripturæ sunt, hystoricus siue literalis, tropologicus, id est moralis, allegoricus, & anagogicus. Vel dicitur habere quatuor facies, quia per quatuor mundi partes est prædi-
Gen.28 cata Genes. Dilataberis ad Orientem, & Occidentem, Meridiem, & Septentrionem. Vel quia quadrupliciter tradita est, scilicet per Legem, per Prophetas, per Euan-
Gre. in gelistas, & per Apostolos, vt di- per Eze cit Greg.

Item scriptura sacra assimilatur illi volumini, quod describitur in visione quæ habetur Zach. Zach.5 5. Vidi, & ecce volumen volans, longitudo eius viginti cubitorū, & latitudo eius decem cubitorum, & dixit ad me: Hæc est maledictio

ledictio quę egreditur ſuper faciē omnis terræ. Hanc enim viſionē G eg exponens dicit: Quid eſt volumē volans, niſi ſcriptura ſacra, quæ dum de cæleſtibus loquitur, ad ſuperiora mentis noſtræ intētionem leuat, quia dum illa ſupra nos eſſe conſpicimus, ima attendere, & concupiſcere deuitamus. Quæ latitudinem cubitorum decem, longitudinem vero viginti tenere perhibetur, quia latitudo operationis noſtræ ſimpla eſt, & longanimitas ſpei in duplum tēditur, quando pro bono opere & hic requies mentis, & illic gaudia æterna præparantur, atteſtāte veritate. Si quis reliquerit domum, vel agros &c. cētuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit: Cēnarius enim numerus decies multiplicato denario fit perfectus. Hic itaque centuplum accipit, qui & ſi nihil habuerit, ipſa tamen perfectione mentis iam in hoc ſeculo habere nihil quærit, quia ergo per hanc duplum pro ſimplo nobis redditur, rectè hoc volumen per viginti cubitos in longitudinem tenditur, quod per decem dilatatur. Sed quia hæc ſacra eloquia ad æternam damnationem ſunt eis qui illa vel ſcire nolunt, vel certè ſciendo contemnunt, rectè de hoc volumine dicitur: Hæc eſt maledictio, quæ égreditur ſuper faciem omnis terræ.

Mat. 19

Item ſcriptura ſacra aſſimilatur illi libro de quo habetur in viſione Ioannis. Apo. vbi dicitur. Abij ad Angelum dicens ei, vt daret mihi librum, & dixit mihi: Accipe librum, & deuora illum, & faciet amaricare vētrem tuum, ſed in ore tuo erit dulce tanquā mel. In hac ſiquidem viſione oſtenditur, quod liber ſacræ ſcripturæ primo requirit diſcipulū, vel lectorem expeditum, & ideo dicit: Abij, ſcilicet à curis mundi, vel carnis, quorum ſcilicet occupatio impedit & ſtudium & fructū ſapientiæ: Solicitudo enim ſeculi, & fallacia diuitiarū ſuffocat verbū Matt. 13. Item requirit auditorē deuotū, vt nō tam lectione quàm oratione ſacræ ſcripturæ intelligentiam quærat. Vnde dicit, Abij ad Angelum, i. Chriſtum, dicens ei, ſcilicet orando, vt daret mihi librum, id eſt, intelligentiam ſcripturæ. Sapien. Optaui, & datus eſt mihi ſenſus, inuocaui, & venit in me ſpiritus ſapientiæ.

Apo. 10

Mat. 12

Sap. 7

Item requirit hominem ſtudioſum.

Primo ad capiendā, ſcilicet doctrinam ſacræ ſcripturæ, quam ea pere debet audiendo, & legendo Apo. Beatus qui audit, & qui legit verba prophetiæ, id eſt, libri huius. Oportet eſſe ſtudioſum, etiam ad audiendū, ſcilicet in memoria, vnde dixit: Et deuora illū, ſcilicet memoriæ commēdando, & opere implendo, & hoc cum quadam auiditate, quæ notatur in verbo deuorandi.

Apoc. 1

Item requirit hominem vigoroſum, qui propter amaritudinē ſeu laborem, qui eſt in diſcendo, ſiue intelligendo, vel implendo, non omittat eam: quia ſicut ex vna parte videtur eſſe difficilis, & amara, ita ex alia eſt dulcis, & ſapida: Eſt enim difficilis ad intelligendum, & amara, id eſt, pœnoſa ad opere implendum. Et ideo dicit, faciet amaricare ventrem tuum, id eſt, carnalitatem ſiue humanitatem tuam, quæ eſt mollis, & fragilis. Et ideo graue eſt ei & pœnoſum ſcripturæ monita implere. Facit etiam liber diuinæ ſcripturæ amaricare ventrem animæ, id eſt, mentem, inquantum ducit hominem in cognitionem propriorum defectuum, de quibus amaricatur. Deducit etiam in contemplationem diuinorum, & cæleſtium,

Digitized by Google

& quanto ei sit dulce, quod intus videt, tanto in amaritudinem vertitur omne quod foris sustinet. Sed ex alia parte, scriptura dulcis est, & sapida. Vnde subditur. Sed in ore tuo erit dulce tanquam mel, quia scilicet sacra scriptura, licèt sit difficilis ad intelligendum, & pœnosa ad implendum, tamen est delectabilis ad
Psa. 118 prædicandum. Psal. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.

Spes, quæ secunda Theologalis est virtus, in secundo Angelo à Ioanne præviso figurata, quanta verè pœnitenti bona afferat, breui demonstratur.

Cap. XXXI.

SPes multa bona facit in anima. Et hoc ostenditur in visione beati Ioannis: quæ habetur
Apoc. 8 Apo. 8. Vbi dicitur, quod secũdus Angelus tuba cecinit, & mons magnus igne ardens missus est in mare, & facta est tertia pars maris sanguis, & mortua est tertia pars creaturæ, quæ habebat animas in mari, & tertia pars nauiũ interijt.

Secundus Angelus, est spes, quæ est secunda virtus theologica hęc tuba canit, quando pœnitenti veniam promittit: & tunc mons magnus, id est, animus sublimatus, igne ardens, id est, charitate fœruens, mittitur in mare, id est, in amaritudinem timoris, & doloris: & tunc fit tertia pars maris sanguis: prima pars est amaritudo timoris, secunda doloris: ex his duabus aliquando sequitur tertia, scilicet amaritudo desperationis: sed hanc omnino excludit securitas spei, & conuertit in sanguinem, id est, in pœnitentię asperitatem, & carnis mortificationem.

Item prima pars eorũ, qui habent animas in mari, est timor pœnę mundi, secunda timor purgatorij, tertia timor pœnæ inferni, & hæc moritur: quia hunc timorem spes salutis excludit.

Item prima pars nauis humanę mentis, sunt cogitationes necessariæ, quę sunt circa illa, quę sunt de necessitate salutis.

Secunda pars, sunt cogitationes perfectæ: quæ sunt circa opera supererogationis, quæ non sunt de necessitate, sed de perfectione. Tertia pars, sunt cogitationes vanæ circa vanitatem: hæc tertia pars interit canente tuba secundi Angeli, id est, spe promittẽte veniam, & misericordiam Dei. psa. Psal.47.
In spiritu vehementi cõteres naues Tharsis, id est, cogitationes, quærentes vana huius mundi.

Virorum spiritualium conditiones quinque numerantur, quæ figuraliter ex Ezechielis visione mysteriosa elicuntur, quamplurimaq; alia de hac re explanantur.

Cap. XXXII.

SPirituales viũ assimilantur illis rotis, quæ describuntur Eze. 1. vbi dicitur, quod statura erat rotis, & altitudo, & horribilis aspectus, & totũ corpus plenum oculis in circuitu ipsorum quatuor. In quibus verbis quinque conditiones spiritualiũ virorum exprimuntur. Ezec.1.

Prima est rectitudo iustitię, quæ figuratur in statura rotarũ: quia enim stare dicimus, id quod firmum est, vel rectum: non enim dicitur stare ille qui iacet, vel ille qui vadit. Ideo statura importat rectitudinem, & firmitatem, quæ duo competunt spiritualibus viris, id est, his qui spiritu Dei aguntur, scilicet rectitudo operis, Psa.142
secũdum illud: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectã, & stabilitas voluntatis, quæ est ex robore Spiritus sancti, secundum illud. Det nobis corroborari per spiritum eius in interiori Eph.3
homine. Hoc enim stabilitatis

Digitized by Google

Hc. 13. robur gratia Spiritus sancti facit. Heb. Optimum est gratia stabilire cor. Et de hac statura spiritualis viri dicitur. Statura tua assimilata est palmæ, quæ scilicet directe crescit, & diutissime viuit.

Cant. 7

Secunda est promptitudo obediendi, quia assimilatur rotis: Nã sicut rota vndique est parata ad motum, ita spirituales viri sunt in omnibus parati ad obediendum secundum illud Psa. Paratum cor meum Deus, paratum cor meũ. Hanc promptitudinem obedientiæ facit spiritus humilitatis, qui est intus eis. Vnde dicitur. Ezec. Cum euntibus ibant, & cum stãtibus stabãt, & cum eleuatis à terra pariter eleuabantur, & rotæ sequentes eas, quia spiritus vitæ erat in rotis.

Psa. 107

Ezec. 1.

Tertia est altitudo sapiẽtiæ, scilicet in contemplatione cęlestiũ, & diuinorum. Vnde dicit, quod altitudo erat rotis: Nam sapiẽtis est considerare altissimas causas, vt dicit Philosophus. Isa. Extollãte super altitudinem nubium, id est, rerum mirabilium, quia nubes maxime sunt instabiles, & continuè transmutãtur. Quarta est trepidatio vindictæ, semper enim aut peccata præterita, aut delicta præsentia etiam parua ex ira districti iudicis in se feriri metuunt, & æternæ gehennæ supplicium formidando attendunt. Vnde dicit. Et horribilis aspectus. Vbi Gre. Horribilis aspectus est terror gehennæ: quæ sine fine reprobos cruciat, & semper in cruciatu conseruat. Vnde tanta est illius pœnæ acerbitas, & profunditas, quod est horror non solum sustinentibus, sed etiam aspiciẽtibus. Iob. Terram tenebrosam, et opertam mortis caligine, terram miseriæ, & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

Arist. Meth. 1

Isa. 13

Iob. 10.

Quinta est circunspectio prudentiæ, quia totum corpus plenũ erat oculis in circuitu ipsorum quatuor. Per istos enim oculos intelliguntur cautelæ, & circumspectiones prudentium, quibus Sancti, & spirituales viri tãquam vere prudentes in omnibus abũdant. Nã spiritualis homo dijudicat omnia, & isti oculi dicuntur esse in circuitu: quia diabolus nos suis laqueis vndique circumcingit, propter quod de eo dicit Petrus, quod tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret: & ideo contra eum ex omni parte necessaria est cautela. Sed ideo dicuntur esse in circuitu ipsorum quatuor, scilicet animalium, secundum Gregorii super Ezech. vel ipsarum quatuor scilicet facierum. Nam supra præmiserat, quod apparuit rota vna habens quatuor facies, quę videbantur quasi quatuor rotæ: quia scilicet Sancti viri præcipuè in quatuor partibus habẽt cautelas, & circumspectiones, scilicet retro circa præterita per memoriã, ante, scilicet, ad futura per prouidentiam; à dextris, id est, ad prospera per despectum: à sinistris, i. ad aduersa per exercitium. Nam prospera mundi respiciendo despiciũt, & aduersa ad virtutis exercitiũ suscipiũt. Vel habẽt oculos retro, scilicet ad mala ne inficiant, & ante, i. ad bona ne deficiant. Gregor. Corpora animaliũ idcirco plena oculis describũtur, quia sanctorum actio ab omni parte scilicet circũspecta est, bona desiderabiliter prouidens, mala solerter cauẽs. Est enim necessarium oculos habere ad mala, id est, ad vitia: quia vitia plerumque se palliant sub specie virtutum. Nam superbia fingit se esse libertatem, tumor fingit se humilitatem, tenacitas, siue auaritia fingit se esse parsimoniam; prodigalitas fingit se esse largitatem,

1. Pet. 5.

Gre. in Ezech. hom. 7.

Digitized by Google

vel misericordiam. vnde sicut dicit Greg. Hoc est laboriosius vbi mens Sanctorum inuigilat, ne se ante eorum oculos mala sub bonorum specie abscondant.

Item necessarium est habere oculos ante, scilicet ad bona, ne deficiant: Nā plerūque, dum homo intendit ad quædam bona, negligit quædam alia, & vbi negligimus, ibi proculdubio oculū non habemus, quod patet exemplo Phariſæi, qui habuit oculos ad gratitudinem dicens: Gratias ago tibi, &c. Ad abstinētiam, ieiuno bis in sabbato. Ad misericordiā, decimas do omniū quæ possideo: Ad iustitiam, quia non sum sicut cæteri hominū iniusti, raptores: ad continentiā, Et adulteri, &c. Sed ad mentis custodiā, id est, humilitatem, oculum non habuit, quia se cæteris hominib. prætulit. Gre. Quid prodest quod contra hostiū insidias tota ciuitas cautè custoditur, si vnū foramen apertum relinquitur, vnde ab hostibus intretur. Luc. 2

Item sancti viri habent oculos & à dextris, ſ ad beneficia ne officiant: Nam valde cauendum est, ne vnde homo proximo suo prodesse intendit, inde magis ei noceat. Vnde Apostolus dicebat: Si cui aliquid donastis, & ego: Nam & ego quod donaui, ſi quid donaui, propter vos in persona Christi, vt non circumueniamur à sathana, nō enim ignoramus cogitationes eius. Ecce circunspectus magister sic donare, id est, parcere voluit, vt non displiceret, ne scandalum daret discipulis, quia sciebat quod sathanas inde solet cordi alterius scandalum immittere, vnde alterum contpicit pietatis negociū fecisse, & ideo multum attendendum est, vt etiā bonum quod fit, vtiliter & cautè fiat.

Item debent etiam esse oculi à sinistris, id est, ad scandala, ne veniāt scilicet ex culpa sua: quamuis enim necesse sit, vt veniant scandala; væ tamen homini illi per quem scandalum venit, quod intelligendum est de scandalo actiuo, quod est ex culpa propria, scilicet vel bonum omittendo, vel malum augendo, vel studiose nocendo, & huiusmodi. Sed de scandalo passiuo, quod est ex culpa alterius, non est tantum curandum, quod propter hoc bonum dimittatur, præcipuè bonū ad quod homo tenetur, ſi sine huiusmodi scandalo fieri non posset. Vnde dominus non curauit de scandalo phariſæorum, & tamen curauit de scandalo gentilium petentium ab eo tributum, vt habetur apud Matt. Mat. 7

Varia tentationum genera, nonnullorumq; peccatorum detrimenta, eorumq; remedia ponuntur. Quoue pacto nos Diabolus fortiter & grauiter tentet, & ei ſit reſiſtendum, viſionibus, & ſomnijs quibuſdam ex ſacra ſcri, tura collectis, hisque locis explanatis eruditur.

Cap. XXXIII.

TEntatio occulta in cordis cogitatione, est sicut pollutio somnij in dormitione: dicitur enim Deut. Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus ſit sōnio, egredietur extra castra, & nō reuertetur priusquam ad vesperū lauetur aqua, & post solis occasum regredietur in castra. In quibus verbis primò intellige somnij pollutionem, cum dicitur, ſi fuerit inter vos. ho. qui no. pol. ſi ſo. Nam (sicut dicit Gregor.) nocturnum somnium est tentatio occulta, per quam tunc homo pulluitur, quando tenebrosa cogitatione turpe aliquid corde concipitur, quod tamen corporis opere non expletur. Et causa quare aliquando ſpirituales viri talibus cogitationibus, vel tē- Deut. 23

tationibus

Digitized by Google

tationibus molestantur, est (sicut Gregorius dicit) quod libenter se occupant in aliquibus actibus terrenis etiam licitis: quia cum vel in minimis terrena actio per desiderium tangitur, crescente contra nos antiqui hostis fortitudine, mens nostra non minima importunitate tentationis inquinatur.

Secundo considera polluti exclusionem cum subditur: Egre-
Grego. dietur extra castra. Gregorius Dignum est, vt qui immunda cogitatione polluitur, indignum se ceterorum fidelium societatibus arbitretur, culpæ suæ meritum ante oculos ponat, & ex bonorũ se existimatione despiciat. Pollutum ergo extra castra exire, est turpi cogitatione laborãtem sese ex continentium comparatione despicere.

Tertio aduerte exclusi purgationem, cum subditur: Et non reuertetur quousque ad vesperum
Grego. lauetur aqua. Gregor. ad vesperum aqua abluitur, cum defectũ suum considiciens ad pœnitentiæ lamenta conuertitur, vt fletibus diluat omne, quod animam occulta inquinatio accusat. Psal-
Psa. 29. mus: Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.
Leui. 1. Et hinc est, quod Leuit. mandatum fuit, quod membra hostiæ in frusta conscissa, & caput, & cũcta quæ adhærẽt iecori igne comburerentur: pedes vero, & intestina prius aqua lauarentur. Ista hostia est homo qui seipsum offert ad seruitium Dei; cuius membra tunc conciduntur in frusta, cum eius vitæ opera sunt virtutibus distincta. Et tunc super ignem ponuntur, quando cum feruore amoris, & deuotionis, Deo offeruntur. Caput autem, & ea quæ iuxta iecur continentur incendimus, cum in sensu nostro, quod omne corpus regitur, atque in oi cultis desiderijs flamma diuini amoris ardemus. Pedes autem qui terram tangunt, sunt terrenę occupationes. Intestina vero, in quibus stercora portantur, sunt cogitationes immundæ. Vnde Gregorius Cum cogitationes no Gre. stras immunda cogitatio inquinat, quid aliud quam intestina hostiæ stercus portant. Habet ergo pedes & intestina ille, qui dũ terrenum aliquid agit, nonnulla etiam illicita in corde conspicit, sed hæc, vt comburi debeant, lauentur, quia nimirum necesse est vt ante immundas cogitationes timoris fletus diluat, quam in acceptione sacrificij supernus amor incendat, vt tanto suauius in cõspectu sui suspectatoris ardeat, quanto cum ei assistere ceperit, nil terrenũ secum vel lubricũ, in actu suę orationis imponit, vt dicit Grego.

Quarto nota purgati reuersionem, cũ subinfertur: Et post occasũ Solis regredietur in castra. Tunc Sol occumbit, cum ardor tentationis per lachrymas pœnitentiæ deferuescit. Et tũc qui pollutus fuerat ad castra redit, quia tũc in societate bonorũ cõsedit. Vnde Gregori. Post aquam quippe occumbente Sole ad castra reuertitur, qui post lamenta pœnitentię, frigescente flãma cogitationis illicitę, ad fidelium merita præsumenda reparatur, vt iã se à cæteris longe esse non existimet, qui mundum se per habitũ intimi ardoris gaudet.

Item tentatio triplex est, quæ describitur in prima visione Eze. Vbi dicitur. Vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluens, & splẽdor in circuitu eius, & de medio eius quasi species electri. Vbi primo notatur tentationis periculum ex tempestate veniente, secundo remedium ex

Digitized by Google

Item debet homo exire totaliter, ita ſcilicet quod de mũdo nihil ſibi retineat. Quidã namque exeunt de mũdo quo ad diuitias, non tamen quo ad delicias: quia adhuc cor eorum occupatur delicijs mundi, & ſæpe quidem recogitando delicias quas in mũdo habuerunt, pœnitet eos exiuiſſe, & tales ſignificantur per Iudæos, qui ſuſpirabãt in deſerto ad ollas carnium Aegypti: vnde Num. 11. dixerunt: Quis dabit nobis carnes ad veſcendum? Recordamur piſcium quos comedebamus in Aegypto, gratis in mẽtem veniũt nobis cucumeres, & pepones, porrique, & cepæ, & allia. Aliqui etiam exeuntes de mundo portãt ſecum multa de mundo. Quidam honores ipſius, quos adhuc ambiunt in religione, alij diuitias, alij delectationes, alij mores mundanos. Verbi gratia modum eundi ſeculariter, modum loquendi, modum comedendi, & alios eſtus ſeculares. Et tales ſignificantur per Rachel, quæ furabatur idola Laban, & abſcondit ſubter ſtramẽtum Cameli, id eſt, ſub pannis clauſtri, vt dicitur Gene. 31.

Num. 11

Gen. 31

Item debet homo de mũdo exire triumphaliter, ſcilicet ipſum mundum vincendo, & ſuppeditando, vnde dicitur in hac viſione beati Ioãnis, quod exiuit vincens: Talis eſt cui mundus crucifixus eſt, & ipſe mundo, quẽ non vinceret, niſi exiret, nec exiret, niſi vinceret. Vel tunc exit quãdo ipſe moritur mundo, tunc vincit, quando mundus moritur ei. Gal. Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.

Gal. 6.

Septimo eſt neceſſaria potẽtia, ſcilicet vt ipſe vincat, non tãtum mundum, ſed etiam carnem, & diabolum, & ideo additur: Vt vinceret, diabolus vincitur humilitate, caro caſtitate, mundus paupertate. Apoc. Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei. Et dicit columnam, id eſt, rectum, altum, firmum, planum: rectum in viuendo, altum in cõtemplando, firmum in reſiſtendo ſiue ſuſtinendo, planum in conuerſando.

Apo. 3

Item prædicatores aſſimilantur Angelis in viſione beati Ioannis. quę habetur Apoca. vbi dicitur: Vidi ſeptem Angelos ſtantes in conſpectu Dei, datæ ſunt illis ſeptem tubæ. Per ſeptem Angelos intelligitur vniuerſitas prædicantium: Nam ſeptenarius eſt numerus vniuerſitatis, vel quia ſeptem donis debent eſſe perfecti, & ſeptem vitia prædicando eradicare, & ſeptem virtutes plãtare, & ſeptem ſacramẽta annũciare: vel ſeptem dicuntur, quia fidem Trinitatis prędicant, & per quatuor partes mundi.

Apo. 8

Deſcribitur autem eorũ perfectio. Primo quantum ad vitam in eo quod vocantur Angeli. Vbi nota, quod vocantur Angeli primo, quia non debent eſſe carnales, ſed ſpirituales. Pſalmus. Qui facit Angelos ſuos ſpiritus.

Pſa. 10

Item quia non debent eſſe elati, ſed humiles, ſ. ſeruiendo; & non appetentes, vt alij ſeruiant eis. Hebræ. Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi.

Heb. 1

Item quia debent eſſe contemplantes. Matth. Angeli eorum in cęlis ſemper videt faciem patris. Dicuntur etiam ſtantes, id eſt, ſecurè laborantes, non timore corruentes, vel ocio tepentes: vel ſtantes id eſt, parati obedire, ire, & pugnare: vel ſtantes, quia prędicatores aliquãdo ſtando prędicant populo, quia Dominus ſtans turbis, diſcipulis vero ſedendo prędicauit. In quo notatur, quod clauſtralibus eſt prędicandum otium contemplationis, & ideo

Mat. 2

eis

Digitized by Google

eis prædicatur sedendo, laicis vero est prædicãdus labor actionis. Sequitur. In conspectu Dei actiue, vt ipsi Deum aspiciant, & alios docendo ad Deum conspiciendũ perducant. In primo notatur puritas intentionis, vt ad Deum tãtum oculum intentionis dirigãt. In secundo fructus prædicationis, vt alios ad Deum conspiciendum perducant, nunc per fidem, postea per speciem. Vel potest accipi passiue, quia quicquid dicãt, vel faciant, conspiciuntur ab eo.

Boet. Boetius, Magna vobis, si dissimilare non vultis probitatis inducta est necessitas, cum agatis ante oculos iudicis cuncta cernentis. 3. Reg. Viuit in cuius conspectu sto.

3.Re.18

Secundo describitur eorũ perfectio quantum ad doctrinam. Quia datæ sunt illis septẽ tubæ, id est, prædicationis officiũ, quod per tubam designatur: sed dicuntur septem, quia eorum est cõtra septem vitia prædicare, quæ sunt velut septem funes quibus ligatus fuit Samson. Vel ideo septẽ, quia ipsorum est septem mundi munitiones destruere, & hoc figuratum est Iosue 6. in captione, & ruina Hiericho, per quam figuratur mundus. Nam sicut habetur ibi, Sacerdotes tulerunt septem tubas, quarum vsus erat in iubileo, & clangendo circuierunt septies ciuitatem, scilicet per septem dies, & in septimo circuitu tubis clangentibus muri Hiericho funditus corruerunt. Sacerdotes igitur tubis clangentes, typum gerunt prædicatorum, qui debẽt manu tenere tubas, & clãgere, id est, ore proferre, & opere implere quod prædicãt Act. Cœpit Iesus facere & docere. Septem autem tubis debent clangere, id est, contra septem mundi munitiones seu vitia prædicare. Prima munitio est amor diuitiarum, secunda amor delitiarũ, tertia ambitio honorũ, quarta amor suorum, quinta obliuio Dei, sexta ignorãtia sui, septima immemoria iudicij. Septem autem circuitus Hiericho, sunt septem considerationes mundi, quas si homines haberent frequenter in corde, & prædicatores in ore, muri Hiericho in se ipsis corruerent, & postea in alijs corruere facerent. Prima est consideratio vanitatis, quia vana sunt omnia quæ sunt in mundo Eccle. Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Secunda est cõsideratio vilitatis Phil. Omnia arbitratus sum vt stercora. Tertia est cõsideratio breuitatis. Ioan. Transit mundus & concupiscentia eius Quarta est cõsideratio instabilitatis per quam assimilantur mari, Isa. Quasi mare feruens, quod quiescere non potest. Quinta est consideratio infidelitatis, quia nulla fides vel fidelitas inuenitur. Hiere. Vnusquisque à proximo suo se custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam. Sexta est consideratio falsitatis, seu hypocrisis, quia mundus aliud est, & aliud apparet. Iob. Gaudiũ hypocritæ ad instar puncti. Vnde Naum. Qui viderunt te, resilient à te.

Eccl.1

Phil.3

1.Ioa.2

Isa.51

Hier.9

Iob.20

Nau.3

Iudi.15

Ios.6

Act.1

Prælatorum, Religiosorum, Clericorumq; status qualis futurus sit, per Solem nigrum factum, ac Lunam sanguineam, stellasq; cadentes edocetur, huiusq; beati Ioannis visionis metaphoricæ cuncta explanantur mysteria.

Cap. XXVII.

PRælati, & clerici, & religiosi, qualiter futuri sunt circa vltima tempora, ostenditur Apoc. 6. Sub metaphora Solis, & Lunæ, & stellarum, & cæli, vbi dicitur: quod Sol factus est niger tanquam saccus cilicinus, & Luna facta est tota sicut sanguis, & stellæ cæli ceciderunt super terram,

Apoc.6

Digitized by Google

sicut ficus mittit grossos suos cū à vento magno mouetur, & cælū recessit sicut inuolutus. Per Solē intelligitur prælatorū cætus, qui debet splendore suo alios illuminare ad cognitionem fidei, & calore suo inflammare ad amorem Dei, & amorem proximi.
Isa.30 De quo Sole dicitur Isa. Lux Solis erit septempliciter, sicut lux septem dierum, id est, lucem omnium subditorum superabit lux prælatorum: quia sicut præsunt alijs dignitate, sic etiam præcedere debent scientia & sanctitate: vel lucere debent prælati septempliciter per septē opera misericordiæ, quæ continentur in hoc versu. Visito, poto, cibo, solor, tego, colligo, condo. Vel per dispensationem septē sacramentorum, quæ in hoc versu continentur. Tingo, firmo, dolet, cibo, iungo, clericus, vngo. Iste ergo Sol, prælatorum scilicet cætus, factus est niger terrenorum negociorum sollicitudine. Thre. Denigrata est super carbones facies
Thre. 4 eorum. Facies est dignior pars, & altior hominis, & ideo signat prælato, tanquā saccus cilicinus, qui est totus pilosus, & dicitur cilicinus à cilicia, vbi primò inuentus fuit, & in hoc innuitur magna cupiditas prælatorū, scilicet
Isa.13 in pilositate. Isa. Replebuntur domus eorū draconibus, id est, detractoribus, & habitabūt ibi struthiones, id est hypocritæ, & pilosi saltabunt ibi, id est cupidi, & auari officiales, & respondebunt vlulæ in ædibus eius, id est, ioculatores, & saltatrices, & syrenæ in delubris voluptatis, id est, adu-
Isa.34 latores. Isa. In domibus eius spinæ, id est diuitiæ, & vrticæ, id est delitiæ, quæ generant carnis putredinem ac prurigine, & pasiurus in munitionibus, id est, auarus prælatus, & erit cubile draconum, & pascua struthionum, & occurrent dæmonia. Onocentaurus, & pilosus clamabūt alter ad alterum, s. voluptas ad auaritiam. Et Luna facta est tota sicut sanguis, id est, Ecclesia tota facta est carnalis, fundata non in sanguine Christi, & Apostolorū, sed nepotulorū, & cōsanguineorum, procedentium per successionem sanguinis: quia ferè vbique nepos auunculo, & consanguineus cōsanguineo succedit in beneficio. Exod. Dicit Moysi vxor suæ:
Exod. 4 Sponsus sanguinum tu mihi es. Sic potest dicere Ecclesia. Ose.
Ose. 4 Sanguis sanguinem tetigit, id est nepos nepoti succedit. Ioel. Sol
Ioel. 3 conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, & terribilis. Vnde abundantia sanguinis ecclesiæ, signū est appropinquantis iudicij. Et stellæ cæli, i. claustrales viri, de quibus Eccles.
Eccl. 47 Species cæli, gloria stellarum, de cælo ceciderunt super terram, id est, de cælesti vita ad terrenam, vel de clausträli ad mundanam.
Mat. 24 Matth. Stellæ cadent de cælo, id est, monachi exibūt de claustro, discurrentes per mūdum propter diuitias terrenas. Exo. Dispersus
Exo. 5 est populus per Aegyptū ad colligendas paleas, sicut ficus mittit grossos suos, id est, inutiles fructus suos, qui non firmiter adhæserunt ramis arboris, quasi dicat. Ita clausträm emittit inutiles, & instabiles monachos ad peragenda terrena negocia, & causas tractandas, cùm à vento magno mouetur, id est, dum aliqua turbatio oritur. Econtra autē de clausträlibus in claustro residentibus, & terrenis negocijs non se implicātibus. Vnde dicitur in Iud. Stellæ
Iudic. 5 manētes in ordine, & cursu suo, aduersus Sisaram pugnauerunt. Et cælum, id est, cœtus clericorū, quorum conuersatio deberet esse cælestis, recessit à professione sua

in

in susceptione ordinum, quando
Psal.15] dixit: Dominus pars hæreditatis meę, & calicis mei, &c. Quare ergo non sunt contenti clerici hac portione, causa est, quia recesserunt ab illa promissione, sicut liber inuolutus, vbi nula eruditio vel doctrina potest haberi, vel litera videri. Sic in clericis pro magna parte nullum exemplum boni potest videri, nec verbum eru-
Isa.34 ditionis audiri Isaiæ. Complicabuntur, sicut liber, cæli, id est, clerici, qui debent esse libri laicorum.

Qualiter peccatores à Deo in hac vita, & in alia, diuersimodè puniantur, per Hieremiæ visionem in Virgam vigilantem, Ollamq; succensam, id significantem, ostenditur.

Cap. XXVIII.

PVniuntur peccatores à Deo aliter in præsenti, vt corrigantur; aliter in futuro, ti non emendantur. Quod ostenditur in visio
Hier.1 ne Hieremiæ, vbi dicitur: Quid vides Hieremia? Et dixi: Virgam vigilantem ego video, & infra: Quid tu vides? Et dixi: Ollam succensam ego video. Vbi nota, quod præsentis vitę correptiò assimilatur virgæ, sed futuræ vitæ supplicium assimilatur ollæ: Verè enim vt virga est punitio vitæ præsentis, quia percutit ad corri-
Pro.23 gendum, & non ad occidendum. Prouer. Si percusseris eum virga, non morietur. Vnde percussio
Pro.13 hæc non est odij, sed amoris. Pro.
Eccl.30 Qui parcit virgæ, odit filium. Et Ecclesiast. Qui diligit filium assiduat illi flagella. Sed notandum, quod alia translatio habet loco virgæ baculum nucum, & bene flagellum præsentis vitæ assimila-
Psa.22 tur nucum baculo siue virgæ, de qua in Psalmo: Virga tua, & baculus tuus, &c. Ad hoc enim corripit Dominus vt emender. Nux autem (sicut glosa dicit) habet corticem amarissimum, & testam durissimam, vt detractis duris & amaris, fructus dulcissimus reperiatur. Sic omnis correptio, et labor continentiæ, amara sunt ad præsens, sed fructum pariunt dulcissimum. Vnde vetus testamentum quoad literam est cortex amarus, sed spiritualiter intellectũ habet fructus dulces.

Item assimilatur correptio Virgæ vigilanti, quia excitat peccatorem à somno culpæ, & iustum à somno negligentiæ. 1. Corint. 1.Cor. 16
Euigilare iusti, & nolite peccare.
Vnde Angelus in Actu. Percussio Act.12
latere Petri excitauit eum.

Secundo puniuntur peccatores, qui non emendantur virga præsentis flagelli ardore æterni incendij, de quo ardore dicit: Ollam succensam ego video. Vbi nota, quod in olla carnes includuntur, & ideo signat locum inferni, in quo includũtur damnati propter peccata quæ in carne viuentes commiserunt, sed ollæ succensio designat gehennæ incendium. Iob. De naribus eius Iob,41
procedit fumus sicut ollę succensæ atque feruentis.

Quo pacto sancti viri in humilitate, mortificatione, dilectione, ac oratione Christum sequi, & imitari debeant, per Ioannis de quatuor animalibus ac vigintiquatuor senioribus coram Agno cadentibus visionem, apertè figuratur ac declaratur.

Cap. XXIX.

SAncti viri imitari conantur Christũ Redemptorem, quod ostenditur in visione Ioannis Apocal. vbi dicitur: quod quatuor Apoc. 5
animalia, & vigintiquatuor seniores ceciderunt coram Agno, habentes singuli citharas, & fialas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum, ita quod per quatuor animalia, accipiantur omnes Prædicatores

cuan-

Digitized by Google

euangelicæ doctrinæ, quę in quatuor Euangelijs continetur, sed per vigintiquatuor seniores intelliguntur vniuersi fideles se exercentes in sex operibus misericordiæ, secũdum regulam & doctrinam quatuor euangeliorum: quia sex per quatuor ducti faciũt vigintiquatuor. Hi ergo omnes
Phil.2 Agnum, id est, Christum pro nobis immolatum sequuntur, & imitantur in quatuor.

Primo, in humiliatione, quia ipse Christus formam serui accipiens, se humiliauit, & ideo ipsi Sancti se humiliant propter ipsum: Et ideo dicit, quod ceciderunt coram Agno, i de se humilia sentientes, Deum magnificãtes, ab ipso viuificari humiliter postulantes. Ceciderunt dicit, nõ descenderunt, quia humilitas cũ semper in imo sit, nescit descensum. In hoc vero, quod dicit, coram agno, nota differentiam inter casum humilitatis, & casum
1.Re.3 peccati, sicut Heli cecidit retro: Retro enim cadit, qui ad peccata redit, vel retro cadit quicunq; ad spiritualia, quæ sunt ante nõ proficit, sed ad temporalia, quæ sunt retro tantum intendit, contra illud Apostoli. Quę sunt retro, obliuiscẽs. Sed qui coram Agno cadit, videt Agnum, & videtur ab eo, & ita in hoc notatur rectitudo intentionis.

Secundo imitantur eũ in carnis mortificatione. Christus enim pro eis mortuus est, & ipsi propter eum seipsos mortificant, quod notatur cum dicitur: Habẽtes singuli citharas, id est carnis mortificationem, in cithara enim lignum est & chorda, lignũ est crux, chorda est caro Sanctorum, quæ tũc quasi chorda ligno citharæ coextenditur, quando diuersis se pœnis affligẽtes, & mortificantes, ipsam crucem imitan-
Gal.5 tur. secundum illud Apostũ. Qui autem sunt Christi, carnẽ suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs. Isa Venter meus ad
Isa.16 Moab quasi cithara sonabit. In hac cithara tot sũt chordę quot sunt membra in homine, quia omnia membra, quæ peccauerũt, omnia debent in pœnitentia puniri, vel ipsis vitijs mortificari.
Rom. Sicut exhibuistis membra Rom.8 vestra seruire iniustitiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete ea seruire iustitiæ in sanctificationem.

Tertio imitantur eũ in amoris dilatatione: Christus enim ex amore pro Sanctis mortuus est, & Sancti similiter propter ipsius amorem morti se exponunt; quod notatur cum dicitur: Et phialas aureas, id est corda lata, & lucida, lãta per charitatem 1. Corin.
1.Cor.6 Os nostrũ patet ad vos o Corinthij, cor nostrum dilatatum est, dilatamini & vos. Itẽ lucida per castitatem, Sapien. O quam pul-
Sap.4. chra est, & casta generatio cum claritate, sed aurea per sapientiã cælestẽ. Apo. Suadeo tibi emere
Apoc.3 à me aurum ignitum, &c. Hoc aurum est cælestis sapientia, quæ non tãtum splendet intellectui, sed etiam ardet affectui. Pſal. Ig-
Pſa.118 nitum eloquium tuum vehemẽter.

Quarto, imitantur eum in oratione: orãt enim pro se inuicem, & Christus orauit pro inimicis, quod & Sancti similiter faciunt, & ideo dicuntur phialas habere plenas odoramentorum, quæ sũt orationes Sanctorum, id est, plena pijs orationibus, & deuotis desideriis, quales sunt orationes Sanctorum. Et comparatur deuota oratio odori circũquaque diffuso, qui omnibus se communicat; quia scilicet Sanctorum oratio ad omnes se extendit, & quãto odor intensior, tanto diffusior: quia oratio quãto deuotior, tan-

to

to carior, & fructuosior, vt dicit Gregor. Vnde Paulus pro omnibus docet orate 1. Thi Obsecro primo omnium fieri obsecrationes, orationes, & postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro Regibus, pro his qui in sublimitate sunt constituti. Item odor ascendit, & sic deuota oratio Cantic. Ascendet per desertum quasi virgula fumi ex aromatibus.

Grego. 1. Thi. 2

Can. 6

Sacra scriptura Libro, Rotæ, Voluminiq; cōparatur, cuius auctoritas, copiositas, obscuritas, intelligibilitas, sensus varietas, excellentia, & veritas, per tres Sanctorum pulcherrimas visiones lucide enucleatur.

Cap. XXX.

SGriptura sacra assimilatur illi libro, qui in visione ostensus est Ezechieli, de quo habetur Ezech. 2. vbi dicitur: Ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber, & expandit illū coram me, qui erat scriptus intus, & foris, & scriptę erant lamētationes in eo, & carmen, & væ, in hac siquidem visione ostenduntur sex conditiones sacræ scripturæ.

Ezec. 2

Prima est eius auctoritas, quia de manu Dei est habita. Vnde dicitur: Ecce manus missa est ad me, id est, reuelatio Dei inspirata est mihi, sed litera septuaginta interpretum habet: Extenta est, quod idem est, quod missa: Tunc enim manus Dei ad aliquem extenditur, vel mittitur, cum id, quod fieri debet, ei reuelatur. Quia igitur sacræ scripturæ præcepta sunt à nobis non tantū aure audienda, sed etiam opere implenda Iac. Estote factores verbi, non auditores tantū. Idcirco ipsa sacra scriptura per instrumētum manus dicitur esse missa. Iob. Docebo vos per manum Dei, id est, per reuelationem Dei. Vel quia sicut per manum scriptoris sciētia alicuius scribitur in charta, ita per reuelationem cōditoris hæc scientia inspirata est, & scripta in ecclesia. Dan. Apparuerunt digiti quasi manus scribentis. Hi digiti fuerūt scriptores sacri canonis. Ex hoc igitur, quod scriptura sacra est à Deo inspirata, prouenit, (sicut dicit August.) quod maior est eius auctoritas, quā omnis humani ingenij perspicacitas.

Iac. 2

Iob. 27.

Dan. 5

Augu.

Secunda conditio est eius copiositas, propter quam vocatur non cedula, vel charta continens pauca, sed liber, scilicet cōtinens multa: Nulla enim scriptura humana reperitur ita copiosa vt sacra doctrina, in qua (dicit Augu.) omnis quodammodo continetur scriptura. Vnde Aposto. Omnem scripturam eam appellat, dicens Omnis scriptura diuinitus inspirata, &c. Et ideo Hier. dicit, quod nescit literas qui sacras ignorat. Vnde propter grandem scientiæ copiam, quæ continetur in ea, liber grandis vocatur. Isa. Sume tibi librum grandem, &c. rectè liber grandis dicitur, in quo, scilicet, omnis scientiæ forma & finis includitur. Vnde Augu. ad Volusianum. Hic, inquit, philosophia, quoniam omnium naturarum causæ sunt in Deo. Hic Ethica, quoniam vita bona & honesta non aliunde sumitur, quam cum ea, quæ diligenda sunt, diliguntur quomodo sunt diligēda, hoc est Deus, & proximus Hic est Logica, quoniam veritatis lumen animæ rationalis non nisi Deus est. Hic laudabilis reipublicæ salus, nec enim custodiuntur optimę ciuitates nisi fundamento & vinculo fidei, fraternæque custodiæ.

2. Thi. 3

Hiero.

Isa. 8

Tertia conditio est eius obscuritas, propter quam vocatur liber inuolutus. Gregorius. Liber inuolutus, est sacræ scripturæ eloquium obscurum, quod profunditate

Grego.

ditate sententiarum inuoluitur, vt non facile sensui omnium pateat. Iob. Quis est inuoluens sententias? vel dicitur inuolutus, quia stylus eius est metaphoricus, & figuratiuus, & ideo ad intelligẽdum obscurus. Dan. Clausi sunt signatique sermones. Et Isa. Erit nobis visio omnium quasi verba libri signati.

Iob. 28 Dan. 12 Isa. 29

Hæc autem inuolutio, & obscuritas sacræ scripturæ, pluribus de causis vtilis & rationalis est: quarum vna est, quia sacra scriptura ex hoc copiosior est in sententijs, vnde Augustinus dicit: Sermonis obscuritas etiã ad hoc vtilis est, quia plures sententias parat, & in lucem sententiæ prodeunt, dum alius eam sic, & alius sic intelligit.

Aug. 12 de ciui. Dei.

Secunda causa est, vt lateat studere negligentibus, & indignis. vnde Grego. Non abscondita est in scripturis veritas, vt non inueniant qui quærunt eam, sed vt non videant, qui quærere eam nolunt.

Gre. in Mat. 23

Tertia causa est, vt detur ex hoc materia exercitij studiosis. Vnde Augustinus. Deus ad salutẽ animarum in Spiritu sancto sic diuinos moderatus est libros, vt non solum manifestis pasceret, sed etiam obscuris velet.

Aug. li. 73. quę. 53.

Quarta ratio est, vt non vilescat curiosis, vnde Aug. in libro contra mendacium. Lectiones actionesque prophéticæ propterea figuris, velut quibusdã amictibus obteguntur, vt sensum pie quærentium exerceant, & ne nuda ac prompta vilescant.

Quarta conditio est eius intelligibilitas, quæ notatur cũ dicitur: Expandit illum coram me, id est, mihi eius mysteria aperuit, & me ipsum intelligere fecit. Grego. Expandit, dum enigmata exposuit. Luc. Aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas.

Luc. 24

Quinta conditio est sensus duplicitas, quia erat scriptus intus & foris, intus scilicet per sensum spiritualẽ, foris vero per sensum literalem. Vel (secundum Greg.) intus scriptus est, quia instruit nos de rebus inuisibilibus, i. de mysterijs cælestibus, foris vero, inquantum instruit nos de rebus visibilibus, scilicet de rebus terrenis disponendis, & de exterioribus actionibus. Prima scriptura pertinet ad contemplatiuos, secunda ad actiuos. Ioan. Ingreditur, & egredietur &c.

Ioan. 10

Sexta conditio est scripturę varietas: quia erant scriptæ lamentationes in eo, & carmen, & væ: Continet enim lamẽtationes scriptura, & tristitias pœnitentium. Ioel. Conuertimini ad me in ieiunio, & fletu, & planctu. Et continet etiam carmen laudis, & lętitiæ beatorum. Psal. Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te.

Ioel. 2 Psa. 83

Item cõtinet væ tristitiæ, & pœnæ damnatorum. Luc. Ibi erit fletus & stridor dentium. Isa. Væ impio in malum, &c.

Luc. 23 Isa. 13

Item scriptura sacra assimilatur illi rotæ quæ describitur in visione Ezechielis, quæ habetur Ezech. 1. vbi dicitur: Apparuit rota super terram iuxta animalia, habens quatuor facies, vbi scilicet de sacra scriptura sex conditiones tanguntur: Nam primo ostenditur esse alta ex origine, in eo quod apparuit: Non enim hæc est sciẽtia ex humana ratione inuenta, sicut aliæ scientiæ, sed diuinitus reuelata, scilicet mediante aliqua apparitione, & ideo dicit. Apparuit: Nam traditio veteris legis facta est ab Angelo apparente ex persona Dei in monte, secundum illud. Act. 7. Hunc, scilicet Moysen, misit Deus principem, & redemptorem, cũ manu Angeli qui apparuit ei. Et infra

Ezec. 1 Act. 7

Hic

Hic est, qui fuit in ecclesia in solitudine cum Angelo, qui loquebatur ei in monte Synai, & cum patribus nostris, qui accepit verba vitæ dare nobis; reuelatio etiã doctrinæ propheticæ facta est communiter per apparitionẽ in somnio, vel visione, secundũ illud
Nu.12. Num. Si fuerit inter vos Prophetа Domini, in visione apparebo ei, aut per somnium loquar ad illum. Eruditio autem doctrinæ euangelicæ facta est ex gratia Christi in carne apparentis secundum
Thi.2 illud. Apparuit gratia Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, &c. Vel ideo de sacra scriptura dicit quod apparuit: quia quãuis ea quæ in sacra scriptura traduntur, (vt sunt mysteria fidei) non habent apparentiã siue euidentiam rationis, quia fides est argumentum rerum non apparentium, vt dicitur; habent tamen apparentiam & certitudinem adhæsionis, quia plus vide-
Heb. 11 tur Theologo, quod debeat credere illa quæ in sacra scriptura traduntur, & indubitabilius eis inhæret, quam his, quæ secũdum rationem apparent, & hæc est apparentia fidei, de qua dicitur Sapien. Apparet autem his, qui fidẽ habent in illum: Nam sõlis Dei fidelibus apparet scriptura sacra esse indubitabilis, apud quos (vt dictum est supra) maior est huius scripturæ auctoritas, quam omnis humani ingenij perspicacitas.

Secundo ostẽditur esse perfecta ex similitudine, quia assimilatur rotæ: Apparuit inquit rota; Rota enim habet figuram & motũ circularem, & vtrique Philosophus attribuit quandam perfectionem. Nam figura circularis perfecta est, quia ex nulla parte potest ei fieri additio, quod etiam competit sacræ scripturæ, quæ nihil continet superfluũ aut minus, quam expediat humanæ saluti, ideo ei quantum ad hoc in hac vita nihil addi oportet. Apo. Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illũ plagas &c.

Item motus circularis probatur à Philosopho inter omnes motus perfectior: Nam finem coniungit principio. Quod etiam sacra scriptura facit, dum Deum omnium rerum principium, & finem esse ostendit. Vnde & ex persona Dei dicit. Ego sum alpha, & o, prin- Apo.1
cipium, & finis. Et de hac similitudine rotæ dicitur in Psalmo: Psal. 76
Vox tonitrui tui in rota: Vox enim tonitrui Dei, est manifestatio suæ magnitudinis, de qua dicitur Iob. Tonitruum magnitu- Iob.26
dinis eius quis poterit intueri? & hæc manifestatio fit in rota, id est, in sacra scriptura. Vnde glosa hic super Ezech. dicit, quòd rota dicitur sacra scriptura, quæ ad auditores omni parte voluitur inter prospera & aduersa.

Tertio ostenditur esse connexa ex vnione. Vnde dicitur rota vna: quamuis enim duo testamenta contineat, tamen sic inuicem cõnectuntur, vt vnum & idẽ videãtur continere. Et ideo nouum testamentum includitur in veteri, secundum Bernã. sicut figuratum in figura, & econuerso. Vnde Ezech. dicitur, quod aspectus earũ, Eze. 1
& opera, quasi si sit rota in medio rotæ: glosa, id est, nouũ testamentum in veteri. Vbi nota, quod scientia sacræ scripturæ dicitur vna tripliciter, scilicet vnitate attributionis, in quantum omnia quæ considerat quanquam inter se diuersa sunt, tamen omnia cõsiderat per attributionem siue relationem ad vnum, scilicet Deũ, puta inquantum referuntur ad ipsum, vt ad principium, vel finẽ, & huiusmodi.

Itẽ est vna vnitate luminis, cui innititur: quia in omnibus innititur

titur eidem lumini supernaturali, scilicet fidei, quæ est sicut quædam impressio diuinæ scientiæ, quæ est vna & simplex omnium.

Itē est vna vnitate rationis, quia omnia cōsiderat sub vna formali ratione, scilicet inquantum sunt diuinitus reuelata.

Quartò ostenditur etiam necessaria ex transgressione, quia super terram illam scilicet, secundum Greg. cui dictum est: Terra es, & in terram ibis. Omnipotens enim Deus super cōcta peccantium legem posuit, scilicet sacræ scripturæ, quæ dicitur lex, quia præceptis, & documētis salubribus mētes ligat, ne transgrediantur pec-
Rom.2. cando. Apostolus: Lex propter transgressores posita est: vel dicitur esse super terram, quia super terrena mentes eleuat, dum eas ad contemplandum, & diligendū cælestia inflammat, secundum illud. Quæ sursum sunt sapite, non
Col.3. quæ super terram. & Matt.
Mat.6. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, &c.

Quinto ostenditur esse cōgrua ex ordine, quia iuxta animalia: Cōgruus enim ordo humanæ doctrinæ est, vt per sensibilia eruditur de intelligibilibus: Nam
Arist.1. post. omnis nostra cognitio (secūdum Philosophum) oritur à sensu; vnde rota diuinæ scripturæ dicitur esse iuxta animalia, id est, iuxta sensum, quia sensua cognitio propria est animalium. Traditenim diuina scriptura communiter nobis spiritualiter sub quibusdam sensibilibus signis & similitudinibus. vel quia homo (secundum Apostolum) primo est animalis, id est paruus, & imperfectus, deinde spiritualis, grandis, & perfectus in gratia. Aliquando rota diuinæ scripturæ dicitur eleuari secundum spiritum, secūdum illud
Exe.1 Ezech. Quocunque ibat spiritus, illuc eunte spiritu & rotæ pariter eleuabantur, sequentes eam. Aliquando vero dicitur stare, vel apparere iuxta animalia; quia scilicet diuina scriptura, & scit spirituales de sublimibus erudite, secundum illud: Sapientiam loquimur inter perfectos. Et iterum 1.Cor.2
ibidem. Spiritualia spiritualibus comparātes. & scit etiam animales & paruulos leuioribus enutrire, secundum illud: Tanquam paruulis in Christo lac vobis po- 1.Cor.3
tum dedi, & ideo sic iuxta spiritum eleuat spirituales, quod tamen secundum literam non deserit animales. Rom. Sapientibus Rom.1.
& insipientibus debitor sum. Eze Cum ambularent animalia, Ezec.1
ambulabant pariter, & rotæ iuxta ea.

Sexto ostenditur esse distincta in effigie, quia habēs quatuor facies, & dicitur habere sacra scriptura quatuor facies, id est, quatuor sensus, quia maxime in facie hominis sensus vigent, & sunt in ea quatuor distincti, scilicet visus in oculis, auditus in auribus, odoratus in naribus, & gustus in ore, tactus autem non est distinctus ab aliis in aliquo organo. Quatuor ergo sensus scripturæ sunt, hystoricus siue literalis, tropologicus, id est moralis, allegoricus, & anagogicus. Vel dicitur habere quatuor facies, quia per quatuor mundi partes est prædicata Genes. Dilataberis ad Orientem, & Occidentem Meridiem, Gen.28
& Septentrionem. Vel quia quadrupliciter tradita est, scilicet per Legem, per Prophetas, per Euangelistas, & per Apostolos, vt dicit Greg. Gre.in
per Eze.
Item scriptura sacra assimilatur illi volumini, quod describitur in visione quæ habetur Zach. Zach.5.
5. Vidi, & ecce volumen volans, longitudo eius viginti cubitorū, & latitudo eius decem cubitorum, & dixit ad me: Hæc est maledictio

Digitized by Google

lectio quę egreditur super faciē omnis terræ. Hanc enim visionē Greg exponens dicit: Quid est volumē volans, nisi scriptura sacra, quæ dum de cælestibus loquitur, ad superiora mentis nostræ intētionem leuat, quia dum illa supra nos esse conspicimus, ima attendere, & concupiscere deuitamus. Quæ latitudinem cubitorum decem, longitudinem vero viginti tenere perhibetur, quia latitudo operationis nostræ simpla est, & longanimitas spei in duplum tēditur, quando pro bono opere & hic requies mentis, & illic gaudia æterna præparantur, atteſtāte veritate. Si quis reliquerit domum, vel agros &c. cētuplum accipiet, & vitam æternam possidebit: Cētenarius enim numerus decies multiplicato denario fit perfectus. Hic itaque centuplum accipit, qui & si nihil habuerit, ipsa tamen perfectione mentis iam in hoc seculo habere nihil quærit, quia ergo per hanc duplum pro simplo nobis redditur, rectè hoc volumen per viginti cubitos in longitudinem tenditur, quod per decem dilatatur. Sed quia hæc sacra eloquia ad æternam damnationem sunt eis qui illa vel scire nolunt, vel certè sciendo contemnunt, rectè de hoc volumine dicitur: Hæc est maledictio, quæ egreditur super faciem omnis terræ.

Mat. 19

Item scriptura sacra assimilatur illi libro de quo habetur in visione Ioannis. Apo. vbi dicitur. Abij ad Angelum dicens ei, vt daret mihi librum, & dixit mihi: Accipe librum, & deuora illum, & faciet amaricare vētrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tanquā mel. In hac siquidem visione ostenditur, quod liber sacræ scripturæ primo requirit discipulū, vel lectorem expeditum, & ideo dicit: Abij, scilicet à curis mundi, vel carnis, quorum scilicet occupatio impedit & studium & fructū sapientiæ: Solicitudo enim seculi, & fallacia diuitiarū suffocat verbū Matt. 13. Item requirit auditorē deuotū, vt nō tam lectione quàm oratione sacræ scripturæ intelligentiam quærat. Vnde dicit, Abij ad Angelum, i. Christum, dicens ei, scilicet orando, vt daret mihi librum, id est, intelligentiam scripturæ. Sapien. Optaui, & datus est mihi sensus, inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ.

Apo. 10

Mat. 12

Sap. 7

Item requirit hominem studiosum.

Primo ad capiendā, scilicet doctrinam sacræ scripturæ, quam ea pere debet audiendo, & legendo Apo. Beatus qui audit, & qui legit verba prophetiæ, id est, libri huius. Oportet esse studiosum, etiam ad audiendū, scilicet in memoria, vnde dixit: Et deuora illū, scilicet memoriæ commēdando, & opere implendo, & hoc cum quadam auiditate, quæ notatur in verbo deuorandi.

Apoc. 1

Item requirit hominem vigorosum, qui propter amaritudinē seu laborem, qui est in discendo, siue intelligendo, vel implendo, non omittat eam: quia sicut ex vna parte videtur esse difficilis, & amara, ita ex alia est dulcis, & sapida: Est enim difficilis ad intelligendum, & amara, id est, pœnosa ad opere implendum. Et ideo dicit, faciet amaricare ventrem tuum, id est, carnalitatem siue humanitatem tuam, quæ est mollis, & fragilis. Et ideo graue est ei & pœnosum scripturæ monita implere. Facit etiam liber diuinæ scripturæ amaricare ventrem animæ, id est, mentem, inquantum ducit hominem in cognitionem propriorum defectuum, de quibus amaricatur. Deducit etiam in contemplationem diuinorum, & cælestium,

Digitized by Google

& quanto ei sit dulce, quod intus videt, tanto in amaritudinem vertitur omne quod foris sustinet. Sed ex alia parte, scriptura dulcis est, & sapida. Vnde subditur. Sed in ore tuo erit dulce tanquam mel, quia scilicet sacra scriptura, licèt sit difficilis ad intelligendum, & pœnosa ad implendum, tamen est delectabilis ad
Psa. 118 prædicandum. Psal. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.

Spes, quæ secunda Theologalis est virtus: in secundo Angelo à Ioanne prauiso figurata, quanta verè pœnitenti bona afferat, breui demonstratur.
Cap. XXXI.

SPes multa bona facit in anima. Et hoc ostenditur in visione beati Ioannis: quæ habetur
Apoc. 8 Apo. 8. Vbi dicitur, quod secũdus Angelus tuba cecinit, & mons magnus igne ardens missus est in mare, & facta est tertia pars maris sanguis, & mortua est tertia pars creaturæ, quæ habebat animas in mari, & tertia pars nauiũ interijt.

Secundus Angelus, est spes, quæ est secunda virtus theologica hęc tuba canit, quando pœnitenti veniam promittit: & tunc mons magnus, id est, animus sublevatus, igne ardens, id est, charitate feruens, mittitur in mare, id est, in amaritudinem timoris, & doloris: & tunc fit tertia pars maris sanguis: prima pars est amaritudo timoris, secunda doloris: ex his duabus aliquando sequitur tertia, scilicet amaritudo desperationis: sed hanc omnino excludit securitas spei, & conuertit in sanguinem, id est, in pœnitentiæ asperitatem, & carnis mortificationem.

Item prima pars eorũ, qui habent animas in mari, est timor pœnæ mundi, secunda timor purgatorij, tertia timor pœnæ inferni, & hæc moritur: quia hunc timorem spes salutis excludit.

Item prima pars nauis humanæ mentis, sunt cogitationes necessariæ, quę sunt circa illa, quę sunt de necessitate salutis.

Secunda pars, sunt cogitationes perfectæ: quæ sunt circa opera supererogationis, quæ non sunt de necessitate, sed de perfectione. Tertia pars, sunt cogitationes vanæ circa vanitatem: hæc tertia pars interit canente tuba secundi Angeli, id est, spe promittẽte veniam, & misericordiam Dei. psa. Psal.47.
In spiritu vehementi cõteres naues Tharsis, id est, cogitationes, quærentes vana huius mundi.

Virorum spiritualium conditiones quinque numerantur, quæ figuraliter ex Ezechielis visione mysteriosa eliciuntur, quamplurimæq; alia de hac re explanantur.
Cap. XXXII.

SPirituales viri assimilantur illis rotis, quæ describuntur Eze. 1. vbi dicitur, quod statura erat rotis, & aſtitudo, & horribilis aspectus, & totũ corpus plenum oculis in circuitu ipsorum quatuor. In quibus verbis quinque conditiones spiritualiũ virorum exprimuntur. Ezec. 1.

Prima est rectitudo iustitię, quæ figuratur in statura rotarũ: quia enim stare dicimus, id quod firmum est, vel rectum: non enim dicitur stare ille qui iacet, vel ille qui vadit. Ideo statura importat rectitudinem, & firmitatem, quæ duo competunt spiritualibus viris, id est, his qui spiritu Dei aguntur, scilicet rectitudo operis, Psa. 142.
secũdum illud: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectã, & stabilitas voluntatis, quæ est ex robore Spiritus sancti, secundum illud. Det nobis corroborari per spiritum eius in interiori Eph. 3.
homine. Hoc enim stabilitatis

Digitized by Google

He. 13. robur gratia Spiritus sancti facit. Heb. Optimum est gratia stabilire cor. Et de hac statura spiritualis viri dicitur. Statura tua assimilata est palmæ, quæ scilicet directe creuit, & diutissime viuit.

Cant. 7

Secunda est promptitudo obediendi, quia assimilatur rotis: Nã sicut rota vndique est parata ad motum, ita spirituales viri sunt in omnibus parati ad obediendum secundum illud Psa. Paratum cor meum Deus, paratum cor meũ. Hanc promptitudinem obedientiæ facit spiritus humilitatis, qui est intus eis Vnde dicitur. Ezec. Cum euntibus ibant, & cum stãtibus stabãt, & cum eleuatis à terra pariter eleuabantur, & rotæ sequentes eã, quia spiritus vitæ erat in rotis.

Psa. 107

Ezec. 1.

Tertia est altitudo sapiẽtiæ, scilicet in contemplatione cęlestiũ, & diuinorum. Vnde dicit, quod altitudo erat rotis: Nam sapiẽtis est cõsiderare altissimas causas, vt dicit Philosophus. Isa. Extollãte super altitudinem nubium, id est, rerum mirabilium, quia nubes maxime sunt instabiles, & continuè transmutãtur. Quarta est trepidatio vindictæ, semper enim aut peccata præterita, aut delicta præsentia etiam parua ex ira districti iudicis in se feriri metuunt, & æternæ gehennæ supplitium formidando attendunt. Vnde dicit. Et horribilis aspectus. Vbi Gre. Horribilis aspectus est terror gehennæ: quæ sine fine reprobos cruciat, & semper in cruciatu conseruat. Vnde tanta est illius pœnæ acerbitas, & profunditas, quod est horror non solum sustinentibus, sed etiam aspicientibus. Iob. Terram tenebrosam, et opertam mortis caligine, terram miseriæ, & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

Ariſt. Meth. 1

Isa. 13

Iob. 10.

Quinta est circunspectio prudentiæ, quia totum corpus plenũ erat oculis in circuitu ipsorum quatuor. Per istos enim oculos intelliguntur cautelæ, & circumspectiones prudentium, quibus Sancti, & spirituales viri tãquam vere prudentes in omnibus abũdant. Nã spiritualis homo diiudicat omnia, & istí oculi dicuntur esse in circuitu: quia diabolus nos suis laqueis vndique circumcingit, propter quod de eo dicit Petrus, quod tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret: & ideo contra eum ex omni parte necessaria est cautela. Sed ideo dicuntur esse in circuitu ipsorum quatuor, scilicet animalium, secundum Gregoriũ super Ezech. vel ipsarum quatuor scilicet facierum. Nam supra præmiserat, quod apparuit rota vna habens quatuor facies, quę videbantur quasi quatuor rotæ: quia scilicet Sancti viri præcipuè in quatuor partibus habẽt cautelas, & circumspectiones, scilicet retro circa præterita per memoriã, ante, scilicet, ad futura per prouidentiam; à dextris, id est, ad prospera per desp ectum: à sinistris, i. ad aduersa per exercitium. Nam prospera mundi respiciendo despiciũt, & aduersa ad virtutis exercitiũ susc piũt. Vel habẽt oculos retro, scilicet ad mala ne inficiant, & ante, i. ad bona ne deficiant. Gregor. Corpora animaliũ idcirco plena oculis describũtur, quia sanctorum actio ab omni parte scilicet circũspecta est, bona desiderabiliter prouidens, mala solerter cauẽs. Est enim necessarium oculos habere ad mala, id est, ad vitia: quia vitia plerumque se palliant sub specie virtutum. Nam superbia fingit se esse libertatem, tumor fingit se humilitatem, tenacitas, siue auaritia fingit se esse parsimoniam; prodigalitas fingit se esse largitatem,

1. Pet. 5.

Gre. in Ezech. hom. 1.

Digitized by Google

vel misericordiam. vnde sicut dicit Greg. Hoc est laboriosius vbi mens Sanctorum inuigilat, ne se ante eorum oculos mala sub bonorum specie abscondant.

Item necessarium est habere oculos ante, scilicet ad bona, ne deficiant: Nã plerũque, dum homo intendit ad quædam bona, negligit quædam alia, & vbi negligimus, ibi proculdubio oculũ non habemus, quod patet exemplo Pharisæi, qui habuit oculos ad gratitudinem dicens: Gratias ago tibi, &c. Ad abstinẽtiam, ieiuno bis in sabbato. Ad misericordiã, decimas do omniũ quæ possideo: Ad iustitiam, quia non sum sicut cæteri hominũ iniusti, raptores: ad continentiã, Et adulteri, &c. Sed ad mentis custodiã, id est, humilitatem, oculum non habuit, quia se cæteris hominib. prætulit. Gre. Quid prodest quod contra hostiũ insidias tota ciuitas cautè custoditur, si vnũ foramen apertum relinquitur, vnde ab hostibus intretur. Luc. 2

Item sancti viri habent oculos & à dextris, ſ ad beneficia ne offiant: Nam valde cauendum est, ne vnde homo proximo suo prodesse intendit, inde magis ei noceat. Vnde Apostolus dicebat: Si cui aliquid donastis, & ego: Nam & ego quod donaui, ſi quid donaui, propter vos in persona Christi, vt non circumueniamur à sathana, nõ enim ignoramus cogitationes eius. Ecce circunspectus magister sic donare, id est, parcere voluit, vt non displiceret, ne scandalum daret discipulis, quia sciebat quod sathanas inde solet cordi alterius scandalum immittere, vnde alterum conspicit pietatis negociũ fecisse, & ideo multum attendendum est, vt etiã bonum quod fit, vtiliter & cautè fiat.

Item debent etiam esse oculi à finistris, id est, ad scandala, ne veniãt scilicet ex culpa sua: quamuis enim necesse sit, vt veniant scandala; væ tamen homini illi per quem scandalum venit, quod intelligendum est de scandalo actiuo, quod est ex culpa propria, scilicet vel bonum omittendo, vel malum augendo, vel studiose nocendo, & huiusmodi. Sed de scandalo passiuo, quod est ex culpa alterius, non est tantum curandum, quod propter hoc bonum dimittatur, præcipuè bonũ ad quod homo tenetur, ſi sine huiusmodi scandalo fieri non posset. Vnde dominus non curauit de scandalo pharisæorum, & tamen curauit de scandalo gentilium petentium ab eo tributum, vt habetur apud Matt. Mat. 7

Varia tentationum genera, nonnullorumq; peccatorum detrimenta, eorumq; remedia ponuntur. Quoue pacto nos Diabolus fortiter & grauiter tentet, & ei sit resistendum, visionibus, & somnijs quibusdam ex sacra scri, tura collectis, hisque lucide explanatis erudimur.

Cap. XXXIII.

TEntatio occulta in cordis cogitatione, est sicut pollutio somnij in dormitione: dicitur enim Deut. Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus sit sõnio, egredietur extra castra, & nõ reuertetur priusquam ad vesperũ lauetur aqua, & post solis occasum regredietur in castra. In quibus verbis primo intellige somnij pollutionem, cum dicitur, ſi fuerit inter vos. ho. qui no. pol. ſi so. Nam (sicut dicit Gregor.) nocturnum somnium est tentatio occulta, per quam tunc homo pulluitur, quando tenebrosa cogitatione turpe aliquid corde concipitur, quod tamen corporis opere non expletur. Et causa quare aliquando spirituales viri talibus cogitationibus, vel tẽ- Deu. 23

tationibus

Digitized by Google

tationibus molestantur, est (sicut Gregorius dicit) quod libenter se occupant in aliquibus actibus terrenis etiam licitis: quia cum vel in minimis terrena actio per desiderium tangitur, crescente contra nos antiqui hostis fortitudine, mens nostra non minima importunitate tentationis inquinatur.

Secundo considera polluti exclusionem cum subditur: Egredietur extra castra. Gregorius Dignum est, vt qui immunda cogitatione polluitur, indignum se cæterorum fidelium societatibus arbitretur, culpæ suæ meritum ante oculos ponat, & ex bonorũ se existimatione despiciat. Pollutum ergo extra castra exire, est turpi cogitatione laborãtem sese ex continentium comparatione despicere.

Grego.

Tertio aduerte exclusi purgationem, cum subditur: Et non reuertetur quousque ad vesperum lauetur aqua. Gregor. ad vesperum aqua abluitur, cum defectũ suum conspiciens ad pœnitentię lamenta conuertitur, vt fletibus diluat omne, quod animam occulta inquinatio accusat. Psalmus: Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Et hinc est, quod Leuit. mandatum fuit, quod mẽbra hostiæ in frusta conscissa, & caput, & cũcta quæ adhærẽt iecori igne comburerentur: pedes vero, & intestina prius aqua lauarentur. Ista hostia est homo qui seipsum offert ad seruitium Dei; cuius membra tunc conciduntur in frusta, cum eius vitæ opera sunt virtutibus distincta. Et tunc super ignem ponuntur, quando cum feruore amoris, & deuotionis, Deo offeruntur. Caput autem, & ea quæ iuxta iecur continentur incendimus, cum in sensu nostro, quo omne corpus regitur, atque in occultis desiderijs flamma diuini amoris ardemus. Pedes autem qui terram tangunt, sunt terrenę occupationes. Intestina vero, in quibus stercora portantur, sunt cogitationes immundæ. Vnde Gregorius Cum cogitationes nostras immunda cogitatio inquinat, quid aliud quam intestina hostiæ stercus portant. Habet ergo pedes & intestina ille, qui dũ terrenum aliquid agit, nonnulla etiam illicita in corde conspicit, sed hæc, vt comburi debeant, lauentur, quia nimirum necesse est: vt ante immundas cogitationes timoris fletus diluat, quam in acceptione sacrificij supernus amor incendat, vt tanto suauius in cõspectu sui suspectatoris ardeat, quanto cum ei assistere ceperit, nil terrenũ secum vel lubricũ, in actu suę orationis imponit, vt dicit Grego.

Grego.

Psa. 29.

Leui. 1.

Quarto nota purgati reuersionem, cũ subinfertur: Et post occasũ Solis regredietur in castra. Tunc Sol occumbit, cum ardor tentationis per lachrymas pœnitentiæ deferuescit. Et tũc qui pollutus fuerat ad castra redit, quia tũc in societate bonorũ cõsedit. Vnde Gregori. Post aquam quippe occumbente Sole ad castra reuertitur, qui post lamenta pœnitentię, frigescente flãma cogitationis illicitę, ad fidelium merita præsumenda reparatur, vt iã se à cæteris longe esse non existimet, qui mundum se per habitũ intimi ardoris gaudet.

Item tentatio triplex est, quæ describitur in prima visione Eze. Vbi dicitur. Vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluens, & splẽdor in circuitu eius, & de medio eius quasi species electri. Vbi primo notatur tentationis periculum ex tempestate veniente, secundo remedium ex splen-

splendore circunstante : tertio præmium ex electo apparēte. Periculum ostenditur triplex secūdum triplicem tentationis gradum, quorum primus pertinet ad tentationem superbiæ, cū dicitur Ecce ventur. ve. ab aqui. Grego. Ventus est tētatio mētis: propria autem mentis tentatio, est tentatio superbiæ quæ habet cor eleuare: vnde assimilatur vēto, quia sicut vētus eleuat corpora leuia, ita superbia eleuat corda vana.

Iob. 7. Iob. Vir vanus in superbia erigitur. Sed nota, quod qui vēto flāte ascendunt, eo quiescente ruūt. Sic qui superbia, vel fortuna blādiente extolluntur, ea cessante cor

Iob. 30 ruunt, & elidūtur. Vnde Iob. Eleuasti me, & quasi super ventum ponens, elisisti me valide. Sed quia superbia est mentis non solum eleuatiua, sed etiam perturbatiua, ideo tentatio superbiæ vocatur ventus turbinis: quia sicut turbo obscurat, & turbat aërem, sic etiam ipsa superbia obscurat,

Io. 3. & turbat mentem, vnde Iob: Nocte illam tenebrosus turbo possideat: Turbo possidet noctem, cum superbiæ tentatio cęcat mētem. Et dicitur tenebrosus: quia oculum cordis obscurat. Bernardus: Superbia oculum mentis

Bern. in cap. de humil. obscurat, & veritatem obumbrat. Turbo autem dicitur, quia turbat, scilicet superbientis animum, quia facit ipsum amarum, rancoroſum, inquietum. Psa. Cō-

Psal. 45 turbati sunt montes, i. superbiæ.

Hugo. Hugo de sancto Victore in libro de arra animæ. Signa superbiæ sunt clamor in locutione, amaritudo in silentio, dissolutio in hilaritate, furor in tristitia, honestas in imagine, inhonestas in actione, rancor in reprehēsione. Et quoniam ista tentatio est quasi diaboli propria, quia superbię vicium ab eo accepit initium, & ideo subditur, quod iste ventus veniebat ab Aquilone, id est, à diabolo superbo. Ipse enim superbiens dixit: Sedebo in monte

Isa. 14 testamēti, in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, & similis ero Altissimo. Vnde Hugo de sancto Victore dicit in libro prædicto. Superbia in cęlo nata est, sed velut immemor qua via inde cecidерit, illuc postea redire non potuit.

Secunda tentatio est luxuriæ, siue carnis, & hęc vocatur nubes magna, quia rationem offuscat. Sicut enim nubes densa offuscat aërem, lumen Solis intercipiendo, sic cōcupiscentia carnis offuscat mentem lumē rationis obūbrando: vnde Gregor. Nazianzenus dicit, quod caro velut nubes quædam grossa se animæ obijciens, considerare eam diuini luminis rādios non sinit. Eze. Solē, Eze. 32. id est, rationis lumē, in nube tegam. Aug. Exhalabant nebulę de limosa concupiscentia, carnis & scatebra pubertatis, & offuscabāt atque obnubilabant cor meum, ita vt non discerneretur serenitas dilectionis à caligine libidinis. Sed magna dicitur, ratione generalitatis: quia generaliter quasi omni homini ineſt pugna carnis: Nam omnes de carnis peccato propagati sunt: vnde omnes intra semetipsos gerūt vnde certamina sentiunt. Gre. In hoc mūdo cū nostris tentationibus nascimur, & caro aliquando nobis aduitrix est in bono opere, aliquando seductrix in malo.

Aug. li. confes. Grego.

Item est carnis tētatio magna, continuitate. Hieron. in epistola. Quocūque pergimus, nobiscum inimicum, id est, carnē portamus & ideo pugna ineuitabilis est, & continua. Hiero.

Item est magna difficultate. Auguſt. Inter omnia certamina Christianorum duriora sunt castitatis prælia: Nam ibi continua Aug. in sermo.

Digitized by Google

nua pugna, & rarior est victoria. Est enim ipsa caro inimicus familiaris, de quo Boëtius dicit, quod nulla pestis efficacior ad nocendum, quàm familiaris inimicus. Boet.

Tertia tentatio est auaritiæ, & hæc est à mundo, & hæc dicitur ignis inuoluens, ignis, licilicet propter insatiabilem ardorē, quia sicut ignis non satiatur lignis, secundum illud, Ignis nunquam dicit, sufficit: ita nec auarus pecunijs, Ecclesiastī. Auarus non implebitur pecunia. Pro. 30. Eccl. 30

Inuoluens autem dicitur propter implicationem. Multæ enim sunt inuolutiones, & implicationes hominum auarorum. Iob: inuolutæ sunt semitæ gressuū eorum. Inuoluūt enim se multis curis, multis negotijs, multis peccatis. 1. Thi. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli. Iob. 6 1. Thi. 6

Secundo ponitur tentationum remedium, Quia splendor in circuitu eius. Circunstat enim hominem tentatum, ne tentatione vincatur, triplex splendor, scilicet splendor scripturæ ipsum informans, splendor angelicæ custodiæ ipsum confortans, & splendor diuinæ iustitiæ vincentem coronans, vnde 1. Thi. postquam dixit, Bonum certamen certaui, addidit, In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. Isa. Implebit splendoribus animam tuam. 1. Thi. 6 Isa. 50

Tertio ponitur tentatorum & victorum præmium, quia de medio eorum quasi species electri, de me. e. scilicet ven. tu. & ignis: quia scilicet ex tentationū pugna trahitur coronæ materia, quæ in electro signatur. Vel in electro secundum Gregorium, significatur Christus, qui est tentatorum, & victorum præmium. Electrum enim (sicut Grego. dicit) ex auro est, & argento; dum autem miscentur argentum, crescit in claritate: aurum vero a fulgore tuo pallescit. Si dū humanitas Christi in maiestatis gloriam exercuit, diuinitas à proprij fulgoris potentia se humanis oculis temperauit. Et ita in Christo quasi dum pallescit aurum, fulget argentum, ergo electrum de medio Christus est qui iam exiuit, & triumphauit de pugna tentationū. Ipse enim tentatus fuit a carne famelicente, quia cū ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esurijt. Item a diabolo persuadente, quia accedens tentator dixit ei, &c. Ite à mundo alliciente, eum ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit: Hæc omnia tibi dabo. Sed tamen Christus de omnibus triumphauit, & ideo hoc electrū de medio harum tētationum iā ereptum inducitur in exemplū, immo etiam in præmium, siue in pretium, si ipsas tentationes vicerimus, ita vt ex hoc electro fabricetur, & moneta quę dabitur in precium laboris, & corona quę reseruatur in præmium victoris, & lętificabimur si quidem ex splendore auri, & insuper ex candore argenti, quia tam ex visione deitatis quam humanitatis Christi delectabimur, & reficiemur in patria, vt dicit Augustinus super illud, Ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Matt. 4 Augus. super Io. 1

Item tentat, & impugnat nos diabolus aliquando de vana gloria, aliquando de superbia, aliquando de inuidia, aliquando de luxuria. Et hęc pugna tentationū figuratiuæ exprimitur in visione somnij, quę habetur Dan. vbi dicitur, quod Daniel somnium scribens, breui sermone comprehendit, summarimque perstringens ait: Videbam in visione mea nocte. & ecce quatuor venti

Digitized by Google

pugnabāt in mari magno, & quatuor bestiæ magnæ ascendebant, diuersæ inter se.

Prima quasi leæna, & quasi alas habebat aquilæ, aspiciebā donec euulsæ sunt alæ eius, & sublata est de terra, & super pedes quasi homo stetit, & cor eius datum est ei. Et ecce bestia alia similis vrso in parte stetit, & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius, & sic dicebant ei: Surge comede carnes plurimas. Post hoc aspiciebam, & ecce alia quasi pardus, & alas habebat auis quatuor super se, & quatuor capita erant in bestia, & potestas data est ei. Post hoc aspiciebā in visione noctis, & ecce bestia quarta terribilis atque mirabilis, & fortis nimis, dētes ferreos habebat magnos, comedens atque cōminuens, & reliqua pedibus suis conculcans. Dissimilis autem erat cæteris bestijs quas videram ante eam, & habebat cornua decem.

Primus ergo ventus, est ambitionis tentatio, qui flat ab Oriente, id est, ab originis nobilitate, quæ frequenter est ambitionis occasio. Bestia autē hoc flatu excitata, superbia est, quæ est quasi leæna habens alas aquilæ, quæ sunt sublimitas, & potestas. Et hæc bestia tunc euellitur, quādo homo superbus à statu suo deficitur. Et tunc hæc bestia stat super pedes suos, quia tunc, iā nō stat, vel in equo, vel super alios homines. Et cor eius datur ei, id est, vera cognitio suæ fragilitatis, & vilitatis

Secundus ventus est tentatio inuidiæ, qui flat à meridie, quia de prosperitate bonorum dolet inuidia: Est enim in regione meridiana abundātia bonorum. Bestia hæc flatu excitata est detractoria lingua, quæ bestia est similis vrso, qui libēter mel comedit, quia dulce est in ore inuidi mala de alijs loqui. Vnde delectatur inuidus cū videt aliena mala, sicut dolet & tristatur cū videt aliena bona. Iuxta illud Horatij poetæ: Inuidus alterius rebus marcescit opimis; propterea est ei dulce loqui de malis proximi. Hæc bestia in parte stetit, quia inuidus quādoque hominem in parte laudat. Tres ordines dētium habuit, quia inuidus habet tres modos detrahendi, s. mala augendo, bona minuendo, & indifferentia vel dubia peruertendo.

Tertius ventus est tētatio luxuriæ, flans ab Occidente, i. à carne iugiter ad occasum siue mortem tēdēte: Quotidie enim appropinquamus, morti iuxta illud. Omne quod est genitum tendit ad interitum. Bestia hæc vento excitata est carnis concupiscentia, quæ similis pardo dicitur, qui est varij coloris propter varietatem desideriorum. Hæc habet quatuor capita, scilicet ocium, suauitatem vestium, & consimilium, delectabilitatem epularū, & carnale opus. Quatuor autem alæ qui eam erigunt, sunt iuuentus, sanitas, pulchritudo, & nobilitas. Et hæc sunt vt alæ missi, quibus volatur ad sordes carnales.

Quartus ventus flans ab aquilone, est tentatio crudelitatis, quę est in potentibus respectu subditorum, ad quam pertinet quarta bestia quæ est cæteris crudelior, quæ cætera comminuit, & cōculcat. Cornua eius sunt præpositi, & satellites, & ministri suæ crudelitatis; qui quos conculcare nō præualent, saltem accusando lædere nituntur. Quia autem in prædicto somnio dicitur, quod quatuor venti pugnabant in mari magno; Notandum est, quod mare somniatum, sicut dicunt somniorū interprētes, quādoque refertur ad regnorum muta-

Digitized by Google

mutabilitatem, sicut in hoc somnio Danielis, vbi per mare grande intelligitur vniuersale imperium mundi, & per quatuor ventos pugnantes in eo, intelliguntur angelicæ potestates, laborantes pro ipsis imperijs & regnis mundi, vt exponunt Glosæ. Aliquando verò refertur ad hominũ prosperitatem, vnde dicunt somniorum interpretes, quod si quis viderit per somnium, quod in mari caperit pisces hamo, inueniet diuitias à rege secundum rationem captionis. Et similiter, si retibus, per rectum obsequium ditabitur ab eo secundum rationem captionis.

Item dicunt, quod si quis somniet, quod secus litus maris ambulando, lauet pedes, appropinquabit regi, & gratiam inueniet penes illum secundum rationem ambulationis, & si mare intrauerit vsque ad fœmora, & lauerit, familiaris efficietur regi, & lætabitur secundum rationem ablutionis

Item dicunt, quod si quis per somnium de proximo mare videat tranquillum, omnem tristitiam abijciet, & gaudebit. Quandoque vero refertur (vt dicunt) mare somniatum ad hominũ aduersitatem: Nam si quis in somnio mare intrauerit vsque ad verticem, solicitudine, & tribulatione, & necessitate maxima vexabitur per regẽ, terminabitur autem hoc secũdum rationem absentiæ eius à terra: Nam si parum distet, minor, si multũ, vehementior afflictio erit.

Item si quis somniet secus litus maris se ire, & pedes inquinauerit, tribulabitur à rege secundum rationem inquinamenti.

Item si rex per somnium videat mare perturbatum, perturbabitur in regno suo.

Item, quia in præfato somnio Danielis dicitur, quod secũda bestia, quæ est similis vrso, habebat in ore tres ordines, scilicet dentium. Notandum, quod secũdum interpretes somniorum, dentes somniati variam habẽt significationem: Nam aliquando referuntur (vt dicunt) ad principum, vel regnorum dignitatem, & sic accipiendo in hoc somnio Dan. quia illa secunda bestia vrso similis, regnum Persarũ signat, quod vrso simile perhibetur propter patientiam laboris, & parcitatẽ victus: Nam pro pulmento sale vtebatur & cardomomo, sed assimilatur vrso non in toto, sed in parte, quoniam contra populum Dei nihil crudeliter egit. Tres autem ordines dentium habuit, id est, à principio tria regna, scilicet Persarum, Medorum, & Chaldæorũ. Vel tres dentium ordines, tres Principes super 120. Satrapas habebat.

Quandoque vero dentes somniati, vt dicunt communiter, referũtur ad consanguineorũ somniantis varietatem. Nã duo dentes anteriores significant filios, parentes, seu fratres, aut magis proximos de consanguineis. Qui vero sequuntur anteriores quatuor, consobrinos, & remotiores cognatos. Caninus dens firmamentum domus significat, & generis hominum. Molares vero significant pueros, & superiores quidem masculos, inferiores vero fœmininum sexum. Passiones ergo dentium somniatæ, ad ipsorum consanguineorum referuntur aduersitatem. Nam si quis intuitus per somniũ fuerit, aliquos de anterioribus dentibus mouerì ac denigrari, ac scaturire vermibus, signat, quod aliquis ex his quos diximus per anteriores dẽtes significari, ægrotabit & si aliquem illorum dentium viderit cecidisse, morietur propinquior

Digitized by Google

de linea consanguinitatis. Si verò aliquem de dentibus, qui sequuntur anteriores, viderit motũ fore, aut cõfractũ, aut aliquid passum, eadem signat alicuius cognatorum prædictorum. Si vero erutus videatur, portendit mortẽ. Si vero caninum dentem quis viderit confractum, maior domus, vel generis eius periclitabitur Si autem viderit eum denigrari, & vacillare, ægrotabitur ille & tribulabitur.

Item si videat, quod caninus dens elongatus fuerit in tantum, quod impediat comestionem, & os claudere, maior domus fuæ, & generis erit impedimentum eunctis, & prohibitio; sed tamen susçipit correptionem eum dentis excessus habentis radicem facile possit coæquari. Hæc dicunt somniorũ interpretes, sed ego interpretationibus talibus communium somniorum fidem esse ponendam nõ existimo, quia nulla ratio mihi claret, quare huiusmodi somniorũ imagines humanarum rerum euentus tales regulariter consequantur. Secus autẽ de illis somnijs sentio, quæ diuina scriptura refert, quia hominibus ad eruditionem ipsorũ à Deo illa esse immissa, nulli venire debet in dubium Christiano. Vnde Iob: Per somnium in Iob.33 visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiũt in lectulo, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina.

Item tentat diabolus homines multipliciter, fraudulenter, & instanter: quod ostenditur in Apo. Apo.12 vbi dicitur, Ecce draco magnus rufus, habens capita septem, & cornua decẽ, & in capitibus eius septem diademata, & cauda eius trahebat tertiam partem stellarũ cæli, & misit eas in terram, & draco stetit ante mulierem quæ erat parituta, vt cùm peperisset, filium eius deuoraret. Iste draco diabolus est latenter animabus hominum insidias: Ipse enim dicitur leo, vbi aperte sæuit, sed draco, vbi occulte decipit. Ideo duo sunt contra eum necessaria, patientia contra sæuitiam leonis, & prudentia contra fallaciam draconis. Et per ista duo Sancti illudunt ei. Psalmus: Draco iste quẽ Psa. 103 formasti ad illudendum ei. Dicitur autem magnus propter potestatem nocendi præcipuè quam habebit in fine Iob: Non est po- Iob.41 testas super terram, quæ comparetur ei. Rufus dicitur propter malitiam, qua sanguinem & mortem hominis ab initio sitiuit. Ioan. Ille homicida erat ab initio. Dicitur autem habere septem capita, inquantùm suggerit, & mouet ad septem capitalia vitia. Dicitur etiam habere cornua decem, inquantum inducit ad contemptum, & transgressionem decalogi, id est, decem præceptorum legis diuinæ. Et in capitibus eius septem diademata, propter septiformem tentationem, per quam victores eius coronantur. Sunt enim (vt dicit Bernardus) septem genera tentationum.

Prima est importuna, quæ procaciter insistit, vt saltem vincat. Iob: Mons cadens defluit, Iob.14 & saxum transfertur de loco suo, lapides excauant aquæ, & alluuione terra paulatim consumitur.

Secunda est dubia, quę animam ambiguitatis nubibus inuoluit. Iob: Cogitationes meæ variæ sue- Iob.20 cedunt sibi, & mens in diuersa rapitur.

Tertia est subita, quæ iudicium rationis præuenit. Thren. Velociores fuerunt persecutores mei Thre.3. aquibus cæli.

Quarta est occulta, quæ deliberationis

Digitized by Google

berationis considerationem prætersugit. Vnde Iob: Quantas habeo iniquitates, & peccata, scelera mea atque delicta, ostende mihi. Iob. 13.

Iob. 41. Quis revelabit faciem indumenti eius & medium oris eius quis intrabit? portas vultus eius quis aperiet? i. quis aperiet occultas eius cogitationes?

Quinta est violenta, quæ vires animæ, siue mentis transcendit. Iob: Quasi rupto muro, & aperta tanua irruerunt super me, & ad meas miserias devoluti sunt. Iob. 30.

Sexta est fraudulenta, quæ animam seducit. Proverb. Est via quæ videtur homini recta, novissima autem eius ducunt ad mortem. Pro. 14.

Septima est perplexa, quæ variis vitijs simul impedit. Iob: Proeul odoratur bellum, exhortationem ducum, & vlulatum exercitus. Iob. 39.

Sequitur quod cauda eius, id est, finalis intentio eius, vel simulata deceptio, quæ malitiam tegit, sicut cauda tegit turpitudinem. Isa. Propheta loquens mendacium, ipse est cauda trahens tertiam partem stellarum, id est, reprobos, qui nec sunt de parte innocentium, nec de numero pœnitentium: sunt tamen de numero stellarum, propter lucem, id est cognitionem fidei, quam habent saltem informem. Et misit eos tractos, & allectos in terram, id est, in amorem terrenorum, vt plus ea, quam cælestia diligant. Sequitur, quod draco id est, ipse diabolus fuerit, sed incessanter insidiando ante mulierem, id est, animæ quæ erat paritura, id est, opere impletura conceptum propositi boni. Cum enim grauida sit anima in conceptu boni propositi, statim in partu insurgit diabolus, vt impediat partum. Isa. 9

Somnia duo Nabuchodonosor, alterum de statua, alterum vero de arbore maximis plena arcanis, mirificatq; de vase Petri visio scitissime interpretantur: per quæ quidem vita spiritualis, ac corporalis hominis qualis esse debeat, & quemadmodum virtutes ad perficiatur, diffuse explanatur.

Cap. XXXIIII.

VIta hominis spiritualis assimilatur illi statuæ quam somniauit Nabuchodonosor, de qua dicitur Dan. 2. Tu rex videbas, & ecce quasi statua vna grādis: statua illa magna, & statura sublimis stabat contra te, & intuitus eius erat terribilis, huius statuæ caput ex auro optimo erat, pectus autem & brachia de argento, porro venter & fœmora ex ære. Tibiæ autem ferreæ, pedum autem quædam pars erat ferrea, & quædā fictilis. Videbas ita, donec abscissus est lapis de mōte sine manibus, & percussit statuam in pedibus eius ferreis, & fictilibus, & comminuit eos, & tunc contrita sunt patiter ferrū, testa, æs, argentum, & aurum, & redactæ quasi in tacillā æstiuæ arcæ, & rapta sunt à vento, nullusque locus inuentus est eis. Lapis autem qui percusserat statuā, factus est mons magnus, & replevit vniuersam terrā, hoc est somnium. In hoc somnio satis describitur, humanæ vitæ spiritualis varietas. Dan. 2.

Primo quantum ad dignitatem conditionis. Ecce statua grandis, &c.

Secundo quantū ad facilitatem corruptionis huius statuæ, Caput, &c.

Tertio, quantum ad difficultatem reparationis, videbas ita, donec abscissus est lapis, &c. Dignitas conditionis describitur: quia statua hæc erat grādis, sublimis, & terribilis. Sic vita spiritualis hominis iusti est grādis per fidē He. Heb. 11
Fide Moyses grandis factus, &c.

Est

Et sublimis per spem Danielis: Proceritas, siue sublimitas eius contingens cælũ, scilicet per spẽ cælestium. Sed est terribilis hostibus per charitatẽ Cantic. Terribilis, vt castrorũ acies ordinata: Ordinatur enim castra virtutum per charitatem. Cant. Ordinauit in me charitatem, Vel grandis in actiua, sublimis in contemplatiua, terribilis in aduersariorum pugna, quam scilicet habet in vtraque vita, vel magna est eius correctio, sublimis eius reparatio, terribilis est eius perditio, siue damnatio. Ergo magnitudo statuæ in consideratione culpæ, sublimitas in consideratione gratiæ, terror in consideratione pœnæ. Sed sequitur, Stabat contra te. Hæc statua tunc stat contra hominem, quando fœditatem, i. infirmitatem, & calamitatẽ mentis intuetur, & qualis sit, & qualis esse possit ex hoc ei ostenditur. Psal. Arguam te, & statuam contra faciem tuam.

Dan. 4

Cant. 6

Cant. 2

Psal. 4

Secundo describitur vitæ spiritualis corruptio, id est, casus mentis à sublimitate virtutũ ad ima vitiorũ, cum dicit: Caput huius statuæ ex auro, &c. vbi ostenditur, quod huius statuæ prima pars erat aurea, secunda argentea, tertia ærea, quarta ferrea, quinta testea, paulatim in deterius fit descensus: quia nemo repẽte fit turpissimus, sed gradatim deficiendo, quia qui minima negligit, paulatim deficit, vel desluit. In auro ergo significatur charitas, quæ cæteras virtutes supergreditur, sicut aurum cæteris metallis antefertur. In argento veritas, quia argentum quo frequentiori vsu atteritur, eo vtique clarius redditur. Sic veritas vehementi discussione quo magis discutitur eo melius commendatur, sic & veritatis consilia experientiæ vsu quo tritiora sunt, eo clariora. Charitatis ergo claritatem fulgor auri exprimit, quæ cælestis desiderij igne flammescit. In ære simulatio: æs enim argentum imitatur in sono, sed tamen multum distant in precio. Sic simulatio suauem dulcedinis cãtum habet in sermone, & suauiter rebus, & dulciter resultat in ore, sed quantum per verbum & exercitium demulcet exterius, tantũ per consilium & desiderium pallet intrinsecus. In ferro crudelitas: Ferrum enim cætera metalla cõminuit, & domat. Vnde conuenienter crudelitatis violentiam designat, quæ resistẽtia quęque premit, vt opprimat. In testa fictili fragilitas. Fictile enim de facili frangitur: & ideo per eam recte impatientiæ fragilitas designatur. Illi ergo habent caput aureũ qui incipiunt à feruẽti charitate, vt qui sunt spiritu feruentes, in tribulatione patientes, & soliciti in opere, assidui in lectione, deuoti in oratione: Charitas enim patiens, benigna est, non inflatur, non emulatur, non quærit quæ sua sunt, &c. Sed tales aliquãdo ex auro in argentum mutantur, quia refrigescẽte charitate, operantur ex veritate, siue bona deliberatione. Sed multum interest inter vtrũque statum. quia aliud est operari bonum ex desiderio, aliud ex consilio, aliud operari eũ magna delectatione, aliud ex sola deliberatione. Hæc conditio adhuc est bona, scilicet operari ex veritate, secundum illud: Qui facit veritatem, venit ad lucem: sed prima erat optima, scilicet operari ex feruenti charitate. Apo. Scio opera tua, & laborem, & patientiã tuam, sed habeo aduersum te pauca, quia charitatẽ pristinam reliquisti, age ergo pœnitentiam, & prima opera fac. Sed adhuc mens negligentior facta ex argẽto mutatur in æs, quia

Ioa. 3.

scili-

Digitized by Google

scilicet bonum opus quod faciebat ex veritate, ad laudem hominum resolutus postmodum actitat pro humano fauore. Qui igitur blandũ se exhibet in termone, benignu in facie, sed peruersum in opere, & voluntate, iste profecto abiecto argento iam operatur in ære. Aeris enim more suauiter tinnit extrinsecus, sed voluntatis deprauatione pallescit intrinsecus. Tali dicitur Apo. Scio opera tua, quia nomen habes, quod viuas, & mortuus es. Sed deterior est mutatio tertia, quia ex ære mutatur in ferrum: Interdum enim, dum ficti hominis ignominia reuelatur, incipit sordescere, & vilescere à quibus antea laudabatur. Et tunc contra eos de pectus indicitur, & indignatur, & detestatur eos aliquãdo, & in eo quod potest crudeliter persequitur, quibus quantum poterat antea placere conabatur, & sic æs in ferrũ mutatur, id est, leuitas in crudelitatem cõuertitur & mutatur.

Sequitur quarta mutatio, seu coniunctio ferri, & testæ, quia sicut sunt prompti & audaces ad mala inferenda, sic post illa sunt pusillanimes, & impatientes ad tolerandum illata, vt recte mirari possis quomodo cõuenire possit ferrum cum testa, id est, tanta crudelitas cũ tanta impatientia. Ecce statua nostra in qualẽ finẽ definit, quia post caput aureum planctus fictiles accipit. Threnorum. Filij Sion inclyti amicti auro primo, quomodo reputati sũt in vasa testea. Sic ergo patet, q̃ in capite aureo intelligitur deuotio, in membris argenteis discretio, in æreis simulatio, in ferreis indignatio. Thr. 4

Item nota, quod in capite intelligitur intentio, qua totũ opus in bonum vel in malum finem deducitur, quia totum corpus scilicet regitur. In pectore vero consilium, quia ibi cor latet, in brachijs opera, in ventre obsequium compassionis, quia venter est terior pars corporis, & velamentum fœtoris, in fœmore humilitas, quæ ad vilia & indigna inclinantur: fœmur enim pudendis subijcitur, in tibijs rigor seueritatis, quia tibiæ cæteris membris ossa longiora & robustiora portant, per pedes necessitas vitæ: Pedes enim terram tangunt, & quantumcunque mens se ad cælestia extendat, sine huius vitæ subsidijs necessitatem suam non sustẽtat. Ergo patet, quod per caput intelligitur intentio, per pectus deliberatio, per brachiũ exercitatio, per ventrẽ compassio, per fœmur humilitas, per tibiam seueritas, per pedem necessitas. Vel per caput desiderium intentionis, per pectus studium deliberationis, per brachium exercitium actionis, per ventrem obsequium pietatis, per fœmur seruitium subiectionis, per tibiam flagellum seueritatis, per pedẽ subsidium necessitatis. Si ergo caput intentio, & aurum deuotio, quid aliud est aureum caput, nisi deuota intentio? Si pectus deliberatio, brachium actio, argentum discretio, quid aliud est pectus, & brachia argentea, quam consilia & opera discreta. Si in ventre compassio, fœmore subiectio, ãre simulatio, quid aliud est venter, & fœmora ærea, nisi pietas, & humilitas ficta? & si per tibiam seueritas, per ferrum crudelitas, quid aliud in tibijs ferreis nisi seueritas crudelis, & si pes necessitatem, testa voluptatem, quid planta testea, nisi superfluitas voluptuosa? pes ex parte testeus, & ex parte ferreus describitur, quia delicata mens, nũc in eorũ odijs adducitur, ignique restringuitur, nunc vero cũ tempora suppetũt,

Digitized by Google

in eorum luxu resoluitur. Est ergo (vt patet ex dictis) fulgor capitis aurei, deuota intentio cælestis desiderij, claritas pectoris; & brachij argentei, certitudo recti cōsilij, & rectitudo operis certi, sonoritas æræi ventris, & fœmoris, blandimentum falsæ pietatis, & fictæ humilitatis, robur ferreæ tibiæ, rigor immoderata, disciplinę flagellitas testęi pedis, effœminatio superfluitatis. Caput itaque aureum, sancta desiderla faciunt, pectus, & brachium argenteum, & consilia, & opera recta: ventre & fœmur æreū, obsequia, & seruitia ficta, tibias ferreas flagella æqua: plantam testeam, subtilia delicata.

Tertio describitur destructæ vitæ reparatio. Sæpe enim quę non corrigit manus humana, percutit sententia diuina, vel inspiratio interna. Vnde de monte abscissus est lapis sine manibus, & percussit statuam, &c. quia feroces, & induratas mentes, potius corrigit inspiratio diuina, quam corrigat flagella humana. Est ergo lapis abscissus sine manibus, timor diuinitus inspiratus, in cuius ictu statua deijcitur, id est, monstruosa vita peccatoris destruitur. Vnde percussio statuæ, & comminutio compuncti cordis est contritio & humiliatio, & in pedibus, id est, in inferioribus statua conteritur, quando mens elata, atq; peruersa, per spiritum timoris domini, ad inquisitis, & infirmitatis suæ cōsiderationem reuerberatur, & postquam fortiū cōcutitur, cætera conteruntur. Tunc contrita sunt, inquit, pariter ferrum, testa, & æs, &c. Vnde quia totius boni fundamētū est humilitas, prius erubescimus vera mala, quam ficta bona, nouissimè, etiam vera bona cum sint imperfecta, & inconsummata. In seruiitaque contritione damnamus mala, quæ per iniquitatem commisimus. In cesta autem, illa quæ per infirmitatem contraximus. Aëris autem contritio est simulati boni reprobatio, in argēteis membris hoc displicet, non quod sint bona, sed quod non sunt optima. Et sureo autem opere, totum hoc est reprehensibile, quod optimi operis inchoatio vique ad debiti finis terminum nō perducitur. In argenti itaque cōtritione boni operis imperfectio, in auri vero confractione ad quidā optimi operis intermissio. Sequitur. Et redacta quasi in fauillam æstiuæ areæ. Per æstiuum tempus feruor spiritus, per aream spiritualis prudentia significatur: fauillæ nigredo, verecundiæ est confusio. Has fauillas adhuc de conscientia tolleramus, quamdiu de præteritis culpis confusi, vel suspecti sumus. Vnde peccata in fauillam vertuntur, quia erubescimus, in quibus delectari consueuimus. Sed flante vento, fauillæ tolluntur, cum per Spiritus sancti afflatum ab omni reatus nostri formido omnis atque suspitio abstorbetur. Psalm. Proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Sic peccata Prophetæ erant in fauillam redacta, quando dicebat: Tota die verecundia mea contra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me, sed quasi à vento rapta, cum dicebat, gratias agendo, & exultando: Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius. Sed raptus fauillis, nullus eis locus inuenitur: quia post impetratam veniam, mens contra similium corruptionum detrimenta insuperabilis redditur, quia ad similem corruptelā nec sensus decipi, nec affectus potest corrumpi. Sed nota, quod lapis comminuens statuam, creuit in montem magnum, & implevit

quia

quia charitas per augmenta proficiens eleuat ad confidentiæ immensitatem: de qua dicitur in Psa. 124 Psalmo: Qui confidunt in Domino sicut mons Syon, nō commouebitur, &c.

Item vitæ spiritualis varietas describitur in illa arbore, quam somniauit idem Nabuchodonosor, de qua dicitur Dan. 4. Videbā, & ecce arbor in medio terræ, & latitudo eius nimia, magna arbor, & fortis, & proceritas eius continens cælum: aspectus eius erat vsque ad terminos vniuersæ terræ, folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius, & esca vniuersorum in ea, subter eam habitabant animalia &, bestiæ: & in ramis eius conuersabantur volucres cæli, & ex ea vescebatur omnis caro. Videbam in visione capitis mei super stratum meum, & ecce vigil, & sanctus de cælo descendit, & clamauit fortiter: & sic ait: Succidite arborem, & præcidite ramos eius, & excutite folia eius, & dispergite fructus eius, & fugiantur bestiæ, quæ subter eam sunt, & volucres de ramis eius. Veruntamen germen radicū eius in terra finite, & alligent vinculo ferreo, & æreo in herbis, quæ foris sunt, & rore cæli tingatur: & cum feris pars eius in herba terræ. Cor eius ab humano commutetur, & cor ferum detur ei, & septem tempora mutentur super eum. In sententia vigilum decretum est, & sermo sanctorum, & petitio, donec cognoscant viuentes: quoniam dominatur excelsus in regno hominum, cuicunque voluerit dabit illud, & humillimum hominem constituet super eum. Hoc somnium vidi ego Nabuchodonosor. Describitur in somnio hoc vita spiritualis tripliciter.

Primo, quantū ad statum gratiæ: Ecce arbor, &c.

Secundo, quantum ad lapsum culpæ: Et ecce vigil, &c.

Tertio, quantum ad remedium pœnitentiæ: Veruntamen germen, &c. Quantum ergo ad primum nota, quod hæc arbor magna, est anima existens in gratia, & ipsa magnitudo arboris, est immensum robur virtutis: magna arbor est, qui fortia operatur facit. In medio quoque terræ, quia intima bona desiderat: altitudo nimia, quia de sublimibus subtiliter sentit. Hæc est arbor magna ad bona agenda, fortis ad mala toleranda, procera ad sublimia contemplanda. Vnde proceritas eius cælum tangebat, quia inuestigationis eius subtilitas cælestia penetrabat, magna ergo in actionibus, fortis in tribulationibus, sublimis in inuestigationibus. vel altitudo nimia, inuestigatio est præsumptuosa, quę est causa successionis. aspectus eius, id est famę, seu nominis celebritas, vsque ad terminos vniuersæ terræ, vt à bonis diligatur, & à malis timeatur. Ergo in arbore notatur virtus. in aspectu virtutis notitia. vel aspectus vsque ad terminos vniuersæ terræ, quando propriæ virtutis experientia, nec in magnis, nec in minimis latet. folia eius pulcherrima, & fructus nimius, in foliis verba, in fructu scientia, in esca doctrina: nam esca vniuersorum in ea. Folia itaque pulcherrima, sunt verba discreta. Fructus copiosos, sensus eruditus, multiplex intellectus. Esca vniuersorum, plena eruditio omnium, discreta admonitio singulorum: foliis enim fructus vestitur, & verbis compositis sententia ornatur. Fructus bonus sapit, & pascit, & scientia spiritualis, per sacras admonitiones suauiter reficit, foliis abundabat Iob, dicens:

Qui

Iob. 29. Qui me, inquit, audiebant, expectabant, &c. Fructu autem sapiens ille, qui dicebat: Mihi autem dedit omnium, quæ sunt scientia, &c. Sap. 7. Elea vniuersis dabat qui dicebat: Græcis ac Barbaris, sapientibus, & insipientibus debitor sum. Vel est fructus nimius scientia curiosa. Eccles. 1. In rebus superuacuis noli scrutari multipliciter, subter eam habitabant animalia, & bestiæ, &c. Per animalia intellige mentes voluptati deditas. Per bestias mentes iracundas. Per volucres accipe spirituales, bonorum studiorum, & Sanctorum desiderijs alis ad cælestia volantes, subter eam ergo habitabant animalia, & bestiæ, eo quod huiusmodi mentes per concupiscentiam, & iracundiam dissolutę, iuste quidem premi debent rigore disciplinæ. Sed in ramis superioribus conuersabantur volucres cæli, eo quod viri contemplatiui cælestibus desiderijs accensi, merito debeant & auctoritate erigi, & digno honore sublimari. Et ex illa vescebatur omnis caro. Ex illo omnis caro vescitur, cuius virtutum exemplo omnes ædificantur, cuius consolationibus omnes fouetur, cuius benificijs omnes recreantur, cuius consilijs omnes roborantur, & doctrina reficiuntur. Vnde per volucres intelliguntur subtiles cogitationes, per animalia & bestias carnales affectiones. Per arborem ergo, vt dictum est, accipimus robur fortitudinis per ramos, opera, & exercitia virtutis, ex quibus ramis meritorum bonorum fructus tempore suo colligimus: rami ergo volatilia cæli suscipiunt, quia scilicet bona opera ad sublimes cogitationes deducunt, sed subter animalia & bestiæ habitant, quia carnis impetus deorsum premit.

1. Cor. 9. Apost. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cæteris prædicauerim ipse reprobus effi. Debent ergo aues pro tempore ad cælestia elenari, & in æternorum contemplatione suspendi, & iterum post sublimes volatus ad arboris suæ ramos reuerti, Ibique immorari cogitationes cordis, sed morum operumque suorum considerationem frequenter reuocare, & eorum circunspectioni frequentius insistere.

Secundo agitur de vita spirituali quantum ad lapsum culpæ, cum dicitur: Ecce vigil, id est, angelus. Angeli enim vigiles sunt, quia ad nostram custodiam & protectionem impigrè insistunt, quibus somnus erroris & oblitionis, circa nostram custodiam nunquam subrepit. Et Sanctus, vt intelligatur Angelus bonus, nō malus. De cælo descēdit, quia huiusmodi sententiam de cælo cognouit, & in terra disposuit: Hoc enim est Angelos de cælo descendere, quod in summis discunt in terra disponere. Et cla. for. & sic ait prec. ar. Boni Angeli, bona per seipsos faciunt, mala autem per malos fieri permittūt. Vnde Angelus hic, quia rectitudinis statū subuertere malum esse cognouit, arborem præcidere noluit. Verūtamen, quia hic vnius meritum, vel vniuersitatis bonum exigere cognouit, fieri permisit. Vnde q dicit: Arborē præcidite, permissionem intellige, non præceptionem. Vnde non est per hoc spiritibus malis obedientia iniuncta, sed licentia indulta. Et dicitur, quod fortiter clamauit, vt notetur distantia inter voluntatē siue intentionē spiritus boni & mali: quia nos fortiter clamamus, cum longe positis aliquid innotescere volumus. Sed ex his accipe, quia non possunt nos mali Angeli pro sua voluntate, nisi accepta licentia qua permittantur, p. turbare: alias

alias autem nemo posset eorum impetum tolerare: Nam arborem succidere potuissent, & voluissent, & tamen non nisi permissi succiderunt, quia sine Dei permissione nil faciunt. Sed nisi arbor ista nimis alta fuisset, & de sua virtute intumuisset, sententiam succisionis non accepisset. Arbor itaque succiditur, quando constantiæ virtus tentationibus paulatim attenuatur, tandemque funditus tollitur. Psalmus: Dereliquit me virtus mea: Succisa arbore rami præciduntur, quia virtute animi deficiēte bona opera paulatim subtrahuntur. Arbor succiditur, & rami præciduntur, quando virtus in occulto, & virtutis opus deficit in aperto. Prius igitur subtrahitur virtus animi, postmodum autem subtrahitur etiam facultas, & occasio bene operandi. Et succisa arbore, arboris, ramisque præcisis folia excutiuntur, fructusque dispergitur: quia deficiente virtutum proposito, & virtutum exercitio, prius gratia bene loquendi tollitur, tandem etiam gratia recte intelligendi subtrahitur. Et recte postquam deficit studium bonæ operationis, subtrahitur facundia sermonis: quia scandalizare magis quàm ædificare audientes potest omnis castigatio, vel exhortatio deprauati prædicatoris. Foliorum ergo gratia excutitur, quando ex suspitione infami prius habita, facundia loquendi vel auctoritas amittitur. Fructus dispergitur, quando eius doctrina contemnitur, quæ quamuis per sensus consilij vtilis forsitan videatur, per prauum tamen vitæ exemplum facile conculcatur. Fructus dispergitur quando importuna variarū concupiscentiarum in inuersione studium meditationis dissipatur, & subtilitas, inuestigandique facultas cogitationum euagatione confunditur.

Psal. 37.

Sequitur, fugiant bestiæ quæ sub ea sunt. Hoc fit quando amissis virtutum ramis, & fructu consilij, & honestate vitæ, & auctoritate doctrinæ, subiecti eius ipsius obedientiam detractant: & carnales quique eius magisterium contemnunt: volucres quoque cæli de ramis eius fugiunt, quia etiam spirituales viri consortium eius declinant, & infamiam horrescunt. Psalm. Elongasti à me amicum, & proximum, & notos meos à miseria. Vel supter habitantes bestiæ fugiunt, cum vigore animi tentationibus exhausto iam non valet mens carnales impetus cohibere, vel quælibet irrationabilia desideria sub rationis magisterio coercere. Auium quoque habitationem amittimus, cum sublimium inuestigationum iocunda spectacula phantasmatum occursione turbati exercere non valemus. Vel in ramis suis inhabitantes volucres cæli arbor amittit, cum meditationes suas circa assuetam morum suorum circumspectionem exercere iam nequit. Contubernia talium volucrum nos amisisse sæpius dolemus, cum cogitationes nostras ab inepta euagatione restringere non valemus.

Psal. 87.

Tertio describitur vita spiritualis quantum ad remedium pœnitentiæ, vel diuinæ misericordiæ: Magna enim est admiratione dignum, quod diuina miseratio, nec tales homines sæpe funditus deserit, nec post talem lapsum tantamque ruinam pœnitus destituit, sed adhuc tales sæpe ad correctionem expectat, & ad pœnitentiam reseruat.

seruat. Vnde subditur, Veruntamen germen eius radicum sinite in terra, scilicet vnde possit iterum reparari, & ad pristinam pulchritudinem reformari. Tunc arbor radicitus euellitur, quando post perpetrata mala in desperationem præcipitatur. Quasi enim radices suas arbor amittit, quando omnē correptionem perdit, & in desperationem cadit: ergo hoc est huius arboris germen radicum post ruinam remanere, quemlibet post peccati lapsum pœnitentiæ propositum habere, & pœnitentiæ fructum de diuina pietate sperare: sed aliquando post multa, & maxima, & diuturna mala, aliqui spem, vel propositum resipiscendi amittunt. Vnde subditur, Alligatur vinculo ferreo, & æreo in herbis, quæ foris sunt. Vinculum ferreum, est peruersitatis indomabilis consuetudo. In ferreo nota audaciam, in ære pertinaciam, in herbis bona infima, & terrena. Quasi ergo in vinculo ferreo, & herbis terræ mens deprauata alligatur, quando carnalium voluptatum amore ex praua consuetudine obduratur. Ferrum enim, quod cætera metalla domat, audacia est, quæ neminem formidat. Vnde quando mens suis desiderijs audacter & pertinaciter insistit quasi vinculo ferreo, & æreo ligata existit: & rore cæli perfundatur, id est, per subtiles suggestiones diaboli erroribus imbuatur. Nam ex contumeliarum suarum exhalatione tantam incurrit caliginem errorum, vt ei bonum malum, & malum bonum videatur: ergo qui in herbis terræ foris ligatur, rore cæli perfunditur, quia post deprauationē morum sensus deprauatur, & multis erroribus fascinatur, & implicatur. Sequitur, Et cum feris pars eius in herba terræ. Feræ terræ sunt homines crudeles. Vnde feræ à ferocitate dicuntur: herbæ terræ, sunt oblectamenta vitæ. Vnde cum feris est pars eius, quando id, quod non potest per industriam, satagit per violentiam, & rapinam cor ab humano commutatur, quando nulla compassione mouetur, vel humanitate.

Item cor feræ accipit quando sponte sequit, & gratis in apertam malitiam erumpit.

Notandum est autem, quia de huiusmodi somnijs, quæ de arboribus apparent in hominibus, somniorum interpretes dicunt, quod aliud signant ratione situum, aliud ratione partium, aliud ratione fructuum. De situ autem arborum exemplum adducitur, quia si quis viderit per somnium arbores ortas in mari, aut petra, aut alijs locis, quæ non recipiūt arborum germinationem, viros inconsuetorum habituum in loca illa intraturos præstoletur, secundum rationem multitudinum arborum. De partibus quoque arborum exemplū adducunt dicentes, quod somnia, quæ de arboribus apparent ad hominum conditiones referuntur: quia robur trunci, quod in altum porrigitur, vt dicunt, orationem signat, stipites autem siue rami ad folia referuntur: fructus autem referuntur ad fidem, vel diuitias: sed folia ad sensum Nā in somnio folia, quæ bene vidētur virere, & bene nutriti, rectitudinem sensus significant; languida vero labentia, succoque destituta, sensus protendunt imbecillitatem. De fructibus autem dicunt, quod aliud repræsentant ratione saporis, aliud ratione temporis, aliud ratione arboris. Quantum enim ad saporem dicunt, quod omnes fructus

dus acetosi, & stiptici in somnio visi, referuntur ad malum euentum. Vnde si alicui videatur in somnio, quod colligat ex palmeto fructum acerbum, tribulabitur, & cruciabitur secundum rationem excerpti fructus, eo quod stipticus sit.

Item si quis arborem olius complexus, fructus excerpserit, à viro hilari, ac miti amaritudinem, & tribulationem accipiet, eo quod fructus stipticus sit. Econtra autem, fructus dulces, & suaues ad bonum referuntur euentum. Vnde si cui in somnio videatur, quod ex palmeto excerpat fructus maturos adipiscetur, aurum, & diuitias secundum rationem exceptionis. Si autem de theca seminis acceperit fructus palmarum, inueniet gaudium apud filium nobilis mulieris.

Item si quis se conspicatus fuerit nucem concutere, & accipere de fructu eius, acquiret à viro sene diuitias cum labore, quas ille nouiter possederat. De tempore vero fructuum dicunt, quod aliud reputarent fructus in tempore suo visi, quam faciant extra tempus. Vnde referunt, quod quidam veniens ad somniorum magnum interpretem, qui dictus est Serim, intentabilis eum multis astantibus, dicens: Vidi per somnium, quod in arborem ascendens, quę dicitur vericolea, comedebam de fructu eius. Qui respondit: A diuite viro beneficium adipiscēris. Et iterum post dies multos veni alius, multis astantibus, & eandem quæstionem proposuit dicens: Ascendi arborem, quę dicitur vericolea, & comedi de fructu eius, & ait Serim. Tribulatio expectat te cū tortura. Et mirati qui aderant quomodo eiusdem somnij diuersa esset interpretatio. Et respondit primo tempus fructuum erat. Secundo interrogante fructus abierant, ideo quæ permutatio est iudicium. Et per constantes inuenerunt in vtrisque, vt dixerat interpres. Ratione vero arboris variatur, & mutatur significatio, quia si quis videat, quod velit colligere mala punica ad hasserit vestis eius truncis ipsius arboris, scissaque fuerit, significat, quod cum viro locuplete contendet. Et si post complicationem ramum ruperit victoria potietur. Hæc dicunt somniorum interpretes, quæ quia naturalis rationis fundamentum non videntur habere, plus à plerisque prudentibus fabulosa reputantur, quam vera.

Item vita hominis variatur secundum statum naturę, & culpę, & pœnitentię, & hæc varietas ostenditur in visione Petri. Dicitur enim ibi, quod Petrus vidit vas quoddam velut linteum magnum quatuor initijs submitti de cælo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & serpentia terræ, & volatilia cæli, & facta est vox ad eum, Surge Petre occide, & manducā. Ait autem Petrus, Absit à me Domine, quia nunquam māducaui omne commune, & immundum. Et iterum vox secundo ad eum. Quod Deus purificauit, tu ne communa dixeris. Hoc autem factū est per ter, & statim receptum est vas in cælum. Act. 10

Primo hic describitur vita hominis quantum ad statum naturę: quia homo maxime ex parte animæ est velut quoddam vas magnum, capax quodammodo omnium. Vnde Philosophus dicit, quod anima est quodammodo omnia, Omnia enim capit per sensum, vel intellectū: imo est quodammodo capax Dei, vnde nihil minus Deo eam implere Aristot. 3 de anim.

potest. Sed est homo quasi linteũ propter mortalitatẽ carnis, quia linteis mortuorum corpora hactenus inuoluebantur.

Item quatuor initijs submissum, id est, quatuor elementis compositum. Sed de cælo in terram submittitur: quia de cælo spiritus, caro vero de terra originatur. Vnde homo de cælo in terram submittitur, cum spiritus carni vnitur.

Vel describitur homo quantum ad lapsum culpæ, ex eo, quod vas summittebatur de cælo in terram, id est, de gratia in culpam, vel de cælo in terram peccatorum submittitur, quia dimisso spiritu carnem sequitur, & ideo sunt in eo quadrupedia, id est, peccatum luxuriæ, quia peccatum carnis, quasi quatuor pedibus graditur: quia scilicet quatuor actibus siue gradibus perficitur, scilicet suggestione, delectatione, consensu, & opere.

Item serpentes qui terræ inhærent ventre, id est, peccata auaritiæ, quibus rebus terrenis inhæremus mente.

Item volatilia, quæ in altum volant: per quæ signantur appetitus siue peccata superbiæ.

Tertio describitur status pœnitentiæ: quia facta est vox ad eum: Surge, scilicet à peccatis auaritiæ, quæ infima petit. Occide delectationes luxuriæ, quæ in carne viuit; manduca, id est, contere appetitus superbiæ, quæ proteruè se erigit. Sed quia superbus iustus quandoque iactãter se commendat, & despicit cæteros, & cõiungi renuit humili pœnitẽti, sicut pharisæus qui dicebat: Non sum sicut hic publicanus, subditur: Nunquam manducaui omne commune, & immundum: Sed hæc iactantia reprimitur, cum dicitur: Quod Deus purificauit, scilicet per pœnitentiam, tu ne commune, id est, immundum dixeris: Nam pœnitentia omnem immundum purificat. Sed pœnitentia necessaria est tripliciter, scilicet in corde per contritionem, in ore per confessionem, in opere per satisfactionem. Et ideo additur, quod hoc factum est per ter. Et talis pœnitentia etiam in cælo acceptatur, & approbatur. Vnde subinfertur, quod statim receptum est vas in cælum. Vel hoc dicitur, quia talis pœnitentia ianuam cæli aperit, & ipsum pœnitentia in cælestem gloriam finaliter introducit.

Luc. 18

Virtutes principales, vitiaq; eis opposita in somnio Pharaonis de septẽ spicis figurata, quæ, quot & qualia sint, nec nõ quatuor Cardinales virtutes quatuor fabris à Zacharia descriptis assimilari definitur.

Cap. XXXV.

Virtutes principales sunt septem, quibus septem vitia opponuntur: quod patet ex somnio Pharaonis, quod habetur Genes. Vbi dicitur, quod Pharao dormiuit, & vidit somnium: septem spicæ pullulabant in culmo vno, plenæ atque formosæ. Aliæ quoque totidem spicæ tenues, & percussæ, vredine oriebantur, deuorantes omnem priorum pulchritudinem. Per septem autem spicas plenas possunt intelligi septem virtutes.

Gen. 45

Primo propter numerum, quia septem erant spicæ, & septem sunt virtutes animæ principales, ad quas cæteræ reducuntur, scilicet tres Theologicæ, vt Fides, Spes, & Charitas. Et quatuor Cardinales, vt Iustitia, Temperantia, Fortitudo, & Prudentia: Nam fide ordinatur rationalis, spe confortatur irascibilis, charitate ordinatur concupiscibilis

tem-

temperantia gubernatur corpus, iustitia regitur mundus, fortitudine vincitur diabolus, prudentia dirigitur & perficitur omne opus. Est enim prudentia (secundum Philosophum) recta ratio agibilium.

Aristot. 2 Ethic.

Secundo propter exemplum, quia recte assimilantur spicis: quæ dicuntur spicæ à quibusdam spiculis quibus sunt munitæ exterius. Sic etiam quælibet virtus habet spicula sua, & tela quibus defendit se. Nam habet fides spicula miraculorum, spes spicula orationum, charitas spicula eleemosynarum, iustitia spicula suppliciorum siue punitionum, temperantia spicula ieiuniorum, fortitudo spicula præmiorū: quia consideratio præmij minuit vim flagelli, prudentia autem spicula habet verborum, quia verba sapientium quasi stimuli.

Tertio propter fundamentum siue principium: quia pullulabant in culmo vno. Ille culmus à quo omnes virtutes oriuntur, & in quo fundatur, & vniuntur, est gratia Dei. Vnde sicut omnes potentiæ animæ oriuntur ab eius essentia, ita omnes virtutes oriūtur à gratia.

Quarto ratione contenti: quia erant plenæ: Plenæ enim virtutes sunt granis & seminibus meritorum, ex quibus etiam suscipiūtur fructus præmiorum.

Quinto propter aspectum, quia formosæ, id est, pulchræ in aspectu. Sic virtutes reddunt vitam hominis pulchram, & gratam ad imitandum. Per septem autem spicas tenues intelliguntur septē vitia capitalia, ex quibus cætera vitia oriuntur.

Primo propter numerum, quia totidem erant sicut spicæ plenæ, scilicet septem. Et similiter principalia vitia septem sunt, scilicet superbia, auaritia, gula, luxuria, ira, inuidia, & accidia. Superbia quærit excellentias, Auaritia quærit diuitias Gula expetit delitias, Luxuria quærit delectationes, ira vult vindicare, per inuidiam contristant prospera, scilicet aliena. Accidia fugit laboriosa.

Secundo propter exēplum, quia assimilatur spicis, scilicet quæ dicuntur à spiculis punctionum, quia scilicet conscientiā pungūt. Rom. Tribulatio & angustia in omnem animam operantis malum, tribulatio scilicet pœnæ, & angustia conscientiæ. Rom. 2.

Tertio propter defectum, quia tenues erant: Carent enim vitia pinguedine gratiæ, plenitudine iustitiæ, & fructu mercedis æternæ.

Quarto propter incendium, quia percussæ vredine, id est, inflammatione suggestionis diabolicæ: Ipse enim diabolus est ventus vrens, virtutes vastans, & vitia inflammans. Iob. Tollet eum ventus vrens. Iob. 26.

Quinto propter effectum, quia deuorabāt omnem priorum pulchritudinem, quia scilicet vitia dissipant omnem pulchritudinē virtutum. Nam pulchritudinem Dei vastat auaritia, quæ est idolorum seruitus, pulchritudinem spei vastat accidia, quæ dum laborem refugit quasi euacuat ipē mercedis, pulchritudinem charitatis destruit inuidia, pulchritudinem iustitiæ superbia, pulchritudinem temperantiæ deuorat gula, pulchritudinem prudentiæ ira, pulchritudinem fortitudinis luxuria.

Item quatuor virtutes cardinales assimilantur quatuor fabris qui describuntur in visione, vt habetur Zach. vbi dixit. Vidi, & ecce quatuor cornua, & dixit Angelus: Hæc sunt cornua quæ ventilauerunt Iudam, & Israel, & Hie- Zach. 1.

Digitized by Google

& Hierusalem. Et ostendit mihi Dominus quatuor fabros, & ait Angelus: Venerunt illi vt deijciāt cornua.

Quatuor ergo cornua (secundum glosam) sunt quatuor passiones animam impugnantes, & perturbantes, scilicet Timor, Amor, Dolor, & Gaudium: his cornibus ventilantur, & dissipantur Iuda, id est, pœnitentium confessio, & Israël, id est, contemplantium speculatio, & Hierusalem, id est, actiuorum pacifica conuersatio: Nam Iuda confessio. Israël Deum videns. Hierusalem pacifica interpretatur. Sed contra hæc cornua, id est, vitia quatuor fabri quasi quatuor boni medici non cernuntur à propheta, sed ostenduntur à Deo, scilicet quatuor virtutes, vt Prudentia, Iustitia, Fortitudo, & Temperantia: hæ enim virtutes ædificant quicquid vitia destruunt. Vnde Fortitudo deiecit cornu Timoris, Iustitia cornu Inordinati amoris, Prudētia cornu Doloris, & Temperantia cornu Gaudij, & delectationis, Psal. Cornua peccatorum confringam. Psa. 108

Duæ ipsius Ioannis visiones adamussim exponuntur: in quibus tota Christi vita, Leoni ac libro aperto comparata, ipsius potissimaq; mysteria in septem libri signaculis figurata, erudite patefiunt.

Cap. XXXVI.

CHristus vocatur Leo in visione Beati Ioannis, quæ habetur. Apoc. 5. Vbi vnus de senioribus qui in visione apparebat, dixit: Ecce vicit Leo de tribu Iuda radix Dauid, aperire librum, & soluere septem signacula eius. Vbi primo expressit Christi præsentiam cum dicit, Ecce Isa. Dicetur in illa die, Ecce Deus noster, expectamus eum. Est enim Ecce aduerbium demonstrandi. Apoc. 5 Isa. 53

Vnde ecce vicit, quasi visibilis est qui vicit. Secundo expressit Christi victoriam, quia vicit scilicet mundum contemnendo. Ioan. Confidite: ego vici mundum. Ioan. 10

Item vicit diabolum eijciendo. Ioan. Nunc princeps huius mūdi eijcietur foras. Ioan. 12

Item vicit carnem crucifigēdo. Apost. Vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati. Rom. 6

Tertio expressit eius potētiam, quia Leo. Christus enim fuit vt Leo in natiuitate. Dicitur enim quod Leo cauda delet vestigia sua, vt non comprehendatur. Sic Christus cauda humanitatis vestigia deitatis abscondit, ne diabolus eum inueniret. Isaiæ. Leo quasi bos paleas comedet, id est, fragilitates, & humilitates nostræ humanitatis assumet, vt diabolo suam diuinitatem abscondat. Isa. 11

Item fuit vt Leo in prædicatione, quia audacter, & sine humano timore arguebat maiores. Osee. Quasi Leo rugiet, quia ipse rugiet, & formidabunt filij maris. Ose. 11

Item fuit vt Leo in passione: quia tūc diabolum propriè vicit, & prædā de manu eius tulit. Ge. Catulus Leonis, Iuda, ad prędam ascendisti fili mi requiescens, accubuisti vt Leo. Ge. 49

Item vt leo fuit in resurrectione: quia mortuus tertiā die virtute patris quasi virtute vocis eius suscitatus fuit. Numero. Accumbens dormiuit, vt Leo, & quasi leęna quam suscitare nullus audebit. Nu. 26

Item Leo erit in iudicio, quādo emittet rugitum terribilē Amos. Leo rugiet, quis non timebit? Quarto expressit Christi prosapiam: quia de tribu Iuda, supple, natus. Mich. Et tu Bethleem Ephrata paruula es in milibus Iuda, ex Amo. 4 Mich. 5

da, ei te mihi egredietur qui sit dominator in Israël. Et ex hoc excluditur error illorum qui dicunt, quod Christus non assumpserit carnem de Virgine: sed de æthere fecit sibi corpus, & sic transfudit se in vterum Virginis. Vnde dicunt, quod Christus natus est de virgine, sed non factus de virgine; contra quos dicit Apo. Gal. 4 At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Sequitur radix Dauid. glo. i. procedens à Dauid, vel fundamentum Dauid, imo vtrumque procedens à Dauid, quo ad humanitatem. Isa. Egredietur virga de radice Iesse, fundamentum Dauid, quo ad diuinitatem: quæ est radix & principium omnium. Ioan. Omnia per ipsum facta sunt. Apocal. Ego sum radix, & genus Dauid, stella splendida, & matutina. Isa. 11 Ioan. 1 Apo. 22

Quinto expressit Christi efficaciam, scilicet aperire librum, & soluere septem signacula eius, quasi dicat. In hoc, quod vicit, librum aperuit, & diuinam dispositionem impleuit, id est, genus humanum redemit. Et septem signacula soluit, id est, occulta mysteria declarauit. Dicitur autem aperuisse septem signacula, quia septem Christus in se manifestauit nostræ redemptionis sacramenta in lege figurata, & à prophetis prædicta.

Primum fuit conceptio siue incarnatio, quæ fuit figurata in cõceptione Isaac. Gene 22. & prophetata Isa. Accessi ad prophetissam, & concepit filium. Gen. 22 Isa. 8

Secundum est eius natiuitas: quæ fuit figurata in natiuitate Isaac, & prophetata Isa. Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Vtrumque figuratum fuit in virga Aaron: quæ nocte vna fronduit, floruit, & fructum fecit. Gen. 27 Isa. 9 Nu. 16

Tertiũ est passio, quæ figurata fuit in morte Abel, & in immolatione vitulæ rufæ, & agni. Exo. & prophetata. Isa. Sicut ouis ad occisionẽ ducetur. Hier. Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam. Gene. 4 Nu. 19 Exod. 12 Isa. 35 Hier. 16

Quartum est descensus ad inferos: qui fuit figuratus in Sanione, qui tulit portas Gazæ, & prophetatus Zach. Tu autem in sanguine testamẽti eduxisti vinctos de loco carceris, &c. Iud 16 Zach. 9

Quintum est resurrectio, quæ figurata fuit in resuscitatione filij mulieris Sareptanæ. 3. Reg. prophetata. Oseæ. Viuificabit nos post duos dies, & in die tertia suscitabit nos. 3 Reg. 17 Ose. 6

Sextũ est ascensio, quæ figurata fuit in translatione Enoch, Gen. & in raptu Heliæ 4. Reg. & prophetata Isa. Quis est iste qui venit de Edom. Psal. Ascendit Deus in iubilo, &c. Gene. 5 4 Reg. 2 Isa. 63 Psal. 46.

Septimum est aduentus ad iudicium: qui figuratus fuit in arcu cæli post diluuium, per colorem igneum, Genes. & prophetatus est Isai Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. Gene. 9 Isa. 3

Item Christi vita assimilatur illi libro, de quo agitur Apoc. vbi dicitur, Accipe librum apertum de manu Angeli stãtis supra mare, & super terram, quasi apertius diceret: Ex vita Christi accipe eruditionem, quia liber est, vnde accipe librum istum, vt eruditeris. In hoc enim libro tot sunt literæ, quot virtutes: humilitas enim est vna litera, patiẽtia est alia, charitas alia: & sic de alijs quas scilicet literas, ipsemet Christus scripsit in se. Iob. Librum scriba: ipse qui iudicat, id est, filius, cui Pater omne iudicium dedit. Ad exemplar igitur huius libri scribere quilibet suum debet: quia hoc est exemplar veræ. Vnde in iudicio omnibus

pertus ostendetur, vt videant omnes in eo falsitates librorum
Apo. 20 suorum. Apo. Liber qui est vitæ, apertus est, & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libro.

Item para te ad lectionem: quia liber iste apertus est: & ideo dixit librum apertum. Hic liber fuit clausus in armario veteri virginalis in incarnatione, tractus inde in natiuitate, sed apertus fuit in passione: Ibi enim Christus clauis fernis habuit apertas manus vt erudiret nos de agendis.

Item lancea habuit apertū latus, vbi est cor, vt erudiret nos de
Ro. 10. credendis. Nam corde creditur ad iustitiā, vel de diligendis. Luc.
Luc. 10 Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo.

Item apertos pedes, vt erudiret nos de appetendis, quia pedes animæ, sunt eius affectus.

Item ad operis imitationē, quia liber ille de manu Angeli accipiendus est. Angelus est prædicator, qui non tam verbo, quam exemplo annunciat vitam Christi. Vnde talis librum istum, id est, vitam habet in manu, id est, in operis imitatione. Qui ergo talis prædicatoris sequitur exemplum, rectè de manu Angeli librū accipere dicitur. Vnde terrestris Angelus Paulus librum istum accipere de manu nos hortatur dicens: Imitatores mei estote, sicut 1. Cor. 11.
& ego Christi. Ergo librum accipe de manu Angeli, id est, exemplum tene boni magistri, qui facit & docet opera Christi. Talis magister est qui mare & terram pedibus calcat, id est, aduersa & prospera superat. Vnde dicit stātis supra mare, & super terram. Per mare enim aduersa, prospera vero per terram intelliguntur.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

PRO-

Digitized by Google

PROLOGVS LIBRI OCTAVI, IN

quo exempla de Legibus, id est, de iure Canonico, & Ciuili, quam plurima exactè conscribuntur.

Prou.8

LEgum conditores iusta decernunt, & liberum arbitrium hominis, ex quo opera humana prodeunt, non est determinatum ad vnum, contingit homines in suis operibus non semper ratione procedere, sed pluries errare: propter quod fuit necessarium homini habere in suis actibus regulam dirigentem. Quamquam autem omnis ratio, quæ est primum, secundum Philosophum, principium in agendis, sit communis mensura, vel regula operum humanorum; diuersa tamen hominum opera mediantibus diuersis habitibus ab ea regulantur. Nam opera humana extrinseca, quia ad vitam ipsius hominis pertinent corporalem, regulantur à ratione humana arte mediante. Vnde in 1. Metha. dicitur, quod hominum genus arte & ratione viuit, & est ars, vt diffinit Philosophus, recta ratio factibilium, & vocat ipse factibilia opera, quæ possunt ex exteriori materia fieri corporali. Ea vero hominis opera, quæ pertinent ad vitam moralem, regulantur mediante virtute. Est enim virtus moralis habitus electiuus immediate consistens determinata ratione, prout vtique sapiens determinabit. Sicut eam diffinit Philosophus in libro Ethicorum.

Arist. 1. Metha. Aristot. Ethi.

Idem Philosophus etiam dicit, quod vltus est, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit. Cætera illa hominum opera, quæ pertinent ad vitam ciuilem, ratio mensurat & regulat lege decernente. Sunt enim ciuilia opera, in quibus vnus cõmunicat alteri in ordine ad bonum commune, & talium est lex humana, quæ bonum commune respicit, regula & mensura. Vnde dicit de ea Isid. quod lex est nullo priuato commodo, sed pro communi vtilitate omnium conscripta. Est ergo hic actuũ regula lex humana, secundum quam inducitur aliquis ad agendum, vel ab agendo retrahitur. Sed quia talia ciuilia opera lex secundum æquitatẽ iustitiæ regulat, & mensurat, recte in verbis propositis dicitur, quod legum conditores iusta decernunt. In quibus verbis non tantum describitur humanarum legum origo, sed & arctitudo insuper, & rectitudo earum. Nam legum origo manauit ex sapientia condentorum. Coarctatio vero sumitur ex violentia præceptorum, ad quorum scilicet obseruãtiam ciues per pœnas legales coguntur, quod exprimitur in nomine legum, quia lex à ligãndo, id est, cogendo est dicta, vnde lex coarctationem importat: sed legum rectitudo perpenditur in iustitia decretorum, quia

Isid. in 2 ethi.

Digitized by Google

iusta decernunt. Est autem circa primum notandũ, quod legũ cõditores iustarum, non omnes indifferenter homines esse possunt, quia condẽdi leges auctoritas solum cõmunitati vel principi cõpetere videtur: propter quod Isid. dicit. & habetur etiã in decretis quod lex est cõstitutio populi, in qua maiores natu cum plebibus aliquid sanxerunt. Sunt tamẽ secundum Isid. quædam leges quæ vocantur constitutiones principum, quę pertinẽt ad monarchiã, id est, ad ciuitates, vel regnum, quæ gubernantur, & reguntur ab vno. Aliæ verò leges sunt, quę vocantur responsa prudentum, & senatus consulta, & hæ pertinent ad aristocratiã ad principatũ optimorũ siue optimatũ. Aliæ quoque sunt leges, quæ dicuntur ius prætorium, & hæ pertinẽt ad oligarchiã, quæ est principatus paucorum diuitum, & potentũ. Aliæ etiam leges sunt, quæ plebiscita vocantur, & hæ pertinẽt admocratiam, quæ est populi principatus. Aliæ insuper sunt leges communes quas maiores natu (vt dictum est) cũ plebibus sanxerunt, & hæ ad regnum optimum pertinent, quod est ex supradictis cõmixtum. Patet ergo, quòd priuatæ personæ non competit ferre legem sed solũ admonere, ex eo, quod sua monitio ab aliquo contemnatur omnino, habet vim coarctatiuam quam oportet habere lex: ad hoc, vt efficaciter inducat ad virtutem, prout Philosophus dicit, sed coactiuã vim habet populi multitudo, vel publica persona ad quam pertinet pœnas infligere. Est autẽ (prout tradit Phil.) vtilius, & melius omnia ordinare lege, quam dimittere arbitrio iudicis, propter tria. Primo quidem, quia facilius est inuenire paucos sapientes, qui sufficiũt ad rectas leges ponẽdas, quam multos qui requiruntur ad iudicandum de singulis.

Dist. 2 Isido.

Arist. 10 Ethi.

Arist. 2 rhetor.

Secundo, quia illi qui leges ponunt, ex multo tempore considerant, quod lege ferendum sit: sed iudicia de singulis factis, fiunt ex casibus subito exortis. Facilius autem ex multis consideratis potest homo videre quid rectũ sit, quam solum ex aliquo vno facto.

Tertio, quia legislatores iudicãt in vniuersali, & de futuris: sed homines iudiciis præsidentes, iudicant de præsentibus ad quæ afficiũtur amore, vel odio, vel aliqua cupiditate: & sic eorũ deprauatur iudicium. Quia igitur iustitia iudicis quæ dicitur animata, non in multis inuenitur, & quia etiam flexibilis est, idcirco necessarium fuit, vt in quibuscunque est possibile, lege determinaretur, & paucissima arbitrio hominum committerentur. Sunt enim singularia quædam, quæ lege comprehendi non possunt: & talia necessarium est, vt iudicibus committantur, puta de eo quod est factum esse, vel non esse, & de alijs consimilibus his, vt Philosophus ait ibid.

Secundo, in nomine legum notandã est legis coactio, cùm lex à ligando dicatur (vt supra dictum est) quæ ligatio, vel obligatio ipsarum legum nõ solum ad corporalia, sed etiam ad spiritualia se extendit ex eo, quod iustę legis transgressio eos qui legi subduntur, non tantum ad pœnam obligat, sed etiam ad culpam. Vnde leges humanæ cum iustæ sunt, habent vim obligandi in foro conscientiæ à lege æterna, à qua deriuantur, secundum illud Prouer. Vnde assumptum est verbum propositum, Per me reges regnant, & legũ conditores iusta decernunt. Dicuntur autem leges iustæ ex fine, cùm ordinantur ad bonum commune.

Pro. 6

Item

Item ex auctoritate, scilicet, quando lex quæ lata est, nō excedit potestatem ferentis.

Item ex forma, vt quando propriè secundum æqualitatem proportionis imponuntur subditis onera in ordine ad bonum commune. Cum enim vnus homo pars multitudinis sit, quilibet homo hoc ipsum, quod est, & quod habet, est multitudinis, sicut & quælibet pars, id quod est, totius est. Vnde & natura, vt saluet totum, nonnunquā parti infert aliquod detrimentum. Vnde leges huiusmodi onera proportionabiliter inferētes, iustæ censentur, & obligant in foro conscientiæ. Si autem econtrario aliquis præsidens leges imponeret aliquas subditis onerosas, nōn pertinentes ad vtilitatē cōmunē, sed magis ad propriam cupiditatem, vel gloriā, vel si vltra sibi cōmissam potestatem aliquis legem ferret, aut etiam inæqualiter onera multitudini dispensaret, etiam si forsè ad bonum commune ordinari viderentur, in omnibus profectō his casibus leges iniustæ essent, & magis violentiæ, quam leges nūcupandæ: quia (sicut Aug. dicit) lex esse non videtur, quæ iusta non fuerit. Vnde tales leges non obligant in foro conscientiæ, nisi forte propter vitandum scandalum, aut turbationem, propter quod etiam homo debet cedere iuri suo, secundum illud Matth. Qui te angariauerit mille passus, vade cum illo alia duo. Et qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Sed multo fortius sunt leges iniustæ, quæ sunt contra bonum, vel mandatum diuinum, sicut leges tyrannorum inducentes ad idololatriam, vel quodcunque aliud, quod sit contra legem diuinam. Et tales leges nullo modo est licitum seruare.

Aug. li. de arb.

Mat. 5

Quia obedire oportet Deo magis quam hominibus. Act. 4

Sed de legum rectitudine. Tertio est notandum, quod rectæ leges sunt iustæ (vt dicit Isid. in quibus iusta, & æqua decernuntur. Talia autem sunt quæ conuenant, siue congruant rationi, religioni, disciplinæ, & saluti. Vnde Isidor. dicit, quod lex erit omne, quod rationē continerit, dummodo sit quod religioni congruat, disciplinæ conueniat, quod saluti proficiat. Hoc enim est recta lex, quæ est mensura iusta, & debitè regulata. Mensura autem hic est triplex.

Isidor.

Prima enim lex est æterna: de qua Aug. dicit, quod lex æterna est summa ratio, cui semper obtemperandum est. Hæc autem nihil aliud est quam diuina sapientia est, secundum quod directiua est omnis actus, & motionum.

Secunda est lex naturalis, quæ nihil aliud est quam participatio legis æternæ in rationabili creatura. Vnde Ro. super illud, Cum gentes, quæ ignorant legem, naturaliter quæ legis sunt faciunt, dicit glos. Et si non habent legē scriptam, habent tamē legem naturalem, qua quisque intelligit, & sibi conscius est, quid bonum & quid malum, de qua etiam ait Psalmus: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, &c. quis lumen naturalis rationis, quo decernimus quid sit bonum & malum, quid sit iustum, & quid iniustum, quid decēs sit, & quid indecens: quod pertinet ad legem naturalem: nihil aliud est quam impressio diuini luminis in nobis.

Rom. 2

Tertia mensura, vel regula, est ipse finis legis: quia vnius cuiusque rei quæ est propter finē, necesse est, quod forma determinetur secundum proportionem ad finem, sicut forma serræ talis est

qualis

Arist. 2. physi.

qualis comperit sectioni, vt patet apud Phil. Oportet quod ipsa lex suo fini commensuretur, qui est vtilitas publica, siue commune bonum. Quia igitur iusta lex huic triplici mensurae concordat, tria ibi posuit, scilicet, quod religioni congruat, in quantum scilicet est proportionata legi diuinae, & quod disciplinae conueniat, inquantum est proportionata legi naturae. Et quod saluti proficiat, inquantum est proportionata vtilitati humanae. His igitur de legibus generaliter praelibatis, quia in praecedentibus libris de sensibilibus, & imaginabilib. rebus quaedã sunt introducta exempla. Restat, nunc secundum ordinem à principio libri promissum, aliqua de rationabilibus rebus exempla, vel similitudines addere. Et quia ratio est legis factiua, & ipsam legem ratio commendat, vt patet d. 1. c. consuetudo. & Iustit. de iure naturali, gen. & ciuili. quod vero naturalis ratio oporteat rationabilia esse quae lege decernuntur. Et idcirco in hoc libro octauo de decretis vel constitutionibus legis, tanquam de rationabilibus rebus, aliquas ad nostrã doctrinã adaptando moraliter similitudines inducemus, sumptas scilicet ex variis libris tam ciuilis quam canonici iuris. Sciendum enim est, quod totum corpus iuris ciuilis comprehenditur in sex libris Pandect. 4. Institu. 12. C. 9. Coll. autem nouella lumbarda, & constitutiones Friderici. Corpus vero iuris canonici habetur in decretorum volumine, & etiam in decretalium libris. Nam primo quidem ex dictis sanctorum patrum, & etiam ex legibus fuit liber decretorũ compositus, prout in ipso patet, & extra de accessi. Qualiter. 2. Postea vero cum multae decretales epistolae extra corpus decretorum vagarentur, Magister Hen. Papiensis praepositus primam compilationẽ composuit. Sed & tempore procedente Magister Gilebertus suam effecit aliam, & Alanus demum Magister Hen. Compostulanus in curia Romana mosam faciẽs, ex registro domini Innocẽtij tertij quandam compilationem extraxit, quae Romana appellata fuit. Sed quia ibi quaedam erant decretales quas ipsa Romana curia minimè admittebat, ideò ipse idem Innocentius per manum Petri Bonquentani compilationem edidit, quae tertia vocabatur. Qua recepta Magister Ioannes Gallensis, ex duabus dictis cõpilationibus Gileberti, & Alani, vnam compilauit, quae vocatur secunda. Postmodum consilio generali celebrato per eundem Innocentium quartum, tam ex constitutionibus generalis consilij, quam de aliis decretalibus eiusdem Innocentij compilatio quarta processit. Postmodũ quinta compilatio per Honorium tertium facta fuit. Sed postmodum Gregorius ix. volens confusionem & prolixitatem dictarum decretalium amouere, antiquis compilationibus abrogatis per fratrem Raymundum Capellanum, & penitentiarium suum, qui scilicet fuit de ordine Fratrum Predicatorum, imo eiusdem ordinis postea ideum magister opus decretalium, quod modo tenetur composuit. Cui postea Bonifacius octauus addidit sextum librum. Nos igitur in hoc praesenti tractatulo ex praedictis iuris vtriusque libris aliqua, licet pauca, & breuia, diuersis adaptanda materijs, introducemus exempla, ordinem in superioribus habitum in materiis & capitulis conformiter prosequentes.

Iura

Iura quibus de causis aliquis mutis reputetur, quinam non quod sint qui bona spiritualia auferre contendant declaratur.

Cap. I.

ADuersarij hominis spiritualis, scilicet diabolus, caro, & mundus, assimilantur prædonibus: Nam secundum iura, prædo dicitur aliquis tribus modis.

Primo enim prædo dicitur qui cunque alios prædatur: & tales sunt qui itinerantibus aufefuit bona sua. Et hoc modo dæmones sunt prædones, qui nobis viatoribus, id est, qui per huius mundi itinera ad patriam tendimus, bona quæ propriè nostra sunt, scilicet spiritualia, auferre contendunt. Illos enim qui sunt in patria, expoliare non possunt, sed tantum
Iob.24. nos qui sumus in via. Iob. Nudos dimittunt homines vestimenta tollentes, quibus non est opertimentum in frigore.

Secundo dicitur prædo miles, qui vltra stipendium sibi taxatum quærit: Idcirco enim militibus sunt stipendia cõstituta, ne dum sumptus quæritur, prædo crassetur. 23.q.1. Militare. Et hoc modo caro dicitur prædo: quia vltra
1.Thi 6 stipendium necessitatis sibi à natura taxatum, de quo Apost. Habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti simus, timor adhuc sibi exquirit varia delectamenta
Rom.8 voluptatis. Vnde Apo. Debito res sumus, nõ carni, vt secundum carnem viuamus.

Item prædo dicitur præsidis, qui vltra quàm legato seruiat, extorquet à subditis, quæstens potius prædam quam subsidium. In subiectis. extra de censib. c. plerumque. Et hoc etiam modo Dominus venter, cui tanquam prælato suo multi obediunt, quorum Deus venter est, dicitur prædo, quia parum spiritui seruit, & tamen multa requirit, & expendit. Vnde qui sibi obediũt, huiusmodi non Christo seruiunt, sed suo ventri, vt dicitur Rõ. Alio modo Ro.17 dicitur prædo iudex, pecuniis seu patrimonijs inhians, qui alienum iurgium reputat prædam suam. C. ad l. Iul. repe. l. omnes. Et hoc modo prædo est mundus, cuius auaritia ad pecunias & lucra inhians, lites & iurgia suscitat. Vnde dicit Seneca, si quietissimè homines viuerent si hæc duo pronomina, meum, & tuum, de medio tollerentur. Gene. Dixit Abrahã Gen.13 Loth: Ne quæso sit iurgium inter me & te &c.

Qua pœna sit plectendus adulator, qui blandiendo, & laudando aliquem ad malæ operandum inducit, similis legis exempto terminatur.

Cap. II.

ADulator & suggestor, cuius falsa suggestione, vel adulatione alicui damnum infertur, est duplici pœna dignus, scilicet propter falsum suggestum, & propter damnum illatum. Cuius exemplum apparet in his, qui per suggestionem falsi literas impetrant. Qui scilicet secundum iura primo condemnandi sunt ad expensas, quas altera pars fecit in ea re, & circa ipsam, &c. vt extra de rescrip. Cæterum, in fine, & C. de his, qui accu. primes. l. qui crimen, & alias celebritati subiacebant iudicantium; vt 25.q.2. & fine cognitio. Nam &c. l. Cornelia. de falsis pupilli possunt, vt d. l. Cornel. de falsis. l. si quis irrepserit. Similiter ergo adulator, qui falso laudando furem, vel raptorem, vel huiusmodi, induceret eũ ad furandum, vel rapiendum, vel aliud nocumentum proximo inferendum, si eius adulatione hoc faciat, alias non facturus, tenetur ad restitutionem damni in solidum, sicut tenetur & iubens, &

consuleas si propter eorū iustum & complurium damnum interest, & præter hoc etiam adulator talis puniendus est à Deo de falsa, Ezec. 13 & iniqua adulatione. Ezech. Væ qui consuit pulvillos sub omni cubito manus. Pulvilli enim sunt verba blanda, & laudatoria, quæ audienti mollia videntur, & suavia: quos sub cubito manus consuit, qui laudando, & blandiēdo ad male operandum aliquem inducit.

Sed amor quamdiu in actu operatur, sublatus non allicit delectatio quæ hominem decipit, ac suum pervertit iudicium, cognoscat, nec non similis huic exemplo demonstratur.

CAP. VII.

AMor Dei quamdiu est, operatur. Vnde deficiente operatione, deficit amor. Cuius exēplum est, quia si detur alicui privilegium ad agendum, vt pote ad decimas quas quis nunquam habuerat exigendas, tanto tempore durat privilegium, quanto tēpore durat actio, quia non est verisimile Papam, vel Principem, qui privilegium concedit velle mutare naturam actionis, vt extra, de electione c. ecclesia, C. de in officio, testamenti l. si quando. Greg. similiter etiam amor Dei (sicut dicit Grego.) operatur magna si est, si autem operari desinit, iam amor non est. Recte, sicut ignis quamdiu est, calefacit, quando autem desinit calefacere, ignis non est. Datur enim amor Dei ad 1. Ioa. 3. agendum. Vnde dicitur. Non diligamus verbo neque lingua, sed opere, &c.

Amor proprius hominem decipit, & eius iudicium peruertit. Et ideo secundum iura in causa propria, vel in re sua non potest quis esse iudex, vt 4. quæst. 4. ca. 1. & C. ne quis in causa sua iudicet. Dicunt tamen quidā, quod bene potest quis punire propriā iniuriam sibi factam, maxime si superiorem non habet, art. 4. 5. dist. Et qui emendat, quia neque tenetur aliquis remittere propriā iniuriam sibi factam, nisi velit, de pœn. di. 1. ca. vltimo. 23. q. 4. si illis. Alij verò dicunt, & melius, quòd nullus debet vlcisci propriam iniuriam, etiam si superiorem non habeat. Vnde super illud, Ego gloriam meam non Ioan. 8 quæro, est qui quærat, & iudicet. dicit Gregorius: Illatas contumelias, patris iudicio reseruat, vt nobis profectò insinuet, quantum nos esse patientes debemus dum se adhuc vlcisci non vult, & ipse qui iudicat. Nam sicut ibidem præcedit. Pater omne iudicium dedit filio. Si ergo iudex iudicium nō vult in facto proprio iudicare: multo minus alius debet hoc præsumere quantum est de stricto iure, nisi alius præsupponat se mandatis suis. In quo casu si immoderatum quid præcipiat, redigatur, & reguletur ad arbitrium boni viri: vt extra, de iureiurand. veniens, & c. quinta uall. Et licet Papa solutus sit legibus, vt C. de legibus l. digna. vox tamen ipse delegare infra eo. c. 1. Ad idem accedit. ff. de offic. præsidis l. seuatus. Et de iurisdicti. omnium iudi. l. quæ iurisdictioni. & l. prætor. Hæc probantur extra, de restitutione spoliatorum c conquærente. Et extra de accu. qualiter enim in fine. Sic ergo generaliter prohibetur, ne quis in causa sua iudicet: quia vitium est aliquem suæ rei iudicem fieri. ff. de iudicijs. Iulianus ait, vnde nō debet quis in sua re sententiam ferre, quia non potest seipsum cōdemnare, nec sibi præcipere, vel absoluere. ff. de arbi. l. penultima. Et differentia debet esse inter iudicem, & iudicatum, extra, de institu. cap. sin extra de

Digitized by Google

tam de iure patronatus. c. per vestras extra de dilationibus. c. debitum, extra de verbo. sig. c. forū, si quis igitur aliquid iniuriæ patiatur, nō debet propter hoc tumultū facere, nec seditionē mouere, sed liceat ei adire iudicem, & legum postulare præsidium. C. de his, qui ad ecc. confu. l. denunciamus. Alioquin si quicquā publice, vel priuatim extortum sit, cum pœna triplici restituetur. Vnde non est licitū, quod aliquis rem aliquam tanquā suam occupet, alioquin pœnam habet. ff. quod metus causa l. extat. C. vnde vi. l. si quis in tantā. ff. de reli. & sumptibus fun. l. ossa. Fallit hoc forte secūdum Azonem, vbi quis nō habet copiam magistratus. at C. de Iudæis l. nullus. ff. de orig. iur. l. 2. §. post orig. Quod intelligas quo ad hoc, vt si forte aduersarius meus fugiat, liceat mihi ipsum detinere, & etiā manus inijcere, ad hoc, vt ipsum ducam coram iudice competēte. ff. de his, quę in frau. credi. l. ait prętor & l. si debitorem. C. de curialibus. l. generali. li. x. Et est arg. quod si clericus delinquat, & fugiat, quod possit sine metu canonis duci coram Episcopo, & quousque sibi redditus fuerit, detineri, sicut vtitur ecclesia Gallicana. Sed non diffinio vtrum excōmunicatio euitetur, quia non inuenio hoc expressum in iure canonico. Et semper quantumcunque delinquat quousque corrigibilis est, priuilegium retinet, extra de sententia excōmuni. c. in audientiam, & c. contingit. 2. Patet ergo, quod non licet homini, vt sit propriæ causæ difinitor, vel propriæ iniuriæ vltor, vel suæ rei occupator Nam proprius amor fallit, & ab æquitate recedere facit. Sed nota, quod sicut homo in foro iudiciali nō debet esse index causæ suæ, ita nec in foro pœnitētiali debet esset iudex culpæ suæ. Apostolus. Neque me ipsum iudico. sed iudicio Sacerdotis debet eam dimittere Luc. Ite ostendite vos sacerdotibus, &c. 1. Cor. 4 Luc. 17

Quibus, quantitatibus, bonis anima humana cælesti sponso viduata priuetur, Ecclesia Episcopo, seu Archiepiscopo carentis similitudine declarantur.

Cap. IIII.

ANima dicitur viduata amisso cælesti sponso Deo, sicut dicitur viduata ecclesia carens Episcopo, vel Archiepiscopo. Dicitur enim sine archiepiscopo ecclesia viduata quo ad quædam, puta consilij conuocationē, crismatis confectionem, basilicarum dedicationē, clericorum ordinationem, Episcoporum consecrationem. Similiter episcopalis ecclesia viduata dicitur quo ad quędam episcopalia, puta crismatis in fronte confirmationem. extra de consuet. c. quanto virginum consecrationem pœnitētium publicè remissionem, seu reconciliationem. xxvj. quæstio. vj. §. & c. 68. distin. quamuis coepiscopi. c. 25. dist. perlectis. vbi ad episcopum Ecclesiarum reconciliationem, extra de cōsecratione ecclesiæ, vel altaris. Abbatum benedictionem, extra de ætate, & qualitate. c. cū contingat. Maioris inquisitionis discutionem, & monasterij consecrationem extra de cle. c. transmissa. In his enim omnibus ex similibus dicitur viduata ecclesia Episcopalis. Similiter anima priuata per peccatum cælesti sponso, caret consilio, id est, consortio ecclesiæ, quia & si sit de ecclesiæ numero: non tamen merito.

Itē Chrismate gratiæ, & dedicatione personæ, quia neque templū animę, neq; corporis est Deo dicatum, quamdiu est in peccato.

Item ordinatione vitæ, quia vita peccatoris inordinata est.

Item

Item collectione animarum quam non est peccabilissima Deo consecrata: nec contra tentationes habet robur, nec illuminatem, nec conservationem virginalis munditiæ.

Ité caret peccatorū remissione, & reconciliatione officiæ.

Ité benedictione misericordiæ. Hæc est enim benedictio abbatum, id est patrum, qui benedicūtur in femine electionis nostræ. Vnde & misericordibus dicetur illud: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab initio mundi.

Mat. 25

Item caret dilectione pœnitentiæ, quia peccatorem ipsum non discurit, nec aspicit. Apost. Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique à Domino iudicaremur.

2. Cor. 11.

Superiorum potestas & dispensatio quæ admodum instituta sit à exemplo legis & exemplo aquæ sacræ scripturæ testimonio demonstratur.

Cap. V.

AVctoritas, & dispensatio superioris excusat inferiorum delicta. Cuius exemplum apparet in simonia. Potest enim dari temporale pro spirituali ex præsumptione superioris: vt extra. de pactis. c. cum pridem. Et extra de præbyteris in fi. Quæ superioris auctoritas vtiq; pugnet, vt ff. de his qui notā infa. l. vnica. C. eodem iussu. Et extra. de translat. Ita mus, &c. vbi ois. Sic etiam auctoritas principis, minus solenne testamentum facit solenne. C. de testamen. omnē. huc facit ex nudo pacto dari actionem, vt ff. de pact. l. legitima quæ mutat iudicantialia, vt C. de commūnia. de legaris l. 2. C. de rei vxor. actione l. j. Et sic forlan illi Israel exculantur à furto, quia furati sunt Aegyptijs vasa aurea & argentea de mandato & auctoritate Domini.

Item auctoritatē habent maiores ordinandi de minoribus. Vnde papa accepta cum suis proceribus potest facere constitutiones, vt C. de officio præfec. l. humanum.

Quæ inobedientia confecta ab aliquo fideli in aliquo aliquæ meriti amissione conferri possit exemplo pluribus, legum auctoritatibus confirmatur.

Cap. VI.

QVod quis facit existens in charitate, si transferat in alium, non propterea ipse illa perdit quantum ad meritum. Cuius exemplum est, quia licet populus Romanus auctoritatem condendi constitutiones, seu etiā leges, legatur tralatiuisse in principem, vt C. de veteri iure en. l. j. §. & hoc etiam. tamen intelligitur translata, si est concessa, nō quod omnino populus à se abdicauerit potestatē. Et sic dicitur transferri iurisdictio à delegāte in delegatum. vt ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio. l. j. §. quia mandatum: Nam & si olim potestatem condendi leges populus in principem transtulisset, tamen postea reuocauit, vt ff. de orig. iur. l. 2. §. ex actis. & §. cum placuisset. Sed licet, si esset antiquitus, hodie tamen dicunt aliqui, quod nec populus, nec senatus posset condere legem generalem, sed soli principi licet condere legem talem C. de legibus, leg. fi. Quod ego verius credo, vt etiam patet C. de veteri iur. enu. l. 2. §. sed hoc. Sicut enim sacrificato sacerdotio necesse est,

vt

vt legis translatio fiat, sic dici potest, quod translatio imperio, necesse, quod potestatis condendi legis translatio etiam fiat. extra de constit. c. translato. Nam qui nihil retinuit, insolidum præsumitur transtulisse. arg. extra. de offi. de leg. c. venera. ad fi. Sed & prima opinio, vt sentit Hosti. est de consuetudine inumbratæque nec dum opinionem, sed etiam legē tollit, vt in proœmio. Instit. §. igitur post libros, & in Auth. de hære. & fal. §. j Col. 1.

Spiritualia carnalibus digniora, maiora, & fortiora esse clerici laicis comparatione, & exemplo per similes leges approbato asseritur: carnemq; spiritui semper esse subjiciendam. Sacra scriptura auctoritatibus confirmatur.

Cap. VII.

CAro debet esse subiecta spiritui, & non econuerso: quia spiritualia maiora, d gniora, & fortiora sunt quam carnalia. Et hinc est, quod clericus nō potest conueniri sub iudice sæculari. extra de iudi decernimus. Et etiam Episcopus non potest hodie laico delegare, etiam si clericus consentiret, extra. de foro compe. significasti. Nec obstat quod habetur. xj. q. placuit. & iterum. 11 q. j. clericus nullus. xvj. q. 7. filius se. Hoc. n. intelligitur de deposito, & incorrigibili, qui nō potest per alium distringi. extra, de cleri. excommuni. c. 2. in fi. & de sent. excommuni. vt fame. 17. di. nec licuit. 23. q. v. de Liguribus. Nam si relicto habitu immisceat se præliis, vel faciat bellum, impune occiditur, extra de senten. excommuni, cùm non ab homine, in fine. Vel hoc potest fieri auct. pontifica. j. Papæ, vt secunda. q. v. cū deuotissimam. Laicus autem bene conuenitur sub iudice ecclesiastico in multis casibus, vt in causa seruorum, & rusticorum ecclesiæ. 89. di. iudicatum. 11. q. 2. ecclesiarum seruos.

Item in causis pœnitentium. 11. quæstio. 1. aliud.

Itē in causis libertorum, pupillorum, & viduarum, & debilium personarum. 87 dist. desolatis, & præcipuè quantum ad tuitionē, & defensionem, ne à potentibus opprimantur. 33. q. v. administratores extra. de censibus, licet. 34. q. 2. si quis de potentioribus.

Idem etiam est in peregrinis, mercatoribus, & agricultoribus, & mare nauigantibus, extra. de treu. & pa. innouamus. 24. q. 3. si quis Romipetas.

Idem cum agitur de fraudo ecclesiæ, & inuasores etiam locorum ecclesiarum, vel raptores, seu malefactores possiunt conuenire clerici sub quocunque maluerit iudice. Et similiter quando iudex ecclesiasticus iustitiam reddere negligit, vel suspectus est, vel subditū lædit: recognoscit Episcopus, vt in aucten. vt disse. iudi. 1. R. & §. j. & 3. si tamen contingit. Coll. ix.

Idem est de iure in ciuitatibus quæ iudicibus carent. Quia ergo ecclesiastica ad spiritum, sæcularia vero referuntur ad carnem, sicut clericus sub seculari iudice non debet conueniri: ita quoque neque spiritus debet sub lege carnis teneri, de qua Aposto. ait, Video aliam legem in membris meis repugnantem lege mentis meæ, & c Ro. 8. Debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. Sed quasi econuerso sub iudice ecclesiastico laicus cōuenitur, quando sub moderamine spiritus carnalis appetitus restringitur. Gal Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis.

Item mortificanda est, ne anima pereat: sicut homo incendiū timēs, destruit domum vicini ne sua ardescat. Est enim licitū hoc secundū leges. Nam si defendēdi

Digitized by Google

mei causa tuum ædificium incẽdio orto dissipauerim, nõ teneor tibi: & ideo Vlpianus reprobat Labeonem, qui ait in hoc casu, & in eo nomine etiam familiæ iudicium dandum, vt ff. eo l. 3. §. quod ait prætor: posset tamẽ dici, quod Labeonis sententia fuit vera: vbi iustus non fuit metus: quia adhuc non peruenerat ignis vsque ad domum vicini quã destruxit: nunc enim teneor in simplum act. l aquil: Sed si peruenerat, vel iuste dubitabam, an perueniret, quia forte tẽpus ventosum erat, habet locum quod Vlpianus dixit: Neque enim damnũ dare videor æque perituris ædibus, vt ff. quod vi aut clam, l. Si alius §: Est & alia exceptio: Quãuis autem non peruenerit, tamen putabam ignem vẽturum, adhuc cesset actio, sic intelligitur, ff ad l. aqui l. Si quis fumo. §. aut dicitur: Si etiã parcitur ei, qui causa mercium suarum seruandarum alienas proijcit in mare: vt ff. de præscri. verbis, l. qui seruãdarum: Respon. j. Multo ergo magis debet homo spiritualiter plus curare de anima, quam de carne: Est enim anima quasi domus Dei propria, caro autem quasi aliena: Vnde Dominus ait: Nolite timere eos qui occidunt corpus, super animam autem non habent iam amplius quid faciãt: ergo domus carnis, seu concupiscẽtia, mortificando per pœnitentiã destruatur, ne, s. libidinis incendio domus mentis absorbeatur Rom Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis: Et hic præcipue est necessarium cum quis perstare senserit tentationis ventum, & vbi se fragilem sentiens, metuit ruinæ periculum.

Vlpi.

Mat. 10

Rom. 8

Sunt etiã carnis delectationes velut alienæ merces in mare proijciendæ, id est, in amaritudinem pœnitentiæ conuertendæ, vt mẽtis internæ virtutes quasi propriæ merces saluentur. Matth. Si pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proijce abs te: Et idẽs Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te, &c: Exo. Equum & ascensorem eius proiecit in mare: Equus enim est corpus. Ascensor eius delectationis appetitus, qui eidominantur, qui proijciendus est in mare pœnitentiæ. Ostendunt etiam nobis præfata legum exẽpla, quod magis homo de propria salute, quã aliena debet curare.

Exo.

Item cũ in carne permittit spiritus superare, est velut quædã collusio damnabilis & iniqua: Tunc enim spiritus assimilatur ei, qui colludit in causa status, puta cum dominus accepta pecunia, vel alias malitiose permittit se à seruo in status iudicio superari: quæ collusio detegenda est, & dantur præmia detegenti, & adiudicatur ei seruus. Vnde ille, qui colludit in causa status, perdit ius in personam illius de cuius statu agebatur, & applicatur illi qui collusionem detexit: ff. de collusionibus. l. 1. c. eo. l. fin. Similiter cum caro & spiritus sibi inuicem quasi litigantes aduersentur, & cum spiritus habeat ius domini super corpus, si propter delectationem acceptam à carne permittat se in tentationis causa seu lite superari per consensum, est quasi collusionis peccatum. Quod tamen si per pœnitentiam, vel confessionem delegatur, caro in seruitutem redigitur ipsius pœnitentis. Et tũc tollitur dominium carnis a spiritu præuaricante, & subditur eidem spiritui pœnitenti, ex cuius persona dicebat Apost. Castigo corpus meũ, & in seruitutem redigo.

Cor.

Quando casus malus in aliquo ob eius culpã sit conferendus ac plectendus medicorum exemplo terminatur.

Cap.

Cap. VIII.

CAsus malus non imputatur alicui, nisi vbi culpa interuenit, sicut medico non imputatur si potionem dat, & infirmus aliquo casu fortuito moriatur; ita quod medicus non deprehendatur in culpa ante factũ, vel in facto, vel post factum extra de cler. ægro. c. ad aures. Ante factum deprehenditur in culpa, quando nõ est peritus in arte, vel quando intromittit se de ministerio alieno, puta est religiosus qui intromittit se de chirurgia, quod officium non pertinet ad ipsum, extra de homici. c. tua nos, in facto autem deprehenditur in culpa quando non dedit potionem iuxta traditionem artis. imo innitetebatur prudentiæ suæ, contra iura de cõsti. ca. ec ce ne innitaris. Et post factũ deprehenditur quãdo circa custodiam infirmi non apponit diligentiam quam debet: nec excuatur si custodem minus diligentem dimisit vbi videbat periculum imminere. arg. extra de officio Arch. c. ea quæ. Caueat ergo quomodo plures curas simul & semel suscipiat, quia si infirmus continuam diligentiã exigit, pluribus intentus minor sensus tali ad aures. ff. ad. l. Aqui, l. qua actione. §. fi. & l. seq.

Quantum circuitus Ecclesiarum dispendia sint vitanda, curia Romana consuetudine, & in lege breuibus monstratur verbis.

Cap. IX.

CIrcuitus & dispendia vitanda sunt, cuius exemplũ habetur à consuetudine curiæ Romanæ: Nam licet per postulationem hoc acquiratur postulato, quod redditur habilis ad hoc, vt eligatur postulatione admissa, vt extra, de ele. c. Innotuit in fi. hunc tamen ordinem, si etsi à iure procedat, non seruat Ro. curia: Nam si ab ea aliquis postuletur, postulatione admissa non sequitur electio, sed approbatio postulationis, & postulati pro electione & confirmatione habetur, & simile extra de electio. c. Cum inter canonicos, & hoc ideo facit, vt euitetur circuitus. Qui certè vitand. sunt, vt ff de condi. indebi. l. dominus, & vt vitẽtur dispẽdia ecclesiarũ, vt extra de elec. c. vlt.

Mali cogitatio quando peccatum veniale, seu mortale existat, quandoque merita præcedentia euacuet, ac gratiam tollat, Sanctorum Doctorũ auctoritate, testatorisq; exemplo ostenditur.

Cap. X.

COgitatio interior peccati sine consensu operis, non tollit gratiam, nec euacuat merita præcedentia, nisi sit cum delectatione morosa, quia tunc interdũ est mortalis culpa. Exẽplũ huius est, quia voluntas testatoris imperfecta non tollit solenne testamentum præcedens, sed cum decennio tollit, vt C. de testamẽtis. l. scimus. Sicut ergo morositas temporis autenticat imperfectã voluntatem testatoris. Sic etiam morositas peccatoris augmentat culpam interioris cogitationis, vnde peruersę cogitationes, sicut dicitur Sap. separãt à Deo, scilicet quãdo sunt morosę. & ideo, sicut dicit Isido. cum te titillat cogitatio, cum tibi aliquid suggerit illicitum, non ibi teneas animum, calca serpentis caput, calca prauę cogitationis initium: Est enim periculũ in mora. Aduertendum tamen hic est, quod propriè loquendo, delectatio cogitationis dicitur morosa, non ex mora tẽporis, sed ex eo, quod ratio deliberãs circa eam immoratur, nec tamen eam expellit, tenens & voluens libenter ea, statim vt attingerunt animam respui debuerunt, vt Augustinus dicit. Sap. 1

Item non quod cogitatio ipsa secundum se non est peccatum mortale ; immo quandoque est venniale tantum : puta cum aliquis cogitat vtiliter de fornicatione, scilicet vt de ea prædicet, vel disputet. Sed si aliquis circa cogitationē fornicationis immoratur, vt delectetur de ipso actu cogitato , tunc est peccatum graue, immo etiam consensus in talem delectationem, & absque consensu exterioris operis dicitur esse mortalis.

Au. 12 de trin.

Peccatorum confessio , conscientiæ examinatio, quomodo sit agenda , vt suum patiatur effectum, eorum, qui secundum iura sunt confitendi, exemplo edocetur.

Capi XI.

CONfessionem debet præcedere diligens conscientiæ perscrutatio,& examinatio:Nam secundum iura, antequam quis consecretur vel ordinetur,debet præcedere per triduum scrutinium, scilicet vt incipiatur in feria quarta præcedente sabbatum ordinum , & debet per triduum diligenter inquiri de genere, de patria,de institutione in titu ad quem ordinatur,de ætate, de loco in quo cōuersatus est,de scientia,de fide,& de alijs huiusmodi, & sic examinati per triduum cōtinuum, Sabbato qui probati sūt, Episcopo præsentantur.24. di. c. quando.Similiter antequam pœnitens se sacerdoti in confessione repræsentet, vt beneficium absolutionis , & sacramentalis gratiæ consecrationem recipiat , debet semetipsum primo diligenter perscrutari , & conscientiam suā per triduum,i. diutius examinare vel per triduum,i. de triplici tempore,f. de iuuentute, virili ætate, & senectute , vel per triduum, i. tripliciter,f. de commissis in Deū, in proximum, & in seipsum, vel per triduum,quia debet esse consideratio pœnitentium, seu confitentium circa personas , circa peccata , & circa circunstantias peccatorum. Debet quoque fieri examinatio pœnitentis de tota vita sua,quando vult generaliter confiteri,& debet fieri examinatio, non solum de actibus peccatorum, sed etiam de circunstantijs,f. de conditione personæ, de loco,de facto,de causa , de modo,de tempore , de auxilijs quibus operatus est Sicut in hoc vers su continetur . Quis, quid,vbi, quibus auxilijs , cur, quomodo, quando.Sicut clericus,vt dictum est examinatur nō solum de persona & vita , sed etiam de alijs circunstantijs.

Diu peccatum in conscientia non esse fouendum, ne suo pondere in aliud trahat, vnde ex Canonistarum circa Ecclesia grauamē exemplo instruimur.

Cap XII.

CONscientiæ grauamen non est sustinendum, sed est per pœnitentiam protenus remouendum : Nam secundum iura non tolerandum est grauamen ecclesiæ,vnde consuetudines inductæ in grauamē ecclesiarum non debēt obseruari,sed reuocari, extra de consuetudine, c.j. Sicut ergo est reuocandum, quod infert grauamen ecclesiæ. Ita etiam est remouendum & purgandum,quod infert grauamen conscientiæ, f. peccatum,ex eo , quod quamdiu retinetur , semper peccator ipse ruit de malo in peius. Grego peccatum, quod per pœnitentiā nō diluitur,mox suo pondere ad aliud trahit : & ad idem de pœnid. 4 c.1, & 37. q.2,& se.propter quod hortatur Apostolus deponentes omne onus, & circunstās peccatum:&c. maximè autē peccandi consuetudo est , quæ conscientiam grauat. Psa.Filij hominum vsquequo graui corde ? scilicet

Grego

Hebr.

Psal.4

Digitized by Google

licet per peccandi consuetudinē, quæ cor indurat, & aggrauat.

Quemadmodum viri spirituales, & à quibus in delictis in corrigendi, & puniendi, ne quis in errorem insidat, breuibus ostenditur verbis.

Cap. XIII.

Corripiendi sunt spirituales viri, non per carnales, sed per spirituales, sicut clerici non sunt corrigendi, vel verberandi per laicos, sed tantū per clericos: vnde si prælatus percuteret subditos, siue monachos, siue alios, nō per clericos, sed per laicos, vterque esset excommunicatus, & qui præciperet, & qui verberaret, vt extra, de sen excom. c. vniuersitatis, nisi fortè sint incorrigibiles, qui non possunt commodè per clericos comprehendi. Tunc enim per laicos possunt, dum tamen non plus se extendat violentia laicorum, quam requirat rebellio clericorum, vt extra, de senten excom c vt famæ, §. laici. Item correptio prælati debet esse moderata: Nam si esset nimis atrox, & violenta in clericum ita vt mors sequeretur, non transeunda esset sine punitione. Vnde si subditum suum non habito respectu ad ordinem sibi datum, Episcopus cædi crudeliter iusserit, & in continenti mortuus fuerit, homicida iudicatur, ar. 51 di. si qua fœmina Si autem per. 8. menses, vel amplius, vel minus ad arbitrium iudicis redigendum vixerit, & postea moriatur, quamuis præsumatur ex alia infirmitate, tamen suspendendus est dominus ad tempus, vel vsque ad duos menses, vel secundum quod videbitur in specta persona, vt extra, de clerico percussore Præterea, & si se non emendauerit, postea deponatur, vt eo. ti. c. 1.

Sanctorum corpora post extremi iudicij diem fore glorificanda, & cum animabus beatificanda, auctoritate, & exemplo confirmatur.

Cap. XIII.

Corpora Sanctorum post resurrectionem erunt, & præmiabuntur in cælo, sicut & spiritus eorum, & similiter corpora damnatorum in inferno. Tenet enim in homine spiritus quasi vicem viri, Caro autem quasi vicem vxoris, & secundū iura vxor sequitur forū mariti, vt. ff. de iuri. om. iud. l. penul C. de incol l. vltima. ff. ad munici. l. ea, quæ & l. de iure §. vltimo, & l. filius, § 1. Similiter etiam caro sequitur forum spiritus: quia vbi præmiatur vel punitur spiritus, etiam caro. Luc. Timete eum, qui habet potestatem animam, & corpus mittere in gehennam. Congruum enim est, vt sicut hoc corpus simul cum anima peccat, vel meretur, ita tandem simul cum anima puniatur, vel præmietur: & ideo potest dicere anima beata de corpore: Volo pater, vt vbi ego sum, illic sit & ministermeus: Nā sicut corpus hoc cōiungitur animę ad ministerium laboris, ita in cælo ei copulabitur ad consortium mercedis. Luc. 10.

Damnatis qui in inferno iam existunt, suffragia aliquo pacto conferri non posse, nec ipsi alijs, eosq; hac ratione potissimum ab his, qui in Purgatorio, & in Cælo, & in Mundo existunt differre terminatur.

Cap. XV.

Damnati, qui sunt in inferno, nec suffragia valent recipere, in quo differunt ab his, qui sunt in purgatorio; nec ipsi alijs conferre possunt, in quo differunt ab his, qui sunt in cælo, & in Mundo: Vnde in hoc damnati assimilantur clericis suspensis, quibus secundum iura, beneficia conferri non possunt, extra

de ætate, & qualitate ord. præ. c. cum bonæ memoriæ, nec ipsi alijs possunt conferre, vt extra, de conces. præben, vel ecclesiæ non vacan c. quoniam diuersitatem.
Luc. 16 Similiter damnatis suffragia conferri non possunt, quia in inferno nulla est redemptio, sicut patuit in diuite epulone: Similiter etiã ipsi bona alijs conferre non possunt qui bonis omnibus sunt
Psal. 73. priuati. Psalm. Nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.

Quando culpa damnum inferentis excusabilis existat, & quando non, idque ante factum, in facto, & post factum posse euenire pluribus Legistarum aperitur exemplis.

Cap. XVI.

DAmni dati culpa aliquando est excusabilis, nã aliquando excusat eam modus, vt cum quis se defendendo damnum dedit: tunc enim non tenetur, dum tamẽ modum seruauit: Talis enim culpa caret, quia secundum legẽ fecit ff de iustitia, & iure, l. vt vim. Aliquando vero excusat eũ metus: Nam mihi quemcunque ferro me petentem, quamuis nõ percutientem, interficere licet, sufficit enim terror armorum. Hac etiam ratione excusor si furem nocturno tempore interfecero, vt dicitur in tabernario reposcente lucernam, vt tamẽ cum clamore hoc testificetur, sed de die nõ licet nisi se telo defendat, sed si potui ipsum capere non occidendo, & tamen occidi, tunc teneor ff. ad legẽ Aquil. l quarta. § fin. & l. 5 &, l si ex plagis. §. tabernarius, extra de homicidio. c. 2 & 8. Aliquando vero excusat cum impulsus, quia sine culpa etiam est, qui alterius impulsu, vel ventorum violentia damnum dedit ff ad l Aquil l. quemadmodũ §. si nauis, & l. si ex plagis. §. in diuino capitolio.

Item culpa damnum inferentis aliquando est ante factũ, aliquãdo in facto, aliquando post factũ. Ante factum est, sicut cum aliquis male composuit lapides in plaustro, & propterea lapides ceciderunt, & damnum dederunt, vel in stipulam suã ignem apposuit in die ventoso, vel quia non adhibuit diligentiam quam debuit, de damno quod sequitur, tenetur, quia qui occasione damni dat, damnum dedisse videtur. Porro si omnem diligentiam adhibuit quã debuit, ita quod nihil dimisit, de contingẽtibus nõ tenetur ff. ad l. Aquil l. qui occidit. § in hac, & l. qui foueas. & l. idem iure §. milionem, & l si seruus. §. si explanato. extra de iniurijs, & damno dato c. si egressus. Quandoque vero culpa sequitur factum, vt in medico, qui bene secuit, & postea circa curam negligens fuit. Quandoque autem est in facto, vt si medicus imperite secuit. ff. ad l. Aquil. l. qua actione. § si. & l. idem iure. Et probantur hæc tria extra de ætate, & quali. c ad aures. & de homicid. c. tua nos.

Septem hic potissima causa Ecclesiæ curam renunciantis annotantur, quibus etiam homo, vt diabolo ac eius pompis renunciet admonetur, illiusq; suggestio quanta sit, declaratur.

Cap. XVII.

DIabolo renunciare debet homo, & omnibus pompis eius, pluribus de causis, similibus his quibus episcopi renunciatio admittitur: Sunt enim hæ iustæ causæ. quibus talis est renunciatio admittenda. Conscientia criminis non cuiuslibet, sed illius duntaxat propter quod ipsius officij executio post peractã pœnitentiam etiam impeditur, puta si sit enorme delictum, secundum

Ber-

Digitized by Google

Bernar. Gof. & Hoſt. Et dicitur enormie delictum, ſecundum Hoſt. homic. 50. di. c minor. j. q 7 ca. ſi quis omnem. de conſt di j cap. j. Item hæreſis in qua poſt vulnus ſanatum cicatrix remanet. j q. 7. ſi qui. Item ſimonia in ordine, extra de accuſa. inquiſitis.

Secunda cauſa eſt debilitas corporis, nec omnis debilitas quæ ex infirmitate & ſenectute procedit ſufficit, ſed illa dūtaxat per quam impotens redditur ad exequēdū officium paſtorale.

Tertia eſt defectus ſcientiæ: ſed quamuis deſideranda ſit eminēs ſcientia in paſtore, in eo tamē eſt competens tolerāda, extra de elec. c. qualiter.

Quarta cauſa eſt malitia plebis, quando ſcilicet adeo duræ ceruicis exiſtit, & in rebellione ſua ita pertinax inuenitur, quod prælatus nequit proficere apud ipſam: quod ſi mortis periculum immineat, iuſta eſt cauſa renunciationis, extra de renun. c ad ſupplicationem, & extra de ele. bone memoriæ. Hoc periculum intelligitur ſecundum quod paſtoſhani ipſum capitaliter perſequuntur. In quo caſu ſuperior ad quem ſpectat, etiam ex officio, & ſi nihil petatur, eum trāsferre debet, argum. extra, de rerum permu. c. quæſitum, ſiue quia aer eidem eſt peſtilens, & mortifer. 84. dist. c. quorundam.

Sexta cauſa eſt graue ſcandalum, ſcilicet quando de ipſo prælato graiter ſcandalizantur ſubditi.

Septima cauſa eſt irregularitas perſonæ, vt ſi bigamus, & tunc non remanet, vel illegitime natus, & tunc ex diſpenſatione remanere poteſt, vt patet extra de renun. c. nunc pridē, vbi iſta plenius exponuntur. Omnia autem prædicta quodam modo diabolo competunt, quia ipſe crimina enormia ſuggerit, vt hæreſim, & ſimoniam, & homicidium Ioh. Ille homicida erat ab initio, &c. Ioh. 8.
Ipſe quoque vires noſtras tā ſpirituales quam corporales infirmat, & conſtringit: ipſe obſcurita tem nobis dubietatis, & ignorātiæ ingerit: Ipſe ſua malitia pertinax & immutabilis exiſtit, & inſuper nos ad periculum æternæ mortis pertrahit. Capitaliter enim nos perſequitur, & peſtifero nos ſtatu venenoſæ ſuggeſtionis inficere conatur. Grauia etiā nobis ſcandala ſuſcitat, & inducit, & dum affectum ſpiritus à ratione recta ſubtrahit, & voluptati carnis per conſenſum coniūgit, quaſi bigamum irregularē effecit: ex quo etiam aduſterina proles carnalis operis procedit. Ex quibus omnibus patenter apparet, quod diabolo renunciandum eſt, & omnibus eius pompis. Apoſtolus. Nolo vos ſocios eſſe dæmoniorum. Et Eph. Nolite locū dare diabolo. 1. Co. 10. Eph. 6

Quemadmodum à fidelium vnione ab Eccleſiaque meritis per excommunicationem Eccleſiarum incendiarij excludantur, ſic & multo magis à Sanctorum conſortio ignem diſcordiæ incendentes, excludi demonſtratur.

Cap. XVIII.

DIſcordiæ, vel odij ignem incendentes excludentur à conſortio Sanctorum, ſicut incendiarij eccleſiarum excluduntur per excommunicationem à conſortio fidelium: Nam incendiarij Eccleſiarum, qui ſcilicet eccleſiam, vel locum religioſum, vel cæmeterium, vel ea quæ ſunt infra ſpacium priuilegiatum, vt legitur. 17 q. 4. ſicut antiquitus incenderunt, vel effregerunt, ſunt excōmunicati ipſo iure. Ita quod ex quo denunciati ſunt in eccleſia non poſſunt abſolui niſi per

Digitized by Google

Papam, vt extra, de senten. excōmu. c. tua nos. c. conquesti. Excipitur tamen mortis periculū imminens, vt extra. c. vt super eo. & c. in literis. Alij autē incendiarij, scilicet aliorum locorum nō sunt excommunicati, sed excōmunicand. Et excommunicati nō absoluūtur nisi damno restituto, & iuramento præstito, quod ignem vlterius non apponant, vt 23. q. vlti. c. pessima. Et hæredes coguntur satisfacere damnum passis. Consuetudo tamen approbata, (vt dicit Hostien.) reddit tales incendiarios excōmunicatos ipso iure, quamuis denunciati non sint, siue in ecclesijs, siue in villis incendū commiserint dolo malo. Consuetudo autem conseruanda est, cum sit optima legum interpres: vbi autem consuetudo non apparet, sentiendum est cum Alano, scilicet, quod incendiarij tam aliorum locorum, quā ecclesiarū non sunt excommunicati, sed excommunicandi. Si ergo per excōmunicationē excluduntur à consortio fidelium, qui intendunt ecclesiam, vel templum materiale, multo magis excluduntur à beatorum consortio, qui incēdūt igne discordiæ, vel odij templum spirituale, scilicet animæ. Psalm. Incenderunt igni Sanctuarium tuum.

Hostie.

Ala.

Psal. 73.

Præsumptio secundum Iuristas quot modis distinguatur, dubiaq; animæ periculum inducentia: quo pacto sint iudicanda, & decernenda, legum auctoritatibus, pluribusq; exemplis definitur: & malam suspitionem tribus de causis prouenire asseritur.

Cap. XIX.

DVbia in quibus vertitur periculum animæ, debēt trahi ad partem, & præsumptionē tutiorem, extra, de sponsalibus. c. iuuenis. Ideo in dubio secundum iura, præsumitur quis excommunicatus. extra, de sent. excom. cū desideres.

Item in dubio præsumitur quis fornicator. 30. q. 5. c. aliter, & c. nostrates.

Item in dubio præsumitur, quis paganus siue non baptizatus, de consecr. di 4. c. paruulos. c. si nulla. & extra de bap. c. 1. Item in dubio præsumitur, quis non ordinatus 78 d. c. presbyteri? Item in dubio præsumitur ecclesia non consecrata, de consti dis. 1. c. solennitates & c. ecclesia. Notandum est hoc, quod Iuristæ distinguunt multiplicem præsumptionem. Est enim quædam præsumptio iudicis, & cōtumaciæ hominis: vt quando episcopus citauit clericum suum, & nō redit ad ecclesiā, præsumit iudex, quod habeat ecclesiam pro derelicta. ar. à contrario sensu. 7. q. 1. c. præsentium. Sed hoc præsumptio bene admittit probationem contrariā. Et de hac etiam legitur. 2. q. 5. c. omnibus nobis, circa finem. Alia præsumptio est famæ, vt quando quis infamatus est, nec apparent alia indicia, & hæc admittit probationem in contrarium aliquādo per inquisitionem, aliquando per purgationem. Alia vero est naturæ, vt si pater exhæreditauit filium, præsumitur, quod iniustè, quia non permittit natura præsumere, quod filius patrem offendat, C. de inof. testamento. omni modo, & Authen. non liceat patri quod nullus affectus vincit paternum, vel maternum. C. de cura. furi. vlt. Ex hac etiam præsumptione contingit, quod non presumitur frater contra fratrem falsum testimonium dicere, maximè in crimine hæresis, vel & alio graui. Naturale enim fœdus nō permittit quicquam falsi criminis suspicari, extra, de coha. cle. & muli. c. 1. & c. vlt. Alia vero præsumptio est

iuris

iuris tantum, vt cumius præsumit aliquid, sed non statoit ius super præsumpto: vt si vir dixit fuit cum vxore sua in lecto, præsumit ius, quod eam cognouit, si ipse hoc dicat; quamuis vxor neget, extra de desponsa. imp. c. continebatur, & c. duo pueri 32. q. 1. c. si quis acceperit. Tamen bene admittit probationem in contrarium. 27. q. 1. c. nec aliqua. Sed notandum, quod aliquando lex fingit boni quod canon malum præsumit. Nã in liberæ mulieris coniunctione, & cohabitatione lex fingit matrimonium ff de ritu nup. l. in libere, Canon vero præsumit stuprũ, seu contubernium propter periculum, nisi probetur matrimonium. 30. q. 5. c. 1. & 2. Et hoc propter periculum, quod accidere potest ex clandestina desponsatione. Nam quamuis vere matrimonium contractũ sit inter aliquos, si tamen alter diuertat; non distringetur per ecclesiam, nisi matrimonium probetur. 30. quæst. 5. c. his ita.

Item secundum præsumptionem iuris si chirographum cancellatum sit, præsumitur debitor lib. rasus, nisi probetur contrarium; ff de probationibus l. si chirographis.

Item instrumento, & literis statur prima facie, nisi contra probetur extra, de proba. post testimonium, C. de probatio. iubebemus

Item præsumitur à iure, quod quicquid habet vxor, de bonis mariti acquisierit, nisi contrariũ probetur ff. de donat. inter virum, & vxorẽ. l. Quintus Mutius. C. de dona. inter virum, & vxorẽ. Etiã sic in clerico administrationem habente. Vnde si relinquatur clerico ab extraneo, præsumitur relictum intuitu ecclesiæ, nisi contra probetur, extra de testamentis requisiti. Itẽ præsumitur ius, quod quilibet sit idoneus, nisi probetur contrarium. extra. de scruti in or. fac. c. 1. Et quod sit soluendo ff. de pri. cre. l. si creditores. in fi. & præsumitur, quod quilibet sit bone fidei, nisi probetur malæ. C. de euic. l penul. Et ideo qui dolum dicit, dolum debet probare, ff. de probationibus l. quotiens. § qui dolo.

Dominus tamen Gulielmus Alumen. Parisi. Episcopus dicebat, quod potius debemus præsumere malum, quam bonum, quia pro vno bono inueniuntur decẽ mali. Et multi, quod dictum est in contrarium, sunt vocati, pauci vero electi. Sed illud, fit de æquitate & benignitate iuris. Et quia de omnibus dubijs benigna interpretatio fieri debet, extra de re. iu. c estote. Et similiter quædã glosa super epistolam ad Ro. dicit, quod dubia in meliorem partem sunt interpretanda. Vnde Theologi dicunt, quod ex leui de aliquo malam opinionẽ habere absque sufficienti causa, est ei iniuriam facere. Et quamuis contingat sic interpretantem, sæpius falli circa malos, de quibus bonam habet opinionem, tamen melius est bonã opinionem habere de malis per talem deceptionem, quam rarius falli, & habere malam opinionem de bono homine. Dicunt etiam Theologi, quod habere malam suspitionẽ de aliquo ex leuibus indicijs potest prouenire ex tribus. Vno modo ex hoc, quod aliquis malus est, & ideo ex leuibus de alio iudicat malum. Guil. Matth.

Secundo ex odio, & inuidia ad alterum, ex qua faciliter de eo suspicatur malum.

Tertio ex longa experientia Vnde Philosophus dicit, quod senes sunt maximè suspiciosi, quia multotiens experti sunt aliorum defectus. Primæ duæ causæ Arist. 2 Rhet.

Digitized by Google

manifestæ important peruersitatem affectus. Tertia diminuit de ratione suspitionis, quia experiẽtia ad certitudinem proficit. Et nota etiam quod ex leuibus indicijs de bonitate alterius dubitare est veniale, sed pro certo, & quasi diffinitiuè ex leuibus indicijs malitiã estimare, si sit de grauibus, non est sine peccato mortali: quia non est sine contemptu proximi. Iudex autem si ex sola suspicione procedat ad aliquem condemnandũ, cùm manifeste sit contra iustitiam, semper mortaliter peccat. Alia præsumptio est iuris, & de iure, vt cùm ius fingit aliquid, & statuit super ficto, & hæc nõ admittit probationem in contrariũ, vt si quis semel deierauerit, nunquam admittitur in testimonium; quia præsumitur, quod semper deieraret. extra, de testib. c testimonium. Item si aliqua mulier inuita tradatur marito, & habitat secum per annũ, & dimidium, de cætero non potest reclamare. Idem si permittit se cognosci, quãuis non habeat annos legitimos: Nam & carnalis copula facit de sponsalibus matrimoniũ, iure præsumente quod consenserint: & de hac præsumptione ius facit, vnde dicitur pręsumptio iuris & de iure. extra de sponsalibus. ca. ad idem, extra de desponsationibus. impub. capit. de illis à nobis. Quandoq; tamen ius fingit aliud esse quã sit: Nam fingit mulierem stipulatã dotem, quæ non est stipulata. C. de rei vxor. ac l. 1 in princ. Fingit etiam natum, quod non est ff. de sta ho. l. qui in vtero Item fingit viuere quod non viuit. Insti de excu tu. §. filij autẽ. Sed & fingit non esse natum quod natum est. ff de lib. & posthumis. culus testimonio. §. Lucius. l. præterea fingit non conceptum quod nascitur mortuum. ff. de verborũ significationibus. l. qui mortui. Alia est præsumptio qualitatis, & facti, quæ etiam est de iure, quia scilicet ius propter qualitatem facti præsumit quid benè vel malè actum. Inde dicitur per exteriora: Nam si quis simpliciter, humiliter, & continenter vixerit, & cum honestis & discretis libenter conuersetur, præsumũtur eius opera bona, & recta, & munda Et econtra si libenter non orauerit, non ieiunauerit, non humiliter se habuerit, sed luxuriosis, lusoribus, & potatoribus se exposuerit, huius opera præsumi possunt inhonesta, & mala. Et ex malo quoq; opere pręsumitur malus animus. extra de elect. c. Osius. & extra de clericis non resid c. j. Et impudicus oculus impudici est cordis nuncius, secundum Aug. Et quicquid iniuriosum fit aut dicitur, præsumitur animo iniuriandi factum aut dictum, nisi contra probetur, vt C ad l. Cor de fic. l. j. & de iniurijs sine conuitijs, licet delinquens dicat, quod ludens fecerit: Nam ludus noxius in culpa est. ff. ad l. Aquil. l. nam ludus. Et ideo non debet remanere impunitus. ff. de furtis. l. in furti actione. §. vlt. quis enim ludos appellabit ex quibus crimina oriũtur? vt in consti. ff. veteris. § illud notatur. Ideo præsumitur de facili contra vsurarios, qui consueuerunt exercere vsuras.

August. in reg.

Eleemosynam charitatisq; operam (velut etiam in ecclesiastica electione alicui euenire debet) propinquo indigniori, & indigentiori fore conferendam approbatur.

Cap. XX.

ELeemosynarum dispensator si habet in domo, vel familia, vel collegio suo indigentem, non debet eum negligere, quia propinquus est, vel collega: cuius exemplum est in ecclesiasticis ele-

electionibus. Non prohibetur aliquis eligere consanguineum, dummodo sit idoneus, sit similiter si idoneus in Ecclesia in qua facienda est electio inuenitur, de ea est eligendus, vt 24. dist. in nomine Domini. 61. dist. nullus initijs. Sed in hoc est differentia, quia in electionibus est in fauorem cuiuslibet cõgregationis indultum, vt de se eligat si ibi idoneus inuenitur. 70. dist. c. nec emeritis, & c. nullus. Potest cõgregatio huic iuri fauorabili renunciare, & alium eligere, vel postulare tota vel maior pars congregationis ipsius, quamuis in ea aliquis dignus existat, vt extra de elect. cum Vintonensis, & c. cum inter canonicos, sed in electionibus
2. Thi. 5 dãdis dicit Apostolus, quod si quis suorum, & maxime domesticorum, curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Vnde magis coniunctus, est alij ecclesiastico præferendus, cæteris paribus. Puta se alius non occurrat magis indigens, vel æque indigens, & melior, vel reipublicæ vtilior, in quibus casibus præferendus est coniunctus.

Error iure tollendus qui sit manifestatus peccantium, & errori vendentium & ementium similis assimilatur: quorum hic sex annotantur errores, ac omnia suis apponuntur exemplis.

Cap. XXIo

ERror vtilis toleratur. Cuius exemplum est, quia cum seruus non possit esse iudex, quia nec arbiter, quod minus est. ff. de arbit. l. pedius. ꝯ si. Tamen si credatur liber, & sententiam ferat, tenet sententia propter vtilitatem eorum, qui apud eum egerunt. ff. de officijs præfecti. l. Barbarius. tamen in veritate iudex non est: ar. ff. de cur. l. habemus Medesanus. Ad idem Instit. de test. ꝯ. sed neque. C. de testi. l. 1. C. de lati. lib. toll. l. 1. ꝯ. sed & qui Domini. & ꝯ. sed & si quis homini libero. Sic dicimus de excommunicato, arg. extra. de procu. c. fi. Et extra de exce. c. exceptionem, extra de sent. & re iu. c. ad probandum.

Item si quis gerat se pro legato cum non sit, certè valebunt eius sententiæ, si homines ad ipsum tanquam ad legatum bona fide recursum habuerint. arg. ff. ad Macedonianum. l. 3.

Item error intentionis qui est sine dolo aliquando excusat, licet non ex toto, quod patet per exemplum in rapina: Nam raptor non dicitur qui violenter rem alicui rapit, nisi dolus malus interueniat, quia si quis rem propriam alicui violenter auferens, credens sibi interesse, tunc cessat actio raptoris, licet talis mulctetur per constitutionem, si quis in tanta. Instit. de vi bonorum rap. ꝯ. sed nec dum talia, & præcedenti.

Item si publicanus pecus meũ adduxerit dum putat me aduersus legem vectigali aliquid commisisse, & sic moriatur, non tenetur quamuis errauerit. Secus si ideo inclusit ne pascatur, & fame perierit, quia tunc tenetur. ff. de iust. & iu. l. 2. ꝯ. si publicanus.

Item error peccantium assimilatur errori ementium, & vendẽtium, inter quos contingunt plerunque sex errores impedientes contractum emptionis & venditionis. Primus est in pretio, vt si puto vendere decem, tu putas emere quinque, secus contra. ff. locati l. si locem. Iste error est in hypocritis, qui opera pœnitentiæ, vel iustitiæ, quæ sunt magni valoris, vendunt vili pretio humanæ laudis: Hoc enim est, quia hypocrita præmium humanę laudis maioris valoris estimat quam sit.

Secun-

Digitized by Google

Secundus error est in contractu, vt quia puto vendere, tu puras tibi donari ff. de rebus cre. l. si ego. Similis error est in malis prælatis ecclesiæ, qui bona ecclesiastica pro libito suo tractãt, tam quam libere sibi donata, id est tanquã essent veri domini, cum tamen sint non Domini, sed dispensatores, & ministri. Et ideo in fine inuenient ea caro pretio sibi vendita, grauem scilicet pœnam pro eis exoluentes.

Tertius error in corpore, id est in ipsa re, vt quia puto vendere Sempronianum, tu putas emere Cornelianum, vt. ff. e. l. in venditionibus. Sed quid si vendo tibi Petrum cocum cum sit Pellipa-rius, & si is, qui cocus est, Martinus vocatur, si habui nota nomina seruorũ, tunc is debetur, qui nominatus est, sed si non habui nota, is videtur venditus, cuius artificium est adiectum. ff. de rebus du l. qui habebat. Talis error est inter diabolum, & luxuriosũ. Cui diabolus offert opus carnis, & ille acipiet credẽs emere, id est, percipere solum delectationem, & diabolus intendit ei tradere magis amaritudinem quia voluptas tristes habet exitus, vt Prou. 5 dicit Boëtius. Prouerbio. Nouissima illius amara quasi absynthium.

Quartus & quintus, si in substantiali qualitate siue materia erretur, vt si æs pro auro, vel plũbum pro argento destruatur, & si etiam acetum veniat pro vino, quod ab initio acetum fuit, emptio non valet: secus si postea acetum fit, quia eadẽ propriè substãtia est. Est enim idem corpus. probatur hoc. ff. eodem l. In venditionibus. §. vltimo. & l. alioquin. & l. aliter. Sed si in parte erretur in substantiali qualitate, tenet pro parte in qua non erratur, vt. ff. eodem tit. l. quod tamen, & l. eum ab eo §. vlt. Idẽ erit si auaris, qui quasi plumbum recipiunt pro auro, & acetum pro vino, id est, corpoalia pro spiritualibus, & temporalia pro æternis. Appreciantur enim magis plumbum, quam aurum, id est, magis temporalia, quam æterna.

Sextus est, si erretur in sexu, vt puto vendere puellam, tu putas emere puerũ: secus si putas emere virginem cum iam sit corrupta, vt ff. eod. aliquorũ §. quod & si ego. Sed venditor sciens corruptam, tenetur actione, ex empto ad resoluendum contractum. ff. de act. empt. & vend. l. ex empto §. si quis virginem.

Item si erretur in esse, nulla est emptio, vt si tibi vendo domum, quę iam combusta est, & vterque ignorat. Talis error etiam inuenit in hypocritis, qui dare Deo videntur fœminam, id est, carnẽ, in quantum macerant eã per pœnitentiam, sed Deus vult puerum, id est, spiritum purum.

Item vendunt domũ iam combustam, illæ scilicet personæ, quę cum luxuriatæ fuerint, in Christo 1. Thi. 5 volunt nubere, sicut dicit Apostolus.

Quibus, quamdiu se subijcia panis excommunicatus, & de exemplo edocentur: ac in seu subditus aliquem in excommunicationem maiorem posse incurrere instruuntur.

Cap. XXII.

EXcommunicatus assimilatur Adæ, qui fuit expulsus de paradiso, & separatus ab Angelorum consortio: & priuatus eorum alloquio, & etiam priuatus esu ligni vitæ. Gene. Per primum Gene. 3 significatur, quod excommunicatio excludit à regno cælorum, ex eo quod excommunicatio, si recte feratur, ligat etiam quo ad Deum. Matth. Quodcunque li- Mat. 16 gaueris super terram, &c. Ex eo vero,

Digitized by Google

vero, quod fuit separatus ab Angelorum consortio & colloquio, ostenditur quod excommunicatio separat a communione fidelium. Et dicit lex, q maioris pœnæ visum est nō versari inter homines, vel hominū carere suffragijs, quam eijci extra ciuitatē, purat exiliū deserti, & nemoris C. ne sanctum baptisma ieite. l. qui sanctū. Et alibi bannitus à rege, & excommunicatus æquiparantur vt in. li. feudorum. Ex eo vero quod Adam fuit priuatus esu ligni vitæ ostenditur, quod excommunicatio separat a sacramētis, xj. q 3 c. nemo. & hoc intelligitur de excommunicatione maiori.

Item excommunicatio tollit homini gratiā, cuius similitudo est, quia eliditur rescriptum, si ab excommunicato fuerit impetratū, vt extra de æta. & qual. ord. præsi. c cū bonæ memoriæ, & extra de proba. c. vlt. Item nota, quod excommunicatus à iure pro aliquo delicto potest etiam excommunicari à iudice. Cuius exemplū apparet in statutis factis contra libertatem ecclesiæ, extra de sententia excōmunicationis. Circa quæ ponuntur ibi sex casus: in quibus ipso iure maior excommunicatio incurritur secundum Hostien Primus est, qui de cætero seruari fecerunt statuta, edicta, & cōsuetudines introductas contra libertatem ecclesię, nisi ea de capitularibus siue cartularijs suis, vel alijs libris xj. q. j. c. & hæc si quis antiquata. Intelligas quo ad statuta in scriptis redacta infra duos menses post huius publicationem sententiæ non fecerit aboleri. ergo in duobus casibus sunt tales excommunicati quo ad statuta.

Hostiē.

Primus est, si ipsa infra duos menses, de libris suis non deleuerint.

Secundus est, si ipsa seruari fecerint, verum quo ad cōsuetudinem in vno tantum, s. si ipsas de cætero seruari fecerint. Alius casus est in his, qui de cætero talia statuta fecerint. Alius cōtra illos qui talia statuta scripserint Alius contra potestates, consules, & rectores, & consiliarios locorū vbi huiusmodi statuta, & consuetudines de cætero editę fuerint, vel seruate, subaudi quamuis nō statuerint vel seruare fecerint, vt sic differat à præcedentibus casibus. Alius est contra illos qui secundum ea præsumpserint, iudicare. Alius contra illos, qui scribere præsumpserint iudicata, sicut hęc omnia colliguntur extra, de sententia exc c. nouerit fraternitas tua. Omnes tales secundum Hostien. excommunicati sunt ipso iure. Sed, quia adhuc à iudice possunt excommunicari, etiam subditur in decretali. Ideoque fraternitati tuæ mādamus, quod in consiliarios, & officiales ciuitatis ipsius, nisi statuta ipsa deleri fecerint, & idoneæ sicut rex exigit, cauerit, quod similia de cætero nō debeant attentare, excōmunicationis sententiā promulgare procures, subaudi ratione contumaciæ, quia nolunt idoneę cauere. Insuper excommunicatos denuncies, qui hoc attentant, vt extra de sententia excommunicationis. c. nouerit. Sed aduerte, quod non est absonum, vel absurdum, si excommunicatos à iure iterum dicamus excommunicari ex homine: Nam excommunicatus excommunicatur, extra de sentētia excommunicationis. c. cum pro causa. Quod addit, quod debeāt idoneę cauere, &c. intelligitur sub certa pœna, & hypotheca, vel datis sufficientibus fide iussoribus, at extra de præsumptio. literas. Et hoc notat satis mens verborum idoneę sicut res exigit.

Hostiē.

Falsi-

Falsitatem in scripto, in dicto, in facto, & denique in vsu committi, hocq; tum in temporalibus, tum in spiritualibus posse accidere demonstratur. falsidicumq; tribus obnoxium esse personis declaratur.
Cap. XXIII.

FAlsitas committitur in spiritualibus, sicut & in temporalibus, & corporalibus: Nam falsitas in temporalibus committitur quandoque in scripto, siue scribat quis falsum, siue deleat verũ, vt res, id est, rei veritas non appareat, siue sit testamentum, siue instrumentum publicum, vel priuatum, siue sint tabulæ ligneæ, siue cereæ, vel rationes, vt ff. de crimine falsi. l. j. §. quæ in rationibus, & l. Paulus §. Paulus.

Secundo committitur falsitas in dicto, vt testis falsidicus, & iudex scienter iniquè contra cõstitutiones iudicans, & qui testem, vel iudicem corrumpit, & recipiens pecuniam ne veritatem dicat: vel vt testem instruat, locutionem prauã edocendo, vel qui falsis legibus vtitur allegando, & sic compilatio antiqua non videtur allegandã: Et hæc probantur. ff. de crimine falsi. l. 1. § Item qui ob instruendam, & l. sed si aliquis. § qui iudicem, & §. sed & si iudex, & l. eos, & l. vlti. & C. de veteri iure en. l. 2. §. hoc autem, &, § eandem pœnam: Et si quis mentitur præsidi, vel principi, & per obreptionem aliquid obtinuerit, non tenetur, vt ff. c. l. si quis oppresserit, vnde & mendax impetrator debet carere impetratis, extra, de impet. c. super literis. C. si contra ius vel vtil. publ. l. & si de legibus, & de diu. app. l. 2. Ideo puniendi sunt iudices qui vetant precum argui falsitatem. C. si contra ius, vel vtil. publ. l. puniri. Falsidicus autem testis tribus personis est obnoxius.

Primo Deo, ideo imponitur ei pœnitentia septem annorum, vj. q. 1. c. quicunque.

Secũdo iudici, ideo infamis fit, xxij. q. 1. c. si quis conuictus, & verberibus castigatur, v. q. v. l. illi qui, vel extraordinarie punitur, vt C. de testibus, l. nullum.

Tertio proximo, & ideo iuxta modũ læsionis punitur, 3. q. 9. c. Nihilominus, 11. quæst. 2. quisquis. Vnde falsidicus testis peccat contra Deum, assumens eum in testem falsi. Sed contra iudicẽ peccat, faciens eum condemnare innocentem, & absoluere reum: Sed contra proximum peccat, faciens eum iniuste damnari.

Item dicto committi falsum Aduocatus, vel Procurator: quia aduersario secreta causæ aperuit, vel instrumenta prodidit, ff. eo: l. is qui deposita. ff. de pœnis, l. si quis aliquid. §. si quis instrumentum, & §. instrumenta. Aliquando etiam condemnatur ad interesse, 12. q. 2. c. si quis de clericis. Alias tenetur iniuriarum: ff. depositi. l. 1. §. si quis tabulis, ff. ad l. Aquil. l. quis testamẽtum, si, sed & si quis tabulas. Et etiam talis proditor dici potest, 46. dist. c. clericus, & sic falsum committit, qui secretum aperit, extra de offic. dele. c. olim magis.

Tertio, falsitas committitur in facto, vt in monera, & mensura, & ff. eo l. quicunque, & l. lege, & l. penult. §. 1. extra de contrahen. nupt. c. 1. Et ponitur exemplum de his qui nũmos partim raserunt, vel finxerunt: In quo casu liberi bestijs subijciuntur, serui vltimo damnantur supplicio. Sed etiam de diminutione habes extra de iur. iuran. c. quanto.

Item ponitur exemplum de eo, qui auro aliquid vitij addiderit, vel argenteos nũmos adulterinos finxerit, vel eorum tale quid non prohibuerit, vel nũmos stanneos

seu

seu plumbeos emerit; vel vendiderit dolo malo Qui tamen falsam monetam percusserit, si in totum formare noluerit, suffragio iustæ pœnitentiæ absoluetur. Pro mensura autem falsa duplex pœna imponitur, & insuper relegatur. ff. c. l. qui falsam. & l. vltima.

Item facto committitur falsum in partu suppositio, in quo priuata est actio: Nam de eo soli accusant parentes, vel hi ad quos ea res pertinet, non quilibet ex populo, vt publicam excusationem intendant, vt ff. eo qui falsum. §. 1. & in l. Cornel. §. 1. & in notorum sigillorū corruptione. extra de fide instrum. c. inter dilectos.

Quarto committitur in vsu, vt si quis vtitur falsis literis, vel instrumentis, & huiusmodi ab alio confectis, vel impetratis.

Item si quis se pro milite gesserit cum non esset, vel illicitis insignijs vsus est, vel falso diplomate, id est, interdicto certi loci itinere, breuiori via commeauerit, & talis est pro admissi qualitate grauissimè puniendus. ff. e. l. eos qui §. vltimo. Et idem est in non ordinato qui gerit officium ordinati, extra de clericis non ordinatis, & ministris c. 1. & 2. Idem est in eo qui sub prætextu clerici cū hoc munus non impleat ab his se muneribus subtrahere conatur. C. de sacr. san. eccl. l. qui sub prætextu, extra de vita & honest. cleric. c. finali.

Item in eo, qui cùm non sit clericus, tanquam clericus nititur beneficium ecclesiasticum obtinere, extra de transactionibus. c. ex literis, extra de rescriptis. c. cū à Deo. Spiritualiter autem hæc quadruplex falsitas referri potest ad quatuor genera peccatorum, quia falsitas scripturæ pertinet ad hæreticos, qui sacras scripturas (quæ sunt velut instrumenta, vel testamenta Dei, vnde & vetus & nouum continent Testamētum) falsis glosis, & expositionibus deprauant, & corrumpunt. Falsitas autem dicti generaliter pertinet ad mendaces quorum sunt varia genera. Inter quæ præcipuum & pessimum est mendacium in doctrina spirituali contra fidem, & bonos mores. Sed falsitas facti, refertur ad hypocritas, qui faltant monetam, id est, bona opera quibus cæleste regnum mercari possumus. Falsitas autem vsus refertur ad dæmones, qui semper cōtra nos falsitatibus & deceptionibus vtuntur, & præcipuè quando transfigurant se in Angelos lucis, prætendentes se esse quod nō sunt. Vnde omnes hæ falsitates vitandæ sunt subtiliter, & cauendæ. Matt. Attendite à falsis prophetis, &c. Matt. 7

Ille mali fautor esse dicitur, qui ab ijs quibus infertur, nō propulsat iniuriam, id q; quomodo permanias lege & exemplo declaratur.

Cap. XXIIII.

FAutor mali præsumitur qui ipsum prohibere & impedire potest, & non facit. Cuius exemplum apparet in clericorum defensione, quia incidit in canonem latæ sententiæ ipso iure, & maiori excommunicatione ligatur qui potest defendere clericum à violenta manuum iniectione, & non defendit, extra de senten. excommunic. c. quantæ præsumptionis: Hoc enim non solum restringitur ad illos qui tantum ratione potestatis & officij hoc prohibere possunt. 23. quæst. 4. fortè, &c. duo ista nomina: Sed etiam intelligitur de illo, qui & si non ratione potestatis, vel officij hoc prohibere potest, potest tamen aliter, puta quia scit hoc fieri debere per illum,

Digitized by Google

illum . Cui si diceret, Caueas ne illud facias statim alius abstineret, vt patet satis aperte in c. decretali, quando dixit, ne autē solos violentia huius actores, id est qui hoc faciunt , vel præcipiunt hoc fieri, vel in hoc expresse consentiunt aliquorum præsumptio extimet puniendos, facientes, & consentientes pari pœna puniēdos, catholica condemnat auctoritas eos delinquentibus fauere interpretans, qui, subaudi quamuis expresse non consenerint, tamen hoc fieri debere sciētes, cum possent, subaudi nudo verbo, tamen hoc prohibere manifesto facinori desinunt obuiare. 83. di. §. i & c. sequenti , &c. error, & 85. dist. faciatis. ff. ad Se. con Silla l. 2. §. potuisse, & §. sequenti, & §. penul. Et hoc hodie comprobatur in auth. dist. 2. immo extra, de sente excommuni. dist. c. innuitur. Quod habendum est tantum verbo, sed facto, & plus: quia hoc locum habet non tantum in clerico, sed etiam in vicino , & proximo.

Fidei significata decem apponuntur, per qua apud Iuristas homo quisque fidelis iure optimo nuncupatur.

Cap. XXV.

FIdelis dicitur esse homo multipliciter, prout fides secundū Iuristas multis modis accipitur. Nā primo ponitur pro sacramēto baptismi. 45. di. c. de Iudæi extra, de baptismo. c debitum Et secūdum hoc dicitur fidelis quilibet ritè baptizatus.

Secundo pro castitate thori. 27. quæstione 2. c. coniuges. secundum hoc dicitur fidelis, qui thori fidem seruat.

Tertio, pro conuentionali securitate , quæ etiam hosti seruanda est. 23. quæsti. 1. c. hosti quam grave est fidem fallere ff de const. pec. l. 1. Ses. 1. sic dicitur fidelis qui pacta fideliter seruat.

Quarto, pro conscientia, extra, de rest. spoliato. c. literas & de præsumpt. c. quoniam omne. 28. q. 1. §. 1. de pœniten. distin. 3. c. illud vltra medium, ad fin. distin. & sic fidelis dici potest, qui conscientiam habet non fictam, sed veram.

Quinto, pro crudelitate, secūdū quā credimus id, quod non videmus. Gregorius. fides non habet meritū, cui humana ratio præbet experimentum & sic fidelis dicitur, qui catholicè credit.

Sexto , pro legalitate, vel confidentia. Institu. de rerum diui. §. vēdite. & sic dicitur fidelis qui est legalis.

Septimo, pro æqualitate, & exuberantia actionum. Institu. de act. §. actionum, & extra de excepti. c. cum venerabilis. & sic dicitur fidelis, qui operatur quātum potest.

Octauo, pro fidelitate, & legalitate dolo contraria, id est, de præsenti bona fides, & sic dicitur fidelis in cōmissio. id est, non fraudulentus, vel dolosus.

Nono, pro probali ignorantia. ff. de acquirē. rerum do. l. qui bona fide. & l. bonæ fidei. vel probabili credulitate ff. de verborū signi. bonæ fidei emptor.

Decimo, pro simplicitate bona, seu innocentia, vnde dicitur cōmuniter , bonæ fidei homo est, quasi dicatur, non est duplex, non est malitiosus, sed innocens, qui omni verbo credit. 22. quæst. 4. c. innocens.

Quemadmodum verè Dei filium adoptiuum esse, verbo confessionis, affectu dilectionis, legitimaq; conuersatione, iuxta legis tenorem exemplum lucide ostenditur.

Cap. XXVI.

FIlius Dei ostenditur aliquis esse tripliciter, sicut tripliciter probatur aliquis esse filius presbyteri, vel alterius.

Primo

Digitized by Google

Primo verbo, scilicet confessionis: Nam is qui confitetur se filiũ fore, quamuis de illigitimo thoro sic creditur esse, extra de elec. c. innotuit: habetur enim ei fides contra se ff. de interrog. ac. l. de æta. §. 1. Hoc etiam modo probatur quis esse filius Dei: Est enim confessio triplex, fidei, criminis, & diuinæ laudis. Quicunq; ergo veram fidem confitentur, & peccata propria in confessione non celant, & Deum sepius laudant, hi quasi ex confessione sua filij
1. Ioa. 4 Dei esse probantur. Ioan. Omnis spiritus qui confitetur Christum Iesum in carne veniss̃e, ex Deo est. Hoc quãtum ad fidem humanitatis Christi, sed de cõfessione diuinitatis subditur in eodem: Quisquis confessus fuerit, quoniam Iesus est filius Dei, Deus in ip'o manet, & ipse in Deo.

Secundo probatur ex affectu, extra de præsum. c. afferte. c. 2. q. 6. c. ad Romanam ecclesiam. C. de inoffic. testamen. l. si mater. Sic etiam probatur quis esse filius Dei ex affectu charitatis, quia charitas sola distinguit inter filios Dei, & filios perditionis, secundũ Augusti. Et intelligitur de affectu dilectionis nõ tan-
1 Ioa. 3 tum Dei, sed etiam proximi. Ioa. Omnis qui non est iustus, non est ex Deo, & qui non diligit fratrẽ suum.

Tertio probatur ex cohabitatione: Nam dato, quod aliquis neget se filium sacerdotis, si tamẽ constet, quod mater eius cum sacerdote morabatur tempore cõceptionis, eius filius præsumitur: extra, qui filii sint le. c. causam quę. Econtra autem si potest probare negans, quod mater sua maritum habebat legitimum cũ quo morabatur tempore conceptionis, probat se legitimum: Quamuis enim mater eius de facili sciri possit ff. de insti. no. l. quia semper. Impossibile est tamen probare patrem in hoc casu per testes idoneos. Ideo dicit lex, quod hæc conditio est impossibilis, scilicet si probaueris te esse filium talis ff. de conditio, & demonstra. l. Lucius. Paterna ergo filiatio illegitima de facili nõ probatur, licet certa indicia admittantur, si per testes legitimos comprobentur: In his enim, in quibus certa probatio haberi non potest, vt in furtis, & similibus, inditia probabilia, & præsumptiones violentæ sufficiunt C. de rei vend. l. iudicia. C. de quæstionib. l. milites, ff de re. mili. l. non omnes, §. à barbaris. Consimiliter etiã quodam indicio ostenditur, an homo sit filius Dei, an non: Nam velut mater parturiens, pœnitentem in esse gratiæ pœnitentia est, quæ tunc moratur cum legitimo viro, cum sit propter Christum. Et hæc est in verè pœnitentibus, sed tũc quasi cum alio viro moratur, & adulteratur, quando ficta intentione operatur. Et talis est pœnitentia hypocritarum. Vnde colligitur, quod verè pœnitentes sunt legitimi filij Dei, sed hypocritæ, & falsi pœnitentes sunt filij spurij, & non Dei, sed diaboli, quibus competit illud. Vos ex patre diabolo estis, &c.

Sicuti lex chilis quatuor fraudatur modis, idq; quod ex facto sequitur enacnat: sic quoque Hypocritam meritum ex bono consequens opere, penitus amittere terminatur.

Cap. XXVII.

FRaudulẽtus, & hypocrita perdit meritũ boni operis quod facit. Cuius exemplum est: quia si quid fiat in fraudem legis, nõ valet, quod sequitur ex eo, vel ob id, vt C. de legi. l. non dubiũ. Verbi gratia potest hoc ostẽdi quatuor exemplis, secundũ quod quatuor modis fit fraus legi.

Digitized by Google

Primo de contractu ad contractum, vt cum coniunx qui donare non potest, vt extra, de donationibus inter virum & vxorem, c. vltimo. Vendidit precium non exacturus, ideoque non valet contractus: vt ff. de dona. inter virum, & vxor l. si sponsus. §. circa.

Secundo de persona ad personam, vt si coniunx interponat aliam personam cui donet, vt coniugi suo detur. ff. de dona inter virum, & vxorem. l. 3. §. si tantum.

Tertio de re ad rem, vt cum filiofamilias, cui non potest tradi pecunia mutua sine metu Macedoniani patre inscio, & ratum non habente. vt C. ad Macedon. l. 1. & viti traditur species certo precio, vt ipsam vendat, & precium recipiat, vt ff. ad Macedonia. l. item si filius. §. mutui.

Quarta de contractu ad eundē contractum, sed altero modo: vt cum trado tibi mutuum, vis dare mulierem pro fide iussore, ego sciēs eam tutam velleiano, volo quod ipsa constituat se principalem, & tu fideiubeas pro ipsa, vt ff. ad velleianum. l. quamuis. §. sicut essem. Sicut ergo fraus legis euacuat id quod sequitur ex facto, ita fraus & fictio hypocrisis euacuat meritum consequens ex opere bono. Vnde Matth. dicitur de hypocritis. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Ideo dicit receperunt, quia nullam recepturi sunt mercedē in futuro, sed potius supplicium.

Matt. 5.

Consuetudo (qua pro altera lege nonnunquam ponitur) quid sit, quatuorque efficere bona, per quæ etiam quantum confessio saluti humanæ expediat, demonstratur.

Cap. XXVIII.

FRequētatio confessionis quatuor bona facit animæ. Et hoc patet per exemplum in consuetudine: Est enim consuetudo ius quoddam moribus institutū, quod pro lege accipitur cum deficit lex, dist. j. c. consuetudo. di. 8. c fruſtra. Et dicitur moribus institutum, id est, assiduis vel frequentibus actibus hominum, secundum Iuristas. Et ideo actus confessionis assiduitas, & frequētatio has virtutes habet respectu mentis, quas dicitur consuetudo habere respectu legis. Primo: Nam consuetudo habet virtutē legem imitandi.

Imitatur enim legē, id est, supplet vbi lex deficit: extra de consuetudine. c. cum olim. extra de sepulchris. c. de vxor. in fi. & c. certificari. Insti. de iure. naturali. §. ex non scripto. Sicut autē consuetudo supplet defectum legis, ita quoque frequentatiō confessionis supplet defectum contritionis: Nam cum in peccato duo sunt, scilicet culpa qua offenditur Deus, & pœna quæ pro culpa debetur. In contritione quidem Deus remittit culpā, & pœna æterna in temporalē mutatur, sed nihilominus manet adhuc ligatus ad pœnam temporalem. Vnde si decederet sine confessione, non contempta tamen, sed præuenta, iret ad purgatorium, quod (sicut dicit August.) est maxima pœna. Quando ergo cōfiteris, sacerdos absoluit te ab hac pœna vi clauiū, cui subijceris in confessione. Et quando semel confitetur aliquis, dimittitur aliquid de pœna huiusmodi: similiter quando iterum confitetur, & posset totiens cōfiteri quod tota dimitteretur, & ita (sicut dictum est) supplet frequentatio confessionis defectum contritionis.

Secundo habet cōsuetudo virtutem dubium ius interpretādi extra de consue. c. cum dilectus. §. j. ad fi. ff. de consue. l. si de interpretatione. Similiter, dum ho-

mo

mo frequenter discreto sacerdoti confitetur, frequenter de suis factis & dubijs causis, per eius sapientiam & consilium declaratur, & sic per frequentiam confessionis claritatem de dubijs recipit.

Tertio habet virtutem ius tollendi, & abrogandi: Nam consuetudo si sit rationabilis, tollit ius in loco in quo viget. ff. de le. & fi. con. l. de quibus. Similiter confessionis frequentatio ius diaboli ab homine tollit: Habet enim ius diabolus in homine (ex eius inductu peccante) sicut homo in suo pectore. Et toties hoc ius renouatur, quoties peccatum perpetratur: sed hoc ius diaboli per confessionem abrogatur & diaboli chyrographum, id est, peccatum cassatur. Vnde quia frequenter peccamus, confessionem iterare frequenter indigemus.

Quarto habet virtutem præsumptionem inducēdi: Est enim aliqua consuetudo specialissima, secundum quam in dubijs iudicatur, & hæc præsumptionem inducit, cui præstatur fides, nisi forte contra probetur. Hæc est consuetudo patrisfamilias. ff. de pigno. act. l. vniuersorum ff. l. de vsuris. l. qui se miles. ff. de leg b. l. si seruus plerumque. §. si vis extra. de præsump. c. ex studijs, & c. mandata. & c. cum in iuuentute. Similiter quanto frequentius per confessionem conscientia purgatur, tanto maior præsumptio, id est, de peccatorum confessorum venia generatur. Psalmus dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Psal. 31.

Dei gratiam semper per peccatum ab anima remoueri, nec in ea sine propria voluntate operari affirmatur.

Cap. XXIX.

GRaria tollitur, siue perditur per vnum actum peccati mortalis. Cuius exemplum est, quia quandoque derogatur priuilegio vel statuto per vnicum actum contrarium, vt si Papa statuat in aliqua ecclesia certū numerum canonicorum, & super iā inducto, vel statuto ab alijs, & per ipsum Papam confirmato, literæ concedantur, huiusmodi priuilegio derogatur per vnicū actū contrarium, vt extra de cōst. cum accessissent, & extra de præbendis. c. pro illorum & extra de his, quæ fiunt à ma par. ca. c. ex ore. 11. q. 3. c. priuilegium. C. de iure do. l. impe. & l. 2. C. de pac. inter empt. & vendito. l. commissis.

Item gratia diuina nō operatur in homine sine ipsius voluntate, & dispositione, quod patet in susceptione sacramentorum, quæ gratiam continēt: nam sacramēta ipsa talia sunt accipientibus quali corde & conscientia suscipiuntur. 1. q. 1. c. Ecce cum Dominus declarauit. ideo sunt malis ad iudicium. de consecra. dist. 2. Dicit etiam Hostien. quod qui inuitus recipit sacramentum, etiam characterem non recipit. extra de baptismo. maiores, ideo non cogitur quis præcisè ordines suscipere. Hostiē.

Hæretici qui sint vocandi, quaque pœna sint plectendi, determinatur.

Cap. XXX.

HAeretici diuinas scripturas deprauantes, & malitiosè exponentes, grauem pœnitentiā merentur: Nam qui leges, vel constitutiones, seu rescripta Principis malitiosè interpretantur, efficiuntur infames, vt C. de legibus, & constitu. l. 2. Multo ergo magis qui malignè interpretantur & exponunt scripturas diuinas, continentes leges, &

Digitized by Google

statuta Dei, confusione, & damnatione sunt digni: Nam tales inter hæreticos computantur, licet enim stricto modo propriè dicatur hæreticus qui aliter sentit de articulis fidei quam Romana Ecclesia 24.q.j.c.hęc est fides, & c.quoniam. Tamen largius accepto vocabulo, homo qui male interpretatur sacram scripturam, id est, qui ipsam aliter intelligit quam Spiritus sanctus efflagitet, à quo inspirata est, licet etiam talis ab ecclesia non recesserit, nihilominus hæreticus dicitur. 24.q.3.c.hæreses.

Iuris ciuilis seu canonis ignorantia quibus casibus excusare videatur, aut non videatur, claris aperitur exemplis.

Cap. XXXI.

IGnorantia iuris excusat ad tẽpus Cuius exemplum est, quia ignorantes constitutionem factam infra duos menses post diuulgationem non ligantur, extra de consti. c. cognoscentes, & 82. dist. c. proposuisti in fin: Nam cõstitutio post duos menses à publicatione incipit artare, vt in auth. factæ nouæ con. in ipsa refert. & c. ref. §. j. col. 5. extra, ne clerici, vel monachi. c. vlt. extra, de sen. excommuni. c. nouerit. Elapso hoc tempore non potest quis allegare ignorãtiam, quia non singulorum auribus inculcanda. 16. dist. c. quod dicitis. 12. quæst. 2. c. qui in humanis.

Item, quod ignorantia canonis aliquando excuset, patet: quia si quis episcopus constitutionem ediderit, quod quicunque furtũ fecerit excommunicatus sit, vel consimilem aliam; extranei qui etiam intra eius territorium contra hoc faciunt, si ignorant sentẽtiam latam, nec tantum moram traxerunt quod scire præsumantur, non ligantur, arg. extra qui matrimonium ac. poss. c. fin. extra de adulte. c. si ea: Nec enim ligatur excommunicatus sententia, nisi sciens, extra, de senten. excommu. c. significauit, & capi. cum delideres. Nec etiam talis extraneus tenetur scrutari decreta alterius regni. C. de commercijs, l. mercatores. Si vero hoc sciat, vel magnum morã ibi contraxerit, iam incipit esse subitus ratione delicti, & sententiæ latæ: Nam & de furto tenetur ibi respondere vbi commisit, extra, de rapt. c. j. vj. q. 3. c placuit.

Item ratione delicti, & præses aduersus extraneos homines delinquentes imperiũ habet: Nec enim distinguitur vnde sit. ff. de officio præsidis. l. 3.

Item ignorantiæ excusatio nõ admittitur vbi potest homini aliquid imputari: Si enim puto persecutientem me percutere, & percutio aliũ; hac ignorantia non excusor. ff. ad l. Aquil. l. v. §. j. & l. scientiam. §. pen. Vnde in hac actione culpa leuissima imputatur: Nam si quis cisternam fodit, & ipsam apertã dimittit, vel sic non cooperuit quod animal in eam non possit cadere, & bos ibi ceciderit tenetur, extra, de damnis datis. ca. 2.

Inobedientia grauitas, contumacia, malignitas ac diuersitas per plures diuersorũ peccatorum similitudines ostenditur.

Cap. XXXII.

INobedientia est grauis culpa, & ideo secundum iura contumacia grauiter punitur: Est enim contumacia erga iudicem vel prælatum commissa inobedientia. Vnde multo graulor est inobedientia erga Deum. Sed nota, quod contumax dicitur aliquis multis modis: Nam vno modo dicitur contumax qui citatus tribus edictis, vel vno pro omnibus, non venit ad iudicium. ff de re iudic. l. contumacia. Et hoc

modo

modo peccator citatus à Deo tripliciter, scilicet per eius flagella, per eius verba, per eius beneficia, si non venit ad iudicium, est cõtumax

Secundo modo dicitur contumax, quia non vult, puta qui impedit vel procurat quod citatio ad ipsum non perueniat, & talis pro citato debet haberi. ff de reg. iuris l ad ea. §. semper. ff. de condi. & demonstra. l iure ciuili & l. quibus diebus. Et huic assimilantur peccatores qui prædicatores & prædicationes fugiunt: Sunt enim prædicatores quasi quidam Dei nuncij, & præcones. Et eorũ verba sunt velut iudicis edicta. Vnde de talibus peccatoribus di-
Iob. 21 citur Iob. Dixerunt Deo, recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus.

Item contumax est si venit ad præsentiã iudicis, sic quidex ipsum nõ cognoscat, sed potius latitat retro colũnas, aut stationes. ff. quibus ex causis in pos. l. fulcimus. §. quid sit latitare, & §. Idẽ sciendum. Huic assimilatur qui venit ad pœnitentiæ, siue confessionis iudicium, sed non sic confitetur quod sacerdos eius conscientiam cognoscere possit, aut quia occultat, aut quia palliat, vel excusat, vel huiusmodi. Vnde etiam dicitur contumax qui iudici obscurè respondet, & sic qui confitetur per verba obscura, & inuoluta.

Tertio dicitur contumax, qui recedit sine licentia. In authen. de litigio §. omnium vero. Talis est qui reciduat in peccatum, vel qui pœnitentiam sibi impositam non perficit, sed absque dispensatione vel licentia sacerdotis eã dimittit.

Quarto dicitur contumax, qui ad præceptum iudicis non restituit, in quo casu res manu militari ei auferri iubetur. ff. de rei vendicatione. l. qui restitut. & ne vis fi. ei qui in pos. l. si quis missus. Et his assimilantur qui ad dictum sacerdotis aliena non restituunt postquã confessi sunt, vnde Deus quandoque per alias vias aufert eis ex quo nolunt restituere, pro huiusmodi autem criminibus dicit canon cõtumaces excommunicari debere. 21 quæst. 3. c certũ. Omnis autem contumacia graue crimen potest dici: Est enim quasi peccatum idololatriæ repugnare velle, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. 8. q. 1. c. sciendum.

A Deo hominibus inspirata quanta existãt auctoritatis, legis canonicæ veteris quẽ testamenti exemplis enucleatur.

Cap. XXXIII.

INspirata hominibus à Deo excipiuntur à communi lege. Cuius signum & exemplum est in iure canonico, quia electio per inspirationem non est in forma iuris, sed exceptio à formis, vt extra de electionibus. c. propter diuersas. Et similiter secundum legem diuinam, ea quæ inspirantur à Deo excipiuntur à lege communi, sicut patet in Patriarchis, qui acceperunt plures vxores, vt Iacob, qui habuit Liam, & Rachel: & similiter Dauid, quod tamen ex lege communi non licebat: lex enim de vnica vxore non est humanitus sed diuinitus instituta, nec vnquam verbo aut literis tradita, sed cordi impressa, sicut & alia quæ ad legem naturæ qualitercunque pertinẽt & ideo in hoc à solo Deo dispensatio fieri potuit: Nam illi ex cuius auctoritate lex efficaciam habet, reseruantur, vt licentiam præbeat legem prætermittendi in illis casibus ad quos legis efficacia non se extendere debet. Et talis licentia dispensa-

Digitized by Google

tio dicitur. Et in hoc, quod scilicet aliquis haberet simul plures vxores, a solo Deo dispensatio sibi fieri potuit per inspirationem internam, quæ quidem principaliter sanctis patribus facta est, & per eorum exempla ad alios deriuata eo tempore quo oportebat. Prædictum vero præceptum, scilicet de vnitate vxoris, prætermittitur, vt maior esset multiplicatio prolis ad cultum Dei educandæ.

Quot modis iniuria committatur, quibusq; vijs nonnulli Christum iniuria afficiāt, præcipueque Iudæi quantis eum iniuriati fuerint modis, & quomodo inexcusabiles existant aperte ostentatur.

Cap. XXXIIII.

INiuriantur aliqui Christo tripliciter Cuius similitudo apparet in ipsis iniurijs hominum: Iniuriatur enim vnus homo alteri tripliciter, vno modo re, hoc fit quotiescunque manus infertur.

Secundo verbis, vt quando cōuicium fit. Et dicitur conuitium à conuocatione vel cōuētione, id est, collectione vocum: Cum enim in vnum plures voces cōferuntur, specialiter conuicium dicitur, quasi conuocium. Et fit nedum præsenti, sed etiam absenti: Nam si quis ad domum tuam vel tabernam venit, conuiciū facit, etiam te absente, si vociferatur vel alios ad vociferandū inducit contra certam personam: nam vitæ nulla est executio, ff. de iniuria. l. j. §. iniuriam. & l. Item apud Labeonem. §. cōuicium & §. fecisse & §. tibi.

Tertio fit iniuria in literis, vt cum quis librum, vel historiā, vel chartam ad infamiam alicuius pertinētem scripsit, vel cōposuit, vel edidit, vel dolo malo fecit: quod quid eorum fieret, puta dimisit scripturam cadere in plateam, ar. ff. de verb. sign. l. late. Nec distinguitur vtrum nomine suo, vel alterius hoc ediderit, expresso nomine proprio illius quē infamare intendit, vel non expresso. Eodem modo tenetur qui huiusmodi scripturam vendere curauit, vel emere. Eodem modo tenetur etiam sine scriptura, si in notam vel signum aliquod horum prodiderit, puta veste lugubri vel squalida vtitur in iniuriam alicuius, vel barbam dimittit, vel capillum submittit. ff. de iniur. l. Itē apud Labeonē. ff. ait prætor. ne infamādi causa, et. sequenti. 5. quæst. 1. c. quidam maligni spiritus. Et nota, quod de famoso libello agi potest criminaliter secundū l. scilicet ad pœnam capitis, tam contra illum qui fecit, quam contra illum qui inuenit, nisi ipsum corruperit, vel combusserit, vel inuentum nulli reuelauerit. C de famoso libello. l. ista. quinta quæst. 1. c. si quis famosum libellum. Et potest in hoc casu quilibet de populo accusare, & accusatori constituitur præcium pro modo substantiæ accusatæ personæ, vel si erat seruus producitur in libertatem: Quid enim si publica vtilitas ex hoc emergat ff eo. l. §. fi. & l senatus consultum, & C. de famo. libe. l. vnica. Potest etiā ciuiliter agi actione iniuriarum, quæ non publici iudicij, sed priuati continet quętelam C. eo. l. iniuriarum. ff. eo. l. constitu. §. vnico. Vnde & de omni iniuria etiam si descendat ex lege Cornel. ciuiliter agi potest, vt ibi, & de omni alia quacūque actione. ff. eo l. prætor edixit. §. post se hodie secūdum canon. qui famosum libellū conficit flagellatur, & excommunicatur. v. quæst. j. c. qui in alterius, & c. is qui. Sed & si certum est quis cōfecerit, potest accusari, & deponi,

deponi, cum sit graue crimen, & accusatione ac damnatione dignissimum 25. dist. c nunc autem.

Primo ergo modo, scilicet re, iniuriati sunt Christo Iudæi, qui manus iniecerunt in eum, & ligauerunt, & hi, qui eum verberauerunt, & crucifixerunt. Sed secūdo modo iniuriātur ei maledici, & blasphemi, qui linguas suas contra ipsum relaxare præsumūt.

Tertio autē modo hæretici qui falsa de ipso Christo scripserunt, & contumeliosa, vt Manichæus, & Arrius, & alij consimiles. Notandum autem, quod Iudæi iniuriantes Christo, quasdā fallas excusationes prætēdere conati sunt, vt non iniuriosè, sed iustè eū perdere crederentur. Nam secūdum iura, iniuria alicui facta excusari posset ex tribus.

Primō ex culpa siue delicto, puta ex eo, quod ille cui conuiciatū est vere deliquerat: Nam peccata nocentium nota esse, & expedit, & oportet, ff de iniur. l. cum qui nocentem, & C. eo l. siquidem animam tuam, vbi non se perseueret. Alias tenetur nunciator. C. & si non es nunciator. Hanc ergo excusationem Iudæi contra Christum prætendere voluerunt, quādo dixerunt Pilato: Si nō esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum: sed verè mentiebātur, quia ipse peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Secundo excusatur iniuria ex causa, puta, si fecit iniuriam causa venerandæ reipublicæ, vt si magistratus fecerit alicuius parforault, quia in bello se male habuit. ff. e. l. qui reipublicæ. Ideoque excusatur sacerdos à canone ratione turbationis diuini officij, extra de sententia excom. c. veniens. Hanc excusationem prætenderunt Iudæi cum dixerunt, Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram. Sed in hoc etiam mentiebantur, quia ipse gentem suam, id est, Iudæos non subuertere, sed saluare conatus fuerat, secundum illud: Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Ioan. 18 1. Pet. 2. Luc. 23 Matt. 1.

Tertio excusatur iniuria à præeminentia, quia ratione dignitatis præsumitur pro aliquo, quod non animo iniuriandi quid agat, vt si minister reipublicæ iubet aliquem duci quia decreto prætoris non obtemperat, quia iuris executio non habet iniuriā, & non tenetur. Et quæ iussu potestatis à magistratu fiunt, ad iniuriarum actionem non pertinent. Et inde est, quod nec magister incidit in canonem si causa correptionis scholarem in minoribus ordinibus constitutum percusserit. extra, de senten excō. c. cum voluntate. §. si qui vero. Hanc excusationem Iudæi primo Christum tanquam blasphemum per principem sacerdotum, & concilium, reū mortis adiudicari fecerunt: Et postea per præsidem Pilatum tanquam cōtradicentem Cæsari, & tributa dari prohibentem à Pilato crucifigi eum petierunt. Sed tamen etiam in his mentiti sunt, quia nec blasphemus, sed dei cultor verus, nec tributū Cæsari negari suasit, imo dixit: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, &c.

Item iniuriantur aliqui ecclesiæ: Nam secundum iura, omnis iniuria tripliciter infertur: Aut enim infertur in corpus, aut in dignitatem, aut in famā; infertur in corpus cum quis pulsatur, vel verberatur, vel cum vi aliquis domum alterius ingreditur. In his enim tribus casibus agitur iniuriarum, ex lege Cornel. Et est pulsare sine dolore cædere verberare autē cū dolore, sed & dicitur verberasse abusiuè, qui pugnis cæcidit. ff de iniurijs. l. Item apud

Digitized by Google

Labeonem. §. verberasse. Domus autem mea accipienda est, non solum, si propria sit, sed & si conducta fuerit, vel gratis concessa, sed tamen ad meritoria, vel stabula non pertinet, vt omnia hæc probantur. ff. e. l. §. in omni, & l. lex Cornel. de iniur. Resc. 1. §. 1. 2 & 3. Forte etiam in his casibus agetur iniur. de iure prætorio cum filio famili. Pulsato debetur patri prætoria actio iniuriarum, filio vero debetur ex l. Cornel. § illud. Et hoc modo iniuriantur ecclesiæ illi, qui in personas ecclesiasticas manus violentas temerè injiciunt, eos capientes, vel verberantes, vel etiam ipsa loca ecclesiastica occupantes vi. Ad dignitatem vero minuendam fit iniuria, cum Comes, qui comitatur, & sequitur, siue liber sit, siue seruus, siue mulier, vel masculus, vel etiam pedagogus, non tamen tenetur qui cœpit adducere, sed qui adduxit, vt Comes non esset cum ea. Sed nihil interest vtrum vi hoc fecerit, vel persuadendo, vt eam relinqueret. ff. de iniur. l. 1. §. omniumq; & l. Itē apud Labeonem. §. comitem. & §. adduxisse. Hoc modo iniuriantur ecclesiæ rectores mali, qui ecclesias sibi commissas sine gubernatore & officiatore relinquunt, Vel mali pastores, qui plebes sibi commissas tempore prosperitatis comitantur, sed tempore aduersitatis & persecutionis eos fugiūt & dimittunt. Ad famam autem alicuius fit iniuria, cum alicuius pudicitia attentatur, vt fœmina ancillari, vel meretricia veste induta sit, hoc fit per appellationem, vel affectationem. Et appellare dicitur, blanda ex actione pudicitiam alicuius attentare, cum scilicet agitur, vt ex pudica impudica fiat, sed qui verbis turpibus vtitur, non tentat pudicitiam, & iniuriarum tenetur.

Affectari vero est cum quis tactus frequenter sequitur contra bonos mores: Assidua enim frequentatio nonnullam infamiam præbet. ff. eo l. 1. §. omniumque & l. apud Labeonē. § tenetur. & §. si quis. & §. inter aduersus. & §. qui turpibus, & præcedenti. & l. sed est quæstionis §. fi. Hoc modo iniuriantur ecclesiæ hæretici, qui blandis fictisque verbis pudicitiam, sinceritatem, fidei siue morum in ecclesiasticis personis corrumpere moliuntur, vel illi, qui blādis colloquiis, seu prouocatiuis nutibus, vel continuis & pestiferis exemplis ad impudicitiam trahunt. Apostolus. Corrumpunt mores bonos colloquia praua. 1. co. 15

Illicitum opus (licet intentio bona existat) castitatis vsurā, exemplo a pœna haud fore liberum confirmatur.

Cap. XXXV.

INtentio bona non liberat a pœna, si opus sit illicitum. Cuius exemplum apparet secundum iura in eo qui vt sit castus, & volens placere Deo, abscidit sibi membra impudica: Nā talis irregularis efficitur, 55 dist. cap. si quis abscideri: Non enim ferro, sed animo castitas quæri debet. 33. q. 3. c. tunc sanabitur. Ergo de rigore iuris is, qui etiam (vt sit castus) hoc facit fieri, deponendus est, licet credat placere Deo. Nam (vt ait versus) displicet imprudens vnde placere putat. Et secundum hoc intellige. 55. dist. c. si euangelica. & c. si quis a medicis. & c. qui per partē &c. si quis per ægritudinem. Nec obstat. extra de corpore vitiatis. c. significauit, quia ibi gratia fit. Hieron. Illi eunuchi placent, Hieron. quos castrauit non necessitas, sed voluntas.

Item intentio, & spes plus recipiēdi, etiam sine pactione, quasi vsura-

Digitized by Google

vsurarium facit: nam etiam sine pacto, si hac intentione principaliter ductus, vt aliquid mihi dares, tibi mutuarem pecuniã alijs non mutuaturus, licet in foro iudiciali non possit censeri vsurarius, vt extra, de vsu c. in ciuitate. tamen in foro pœnitentiali inducendus sum, vt pecuniam sic
Luc. 6 receptam restituã. Luc. Date mutuum, nihil inde sperantes, extra de vsu c. consuluit. 14 quæst 3. c. si festinaueris. Si tamen alias essem mutuaturus, sed secundario spero, quod mihi subueniãs, vel me remuneres, in nullo, vel in modico pecco secundum Host. argu. 61. dist. c quid proderit. 59. dist. c. si officia. 77. dist. c. in singulis. 1. q. 2 c. quampiam extra de testa. c. cum in officijs. ff de petitio hereditate l sed & si. §. cõsuluit, extra de simonia c tua Si autẽ nullo pacto ab initio interueniente, neque exactione ex post facto hoc ita debitor aliquid gratis offeret, recipi posset sine aliquo peccato, dummodo intentiõ fuisset ab initio: Nullam enim maculam oblatio suscipientẽ ingerit, quę non ambientis petitione processit. 1. quæst. 2. c. sicut Episcopum.

Quid apud Iuristas sit iudicium, ac quemadmodum Dei iudicium extremum sit agendum, per partes similitudine, & pluribus humani iudicij clarè definitur.

Cap. XXXVI.

IVdicium Christi, quod fiet in fine mundi, erit in aliquo simile iudiciali foro hominũ: Nam iudicium, (vt describunt Iuristæ) est actus legitimus trium personarum, scilicet iudicis, actoris, & rei, qui redditur in inuitum, vt differat ab arbitrio, secundũ Azonem, & c. Ad hoc extra, de verb. sig c. forus, & ff. de ver. ob. l inter stipulantem. §, 1 Sed etiam si factum negetur, quarta persona, scilicet testis, inducitur. 4. q. 4 c. 1. Nomine testium accipias instrumenta, & etiam argumenta, vt in prædicta decretali. c. forus. §. causa, secundum gl. Similiter in illo iudicio Christi finali erit iudex Christus, actor diabolus, rei peccatores, testes Angeli, instrumenta conscientiæ, vel scripturæ diuinæ, argumenta peccata, patientia, vel ipsę creaturæ contra peccatores commõtæ. Isa. Iudicium gentibus profert. Et nota, quod illud iudicium hoc ordine, similitudinarie loquendo, fiet. Quia primo præcedet citatio, scilicet monitoria, præceptoria, & peremptoria Thes. Ipse dominus in iussu. Ecce citatio præceptoria, de qua etiam in Psalm. Exurge Domine in præcepto quem mandasti, & synagoga populorum circundabit te, & propter hanc in altum regiedere. Dominus iudicat populos. Sequitur. In voce Archãgeli. Ecce citatio monitoria, de qua Ioel: Consurgant, & ascendant omnes gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebo, vt iudicem omnes gentes. Et subditur: In tuba Dei descendet de cælo, & mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Ecce citatio peremptoria. Apoc. Angelus quem vidi stantem supra mare, & super terram, leuauit animam suam ad cælum, & iurauit, per viuẽtem in secula seculorum, quia tempus amplius non erit. Sed in diebus vocis septimi Angeli, cũ cœperit tuba canere, cõsummabitur mysterium Dei.

Isa. 42
1. Th. 4
Psal. 7
Ioel. 3
Apo. 10

Azo.

Secundo sequitur examinatio: Examinabit enim citatos primo de bonis eis commissis, scilicet de corpore, de quo malam rationem reddent luxuriosi, qui in luxurijs illud nutrierunt. Et de anima de qua malam rationem reddent superbi, qui ipsam omnibus bonis per superbiã euacuaue-

Digitized by Google

sunt. Et de rebus temporalibus de quibus malè respondebunt auari, qui pauperibus ex eis nihil dare voluerunt. Et etiam de tempore, de quo male respondebunt otiosi, qui ipsum tempus negligenter expenderunt.

Itē exāminabit de bonis omissis siue nō faciendo, siue nō multiplicando, siue non cōtinuando.

Item examinabit de malis commissis: Iudex enim terrenus rationem nō requirit de minimis, nec de alienis, neque de occultis. Sed iudex æternus tantæ erit seueritatis, quod requiret rationē de minimis: puta de vebis ociosis, & de alienis, puta de prælatis, de subditis, & de occultis, scilicet de cordis secretis.

Item examinabit de malis commissis, siue de peccatis, puta originali, mortali, & veniali, siue etiam de supplicijs. Vnde examinabit, & de absolutione culpæ, & de remissione pœnæ.

Tertio sequetur conuictio, quia scilicet examinator cōuincet per authentica instrumenta, scilicet per sancta Euangelia. Rom. In die cum iudicabit Deus occulta hominum secūdum euangelium meum Et bene dicit occulta hominum: quia quoddam est opus Dei tantum, vt opus creationis: quoddam vero Dei & hominis, sicut opus iustificationis, in quo per consensum liberi arbitrij adintores Dei sumus: & quoddam est solius hominis, scilicet opus transgressionis, scilicet peccatum, & hoc solū erit opus quod iudicabitur & condemnabitur. Rom. 2.

Quarto sequetur sententiæ prolatio, quia contra conuictos sententiam diffinitiuam proferet, dicens: Ite maledicti in ignē æternum, &c. Et nota, quod ista sententia nullo auxilio iuris poterit subleuari, scilicet neque per appellationem, neque per supplicationem, neque per quæstionem falsi, neque per in integrum restitutionem: Appellatio enim hi locum non habebit, quia crimen cuiuslibet notorium erit, scilicet per confessionem propriam: quia cuiuslibet conscientia confitebitur suum scelus.

Itē per euidentiam facti: quia omnia facta hominis, (vt dicit Hieronym.) quasi in quadam tabula picta demonstrabuntur.

Item erunt notoria per præsumptionem violentam, scilicet ex ipso, quod stabunt à sinistris: Ex hoc enim præsumetur, quod sint damnādi, sicut de bonis, qui stabunt à dextris, præsumetur quod sint saluandi. Non etiam habebit ibi locum supplicatio, in humanis enim iudicijs cùm sententia proferatur à Principe, non licet appellare, sed supplicare; supplicationes autem, & præces ibi non valerent, etiā si beata Virgo, & Martyres, omnes Confessores & Virgines, & omnes Sancti cælestis curiæ intercederent.

Item non habebit ibi locum querela falsi, vt scilicet dicatur, quod illa sententia sit lata per falsos testes, vel falsa instrumenta iudice circumuento: quia ille iudex non poterit decipi, nec circumueniri, cùm sit veritas, & sapientia Dei. Vnde contra ipsius sapientiam nihil valebunt loquacitates aduocatorum, aut sophismata philosophorum, aut facundiæ oratorum, aut argutiæ versutorum: Non enim poterit releuari, vel reuocari per in integrum restitutionem, vt scilicet de cætero ad pristinum statum restituantur. Hebr. Impossibile est eos, qui semel illuminati sunt, &c. & prolapsi sunt, scilicet per finalem impœnitentiam, seu sententiam rursus reuocari ad pœnitentiam. Heb. 6

Iudi-

Digitized by Google

Iudicium temerarium fore vitandum, vetitumq; à minori de maiori nonnunquam agi posse, & tandem quas index habere debeat partes declaratur.

Cap. XXXVII.

IVdicium suspicioſum, & incertū de malo, est vitandum. Quia ſecundum iura de quolibet præſumendum eſt bonum, vbi non conſtat contrarium. Vnde quem homo neſcit indignū, debet præſumere fore dignū, extra de præſumptione. c. dudum. ff. de manumiſſ. teſtamen. l. literas ſeruas. ff. de leg 2. l. cum pater. §. rogo. extra de iudic. c. cū de puta. ff. de fidei commiſſ. l. tays. §. ſororē. Nec obſtant quæ habentur. C de his qui ve. æta. impe. l. 3. & C de probat. l ex perſona eius. ff. de magiſtra. con. l. 1. Quia licet hæc iura probent, quod præſumitur quis non ſoluendo, & pauper, niſi probetur contra: non enim præſumitur diues, niſi euidens ſit. ff. qui ſatisfa. cogan. l. ſi vero. §. qui pro rei qualitate. Tamen aliter eſt de bonitate, quā de diuitijs, quia virtutes quibus aliquis bonus eſt, congruunt homini naturaliter, non ſcilicet quia naturaliter inſint, ſed quia homo aptus natus eſt ad eas, ſecundum philoſophum. Inſunt etiam homini virtutes actu vel habitu poſt baptiſmum, in quo confertur gratia, de conſec. di. 4. c. 2. & c. per aquam Sed congregatio diuitiarum ex accidenti venit, vt in aut. vt omnes obed. iu. §. 1. coll. 5. Vel refert vtrum appareat quod ſemel fuerit ſoluendo, & ſic adhuc præſumitur, niſi contra probetur. Vel quod ſemel ceſſit bonis, & ſic adhuc præſumitur eſſe non ſoluendo, niſi contra probetur. ſ. rgu. C. de probatio. l. ſiue poſſideris.

Item quod dictum eſt, quod quilibet præſumitur bonus: verum eſt quando quæritur de perſona promouenda, ſecus autē eſt quando quæritur de perſona ſaluanda: quia perſona carnalis, & honores carnales, anima vero ſpiritualis, & ſaluatio ſpiritualis.

Item nota, quod iudicatur aliquando licite maior à minori, quod patet in Papa, qui eſt maximus, & tamen iudicio alterius ſubdi poteſt tripliciter: vno modo propter hæreſim, ſic enim ab alio & iudicari & accuſari poteſt: alias autem non 40. di. c. ſi Papa. 9. q. 3. c. aliorum.

Secundo, ſi ipſe ſe ſubiecit iuriſdictioni alterius. 2. q. 7. c. nos ſi incōpetenter. ff. de iuriſd. om. iud. l. eſt re.

Tertio, ſi ipſemet ſe deponat, vt 21. diſt. c. nunc autem.

Item nota, quod iudici eſt multiplex perfectio neceſſaria.

Prima eſt naturæ, ſ. quantū ad ætatem, vt nō ſit puer: Nam impuberes iudicare prohibentur. ff. de iudi. ccum prætor. §. nō autē omnes, vnde impuberem non poteſt delegare quilibet, niſi Princeps, de cuius delegatione diſputare ſacrilegij inſtar eſt: Nam dignus præſumitur quē Imperator eligit C. de crimine ſac. l. diſputari. 17. q. 4. §. qui autē in authē. vt iudices, ſine quoquo ſuffra §. eos autem. Ibi, quis enim non diligat. coll. 2. Alius autē delegare non poteſt inuitis partibus, niſi talē qui ſit maior viginti annis: ſed de conſenſu poteſt, dūtamen ſit maior octodecim annis, ſed non cogetur ſententiam dicere. ff. de arb. c. cum lege.

Item requiritur perfectio naturæ quantum ad ſexum, quia fœmina nō poteſt delegari, quia regulariter fœminę remotę ſunt ab omnibus virilibus actibus. ff. de reg. in. l. 2. ideo non poſſunt iudicare. 23. q. 5. c. mulierē Nec excōmunicare extra de maio. & obe. c dilec. Nec pēnitētias dare, extra

de

Digitized by Google

de pœnitentia.c. noua quædam, nec ciuilibus actibus fungi. 3. q. 4. §. tria.

Secundo requiritur in iudicio peritia scientiæ : Oportet enim cui committitur iudicium, quod iura non ignoret, extra de consangui. c 1. & quod sit prouidus, extra de officio iudi. del. c. cum R. canonicus: sed quo ad causas temporales sufficit, quod peritiam habeat, vel per lectionem librorum, vel per experientiam. ar. C. de Episcopis, & clericis. l. paulatim. C. de iud. l. certi iur. est. In auth. de iudic. j. R. coll. 6.

Tertio, tranquillitas animæ, quam tollit ira & furia. Vnde furiosus nō est aptus iudicare, quia non sentit. 3. q. 9. c. iud. 2. q. 7. c. nec furiosus. 17. q. 1. c. Gōsaldus, extra de succ. ab intest. c. fi. extra de regulari. c. sicut tenor.

Quarto requiritur integritas famæ, quia infames à legitimis actibus prohibētur, extra de test. c. licet exquadam. extra de excess. præl. c. inter dilectos. Dicuntur autem infames, hæretici, fures, sacrilegi, capitalibus criminibus irretici, sepulchrorum violatores, & qui aduersus patres, scilicet Episcopos, armantur. 3. quæst. 4. c. hi qui Episcopos, & q. 5. c. omnes & c. constituimus. Similiter incestuosi, homicidæ, periuri, raptores, malefici, venefici, adulteri, & pro suis sceleribus anathematizati, & demum omnes quos ecclesiasticæ vel secúli leges infames pronunciant, probantur hęc. 3. q. 1 c. infames.

Quinto requiritur libertas fortunæ siue conditionis, scilicet vt non sit seruus, quia seruus non potest esse iudex, quia nec arbiter, quod est minus. ff. de arbitris l. pedius. §. fi.

Iuramentum quibus casibus fit, & quibus non violari absque peccato possit, humanę peccati granitas inuoluitur.

Cap. XXXVIII.

IVramentum non violat, qui illud in melius commutat, vnde Potestas, qui iurauit regimen ciuitatis tenere per annum, & magister, qui iurauit regimen scholarium tenere per annum, & capellanus clericus vel seruiens, qui ecclesiæ, vel Domino iurauit seruire per annum, & alij consimiliter aliquid iurantes, possunt sine violentia iuramenti religionē intrare, cum illud in melius commutent, secundum Goff. extra de Goff. iure iur. c. peruenit. Hosti. autem licet putet, quod talis posset se obligare, tamen consuluit, quod prius seruet, & adimpleat quod iurauit antequam intret. Quia (vt dicit) hoc tutius est ei, quam si ad religionem intraret iuramēti religione contempta, nisi ab illo cui iuramentum præstitit, posset licentiam obtinere, extra de iure iur. c. debitores. Et expressū est istud consilium, extra de spon. c. cōmissum. 22. q. 4. §. vltimo. Et soluit. Hostien. illud, quod allegat Goffredus de iureiurā. c. peruenit. dicens illud etiam intelligendum, quando promissio facta est Deo tantum, & non quando homini iuratum est. In quo casu Deus in testē induci videtur, extra de iureiur. c. at si Christus.

Quinimo quasi fideiussor inducitur Deus. Ideoque falsidicus testis tribus personis est obnoxius, extra de crimine falsi. c. 1. Quādo ergo homo deierat Deus contemnitur, proximis decipitur, & ipse deierans diffamatur. Non est ergo mirum si difficilius frangitur triplex funiculus, quàm simplex, vel duplex, extra de treuga, & pace. c. 1. Deus enim tanquā plenus misericordia remittit de facili; non sic homo, extra quod metus causa. c. 1. Nec verisimile est ipsum cum iactura alterius, velle fieri locupletiorem, arg.

Digitized by Google

arg. ff. de conditione indebi. l. nã hoc natura : vbi tantum autem Deo iuratum est, nõ diminuitur in casibus prædictis seruitiũ Domino, sed potius cumulatur.

Quo pacto pauci iusti iure multis præferãtur peccatoribus, exemplo electionis per scrutinium rectissimè demonstratur.
Cap. XXXIX.

IVsti pauci bene viuentes, præferuntur multis peccatoribus, de quibus dicitur Matth. Multi sunt vocati, pauci vero electi: vnde etiam in electionibus ecclesiasticis prælatorum in aliquo casu præualet cõsensus paucorum: Nam si maior pars eligentium consentiat in viam compendij, & compromissi, pauci in viam scrutinij, tenet curia Romana, quod illi, qui eligunt viam scrutinij præualeant, hac ratione: Quia via scrutinij est via ordinaria, per quam cuilibet sanum est, in quẽ vult dirigere votũ suum, secus autem in compromisso contingit, per quod plerunque prouidetur de persona, de qua non est creditum, nec speratum, vt extra de ele. c. dilectus filius Arch. Morm. cum nullus inuitus sit dandus Episcopus. vt 60. dist. c. nullus ad compromissum nullus inuitus compellitur, vt. ff. de arbitr. l. sed & si §. si quis iudex. 3. q. 8. §. 3. Sic, & secundum Deum iusti, qui eligunt viam certam, & ordinariam, scilicet bene viuendi, licet pauciores sint, tamen præualent peccatoribus, qui ponunt se in incerto, scilicet proponendo pœnitere in futuro, quod non est in eorum arbitrio. Et ideo frequentius superuenit eis iudiciũ quod non sperabant, vnde August. Tene certum, & dimitte incertum. Pet. Vos autem magis satagite, vt per vestra bona opera vocationem vestram certam faciatis. Notandum est tamen, quod licet ita sit de consuetudine Romanę Ecclesiæ, (vt dictum est) tamen de rigore iuris, (vt dicũt aliqui) paucorum contradictio in hoc non præualet, sed succũbit: quia hoc est generale in cunctis actibus Ecclesiæ, vt obtineat sentẽtia plurimorum, vt extra, de his quæ fiunt à ma. par. ca. per totum. Et hoc etiam potest contra peccatores inflecti. quia licet aliqui pauci pœnitentes, in fine legantur fuisse à Deo misericordiam consecuti, vt latro in cruce, & quidã alij, tamen secundum rigorem diuinæ legis, quæ dicit, Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis, ego quoque in interitu vestro ridebo, &c. Quod videlicet consilium ab ab eis despectum traditur. Ecclesiast. vbi dicitur. Confiteberis viuens, viuus & sanus confiteberis; patet; quod quamuis plures sint derisibiles erunt, qui scilicet vsque in finem se emendare distulerunt. Apostolus. Quorum finis interitus.

Mat. 22

2. Pet. 1

Prou. 1

Eccl. 17

Phil. 3

Quantum Dei iustissima lex in pœnitentiali foro diuersimodè à lege humana iudicet & puniat, & quam rectè seruetur, quibusq; casibus à nonnullis interdum sit prætermissa, legum veterisq; testamenti exemplis terminatur.
Cap. XL.

LEx diuina differt à lege humana, quia lex diuina punit animum, sed lex humana punit manum, id est factum: Nam in foro pœnitentiali, id est, in iudicio animę, sola voluntas punitur, vt patet de pœnitentia. dist. 1. c. homicidiorum, & 5. c. ibi sequẽti, & c. super tribus. 6. dist. c. testamen. 32. quæst. 5. c. sicut hi. & ca. 1. qui viderit. 8. q. 1. c. sciendum: Deus enim non ex operibus iudicat, sed ex corde. 22. q. 5. c. qui periurare, & correspicit, & non manũ. 14. quæst. 5. c. si quid inuenisti. Et ex corde procedunt adul-

Digitized by Google

adulteria, homicidia, & cætera peccata. 15. quæstio. 6. c. 1. ante medium, & ad finem: Talia enim cum latentia sint, soli Deo, & sacerdoti eius Vicario (si confitëtur) relinquimus iudicanda, vel remittenda: sic intellige. 32. dist. c. erubescant. 6 q. 1. c. si omnia. 32. quæst. 5 c Christiana. extra de pœnitentia c. omnis. Quamuis intrinseca per extrinseca læpius præsumantur. Ad hoc 27. quæst. 1. c. nec aliqui. 3. quæstio 2. ca. si verum. de con. d. 3. c. de pœnitentibus. 32. quæstio 5. c. nec solo. Quod intelligas de cogitatione deliberata, ex quo quis cõsensit peccato faciendo; multo fortius, si delectatus sit, vt de pœnitentia dist. 1. c. super tribus. Sed in foro contentioso aliter est: Nã voluntas stetit in suis finibus, & non est processum ad actum, & sic nullam pœnam meretur, vt. ff. de pœnis. l. cogitationis. ff de furtis. l. ii quis, & l. 1. & l. inficiando. ff de acquiren. possess. l. si rem apud te. nisi in calibus, sicut hæresis, extra de hæreti. capitu. ad abolendam. & capit. excommunicamus. ϕ. credentes.

Item in crimine læsæ maiestatis. C ad leg. Iul. maie l. quisquis. Et in eo, qui cogitauit fugiẽtem de ecclesia extrahere. C de his, qui ad eccle. confug. l. fin. cum tamen non processit ad actum. Et eodem modo potest intelligi præcedens lex, quisquis. Si vero voluntas ad actum progreditur, & actus perficitur, puniendus est quantumcunque pœniteat. Nemo, inquit lex, tali pacto pœnitentia ductus innocens esse desinit. ff de edit. edict. l. quis sit fugitiuus, post prin. ff. de fur. l. qui ea mente. ff. vi bo. rapto. l. non prodest. ff. quod quisque iuris in alium. l. 3. R. 1. ff. de postu. l. 1. ϕ. bestias, vt in casibus quibus circa tempora pœnitentiæ locus est. ff. de seruis fugitiuis. l. 1. ϕ 1. ff. de pub. & vt l. j. ϕ. quod si fecerit, ff. quod metus causa. l. Item si cum exceptione. ϕ. satis clementer, C. de crimine stellio. l. j. ϕ. j. Quod si actus non perficiatur, & is qui processit actum ipsum perficere potuisset, sed noluit, quia pœnituit, non incidit in pœnam, immo ei parcẽdum est, ff. ad legem Cornel. de falsis, l. qui falsam. ff. de iniur. l. Item apud Labeonem. ϕ. si curauerit, vel mortem sibi conscieuerit. vbi punitur conscientia criminis iam commissi. ff. de bonis eorum, qui mor. sibi consci. lege tertia. Si autem ideo non perficit actum, quia non potuit, sed bene voluisset perficere, puniendus est ac si fecisset, ff ad l. Pompo. de patricid. l. prima, in fin. ff. de re militari. lege tertia, ϕ. is, qui. C. si quacunque præditus potest, l. j. c. de Episcopis, & clericis, l. si quis non dicam. ff de fur. l. si quis alieno. C. ad l. Iul de adulte. l. eum qui. C. de incest. nup. l. qui.

Item nota, quod ille legem bene seruat, qui implet mentem legislatoris. Quod patet, quia ille qui verba quidem legislatoris, sed non mentem seruat, legem fraudare dicitur: Nam aliud est facere contra legem, & aliud facere fraudem legi: Contra legem enim facit, qui facit quod lex prohibet. Sed fit fraus legi, quando circunuenitur seruatis verbis mens, vt ff. de legibus, l. contra legem, & l sequenti. Vnde patet, quod Iudæi literam legis solam seruantes, & mysticam significationem quam, lex tradere principaliter intendebat relinquentes, fraudem legi faciunt vnde Apostolus: Non litera, sed spiritu, &c. 1. Co. 1

Item nota, quod lex communis, & regula aliquãdo prætermit

titur

uitur licitè ex causis specialibus. Cuius exemplum est in iure, vbi ea quæ sunt regulariter de iure communi prætermittuntur aliquando licitè, siue propter priuilegium, siue propter vtilitatem, siue propter consuetudinem, siue propter honestatem Nam regulare est, vt ad collegium cuiuscunque Ecclesiæ spectet electio, & tamen plerunque ex consuetudine, vel priuilegijs alieni intrant, vt extra de electio. Cum ana. & extra, de causa possessio. & proprie. c. cum ecclesia. & de postula. c. bonæ, & extra de consuetudine, ca. cum dilect. 15, & extra de iure patronatus. c. nobis. Vocantur etiã aliquando religiosi ex honestate, non ex debito, vt 22. dist. cap. In nomine Domini. 79 distin. cap. 5. Vocatur etiam populus non ad eligendum, sed ad consentiendum, vt 79. dist. c. electiones, & cap. sequent. Vocantur etiam Principes, vt ab oppressionibus defendant, vt 62. dist. c. principibus. Sic etiam ex specialibus causis quidam antiquorum patrum legem Dei communem licitè prætermiserunt, sicut Samson seipsum occidit, Iacob duas vxores simul habuit, Dauid laicus panem sanctum comedit; quæ omnia non licebant secundum legẽ communem.

Hominis sanctificationem non à loco, sed à Spiritu sancto, & voluntate etiam Deum sanctificante prouenire auctoritatibus declaratur.

Cap. XLI.

LOcus non sanctificat hominem, sed homo locum 40. di. c. multi sacerdotes. vnde vbi Papa est, ibi Roma; non e contra: Nam res accedunt hominibus, non econuerso ff. de edili. e dict. l. iustissimè etiam. Propter hoc etiam dicit beatus Greg. quod non prodest locus, vbi deest spiritus. Et de beato Benedicto dicitur, quod locum, sed non hostem mutauit. Similiter etiam dicimus, quod homo inficit locum, non econuerso, vnde dicitur 2. Mach. Nõ propter locum gentem, sed propter gentẽ locum dominus elegit. Ideoq; & locus ipse particeps factus est populi malorum. Greg. 2. Ma. 5

Linocinantes ea pœna, quam grassatores prohomicidio sufferre debent, plectendos esse iustissima ratione demonstratur.

Cap. XLII.

LVxuriæ mediatrices, vt sunt quædam maledictæ vetulæ, iuuenculas dicipientes, quę iusto vocabulo lenæ appellantur, peiores sunt, quam grassatores: quia illis mediantibus, procuratur occisio corporis, & interdum vnius hominis tantum: sed per tales mediatrices procuratur mors animæ, & non vnius tantum, sed vtriusque luxuriantium, scilicet viri, & mulieris. Vnde apud Deum non minori pœna digni sunt tales mediatrices, quàm inferatur grassatoribus. Circa quos Ecclesia statuit, quod quicunque principes vel prælati, seu quæuis aliæ ecclesiasticæ vel sæculares personæ, quæ quempiam Christianorum per grassatores interfici fecerint, vel etiam mandauerint, quanquam mors ex hoc forsitan non sequatur, necnon etiam contra illos, qui dictos grassatores receptauerint, vel defenderint, seu occultauerint, non solùm excommunicationis, vel depositionis incurrunt sententias ipso facto, sed sunt etiam cum omnibus bonis suis, omnibus Christianis expositi, & perpetuo diffidati. Ita quod ex quo de prædictis, vel aliquo eorum probabilibus constiterit documentis, scilicet quod aliquod scelus tam execrabile cõmiserint, nullatenus alia excõmunicationis seu depositionis, vel diffidationis sententia

sequi-

requiratur: sed & beneficia taliū per illos ad quos pertinet collatio libere conferātur, vt in auth. Domini nostri extra de ho. pro humani redemp. generis. Multo ergo magis mediatrices animarū mortem procurātes, & qui etiam mittunt eas, sunt a Deo maledicti, & excommunicati, & demonibus exposīti, & ab Angelis custodientibus diffidati.

Matrimonij diffinctio, & varietas, perfectio, dignitas, institutionis, locus ac tempus, per quam plurimas legum, sacræ, scripturæ auctoritates, egregie & erudite definitur.

Cap. XLIII.

MAtrimoniū spirituale assimilatur carnali, & significatur per ipsum: Est enim matrimonium aliud carnale, aliud spirituale. Carnale quidem matrimoniū fuit Adæ & Euæ in paradīso contractum, & est modo vnum de septem Ecclesiæ Sacramentis, quod venerabile existit; tum ratione auctoris, qui ipsum instituit, scilicet Dei; tum ratione loci in quo institutū, scilicet in paradiso, tum ratione temporis, quia tempore innocentiæ: tum ratione prioritatis, quia prius est tempore, & ideo dici potest, quod potius est iure extra de maio. & obed c. 1. Tum ratione intentionis peccati euitandi, & suscipiendæ prolis, sed nota, quod matrimonium illud Adæ & Euæ fuit
Gene. 1 initiatum. Genes. 1. Immisit Dominus soporem in Adam, &c. sed
Gene. 2 contractum fuit. Genes. 2. vbi ait Adam: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro, &c. Et ratificatum cum ait: Propter hoc relinquet homo patrem, & matrē, &c. Cō
Gene. 4 summatum autem. Genes. 4. vbi Adam cognouit uxorem suā, &c. Sicut nunc matrimonium carnale Christianorum, quod est sacramentum, initiatur per verba de futuro, scilicet per sponsalia. ff. de sponsal. l. 1. 30. q. v. c. nostrates. Contrahitur per verba de præsenti 27. q. 2 § 1. extra de sponsa. c. cum locum. Ratificatur quando per ecclesiam approbatur. 30. q. 5 c 1. & 2. & c. sponsus per totum. extra de clandestina. desponsa c. cum inhibitio. Ideo inter infideles ratum non habetur, quia non habēt sacerdotiū. extra de conuersi. c. translatum Vel secūdum aliquos ratificatur matrimonium in sacramento fidei, scilicet in baptismo, qui est fundamentū omnium sacramentorum. Vnde inter fideles respuitur libellus repudij, qui inter infideles admittitur, vt innuit Aug 28. q 9. § fi. Consummatur autem per carnis copulam, extra de conuersione coniu. c. ex publico ad fi. & c. ex parte. 2. ad fi. per quam vna caro fiunt, & vniuntur inseparabiliter quamdiu vixerit. ita tamen, quod licet in veritate duo sunt corpora, vnum tantum corpus celebretur, extra de conuersio. coniuga. c. ad apostolicam. Matrimonium vero spirituale etiā distinguitur, quia aliud est laudabile, aliud vituperabile. Et laudabile adhuc est multiplex.

Primum inter Deum, & beatam virginem Mariam, vnde & ipsa dicitur sponsa. Cant. 4. Veni de Libano spōsa, &c Et de hoc matrimonio legitur 27. q. 2. § 1. & 2. & § ecce, & sequenti. Istud matrimonium potest dici initiatum. Luc. Missus est Angelus Gabriel ad Mariam, &c. Contractum in eodem. ibi: Inuenisti enim gratiā apud Deum, ecce cōcipies, & paries filium, &c. ratificatum in eodem. Spiritus sanctus superueniet in te, &c. Consummatum in eodem: Ecce ancilla Domini, fiat mihi, &c. Cant.4 Luc.1

Secūdum matrimonium etiam inter diuinam & humanam naturam

turam in vtero virginis Mariæ ineffabiliter contractum, & indissolubiliter selu irreiterabiliter vniens naturas hoc fuit initiatū,
Isa.7 Hier. 31 Isa. Ecce virgo cōcipiet &c. Here. Nouum faciet Dominus super terram, mulier circundabit virum. Et similiter per verba aliorum prophetarum, qui dixerunt aperte filium Dei humanam naturam assumpturum: Hæc enim fuerunt verba de futuro, per quæ (vt dictum est) sponsalia contrahuntur. Contractum autem fuit per verba Gabrielis dicentis.
Luc.1 Luc. Aue gratia plena, Dominus tecum. Et per responsionem Virginis dicentis in eodem: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Nam matrimonium, etiam carnale, per mutuum consensum mediātibus interuncijs, per verba de præsenti contrahi potest ff. de sponsalibus l sufficit, & l in sponsalibus, nihil interest & l finali. Ratificatum autem fuit diuina auctoritate, & voluntate. Tantum enim matrimonium alterius volūtate
Gal.4 & auctoritate ratificari non potuisset. Vnde Gal. 4. Misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Consummatum autem est in incarnatione: Nam
Ioan.1 sine aliqua corruptione Spiritu sancto operante, Verbum caro factum est. Et in hac consummatione tota Trinitas operata est: quia indiuisa sunt opera Trinitatis, extra de summa Trinitate. c. 1. Tertiū matrimonium est Christi, & ecclesiæ, initiatum in Christi natiuitate, contractum in eius prædicatione, ratificatum diuina auctoritate, & in miraculorum operatione, consummatum in
Matt. 4 passione: vel initiatum quando Christus incæpit prædicare, Mathe. Exinde cœpit Iesus prædicare &c. Cōtractum in Eucharistiæ
Mat. 14 institutione, Matth. Manducantibus illis, accepit Iesus panē &c. ratificatum in Spiritus sancti missione. Acto. 2. Factus est repente Act.2 &c. Consummatum in euangelij diuulgatione. Gal. Eijce ancillam, Gal.4 & filium eius.

Quartum matrimonium est Episcopi, & ecclesiæ, initiatum in electione. Heb. Nec quisquam sumit sibi honorem &c. Cōtractum Heb.5 in confirmatione extra de trāsla. c. inter corporalia. Vel cōtrahitur per mutuum consensum eligētiū & electi. extra de elec. c. cum inter canonicos. ratificatur cum ad obedientiam suscipitur. ar. extra de iureiuran. c. ego vel in confirmatione ratificatur. Consummatur autem in cōsecratione, extra de translatio. c. licēt.

Quintum matrimonium est sacerdotis, & ecclesiæ suæ, quod initiatur in eius canonica electione, siue præsentatione, extra de iure patronatus c quod autem. Per assensum autē huic præsentationi præstitum contrahitur. Quādo vero prælatus ipsum admittit, & confirmat, ratificatur: quando cura committit consummatur. ar. extra de inst. c. ex frequentibus. Et de hoc etiam matrimonio legitur. 40 di. c. sicut. c. 21 q. 2. sicut in vnaquaque. Et dicit decretalis, quod sicut Episcopus præest matrici, id est, cathedrali ecclesiæ suę, sic & archipresbyter plebi suę, extra de officio archipresbyter. c. fi. ad fi.

Sextum matrimonium est Dei, & animæ fidelis, initiatū in creatione. 56. dist. nasci. c. cōtractum in baptismo. Ose. Sponsabo te Ose.2 mihi in fide. Ratificatum in sancta operatione: quia per hanc anima firmatur cum Deo. Psalm. Pſa.111 Qui facit hoc, nō commouebitur in æternum, vel ratificatur in Dei dilectione. Cor. Qui adhæret 1.Cor.6 Deo, vnus spiritus fit cum eo. Consumatur in morte, quando

Digitized by Google

ab impio seculo siue mortali sub trahitur. 26. q. 6. c. si presby.

Septimum matrimonium est Dei, & animæ pœnitentis, quod initiatur in contritione per verba de futuro, id est, propositum confitendi. Sed contrahitur in confessione per verba de præsenti, vbi loquitur, & confitens peccatum dicendo, & sacerdos vice Dei absoluendo. Ratificatur impositione pœnitentiæ, & susceptione, & consummatur in plena satisfactione. Est etiam aliud matrimoniũ Dei, & animæ sanctæ, quod initiatur in gratiæ præuentione, contrahitur in præueniẽtis gratiæ susceptione, siue in ascensu liberi arbitrij. Ratificatur in boni operis executione, consummatur in boni operis assuefactione, & continuatione. Ad hec. 11. q. 3. c. extimauit. Matrimoniũ autem vituperabile est diaboli & animæ, quod initiatur in suggestione, quæ delectat. Contrahitur in cõsensu, qui acceptat. Raficatur in opere, quod confirmat. Sed consummatur in peccandi consuetudine in qua est cõsummata malitia, scilicet cõtemptus: Nam peccator cum in profundũ venerit peccatorum, contemnit, vel consummatur in morte. 11. q. 3 c. extimauit. de cons. dist. 4. c. firmissimè.

Homo de condigno, an de cõgruo vitam à Deo mereatur æternam, exemplis & auctoritatibus ostenditur.

Cap. XLIIII.

MEreri vitam æternam licet homo non valeat ex condigno, quia non sunt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriã, quæ reuelabitur in nobis: Deus tamen ex bonitate sua facienti quod in se est, ex congruo tenetur eam dare, vnde vocatur corona iustitiæ. Cuius plura exempla habentur in iure: Nam licet ex gratia sit, quod postulatio admittatur, vt postulato vel postulanti competat actio, vt admittatur ar. ad hoc ff. de adimendis lega. l. rem legatam. ff. de euic. l. ad res donatas. Veruntamen si postulatio fiat in cõcordia, & de digna persona ex debito incumbit superiori ipsam admittere, & si non admiserit, iniuriam facit postulantibus, & postulato. Similiter præsentatus, petere non potest per actionem se institui, quia ius non habet in re: Nam & sine iuris offensa, & sine præsentati iniuria potest præsentator laicus variare, & alium præsentare, vt extra de iure patronatus c. cũ aduocatus, vnde antequam à prælato fuerit approbatum, ratum non est quod a patrono fuerit inchoatum, vt extra de iure patr. c. quod autem consulis. Et tamen offendit prælatus si præsentatum primo, & dignum non instituit. Vnde non admissus, agit contra illum à quo respuitur, vt ei prouideat de beneficio competenti vt extra de iure patro. c. pastor. Sic etiam similiter dicimus, quod dispẽsatio non ex iure, sed ex gratia petitur. Et tamen ad eam concedendam superior tenetur ex causa, vt 50. dist. c. ponderet & c. dono sancto, & c. si quis præsbyter, vel diaconus. Similiter ad eleemosynam pauperi contra diuitem actio non datur, & tamen diues, saltem in casu extremę necessitatis, vel de superfluo, tenetur. Luc. Quod superest, date eleemosynã. Et patronus, (vt dictum est) de gratia admittitur præsentare, vt 16. q. 5. c. si quis episcoporum extra de iure patrona. c. quantum, extra de pœnitentia in c. quibusdam. Et tamen iniuria fit ei si non admittitur, & si præsentatus ab eo non instituatur, vt ff. de aqua quotidi. & æsti. l. 1. §. penult.

Ro. 13

2. Thi. 4

Luc. 6

penult.ff qui satisdare coguntur l.si vero in fine.

Miracula principaliter à Deo, instrumentaliter ab hominibus ortis, peccata remitti, iuris ciuilis exemplo & ratione confirmatur.

Cap. XLVI.

MIracula solus Deus facit, quamuis Sancti miracula dicantur facere, quia non faciũt nisi in virtute eius. Et similiter solus Deus peccata remittit, quãuis sacerdotes absoluẽtes remittere dicantur, secundum illud Ioa. Quorũ remiseritis peccata, &c. Ioa.20

Cuius exemplum est, quia dicitur in iure, quod soli principi licet condere leges; vt C. de legibus, & constitu. l. vlt. Et tamen alibi dicitur, quod senatus legem condere possit, vt. ff. de legi. & senatusc. non ambigitur. Quod est, quia superiores de quibus est, vt possint condere legem, principis auctoritate condere intelligũtur. Sic in Papa dicendum est, vt legati, prælati, capitula, & consilia auctoritate ipsius facere constitutiones intelligantur. Vnde in cõsiliis excepta intelligitur auctoritas domini Papæ, vt extra de elec. significasti. 63. dist. per totum. 1. q. 6. c. dudum peregrina 9. q. 3. c. cuncta.

Culpa non est in Deo aliquem conferendo ſ quempiam in æternam damnationem ire permittit, qui per pœnitentiam ad eum posset redire.

Cap. XLVI.

MIsericordię Dei nõ præiudicat, quod peccatorem finaliter destituat, qui diutius expectans per pœnitentiam redire negligit. Cuius exemplũ est, quoniam secundũ iura, non præiudicat sponsæ quæ sponsum in eadem prouincia degentẽ per biennium expectauit, vel per triennium si erat in alia prouincia. Quia per triennium expectandus est ut ad aliam prouinciã se transferat, vt patet. C. de diuor. & repu. l. liberum, cum per sponsum steterisset si alij nupsit: Tunc enim nihil fraudis, id est, pœnæ est ei, quod nuptias maturãdo vota sua eludi diutius non est passa. C. e. l. 2. Similiter non est fraudi aliquã imputanda diuinæ misericordiæ, si peccatorẽ per triennium, i. per trium ætatũ decursum, scilicet iuuenilis, virilis, & senilis. Vel per biennium, id est, tẽpus vitæ, & mortis expectatum, & non redeuntem finaliter deserit, & in æternam damnationem ire permittit.

Hominem mala dispositione morientem omnia præcedentia bona amittere: donec ipse viuit etiam homini, & post mortem soli Deo subditum esse rationabiliter terminatur.

Cap. XLVII.

MOrientis in mala dispositione seu voluntate, omnia præcedentia bona fiunt irrita, & ã mercede vacua: sicut ciuiliter vltimæ voluntatis dispositio, id est, vltimum testamentum omnia præcedentia euacuat. Nam vltima voluntas seruanda est, vt 3. q. 2. Et est ratione libertas suprẽmi iudicij restringatur, vt. ff. pro socio. l. cum duobus. §. idem R. Nisi enim ita deberet hominibus, sicut, vt vltimæ voluntatis liber sit stylus, vt C. de sacra sanctis Ecclesijs. l. 1. Hoc tamen fallit in testamento inter liberos, quod per secundam dispositionem non tollitur, nisi testator in secundo testamento declaret primum nolle valere, vt C. de testamentis in auth. sed hoc inter liberos.

Item cum quis in primo testamento interdixit sibi licentiam iterum testandi: quia tunc primo tolli non intelligitur

Digitized by Google

nisi in secundo de primo mentio habeatur, vt ff. de leg. 3. l. si quis in principio.

Item mors liberat hominem à seruitute humana: Nam subditur homo homini quamdiu vixit, sed post mortem subditur soli Deo. Et hinc est, quod in officio ecclesiæ, scilicet in principio lectionum, dicitur, Iube Domine benedicere. In fine autē dicitur: Tu autem Domine miserere, &c. vnde in principio petitur benedictio ab homine per nomen diminutum siue syncopatum, quod est Domine, sed in fine petitur misericordia à Deo per nomen perfectum, quod est, Domine: quia scilicet principium signat vitam hominis, & quamdiu quis viuit est sub homine, excepto Papa. 14. dist. c. qui cathedram, & c. sequent. & c. nulla ratione. Et ideo, vt recognoscat se subditum, petit benedictionem propter bonum obedientiæ. Finis vero signat mortem, quando tam non homini subest, sed soli Deo: vel est sensus, vt nos Dominus taliter viuere faciat sub regimine hominis, quod in fine misereatur nostri. Ideo autem vtitur in principio nomine diminuto, in fine vero integro: quia in principio, vt dictum est, quæritur benedictio ab homine, cuius opera imperfecta sunt. C. de veteri iure enuc. lege secunda. §. sed quia diuine. in Auth. de Instrum. cautela, id est. R. in fine coll. 6. & de non alie. re. §. an aut. coll. 2. Sed in fine petimus misericordiam à Deo, qui pater est misericordiarū. 26. q. 6. c. si quis presbyter. Et qui opus imperfectum non cognouit, extra de baptismo c. maiores.

Itē ideo primo petimus ab homine, postea à Deo, vt scias, quod illud, quod homo minus bene facit, Deus supplet, vnde ad ipsum vltimo recurritur tāquam ad vltimum refugium. Psalmus. Domine refugium factus es nobis. Psal. 83

Penitentie conuentionisq; dilatio, & in bonum operando negligentia, quantum Deo displiceat, hominiq; detrimentum afferat, lege & exemplo disputatur.

Cap. XLVIII.

NEgligentia, & dilatio operis, tollit operandi potestatem. Cuius exemplū est secundū iura canonica in electione: quia ad eligendū est concessum tempus trium mensiū, vt c. diso. post quam. 63 dist. c. obeuntibus. Vlterius enim vacare nō debet cathedralis, vel regularis ecclesia, vnde si infra tres menses non fuerit celebrata electio iusto impedimento cessante, ad superiorem proximum deuoluitur potestas promouēdi, extra de electione. c. fides. Et si infra alios tres menses non fuerit petita cōsecratio, episcopus metropoli sui iudicio cedat, quod tempus similiter negligentibus cedit, extra de translationibus. c. inter corporalia. Et idem est de metropolitano respectu suorum superiorum. Similiter secundum Deum, qui negligit ad Deum conuerti tempore ad hoc sibi concesso, quod signatur per tempus triū mensiū, propter tres principales ætates, scilicet augmēti, status, & declinationis, quæ sunt peccatori in hac vita ad pœnitēdum concessa: postea morte intercedēte deuoluitur eius causa ad iudicium Dei, & priuatur facultate pœnitendi, & dignitate cælestis regni, vnde salubriter consulitur peccatori. Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne dif Eccl. 5
feras de die in diem, &c.

Item negligentia eorum quæ homo facere debet, & potest, sicut sunt præcipuè spiritualia, & pertinentia ad salutē, valde periculose

culosa est: vnde, & à Deo punitur sicut secundum iura punitur negligentia prælatorum, quæ aliquando punit pœna leuiori, scilicet excommunicatione duorum mensium, j. quæstione. 1. Aliquando pœna grauiori, scilicet depositionis 21. dist. c. dictum. 89. dist. c. 1. extra de transla. c. inter corporalia. C. de officio præfec. orien. l. c. si quis. ff de cust. & exh. actor. l. carceri, & l. milites, 11. quæstione placuit. Prima ergo pœna locum habet in modica negligẽtia, posterior autem in magna, quæ culpam sapit, & per consequens dolum. ff. de verborum significi. c. latæ culpæ, & l magna. Similiter secundum Deum, aliquando est negligentia magna, quæ est peccatum mortale, & meretur pœnã magnam, non solum amissionis gratiæ, vel gloriæ, sed etiã gehennæ. Et hoc vno modo consideratur ex parte eius, quod per negligentiam prætermittitur, puta si negligatur id quod est de necessitate salutis, siue fit actus, siue circunstantia. Alio modo ex parte causæ, puta si voluntas intantũ sit remissa circa ea quę sunt Dei, vt totaliter à charitate deficiat. Et hoc præcipuè cõtingit, quãdo negligentia sequitur contemptũ. Prouer. Qui negligit viam suam, Pro. 19. mortificabitur. Aliquando vero est negligentia modica, quæ est veniale peccatum, & ideo meretur pœnam leuiorem, puta temporalem. Vnde, quando ex negligentia prætermittitur aliquis actus, vel circunstantia quæ nõ est de necessitate salutis, nec hoc fiat ex contemptu, sed ex aliquo defectu feruoris, qui impeditur interdum per aliquod veniale peccatum: vnde tunc negligentia non est aliquod peccatum mortale, Eccl. 7. sed veniale. Ecclesiastic. De negligentia tua purga te cum paucis.

Obedientia obiectum quale, & quando homini sit parandum, & quando non, plurimus legis vsibus exemplis aperitur, nonnullis de Pontifice ea auctoritate disputatur.

Cap. XLIX.

OBedientia non respicit præcipientis sanctitatem, sed auctoritatem. Vnde in his, quæ pertinent ad administrationem ecclesiasticarum rerum potius fuisset obediendum Papæ, quam Paulo Apostolo: quod patet etiam nunc, vnde Paulus dixit, quod oportet ordinandum sine crimine esse, vt 25. distin. ℣. nunc autem. Et tamen auctoritate pontificum Episcopi dispensare possunt in crimine adulterij, & in minoribus. Et hoc, quia Papa maior est Paulo in administratione. vt 21. di. ℣. j. Nam Papa est loco Petri, vt 24. quæstio. j. c. quoniam verus & si hic vicarius Iesu Christi, vt extra de translato. c. inter corporalia, & extra, vt beneficia ecclesiastica sine di. consc. c. vt nostrum. Petrus autẽ in administratione maior fuit Paulo, vt 2. q 7. c. puto 21. di. c. in nouo. Item obediendum non est alicui cõtra mandatum Dei: vnde si à Papa aliquod mandatum vel rescriptum prodiret, quod esset cõtra dictum Dei, omnino respuendum esset, vt 25. quæst. j. c. sunt quidam, quia nedũ minor in maiorem, sed & par in parem non habet imperium, vt ff. de arbitris l. nam. ff. ad senatusconsultum Trebel. l. aliquo. ℣. tempestiuum. Dicta tamẽ Christi, vel euangelia Papa potest modificare, sicut illud quod Dominus dixit: Quos Deus coniunxit homo non separet: modificatur per summum Pontificem sic. Quos Deus coniunxit consensu animorum, & carnis copula. Alias si primum interueniat, non secundum separantur per religionis

ingressum, vt extra de conuersi. coniuga. c. vetum, & c. ex publico: Non sic si alius coniugū velit in domo propria remanere, vt eo. ti. c. ex parte tua in fi Item obedientia pro communi vtilitate iuncta, nec propter humilitatē neque propter propriam incommoditatē licitè recusatur. Vnde si Prælatus præcipit clerico suo, quod vadat Romam, vel alias pro negotijs ecclesiæ, & ille non vult obedire, dicens, quod alij sunt ibi magis idonei, vel priores eo, hæc inquam excusatio iniusta est: quia ordo in legationibus non seruatur. ff. de legat. l. Sciendum. §. penult. Si autem excusat se, quod non possit relinquere curam rei familiaris, est sine dubio excusatio iusta, si pro vtilitate alicuius personæ priuatæ mitteretur: quia nemo tenetur relinquere propria negotia pro alienis, scilicet priuatis, vt patet. ff. quemadmodum testa aperi. l. Sed & si qui ex senatoribus C. de test. l si quando. §. 2. ff. de arbitris. l. licet. ff de iu. l si longius cum suis si. Sed si mittitur pro communi ecclesiæ vtilitate non est excusatio iusta: quia communis vtilitas præferenda est priuatæ, extra. de postul. prælat. cabonæ, id est. Et plurimorum vtilitas vnius vtilitati præferenda est. 7. quæst. 1. c. scias. In authen. de restit. & ea. quæ par. in 11. mense. §. quamobrem: Nec enim prælatus vtilitatem suam vtilitati ecclesiæ præponere debet, alioquin obligatur. 12. q. 4. c. quicunque. ff de administrat. tuto & curator. l. secundum dignitatē. §. 1. Nec debet clericus ordinatus occasione propriorum negociorum negotia ecclesiæ relinquere; nisi relaxetur licentia impetrata, argumen 7. quæstio. 1. ca. præsentiū & c. placuit, vt veni. & 16 quæst. 1. c. qui vere. Si enim indistincte prædicta admitteretur excusatio; non inueniretur de facili qui munera publica subiret. ff. de vacamune. l. 1. circa principium Obedire ergo tenetur clericus. argu. C. de episcopis, & cleri. l. si quis presbyte. ad fi ibi ex gestis negotijs subaudi, vel gerendis. Nisi possit remanendo gratiam obtinere: Si enim sunt aliqua munera reipublicæ tēporalis quæ excusationē non admittūt, vt ff. de vacatione mu l. sunt munera. multo fortius in munere reipublicæ ecclesiasticæ oportet indistincte & generaliter obtinere, argumē. ff. de iusti. & iure. l. 1. & ff. de reli. & sumptu fu. l. sunt personæ. Dicto tamen esse æquissimum, quod Episcopus qui regere habet omnia, 11. quæst. 1. c. si regenda: clericum releuet, si detrimentum graue sibi viderit imminere, argum. ff. ad l. Rodiam, de iac. l. 1. & l. 2. §. æquissimum, & ff. qui pot. in pig. hab l. interdum, & l. sequenti. Item obedientia iniuncta recusatio aliquando est debita, sicut quando præcipitur aliquid quod sit contra Deum: Nam secundum canones, semper obediendum est, nisi id quod iniūgitur aperte sit contra Deū. 23. quæ. 1 c. quid culpatur. Aliquando vero est licita, puta si id quod præcipitur, non pertinet ad diuini cultus obsequium, vel ecclesiasticam vtilitatem 7. quæst. 1. c. frater, & coepiscopus. Vnde si Episcopus præcipiat alicui clerico suo quod libros suos accommodet nepoti suo, vel ecclesiæ suæ renuncier, vt alij conferat, obedire non tenetur: quia nec ad diuini cultus obsequium pertinet, nec ad ecclesiæ vtilitatem: Nam & si præcipiat, quod repleatur bursa sua, cum ipso non egeat, non tenetur obedire. Ideo dixit Cancellarius Parisien. quod non tenebatur ad

obedien-

Digitized by Google

obedientiam burſalem, ſiue argentinam, neque mulinã, neque equinam, intelligas ſiue cauſa indictam, argumen. extra, de cenſi. c. cum Apoſtolus. 16. quæſt. 1, c. prædicator. Sed ſi epiſcopus præciperet clerico duræ ceruicis, vt libros ſuos commodaret clerico bonæ indolis, vt inſtrueretur in ſtudio theologiæ ad quam ipſum mitteret, vt proficeret, videtur, quod ei ſit obediendum, quia nõ mouet ipſum carnalitas, ſed eccleſiaſtica vtilitas, & communis. a. g. in dicto. c. 7. quæſt. 1. quia frater. extra de magiſtris. c. ſuper ſpecula. Poteſt ergo dici, quod ſi occaſione eccleſiæ, vel de bonis eccleſiaſticis libros acquiſierit, obedire tenetur. Alias contrariũ. extra, de teſtib. requiſiſti, & de iure patronatus. c. cũ dilectus. Aliquãdo vero excuſatio obedientiæ videtur rationabilis, & acceptanda, ſcilicet ſecundum aliquos, quando allegatur damnum proprium. Diſtinguunt enim, quod ſi clericus cui iuncta eſt aliqua obedientia ab epiſcopo, puta quod vadat ad aliquem locum, vel huiuſmodi, allegans priuatam vtilitatẽ, ceſſat de damno vitando, eſt audiẽdus: ſed ſi de lucro captando, audiendus non eſt. Ad quod pertinet. C. de iure deliberan. c. ſancimus. §. ſi vero creditores. C. de codicill. l. fi. §. penul. Nec debet inobedientiæ notam incurrere pro aliquo commodo temporali, extra, de maioritate, & obedientia. c. illud.

Quam intentionem Deum potius quàm opus reſpicere, tum exemplo, tum Diui Gregorij confirmatur auctoritate.

Cap. L.

OPus hominis acceptatur a Deo ſecundum intẽtionem & mentem faciẽtis magis, quam ſecundum illud, quod factum eſt. Cuius exemplum habetur ex cõſuetudine, quæ inducitur cũ populus incipit aliquid obſeruare ea mente, vt de cætero ſit conſuetudo, vel vt dicunt aliqui cum expreſſe placet populo aliquid obſeruari pro conſuetudine in futurum: alias vero non eo ipſo, quod aliquid fit, ius conſuetudinarium inducitur, argum. ff. de tinere actuque priuiti. Ergo intentio conſideratur in facto magis quam ipſum factum, vt conſuetudinem inducat. Sic etiam eſt de noſtris operibus apud Deum, quia Deus (ſicut dicit Gregorius) cor, & non ſubſtantiam penſat, nec cogitat quantum, ſed ex quanto in ſuo officio offeratur.

De humilitate & charitate ab hominibus exigenda, & non ex merito omnia iuſta eſſe illi orationibus petenda, affirmatur.

Cap. LI.

ORãdo poſtulari poteſt a Deo humiliter ex gratia, quod nõ debetur ex iuſtitia: nam ſecundũ iura, poſtulatio eſt gratiæ petitio: vt cum ex gratia petitur aliquem ineligibilem licenter eligi, vel concedi: Hoc enim non tam ex iuſtitia, quam ex gratia mouetur. vt extra, de poſtul. c. bonæ me. il. primo.

Item orantes, vel poſtulantes a Domino miſericordiam, & gratiam, non ſunt digni exaudiri, ſi ſint ad inuicem in diſcordia, vel rancore. Vnde Eccleſiaſti. Homo homini ſeruat irã, & a Deo quæſit medelam? quaſi dicat fruſtra quærit. Cuius exemplum eſt, quia ſecundum iura poſtulatio debet fieri in concordia: Cùm enim per poſtulatum gratia requiratur, concorditer & communiter eſt petenda, vt extra de poſtulatione. c. bonæ memoriæ in prin. Aliter enim Romana Eccleſia non conſueuit recipere. Eccl. 28

Digitized by Google

Velum multiplex esse describitur quibusque virtutibus homo spiritualiter animam ornare teneatur, ostenditur.
Cap. LII.

ORnantur animæ nostræ spiritualiter sicut moniales velantur corporaliter: Est enim multiplex velum, scilicet velum professionis, quod suscipitur à virgine vel corrupta cum profitetur de altari, vel de manu alicuius, sed in duodecimo anno ad minus. 21. quæstio. 1. can. 1. & q. 2. an puella.

Item velū consecrationis, quod imponitur virgini tantum, & 26. anno ad minus. 20. quæst. 1. c. placuit 77 di. c. placuit. Et dicit Hostien. quod vix ipse obtinuit Lugduni, quod in hoc casu in anno vigesimo consecrarer, sed tamen periculum est in mora. Hosti.

Item est velum ordinationis, quod olim dabatur diaconissis in quadragesimo anno 20. q. 1. c. diaconissa.

Item est velū prælationis, quod olim dabatur abbatissis in quadragesimo anno, 20. quæst. 1. c. Innocentius. Addit etiam Hosti. velum quintum, scilicet conuersionis. Et tunc si per annum postea stat exire non potest, & sic potest intelligi, extra de regula. c. vidua, & c. statuimus. In his ergo quinque velis repræsentantur quinque virtutes, quibus debemus spiritualiter ornari: prima est obedientia, quæ competit professionibus: secunda est continentia, quæ potissima est in virginibus: in tertio designatur scientia, siue prudentia, quæ præcipuè competit ordinandis: in quarto velo designatur iustitia, quæ præcipuè competit præsidentibus, siue prælatis: in quinto pœnitentia, per quam ad Deum conuertimur, & ideo incipientibus competit.

Quanta sit filiorum obligatio erga parentes? & quo casu pater filium vendere pignoriue obligare queat, aperitur.
Cap. LIII.

PArentum necessitati nullo modo debet deficere filius, & præcipuè indigentiæ patris: nam secundum leges, pater potest vēdere filium necessitate famis ingruente, vt tamen præcio præstito, vel à filio vendito, vel alio quocunque emptori quandocunque restituto, ad ingenuitatē perueniat, vt C de patribus qui fil. distrax l. 2. Multo fortius potest pignori obligare, quia cui quod maius est conceditur, multo magis & quod minus. ff. de reg iu. l. non debet cuiquam. Sed nūquid seruus efficitur. Sic secundum Azonem. Alij contra, sed tamen seruire debet. argum C. communia de manumissis. l. 1. Et nūquid in alio casu quā necessitatis potest vendi à patre? Non: quia lex generaliter dicit, quod non licet patri filium vendere. C. de patribus qui fil. distrax l. 1. ergo generaliter ei prohibitū intelligitur, nisi casu ei concesso. Sed nūquid mater potest filium vendere? Dicitur, quod non. arg C. de transact. matris: nec lege concessum reperitur, quia nec filium habet in potestate, sicut pater.

Vtrum innata passio aliqua in homine tolli seu leniri possit, terminatur.
Cap. LIIII.

PAssiō innata, vel vitium, nullo conatu, vel vsu totaliter tollitur. Cuius exemplum est in iure naturali, quod nulla consuetudine abrogatur: Nam consuetudo contra ius naturale nullo tēpore conualescit, vt 32. quæstion. 7. c. flagitia. Similiter passio innata, siue vitium ad quod homo ex complexione vel natura inclinatur, licet per contrariam assuetudinem refrenetur, vel mitigetur, tamen

Digitized by Google

Sene. tamen non totaliter extirpatur. Sene. Quod innatum est vel infixum, non tollitur, sed lenitur. Poeta. Naturā expellas furca tamen vsque recurret.

Quanta peccatum mortale damna animæ afferat humanæ, quibusq; modis committatur, augeatur, & cumuletur: atque venialia ipsa delicta haud charitatem, bonisq; operis meritum remouere quæmplurimis exemplis simili lege confirmatis approbatur.

Cap. LV.

PEccati vinculum facilius nectitur, sed non faciliter soluitur. Cuius ratio est, quia peccatū est quid spirituale: spiritualia autem à corporalibus distant, quia corporalia facilius destruuntur quam construantur, vt patet ff. de pecul. l. non stat. ff. de acquiren. poss. l. possideri. §. in amittenda. Spiritualia vero econtrario facilius construuntur quam destruātur: Episcopus enim qui solus ordinat, non solus deponit, quia Episcopus à duodecim Episcopis auditur, presbyter à sex, diaconus à tribus. 15. q. 7. ca. felix præter propriū Episcopum. 2. q. 5 c. presbyter. Subdiaconus autem eodē priuilegio gaudet, extra de seruis non ordinandis c. miram. Sed nec causa illorum audienda est sine præsentia clericorum, id est canonicorum. 15. quæst. 7. c. solus, & duobus c. ibi sequentibus. Sed Episcopus qui a metropolitano eōsecratur. 64. d. stin. c. j. & sequēti, & extra de tempor. ordin. sine auctoritate Romani Pontificis deponi non potest. 3. quæst. 7. c. quamuis liceat, & c ibi sequenti. Ergo similiter vinculum spirituale, scilicet peccatum, facilius est ad nectendum, quam ad dissoluēdum. Isa. Quasi vinculum plaustri peccatum. Isa. 5

Item peccatum vilificat hominem, & deponit eum a tua dignitate. Et hinc est, quod secundum iura, aliquando superior dignitate, vel par punitur ab inferiori, vel æquali, ratione delicti, scilicet, quando facit contra sententiam canonis ab eo editi, & sciēter incidit in factum damnatum. 34. quæstio. 1. c. 1. 2. & 4. arg. 6. distin. ca. 2. vt Ambrosius ratione criminis in sua parochia cōmissi damnauit Imperatorem, quod alias non fecisset: Facit enim ad hoc, quod talis delinquens, & ex certa scientia cōtra canonem veniendo, se facit inferiorē. arg 40. distin. c. multi, ad fin. & sic inferioris imperio tacito se submittit, quod fieri potest. secūda quæstione septima, c nos si incompetenter, vnde iam nō est superior, sed inferior. Sed ista secundum Hostiensem intelligenda sunt de maioribus, vel paribus, extraneis, etiam exemptis, quibus scilicet ille, contra cuius constitutionē vel canonem facit, non subest, puta cum intra eius territoriū existentes scienter contra eius constitutiones delinquūt. Sed in eo superiori, cui Episcopus subest, qui canonem edidit, minime locū habet, puta in metropolitano proprio: Nam sicut sententia, vel canon proferentem non ligat, ita nec proferentis superiorem, extra. de maioritate, & obedientia. c. cum inferior. ff. de arbitris. l. penultima.

Item nota, quod peccata puerorum puerilis ætas non semper excusat: quod patet per exemplū tam humanæ quam diuinæ legis: Nam secundum leges humanas quædam crimina sunt quæ minoribus siue pueris imputantur post 14. annum tantum: Nam in adulterio, vel alio crimine, quod pro adulterio lex Iulia posuit, puta, si pecuniam accepit pro comperto stupro, vel domum præbuit ad stuprum, vel adulterium committendum, districtè punitur mi-

Digitized by Google

not, quia in anno eidem paretur aduersus præcepta legum venienti, cum committitur legem, vt ff. de minoribus. & l. auxilium. §. in delictis, & lege fi ex causa. Hæc enim iura loquuntur de minore maiore 14. annis, quia minor 14. annis prædicta lege Iulia non tenetur. Solet autem in quibuldam malitia anticipare tempus pubertatis, extra de desponsalibus, c. impubes. à nobis, & cap. pubes. Et aliquando tentant quod forsitan complere non possiunt: extra de sponsali. cap. inuenis. & cap. fin. in quo casu ipsos peccare intelligas, si alias mulieres tentauerint quam vxores. Ius tamen præsumit, quod in pueris locum non habent peccata quæ membris genitalibus committuntur, extra de delict. puer. capitulo primo. Alia autem crimina seu delicta, imputantur pueris etiam infra 14. annum, scilicet à septennio vsque ad 14. quia omne delictum cadit in impubertem, præterquam delictum carnis, scilicet quoad pœnam spiritualem, & quo ad pœnitentiam à Sacerdote petendam, ex quo scilicet septem annos excessit, quia talis potest mentiri, & verum dicere. Vnde dicit Augustinus, sic enim habetur in glosa super canonem de consecratio. distinctione 4. capitulo paruuli. Septennis ætatis pueri, & mentiri, & verum loqui, & confiteri, & negare possunt. Et ideo cùm baptizantur, & symbolum reddunt, & ipsi per se ad interrogata respondent. Nã & mendacijs & periurijs plena est ætas puerilis: extra de delictis pue. capitulo primo. Et quãuis iurare non debeant. 22. quæstione 5 ca. pueri, & cap. paruuli, & capitulo honestum, si tamen iurauerit, valet pupilli iuramentum. Potest ergo puer delinquere ff. de libera. causa. l. vltima. Et furtum committere, vt ff. de fur. l. impuberem. Etenim malorum vires infirmitas animi non excusat, vt C. si aduersus delictum, lege 1. Hoc denotat mens verbi positi eodem capitulo primo pueris grandiusculis, non dicit infantibus, nec dicit pueris grandibus, sed grandiusculis, quasi de maioribus septem annorum loquatur: Sic ergo maior septem annis delinquere potest quoad Deum, & spiritualiter puniri.

Puniuntur etiam talium delicta pœna temporali, quia si conuenitur ex delicto suo commisso ex proposito, non parcitur ei, vt C. de pœnis, l. impunitas. 15. quæstio prima. c. illa. 26. quæstione quinta. cap. si quis cuiuslibet. Vbi qui clericum damnasti per Episcopum defendere nulla non excusatur propter ætatem, vel sexum. ff. si aduersus delictum, lege prima. & ff. de damno infecto, l. damni. §. fi pupillus. Et ad Sillanianum senatusconsultum. l. 2. §. impuberes. Non ergo talibus parcitur, nisi quibus miseratio ætatis perduxerit iudicem ad moderationem, siue mitiorem pœnam, vt extra de delict. puer. capitulo primo de consecra. distinctio. 4. capitulo eos. ff. de mino. l. auxilium. §. in delictis. Sic & parcitur senectuti. ff. de terminis amo. l. 2. Ad ideo extra, de apostatis. §. ex literarum. Sed infra ætatem septem annorum dicunt quidam, quod si pupillus prosimus, sit infantia, non tenetur delicto, sicus nec infans, vt C. de iur. delib. l. si infanti, quia illa ætas quicquid videt ignorat. C. de fal. mone. l. j. de com. dis. §. c. cod. ff. de edil. edi. l. cum autem. §. excipitur. Vnde nec periurare potest, quia sciens fallere non videtur. ff. de iure-

iureiur. l. qui iurasse, & §. vltim. ff. de iuris, & facti igno. l. vlt. & de arbitris. l. diem proferre. §. coram, & de acquirend. hære. l. pupil ex quibus causis in pos. ea. Si pupillus proximus sit pubertati, punitur etiam temporaliter. De pœna autem spirituali quantum ad Deum legitur in quarto dialogorum. Greg. quod puer quidã 5. annorum, propter peccatum blasphemiæ à diabolo raptus est. Dicunt tamen quidam, quod puer ille non fuit damnatus, nec mortaliter peccauit. Sed visio illa fuit ostensa ad patrem contristandum, qui peccato illo peccauerat, non corrigens eum. Sed hoc est expresse contra intentionem Gregorij dicentis; quod pater pueri animam filij negligens, non paruum peccatorem gehennæ ignibus nutriuit. Vnde dicendum est, quod in illo malitia supplebat ætatem. Vnde puero si non esset doli capax, etiam septennio non imputaretur peccatum. ff. de regu. iuris. l. pupil. ff. ad l. aqui. l. sed & si quicunque. §. 1. & de dolo, l. hæredib. §. 1. Regulariter tamen dicitur in iure. quod minor septem annis non sentit: & ideo non punitur.

Item peccatum mortale aufert omnia bona gratuita: sicut ciuiliter ex delicto auferũtur omnia bona tẽporalia, vt C. de bon. damna. l. per totum, & c. Et extra de Iudæis & Sarracenis. c. ad liberandam, & extra de hæreticis. c. vrgentis & extra ne clerici, vel monachi. c. relatum.

Item peccatum mortale quantumcunque sit occultum, & inuisibile, tamen impedit & tollit gratiam sicut tollitur rescriptum ex vitio inuisibili, & intelligibili. Et vocatur vitiũ inuisibile, & intelligibile, vt suggestio falsitatis, & suppressio veritatis: Tollitur enim rescriptum, si per suggestionem falsi, vel suppressionem veri fuerit impetratum, & scienter vel ignoranter, sed per talem, qua non interueniente non fuisset obtentum, vt extra de rescriptis. c. super literis.

Item peccatum mortale bino actu mẽtali inducitur; scilicet cogitatione, & morosa delectatione, vel saltem terno, scilicet cogitatione, delectatione, & consensu. Cuius exemplum est sicut secundum iura binus actus inducit consuetudinem, vt 25. q. 2. ca. ita nos. C. de episcopali audien. l. 3. in fine. Et binus actus vel trinus inducit possessionẽ, vel quasi, vt extra de causa poss. & proprie, licet etiam vnico actu acquiratur possessio, vel perdatur, vel quasi, vt C. de seruitu. & aqua. l. cum talis, & extra de constitutio. c. cum oportet, & extra de præbenda c. pro illorum.

Itẽ peccata venialia, quia parua sunt, non tollunt charitatem, nec vitam æternam: nam secundũ iura modica damna tolerantur: vt argu. 12. q. 2. c. terrulas, & ca. si quis, & c. bonæ rei. extra de his quæ fiunt à prælatis sine consensu. c. pastoralis. ff. de in integrum restitutio. l. Scio. Sic & deceptio modica toleratur, vt. ff. de mino. l. in causæ §. idem pomp.

Item veniale peccatum nõ euacuat boni operis meritum, sicut rescriptũ, quamuis sit contra ius priuatæ persone, tamen si leuem & modicam læsionem infert, nõ euacuatur, sed valet: vt si Papa mãdet in suo rescripto, quod nõ admissis dilatorijs exceptionibus procedatur in principali; vel si mandet actionem seu petitionẽ alicuius differri, vel cum indulget cruce signatis non conueniri tempore crucis, vt C. de præcibus impera. offe. l. quæcunque, & l. rescripta.

Pecca-

Peccatores nothi, spurij, maculosi, ac seruis per varios eorum defectus comparatur: quorum status distincte describitur, seruitutis, pariter & peccati origo ac damna aperiuntur, & tandem peccatores (qui etiam diaboli venatores, vocitantur) a retia diuini iudicij, nisi per penitentiam prius satisfaciant, haud liberari demonstratur.

Cap. LVI.

PEccatores assimilantur filijs illegitimis, quorum quidam dicuntur nothi, sicut qui natus est de adulterio, qui videtur verus, & non est verus. Et his assimilantur hypocritæ, vel hæretici, de quibus dicitur: Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimētis ouium, &c. Vel per nothos intellige peccatores publicos, & infames: Dicitur n. nothus à nota, ideſt infamia, quę multum affligit hominem, sicut dicitur nota quartana, quæ multum affligit si sit antiqua: sic & talis merito sperni potest. ff. de re iudic. c. quidam. Et tamen nō est peccatum illius qui nascitur, sed illius qui generat. 56. dist. ca. nasci. Sed quia de graui peccato natus est, fama vigilatur. 32. q. 7. c. quid in omnibus. Quidā vero dicuntur spurij, scilicet de cōcubina nati, qui etiam dicuntur naturales. Et dicuntur spurij à spurcitia incontinentiæ: Licet enim concubinatus per legem antiquā admittebatur. ff. de concubinis. l. in concubinatu, in fine. arg. 34. dist c. 1 & 2. Hodie tamen talis cōcubitus prohibetur etiam per legem, quæ monet omnes castè viuere, & punire lenones castitatis pestiferos vastatores. in Authen. de lenonibus R. i. & ſ. sancimus colla. 3. Et quibus mo. na. fi. le. effi ſ. illud quoque. colla. 6. Etsi etiam hoc lex concederet, cum hoc vertatur in periculū animæ, non dedignaretur sacros canones imitari, extra de secundis nupt. c. fi. Ergo per spurios per spurcitiam incontinentiæ de cōcubina natos, accipe peccatores carnales, & luxuriosos, qui ex cōcubina, id est, secundum carnem nati sunt, & in spurcitijs carnaliū peccatorum involuti. Apostolus. Qui de ancilla secundū carnem natus est. Quidam vero dicuntur manzeres, id est, de scorto nati, & tales signant inconstantes, qui omni tentationi cedunt: Nā mulier fornicatrix omnem virū excipit. Vel per hos intelliguntur cupidi, & auari, quia mulier stat in scorto plus cupiditate lucri, quam delectationis. Et ideo (secundum Philosophum) magis debet dici cupida quam luxuriosa, Vnde tales vocantur meretrices à mercede. Prou. Precium scorti vix vnius est panis. Gal. 4 prou. 6

Item peccator assimilatur seruo: Nam qui facit peccatū seruus est peccati. Et hæc similitudo attenditur quoad tria. Ioan. 8

Primo quoad originem, quia seruitus (secundum iura) non est à natura, immo potius cōtra naturam. Vnde diffinitur à Iuristis, quod seruitus est constitutio iuris gentium, qua quis contra naturam subijcitur domino alieno. Insti. de iure personarum. ſ. seruitus. 50. dist. c. ius gentium. 12 q. 2. c. cum Redemptor: Cū enim iure naturali omnes liberi nascerentur, non erat cognita libertas, cum seruitus esset incognita. Institu. de libertinis, quia de iure naturali omnia communia erant. Sed ius gentium, & regna diuisit, & seruitutem, & obligationē induxit. 8. dist. c. quo iure. Instit. de iure naturali gentium. Ius autem ciuile nomina obligationū & abiectiones induxit. ff. de pactis. l. conuentionū, & l. iure gentium. Insti. de actionibus. Similiter peccatum non est à natura, id est, à iure naturæ, immo potius contra naturam, tanquam eius cor-

corruptela, vnde Augustinus ait. Peccatum nō est à natura, sed vitium naturæ appetentis id, quod non est sui ordinis. Vnde natura fuit creata libera ab omni peccato. Aug.

Et iterū per peccatum subijcitur homo dominio alieno. s. diabolo, vel necessitati peccandi, quia homo in peccato positus, (sicut dicit Christus) non facit quod vult, sed quod diabolus vult. Apostolo. Non quod volo, bonū hoc ago, sed quod nolo, malum. Nec ista necessitas, vel voluntas excusat, quia non est coactionis, nec excludens arbitrij libertatem. Rom 7.

Item ab eisdem hominibus incepit seruitus & peccatū, scilicet à primis parentibus: Non est enim verum dictum quorundam dicentium, quod seruitus accepit initium ab ebrietate Noe, quod probāt per illud. 35. dist. 6. c. die. Non esset hodie seruitus, nisi ebrietas fuisset, quia exponi potest: Nō esset, scilicet, hoc modo inducta, id est, per maledictionē, & propter ebrietatem, seruitus enim fuit ante diluuium, quia Nemroth, qui fuit oppressor, fuit ante diluuium. Possemus autē dicere, quod seruitus fuit ab ebrietate spirituali: Nam primi parentes satis possunt dici fuisse ebrij quando peccauerunt, quia sine mensura fuerunt, nec verum intellectum habuerunt, nec veram electionem, sicut nec ebrius habet. Et si illa ebrietas non fuisset, seruitus subsecuta non fuisset, saltem coactionis, & afflictionis. Vnde post peccatum statim dictum est Eue: Sub viri potestate eris.

Secundo, quoad conditionem, quia conditio seruitutis sequitur vētrē, id est mulierē: Nam si mater est serua, & partus seruus; & si libera aliquo tempore, scilicet dum prægnans erat, ingenuus iudicatur partus. Instit. de ingenuis, in princip. & ff. de statu hominum, & seruorum. l. 11. Similiter seruitus peccati, vel libertas iustitiæ sequitur matrem, id est voluntatem, quæ quasi matèr est in actibus & operibus humanis. Vnde ipsa est (secundum Aug.) qua peccatur, & rectè viuitur. Gene. 3

Posset etiam dici, quod velut mulier serua est caro: velut autem libera est mens, vnde carnis est seruire, mentis vero iubere: vnde Sene. dicit: Errat si quis æstimat seruitutem in totum hominem descendere. Pars eius melior excepta est: corpora obnoxia sunt adscripta dominis. Mens quidem est sui iuris. Hinc est, quod in his quæ pertinent ad interiorem motum voluntatis, homo non tenetur homini obedire, quia igitur caro serua est, mens vero libera, qui secundum carnē viuunt sunt serui, hi vero, qui secundum mentem, sunt liberi. Gal. Qui de ancilla secundum carnem natus. Sen. li. 3 de ben. Gal. 4

Tertio, quoad liberationem, quia quandoque seruus de gratia domini sui fit liber, & sic peccator per diuinā gratiam fit iustus. Sicut ergo quamdiu aliquis in seruitute est positus, est manui & potestate suppositus: sed manumissus à manu & potestate liberatur. Insti. de libertinis. Ita quamdiu aliquis est in peccato manui, & potestati diaboli subiectus est, sed per pœnitentiam ab eo liberatur. Nam (secundum Boetium) erat antiquitus quædā virga prætoris, quæ dicebatur vindicta: qua manu mittendus ter percutiebatur à prætore, dicēte: Aio te liberum. C. si aduersus libertā l. 2. secundum Azonem. Et ex hoc forte processit forma absolutionis canonicæ, quæ cum virgis fit, & verbis, & aliis consuetis, extra de sen. excommu. c. à nobis. 2. Sed adhuc hæc virga pœnitentia est: quasi pœnitens ter percutiatur,

Digitized by Google

tur, scilicet in contritione, confessione, & satisfactione, absolutur à seruitute peccati, & restituetur in gratiæ libertatem.

Item peccans in seipsum non minus puniendus est, quã peccãs in alium, quod patet per exemplum eius, qui sibi ipsi injicit manus volentas, quia talis secundũ iura sic irregularis est, quod non promouetur, & promotus deiicitur. Et assignatur triplex ratio.

Prima, quia præsumitur quod in alijs omnem tyrannidem tute exerceat, qui in seipsam ausus est seuire ff. de hæred. ac. cũ autem. §. accipitur, vnde versus. Qui sibi non parcit, tibi vel mihi quomodo parcet. ff. de bon. eo. qui mor. fi. ante sen. consci. l. 1. §. ante pen.

Secunda ratio est, quia alienum inuadit, & sic furtum facit: Furtũ enim est contrectatio rei alienæ inuito domino. Insti. de ob. quæ quasi ex maleficio nas. §. 1. C. Vnde vi §. fi. Nemo autem dominus videtur membrotũ suorũ. ff. ad legẽ Aquil. l. liber homo. §. 1.

Tertia autem ratio est, quia sui ipsius est homicida, & cõditioni Dei inimicus. 55. dist. c. si quis abscideris. In illo igitur, qui sibi amputat, causa irregularitas est seuitia, siue magnum membrum amputet siue paruum, appareat vel non appareat, nisi causa incisionis iusta fuerit, puta languor: Est enim caro putrida resecanda, 5. q. 3 c. 1. 24. q. 3. c. resecandę. Verum in his, quæ sine sua culpa ab alio, vel casu fortuito mutilãtur, est causa irregularitatis deformitas in membris apparentibus, & debilitas in non apparentibus. Sed quanta debilitas, vel deformitas; vel qualem irregularitatem inducat, superioris iudicio derelinquitur. arg. extra de corpo. vitiatis. c. 1. & 2. & c. pen. & vbi. & extra de clerico ægro. c. 1. Nec est verum, quod dicunt rustici, quod vbi presbyter ab hostibus sectus est, non possit celebrare nisi testiculos siccos & puluerizatos gerat in bursa, quasi tunc intelligatur omnia membra sua habere, siue enim habeat siccos, siue virides, defectus illius membri nec deformitatem, nec debilitatem inducit.

Item peccatores sunt venatores diaboli: Est enim multiplex venatio: Nam quædã est oppressiua, & ista est tyrannorum, alios opprimentium. Genesis. Cœpit Nemroth robustus esse venator coram Domino, id est, oppressor hominum 6. dist. §. his ita. Gen. 10

Secunda adulatoria, est ista histrionum, & similium, quoties placendi causa dicunt bona de aliquo, ipsum falsè commendando. Et hæc adulatorũ venatio est omnibus illicita, & secundũ iura infamiam infert, vt 86. dist. c. sũt nonnulli. & 6. q. 1. c. plurimi. 3. q. 7. § tria.

Tertia est arenatoria, cum quis recepit salarium, & in arena pugnet cum bestijs feris: secus de mansuetis. Item secus si non pugnet pro pecunia, sed vt probitatem suam probet, seu virtutem experiatur. Et hæc etiam secundum iura est omnibus illicita, vt 3. quæstio. 7. § tria. ff de postu. l. j. §. Item senatus, & §. bestias. Et de hac etiam loquitur. 86 dist. c. qui venatoribus, c. & duobus c. sequ §. Goff. Hæc autem venatio moraliter refertur ad auaros, qui propter cupiditatem lucri pugnant, id est, litigãt in arena, id est in auro, quia omne aurum tanquam arena est exigua. Sap. 7

Quarta est occupatiua, & hæc aliquando est saltuosa, quæ in saltu siue nemore fit, canum, auium, & hominum multitudine congregata, quæ licet nõ sit prohibita laicis. ff. de vi. publ. l. 1. & in-

& Insti. de re. diuisi. §. feræ igitur bestiæ. ff. de acquir. re. do l. naturale. & l. Pomp. Clericis tamè omnino est interdicta, vt 86. dist. cap. qui venatoribus. Sed mens dicti decreti etiam de laicis intelligitur, quibus ipso tempore Quadragesimæ, & ieiuniorum hæc venatio prohibetur. Moraliter autem hæc venatio refertur ad persecutores aliorum, qui vel detrahẽdo, quod pertinet ad canes mordaces, vel rapiendo, quod pertinet ad aues rapaces, vel expugnando armis, quod pertinet ad homines feroces, allos persequi & lædere studeut.

Item peccans non absoluitur à reatu diuini iudicij, nisi per pœnitentiam satisfaciat: cuius exemplum est, quia secundum ius ciuile, si ratis tua vi fluminis in agrũ meum delata sit, non aliter cogor dare tibi potestatem extrahendi, nisi de præterito damno mihi caueas, vt ff. e. l. ratis, & ff. de exi. l. tellus. §. si ratis, & de dam. infe. l. prætor ait. §. hoc edictum, & l. hoc amplius. §. Neracius. Tunc autem moraliter adaptando, ratis vi fluminis in agrum deuenit, quando anima vi tentationis per peccati naufragium diuinæ iræ iudicium incurrit; à quo ratis animæ educi nequit, quamdiu per pœnitentiam Deo satisfactum non fuerit.

Item peccans scienter, non est dignus misericordia; sed peccans ignoranter misericordiam in aliquo meretur. Cuius exemplum habetur in eo, qui ordinatus est ab Episcopo excommunicato, quia si scienter quis à tali recipit ordines, indignus est dispensatione, extra de ordi. ab Episcopo, qui renuncia. vel excommunic. caplt. 1. sed si ignoranter, potest cum eo per proprium Episcopum dispensari extra eo. c. 2. dispensabitur autem quoad executionem tantum. Nam excommunicatus licet characterem quem habet transferat, executionem tamen quam non habet, transferre non potest. 1. quæstio. 1. c. gratia, & cap. statuimus. 1. quæst. 7. c. Diabertum.

Tum spiritualis, tum etiam corporalis pœnæ distinctio multiplex hic annotatur: & quæ infligantur à Deo ab hominibus: & puniri soleant, quadque publici vsus varij pœnæ fuerint explicatur.

Cap. LVII.

PVniri debent illi, qui sunt in culpa, vnde Iustiæ dicunt, quod pœna suos debet tenere actores. Sed hoc non intelligitur de omni pœna. Vnde distinguitur ab aliquibus, quod est duplex pœna, scilicet æterna, & temporalis. De æterna ergo dicũt, quod generaliter verũ est, scilicet, quod pœna suos tantũ tenet actores. Ezec. Ezec. 18
Filius non portabit iniquitatem patris. Fallit tamen in originali peccato, quod ad omnes transijt, & ab Adam descẽdit. vnde Apostolus: Per vnum hominem intrauit mors, & per omnes transijt. Rom. 5
Sed quoad pœnas temporales benè punitur interdum vnus pro alio, & sic loquitur, 24. q. 3. c. si habes. 1. q. 4. c. Item pro peccato, &c. 6. q. 1. c. quisquis. 15. q. vltima. cum multæ extra de sponsa. c. nõ est nobis. extra de offi. dele. c. sane.

Alij distinguunt, quod est triplex pœna, scilicet æterna, corporalis, & spiritualis. Æterna pœna nunquam punitur vnus pro alio, vt 1. q. 4. c. 1. & c. iã itaque, nisi sit imitator sceleris, vbi quidem non tam pro alieno, quã pro suo delicto punitur. 1. quæstio. 1. ca. cito turpem extra de renunc. c. vbi cum prudẽ. & sic intellige. 1. q. 3. c. contra Dñs ad Moysen. Corporalis vero pœna duplex est: Quædam enim est circa corpus, & illa sæpe punitur vnus pro

pro alio, vt patet per diuersa iura, 1. q. 4. §. item pro peccato criminum. Quædam vero circa statum, vt seruitus, vel infamia, & illa etiam sæpe punitur vnus pro alio. 6. q. 1. §. verum. 15. q. fin c. cum multæ. extra de fil. presby. c literas, & extra de purga. c. accedens. extra de pœnis. c. ad aures, & c. in quibusdam. Spiritualis vero pœna quadruplex est.

Prima est pœna excommunicationis, & illa nunquam punitur vnus pro alio. 24 q. 3 c. si habes.

Secunda est pœna interdicti loci, & illa frequenter punitur vnus pro alio. extra de spon. c. non est nobis, extra de offi. dele. c. sane, & c. 1. & 6.

Tertia remotio ab oblationibus, & illa similiter punitur vnus pro alio. 17. quæst. 4 c. miror.

Quarta ordinis, & illa punitur vnus pro alio: Nam maritus repellitur ab ordinibus propter delictum vxoris, 34. dist. c. si cuius.

Item si pater emit ecclesiã pro filio ipso ignorante, licet non repellatur ab ordinibus, ecclesiam tamen amittere debet, 1. q. 5. c 7. extra de simonia, c. de regularibus, & duobus c. sequen.

Item punitur quis in eo in quo deliquit. Cuius exemplum est in illis, qui in eadem vocatione eligendo peccauerunt, scienter eligendo indignũ: extra de electio. c. cum in cunctis, & c. innotuit, & c. bonæ memoriæ Magunti. quo casu sunt ipso iure potestate eligendi priuati. Et idem si peccatur in postulando.

Item punitur quis sine culpa, sed non sine causa. Causa autem quare quis iure suo sine culpa sua priuatur, consueuit his versibus denotari. Paupertas, odium, vitium, fauor, scelus, ordo: Personas spoliant, & loca iure suo. Qui versus sic exponuntur: Paupertas propter quã vniuntur duæ ecclesiæ, & vna amittũr dignitatẽ suam, 15. q. 1. c. & temporis qualitas. Odium, scilicet ciuium interficientium suum Episcopum, 35. q 2. c. nos, & extra de pœn. c. ad aures, & c. in quibusdam. Vnde si occiderunt ciues duos episcopos proprios successiuè, vel fortè ex alia causa simili sibi ita enormi, perdit ipsa ecclesia episcopum. Vitium, scilicet lepræ, extra de clerico ægroto, vel debilitato, c. tua nos: Vnde propter vitium lepræ remouetur Episcopus ab administratione Ecclesiæ. Fauor, scilicet Constantinopolis ciuitatis, 22. di. c. renouantes: Fuit enim datus Constantinopoli ciuitati primus locus præter Romanum, & amisit eum Alexandrina. Scelus, 27. q. 5. c. multorum. Vnde propter scelus patris vel domini spoliatur tota familia cõmunione. Vnde aliquando remouetur ac deponitur familia ab oblationibus altaris pro peccato domini, & clericus, vt supra dictum est, à beneficio ob simoniam à patre commissam. Ordo propter cuius fauorem dominus seruum suum amittit. 54. distin. cap. frequens generalis. Et accedit. ff. de oper. libertorum. l. interdum, vbi ratione dignitatis superuenientis amittit quis operas quas habuit in liberta: quia indignum est, vt liberta seruiat, ex quo tantam adepta est libertatem. Eodem etiã modo priuatur aliquis etiam secundum iudiciũ diuinum sine culpa, sed non sine causa, sicut Tobias priuatus est visu, & Iob filijs, vt per patientiã probarentur, ad aliorum exemplum. Vnde dicitur, quod hanc tentationem permisit Dominus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob. Sicut etiam cæcus natus priuatus est visu nõ ex culpa, quia neque peccauit, neque parentes

Tob.

Ioan. 9. parentes eius, vt cæcus nasceretur: sed tamen non sine causa, scilicet pro gloria Dei.

Item puniendi sunt peccatores manifesti, non solum à Deo, sed etiam ab hominibus: quod patet per exemplum in vsurarijs manifestis, qui præter pœnam æternam, quâ merentur apud Deum, secundum canones triplici pœna puniuntur: Nam vsurarij manifesti, nec ad communionem altaris admittuntur, nec Christianâ, si in hoc peccato decesserint, accipiunt sepulturam, sed nec viuorũ oblationes recipi debent: quod si quis clericus cõtrauenerit, quod accipit reddere cogitur, & donec ad arbitrium Episcopi sui satisfecerit ab officij sui manet executione suspensus. Vocantur autem vsurarij manifesti, secundum Hostien. notorij, vel ex euidentia facti: quia vsurarius mensam tenet paratã ad pecuniam mutuandam cuilibet sub vsuris, sicut meretrix in prostibulo. patet arg. extra, de cohabi. cler. c. tua & c. fi. Et in hoc casu ipso iure pœnam patitur canonis præmissam. Vel manifesti intelliguntur notorij iuris, pura quia sunt per Episcopum in ecclesia publicati, secus si adhuc ab ecclesia tolerentur, vt extra de cohabi. cle. & muli. c. nostra: Nam si manifesti sunt per famam tantum, non tamẽ notorij, non patiuntur hanc pœnam ipso iure, sufficit autem ad publicationem faciendam, quod vocati confiteantur, vel negantes per testes conuincantur. vt de cohabitatio. cleri. c. tua. Sufficiunt autem & certa argumẽta, vt extra de vsur. c. cum tu 21. dist. c. si qui sunt.

Item punitur vnus pro malitia alterius, inquantum de ipsa malitia participat, sicut hæres vsurarij tenetur restituere pro eo in quantum patiuntur vires hæreditatis percepta: extra de appel. c. qua fronte, & de raptoribus. c. in literis. Vnde & si alter hæredum factus sit non soluendo, tenetur alius in solidum, saltem quantum ad ipsum de hæreditate peruenit: Nam & res hæreditaria obligata videtur, extra de vsur. c. cum tu.

Item nota, quòd quædam pœnæ sunt priuatiuæ, quæ vocantur pœnæ damni. Exemplum cuius in iure de excõmunicatione, qua priuatur homo potestate eligendi, quia excommunicatus eligere non potest. extra de constitu. quod intelligitur de excommunicatione maiori, vt extra de clerico excommunicato, & inter. cap. penul.

Item de suspensione, quia etiam suspensi eligere non possunt. extra de consuetudine. c. cum dilectus. extra de donatio. c. apostolico: suspensi etiam celebrando irregularitatem incurrunt, extra de clerico excommunicato. c. apostolicæ. secus de excommunicatis minori excommunicatione.

Item interdictum est pœna quæ priuat potestate eligendi, quia nec interdicti possunt eligere, extra de electione. c. cum inter 12. seniores.

Vera pœnitentia fructus & vilitas quanta sit, & quot modis de culpa ad gratiam hominẽ transferat, & multiplex apponitur translatio: confessionis, pœnitentia Sacerdotum arbitrio quomodo fit relinquẽda, declaratur. Cap. LXVII.

PŒnitentia sequens peccata præcedentia destruit, sicut & peccatum sequens destruit præcedentia merita Ezech. Si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes quas operari solet impius, nunquid viuet? omnes iustitiæ quas fecerat non Ezec. 18.

Digitized by Google

Item continuatio pœnitẽtiæ, & bonæ vitæ sequentis, abolet culpam & infamiam malæ vitæ præcedentis: sicut consuetudo posterior tollit priorem. extra de cogna. spiritu. cap. 1. Et hoc verum est si in eodem municipio diuersæ consuetudines diuersis temporibus oriuntur: Nam si diuersis, secus, vt 12. dist. cap. scit sancta: Hæc enim diuersæ aliquorũ consuetudines, aliorum debent contrario more subuerti, vt 12. dist. c. illud.

Papa suprema potestas circa spiritualia & temporalia duobus in gladijs designata describitur: qua pariter in vsu pallij designari declaratur. Cap. LX.

POtestas non solùm spiritualis, sed etiam temporalis est apud Papam: Nam Papa vtrunq; gladiũ habet. 22. di. c. 1. 63. di. c. tibi domino. Vnde & reges deponit. 15. q. 6. c. alius, & c. nos sanctorum, & c. iuratorum. 1. q. 4. c. quia præsulatus. 96. dist. c. duo sunt. Et non solum regem constituit, imo transfert. extra de elect. c. venerabilem, immo etiam Imperatorem electum Papa habet approbare, electionem confirmare, vel infirmare, & ipsum confirmatum etiam consecrare. Et hæc omnia probantur in prædicta decreatali venerabilem. Ipse etiam Papa Imperatorem deponere potest: Si enim Zacharias Papa Regem Francorum, qui à Romano Pontifice coronã non recipit, nec per eum examinatur, nec conprobatur ab eo, vel reprobatur, non eam pro suis iniquitatibus, quàm pro eo quòd tantæ potestati erat inutilis, à regno deposuit, & alium loco eius instituit 15. q. 6. c. alius: multo fortius Imperatore, qui specialius quodammodo subest ei, poterit remouere. 99. dis. e. duo sunt. & c. si Imperator.

Item potestatis, vel officij plenitudo in maioribus prælatis repræsentatur, & designatur in vsu pallij: Nam in Papa pallium designat plenitudinẽ potestatis plenissimam. extra de au. & vsu pallij. c. ad honorẽ, & extra de elect. c. illa quotidiana. In Patriarchis verò plenissimam officij designat potestatem, arg. extra de priuile. c. antiqua. In Archiepiscopis pleniorem officij potestatem. extra de auct. & vsu pallij. c. nisi. & c. ad honorem. In Episcopis verò plenam officij potestatem, quibus quandoque conceditur, scilicet aliquibus, vt Papien. ac Cumen. & Messano, & Ostien. Quibus ex longa consuetudine, & ecclesiarum suarum priuil. debetur, quæ seruanda sunt, extra de officio ordina. c. duo simul. 25. q. 2. c. 1, 2. & 3.

Prælatorum in subditos potestas ac regimen in virga correctionis doctrinaque prædicationis perfici, ac quemadmodum corrigere prædicare, & debeant, aperitur. Cap. LXI.

PRælatorũ regimen præcipuè in duobus consistit, scilicet in virga correctionis, & doctrina prædicationis: Nam latratu canũ lupi arcendi sunt, baculoque pastorum 45. dist. §. 1. Sed in virga disciplinæ attendere debet, vt corrigat beneuolenter, scilicet non ex odio sed ex charitate, quia falsa iustitia dedignationem habet, vera compassionem.

Item, vt corrigat prudenter, scilicet vt cũ discretione corripiantur tumidi, tolerentur infirmi, & quos castigare fouerius necesse est, non seuientis plectantur animo, sed medentis, vt 86. dist. c. 2.

Item cõgruenter, s. vt rigor iustitiæ vbi congruit remittatur, & vbi,

Digitized by Google

& vbi expedit intendatur. Est autem remittendus siue temperãdus ex duobus.

Primò, ex multitudine peccantium 1.q.7.c. quotiens. extra de transf. c. fina. Vnde versus cõmunis: Ob populũ multũ crimẽ pertansit inultum. Quando autem est multitudo in causa, tunc prælatus incipere debet à spiritualibus proximis, vt eorũ exemplo frangatur cætera multitudo. 54.di.c. commessationes.

Item puniendi sunt maiores de vniuersitate, qui alios trahunt ad peccatum, extra de cler. excom.c. latores.

Secũdo tẽperatur rigor ex qualitate peccantiũ, quia deferendum est personæ, & dignitati, extra de offi. deleg. c. sane, c. quia, & c. past. & extra de mai. & obe.c. per tuas. 45.di.c. cum beatus. 50. di. contumaces. 2.q.7.c. quisquis. 24. q.1.c. qui cõtra pacẽ. ff. de pœnis. l. vt seruorũ, ita tamen, quod non deferatur iustitia vitæ, quia secũdum Aug. siue plectendo, siue ignoscendo, hoc solum bene agitur, vt vita hominũ corrigatur. 22. q. e. prodest. Est etiam interdũ rigor augendus ex duobus. Primũ, cum peccatum ex auctoritate defenditur, de pœniten. di. 6.c.1. in fi. Itẽ secundo, cũ vsitatum est malũ, & multis grassantibus opus est exẽplo 1.q. 1.c. reperiũtur. ff. de pœnis. l. aut facta. §. vlti. Et nota, q. si superiori modum excedit, nimis corrigendo, & si peccet 14.q.4.c. quo peccat, in fi. nõ tamẽ cogitur à subditis veniã postulare, ne dum nimiũ seruatur humilitas, regendi frãgatur auctoritas. 86 di.c. quãdo: Sæpe enim ex conuersatione æquali contẽptus nascitur dignitatis. ff. de off. c. præsidis. obseruandum: Debet enim prælatus ex ingenio suo dignitatem augere, ne contemptibilis habeatur. ff. de offi. proconf. l. nec quicquam. §. circa. 50.di. c.1. extra de accu. c. qualiter, & quando. Secundo pertinet ad regimen prælati doctrina prædicationis. Vbi primò necessaria est charitas intus ardẽs. Cor. Si linguis hominum loquar, & 1.Cor.13 Angelorum, charitatem autẽ non habeam, factus sum velut æs sonans. Secũdo vita exterius lucẽs. Gre. Cuius vita despicitur, restat, vt eius prædicatio contemnatur. 3.q.7.§. porrò in fi. Ambr. Iudicet ille de alterius errore, qui non habet in se quod condemnet, vt e. q.c. incidet. Grego. In grauibus peccatis quis positus, dum suis præmitur aliena non diuit, vt e. q.c. in grauibus. Chrysd. Male viuendo, & bene docendo, Deũ instruis qualiter te debeat cõdemnare. 40. di.c. multi. Talis, secundum Hieronymum, assimilatur cineri, per quem lixiuium transiens lauat, & non lauatur. 83. dist. §. vlt. Et secundum Augustinum assimilatur lapideo canali, per quem aqua doctrinæ transit ad vrceolos, id est, ad subditorũ corda, in quibus alijs fructum facit j.q.1.c. si fuerit. Et secundum Nicolaum Papam, assimilatur faci ardenti, quæ seipsam consumens, alijs lucẽ ministrat 15. vlti. e. vlti.

Auguſt.

Tertiò, necessarius est actus prædicationis discrete docens: circa quam quatuor cõsiderabis. Tempus, vt non loquatur semper, sed temporibus oportunis: si enim semper plueret, terra non germinaret. Vnde Leui. Vir qui fluxum seminis, scilicet spiritualis, id est, Le ui. 15 verba Dei, patitur, immũdus erit. Ideo Paulus dicturus importune, præmisit oportunè. 42. dist. c. sit rector in fine.

Aug. in Regr

Item considerandus est locus, vt scilicet in ecclesia, vel alio loco publico, vel honesto, non in priuatis domibus, ne suspitio sit de hæresi. 30. dist. c. si quis.

Item modus, scilicet, vt inducia-

Digitized by Google

Rationis virtus, quæ participatio luminis diuini interdum vocatur, quantum cæteras animæ virtutes excellat, ostenditur.

Cap. LXIII.

RAtio, cum sit virtus eminẽtior in homine, debet regere totam animam, & omnes partes eius: sicut dicunt iura, quòd quælibet ecclesia episcoparus regenda est iuxta dispositionem & ordinationem Episcop. 10. q.1.c. decretum & c. regenda: Nã Episcopus est maior omnibus, sicut Christi vicarius 33. q.v.c. mulierem. Vnde inobediens ei, morte, scilicet excommunicationis, occidetur, extra de maio. & obed. c. 1. & 2. quia omnes sub eo sunt, vt e. ti.c. omnes. Similiter, quia ratio (secundum Phi.) est supremũ
Arist. Psalm. 6. in homine, gerens similitudinem Dei. Psalm. Signatũ est super nos, &c: Est enim lumẽ rationis, quædam participatio diuini luminis, idcirco debet esse super nos, id est, principari & dominari in nobis, ita vt omnes partes hominis, & actus, secundũ eius dispositionem & ordinationem regulentur. Et si caro, vel aliquod membrum illius ei non obediant, occidenda sunt mortificatione pœnitentiæ, Vnde
Rom. 18. Apostolus: Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

Quæ, & quando Religiosis corporis recreatio conueniat, pluribus legũ auctoritatibus comprobatur.

Cap. LXIIII.

REcreatio quieta, & modesta cuilibet licet pro tempore, sed dissoluta, & inquieta, non competit viris spiritualibus: Hinc est enim (secundum iura,) quòd clericis non prohibetur piscatio: licet enim clericis non solum causa necessitatis, vel vtilitatis, sed etiam causa recreationis cum retibus piscari, dummodo tamen cum silentio & modestia fiat: Nam & monacho licèt retia texere pro piscibus capiendis. de conse. di.v.c. nunquã: Prohibetur tamen clericis venatio. vt 86. di.c. qui venatoribus. Ideo ergo piscatio conceditur, & venatio prohibetur, quia venatio fit cum inquietudine, & clamore: piscatio vero cum quiete. Et quia maior delectatio & dissolutio est in venatione, quàm in piscatione: venator enim currit per deuia, sicut diabolus cum ducit animam captiuam: verum est tamen, quòd licèt clericis prohibeatur saltuosa venatio, & clamosa, tamen quieta & recreatiua conceditur, scilicet quando fit non causa voluptatis, sed recreationis, ad excitandum forsitan appetitum, vel calorem naturalem. ar. extra de homicidio c. dilectus filius. a. capellanus, & extra de iureiurando. c. & si Christus de conse. di. v.c. sint tibi ieiunia. 1. & 2. licèt secundum quosdã Episcopo sit omnino interdicta, Sic intelligunt, 34. di.c.j. Ostien. autẽ dicit, quòd venatio est omnibus interdicta, si fiat eo tempore quo debẽt homines in ecclesia esse, vel orare, siue sint clerici, siue laici. 86. di. c. amputatis. de conse. di. 3.c. irreligiosum, & di. v. ieiunium. Quia venatorem scilicet in venatione mortuum neminem legimus sanctum. 86. dist. c. qui venatoribus. Et non solum in diebus ieiuniorum est illicita, sed etiam in festis, quibus homines debent venire ad ecclesiam, nisi forte necessitate famis ingruente. Et idem est, si apti venirent, & vastaret segetes, vel vineas clericorum, vel monachorũ. Alijs autem diebus licita est laicis, pro carnibus & pellibus habendis, alias non. secundum Raimũn, & Goffredum, qui & de ipsa venatione

Ostien.

matione decimas dare iubentur. 16.q.1. quicúque. & extra de decimis non est in potestate. Clericis autem est illicita, si nimis apponant mentem in venatione, ita quod celestia in spiritualibus vel temporalibus exinde detrimetum patiatur, vel aliquod onus inde habeat. extra de cler. vena c.1. & v. Necessitate ergo ecclesiæ exigente, licita est venatio clericis, & monachis. Et similiter causa vtilitatis, & recreationis aliquotiens possunt venari, siue sint Episcopi siue alij, dummodo venatio sit quieta, & non proficiscantur cũ canibus & auibus quando debent visitare & prædicare.

Furti exẽplo, eiusdemq; auctoritate, quando damnum alicui illatum, & quibus casibus possit absque culpa remitti, docetur.

LXV.

REmitti non potest damnum alicui illatum sine consensu illius, nisi propter necessitatem pacis, vel alicuius consimilis vtilitatis cõmunis. Vnde pone quod bellum fuerit inter duos milites, vel ptincipes, & hinc inde iniuriæ multæ, & damna sint illata, postea facta est pax inter ipsos, & dãna hincinde data remissa sunt, nunquid ista remissio extenditur ad homines, & valitores vtriusque? Non videtur, nisi de cõsensu eorundem sit facta. arg. C. de transacti. l. 1. & l. transactionis placitum, & l. præses. & l. ver. pe. a. te. extra de mai. & obed. c. fi. ff. de transact. lege. 3. & l. qui cum toto. & lege nulli. ff. de pact. l. simus. §. pact. l. vbi. & l. in summa. & l. si cõuenerit. Vel nisi forte aliter non possit haberi pax, vbi quidem vtiliter partis geritur negotium vtiusque. Et sic potest intelligi. ff. de pact. l. conuentionum. Aliter quomodo possum remittere ius hominis mei, cum nec possem ab eodem tantundem extorquere sine rapina.

Quemadmodum restitutio fit agenda vt missa existat, quasi conditiones habere debeas, aperitur.

Cap. LXVI.

REstitutio præsupponit tria, scilicet damnum, factum, & peccatum.

Primo enim non videtur cadere restitutio, nisi damnum datum sit. Vnde secundũ legem ciuilem, si oliuam meam maturam decerpsisti, vel secuisti, vel seruũ meum puerum castrasti, & preciosiorem fecisti, & expensas quas in prædictis fecisti, donasti, id est, fingis donasse, tu mihi ad restitutionem non teneris, quia non intulisti damnum: sed si aliquod horum interemisti, vel surripuisti, furti teneris, & pro seruo castrato iniuriarum erit agendum, vt ex edicto edi. aut ex l. 12. tabularum in quadruplum. Si autem oliuam, vel messem immaturã collegisti, damnum intulisti: & ideo locum habet actio de dãno dato, & per consequens restitutionis obligatio. ff. ad legem Aquilia. l. si seruus seruum. §. rupisse, &c. §. si oliuam, & l. fere. ff. de edi. edicto. l. ediles. §. sed etenim.

Secundo præsupponit restitutio quod factum hominis interuenit, & intelligo factum commissum, vel omissum. Vnde secũdum iura, cùm sine facto hominis ex corruptione ipsius rei damnum prouenit, non tenetur. Et ideo secundum Iuristas, si vsufructuarius riuos patiatur corrumpi, vel vites non succiderit, non tenetur. l. Aquil. ff. de vsufr. c. si cuius. §. denique. Porrò si propter negligentiam hominis, ignis non ex ipsis rebus, sed extrinsecus proueniat Aquil. agitur, vt l. 3. §.

Digitized by Google

si fornicarius, & extra de danda. c. si egressus. Sicut cum neglitia plaustrali lapides ceciderunt, & damnum dederunt. ff. ad l. Aquil. l. si struus. §. si ex plaustro.

Tertio restitutio præsupponit culpam interuenisse, alias secundum iura cessat actio de damno dato. Et ideo neque furiosus, neque infans doli carens, tali actione tenetur, secus, si sit doli capax. ff. ad legem Aquil. l. 5. §. iniuriā. extra. de delic. pub. capit. j.

Omnia sacramenta noua legis institutionem à Christo habuisse: eorūq; irreuerentia quantum periculosa existat, aperte monstratur.

Cap. LXVII.

SAcramenta à Christo instituta, partim habētur ex scriptura Euāgelica, sicut baptismus, Eucharistia, & quædam alia, partim verò ex traditione Apostolorum sine scriptura, sicut confirmatio, ordo, & huiusmodi. Sicut etiam ius humanum constat ex scripto, & nō scriptor sed quod in scriptis relictum est, vocatur lex, siue constitutio: Quod autem in scriptis non est, vocatur consuetudo, vt j. dist. §. cū itaque: Consuetudo enim est ius quoddā, moribus, id est, assiduis actibus hominum institutū, quod pro lege scribitur cum deficit lex, vt 1. di. consuetudo. Aliàs etiam dicitur: Constat ius nostrum ex scripto, & non scripto, vt Insti. de iure natura. gen. & ciu. §. constat.

Item sacramentorū iniuria, vel irreuerentia, est, valde periculosa: & hoc patet per exemplū in baptismo, cuius iteratio, quia esset iniuria sacramenti, de consec. dist. 2 §. si. magna pœna punitur: Nam pœna iterantis baptismum, secundum l. est vltimum supplicii. C. ne sanctum baptisma rei. l. 2. Sed ei qui sanctū baptisma geminat, pœna depositionis imponitur, tāquam indigno sacerdotio. C. eo titu. l. j. Illi autem qui sponte, vel conditionaliter co promoueri non possunt. Et idem intellige si ignoranter, & postea cum scierunt rarum habuerunt. Item si ab hæreticis scienter. 50. dis. confirmandum 1. quæst. 1 c. ventum. in fin. & q. 7. c. Qui in qualibet, &c. conuenientibus. In habitu tamen clericali debent isti viuere, & sic retinebunt priuilegium clericale 81. dist. c. dictum de conse. dist. 5. ca. dictum est. Qui autem ignoranter sunt baptizati, sicut frequēter fit de infantibus, vel coacti absolutè, possunt promoueri, secundum quosdam de iure: secundum alios, quod tutius est, de dispensatione Episcopi. 1. quæstione quarta, c. placuit, de vtriusque habetur de conse. d. 4. c. qui bis. vbi dicitur, quod si ignoranter sit aliquis baptizatus, non indiget pœnitentia, sed tamen est irregularis, & promoueri nō potest, sed illud dictum fuit olim in odium rebaptizantium, & de rigore magno, vel loquitur de ignorātia in ris quæ nō excusat in talibus, & quod dictum est de rebaptizato, idem & de reconfirmato. argumen. 68. distinctione. ca. 1. de conse dist. v. c. dictum.

Virginis salutatio, quomodo naturā humanā prius per Ada peccatū maledictam rebenedixerit, vnico comprobatur Pontificis exemplo.

Cap. LXVIII.

SAlutatio beatę Virginis cōtinet benedictionē, cùm dicitur: Benedicta tu in mulieribus. Quia per eam humana natura, quæ prius maledicta & excōmunicata fuerat, rebenedicta, & absoluta, siue reconciliata fuit: Nam hæc ei salutatio à Deo missa est. Dicunt enim iura, quod si Papa ex

ex certa scientia aliquem excommunicatum salutauerit, vel eidē aliàs participauerit, quod ille absoluitur ab excommunicatione, quia eo ipso præsumitur, quòd velit ipsum absoluere, argu. extra de priui. c. cùm olim essemus. extra. de sent. excommu. c. si aliquādo. 63 dist. c. cum Adrianus. de conse. dist. 2. c. pacē. Nec obstat, quod formam absolutionis non seruat, quare videtur contradicere extra de senten. excommuni. c. cum desideres & c. à nobis, quia dici poterit; quòd princeps sola volūtate manumittit ff. de manumiss. ap. eum. Multo ergo magis absoluit salutatio Dei.

Quo pacto pecunia, vel alterius rei restituenda sit à nobis agendū, breuiter erudimur.

Cap. LXIX.

SAtisfactio debetur ei qui læsus est, vel alteri qui sit loco eius. Vnde vsura restituenda est ei à quo extorta est, vel hæredi eius: & si talis non inueniatur, est pauperibus erogāda, vt extra. de vsu. c. cum tu. & ar. extra de homi. c. Sicut. & 14. quæstio. v. c. 1. Quod si debitor, vel hæres eius absens est, dicunt quidam, quod vsurarius adhuc debet ei mittere, sed sumptibus debitoris absentis, argu. ff. de oper. libertorum. l. opere. Quod verum est, quando is à quo extortæ sunt vsuræ, vel hæres eius, alibi se transtulerunt. Sed si vsurarius qui est malæ fidei alibi se transferat, quàm vbi vsuras exercuit, tunc propriis sumptibus tenetur mittere. Sicut apertè probantur hæc ff. de rei vend. c. 1. si res, & l. Si verò & sequen. & de leg. 1. l. cū res. §. 1. & de edendo. l. prætor ait. §. vlti. & l. sequen. Item hoc quod dictum est, quod vsurarius debet mittere absenti, verum est si vsurarius non uit vbi debitor habitat: aliàs non tenetur vagari. argum. ff. de oper. libertorum, l. quòd nisi fiat. §. 1. Item si summa expensarum itineris excedit summā vsuræ, pauperibus erogetur, secunda quæstione septima. c. anteriorū. extra de Iudæis. c cum sit. Sed cū de eius proximo aduentu speretur, tunc pecunia deponetur, & consignabitur. C. de vsuris, l. acceptum.

Regula apponitur generalis, qua plurima quidem sacræ scripturæ loca intelligere, dubiaque nonnulla soluere, facillimè admonemur.

Cap. LXX.

SCripturæ sacræ verba in quibus fiunt generales permissiones, vel concessiones alicuius gratiæ vel potestatis, semper intelligenda sunt suppositā quadam conditione, & si illa nō exprimatur. Sic igitur quæcunque orantes petieritis, credite quia accipietis, & fiet vobis, subintelligēdum est, si digné petieritis, vnde Iac. Petitis, & non accipitis, eo quod malè petatis, & illud Mat. Quodcunque solueris super terram, & in cælis, intelligitur, si solueris claue non errante. Vnde dicit Orige. quòd multos sacerdotes excludūt, quos tamē Deus retinet, & econuerso etiam est de aliis consimilibus. Cuius exemplum est. Quia in rescriptis quædā conditiones intelliguntur, & sine expressione aliqua sunt obseruādæ, vt illa: Si preces veritate nitantur, extra de rescriptis. c. ex parte. Si quis idoneus, vel si qua idonea fuerit. extra de cle. c. causam. ff de muner. & hon. l. vt gradatim in fine primi rescripti. Item cū quis natalibus restituitur, subintelligitur cōditio hæc. Si is qui restituitur ex ingenua natus sit: Nam si ex ancilla, per talē restitutionem nil agitur, vt ff. de nata. rest.

Orig. Matt. 11. Iac. 4. Matt. 28.

Digitized by Google

rett. l. j. Item in concessione viæ tacitè intelligitur hæc conditio, vt is qui conceditur, ciuiliter vtatur, vt ff. de seruit. l. sicut. Item in generali mandato patris quærendi sponsum filiæ suæ hic subintelligitur, vt persona sponsi patri ostendatur, nec prius nuptiæ fiant, vt ff. de ritu nuptiarum. l. generali. Item scripturæ sacræ verba quę videntur inuicē cōtraria, concordanetur per aliā scripturam, vel per distinctionem temporum, vel alio modo. Sicut id, quod dixit Christus de Ioan. Baptista. Ipse est Helias. & id quod dicit Ioan. Non sum Helias, concordat Gregorius per illud Lucæ, quod dixit Angelus Zachariæ de ipso Ioan. Ipse præcedet ante ipsum in spiritu & virtute Heliæ: Ex quo colligitur, quod Ioan. non fuit Helias quo ad personam, sed quo ad similitudinem, primò officij, quia præcedet ante ipsum in primo aduentu, sicut Helias. Secundò quo ad similitudinē zeli, & ideo subiunxit: In spiritu, scilicet zeli, tertio modo viuēdi, vnde addit, & virtute, scilicet tēperatiæ vel pœnitentiæ. Sic etiam in legibus iura iuribus ad concordiā reducuntur, vt C. de in inofficioso testamento l. vna. Similiter consuetudo puri priuilegij cōtraria, reducitur ad cōcordiam per interpretationē. extra de consuetud. c. cum delictus.

Item scriptura sacra nō semper sequitur ordinem temporis, quia quandoque, quod est posterius tempore, ponitur prius, secundum ordinem scripturæ. Sicut Matth. 2. in Genialogia Christi Dauid præmittitur Abrahæ: cùm tamen fuerit posterior tempore, & Mat. 4. primò ponitur Christus fuisse assumptus à diabolo in sanctam ciuitatem, & postea in montem excelsum, cùm tamen istud fuerit post illud, nam vltima tentatio fuit in templo, vt patet Luc. 4.

Matth. 1.

Matth. 4.

Luc. 4.

Sicut etiam fit in legibus, & lex codicis, quæ cōfirmat codicem factum & consummatū, post codicem edita est, & tamen in principio codicis posita est, vt C. de Iustinia. cod. confir. lege prima. Sic & lex quæ est in C. de sactam. c. l. vna. facit mentionem de lege posterius edita. C. de suis & lig. hæredi. l. Si defunctus, nec enim ordo scripturæ inspicieudus est, vt ff. de solutio. l. nec enim.

Legum ciuilium exemplo, simplicitatem interdum alicuius culpam excusare animaduertimus.

Cap. LXXI.

SImplicitas, aliquando excusat errorem, sed non totaliter. vnde secundum iura, aliquādo suggestio fallitatis, & suppressio veritatis ex simplicitate proueniens, non elidit rescriptum, impedit tamen fortmam, & tunc datus iudex pro tenore veritatis, & non pro deprecantis affectione cognoscere debet, vt extra de rescriptis. c. super literis. 2 §. q. 2. c. præscriptione. C. si contra ius, vel vti. publ. l. præscriptiones.

Clerici ne, an laici, Dei gratiā, cœlestia regnum adipiscantur exquiritur, ac vnico ciuilis legis exemplo definitur.

Cap. LXXII.

STatus laicorum altiori munere gratiæ indiget ad assequendam dignitatem regni cælestis, quàm status clericorum, ex eo, quod est magis implicitus, & minus idoneus. Cuius exemplum est, quia ad assequendam dignitatem ecclesiasticam, altioris dispensationis gratia indiget laicus, quàm clericus postulatus. Vnde laicus vndecunque sit, siue de eadem diœcesi, siue aliunde, postulandus est à Papa, cum sit inselligibilis

Digitized by Google

ligibilis simpliciter, vt 61. distin. per totum. & extra de electio. c. cum ad nostram. & ca. officij. Sed clericus qui postulatus est de aliena diœcesi, cùm non sit ineligibilis simpliciter, quia non est ineligibilis in diœcesi propria, postulatus à suo prælato peti debet vt eum condat, vt 71. distin. c. fraternitatem. 85. distin. cap. Florentinum archidiaconum. 63. distinctio. cap. literas. 86. distinctio: c. dilectionis. 84. distin. capitulo primo & secundo.

Intentioni semper fore resistendũ in principio, exemplo & auctoritate instruimur, vt diabolum superare queamus.

Cap. LXXIII.

TEntationi non resistens statim à principio damnum incurrit, quod qui statim resistit, euadit. Cuius exemplum est, quia secundum iura, qui vim inferenti incontinenti se defendendo resistit, reatum non incurrit, quem tamen post interuallum se vindicans, non effugit: Nam si aliquis incontinenti legitime restiterit, culpas omnium delictorum tempore violẽtiæ commissorum, siue ex parte aggredientis, siue aggressi aliquis occidatur, in aggrendientem constat redundare debere, vt C. de vi publi. l. quoniam multa facinora. & ff. si. quadru. pauper. fe. dic. l. 1. §. cum arietes. At ille qui est repulsus, cùm aliquid fecerit ad vindictam, vel cùm ex interuallo possessionem suam recuperauerit, prædonem de ea expellendo, ciuiliter & criminaliter punitur, vt C. eodem. l. si quis. & Inst. de publ. iudiciis. §. inter. Iul. Similiter quoque criminis reatum euadit, qui legitimè certando incontinẽti à principio tentationi resistit: sed qui per negligentiam resistendi se primo expoliari permittit, antequam per pœnitentiam recuperare possit criminis reatum incurrit. Vnde Isidorus dicit: Calca serpentis caput, calca prauæ cogitationis initiũ: Anima enim præcedit carnem in crimine, repelle ergo cogitationes ab anima, & caro non peccabit. Plalmus: Beatus qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram: Paruula enim sunt ipsa tentationum initia, quę ad Petram Christum mox cum orta fuerint, allidenda sunt antequam crescant.

Isido.

Psal. 136.

Bonum quomodo agendum à nobis sit, quoue pacto quis transgressor iure dicatur, exprimitur.

Cap. LXXIIII.

TRansgressor est etiam, qui bonum facit, si illud non bene, vel bono animo facit: sicut mandati transgressor est, non solum qui contra illud facit, sed etiam qui illud indebito modo implet; Vnde periurus dicitus nõ solum qui iuramentum non seruat, sed etiã qui malè iurat. Vnde si quis, vt seruaret sabbatum à spirituali opere vacaret, malè sabbatum celebraret, & mandati transgressor esset. Et similiter qui mãdatum cum alicuius iniuria impleret, puta si propter dilectionem alicuius, hostem eius feriret, vel occideret. Vnde secundum iura, finis mandati exceditur, cum aliud vel aliter exequitur quàm mandetur, vel cum exequendo mandatum præter commissum iniuria infertur. Et ideo tunc potest ab iniuria appellari. vt C. de appel. l. si quis prouocatione.

Mundi tribulationes, quæ iure optimo legatis comparantur, nuncij Dei vocitantur, qualisq; sit eorum finis lucidè ostenditur,

Cap.

pro alio, vt patet per diuersa iura, 1. q. 4. §. item pro peccato criminum. Quædam verò circa statum, vt seruitus, vel infamia, & illa etiam sæpe punitur vnus pro alio. 6. q. 1. §. verum. 15. q. fin c. cum multæ. extra de fil. presby. c literas, & extra de purga. c. accedens. extra de pœnis. c. ad aures, & c. in quibusdam. Spiritualis verò pœna quadruplex est.

Prima est pœna excommunicationis, & illa nunquam punitur vnus pro alio. 24 q. 3 c. si habes.

Secunda est pœna interdicti loci, & illa frequenter punitur vnus pro alio. extra de spon. c. non est nobis, extra de offi. dele. c. sane, & c. 1. & 6.

Tertia remotio ab oblationibus, & illa similiter punitur vnus pro alio. 17. quæst. 4 c. miror.

Quarta ordinis, & illa punitur vnus pro alio: Nam maritus repellitur ab ordinibus propter delictum vxoris, 34. dist. c. si cuius.

Item si pater emit ecclesiā pro filio ipso ignorante, licet non repellatur ab ordinibus, ecclesiam tamen amittere debet, 1. q. 5. c 7. extra de simonia, c. de regularibus, & duobus c. sequen.

Item punitur quis in eo in quo deliquit. Cuius exemplum est in illis, qui in eadem vocatione eligendo peccauerunt, scienter eligendo indignū: extra de electio. c. cum in cunctis, & c. innotuit, & c. bonæ memoriæ Magunti. quo casu sunt ipso iure potestate eligendi priuati. Et idem si peccatur in postulando.

Item punitur quis sine culpa, sed non sine causa. Causa autem quare quis iure suo sine culpa sua priuatur, consueuit his versibus denotari. Paupertas, odium, vitium, fauor, scelus, ordo: Personas spoliant, & loca iure suo. Qui versus sic exponuntur: Paupertas propter quā vniuntur duæ ecclesiæ, & vna amittitur dignitate suam, 15. q. 1. c. & temporis qualitas. Odium, scilicet ciuium interficientium suum Episcopum, 35. q 2. c. nos, & extra de pœn. c. ad aures, & c. in quibusdam. Vnde si occiderunt ciues duos episcopos proprios succedit vel fortè ex alia causa simili sibi ita enormi, perdit ipsa ecclesia episcopum Vitium, scilicet lepræ, extra de clerico ægroto, vel debilitato, c. tua nos: Vnde propter vitium lepræ remouetur Episcopus ab administratione Ecclesiæ. Fauor, scilicet Constantinopolis ciuitatis, 22. di. c. renouantes: Fuit enim datus Constantinopoli ciuitati primus locus præter Romanum, & amisit eum Alexandrina. Scelus, 27. q. §. 5. multorum. Vnde propter scelus patris vel domini spoliatur tota familia cōmunione. Vnde aliquando remouetur ac deponitur familia ab oblationibus altaris pro peccato domini, & clericus, vt supra dictum est, à beneficio ob simoniam à patre commissam. Ordo propter cuius fauorem dominus seruum suum amittit. 54. distin. cap. frequens generalis. Et accedit. ff. de oper. libertorum. l. interdum, vbi ratione dignitatis superuenientis amittit quis operas quas habuit in libertā: quia indignum est, vt liberta seruiat, ex quo tantam adepta est libertatem Eodem etiā modo priuatur aliquis etiam secundum iudiciū diuinum sine culpa, sed non sine causa, sicut Tobias priuatus est visu, & Iob filijs, vt per patientiā probarentur, ad aliorum exemplum. Vnde dicitur, quod hanc tentationem permisit Dominus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob. Sicut etiam cæcus natus priuatus est visu nō ex culpa, quia neque peccauit, neque parentes Tob. 2

Digitized by Google

parentes eius, vt cæcus nasceretur: sed tamen non sine causa, scilicet pro gloria Dei. Ioan. 9

Item puniendi sunt peccatores manifesti, non solum à Deo, sed etiam ab hominibus: quod patet per exemplum in vsurarijs manifestis, qui præter pœnam æternam, quã merentur apud Deum, secundum canones triplici pœna puniuntur: Nam vsurarij manifesti, nec ad communionem altaris admittuntur, nec Christianã, si in hoc peccato decesserint, accipiunt sepulturam, sed nec viuorũ oblationes recipi debent; quod si quis clericus cõtrauenerit, quod accipiẽ reddere cogitur, & donec ad arbitrium Episcopi sui satisfecerit ab officij sui manet executione suspensus. Vocantur autem vsurarij manifesti, secundum Hostien. notorij, vel ex euidentia facti: quia vsurarius mensam tenet paratã ad pecuniam mutuandam cuilibet sub vsuris, sicut meretrix in prostibulo. patet arg. extra, de cohabi. cler. c. tua & c. fi. Et in hoc casu ipso iure pœnam patitur canonis præxaxatam. Vel manifesti intelliguntur notorij iuris, pura quia sunt per Episcopum in ecclesia publicati, secus si adhuc ab ecclesia tolerentur, vt extra de cohabi. cle. & muli. c. nostra: Nam si manifesti sunt per famam tantum, non tamẽ notorij, non patiuntur hanc pœnam ipso iure, sufficit autem ad publicationem faciendam, quod vocati confiteantur, vel negantes per testes conuincantur. vt de cohabitatio. cleri. c. tua. Sufficiunt autem & certa argumẽta, vt extra de vsur. c. cum tu 81. dist. c. si qui sunt.

Item punitur vnus pro malitia alterius, inquantum de ipsa malitia participat, sicut hæres vsurarij tenetur restituere pro eo in quantum patiuntur vires hæreditatis percepte: extra de appel. c. qua fronte, & de raptoribus. c. in literis. Vnde & si alter hæredum factus sit non soluendo, tenetur alius in solidum, saltem quantum ad ipsum de hæreditate peruenit: Nam & res hæredigaria obligata videtur, extra de vsur. c. cum tu.

Item nota, quòd quædam pœnæ sunt priuatiuæ, quæ vocantur pœnæ damni. Exemplum cuius in iure de excõmunicatione, qua priuatur homo potestate eligendi, quia excommunicatus eligere non potest. extra de constitu. quod intelligitur de excommunicatione maiori, vt extra de clerico excommunicato, & inter. cap. penul.

Item de suspensione, quia etiam suspensi eligere non possunt. extra de consuetudine. c. cum dilectus. extra de donatio. c. apostolico: suspensi etiam celebrando irregularitatem incurrunt, extra de clerico excommunicato. c. apostolicæ. secus de excommunicatis minori excommunicatione.

Item interdictum est pœna quæ priuat potestate eligendi, quia nec interdicti possunt eligere, extra de electione. c. cum inter. 11. seniores.

Vera pœnitentia fructus & vtilitas quanta sit, & quot modis de culpa ad gratiam hominẽ transferat, & multiplex apponitur translatos confessionisq; pœnitentia Sacerdotum arbitrio quomodo sit relinquẽda, declaratur.

Cap. LXVII.

PŒnitentia sequens peccata præcedentia destruit, sicut & peccatum sequens destruit præcedentia merita Ezech. Si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes quas operari solet impius, nunquid viuet? omnes iustitiæ quas fecerat non Ezec. 18.

Digitized by Google

recordabuntur. Sicut constitutio posterior derogat priori, vt extra de cogna. spiritu. c. 1. ff. de legi. & constitu. l. non nouum. Etiamsi nulla in posteriori de prima mentio habeatur, sic & posterior vita derogat priori: Nã posterior culpa derogat priori iustitiæ, & posterior pœnitentia delet præcedentem culpam. Ezec. 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium, & iustitiam, vita viuet, & non morietur, omnium iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor: in iustitia sua quam operatus est, viuet.

Item pœnitentia transfert hominem de culpa ad gratiam. Et hæc translatio multipliciter fit, sicut patet per exemplũ in trãslationibus prælatorum: Nam talis translatio aliquando fit causa necessitatis, puta cum prælatus in ecclesia sua persecutione patitur, & hostilitatem, extra de renunc. c. nisi cum pridem. §. propter malitiam. Talis autem est translatio siue cõuersio eorum, qui propter tribulationes, seu aduersitates, vel infirmitates, ad Deum conuertuntur: Nam mala, quæ nos hic premunt, ad Deum nos ire compellunt, sicut dicit Greg. Sap. Transtulit illos, scilicet pœnitentes, per mare rubrum, id est, per tribulationem, Psal. 15. & persecutionem. Psalm. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Grego. Sap. 20.

Aliquando vero fit causa vtilitatis, puta cum in ecclesia sua inutilis est, & in alia vtilis: Est enim tam vtilitas quàm necessitas legitima causa translationis. 6. q. 1. c. omnes qui. & c. episcopus. Et hac ergo ex causa debet homo cõuerti, & transire de statu culpæ ad statum gratiæ, quia s. in statu culpæ est omnino inutilis quantum ad merendum, quia nec sibi, nec alteri meretur, sed dum est in statu gratiæ operatur fructuose, quia meretur, & propterea conuersio peccatoris vocatur translatio de morte ad vitam, & de inutili ad vtile. Vnde Ioan. Scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam. 1. Ioã. 3.

Aliquando fit translatio causa leuitatis, puta, quoder leuitate alteri ecclesiæ adhæreat, vel suam pro derelicta habeat, puta quòd vxorem duxerit, vel miles factus sit, vel quòd ab ipsa ecclesia sua desit per tres septimanas, vel duos menses, sine iusta causa, vel absque licentia sui superioris. In quibus casibus, & similibus, priuari potest ecclesia debito iuris ordine seruato. Et ideo talis causa non commendabilis est. Et talis est conuersio puerorum impubetum, qui quadam leuitate animi potius, quàm deuotione, & sine licentia parentum religionem intrant, vel profitentur, & maximè .. pueri sint non doli capaces: de quibus manifestum est, quod ex sola leuitate hoc fecerunt. Et ideo non obstante tali professione, quã infra pubertatis annos fecerunt, à parentibus repeti ac reuocari possunt.

Aliquando vero fit huiusmodi translatio causa cupiditatis, vel ambitionis: & tunc secundum iura priuandus est ecclesia habita, scilicet prima, & ambita, scilicet secunda, vt nec primã possideat, quam per superbiam sperauit, nec secundam, quam per auaritiam concupiuit, extra de clerico non re. §. h. 7. quæst. 1. c. eos. & c. si quis episcopus. Prima tamen ecclesia ipsum repetere potest, si voluerit. 7. q. 1. non oportet. Talis ergo est conuersio siue pœnitẽtia ficta hypocritarum, s. vel propter cupiditatem terreni lucri, vel propter ambitionẽ honoris, qui duplici præmio priuantur, scilicet cælesti,

Digitized by Google

cælesti, quod contemnunt, & interdum etiam temporali. Tum quia seipsos aliquando affligunt abstimentia, & huiusmodi, & sic priuant seipsos commodo corporali: Tum quia etiam aliquando dum eorum hypocrisis deprehenditur, confundantur, & vituperantur, & sic priuantur præmio æterno, quod spreuerunt, & temporali, quod ambierunt.

Aliquando fit translatio causa humilitatis, puta religionis. In quo casu inferioribus Episcopis sufficit petere licentiam, alioquin si nec petita licentia transeat, ecclesia potest ipsum repetere. similiter. 7. q. 1. si qui vero, & c. si quis presbyter. Ipse autem ecclesiam repetere non potest. 7. q. 1. c. eos, & extra de renun. c. cum in dubiis. Sed hic sciendum, quod si ob cõscientiam criminis, dimissa prælatura ad vitam monachalem quis descenderit, ad prælaturam secularem resurgere non potest de iure: alias secus. 4. quæstio. 1. c. hoc nequaquam. Et extra de renun. cap. post translationem. Et huic translationi assimilatur conuersio eorum, qui culpam suam & miseriam erubescentes, humiliter ad pœnitentiam veniunt, interdum quidem remorsu cõscientiæ puncti, & stimulati. Qui post quàm conuersi sunt, ad priuatam culpam & conuersationem secularem, id est, inordinatam vitam, non redeunt. Ita est vera conuersio peccatoris, cuiusmodi fuit cõuersio Magdalenæ. Item nota, quòd pœnitentiæ quæ iniunguntur à sacerdotibus, sunt hodie arbitrariæ: quia de eis nõ potest dari certa diffinitio siue regula, & ideo relinquuntur sacerdotũ arbitrio seu iudicio determinandæ, sicut etiam secundũ iura, ea quæ certa regula diffiniri non possunt iudicis arbitrio relinquũtur, sicut de fide testibus adhibenda: Ideoque hoc fidei iudicis recipientis relinquitur, quia ipse magis scire potest quàm alius, ff. de testibus, & attest. l. fides vel verba epistolæ. Item in mora, cuius diffinitio non traditur. ff. de vsuris, leg. ex mora. Reg. 1. Item in impensis factis in rebus dotalibus: Nam & si deduci debeant, non tamẽ facile est in vniuersum diffiniri, sed singula ex genere & magnitudine impendiorũ extimari possunt. ff. de impen in re dotal. factis. l. quod dicitur, in fin. Similiter ergo & in quantitate pœnitentiæ peccatoribus imponendæ conuenit. Vnde tempora pœnitudinis habita moderatione, cõstituenda sunt sacerdotis iudicio, prout conuersorum animos prospexerit esse deuotos, habito respectu ad ætatis periculum, & ægritudinum necessitates. 26. q. 7. c. tempora, & c. hoc sit.

Luc. 7.

Perseuerantia bona, qua consuetudinis similis esse dicitur, bremuet censentur.

Cap. 1 1 x.

PErseuerantia bonæ vitæ excludit ius Diaboli ab homine, & acquirit in eo ius Deo. Vnde assimilatur consuetudini, quæ si sit rationabilis, tollit ius in loco in quo viget. ff. de legibus, & senatu. cons de quibus. Item consuetudo rationabilis ius inducit. Insiti, de iure naturali, gen. & ciui. §. ex non scripto. Item perseuerantia & continuatio boni, prævalet legi peccati, sicut etiam consuetudo vincit legem, l. si sit à tanto tempore seruata, vt non sit in memoria hominum quãdo incœpit, vt ff. de aqua pluui. arcen. l. 1. in fi. & ff. de aqua quoti. & æstiua. l. hoc iure. §. ductus aquæ. Et similiter consuetudo quã Romana seruat ecclesia, & præcipit ab aliis seruari, etiam vincit legem, vt 12. distin. c. nolite, de consecra. dist. 1. c. basilicas.

Digitized by Google

Item continuatio pœnitẽtiæ, & bonæ vitæ sequentis, abolet culpam & infamiam malæ vitæ præcedentis: sicut consuetudo posterior tollit priorem. extra de cogna. spiritu. cap. 1. Et hoc verum est si in eodem municipio diuersæ consuetudines diuersis temporibus oriuntur: Nam si diuersis, secus, vt 12. dist. cap. scit sancta: Hæc enim diuersæ aliquorũ consuetudines, aliorum debent contrario more subuerti, vt 12. dist. c. illud.

Papa suprema potestas errea spiritualia & temporalia duobus in gladijs designata describitur: qua pariter in vsu pallij designari declaratur. Cap. LX.

POtestas non solùm spiritualis, sed etiam temporalis est apud Papam: Nam Papa vtrunq; gladiũ habet. 22. di. c. 1. 63. di. c. tibi domino. Vnde & reges deponit. 15. q. 6. c. alius, & c. nos sanctorum, & c. iuratorum. 1. q. 4. c. quia præsulatus. 96. dist. c. duo sunt. Et non solum regem constituit, imo transfert. extra de elect. c. venerabilem, immo etiam Imperatorem electum Papa habet approbare, electionem confirmare, vel infirmare, & ipsum confirmatum etiam consecrare. Et hæc omnia probantur in prædicta decreatali venerabilem. Ipse etiam Papa Imperatorem deponere potest: Si enim Zacharias Papa Regem Francorum, qui à Romano Pontifice coronã non recipit, nec per eum examinatur, nec conprobatur ab eo, vel reprobatur, non tam pro suis iniquitatibus, quàm pro eo quòd tantæ potestati erat inutilis, à regno deposuit, & alium loco eius instituit 15. q. 6. c. alius: multo fortius Imperatorẽ, qui specialius quodammodo subest ei, poterit remouere. 99. dis. c. duo sunt. & c. si Imperator.

Item potestatis, vel officij plenitudo in maioribus prælatis repræsentatur, & designatur in vsu pallij: Nam in Papa pallium designat plenitudinẽ potestatis plenissimam. extra de au. & vsu pallij. c. ad honorẽ, & extra de elect. c. illa quotidiana. In Patriarchis verò pleniſſimam officij designat potestatem, arg. extra de priuile. c. antiqua. In Archiepiscopis pleniorem officij potestatem. extra de auct. & vsu pallij. c. nisi. & c. ad honorem. In Episcopis verò plenam officij potestatem, quibus quandoque conceditur, scilicet aliquibus, vt Papien. ac Cumen. & Messano, & Ostien. Quibus ex longa consuetudine, & ecclesiarum suarum priuil. debetur, quæ seruanda sunt, extra de officio ordina. c. duo simul. 25. q. 2. c. 1, 2, & 3.

Prælatorum in subditos potestas ac regimen in virga correctionis doctrinaque prædicationis perfici, ac quemadmodum corrigere prædicare q; debeant, aperitur. Cap. LXI.

PRælatorũ regimen præcipuè in duobus consistit, scilicet in virga correctionis, & doctrina prædicationis: Nam lattatu canũ lupi arcendi sunt, baculoque pastorum 45. dist. 6. j. Sed in virga disciplinæ attendere debet, vt corrigat beneuolenter, scilicet non ex odio sed ex charitate, quia falsa iustitia dedignationem habet, vera compassionem.

Item, vt corrigat prudenter, scilicet vt cũ discretione corripiantur tumidi, tolerentur infirmi, & quos castigare seuerius necesse est, non seuientis plectantur animo, sed medentis, vt 86. dist. c. 2.

Item cõgruenter, s. vt rigor iustitiæ vbi congruit temperatur, & vbi,

Digitized by Google

& vbi expedit intendatur. Est autem remittendus siue temperádus ex duobus.

Primò, ex multitudine peccantium. 1. q. 7. c. quotiens. extra de transl. c. fina. Vnde versus cómunis: Ob populũ multũ crimẽ pertansit inultum. Quando autem est multitudo in causa, tunc prælatus incipere debet à spiritualibus proximis, vt eorũ exemplo frangatur cætera multitudo. 54. di. c. commesationes.

Item puniendi sunt maiores de vniuersitate, qui alios trahunt ad peccatum, extra de cler. excom. c. latores.

Secũdo tẽperatur rigor ex qualitate peccantiũ, quia deferendum est personæ, & dignitati, extra de offi. deleg. c. sanè, c. quia, & c. past. & extra de mai. & obe. c. per suas. 45. di. c. cum beatus. 50. di. contumaces. 2. q. 7. c. quisquis. 24. q. 1. c. qui cõtra pacẽ. ff. de pœnis. l. vt seruorũ, ita tamen, quòd non deferatur iuditia vitæ, quia secũdum Aug. siue plectendo, siue ignoscendo, hoc solum bene agitur, vt vita hominũ corrigatur. 22. q. 2. prodest. Est etiam intendũ rigor augendus ex duobus. Primũ, cum peccatum ex auctoritate defenditur, de pœniten. di. 6. c. 1. in ff. Itẽ secundo, cũ vsitatum est malũ, & multis grassantibus opus est exẽplo 8. q. 1. c. teperiũtur. ff. de pœnis. l. aut facta. §. vlti. Et nota, q. si superior modum excedit, nimis corrigendo, & si peccet 14. q. 4. c. quo peccat, in fi. nõ tamẽ cogitur à subditis veniã postulare, ne dum nimiũ seruatur humilitas, regendi frãgatur auctoritas. 86. di. c. quãdo: Sæpe enim ex conuersatione æquali contẽptus nascitur dignitatis. ff. de offi. c. præsidis. obseruandum: Debet enim prælatus ex ingenio suo dignitatem augere, ne contemptibilis habeatur. ff. de offi. proconsl. l. nec quicquam. §. circa. 50. di. c. 1. extra de accu. c. qualiter, & quando. Secundo pertinet ad regimen prælati doctrina prædicationis. Vbi primò necessaria est charitas intus ardẽs. Con. Si linguis hominum loquar, & 1. Cor. 13
Angelorum, charitatem autẽ non habeam, factus sum velut æs sonans. Secũdo vita exterius lucẽs. Gre. Cuius vita despicitur, restat, vt eius prædicatio contemnatur. 3. q. 7. §. porrò in fi. Ambr. Iudicet ille de alterius errore, qui non habet in se quod condemnet, vt e. q. c. incidet. Grego. In grauibus peccatis quis positus, dum suis præmitur aliena non diuidit, vt e. q. c. in grauibus. Chryso. Male viuendo, & bene docendo, Deũ instruis qualiter te debeat cõdemnare. 40. di. c. multi. Talis, secundum Hieronymum, assimilatur cineri, per quem lixiuium transiens lauat, & non lauatur. 83. dist. §. vlt. Et secundum Augustinum assimilatur lapideo canali, per quem aqua doctrinæ transit ad vrceolos, id est, ad subditorũ corda, in quibus alijs fructum facit 3. q. 1. c. si fuerit. Et secundum Nicolaum Papam, assimilatur faci ardenti, quæ seipsam consumens, alijs lucẽ ministrat 15. vlti. c. vlti.

Auguſt.

Tertiò, necessarius est actus prædicationis discrete docens: circa quam quatuor cõsiderabis. Tempus, vt non loquatur semper, sed temporibus oportunis: si enim semper plueret, terra non germinaret. Vnde Leui. Vir qui fluxum seminis, scilicet spiritualis, id est, Le ui. 15
verba Dei, patitur, immũdus erit. Ideo Paulus dicturus importune, prætmisit oportunè. 43. dist. c. sit rector in fine.

Aug. in Reg.

Item considerandus est locus, vt scilicet in ecclesia, vel alio loco publico, vel honesto, non in priuatis domibus, ne suspitio sit de hæresi. 30. dist. c. si quis.

Item modus, scilicet, vt fiducia-

Digitized by Google

liter, & liberè prædicetur. 11.q.2. c. nolite. Et in priuatis locis possunt aliqua proponi non solemniter, sed in modum simplicis exhortationis seu collationis, extra de hæreticis. c. cum ex iniuncto. circa prin. Debet esse etiam prædicatio humilis, extra de maioritate, & obedientia. c. humilis doctrina. quia asperitatis nimiæ increpatio, nec correptionem recipit, nec salutē. 45. di.c. cum beatus. ff. ad le. aqui. l. præceptoris.

Quartò consideranda est dicēdorum & auditorum qualitas: Nam secundum capacitatē audietium, docenda sunt alta, & profunda, & subtilia, & infima, plana, & simplicia 43. di.c. sit rector 8.q.1.c. oportet. Alias, si nō intelligentibus profunda diceret, non esset prædicator, sed percussor. In fine nota, quòd prælatus qui nō audiuit Donatum, & est nimis insufficiens, deponendus est, extra de æta. & quali. ca. vltim.

Item prælatus debet diligenter custodire gregem suum, quòd ex negligentia vel incuria sua nullus in eo iacturam patiatur, alioquin reus efficitur. Vnde prælati in hoc similes sunt illis qui habitant in littoribus maris: Quia secundum leges, si non inuentatur qui rapuit res ex naufragio, hi, qui iuxta littora maris in quibus nauis infixa vel tracta fuit, inter fines agri cuiusque prædia possident siue morantur, ex edicto diui Adriani tenentur, & à præsidibus condemnari debent damnum passis, vt sic possessores territorijs, quamuis nihil rapuerint, in omni eos, quòd damnum sibi naufragio ademptū probauerint, condemnentur. Et est ratio naturalis, quia sic debent custodire inter littora, ne etiam ab extraneis ibi aliquid diripiatur. Inuigilent ergo, & ponant custodes, ne detrimentum patiantur, secundum quod legitur de officio præfecti vigilum. lege prima, secunda, & tertia. Similiter, si de domo, vel villa expugnatis, aliquid raptum sit, quamuis verba edicti desint, tamen ex mente Labeo. ait huic edicto locum fore: Nec enim minus in mari quam in villa, vel econuerso, possumus per latrunculos infestari vt. ff. eo. l. 3. §. Labeo scripsit. Et similiter ex mente diui Adriani dici potest, quòd si quis extraneus in ciuitate aliqua, vel eius territorio fruerit spoliatus, vel res eius furtò amiserit, communitas teneatur. Hęc actio & contra hæredes datur, vt. ff. eod. l. 4. in fine. Si ergo communitas quælibet tenetur custodire diligenter territorum suum, multo magis custodire & conseruare tenetur quilibet prælatus gregem suum. Alioquin dicetur ei illud Zachar. O pastor & idolum derelinquens gregem. Vnde sicut idolum hominis non est homo simpliciter, sed homo secundum quid, sic etiam pastor non custodiens gregem suum. Zach. 11.

Item prælati peccatum periculosum est subditis, non solum publicum, sed etiam occultū: quod patet per exemplum in simoniacis: Quia si episcopus sit simoniacus in ordine, & occultus, suspensus est quo ad omnes. Et probatur. 32. di.c. nullus, & c. præter hæc: Simoniacus enim in ordine habet caracterem vitiosum. 1. q. 1. c. reperiuntur. & c. quibusdam narrantibus. Vnde si scio eum simoniacum in ordine occultum, nullo modo debeo ab eo ordinari. 1. q. 1. c. si. quis à simoniacis, extra de simonia per tuas. Et si ignoro eum simoniacum esse, cum sit in veritate, nō recipio executionem, sed dispensatione indigeo in detestationem criminis, vt in dicto. c. si quis à simoniacis, extra de ordinatis ab episco-

po. c. 1.

po.c.1.in fi. & c. 2. Si autem scio, sed coactus sum recipere, si absolutè coactus fuerim, tunc nec caracterem recipio. 50. di. c. presbyteros, extra de bapt. c. maiores. Si vero coactus fuerim conditionaliter, tunc aliud est quam ignorantes. 1. q 1. c. constat: Recipio enim executionem, sed non ibi. Et ratio est, quia magis constat de voluntate coacti, quam ignorantis, extra de simonia. c. sicut nobis. Si autem credo, vel scio, episcopum simoniacum non in suo ordine, sed in collatione ordinum, seu beneficiorum, si possum obtinere quod ab alio ordiner, debeo, vt iuxta hoc facere. Alioquin quamdiu toleratur ab ecclesia, & occultus est, si compellat me, securè recipio, non obstante conscientia, repugnante, quia erronea est. 31. dist. c. nemo 11. q. 3. c. Cum est illata. licet sit ar. contrarium, ff. de libe. l. causa igitur. §. 1. Et quia omne quod fit contra conscientiam. & c. 28. q. 1. §. ex his. extra de præscriptio. c. quam. omne. Sed intellige conscientiam ex præcepto vel prohibitione formatam, vel quod fit contra conscientiam non erroneam, quod si mala audieris de prælato, sis fidelis, & non nimis credulus. ff. quod eum falso. tu l. 1. in fi. ff. de eo per quem factum est l. 1. §. 1. extra de in int. c. rest. ex litteris, quia dictum vnius facilè sequitur multitudo, extra de purgatione. cano. 6. cum in iuuentute, ergo de facili autem non præheas 11. q. 7. c. si quid igitur, 86 dist. c. si quid vero de quocunque. 33. dist. c. habuisse.

In purgatorio existentes non posse seipsos, vel suum ad culpam, vel soluere à pœna, hacq; de causa excommunications comparatis explanatur.

Cap. LXII.

PVrgatorij pœna assimilatur excõmunicationi, vel pœnæ legali, per quam scilicet nullus seipsum ligare potest, vel soluere, ff. de arbitris. l. penul. 4. q. 4 c. 1. C. de qui in causa sua iudic. vnica. Est tamen contrarium ar. de sen. excommun. c. cum desideres. Vbi innuitur, quod si episcopus communicet cum illo quem excommunicauit, sententiam incurrit. Sed dic, quod ille non ligatur sententia propria, sed canonis. Et si expresse diceret, quod participans cum excommunicato ab eo non ligaretur, non valeret: extra de sent. excom. c. nuper. 11. q. 3. excommunicatis. & c. cum excommunicato. Similiter nullus in purgatorio existens, potest seipsum, vel ligare ad culpam, vel soluere à pœna. Et ideo à nobis expectant suffragia, quibus à pœna illa solui mereantur, siue per suffragia eleemosynarum, siue orationum, & huiusmodi. Mach. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. Item nota, quod purgantur aliquãdo animæ defunctorum extra locũ communem purgatorij, in quo generaliter animæ purgari dicuntur, sicut patet ex 4. dialo. beati. Greg. Et hoc conceditur aliquibus ex priuilegio speciali, vt, (exemptæ sint à cõmunis purgatorij loco, sicut per priuilegiũ eximitur quis à foro 16. q. 1. c. fratet. extra de priuil. c. cum capella. ff. de excu. mu. l. penultima. §. si potest. ff. de excu. tu. c. spadonem. §. scire. ff. de administ. l. is cui. Conceditur ergo hoc priuilegium gratiæ, quorundam hominum animabus, vt in aliquo loco super terram purgentur, vt eorum status hic existentibus facilius innotescat, vt scilicet ab eis citius adiuuentur, vel propter alias causas Deo notas.

1. Mac. 12

Gre. 4. dia.

Digitized by Google

Rationis virtus, qua participatio luminis diuini interdum vocatur, quantum cæteras animi virtutes excellat, ostenditur.

Cap. LXIII.

RAtio, cum sit virtus eminẽtior in homine, debet regere totam animam, & omnes partes eius: sicut dicunt iura, quòd quælibet ecclesia episcopatus regenda est iuxta dispositionem & ordinationem Episcop. 10. q.1.c. decretum & c. regenda: Nã Episcopus est maior omnibus, sicut Christi vicarius 33. q.v.c. mulierem. Vnde inobediens ei, morte, scilicet excommunicationis, occidetur, extra de maio. & obed. c. 1. & 2. quia omnes sub eo sunt, vt c. 11.c. omnes. Similiter, quia ratio (secundum Phi.) est supremũ
Arist. in homine, gerens similitudinem
Psalm. 6. Dei. Psalm. Signatũ est super nos, &c: Est enim lumẽ rationis, quædam participatio diuini luminis, idcirco debet esse super nos, id est, principari & dominari in nobis, ita vt omnes partes hominis, & actus, secundũ eius dispositionem & ordinationem regulentur. Et si caro, vel aliquod membrum illius ei non obediant, occidenda sunt mortificatione pœnitentiæ. Vnde
Rom. 18. Apostolus: Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

Quæ, & quando Religiosis corporis recreatio conueniat, pluribus legũ auctoritatibus comprobatur.

Cap. LXIIII.

REcreatio quieta, & modesta cuilibet licet pro tempore, sed vsoluta, & inquieta, non competit viris spiritualibus: Hinc est enim (secundum iura,) quòd clericis non prohibetur piscatio: licet enim clericis non solum causa necessitatis, vel vtilitatis, sed etiam causa recreationis cum retibus piscari, dummodo tamen cum silentio & modestia fiat: Nam & monacho licẽt retia texere pro piscibus capiendis. de conse. di. v.c. nunquã: Prohibetur tamen clericis venatio. vt 86. di.c. qui venatoribus. Ideo ergo piscatio conceditur, & venatio prohibetur, quia venatio fit cum inquietudine, & clamore: piscatio vero cum quiete. Et quia maior delectatio & dissolutio est in venatione, quàm in piscatione: venator enim currit per deuia, sicut diabolus cum ducit animam captiuam: verum est tamen, quòd licet clericis prohibeatur salтuosa venatio, & clamosa, tamen quieta & recreatiua conceditur, scilicet quando fit non causa voluptatis, sed recreationis, ad excitandum forsitan appetitum, vel calorem naturalem. ar. extra de homicidio c. dilectus filius. a. capellanus, & extra de iureiurando. c. & si Christus de conſ. di. v.c. sint tibi ieiunia. 1. & 2. licèt secundum quosdã Episcopo sit omnino interdicta, Sic intelligunt, 34. di.c.j. Ostien. Ostien. autẽ dicit, quòd venatio est omnibus interdicta, si fiat eo tempore quo debẽt homines in ecclesia esse, vel orare, siue sint clerici, siue laici. 86. di. c. amputatis. de conse. di. 3.c. irreligiosum. & di. v. ieiunium. Quia venatorem scilicet in venatione mortuum neminem legimus sanctum. 86. dist. c. qui venatoribus. Et non solum in diebus ieiuniorum est illicita, sed etiam in festis, quibus homines debent venire ad ecclesiam, nisi forte necessitate famis inguente. Et idem est, si apti venirent, & vastarẽt segetes, vel vineas clericorum, vel monachorũ. Alijs autem diebus licita est laicis, pro carnibus & pellibus habendis, alias non. secundum Raimun. & Goffredum, qui & de ipsa venatione

natione decimas dare iubentur. 16.q.1. quicúque. & extra de decimis non est in potestate. Clericis autem est illicita, si nimis apponant mentem in venatione, ita quod celestia in spiritualibus vel temporalibus exinde detrimetum patiatur, vel aliquod onus inde habeat. extra de cler. vena c.1. & v. Necessitate ergo ecclesiæ exigente, licita est venatio clericis, & monachis. Et similiter causa vtilitatis, & recreationis aliquoties possunt venari, siue sint Episcopi siue alij, dummodo venatio sit quieta, & non proficiscantur cũ canibus & auibus quando debent visitare & prædicare.

Furti exẽplo, eiusdemq; auctoritate, quando damnum alicui illatum, & quibus casibus possit absque culpa remitti, docetur.

LXV.

REmitti non potest damnum alicui illatum sine consensu illius, nisi propter necessitatem pacis, vel alicuius consimilis vtilitatis cõmunis. Vnde pone quod bellum fuerit inter duos milites, vel ptincipes, & hinc inde iniuriæ mulcæ, & damna sint illata, postea facta est pax inter ipsos, & dãna hincinde data remissa sunt, nunquid ista remissio extenditur ad homines, & valitores vtriusque? Non videtur, nisi de cõsensu eorundem sit facta. arg. C. de transacti. l. 1. & l. transactionis placitum, & l. præses. & l. ver. pe. a. te. extra de mai. & obed. c. fi. ff. de transact. lege. 3. & l. qui cum toto. & lege nulli. ff. de pact. l. fimus. §. pact. l. vbi. & l. in summa. & l. si cõuenerit. Vel nisi forte aliter non possit haberi pax, vbi quidem vtiliter partis geritur negotium vtiusque. Et sic potest intelligi. ff. de pact. l. conuentionum. Aliter quomodo possum remittere ius hominis mei, cum nec possem ab eodem tantundem extorquere sine rapina.

Quemadmodum restitutio fit agenda vt missa existat, quasq; conditiones habere debeat, aperitur.

Cap. LXVI.

REstitutio præsupponit tria, scilicet damnum, factum, & peccatum.

Primo enim non videtur cadere restitutio, nisi damnum datum sit. Vnde secundũ legem ciuilem, si oliuam meam maturam decerpsisti, vel secuisti, vel seruũ meum puerum castrasti, & preciosiorem fecisti, & expensas quas in prædictis fecisti, donasti, id est, fingis donasse, tu mihi ad restitutionem non teneris, quia non intulisti damnum: sed si aliquod horum interemisti, vel surripuisti, furti teneris, & pro seruo castrato iniuriarum erit agendum, vt ex edicto edi. aut ex l. 12. tabularum in quadruplum. Si autem oliuam, vel messem immaturã collegisti, damnum intulisti: & ideo locum habet actio de dãno dato, & per consequens restitutionis obligatio. ff. ad legem Aquiliã. l. si seruus seruum. §. rupisse, &c. §. si oliuam, & l. fere. ff. de edi. edicto. l. ediles. §. sed etenim.

Secundo præsupponit restitutio quod factum hominis interuenit, & intelligo factum commissum, vel omissum. Vnde secũdum iura, cùm sine facto hominis ex corruptione ipsius rei damnum prouenit, non tenetur. Et ideo secundum Iuristas, si vsufructuarius riuos patiatur corumpi, vel vites non succiderit, non tenetur. l. Aquil. ff. de vsufr. c. si cuius. §. denique. Porrò si propter negligentiam hominis, ignis non ex ipsis rebus, sed extrinsecus proueniat Aquil. agitur, vt l. 3. §.

Digitized by Google

si fornicarius, & extra de dando. c. si egressus. Sicut cum neglitia plaustrali lapides ceciderunt, & damnum dederunt. ff. ad l. Aquil. l. si seruus. §. si ex plaustro.

Tertio restitutio præsupponit culpam intercessisse, alias secundum iura cessat actio de damno dato. Et ideo neque furiosus, neque infans doli carens, tali actione tenetur, secus, si sit doli capax. ff. ad legem Aquil. l. 5. §. iniuriã. extra. de delic. pub. capit. j.

Omnia sacramenta noua legis institutionem à Christo habuisse: eorũq; irreuerentia quantum periculosa existat, aperte monstratur.
Cap. LXVII.

SAcramenta à Christo instituta, partim habẽtur ex scriptura Euãgelica, sicut baptismus, Eucharistia, & quædam alia, partim verò ex traditione Apostolorum sine scriptura, sicut confirmatio, ordo, & huiusmodi. Sicut etiam ius humanum constat ex scripto, & nõ scriptos sed quod in scriptis relatum est, vocatur lex, siue constitutio: Quod autem in scriptis non est, vocatur consuetudo, vt j. dist. §. cũ itaque. Consuetudo enim est ius quoddã, moribus, id est, assiduis actibus hominum institutũ, quod pro lege scribitur cum deficit lex, vt 1. di. consuetudo. Aliàs etiam dicitur: Constat ius nostrum ex scripto, & non scripto, vt Insti. de iure natura. gen. & ciu. §. constat.

Item sacramentorũ iniuria, vel irreuerentia, est valde periculosa: & hoc patet per exemplũ in baptismo, cuius iteratio, quia esset iniuria sacramenti, de consec. dist. 2 §. si. magna pœna punitur: Nam pœna iterantis baptismum, secundum l. est vltimum supplicium. C. ne sanctum baptisma rei. l. 2. Sed ei qui sanctũ baptisma geminat, pœna depositionis imponitur, tãquam indigno sacerdotio. C. eo titu. l. j. Illi autem qui sponte, vel conditionaliter co.. promoueri non possunt. Et idem intellige si ignoranter, & postea cum scierunt ratum habuerunt. Item si ab hæreticis scienter. 50. dist. confirmandum 1. quæst. 1 c. ventum. in fin. & q. 7. c. Qui in qualibet, &c. conuenientibus. In habitu tamen clericali debent isti viuere, & sic retinebunt priuilegium clericale 81. dist. c. dictum de consec. dist. 5. ca. dictum est. Qui autem ignoranter sunt baptizati, sicut frequenter fit de infantibus, vel coacti absolutè, possunt promoueri, secundum quosdam de iure: secundum alios, quod tutius est, de dispensatione Episcopi. 1. quæstione quarta, c. placuit, de vtriusque habetur de consec. d. 4. c. qui bis. vbi dicitur, quod si ignoranter sic aliquis baptizatus, non indiget pœnitentia, sed tamen est irregularis, & promoueri nõ potest, sed illud dictum fuit olim in odium rebaptizantium, & de rigore magno, vel loquitur de ignorãtia in ris quæ nõ excusat in talibus, & quod dictum est de rebaptizato, idem & de reconfirmato. argumen. 68. distinctione. ca. 1. de consec dist. v. c. dictum.

Virginis salutatio, quomodo naturã humanã prius per Adæ peccatũ maledictam rebenedixerit, unico comprobatur Pontificis exemplo.
Cap. LXVIII.

SAlutatio beatę Virginis continet benedictionẽ, cùm dicitur: Benedicta tu in mulieribus. Quia per eam humana natura, quæ prius maledicta & excõmunicata fuerat, rebenedicta, & absolura, siue recõciliata fuit: Nam hæc ei salutatio à Deo missa est. Dicunt enim iura, quod si Papa

ex

ex certa scientia aliquem excommunicatum salutauerit, vel eidē aliàs participauerit, quod ille absolutus ab excommunicatione, quia eo ipso præsumitur, quòd velit ipsum absoluere, argu. extra de priuil. c. cùm olim essemus. extra, de sent. excommu. c. si aliquādo. 63 dist. c. cùm Adrianus. de consc. dist. 2. c. pacē. Nec obstat, quod formam absolutionis non seruat, quare videtur contradicere extra de senten. excommuni, c. cum desideres & c. à nobis, quia dici potest, quòd princeps sola volūtate manumittit ff. de manumiss. ap. eum. Multo ergo magis absoluit salutatio Dei.

Quis pacto pecunia, vel alterius rei restituere sit à nobis agenda, breuiter erudimur.

Cap. LXXX.

SAtisfactio debetur ei qui læsus est, vel alteri qui sit loco eius. Vnde vsura restituenda est ei à quo extorta est, vel hæredi eius: & si talis non inueniatur, est pauperibus erogāda, vt extra, de vsu. c. cu. tu. & ar. extra de homi. c. Sicut. & 14. quæstio. v. c. 1. Quòd si debitor, vel hæres eius absens est, dicunt quidam, quod vsurarius adhuc debet ei mittere, sed sumptibus debitoris absentis, argu. ff. de oper. libertorum. l. opere. Quod verum est, quando is à quo extortæ sunt vsuræ, vel hæres eius, alibi se transtulerunt. Sed si vsurarius qui est malæ fidei alibi se transferat, quàm vbi vsuras exercuit, tunc propriis sumptibus tenetur mittere. Sicut apertè probantur hæc ff. de rei vend. c. 1. si res, & l. Si verò & sequen, & de leg. 1. l. cū res. §. 1. & de edendo. l. prætor ait. §. vlti. & l. sequen. Item hoc quod dictum est, quod vsurarius debet mittere absenti, verum est si vsurarius non-uit vbi debitor habitat: aliàs non tenetur vagari. argum. ff. de oper. libertorum, l. quòd nisi fiat. §. Item si summa expensarum itineris excedit summā vsuræ, pauperibus erogetur, secunda quæstione septima. c. anteriorū. extra de Iudæis. c. cum sit. Sed cū de eius proximo aduentu speretur, tunc pecunia deponetur, & consignabitur. C. de vsuris, l. acceptum.

Regula apponitur generalis, qua plurima quidem sacræ scripturæ loca intelligere, dubiaque nonnulla soluere, facillimè admonemur.

Cap. LXX.

SCripturæ sacræ verba in quibus fiunt generales permissiones, vel concessiones alicuius gratiæ vel potestatis, semper intelligenda sunt suppositā quadam conditione, & si illa nō exprimatur. Sic igitur quæcunque orantes petieritis, credite quia accipietis, & fiet vobis, subintelligēdum est, si dignè petieritis. Vnde Iac. Petitis, & non accipitis, eo quod malè petatis, & illud Mat. Quodcunque solueris super terram, & in cælis, intelligitur, si solueris claue non errante. Vnde dicit Origē. quòd multos sacerdotes excludūt, quos tamē Deus retinet, & econuerso etiam est de aliis consimilibus. Cuius exemplum est. Quia in rescriptis quædā conditiones intelliguntur, & sine expressione aliqua sunt obseruādæ, vt illa: Si preces veritate nitantur, extra de rescriptis. c. ex parte. Si quis idoneus, vel si qua idonea fuerit. extra de cle. c. causam. ff de mune. & hon. l. vt gradatim in fine primi rescripti. Item cū quis natalibus restituitur, subintelligitur cōditio hæc. Si is qui restituitur ex ingenua natus sit: Nam si ex ancilla, per talē restitutionem nil agitur, vt ff. de nata. rest.

Orig. / Matt. 11. Iac. 4. Matt. 28.

Digitized by Google

rest. l. j. Item in concessione viæ tacitè intelligitur hæc conditio, vt is qui conceditur, ciuiliter vtatur, vt ff. de seruit. l. sicut. Item in generali mandato patris quærendi sponsum filię suę hic subintelligitur, vt persona sponsi patri ostēdatur, nec prius nuptiæ fiant, vt ff. de ritu nuptiarum. l. generali. Item scripturæ sacræ verba quę videntur inuicē cōtraria, concordantur per aliā scripturam, vel per distinctionem temporum, vel alio modo. Sicut id, quo dixit Christus de Ioan. Baptista. Ipse est Helias. & id quod dicit Ioan. Non sum Helias, concordat Gregorius per illud Lucæ, quod dixit Angelus Zacharię de ipso Ioan. Ipsę præcedet ante ipsum in spiritu & virtute Heliæ: Ex quo colligitur, quod Ioan. non fuit Helias quo ad personam, sed quo ad similitudinem, primò officij, quia præcedet ante ipsum in primo aduentu, sicut Helias. Secundò quo ad similitudinē zeli, & ideo subiunxit: In spiritu, scilicet zeli, tertio modo viuēdi, vnde addit, & virtute, scilicet tēperatiæ vel pœnitentiæ. Sic etiam in legibus iura iuribus ad concordiā reducuntur, vt C. de in inofficioso testamento l. vna. Similiter consuetudo puri priuilegij cōtraria, reducitur ad cōcordiam per interpretationē. extra de consuetud. c. cum delictus.

Item scriptura sacra nō semper sequitur ordinem temporis, quia quandoque, quod est posterius tempore. ponitur prius, secundum ordinem scripturæ. Sicut Matth. 1. in Genialogia Christi Dauid præmittitur Abrahæ: cùm tamen fuerit posterior tempore, & Mat. 4. primò ponitur Christus fuisse assumptus à diabolo in sanctam ciuitatem, & postea in montem excelsum, cùm tamen istud fuerit post illud, nam vltima tentatio fuit in tēplo, vt patet Luc. 4.

Matth. 1.

Matth. 4.

Lucæ 4.

Sicut etiam fit in legibus, & lex codicis, quæ cōfirmat codicem factum & consummatū, post codicem edita est, & tamen in principio codicis posita est, vt C. de Iustinia. cod. confir. lege prima. Sic & lex quæ est in C. de sacram. ca. l. vna. facit mentionem de lege posterius edita. C. de suis & lig. hæredi. l. Si defunctus, nec enim ordo scripturæ inspiciendus est, vt ff. de solutio. l. nec enim.

Legum ciuiliū exemplo, simplicitatem interdum alicuius culpam excusare animaduertimur.

Cap. LXXI.

SImplicitas, aliquando excusat errorem, sed non totaliter. vnde secundum iura, aliquādo suggestio falsitatis, & suppressio veritatis ex simplicitate proueniens, non elidit rescriptum, impedit tamen formam, & tunc datus iudex pro tenore veritatis, & non pro deprecantis affectione cognoscere debet, vt extra de rescriptis. c. super literis. 2. §. q. 2. c. præscriptione. C. si contra ius, vel vti. publ. l. præscriptiones.

Clerici ne, an laici, Dei gratiā, cælesteq; regnum adipiscantur exquiritur, ac vnico ciuilis legis exemplo definitur.

Cap. LXXII.

STatus laicorum altiori munere gratiæ indiget ad assequendam dignitatem regni cælestis, quàm status clericorum, ex eo, quod est magis implicitus, & minus idoneus. Cuius exemplum est, quia ad assequendam dignitatem ecclesiasticam, altioris dispensationis gratia indiget laicus, quàm clericus postulatus. Vnde laicus vndecunque sit, siue de eadem diœcesi, siue aliunde, postulandus est à Papa, cum sit intelligibilis

ligibilis simpliciter, vt 61. distin. per totum. & extra de electio. c. cum ad nostram. & ca. officij. Sed clericus qui postulatus est de aliena diœcesi, cùm non sit ineligibilis simpliciter, quia non est ineligibilis in diœcesi propria, postulatus à suo prælato peti debet vt eum condat, vt 71. distin. c. fraternitatem. 85. distin. cap. Florentinum archidiaconum. 63. distinctio. cap. literas. 86. distinctio: c. dilectionis. 84. distin. capitulo primo & secundo.

Intentioni semper fore resistendũ in principio, exemplo & auctoritate instruimur, vt diabolum superare queamus.

Cap. LXXIII.

TEntationi non resistens statim à principio damnum incurrit, quod qui statim resistit, euadit. Cuius exemplum est, quia secundum iura, qui vim inferenti incontinenti se defendendo resistit, reatum non incurrit, quem tamen post interuallum se vindicans, non effugit: Nam si aliquis incontinenti legitime restiterit, culpas omnium delictorum tempore violẽtiæ commissorum, siue ex parte aggredientis, siue aggressi aliquis occidatur, in aggrendientem constat redundare debere, vt C. de vi publi. l. quoniam multa facinora. & ff. si. quadru. pauper. fe. dic. l. 1. §. cum arietes. At ille qui est repulsus, cùm aliquid fecerit ad vindictam, vel cùm ex interuallo possessionem suam recuperauerit, prædonem de ea expellendo, ciuiliter & criminaliter punitur, vt C. eodem. l. si quis. & Inst. de publ. iudiciis. §. inter. Iul. Similiter quoque criminis reatum euadit, qui legitimè certando incontinẽti à principio tentationi resistit: sed qui per negligentiam resistendi se primo expoliari permittit, antequam per pœnitentiam recuperare possit criminis reatum incurrit. Vnde Isidorus dicit: Calca serpentis caput, calca prauæ cogitationis initiũ: Anima enim præcedit carnem in crimine, repelle ergo cogitationes ab anima, & caro non peccabit. Plalmus: Beatus qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram: Paruula enim sunt ipsa tentationum initia, quę ad Petram Christum mox cum orta fuerint, allidenda sunt antequam crescant. Isido. Psal. 136.

Bonum quomodo agendum à nobis sit, quoue pacto quis transgressor iure dicatur, exprimitur.

Cap. LXXIIII.

TRansgressor est etiam, qui bonum facit, si illud non bene, vel bono animo facit: sicut mandati transgressor est, non solum qui contra illud facit, sed etiam qui illud indebito modo implet; Vnde periurus dicitus nõ solum qui iuramentum non seruat, sed etiã qui malè iurat. Vnde si quis, vt seruaret sabbatum à spirituali opere vacaret, malè sabbatum celebraret, & mandati transgressor esset. Et similiter qui mãdatum cum alicuius iniuria impleret, puta si propter dilectionem alicuius, hostem eius feriret, vel occideret. Vnde secundum iura, finis mandati exceditur, cum aliud vel aliter exequitur quàm mandetur, vel cum exequendo mandatum præter commissum iniuria infertur. Et ideò tunc potest ab iniuria appellari. vt C. de appel. l. si quis prouocatione.

Mundi tribulationes, quæ iure optimo legatis comparantur, nunc ij Dei vocitantur, qualisq; sit eorum finis lucidi ostenditur,

Cap.

Cap. LXXV.

TRibulationes, vel infirmitates, quæ peccatoribus in hac vita veniunt, sunt quasi quidam nuncij, vel legati Dei, missi ad cõmouẽdum eos, & prouocandum ad reconciliationem pœnitentiæ. Vnde patienter, & reuerenter suscipi debent, quantumcunque videantur hostiles: nã & nuncij, & legati quos apud nos etiam hostes mittunt, recipiuntur. Et secundum iura, quia sancta res est horum causa legatorum, si quis eos pulsauerit, hostibus quorum legati erant, tradendus est. ff. de legationibus. l. vltima. Similiter qui hos nuncios diuinæ iustitiæ repulerit, incidet in manus eius. Sic Rex filiorum Amon incidit in manus Dauid, qui eius nuncios dehonestauerat. Item pro Christo tribulationes & persecutiones sustinentes, sicut fuerunt socij eius passionum, sic etiam erunt cum eo socij consolationũ: exemplo scilicet mercatorum, quorum socij, sicut participant de periculo, siue damno, ita possunt licitè participare de lucro. vnde etiam si contrahatur societas, quod vnus ponat pecuniam, & alius operam, licitũ est, dum tamen lucrum & damnũ communiter sentiant: sed si periculum pertinet ad recipientem in solidum, & nõ ad tradentem, illicita est talis societas, & etiam leonina. Et talibus assimilantur qui volunt participare Christi cõsolationes, sed nolunt sentire eius passiones.

2.Reg.4.

Triplex mutui, locatique differentia apponitur: vsurariamq; prauitatem excommunicationi assimilari declaratur.

Cap. LXXVI.

VSurarius assimilatur ei, qui vult habere lucrum, & non stare periculo, vel ei qui venderet rem non suam pro sua, vel ei qui venderet illud, quod nõ esset. Cuius contrarium est in locatore: Est enim inter mutuum & locatum hæc triplex differentia.

Primo, quia periculum rei locatæ ad locatorem pertinet, sed rei mutuatæ ad debitorem: vt ff. de rei vendi. l. si nauis. Ideoque incendium non liberat debitorẽ, vt C. si certum petatur. l. incendium. Sed hac ratione tantum considerata, fœnus nauticum licitum esset, quod tamen falsum est, vt extra de vsuris. c. nauiganti. vnde est alia differẽtia, ex qua sumitur alia ratio, quare locatio licita est, non autem vsura: quia rei locatæ dominium retinemus, adeo quod conductor de proprietate quæstionem referre non potest. C. de pignori. actione. l. nec creditores. Et ideo pro vsu rei propriæ, quem concedimus, pecuniam recipimus: quod licitum est, quia nec aliquis cogitur de proprio beneficium facere. 10. quæstione secunda. c. præcariæ: Sed rei mutuatæ dominiũ transferimus. Ideo pro vsu rei propriæ, debitoris improbè pecuniam exigimus ab eodem. & facit ad hoc illud, quod habetur extra, de rei ven. c. si nauis.

Tertia differentia est, & ratio quia vsus rei locatæ aliquis est sine consumptione, vsus autem rei mutuatæ nullus est sine consumptione: & ita vendit id quod res non habet.

Item vsuraria prauitas similis est excommunicationi, quæ non solũ ligat eos in quo fertur, sed etiam participantes cum eis in casibus non concessis, inquantũ incurrunt saltem minorem excõmunicationem. Similiter non solum vsuras exercentes peccant, & ad restitutionem obligantur, sed etiam coadiutores inficiuntur, sicut patet in notariis conficienti.

Digitized by Google

cientibus iustrumenta vsuraria, qui ex hoc efficiuntur periori, & infames, & conficiendi instrumenta officio priuati. Periuri quidem, quia quando creantur iurant quod hoc non facient: ergo de cæteris nec testificari poterunt nec publica conficere instrumenta: petiurus enim testificari non potest, quantumcunque pœnitet etiam egerit. c. extra de testibus, ex parte, & capitulo fi. Ex hoc etiam sunt infames quibus sunt actus legitimi interdicti. extra de testibus, c. sed ex quadam.

Quemadmodū prælatus dum est vni ecclesiæ alligatus, ad aliam ineligibilis redditur: sic etiā vnā habens vxorē ea viuente alteri maritimonialiter potest copulari. Cap. LXXVII.

VXorem vnam habens, illa viuente, nō potest alij matrimonialiter copulari: & si de facto contraheret, non esset matrimonium. Cuius exemplum est in matrimonio spirituali, scilicet prælati, & ecclesiæ suæ: quia vni ecclesiæ alligatus ineligibilis est in alia, quia ligatas habet alas quibus satagit volitare, vt extra de electis, capitulo vltimo. Et si super electis de facto procedatur, non valet electio, vt patet ibidem. In hoc tamen differt à matrimonio carnali, quia in spirituali vni ecclesiæ alligatus, potest ab ea separari, & alteram suscipere, saltem dispensatiue ex causa necessitatis, vel vtilitatis: vt extra de electis. c. in causis, in fi. & septima, quæstione prima c. omnes qui. Et ideo in tali necessaria est postulatio, extra de postulatione. c. bonę memoriæ, in secundo. Hæc autem dispēsatio in matrimonio carnali locum non habet.

Quanto diuturnius vitium in anima exitit, tanto periculosius esse per consuetudines exemplū vnusquisque consuexerit. Cap. LXXVIII.

VItium nunquam debet approbari. Cuius exemplum est in iure, quia consuetudines malæ adinuentæ nullo tempore confirmantur, vt in authen. vt nulli iudi. §. primo. Item vitio quanto diuturnius, tanto periculosius: sicut consuetudo mala secundum iura, quanto diuturnior, tanto pernitiosior, & periculosior, extra de Simonia. c. non satis. extra de consuetu, capitulo vltimo 24. quæstione prima, c. scisma. & capitulo fiat.

EXPLICIT LIBER OCTAVVS.

PRO.

Digitized by Google

PROLOGVS LIBRI NONI, IN QVO DE ARTIFICIALIBUS rebus, quas humana ratio in exteriori naturali materia per artis habitum directa producit: interdumque de artiū operibus, nonnūquā de artificibus, aliquando etiam de artium instrumentis exemplariter fore pertractandum proponitur.

Eccles.9. IN manu artificū opera laudabuntur, inquit Ecclesiasticus. Humanum genus post lapsum peccati, à sua decidens integritate naturæ, caligat ignorantiæ tenebris, concupiscentiæ caloribus æstuat, crebráque infirmitate dissoluitur. Sed depellit ignorantiæ tenebras vtcunque sapientiæ studium, cohibet concupiscentiæ impetus, & cuiuslibet passionis insultus moralis virtutis dominium: labentique infirmitati succurrit multiformis artis ingenium. Si enim, Gale. vt testatur Galenus, immortale & impassibile esset corpus, & semper maneret ei optima compositio, non indigeret arte cōstituente ipsum. Quia igitur corpus humanū multipliciter alteratur, & patitur, ac insuper ex passibilitate multiplici diuersis necessitatibus subditur, ex industria, vel ratione humana quædā artes inuentæ sunt, ipsius humani corporis necessitatibus obsequentes, quæ ad differentiam liberaliū artium, seruiles nominantur: Quia enim in speculabilibus rebus per modum cuiusdam operis aliquid inuenitur, puta orationis congruæ, seu syllogismi constructio, ac etiam numerandi, vel mensurandi opus, quicunque ad huiusmodi operationis speculatiui habitus ordinantur, per quandam similitudinem artus appellantur. Sed tamen liberales ad illarū differentiam artium, quæ ordinantur ad extrinseca opera exercitata per corpus: Quæ scilicet dicuntur seruiles, inquantum corpus seruiliter animæ subiugatur, sed illæ econtra dicuntur liberales, quia magis ad animam pertinent, secundum quam libertas in homine reperitur. Et hinc est quod duæ scholæ habebantur antiquitus Romæ, scilicet liberalium artium vna, quæ in triuiū & quadriuiū distinguūtur communiter: Sunt enim vniuersaliter septem, quarum scilicet primæ tres triuium, reliquæ verò quatuor quadriuium appellantur: Grammaticam enim, & Logicam, & insuper Rhetoricam, triuium cōprehendit. Quarum prima Grammatica sermocinalis à literis nominatur: Nam gramma Græcè, litera Latine, theca verò reconditio dicitur.

Digitized by Google

dicitur. Est enim ipsa scientia nõ tantum rectè loquendi, sed etiam rectè scribendi, & origo, & fundamentum omnium liberalium artium.

Secunda vero dicta est Logica, id est, rationalis, videlicet à logos, quod est ratio. Nam logos (vt testatur Hiero.) apud Græcos multa signat: verbũ est enim, & ratio, & supputatio, & causa vniuscuiusque, vt rei per quam sunt singula quæ subsistunt. Est ergo logica rationalis scientia, scilicet ad ratiocinãdum inuẽta.

Tertia vocatur Rhetorica, id est, apte loquendi sciẽtia, dicta Græce rhetoresin, id est, copia locutionis: Resis enim græce locutio, Rhetor autem orator vocatur. Et fuit disciplina rhetoricæ à Græcis primo inuẽta, videlicet à Gorgia, Aristotele, & Hermagora: & à Latinis postea Tullio, & Bœtio, ac Victorino, & aliis plurimũ dilatata. Quadriniũ vero quatuor has artes comprehendit, scilicet Arithmeticam, quæ est numerãdi scientia, & dicitur ab ares, quod est virtus, & rithmodo, quod est numerus, id est, numerorum virtus. Item Geometria, quę est mẽsurandi sciẽtia. Musica quoque, quæ est sonorum consonãtiarum peritia. Et dicitur à moys, quod est aqua, ex eo, quod musicus sonus præcipue sit ex aquæ humore. Astronomiam etiam quadriniũ includit, quæ est astrorum & cælestiũ corporum motus certis temporibus, & reditus inuestigat. Hæ septem liberales artes, secundum poeticas fabulas, septẽ ancillæ sunt, quas à philologia Mercurius accepit in dotem.

Secunda vero schola, quæ Romæ habebatur, erat de mechaniis artibus, quas supra seruiles vocauimus. Quæ ideo vocantur mechanicæ, i. adulterinæ, quia sicut mechus est adulter, qui ad alterius vxorem accedit, sic & artifex mechanicus dicitur, qui ad alterius similitudinem agit, s ad exemplar naturæ: Nam qui vestiũ vsum inuenit, naturæ similitudinem sumpsit, quæ ea quæ extrinsecus possunt lædi, quibusdã tegumẽtis muniuit, videlicet corticibus arbores, velleribus oues, ac plumis & pennis variis quasque vestiuit aues. Similiter & in operibus aliis inquantum potest ars naturam imitatur prout Philosophus dicit. Vel ideo fortè vocantur mechanicæ dictæ artes, quia internum rationis consiliũ, seu mentalem conceptum, ad exteriorem materiam applicant corporalem, sicut homo mechari dicitur qui extraneæ carni, i. alienæ vxori applicat corpus suum: Est enim operatio artis circa exteriorem materiã. Quia igitur harum artium vsus est hominibus multipliciter vtilis, & in eis rationis industria plurimum delectatur, non immerito in verbis propositis earundẽ artium opera laudabilia memorãtur. In manu, inquit, artificum, opera laudabuntur, vbi siue artis instrumentum attẽdere velis in manibus, siue ipsius principia notare in artificibus, siue ipsius commoda mirari in operibus, omniquaque virtutes & laudes artium apparebunt: Nam laus artificibus, laus eorum manibus, nec non & eorum operibus frequenter exhibetur: sed idcirco in laudem operũ manus primo commemoratur artificiũ, quia non ex interiori consilio, sed ex exteriori artificio, quod manu fecit, artifex commendatur: Non enim laudatur artifex, quia penes se bene prouiderit, vel ex eo, quod intus in animo prudẽter disposuerit quæ agere oportet, nisi postmodum manu exterius vtile opus agat: primũ enim ex prudentia prouenit, secũdũ vero ex arte. Est enim

Arist. in Physi.

prudẽtia secundum philosophum, recta ratio agibiliũ. Ars vero esse dicitur recta ratio factibiliũ, quãuis vtrunque ars circa factibiliũ dirigat, s. & rationem, & manũ. Differunt tamẽ agere, & facere, quia (vt dicitur) Factio dicitur actus transiens in exteriorẽ materiam, sicut ædificare, secare, & huiusmodi. Agere autẽ est actus permanens in ipso agente, sicut intelligere, velle, & huiusmodi. Quia igitur ipsa factio artis in exteriorem materiam transiens, non est perfectio facientis, sed facti, sicut motus ast actus mobilis: patet quod bonum artis, & laus, consideratur non in ipso artifice, sed magis in artificio quod manu operatur. Et licet sint multa, & varia artium, vel artificum instrumenta separata, ex eo, quòd ars quælibet vtitur propriis instrumentis; Instrumentum tamẽ coniunctum, artificum generaliter omniũ dicitur esse manus. præter quod forsitan Philosophus dicit, quòd ipsa manus est organum organorũ, quia omniũ artiũ instrumenta, vel organa, aut manu mouẽtur, aut fiunt: Nam martellus manu fit fabri, & ab eadem etiã dum percutit agitatur. Mola enim fit manu artificis, sed molẽdo ab aqua ducitur, vel à vento, vel iumento: Fiunt enim molendina ad aquam, ad ventum, & ad iumenta. Expositores tamẽ Philosophi prædictũ verbũ cõmuniter referũt ad organa naturæ. Vnde manum esse intelligunt organũ organorũ, ex eo, quòd manus datæ sunt homini loco omnium organorũ, quæ siue ad defensionẽ, siue ad purgationem, siue ad cooperimentum cunctis aliis animalibus data sunt à natura; Nihilominus tamen manus, (vt dictum est) artificum quasi omnium est instrumentũ primum, à quo constructio operis, & laus inchoat.

Aristot. 9. meta.

Aristot. 3. de ani.

Sap. Manum tuã laudauerũt pariter. Cæterum opifices artiũ, i. artifices omnes, aut humanæ vitæ multiplici necessitate deseruiunt, aut ad commoditatem cõferunt, aut iocosis solatiis præsentis vitæ tædia subleuant onerosa. Humanis nãque necessitatibus artifices illi seruiunt, s. qui eas artes exercent, quibus victus vel vestitus cõquiritur, & quibus insuper operimenta tectorum, id est domus, & habitacula congrua constituuntur: De his enim Apostolus ait tanquam de necessariis rebus. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus: Non enim tantum vestibus tegimur, sed domibus, & tectis, quibus, scilicet à ventis, & pluuiis, & æstibus defensamur propter quod dicitur, quod initium vitæ hominis aqua, & panis, & vestimentum, & domus protegens &c. Sed vlterius, 35. capitulo eiusdem libri additur illis ferrum, cum dicitur: Initium necessitatis rei vitæ hominum, aqua, ignis, ferrum &c. Constat enim quod panis, mel, & insuper sal, & oleum in cibum assumuntur, quibus quidem est necessarius ignis ecquens. Aqua vero, & liquor vuæ, quod vinum communiter dicitur, pertinet ad potum, ad tegendum autem homine, qui nudus & passibilis nascitur, additur vestimentum. Sed quia artes, quæ ad illa deseruiunt, operari sine ferro non possunt, vt de agricolis, & vinatoribus patet, & insuper de factoribus vestium, & domorum, ad istos cõgrue additur etiã ipsum ferrũ.

Sap. 10.

2. Thi. 6

Eccl. 39.

Sunt igitur operarij quidã, qui humanæ vitæ deseruiunt ad. cibum, & ad potum, quorum primi computantur agricolæ, quia assiduis laboribus suis de arboribus, & agris, & vineis, & etiam de hortis fructus, fruges, & vinũ, & ole-

Digitized by Google

& olera hominibus recolligunt ad cibum, & ad potum. Horum artem, quæ agricultura vocatur, apud Græcos Esiodus docuit, & Virgilius apud Latinos, cuius laudibus referta est Catonis maioris distinctio tertia. Sed huius quatuor species communiter distinguuntur, scilicet arualis, quæ docet loca culturæ deputare. Cõsita, quæ de arboribus docet: pascua, quæ de pratis pertractat: & florida, quæ de rosariis, & violariis, & aliis consimilibus instruit.

Confert quoq. ad victum hominum etiam pastorũ custodia, quorum custodire est oues, & capras, & pecora, & boues, aliaque iumẽta domestica, quadrupedia vel pennata, vt sunt gallinæ, & anseres, & huiuscemodi, quorũ carnes, vel lacticinia conueniens præbere probantur hominibus nutrimentum.

Piscatores quoque, & aucupes, & venatores insuper syluestrium bestiarum ad victũ corporis conquirẽdum laborant, multis modis, & variis instrumentis: Nam retibus, pedicis, laqueis, arcubus, vel iaculis communiter venatio agitur: aucupium vero laqueis, pedicis, viscoq ac retibus vt plurimum exercetur: sed hamo, retibus, fagenis, & iaculis vtuntur piscatores.

Sunt etiam molendinarij, & furnarij, pistores, & marcellarij, & pincernæ, caupones, & coci, aliique operarij similes, variis & assiduis studiis, quæ ad cibum vel potum pertinent præparantes.

Vecturales quoque ac nautæ, qui ea quæ necessaria sunt ad victum, vel vsum hominum, iumentis, curribus, vel nauibus, de loco ad locum transportant, humanæ vitæ necessitatibus variis non modicum obsequuntur: Hi enim penuriã profugant, bella sedant, pacem firmant, & pro communi vtilitate omniũ remotissimas gentes confederant.

Pigmentarij quoque artifices, siue apothecarij, qui in pulueres contundunt aromata, & sirupos, electuaria, variasque confectiones & validas, medicorũ præcepto componunt. Et insuper ipsi medici, qui argumentis & remediis variis humani corporis corruptioni resistunt. Et rursus chirurgi, qui apostemata vel vlcera curant, & qui vulnera quæque consolidant ab extra violenter illata: omnes inquam humanæ salutis necessarij sunt ministri. propter quod dicit Ecclesiastic. Honora medicum propter necessitatem, etenim illum creauit Altissimus.

Quia vero non solum victus, sed etiam vestimentum, vt dictũ est, inter humanæ vitæ necessaria computatur, quãquam etiam deseruiant homini ad honestatẽ & dignitatem vestium ornamẽta. Idcirco ex industria hominum ad vestes conficiendas, & ad earum varias materias præparãdas, plures inuentæ sunt artes de lana, lino, canape, sericoque, ac bombice, vel aliis similibus opera facientes, texendo, consuendo, vel etiam retorquendo variis instrumentis, vt acu, vel fuso, subula, vel girgillo, pectine, vel calamistro, vel instrumentis aliis operantes, in vsu vestium, & tegminum aliorum filiorũ vel cordarum, & cortinarum, vel galetorum, & aliorum quorumcunque similium, quæ ad lanificium, linificium, serificium, pellificium, & aliorum cõsimilium vsum pertinere noscuntur. Cùm quibus etiam artificibus vestium hi quoque qui pelles præparant, siue ad vestium pilosas, quos scilicet pelliparios dicimus, siue depilatas ad calceos, quos

coriarios dicimus, & etiam ipsi calcifices merito computantur, tanquam necessariis tegumentis corpori seruientes.

Porro, qui villas, ciuitates, & castra cum manibus atque turribus, & aliis munitionibus suis, & domus siue quæque palatia, cum portis, fenestris, solariis, & diuersis mansionibus earundem construunt, cæteraque habitacula hominum in quibus vita mortalis socialis, vel salutaria ducitur, & conseruatur: etiam hi inter necessarios artifices computantur, vt sunt videlicet latomi, id est, lapidum diuisores, cemerarij, atque murarij, tegularij quoque & laterarij, carpētarij, seu tignarij, sculpentes, pingentes, polientes, & dolantes quocunque operentur instrumento dolabro, seu ascia, terebro, vel securi, serra, amus si vel linea, vel quocunque operentur alio instrumento. Et quia ferrum, (vt supra dictū est) etiam inter necessaria vitæ sacra scriptura commemorat, cum quo fortè & æs intelligitur, etiam ferrarij, vel erarij, id est, fabri possunt forte inter artifices necessarios computari, quorum quidam malleatores sunt, quidā fusores: malleatores namque dicuntur, qui feriendo massam, & dilatando ad artis formam deducunt. Et horum quidam ferrarij, quidā argentarij, & aliqui aurearij nuncupantur, Quorum quilibet artificia fabricant diuersis operibus hominum & vsibus oportuna: Facit enim faber ferrarius vomeres aratoribus, falces messoribus acus sutoribus, gladios & enses militibus, & fere artificibus omnibus fabri seruire noscuntur. Consimiliter etiam fabri argentariis atque ærariis monetas varias formant, vasa diuersa ex auro, & argento, ære, metallo, & stanno fabricant, vt sunt metallicæ ollæ, siue caldaria ærea, aut conchæ, scyphi, vrceoli, & bacilia, cæteraque consimilia. Hi etiam fabricant annulos, formant calices, sculpunt sigilla, includunt lapides, & plura opera ab eis alia fiunt. Quibus & si non ratione materiæ, ratione tamen formæ, vel operum, figuli similantur, qui vasa consimilia diuersis necessariis vsibus de lutea materia formant, videlicet ollas, cacabos, conchas, & vrceos, & etiam quædam aquaria, & olearia vasa. Fusores autem fabri vocantur, qui quæque metallica opera fundendo operantur, vt sunt campanarij, statuarij, & alia fusibilia de quacunque minerali materia facientes. Vnde eis assimilātur vitrarij, qui conflant ex materia vitrea cyatos, & ampulas, aliaque vitrea vasa, quibus, & qui soccula, & occularia de vitro cōficiunt annumerari possunt.

Secundo, sunt quidam artifices quorum artes hominibus conferunt ad quandam commoditatē, quædam quidem ad commodum pacis, prout est ars militiæ, quæ ad munitionem reipublicæ, contra rebelles, & hostes, communem pacem patriæ perturbantes, noscitur instituta. Cui ars subseruit equestris, & per consequens frenefactiua, & quæcunque alia fabricans siue parans equestria instrumenta. Armorum quoque fabricatio atque vsus, vt clypei, galeæ, ensis loricæ, atque lanceæ, & aliorum multorum, quæ ad æquites, & milites pertinet. Fundibularia quoque, & sagittaria, & quæque ars alia facit ad bellicum apparatum, ad militaris artis officium similiter ordinantur.

Porro scriptorum opera super omnia conferre videtur humanæ commoditati, vtpote, quæ non tantum corporali, sed etiam spi-

rituali

uiuendi humanæ vtilitati deseruiat. Hæc enim quæ sæpe in litteris absentium vota denunciat, hæc insuper in chyrographis humanas pactiones confirmat, & habet in sapientiæ libris vtilissima eruditionis. Hæc est quoque quæ memoriæ exponat, informat intellectum, & affectum inflammat, dirigit operantes, perficit artem, & futura atque præterita quasi præsentia facit. Cartularij autem, qui pelles ad pergamena purgant, subtiliant, & dealbant, & cæsores charactarum, & sonfectores membranarum, omnes ipsi opem suam scriptoribus subministrant. Illuminatores autem, & ligatores librorum cum scriptoribus computantur. Barbarij quoque fullones, sampsores, & mensurarum vel ponderum æquatores, qui lance, vel statera vtuntur ad talentum, marcam, vel libram, vnciam, staterem, quadrantem, aut sextulam, drachmam, obulum, calculum, aut assem, aliquid ponderantes. Et quæque ad mensuram cannæ, vel brachij, cubiti, palmi, pedis ac digiti, particæ, vel ungeri, miliarij, leucæ, vel stadij pannos, vel spacia, aut res quasque continuas metientes. Et qui etiam discontinua, vel liquores ad mensuram, gomor, chori, vel modij, congij, sextarij, ninæ, amphoræ, vel metretæ mensurantes. Hi omnes eisque consimiles humanis vtilitatibus & commodis subministrant. Sûe insuper multæ aliæ artes ad hominum commoditates inuentæ, quæ non possunt præ multitudine breuiter numerari.

Tertiò sunt quidâ artifices, quorum conatus & studia sunt ad ludum & solatium hominû, quæ si honestè, & cum moderatione fierent, debitis personarum, temporû, & locorû circumstantiis obseruis, mortalis vitæ tædia sublenant, animos recreãt, sensus delectant, infirmos roborant, mœstos & consolantur, & plura alia vitæ mortalium conferunt iuuamenta. Antiqui ergo in diuersis locis diuersis vtebantur solatiis, siue ludis: Nam in theatris tragediæ recitabantur, vel comediæ in carminibus, à personis cum laruis, & cæteris mechatis, in gabillis ducebant choreas, in gymnasiis luctabatur, in amphitheatricis cursitabant, in arenis pugiles exercebantur, in conuiuiis rithimis & musicis instrumentis vtebantur, in templis Deorum laudes canebant. Et horum omnium disciplina siue ars theatrica dicebatur, quia theatrû erat locus celebrior, & magis frequentatus. Sed hodie quasi tota ars histrionica siue musica, quæ ad hominû solatia studet, aut gestu fit, aut cantu, aut certe instrumentorum sono, qui flatu fit, vel pulsu: Nam gestibus fiunt repræsentationes, cantibus modulationes, instrumentis autê fiunt soni, & consonantiæ musicales. Et aliquando quidem flatu, vt tibiis. & tubis, & organis: Aliquando vero pulsu, vt cymbalis, timpanis, citharis, atque litiis, & cæteris consimilibus musicis instrumentis.

De artificum autem operibus est vltimo attendendum, quòd triplex in eis distinctio communiter assignatur, vt colligitur ex verbis philosophi, ex artium fine, ordine, & dignitate: Nam fines quarundam artium sunt ipsæ operationes, aliquarum vero fines sunt ipsa operata. Cum enim omnis ars operetur circa exteriorem materiam, quãdoque artifex assumit materiã sollûmodo quòd vsum, sicut citharam ad citharizandum, & nauem ad nauigandum: quãdoque vero assumit materiã vt transmutet ad aliquam formã, sicut lignû ad formã lecti, & ferrû ad formam cultelli, vnde Arist. 2. Ethi.

opera in manu artificum multipliciter collaudantur: Nam in primis horum artificum laudatur operatio ipsa, vnde in manu cytharistæ laudatur, quòd bene cytharam pulsat. In secundo vero laudatur præcipue res operata, puta culcellus, vel arca, quæ bene facta sit: Nam in quibus operata sunt fines præter operationem, nobiliora sunt operata ipsis operationibus, sicut finis nobilior est, quam ea quæ sunt ad finem.

Secunda vero distinctio artendit ex ordine operũ: quia quorundã aliorũ artificũ opera ordinantur & deputantur ad opera quorundã aliorũ, quod ex ordine ipsarũ artiũ faciliter apparet: Patet.n. quasdã artes sub aliis ordinari, sicut ars frenefactiua sub arte equitãdi, quæ dicitur equestris: & vlterius equestris sub arte militari: opera ergo militiæ laudabiliora sunt operib. equestribus, & equestris opera magis laudantur, quam frænefactiuæ, & similiter est de aliis artibus subinuicem ordinatis.

Tertia distinctio sumitur ex artium dignitate, & quædam artes architectionicæ sunt respectu aliarum. Quæ quidẽ in duobus excellit. primò in dominio, quia architectonicæ est præcipere arti, quæ est sub ea, vt equestris frænefactiuæ præcipit qualiter & quid operetur. Secundo excellit in vsu, quia s. architectonica ars ad finẽ suũ vtitur arte quæ est sub ipsa, sicut militaris vtitur equestri, vel fundibularia sagitaria ad finem suum, s. ad pugnandũ propter victoriã: Nam dicebantur antiquitus milites non solum equites, sed quicunque pugnantes ad vincendum, vnde sub militari nõ solum equestris, sed quæcunque alia ars, & virtus, quæ est ad operationẽ bellicam ordinata, vnde architectonicorum artificũ opera sunt magis laudabilia, quam eárum quæ sub ipsis. His igitur de mechanicis artibus, & earum artificibus instrumentis, & artificiis summariè prælibatis, postquã in libro præcedenti Octauo de quibusdam rationabilibus, id est, de humanis legibus, quæ certis rationibus cõstant, iam aliqua exempla præmisimus. Restat nunc in hoc Nono libello de rebus artificialibus, quas humana valet ratio ex exteriori naturali materia per artis habitũ directa producere, aliquas similitudines addere. Interdum quidem de operibus artium, interdũ autem de artificibus, interdum vero de instrumentis artium exempla inducendo, & diuersis adaptando materiis, comprehensis more solito sub ordine alphabeti.

Actiua, ac contemplatiua vita, quæ amore, Deiq; timore perficitur, tribus de causis sepulchro, & pluribus rationibus agricultura, colleq; humaria assimilari demonstratur.

Cap. I.

ACtiua, & cõtemplatiua vita assimilantur sepulchro propter tria. Primo ratione receptionis, quia scilicet sepulchrum non viuentes, sed tamen mortuos recipit: & similiter vtraque vita nõ viuentes mundo, vel peccato, sed vtrique mortificatos requirit. vnde Col. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo, vnde Gre. quid sepulchri nomine, nisi contemplatiua vita signatur, quæ nos quasi ab hoc mundo mortuos sepelit, dum à terrenis desideriis suscitatos in intimis abscondit? Actiua quoque vita sepulchrum est, quia à prauis nos operibus mortuos tegit. Ex quibus quidẽ verbis colligitur, quòd actiua vita mortuos peccato, contẽplatiua vero super hoc etiam mundo mortuos requirit: vnde idẽ Gre. subdit, quod contempla-

Digitized by Google

templatiua perfectius sepelit, quia à cunctis mundi actionibus funditus diuidit.

Secundo ratione absconsionis, quia s. in sepulchro corpus includitur, & ab hominum aspectibus absconditur, eo modo quo Christus docuit: Attendite ne iusti. ve. ap. cis. Vbi prohibet, quòd non fiant ad gloriæ humanæ ostentationem, sed solum à Dei laudem, & proximorum vtilitatem. Similiter de contemplatione siue oratione dixit. Tu autem cum oras, intra cubi. tu. & clau. ho. ora patrem tuum, &c.

Matth. 5.

Tertio ratione combinationis, quia vtraque vita, & non altera, tamen requiritur pro loco & tẽpore. In cuius signũ legitur Gen. Quod Abraham coniugem mortuã in sepulchro duplici sepeliuit. Quia nimirũ, (vt dicit Gre.) perfectus quisque extinctã à pœnitentis vitæ desideriis sub bonæ operationis tegmine & cõtemplationis abscondit: neque perfectus prædicator est, qui vel propter cõtẽplationis studiũ operãda negligit, vel propter operationũ instãtiam contemplanda præponit.

Gene. 23.

Item actiua, & etiam contemplatiua vita indiget timore, & amore: nã timor humiliat, & amor solicitat, quorum vtrunq; requiritur in actiua, sicut in naui requiritur & anchora nauẽ tenens, cui assimilatur timor humilians: & etiam vela impellẽs, cui assimilatur amor solicitans, & similiter in contemplatiua necessarius est timor per sobrietatem aggrauans, secundum illud. Non alta sapientes, sed humilia consentientes, & iterum. Nõ plus sapere ad sobrietatem. Idem & rursus necessarius est amor per auiditatem eleuans, secundum illud, Quæ sursum sunt sapite, &c. vnde Gre. dicit: anchora cordis est pondus timoris, sed quasi vela mentis, est vis amoris, quæ hãc dum à mũdo extrahit in alta sustollit: in contemplatione igitur veritatis, quasi in quodam alto pelago maris, mens proficiẽdo non pergit, quam vela amoris feruidi non impellit. Et rursus si hãc timor nõ aggrauat præsumptione sensuum, quasi procella fluctuum inanitet iactata erroris voraginem naufragat.

Rom. 12.

Col. 3.

Itẽ actiua vita similis est agriculturæ: nam (sicut dicit Pall.) eligẽdi, & bene colẽdi agri ration in quatuor rebus cõsistit, aere, aqua, terra, industria. aer sit salutaris & clemens, aqua salubris, & facilis, vel ibi nascens, vel aliunde deducta, vel imbre collecta, terra vero commoda situ, & fœcunda. Industria quoque colendi agrum est etiã necessaria circa loca, tempora & opera. Quæ omnia necessaria sunt in actiua vita se exercitantibus, s. vt sint aerei per benigintatẽ cõpassionis: Nã aer facillime ex aliis immutatur, & patitur Apo. Quis infirmatur, & ego non infirmor, quis scandalizatur & ego nõ vror? Debet ergo homo actiuus esse clemens in cõpassione, & salutiferus in operatione.

2. Cor. 11.

Item debet esse aqueus in facilitate subuẽtionis. Quia sicut aqua in loca vacua faciliter cõfluit, ita homo misericos indigentibus faciliter tribuit, Tob. Omni petenti te tribue. Luc. Esurientes impleuit bonis &c. Imbuit enim aqua loca vacua, sed non plena.

Tob. 4. Luc. 1.

Item debet esse terreus, id est, fœcundus per multiplicitatẽ exhibitionis: quia sicut fæcunda terra multos fructus gignit, ita pius & actiuus homo multas eleemosynas tribuit. Tob. Si multum tibi fuerit tribue.

Tob. 4.

Item debet esse industrius per sagacitatem discretionis, primò circa loca: debet enim attendere ad loca vbi sunt pauperes magis indigentes. Dicit enim idem

Palladius, quòd semina citius degenerant in locis humidis quam in siccis: Nam quasi loca humore plena sunt diuites, qui abundant tẽporali substantia, & in istis semẽ, i. datũ degenerat, quia meriti fructu non germinat. Sed quasi terra sicca est pauperis indigẽtia, in qua semen eleemosynæ nõ degenerat, quia eleemosyna pau-
Luc. 14. peri data, meriti fructu abundat: propter quòd Deus dixit Lu. 14. Cum facis prandiũ, aut cœnam, noli vocare diuites, qui habent vnde retribuat tibi, sed voca pauperes, & debiles, &c.

Itẽ dicit idẽ Pall. quôd non est magnopere desiderandus color terræ, quia bonitatis incertũ est signum: Est enim velut color terræ, fauor, vel fama eleemosynæ, quem eleemosynarius desiderare vel quærere ad sui gloriã non de-
Matth. 6 bet. Vnde Dominus. Cum facis eleemosynã, noli tuba canere ante te: Nam talis fama non certum est signum vel causa bonitatis.

Item debet esse industrius ad discernendum tẽpus in quo dan-
Eccl. 4. dæ sunt eleemosynæ. Eccl. Tẽpus
Psal. 144 custodiendi, & tẽpus abiiciendi. Psal. Tu das escã illorũ in tẽpore oportuno. Dicit autẽ idem Pall. quod omnia quæ serũtur crescẽte Luna, & in diebus tepidis sunt serẽda: Nam tepor euocat frigus inclusum. Sic mittens semen eleemosynæ, vel boni operis crescẽte Luna, i. defectu, vel caritia, tunc præcipue debet serere, i. eleemosynas dare. Et debet esse remotus à frigore accidiæ, & ab æstu impatientiæ, siue iræ. Vnde debet esse tepidus, id est, moderatus, vt neque frigescat per torporẽ negligentiæ, neque excandescat per feruorem impatientiæ.

Item debet esse industrius circa opera, s. vt videat, & quod & qualiter est agendum, siue plantando, siue putando, siue serendo, & cætera alia faciẽdo, quæ spectant ad culturam. Sic etiam debet homo actiuus esse, & industrius, & studiosus ad putandũ vitia, ad plantandum virtutes, & etiam ad serendũ semina bonorum operum.

Itẽ contẽplatiua vita similis est cellæ vinariæ. De qua dicitur: Cent. 2
Introduxit me Rex in cellam vinariã: Talis enim cella, (vt dicit Pal.) debet esse remota à quinq;

Primò quidẽ à calore, debet. n. esse frigida, & à feruore remota. Sic vir contemplatiuus debet esse frigidus ab æstu concupiscentiæ, & ab ardore libidinis remotus, quæ oculum mentis obtenebrat, & excæcat, Psal. Supercecidit ig- Psal. 57
nis, & non viderunt Solem.

Secundo à lumine, quia s. debet esse quasi obscura: & hæc obscuritas fit in viro cõtemplatiuo per humilitatem, per quam non reputat se quasi aliquid scire, vel videre. vnde. Psal. petebat dicens: Qui illuminas lucernam meam Psal. 117
illumina tenebras meas. Vel hæc obscuritas refertur ad fidem, qua nunc videtur Deus à contẽplantibus in quadã obscuritate, vnde Thi 15.
Apo. Lucem habitat inaccessibi- Cor. 13.
lem, quam nemo hominũ videre potest. Et alibi: Videmus nũc per speculum in enigmate. Tob. In Tob. 5.
tenebris sedeo, & lumẽ cæli non video. Vel ista tenebra fit in Sanctis quando considerant proprios defectus, diuinum iudiciũ formidantes. Psalm. Timor & tremor Psal. 54
venerũt super me, & contexerũt me tenebræ. Vel forte, quia Sancti viri timent, & fugiũt nimiã claritatẽ mũdanæ prosperitatis, Psal. Psal. 55
Ab altitudine diei timebo, & ideo non recusant noctẽ aduersi- Psal. 138
tatis. Psal. Nox illuminatio mea in deliciis meis. Vnde etiam in die bonorum non sunt immemores malorum.

Tertiò debet esse remota à septentrione, id est, debet esse opposita

positæ septentrionis. Septentrio enim dicitur arcturus sine vrsa, & dicitur septentrio à septē stellis frigidis arcturi. In, quibus designatur septennarius vitiorum, quibus Sancti, & contemplativi viri opposīti sunt, & resistentes, & contra eos pugnantes, iuxta illud dictū Sen. Pacem cum hominibus habebis, belli cum vitiis.

Senec. in Epi.

Quarto debet esse remota ab humore, à cisternis, & aquis. Hæ aquæ sunt doctrinæ siue rationes philosophiæ, quorū cisternæ sunt philosophorum libri, à quibus homo cōtemplativus in his quæ ad fidem pertinent debet removeri, quia fides non habet meritum cui humana ratio præbet experimentum. Et ideo Aug. dicit: Tolle argumentū vbi fides quæritur. De his cisternis dicitur: Duo mala fecit populus meus: quia me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderūt sibi cisternas dissipatas, quæ continere nō valent aquas. Hæ dissipatæ cisternæ sunt libri philosophorum errantium, vt Aurroïs, & quorundam aliorū contra fidē Christianorum loquētium, quos fonte vitio factæ scripturæ relicto quidam Christiani fodiunt, id est studiosè discunt, & credunt.

Quinto debet esse remōta à fœtore. Vnde fieri debet longe ab alueis, & stabulis, & sterquiliniis. Si quidem in alueis intelliguntur voluptatis delitiæ: In stabulis dignitatis excellentiæ, quia viri magni, & Principes præcipuè, delectantur in multitudine & pompa equorum, quibus stabula repleantur. Vnde de Salomone Rege dicitur, quòd habuit Salomon xl. millia equorum in stabulis. In sterquiliniis autem intelliguntur mundanæ diuitiæ. De quibus Apost. ait: Omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora: Hæc enim omnia quæ inū-

3. Par. 9.

Phi. 3.

danis redolent. Sanctis fœtent, qui cælestium odorem per olfactum internæ discretionis, & cōtemplationis percipiunt. Et ideo ab his tanquam à rebus fœtidis longe fugiunt, secundum illud Psalm. Eccę elongaui fugiens, scilicet à fœtore mundi.

Psal. 54.

Dei amor quot bona nobis conferat, & quo pacto in nobis conseruetur, mundiq; amatoribus interdum condemnetur musti similitudinibus aperitur.

Cap. 11.

AMor Dei cōseruatur in suo feruore, sicut mustū in suo dulcore: Nam sicut legitur in libro de vindemiis, quem Burgūdo transtulit de Græco in Latinum. Si quis vellet mustum per totum annū habere, vel per longum tempus in dulcedine seruare, hoc modo fieri potest. Quādo calcantur botri, quod ex illis stillat mūstum mitte in vas pice interius peruūctum, vel exterius, vt semiplenum vas sit, & obtura diligenter gipso: Multo enim tēpore manet mustum valde dulce, & multo magis seruabitur, si vas musti sit pice peruūctum interius & exterius, & in puteum mittatur, ita vt sola labia supereminent, & hoc per experientiam crebrām visum est optime. Et oportet vuas, ex quibus huiusmodi mustum egreditur, quiescibiliter conculcari, ita vt non comprimantur. Quid est anté tenaci pice vas interius & exterius linire, nisi mentis & corporis puritaté iugi, & firma custodia munire? Et quid est vas in puteo tenere, nisi cor in humilitate seruare? Et quid est labia supereminere, vel os vasis gipso albo obstruere, nisi sublimi & pura locutione, linguam siue os occupare, & ab infimis, vel impuris verbis abstinere? His profecto musti. i.

recordabuntur. Sicut constitutio posterior derogat priori, vt extra de cogna. spiritu. c. 1. ff. de legi. & constitu. l. non nouum. Etiamsi nulla in posteriori de prima mentio habeatur, sic & posterior vita derogat priori: Nã posterior culpa derogat priori iustitiæ, & posterior pœnitentia delet præcedentem
Ezec. 18. culpam Ezech. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium, & iustitiam, vita viuet, & non morietur, omnium iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor: in iustitia sua quam operatus est, viuet.

Item pœnitentia transfert hominem de culpa ad gratiam. Et hæc translatio multipliciter fit, sicut patet per exemplũ in trãslationibus prælatorum: Nam talis translatio aliquando fit causa necessitatis, puta cum prælatus in ecclesia sua persecutionẽ patitur, & hostilitatem, extra de renunc. c. nisi cum pridem. §. propter malitiam. Talis autem est translatio siue cõuersio eorum, qui propter tribulationes, seu aduersitates, vel infirmitates, ad Deum conuertuntur: Nam mala, quæ nos hic premunt, ad Deum nos ire compellunt, sicut dicit Greg. Sap. Trans-
Grego. Sap. 20. stulit illos, s. pœnitentes. per mare rubrum, id est, per tribulationem,
Psal. 15. & persecutionem. Psalm. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt.

Aliquando vero fit causa vtilitatis, puta cum in ecclesia sua in utilis est, & in alia vtilis: Est enim tam vtilitas quàm necessitas legitima causa translationis. 6. q. 1. c. omnes qui. & c. episcopus. Et hac ergo ex causa debet homo cõuerti, & transire de statu culpæ ad statum gratiæ, quia s. in statu culpæ est omnino inutilis quantum ad merendum, quia nec sibi, nec alteri meretur, sed dum est in statu gratiæ operatur fructuose, quia meretur, & propterea conuersio peccatoris vocatur translatio de morte ad vitam, & de in-
1. Ioã. 3. utili ad vtile. Vnde Ioan. Scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam.

Aliquando fit translatio causa leuitatis, puta, quoder leuitate alteri ecclesiæ adhæreat, vel suam pro derelicta habeat, puta quòd vxorem duxerit, vel miles factus sit, vel quòd ab ipsa ecclesia sua desit per tres septimanas, vel duos menses, sine iusta causa; vel absque licentia sui superioris. In quibus casibus, & similibus, priuari potest ecclesia debito iuris ordine seruato. Et ideo talis causa non commendabilis est. Et talis est conuersio puerorum impuberum, qui quadam leuitate animi potius, quàm deuotione, & sine licentia parentum religionem intrant, vel profitentur, & maximè pueri sint non doli capaces: de quibus manifestum est, quod ex sola leuitate hoc fecerunt. Et ideo non obstante tali professione, quã infra pubertatis annos fecerunt, à parentibus repeti ac reuocati possunt.

Aliquando vero fit huiusmodi translatio causa cupiditatis, vel ambitionis: & tunc secundum iura priuandus est ecclesia habita, scilicet prima, & ambita, scilicet secunda, vt nec primã possideat, quam per superbiam spernit, nec secundam, quam per auaritiam concupiuit, extra de clerico non re. §. h. 7. quæst. 1. c. eos, & c. si quis episcopus. Prima tamen ecclesia ipsum repetere potest, si voluerit. 7. q. 1. non oportet. Talis ergo est conuersio siue pœnitẽtia ficta hypocritarum, s. vel propter cupiditatem terreni lucri, vel propter ambitionẽ honoris, qui duplici præmio priuantur, scilicet cælesti,

Digitized by Google

cælesti, quod contemnunt, & interdum etiam temporali. Tum quia seipsos aliquando affligunt abstinentia, & huiusmodi, & sic priuant seipsos commodo corporali: Tum quia etiam aliquando dum eorum hypocrisis deprehenditur, confunduntur, & vituperantur, & sic priuantur præmio æterno, quod spreuerunt, & temporali, quod ambierunt.

Aliquando fit translatio causa humilitatis, puta religionis. In quo casu inferioribus Episcopis sufficit petere licentiam, alioquin si nec petita licentia transeat, ecclesia potest ipsum repetere. similiter. 7. q. 1. si qui vero, & c. si quis presbyter. Ipse autem ecclesiam repetere non potest. 7. q. 1. c. eos, & extra de renun. c. cum in dubiis. Sed hic sciendum, quod si ob cõscientiam criminis, dimissa prælatura ad vitam monachalem quis descenderit, ad prælaturam secularem resurgere non potest de iure: alias secus. 4. quæstio. 1. c. hoc nequaquam. Et extra de renun. cap. post translationem. Et huic translationi assimilatur conuersio eorum, qui culpam suam & miseriam erubescentes, humiliter ad pœnitentiam veniunt, interdum quidem remorsu cõscientiæ puncti, & stimulati. Qui post quam conuersi sunt, ad pristinam culpam & conuersationem secularem, id est, inordinatam vitam, non redeunt. Ita est vera conuersio peccatoris, cuiusmodi fuit cõuersio Magdalenæ. Item nota, quod pœnitentiæ quæ iniunguntur à sacerdotibus, sunt hodie arbitrariæ: quia de eis nõ possit dari certa diffinitio siue regula, & ideo relinquuntur sacerdotũ arbitrio seu iudicio determinandæ, sicut etiam secundũ iura, ea quæ certa regula diffiniri non possunt iudicis arbitrio relinquũtur, sicut de fide testibus adhibenda. Ideoque hoc fidei iudicis recipientis relinquitur, quia ipse magis scire potest quàm alius. ff. de testibus, & attest. l. fides vel verba epistolæ. Item in mora, cuius diffinitio non traditur. ff. de vsuris, leg. ex mora. Reg. i. Item in impensis factis in rebus dotalibus: Nam & si deduci debeant, non tamẽ facile est in vniuersum diffiniri, sed singula ex genere & magnitudine impendiorũ extimari possunt. ff. de impen in re. dota factis. l. quod dicitur, in fin. Similiter ergo & in quantitate pœnitentiæ peccatoribus imponendæ conuenit. Vnde tempora pœnitudinis habita moderatione, cõstituenda sunt sacerdotis iudicio, prout conuersorum animos prospexerit esse deuotos, habito respectu ad ætatis periculum, & ægritudinum necessitates. 26. q. 7. c. tempora, & c. hoc fit.

Luc. 7.

Perseuerantia bona, qua consuetudinis similis esse dicitur, bremuet censentur.

Cap. LIX.

PErseuerantia bonæ vitæ excludit ius Diaboli ab homine, & acquirit in eo ius Deo. Vnde assimilatur consuetudini, quæ si sit rationabilis, tollit ius in loco in quo viget. ff. de legibus, & senna. cons de quibus. Item consuetudo ra... nabilis ius inducit. Inst. de iure naturali, gen. & ciui. §. ex non scripto. Item perseuerantia & continuatio boni, prævalet legi peccati, sicut etiam consuetudo vincit legem, s. si sit à tanto tempore seruata, vt non sit in memoria hominum quãdo incœpit, vt ff. de aqua pluui. arcen. l. 1. in fi. & ff. de aqua quoti. & æstiua. l. hoc iure. §. ductus aquæ. Et similiter consuetudo quã Romana seruat ecclesia, & præcipit ab aliis seruari, etiam vincit legem, vt 12. distin. c. nolite, de consecra. dist. 1. c. basilicas.

Digitized by Google

Item continuatio pœnitentiæ, & bonæ vitæ sequentis, abolet culpam & infamiam malæ vitæ præcedentis: sicut consuetudo posterior tollit priorem. extra de cogna. spiritu. cap. 1. Et hoc verum est si in eodem municipio diuersæ consuetudines diuersis temporibus oriuntur: Nam si diuersis, secus, vt 12. dist. cap. scit sancta: Hæc enim diuersæ aliquorũ consuetudines, aliorum debent contrario more subuerti, vt 12. dist. c. illud.

Papa suprema potestas circa spiritualia & temporalia duobus in gladijs designata describitur: quæ pariter in vsu pallij designari declaratur. Cap. LX.

POtestas non solùm spiritualis, sed etiam temporalis est apud Papam: Nam Papa vtrunq; gladiũ habet. 22. di. c. 1. 63. di. c. tibi domino. Vnde & reges deponit. 15. q. 6. c. alius, & c. nos sanctorum, & c. iuratorum. 1. q. 4. c. quia præsulatus. 96. dist. c. duo sunt. Et non solum regem constituit, imo transfert. extra de elect. c. venerabilem, immo etiam Imperatorem electum Papa habet approbare, electionem confirmare, vel infirmare, & ipsum confirmatum etiam consecrare. Et hæc omnia probantur in prædicta decreatali venerabilem. Ipse etiam Papa Imperatorem deponere potest: Si enim Zacharias Papa Regem Francorum, qui à Romano Pontifice coronã non recipit, nec per eum examinatur, nec conprobatur ab eo, vel reprobatur, non tam pro suis iniquitatibus, quàm pro eo quòd tantæ potestati erat inutilis, à regno deposuit, & alium loco eius instituit 15. q. 6. c. alius: multo fortius Imperatore, qui spectãlius quodammodo subest ei, poterit remouere. 99. dis. c. duo sunt. & c. si Imperator.

Item potestatis, vel officij plenitudo in maioribus prælatis repræsentatur, & designatur in vsu pallij: Nam in Papa pallium designat plenitudinẽ potestatis plenissimam. extra de au. & vsu pallij. c. ad honorẽ, & extra de elect. c. illa quotidiana. In Patriarchis verò plenissimam officij designat potestatem, arg. extra de priuile. c. antiqua. In Archiepiscopis pleniorem officij potestatem. extra de auct. & vsu pallij. c. nisi. & c. ad honorem. In Episcopis verò plenam officij potestatem, quibus quandoque conceditur, scilicet aliquibus, vt Papien. ac Cumen. & Messano, & Ostien. Quibus ex longa consuetudine, & ecclesiarum suarum priuil. debetur, quæ seruanda sunt, extra de officio ordina. c. duo simul. 25. q. 2. c. 1, 2, & 3.

Prælatorum in subditos potestas ac regimen in virga correctionis doctrinaque prædicationis perfici, ac quemadmodum corrigere prædicare q; debeant, aperitur. Cap. LXI.

PRælatorũ regimen præcipuè in duobus consistit, scilicet in virga correctionis, & doctrina prædicationis: Nam latratu canũ lupi arcendi sunt, baculoque pastorum 45. dist. §. j. Sed in virga disciplinæ attendere debet, vt corrigat beneuolenter, scilicet non ex odio sed ex charitate, quia falsa iustitia dedignationem habet, vera compassionem.

Item, vt corrigat prudenter, scilicet vt cũ discretione corripiantur tumidi, tolerentur infirmi, & quos castigare seuerius necesse est, non seuientis plectantur animo, sed medentis, vt 86. dist. c. 2.

Item cõgruenter, s. vt rigor iustitiæ vbi congruit remittatur, & vbi,

Digitized by Google

& vbi expedit intendatur. Est autem remittendus siue temperádus ex duobus.

Primó, ex multitudine peccantium. 1. q. 7. c. quotiens. extra de transl. c. fina. Vnde versus cómunis: Ob populú multú crimé pertanfit inultum. Quando autem est multitudo in causa, tunc prælatus incipere debet à spiritualibus proximis, vt eorú exemplo frangatur cætera multitudo. 54 di.c. commessationes.

Item puniendi sunt maiores de vniuersitate, qui alios trahunt ad peccatum, extra de cler. excom. c. latores.

Secúdo téperatur rigor ex qualitate peccantiú, quia deferendum est personæ, & dignitati, extra de offi. deleg. c. sane, c. quia, & c. past. & extra de mai. & obe. c. per tuas. 45 di.c. cum beatus. 50. di. contumaces. 2. q. 7. c. quisquis. 24. q. 1. c. qui cótra pacé. ff. de pœnis. l. vt seruorú, ita tamen, quod non deferatur iustitia vitæ, quia secúdum Aug. siue plectendo, siue ignoscendo, hoc solum bene agitur, vt vita hominú corrigatur. 22. q. e. prodest. Est etiam interdú rigor augendus ex duobus. Primú, cum peccatum ex auctoritate defenditur, de pœniten. di. 6. c. 1. in fi. Iteé secundo, cú vsitatum est malú, & multis grassantibus opus est exéplo 8. q. 1. c. reperiútur. ff. de pœnis. l. aut facta. §. vlti. Et nota, q. si superior modum excedit, nimis corrigendo, & si peccet 14. q. 4. c. quo peccat, in fi. nó tamé cogitur á subditis veniá postulare, ne dum nimiú seruatur humilitas, regendi frágatur auctoritas. 86 di.c. quádo: Sæpe enim ex conuersatione æquali contéptus nascitur dignitatis. ff. de off. c. præsidis, obseruandum: Debet enim prælatus ex ingenio suo dignitatem augere, ne contemptibilis habeatur. ff. de offi. proconf. l. nec quicquam. §. circa. 50. di. c. 1. extra de accu. c. qualiter, & quando. Secundo pertinet ad regimen prælati doctrina prædicationis. Vbi primó necessaria est charitas intus ardés. Con. Si linguis hominum loquar, & 1. Cor. 13
Angelorum, charitatem autē non habeam, factus sum velut æs sonans. Secúdo vita exterius lucés. Gre. Cuius vita despicitur, restat, vt eius prædicatio contemnatur. 3. q. 7. §. porró in fi. Ambr. Iudicet ille de alterius errore, qui non habet in se quod condemnet, vt c. q. c. incider. Grego. In grauibus peccatis quis positus, dum suis præmitur aliena non dilúit, vt c. q. c. in grauibus. Chryso. Male viuendo, & bene docendo, Deú instruis qualiter te debeat cõdemnare. 40. di. c. multi. Talis, secundum Hieronymum, assimilatur cineri, per quem lixiuium transiens lauat, & non lauatur. 83. dist. §. vlt. Et secundum Augustinum assimalatur lapidi canali, per quem aqua doctrinæ transit ad vrceolos, id est, ad subditorú corda, in quibus alijs fructum facit. 1. q. 1. c. si fuerit. Et secundum Nicolaum Papam, assimilatur faci atdenti, quæ seipsam consumens, alijs lucé ministrat 15. vlti. c. vlti.

Tertiò, necessarius est actus prædicationis discrete docens; circa quam quatuor cõsiderabis. Tempus, vt non loquatur semper, sed temporibus oportunis: si enim semper plueret, terra non germinaret. Vnde Leui. Vir qui fluxum seminis, scilicet spiritualis, id est, Le ui. 15
verba Dei, patitur, immúdus erit. Ideo Paulus dicturus importune, præmisit oportunè. 43. dist.c. sit rector in fine.

Item considerandus est locus, vt scilicet in ecclesia, vel alio loco publico, vel honesto, non in priuatis domibus, ne suspitio sit de hæresi. 30. dist. c. si quis.

Item modus, scilicet, vt fiducia-

Auguſt.

Aug. in Reg.

Digitized by Google

liter, & liberè prædicetur. 11.q.2. c. nolite. Et in priuatis locis possunt aliqua proponi non solemniter, sed in modum simplicis exhortationis seu collationis, extra de hæreticis. c. cum ex iniuncto. circa prin. Debet esse etiam prædicatio humilis, extra de maioritate, & obedientia. c. humilis doctrina. quia asperitatis nimiæ increpatio, nec correptionem recipit, nec salutē. 45. di.c. cum beatus. ff. ad le. aqui. l. præceptoris.

Quartò consideranda est dicēdorum & auditorum qualitas: Nam secundum capacitatē audietium, docenda sunt alta, & profunda, & subtilia, & infima, plana, & simplicia 43. di.c. sit rector 8.q.1.c. oportet. Alias, si nō intelligentibus profunda diceret, non esset prædicator, sed percussor. In fine nota, quòd prælatus qui nō audiuit Donatum, & est nimis insufficiens, deponendus est, extra de æta. & quali. ca. vltim.

Item prælatus debet diligenter custodire gregem suum, quòd ex negligentia vel incuria sua nullus in eo iacturam patiatur, alioquin reus efficitur. Vnde prælati in hoc similes sunt illis qui habitant in littoribus maris: Quia secundum leges, si non inueniatur qui rapuit res ex naufragio, hi, qui iuxta littora maris in quibus nauis infixa vel tracta fuit, inter fines agri cuiusque prædia possident siue morantur, ex edicto diui Adriani tenentur, & à præsidibus condemnari debent damnum passis, vt sic possessores territorijs, quamuis nihil rapuerint, in omni eos, quòd damnum sibi naufragio ademptū probauerint, condemnentur. Et est ratio naturalis, quia sic debent custodire inter littora, ne etiam ab extraneis ibi aliquid diripiatur. Inuigilent ergo, & ponant custodes, ne detrimentum patiantur, secundum quod legitur de officio præfecti vigilum. lege prima, secunda, & tertia. Similiter, si de domo, vel villa expugnatis, aliquid raptum sit, quamuis verba edicti desint, tamen ex mente Labeo. ait huic edicto locum fore: Nec enim minus in mari quam in villa, vel econuerso, possumus per latrunculos infestari vt. ff. eo.l. 3. §. Labeo scripsit. Et similiter ex mente diui Adriani dici potest, quòd si quis extraneus in ciuitate aliqua, vel eius territorio fruerit spoliatus, vel res eius furtò amiserit, communitas teneatur. Hęc actio & contra hæredes datur, vt. ff. eod. l. 4. in fine. Si ergo communitas quælibet tenetur custodire diligenter territorum suum, multo magis custodire & conseruare tenetur quilibet prælatus gregem suum. Alioquin dicetur ei illud Zachar. O pastor & idolum derelinquens gregem. Vnde sicut idolum hominis non est homo simpliciter, sed homo secundum quid, sic etiam pastor non custodiens gregem suum. Zach. 11.

Item prælati peccatum periculosum est subditis, non solum publicum, sed etiam occultū: quod patet per exemplum in simoniacis: Quia si episcopus sit simoniacus in ordine, & occultus, suspensus est quo ad omnes. Et probatur. 32. di.c. nullus, & c. præter hæc: Simoniacus enim in ordine habet caracterem vitiosum. 1. q. 1. c. reperiuntur. & c. quibusdam narrantibus. Vnde si scio eum simoniacum in ordine occultum, nullo modo debeo ab eo ordinari. 1. q.1.c. si. quis à simoniacis, extra de simonia per tuas. Et si ignoro eum simoniacum esse, cum sit in veritate, nō recipio executionem, sed dispensatione indigeo in detestationem criminis, vt in dicto. c. si quis à simoniacis, extra de ordinatis ab episcopo. c. 1.

po.c.1.in fi. & c. 2. Si autem scio, sed coactus sum recipere, si absolutè coactus fuerim, tunc nec caracterem recipio. 50. di. c. presbyteros, extra de bapt. c. maiores. Si vero coactus fuerim conditionaliter, tunc aliud est quam ignoranter. 1. q. 1. c. constat: Recipio enim executionem, sed non ibi. Et ratio est, quia magis constat de voluntate coacti, quam ignorantis, extra de simonia. c. sicut nobis. Si autem credo, vel scio, episcopum simoniacum non in suo ordine, sed in collatione ordinum, seu beneficiorum, si possum obtinere quod ab alio ordiner, debeo vtique hoc facere. Alioquin quamdiu toleratur ab ecclesia, & occultus est, si compellat me, securè recipio, non obstante conscientia repugnante, quia erronea est. 31. dist. c. nerui 11. q. 3. c. Cui est illata, licet sit ar. contrarium, ff. de libe. l. causa igitur. §. 1. Et quia omne quod fit contra conscientiam. & c. 28. q. 1. §. ex his. extra de præscriptio. c. quam omne. Sed intellige conscientiam ex præcepto vel prohibitione formatam, vel quòd fit contra conscientiam non erroneam, quòd si mala audieris de prælato, sis fidelis, & non nimis credulus. ff. quòd eum falso. tu l. 1. in fi. ff. de eo per quem factum est l. 1. §. 1. extra de in int. c. rest. ex literis, quia dictum vnius facilè sequitur multitudo, extra de purgatione cano. 6. cum in iuuentute, ergo de facili autem non præbeas 11. q. 7. c. si quid igitur. 86 dist. c. si quid vero de quocunque. 33. dist. c. habuisse.

In purgatorio existentes non posse seipsos, vel ligare ad culpam, vel soluere à pœna, hacq; de causa excommunicationi comparari explanatur.

Cap. LXII.

PVrgatorij pœna assimilatur excõmunicationi, vel pœnæ legali, per quam scilicet nullus seipsum ligare potest, vel soluere, ff. de arbitris. l. penul. 4. q. 4. c. 1. C. ne qui in causa sua iudi. l. vnica. Est tamen contrarium ar. de sen. excommun. c. cum desideres. Vbi innuitur, quod si episcopus communicet cum illo quem excommunicauit, sententiam incurrit. Sed dic, quod ille non ligatur sententia propria, sed canonis. Et si expresse diceret, quod participans cum excommunicato ab eo non ligaretur, non valeret: extra de sent. excom. c. nuper. 11. q. 3. excommunicatis. & c. cum excommunicato. Similiter nullus in purgatorio existens, potest seipsum, vel ligare ad culpam, vel soluere à pœna. Et ideo à nobis expectant suffragia, quibus à pœna illa solui mereantur, siue per suffragia eleemosynarum, siue orationum, & huiusmodi. Mach. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. Item nota, quod purgantur aliquãdo animæ defunctorum extra locũ communem purgatorij, in quo generaliter animæ purgari dicuntur, sicut patet ex 4. dialo. beati, Greg. Et hoc conceditur aliquibus ex priuilegio speciali, vt, s. exemptæ sint à cõmunis purgatorij loco, sicut per priuilegiũ eximitur quis à foro 16. q. 1. c. frater. extra de priuil. c. cum capella. ff. de excu. mu. l. penultima. §. si potest. ff. de excu. tu. c. spadonem. §. scire. ff. de administ. l. is cui. Conceditur ergo hoc priuilegium gratiæ, quorundam hominum animabus, vt in aliquo loco super terram purgentur, vt eorum status hic existentibus facilius innotescat, vt scilicet ab eis citius adiuuentur, vel propter alias causas Deo notas.

1. Mac. 12

Gre. 4. dia.

Rationis virtus, quæ participatio luminis diuini interdum vocatur, quantum cæteras animæ virtutes excellat, ostenditur.

Cap. LXIII.

RAtio, cum sit virtus eminẽtior in homine, debet regere totam animam, & omnes partes eius: sicut dicunt iura, quòd quælibet ecclesia episcopatus regenda est iuxta dispositionem & ordinationem Episcop. 10. q.1.c. decretum & c. regenda: Nã Episcopus est maior omnibus, sicut Christi vicarius 33. q.v.c. mulierem. Vnde inobedientes ei, morte, scilicet excommunicationis, occidetur, extra de maio. & obed. c. 1. & 2. quia omnes sub eo sunt, vt e. ti.c. omnes. Similiter, quia ratio (secundum Phi.) est suprema
Arist. Psalm. 6. in homine, gerens similitudinem Dei. Psalm. Signatũ est super nos, &c: Est enim lumẽ rationis, quædam participatio diuini luminis, idcirco debet esse super nos, id est, principari & dominari in nobis, ita vt omnes partes hominis, & actus, secundũ eius dispositionem & ordinationem regulentur. Et si caro, vel aliquod membrum illius ei non obediant, occidenda sunt mortificatione pœnitentiæ. Vnde
Rom. 18. Apostolus: Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

Quæ, & quando Religiosis corporis recreatio conueniat, pluribus legũ auctoritatibus comprobatur.

Cap. LXIIII.

REcreatio quieta, & modesta cuilibet licet pro tempore, sed dissoluta, & inquieta, non competit viris spiritualibus: Hinc est enim (secundum iura,) quòd clericis non prohibetur piscatio: licet enim clericis non solum causa necessitatis, vel vtilitatis, sed etiam causa recreationis cum retibus piscari, dummodo tamen cum silentio & modestia fiat: Nam & monacho licèt retia texere pro piscibus capiendis. de conse. di.v.c. nunquã: Prohibetur tamen clericis venatio. vt 86. di.c. qui venatoribus. Ideo ergo piscatio conceditur, & venatio prohibetur, quia venatio fit cum inquietudine, & clamore: piscatio vero cum quiete. Et quia maior delectatio & dissolutio est in venatione, quàm in piscatione: venator enim currit per deuia, sicut diabolus cum ducit animam captiuam: verum est tamen, quòd licèt clericis prohibeatur saltuosa venatio, & clamosa, tamen quieta & recreatiua conceditur, scilicet quando fit non causa voluptatis, sed recreationis, ad excitandum forsitan appetitum, vel calorem naturalem. ar. extra de homicidio c. dilectus filius. a. capellanus, & extra de iureiurando. c. & si Christus de conse. di. v.c. sint tibi ieiunia. 1. & 2. licèt secundum quosdã Episcopo sit omnino interdicta, Sic intelligunt, 34. di.c.j. Ostien. Ostien. autẽ dicit, quòd venatio est omnibus interdicta, si fiat eo tempore quo debẽt homines in ecclesia esse, vel orare, siue sint clerici, siue laici. 86. di. c. amputatis. de conse. di. 3.c. irreligiosum. & di. v. ieiunium. Quia venatorem scilicet in venatione mortuum neminem legimus sanctum. 86. dist. c. qui venatoribus. Et non solum in diebus ieiuniorum est illicita, sed etiam in festis, quibus homines debent venire ad ecclesiam, nisi forte necessitate famis ingruente. Et idem est, si apti venirent, & vastaret segetes, vel vineas clericorum, vel monachorũ. Aliis autem diebus licita est laicis, pro carnibus & pellibus habendis, alias non. secundum Rainum, & Goffredum, qui & de ipsa venatione

natione decimas dare iubentur. 16.q.1. quicúque. & extra de decimis non est in potestate. Clericis autem est illicita, si nimis apponant mentem in venatione, ita quod celestia in spiritualibus vel temporalibus exinde detrimetum patiatur, vel aliquod onus inde habeat. extra de cler. vena c.1. & v. Necessitate ergo ecclesiæ exigente, licita est venatio clericis, & monachis. Et similiter causa vtilitatis, & recreationis aliquotiens possunt venari, siue sint Episcopi siue alij, dummodo venatio sit quieta, & non proficiscantur cũ canibus & auibus quando debent visitare & prædicare.

Iuris exẽplo, eiusdemq; auctoritate, quando damnum alicui illatum, & quibus casibus possit absque culpa remitti, docetur.

LXV.

REmitti non potest damnum alicui illatum sine consensu illius, nisi propter necessitatem pacis, vel alicuius consimilis vtilitatis cõmunis. Vnde pone quod bellum fuerit inter duos milites, vel principes, & hinc inde iniuriæ multæ, & damna sint illata, postea facta est pax inter ipsos, & dãna hincinde data remissa sunt, nunquid ista remissio extenditur ad homines, & valitores vtriusque? Non videtur, nisi de cõsensu eorundem sit facta. arg. C. de transacti. l. 1. & l. transactionis placitum, & l. præses. & l. ver. pe. a. te. extra de mai. & obed. c. fi. ff. de transact. lege. 3. & l. qui cum toto. & lege nulli. ff. de pact. l. fi. mus. §. pact. l. vbi. & l. in summa. & l. si cõuenerit. Vel nisi forte aliter non possit haberi pax, vbi quidem vtiliter partis geritur negotium vtiusque. Et sic potest intelligi. ff. de pact. l. conuentionum. Aliter quomodo possum remittere iuis hominis mei, cum nec possem ab eodem tantundem extorquere sine rapina.

Quemadmodum restitutio fit agenda vt missa existat, quasq; conditiones habere debeat, aperitur.

Cap. LXVI.

REstitutio præsupponit tria, scilicet damnum, factum, & peccatum.

Primo enim non videtur cadere restitutio, nisi damnum datum sit. Vnde secundũ legem ciuilem, si oliuam meam maturam decerpsisti, vel secuisti, vel seruũ meum puerum castrasti, & pretiosiorem fecisti, & expensas quas in prædictis fecisti, donasti, id est, fingis donasse, tu mihi ad restitutionem non teneris, quia non intulisti damnum: sed si aliquod horum interemisti, vel surripuisti, furti teneris, & pro seruo castrato iniuriarum erit agendum, vt ex edicto edi. aut ex l. 12. tabularum in quadruplum. Si autem oliuam, vel messem immaturã collegisti, damnum intulisti: & ideo locum habet actio de dãno dato, & per consequens restitutionis obligatio. ff. ad legem Aquiliã. l. si seruus seruum. §. rupisse, &c. §. si oliuam, & l. fere. ff. de edi. edicto. l. edilles. §. sed etenim.

Secundo præsupponit restitutio quod factum hominis interuenit, & intelligo factum commissum, vel omissum. Vnde secũdum iura, cùm sine facto hominis ex corruptione ipsius rei damnum prouenit, non tenetur. Et ideo secundum Iuristas, si vsufructuarius riuos patiatur corrumpi, vel vites non succiderit, non tenetur. l. Aquil. ff. de vsufr. e. si cuius. §. denique. Porrò si propter negligentiam hominis, ignis non ex ipsis rebus, sed extrinsecus proueniat Aquil. agitur, vt l. 3. §.

Digitized by Google

si fornicarius, & extra de danda. c. si egressus. Sicut cum negligia plaustrali lapides ceciderunt, & damnum dederunt. ff. ad l. Aquil. l. si seruus. §. si ex plaustro.

Tertio restitutio præsopponit culpam intercessisse, alias secundum iura cessat actio de damno dato. Et ideo neque furiosus, neque infans doli carens, tali actione tenetur, secus, si sit doli capax. ff. ad legem Aquil. l. 5. §. iniuriã. extra. de delic. pub. capit. j.

Omnia sacramenta noua legis institutionem à Christo habuisse: eorũq; irreuerentia quantum periculosa existat, aperte monstratur.
Cap. LXVII.

SAcramenta à Christo instituta, partim habetur ex scriptura Euãgelica, sicut baptismus, Eucharistia, & quædam alia, partim verò ex traditione Apostolorum sine scriptura, sicut confirmatio, ordo, & huiusmodi. Sicut etiam ius humanum constat ex scripto, & nõ scriptor sed quod in scriptis redactum est, vocatur lex, siue constitutio: Quod autem in scriptis non est, vocatur consuetudo, vt j. dist. §. cũ itaque. Consuetudo enim est ius quoddã, moribus, id est, assiduis actibus hominum institutũ, quod pro lege scribitur cum deficit lex, vt 1. di. consuetudo. Aliàs etiam dicitur: Constat ius nostrum ex scripto, & non scripto, vt Insti. de iure natura. gen. & ciu. §. constat.

Item sacramentorũ iniuria, vel irreuerentia, est valde periculosa: & hoc patet per exemplũ in baptismo, cuius iteratio, quia esset iniuria sacramenti, de consec. dist. 2 §. si. magna pœna punitur: Nam pœna iterantis baptismum, secundum l. est vltimum supplicium. C. ne sanctum baptisma rei. l. 2. Sed ei qui sanctũ baptisma geminat, pœna depositionis imponitur, tãquam indigno sacerdotio. C. eo titu. l. j. Illi autem qui sponte, vel conditionaliter co[illegible] promouere non possunt. Et idem intellige si ignoranter, & postea cum scierunt ratum habuerunt. Item si ab hæreticis scienter. 50. dist. confirmandum 1. quæst. 1 c. ventum. in fin. & q. 7. c. Qui in qualibet, &c. conuenientibus. In habitu tamen clericali debent isti viuere, & sic retinebunt priuilegium clericale 81. dist. c. dictum de consec. dist. 5. ca. dictum est. Qui autem ignoranter sunt baptizati, sicut frequenter fit de infantibus, vel coacti absolutè, possunt promoueri, secundum quosdam de iure: secundum alios, quod tutius est, de dispensatione Episcopi. 1. quæstione quarta, c. placuit, de vtrisque habetur de consec. d. 4. c. qui bis. vbi dicitur, quod si ignoranter sit aliquis baptizatus, non indiget pœnitentia, sed tamen est irregularis, & promoueri nõ potest, sed illud dictum fuit olim in odium rebaptizantium, & de rigore magno, vel loquitur de ignorãtia in his quæ nõ excusat in talibus, & quod dictum est de rebaptizato, idem & de reconfirmato. argumen. 68. distinctione. ca. 1. de consec dist. v. c. dictum.

Virginis salutatio, quomodo naturã humanã prius per Ada peccatũ maledictam rebenedixerit, unico comprobatur Pontificis exemplo.
Cap. LXVIII.

SAlutatio beatæ Virginis continet benedictionẽ, cùm dicitur: Benedicta tu in mulieribus. Quia per eam humana natura, quæ prius maledicta & excõmunicata fuerat, rebenedicta, & absoluta, siue reconciliata fuit: Nam hæc ei salutatio à Deo missa est. Dicunt enim iura, quod si Papa ex

ex certa scientia aliquem excommunicatum saluauerit, vel eidē aliàs participauerit, quod ille absoluitur ab excommunicatione, quia eo ipso præsumitur, quòd velit ipsum absoluere, argu. extra de priui. c. cùm olim ellemus. extra. de sent. excommu. c. si aliquādo. 63 dist. c. cùm Adrianus. de conse. dist. 2. c. pacē. Nec obstat, quod formam absolutionis non seruat, quare videtur contradicere extra de senten. excommuni, c. cum desideres & c. à nobis, quia dici potest; quòd princeps sola volūtate manumittit ff. de manumiss ap eum. Multo ergo magis absoluit salutatio Dei.

Quo pacto pecunia, vel alterius rei restituenda sit à nobis agenda, breuiter erudimur.

Cap. LXXX.

SAtisfactio debetur ei qui læsus est, vel alteri qui sit loco eius Vnde vsura restituenda est ei à quo extorta est, vel hæredi suo: & si talis non inueniatur, est pauperibus erogāda, vt extra. de vsu. c. cu. tu. & ar. extra de homi. c. Sicut. & 14. quæstio. v. c. 1. Quod si debitor, vel hæres eius absens est, dicunt quidam, quod vsurarius adhuc debet ei mittere, sed sumptibus debitoris absentis, argu. ff. de oper. libertorum. l. opere. Quod verum est, quando is à quo extortæ sunt vsuræ, vel hæres eius, alibi se transtulerunt. Sed si vsurarius qui est malæ fidei alibi se transferat, quàm vbi vsuras exercuit, tunc propriis sumptibus tenetur mittere. Sicut apertè probantur hæc ff. de rei vend. c. si res, & l. Si verò & sequen. & de leg. 1. l. cū res. §. 1. & de edendo. l. prætor ait. §. vlti. & l. sequen. Item hoc quod dictum est, quod vsurarius debet mittere absenti, verum est si vsurarius non uit vbi debitor habitat: aliàs non tenetur vagari. argum. ff. de oper. libertorum, l. quòd nisi fiat. §. 1. Item si summa expensarum itineris excedit summā vsuræ, pauperibus erogetur, secunda quæstione septima. c. anteriorū. extra de ludæis. c cum sit. Sed cū de eius proximo aduentu speretur, tunc pecunia deponetur, & consignabitur. C. de vsuris, l. acceptum.

Regula apponitur generalis, qua plurima quidem sacræ scripturæ loca intelligere, dubiaque nonnulla soluere, facillimè admonemur.

Cap. LXX.

SCripturæ sacræ verba in quibus fiunt generales remissiones, vel concessiones alicuius gratiæ vel potestatis, semper intelligenda sunt suppositā quadam conditione, & si illa nō exprimatur. Sic igitur quæcunque orantes petieritis, credite quia accipietis, & fiet vobis, subintelligēdum est, si digne petieritis, vnde Iac. Petitis, & non accipitis, eo quod malè petatis, & illud Mat. Quodcunque solueris super terram, & in cælis, intelligitur, si solueris claue non errante. Vnde dicit Orige. quòd multos sacerdotes excludūt, quos tamē Deus retinet, & econuerso etiam est de aliis consimilibus. Cuius exemplum est. Quia in rescriptis quædā conditiones intelliguntur, & sine expressione aliqua sunt obseruādæ, vt illa: Si preces veritate nitantur, extra de rescriptis. c. ex parte. Si quis idoneus, vel si qua idonea fuerit. extra de cle. c. causam. ff de muner. & hon. l. vt gradatim in fine primi rescripti. Item cū quis natalibus restituitur, subintelligitur cōditio hæc. Si is qui restituitur ex ingenua natus sit: Nam si ex ancilla, per talē restitutionem nil agitur, vt ff. de natarest.

Orig. Matt. 11. Iac. 4. Matt. 18.

Digitized by Google

rett. l. j. Item in concessione viæ tacitè intelligitur hæc conditio, vt is qui conceditur, ciuiliter vtatur, vt ff. de seruit. l. sicut. Item in generali mandato patris quærendi sponsum filiæ suę hic subintelligitur, vt persona sponsi patri ostẽdatur, nec prius nuptiæ fiant, vt ff. de ritu nuptiarum. l. generali. Item scripturæ sacræ verba quę videntur inuicè cõtraria, concordanetur per aliã scripturam, vel per distinctionem temporum, vel alio modo. Sicut id, quod dixit Christus de Ioan. Baptista. Ipse est Helias. & id quod dicit Ioan. Non sum Helias, concordat Gregorius per illud Lucæ, quod dixit Angelus Zachariæ de ipso Ioan. Ipse præcedet ante ipsum in spiritu & virtute Heliæ: Ex quo colligitur, quod Ioan. non fuit Helias quo ad personam, sed quo ad similitudinem, primò officij, quia præcedet ante ipsum in primo aduentu, sicut Helias. Secundò quo ad similitudiné zeli, & ideo subiunxit: In spiritu, scilicet zeli, tertio modo viuẽdi, vnde addit, & virtute, scilicet tẽperatiæ vel pœnitentiæ. Sic etiam in legibus iura iuribus ad concordiã reducuntur, vt C. de in inofficioso testamento l. vna. Similiter consuetudo puri priuilegij cõtraria, reducitur ad cõcordiam per interpretationé. extra de consuetud. c. cum delictus.

Item scriptura sacra nõ semper sequitur ordinem temporis, quia quandoque, quod est posterius tempore. ponitur prius, secundum Matth. 1. ordinem scripturæ. Sicut Matth. 1. in Genialogia Christi Dauid præmittitur Abrahæ: cùm tamen fuerit posterior tempore, & Mat. Matth. 4. 4. primò ponitur Christus fuisse assumptus à diabolo in sanctam ciuitatem, & postea in montem excelsum, cùm tamen istud fuerit post illud, nam vltima tentatio fuit in tẽplo, vt patet Luc. 4. Lucæ 4.

Sicut etiam fit in legibus, & lex codicis, quæ cõfirmat codicem factum & consummatũ, post codicem edita est, & tamen in principio codicis posita est, vt C. de Iustinia. cod. confir. lege prima. Sic & lex quæ est in C. de factam. cal. vna. facit mentionem de lege posterius edita. C. de suis & lig. hæredi. l. Si defunctus, nec enim ordo scripturæ inspiciendus est, vt ff. de solutio. l. nec enim.

Legum ciuilis exemplo, simplicitatem interdum alicuius culpam excusare animaduertimus.

Cap. LXXI.

Simplicitas, aliquando excusat errorem, sed non totaliter. vnde secundum iura, aliquãdo suggestio fallitatis, & suppressio veritatis ex simplicitate prouenientis, non elidit rescriptum, impedit tamen formam, & tunc datus iudex pro tenore veritatis, & non pro deprecantis affectione cognoscere debet, vt extra. de rescriptis. c. super literis. 2. q. 2. c. præscriptione. C. si contra ius, vel vti. publ. l. præscriptiones.

Clerici ne, an laici, Dei gratiã, salutẽq; regnum adipiscantur exquiritur, ac vnico ciuilis legis exemplo definitur.

Cap. LXXII.

Status laicorum altiori munere gratiæ indiget ad assequendam dignitatem regni cælestis, quàm status clericorum, ex eo, quod est magis implicitus, & minus idoneus. Cuius exemplum est, quia ad assequendam dignitatem ecclesiasticam, altioris dispensationis gratia indiget laicus, quàm clericus postulatus. Vnde laicus vndecunque sit, siue de eadem diœcesi, siue aliunde, postulandus est à Papa, cum sit intelligibilis

ligibilis simpliciter, vt 61. distin. per totum. & extra de electio. c. eum ad nostram. & ca. officij. Sed clericus qui postulatus est de aliena diœcesi, cum non sit ineligibilis simpliciter, quia non est ineligibilis in diœceti propria, postulatus à suo prælato peti debet vt eum condat, vt 71. distin. c. fraternitatem. 85. distin. cap. Florentinum archidiaconum. 63. distinctio. cap. literas. 86. distinctio: c. dilectionis. 84. distin. capitulo primo & secundo.

Intentioni semper fore resistendum principio, exemplo & auctoritate instruimur, vt diabolum superare queamus.

Cap. LXXII.

TEntationi non resistens statim à principio damnum incurrit, quod qui statim resistit, euadit. Cuius exemplum est, quia secundum iura, qui vim inferenti incontinenti se defendendo resistit, reatum non incurrit, quem tamen post interuallum se vindicans, non effugit: Nam si aliquis incontinenti legitime restiterit, culpas omnium delictorum tempore violentiæ commissorum, siue ex parte aggredientis, siue aggressi aliquis occidatur, in aggrendientem constat redundare debere, vt C. de vi publi. l. quoniam multa facinora. & ff. si quadru. pauper. fe. die. l. 1. §. cum arietes. At ille qui est repulsus, cum aliquid fecerit ad vindictam, vel cùm ex interuallo possessionem suam recuperauerit, prædonem de ea expellendo, ciuiliter & criminaliter punitur, vt C. eodem. l. si quis. & Inst. de publ. iudiciis. §. inter. Iul. Similiter quoque criminis reatum euadit, qui legitimè certando incontinenti à principio tentationi resistit: sed qui per negligentiam resistendi se primo expoliari permittit, antequam per pœnitentiam recuperare possit criminis reatum incurrit. Vnde Isidorus dicit: Calca serpentis caput, calca prauæ cogitationis initiũ: Anima enim præcedit carnem in crimine, repelle ergo cogitationes ab anima, & caro non peccabit. Plalmus Beatus qui tenebit, & allidet parvulos suos ad petram: Parvula enim sunt ipsa tentationum initia, quę ad Petram Christum mox cum orta fuerint, allidenda sunt antequam crescant. Isido. Psal. 136.

Bonum quomodo agendum à nobis sit, quone pacto quis transgressor iure dicatur, exprimitur.

Cap. LXXIIII.

TRansgressor est etiam, qui bonum facit, si illud non bene, vel bono animo facit: sicut mandati transgressor est, non solum qui contra illud facit, sed etiam qui illud indebito modo implet: Vnde periurus dicitus nõ solum qui iuramentum non seruat, sed etiã qui malè iurat. Vnde si quis, vt seruaret sabbatum à spirituali opere vacaret, malè sabbatum celebraret, & mandati transgressor esset. Et similiter qui mãdatum cum alicuius iniuria impleret, puta si propter dilectionem alicuius, hostem eius feriret, vel occideret. Vnde secundum iura, finis mandati exceditur, cum aliud vel aliter exequitur quàm mandetur, vel cum exequendo mandatum præter commissum iniuria infertur. Et ideò tunc potest ab iniuria appellari. vt C. de appel. l. si quis prouocatione.

Mundi tribulationes, quæ sunt optimo legatis comparantur, nunciq; Dei vocitantur, qualisq; sit eorum finis luculenta ostenditur.

Cap.

Digitized by Google

Cap. LXXV.

TRibulationes, vel infirmitates, quæ peccatoribus in hac vita veniunt, sunt quasi quidam nuncij, vel legati Dei, missi ad cõmouẽdum eos, & prouocandum ad reconciliationem pœnitentiæ. Vnde patienter, & reuerenter suscipi debent, quantumcunque videantur hostiles: nã & nuncij, & legati quos apud nos etiam hostes mittunt, recipiuntur. Et secundum iura, quia sancta res est horum causa legatorum, si quis eos pulsauerit, hostibus quorum legati erant, tradendus est. ff. de legationibus. l. vltima. Similiter qui hos nuncios diuinæ iustitiæ repulerit, incidet in manus eius. Sic Rex filiorum Amon incidit in manus Dauid, qui eius nuncios dehonestauerat. Item pro Christo tribulationes & persecutiones sustinentes, sicut fuerunt socij eius passionum, sic etiam erunt cum eo socij consolationũ: exemplo scilicet mercatorum, quorum socij, sicut participant de periculo, siue damno, ita possunt licitè participare de lucro. vnde etiam si contrahatur societas, quod vnus ponat pecuniam, & alius operam, licitũ est, dum tamen lucrum & damnũ communiter sentiant: sed si periculum pertinet ad recipientem in solidum, & nõ ad tradentem, illicita est talis societas, & etiam leonina. Et talibus assimilantur qui volunt participare Christi cõsolationes, sed nolunt sentire eius passiones.

2.Reg.4.

Triplex mutui, locatique differentia apponitur: vsurariamq; prauitatem excommunicationi assimilari declaratur.

Cap. LXXVI.

VSurarius assimilatur ei, qui vult habere lucrum, & non stare periculo, vel ei qui venderet rem non suam pro sua, vel ei qui venderet illud, quod nõ esset. Cuius contrarium est in locatore: Est enim inter mutuum & locatum hæc triplex differentia.

Primo, quia periculum rei locatæ ad locatorem pertinet, sed rei mutuatæ ad debitorem: vt ff. de rei vendi. l. si nauis. Ideoque incendium non liberat debitorẽ, vt C. si certum petatur. l. incendium. Sed hac ratione tantum considerata, fœnus nauticum licitum esset, quod tamen falsum est, vt extra de vsuris. c. nauiganti. vnde est alia differẽtia, ex qua sumitur alia ratio, quare locatio licita est, non autem vsura: quia rei locatæ dominium retinemus, adeo quod conductor de proprietate quæstionem referre non potest. C. de pignori. actione. l. nec creditores. Et ideo pro vsu rei propriæ, quem concedimus, pecuniam recipimus: quod licitum est, quia nec aliquis cogitur de proprio beneficium facere. 10. quæstione secunda. c. præcariæ. Sed rei mutuatæ dominiũ transferimus. Ideo pro vsu rei propriæ, debitoris improbè pecuniam exigimus ab eodem. & facit ad hoc illud, quod habetur extra, de rei ven. c. si nauis.

Tertia differentia est, & ratio quia vsus rei locatæ aliquis est sine consumptione, vsus autem rei mutuatæ nullus est sine consumptione: & ita vendit id quod res non habet.

Item vsuraria prauitas similis est excommunicationi, quæ non solũ ligat eos in quo fertur, sed etiam participantes cum eis in casibus non concessis, inquantũ incurrunt saltem minorem excõmunicationem. Similiter non solum vsuras exercentes peccant, & ad restitutionem obligantur, sed etiam coadiutores inficiuntur, sicut patet in notariis conficienti.

Digitized by Google

cientibus iustrumenta vsurarij, qui ex hoc efficiuntur periori, & infames, & conficiendi instrumenta officio priuati. Periuri quidem, quia quando creantur iurant quod hoc non facient: ergo de cæteris nec testificari poterunt nec publica conficere instrumenta: peruirus enim testificari non potest, quantumcunque pœnitẽtiam egerit. c. extra de testibus, ex parte, & capitulo fi. Ex hoc etiam sunt infames quibus sunt actus legitimi interdicti. extra de testibus, c. sed ex quadam.

Quemadmodũ prælatus dum est vni ecclesiæ alligatus, ad aliam ineligibilis redditur: sic etiã vnã habens vxorẽ ea viuente alteri minime matrimonialiter potest copulari. Cap. LXXVII.

VXorem vnam habens, illa viuente, nõ potest alij matrimonialiter copulari: & si de facto contraheret, non esset matrimonium. Cuius exemplum est in matrimonio spirituali, scilicet prælati, & ecclesiæ suæ: quia vni ecclesiæ alligatus ineligibilis est in alia, quia ligatas habet alas quibus fatagit volitare, vt extra de electis, capitulo vltimo. Et si super electis de facto procedatur, non valet electio, vt patet ibidem. In hoc tamen differt à matrimonio carnali, quia in spirituali vni ecclesiæ alligatus, potest ab ea separari, & alteram suscipere, saltem dispensatiue ex causa necessitatis, vel vtilitatis: vt extra de electis. c. in causis, in fi. & septima, quæstione prima c. omnes qui. Et ideo in tali necessaria est postulatio, extra de postulatione. c. bonę memoriæ, in secundo. Hæc autem dispẽsatio in matrimonio carnali locum non habet.

Quanto diuturnius vitium in anima extitit, tanto periculosius esse per consuetudines exemplũ vnusquisque conspexerit. Cap. LXXVIII.

VItium nunquam debet approbari. Cuius exemplum est in iure, quia consuetudines malæ adinuentæ nullo tempore confirmantur, vt in authen. vt nulli iudi. §. primo. Item vitio quanto diuturnius, tanto periculosius: sicut consuetudo mala secundum iura, quanto diuturnior, tanto pernicliosior, & periculosior, extra de Simonia. c. non satis. extra de consuetu, capitulo vltimo 24. quæstione prima, c. scisma. & capitulo fiat.

EXPLICIT LIBER OCTAVVS.

PRO.

Digitized by Google

PROLOGVS LIBRI NONI, IN QVO DE ARTIFICIALIBUS rebus, quas humana ratio in exteriori naturali materia per artis habitum directa producit: interdumque de artiū operibus, nonnūquā de artificibus, aliquando etiam de artium instrumentis exemplariter fore pertractandum proponitur.

Eccles.9. IN manu artificū opera laudabuntur, inquit Ecclesiasticus. Humanum genus post lapsum peccati, à sua decidens integritate naturæ, caligat ignorantiæ tenebris, concupiscentiæ caloribus æstuat, crebraque infirmitate dissoluitur. Sed depellit ignorantiæ tenebras vtcunque sapientiæ studium, cohibet concupiscentiæ impetus, & cuiuslibet passionis insultus moralis virtutis dominium: labentique infirmitati succurrit multiformis artis ingenium. Si enim,

Gale. vt testatur Galenus, immortale & impassibile esset corpus, & semper maneret ei optima compositio, non indigeret arte cōstituente ipsum. Quia igitur corpus humanū multipliciter alteratur, & patitur, ac insuper ex passibilitate multiplici diuersis necessitatibus subditur, ex industria, vel ratione humana quædā artes inuentæ sunt, ipsius humani corporis necessitatibus obsequentes, quæ ad differentiam liberaliū artium, seruiles nominantur: Quia enim in speculabilibus rebus per modum cuiusdam operis aliquid inuenitur, puta orationis congruæ, seu syllogismi constructio, ac etiam numerandi, vel mensurandi opus, quicunque ad huiusmodi operationis speculatiui habitus ordinantur, per quandam similitudinem artes appellantur. Sed tamen liberales ad illarū differentiam artium, quæ ordinantur ad extrinseca opera exercitata per corpus: Quæ scilicet dicuntur seruiles, inquantum corpus seruiliter animæ subiugatur, sed illæ econtra dicuntur liberales, quia magis ad animam pertinent, secundum quam libertas in homine reperitur. Et hinc est quod duæ scholæ habebantur antiquitus Romæ, scilicet liberalium artium vna, quæ in triuiū & quadriuiū distinguūtur communiter: Sunt enim vniuersaliter septem, quarum scilicet primæ tres triuium, reliquæ verò quatuor quadriuium appellantur: Grammaticam enim, & Logicam, & insuper Rhetoricam, triuium cōprehendit. Quarum prima Grammatica sermocinalis à literis nominatur: Nam gramma Græcè, litera Latine, theca verò reconditio dicitur.

Digitized by Google

dicitur. Est enim ipsa scientia nō tantum recte loquendi, sed etiam recte scribendi, & origo, & fundamentum omnium liberalium artium.

Secunda vero dicta est Logica, id est, rationalis, vnde licet a logos, quod est ratio. Nam logos (vt teltatur Hieto.) apud Græcos multa signat: verbū est enim, & ratio, & supputatio, & causa vniuscuiusque, vt rei per quam sunt singula quæ subsistunt. Est ergo logica rationalis scientia, scilicet ad ratiocinādum inuēta.

Tertia vocatur Rhetorica, idest, apte loquentii scientia, dicta Græce rhetoresin, id est, copia locutionis: Resis enim græce locutio, Rhetor autem orator vocatur. Est fuit disciplina rhetoricæ a Græcis primo inuēta, videlicet a Gorgia, Aristotele, & Hermagora: & a Latinis postea Tullio, & Boëtio, ac Victorino, & aliis plurimū dilatata. Quadriuiū vero quatuor has artes comprehendit, scilicet Arithmeticam, quæ est numerādi scientia, & dicitur ab ares, quod est virtus, & rithmodo, quod est numerus, id est, numerorum virtus. Item Geometria, quę est mēsurandi scientia. Musica quoque, quæ est sonorum consonātiarum peritia. Et dicitur a moys, quod est aqua, ex eo, quod musicus sonus præcipue sit ex aquæ humore. Astronomiam etiam quadriuiū includit, quæ est astrorum & cælestiū corporum motus certis temporibus, & reditus inuestigat. Hæ septem liberales artes, secundum poeticas fabulas, septē ancillæ sunt, quas a philologia Mercurius accepit in dotem.

Secunda vero schola, quæ Romæ habebatur, erat de mechaniis artibus, quas supra seruiles vocauimus. Quæ ideo vocantur mechanicæ, i. adulterinæ, quia sicut mechus est adulter, qui ad alterius vxorem accedit, sic & artifex mechanicus dicitur, qui ad alterius similitudinem agit, & ad exemplar naturæ: Nam qui vestiū vsum inuenit, naturæ similitudinem sumpsit, quæ ea quæ extrinsecus possunt lædi, quibusdā tegumētis muniuit, videlicet corticibus arbores, vellēribus oues, ac plumis & pennis variis quasque vestiuit aues. Similiter & in operibus aliis inquantum potest ars naturam imitatur prout Philosophus dicit. Vel ideo fortē vocantur mechanicæ dictæ artes, quia internum rationis consiliū, seu mentalem conceptum, ad exteriorem materiam applicant corporalem, sicut homo mechani dicitur qui extraneæ carni, i. alienæ vxori applicat corpus suum: Est enim operatio artis circa exteriorem materiā. Quia igitur harum artium vsus est hominibus multipliciter vtilis, & in eis rationis industria plurimum delectatur, non immerito in verbis propositis earundē artium opera laudabilia memorātur. In manu, inquit, artificum, opera laudabuntur, vbi siue artis instrumentum attēdere velis in manibus, siue ipsius principia notare in artificibus, siue ipsius commoda mirari in operibus, omniquaque virtutes & laudes artium apparebunt: Nam laus artificibus, laus eorum manibus, nec non & eorum operibus frequenter exhibetur: sed idcirco in laudem operū manus primo commemoratur artificiū, quia non ex interiori consilio, sed ex exteriori artificio, quod manu fecit, artifex commendatur: Non enim laudatur artifex, quia penes se bene providerit, vel ex eo, quod intus in animo prudēter disposuerit quæ agere oportet, nisi postmodum manu exterius vtile opus agat: primū enim ex prudentia prouenit, secūdū vero ex arte. Est enim

Aristot. in Physi.

prædicta secundum philosophum, recta ratio agibilium. Ars vero esse dicitur recta ratio factibilium, quibus vtrunque ars circa factibilium dirigat, s. & rationem, & manum. Differunt tamen agere, & facere, quia (vt dicitur) Factio dicitur actus transiens in exteriorem materiam, sicut ædificare, secare, & huiusmodi. Agere autem est actus permanens in ipso agente, sicut intelligere, velle, & huiusmodi. Quia igitur ipsa factio artis in exteriorem materiam transiens, non est perfectio facientis, sed facti, sicut motus est actus mobilis: patet quod bonum artis, & laus, consideratur non in ipso artifice, sed magis in artificio quod manu operatur. Et licet sint multa, & varia artium, vel artificum instrumenta separata, ex eo, quod ars quælibet vtitur propriis instrumentis; Instrumentum tamen coniunctum, artificum generaliter omnium dicitur esse manus, præter quod forsitan Philosophus dicit, quod ipsa manus est organum organorum, quia omnium artium instrumenta, vel organa, aut manu mouentur, aut fiunt: Nam martellus manu fit fabri, & ab eadem etiam dum percutit agitatur. Mola enim fit manu artificis, sed molendo ab aqua ducitur, vel ab vento, vel iumento: Fiunt enim molendina ad aquam, ad ventum, & ad iumenta. Expositores tamen Philosophi prædictum verbum communiter referunt ad organa naturæ. Vnde manum esse intelligunt organum organorum, ex eo, quod manus data sunt homini loco omnium organorum, quæ siue ad defensionem, siue ad purgationem, siue ad coperimentum cunctis aliis animalibus data sunt à natura; Nihilominus tamen manus, (vt dictum est) artificum quasi omnium est instrumentum primum, à quo constructio operis, & laus inchoat.

Aristot. 9. meta.

Aristot. 3. de ani.

Sap. Manum tuam laudauerunt pariter. Cæterum opifices artium, i. artifices omnes, aut humanæ vitæ multiplici necessitate deseruiunt, aut ad commoditatem conferunt, aut iocosis solatiis præsentis vitæ tædia subleuant onerosa. Humanis itaque necessitatibus artifices illi seruiunt, s. qui eas artes exercent, quibus victus vel vestitus conquiritur, & quibus insuper experimenta tectorum, id est domus, & habitacula congrua constituuntur: De his enim Apostolus ait tanquam de necessariis rebus. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus: Non enim tantum vestibus tegimur, sed domibus, & tectis, quibus, scilicet à ventis, & pluuiis, & æstibus defensamur propter quod dicitur, quod initium vitæ hominis aqua, & panis, & vestimentum, & domus protegens &c. Sed vlterius, 39. capitulo eiusdem libri additur initio ferrum, cum dicitur: Initium necessariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis, ferrum &c. Constat enim quod panis, mel, & insuper sal, & oleum in cibum assumuntur, quibus quidem est necessarius ignis consequens. Aqua vero, & liquor vuæ, quod vinum communiter dicitur, pertinet ad potum, ad tegendum autem homine, qui nudus & imbecillis nascitur, additur vestimentum. Sed quia artes, quæ ad illa deseruiunt, operari sine ferro non possunt, vt de agricolis, & vinatoribus patet, & insuper de factoribus vestium, & domorum, ad ista congrue additur etiam ipsum ferrum.

Sap. 10.

2. Thi. 6

Eccl. 39.

Sunt igitur operarij quidã, qui humanæ vitæ deseruiunt ad. cibum, & ad potum, quorum primi computantur agricolæ, quia assiduis laboribus suis de arboribus, & agris, & vineis, & etiam de hortis fructus, fruges, & vinũ, & ole-

Digitized by Google

& olera hominibus recolligunt ad cibum, & ad potum. Horum artem, quæ agricultura vocatur, apud Græcos Esiodus docuit, & Virgilius apud Latinos, cuius laudibus referta est Catonis maioris distinctio tertia. Sed huius quatuor species communiter distinguuntur, s. arualis, quæ docet loca culturæ deputare. Cõsita, quæ de arboribus docet: pascua, quæ de pratis pertractat: & florida, quæ de rosariis, & violariis, & aliis consimilibus instruit.

Confert quoq. ad victum hominum etiam pastorũ custodia, quorum custodire est oues, & capras, & pecora, & boues, aliaque iumẽta domestica, quadrupedia vel pennata, vt sunt gallinæ, & anseres, & huiuscemodi, quorũ carnes, vel lacticinia conueniens præbere probantur hominibus nutrimentum.

Piscatores quoque, & aucupes, & venatores insuper syluestrium bestiarum ad victũ corporis conquirẽdum laborant, multis modis, & variis instrumentis: Nam retibus, pedicis, laqueis, arcubus, vel iaculis communiter venatio agitur: aucupium vero laqueis, pedicis, viscoq ac retibus vt plurimum exercetur: sed hamo, retibus, fagenis, & iaculis vtuntur piscatores.

Sunt etiam molendinarij, & furnarij, pistores, & marcellarij, & pincernæ, caupones, & coci, aliique operarij similes, variis & assiduis studiis, quæ ad cibum vel potum pertinent præparantes.

Vectutales quoque ac nautæ, qui ea quæ necessaria sunt ad victum, vel vsum hominum, iumentis, curribus, vel nauibus, de loco ad locum transportant, humanæ vitæ necessitatibus variis non modicum obsequuntur: Hi enim penuriã profugant, bella sedant, pacem firmant, & pro communi vtilitate omniũ remotissimas gentes confederant.

Pigmentarij quoque artifices, siue apothecarij, qui in pulueres contundunt aromata, & sirupos, electuaria, variasque confectiones & validas, medicorũ præcepto componunt. Et insuper ipsi medici, qui argumentis & remediis variis humani corporis corruptioni resistunt. Et rursus chirurgi, qui apostemata vel vlcera curant, & qui vulnera quæque consolidant ab extra violenter illata: omnes inquam humanæ salutis necessarij sunt ministri. propter quod dicit Ecclesiastic. Honora medicum propter necessitatem, etenim illum creauit Altissimus.

Quia vero non solum victus, sed etiam vestimentum, vt dictũ est, inter humanæ vitæ necessaria computatur, quãquam etiam deseruiant homini ad honestatẽ & dignitatem vestium ornamẽta. Idcirco ex industria hominum ad vestes conficiendas, & ad earum varias materias præparãdas, plures inuentæ sunt artes de lana, lino, canape, sericoque, ac bombice, vel aliis similibus opera facientes, texendo, consuendo, vel etiam retorquendo variis instrumentis, vt acu, vel fuso, subula, vel girgillo, pectine, vel calamistro, vel instrumentis aliis operantes, in vsu vestium, & tegminum aliorum filiorũ vel cordarum, & cortinarum, vel galerorum, & aliorum quorumcunque similium, quæ ad lanificium, linificium, setificium, pellificium, & aliorum cõsimilium vsum pertinere noscuntur. Cùm quibus etiam artificibus vestium hi quoque qui pelles præparant, siue ad vestium pilosas, quos scilicet pelliparios dicimus, siue depilatas ad calceos, quos

coriarios dicimus, & etiam ipsi calcifices merito computantur, tanquam necessariis tegumentis corpori seruientes.

Porro, qui villas, ciuitates, & castra cum manibus atque turribus, & aliis munitionibus suis, & domus siue quæque palatia, cum portis, fenestris, solariis, & diuersis mansionibus earundem construunt, cæteraque habitacula hominum in quibus vita mortalis socialis, vel salutaria ducitur, & conseruatur: etiam hi inter necessarios artifices computantur, vt sunt videlicet latomi, id est, lapidum diuisores, cemerarij, atque murarij, tegularij quoque & laterarij, carpẽtarij, seu tignarij, sculpentes, pingentes, polientes, & dolantes quocunque operentur instrumento dolabro, seu ascia, terebro, vel securi, serra, amus si vel linea, vel quocunque operentur alio instrumento. Et quia ferrum, (vt supra dictũ est) etiam inter necessaria vitæ sacra scriptura commemorat, cum quo fortè & æs intelligitur, etiam ferrarij, vel erarij, id est, fabri possunt forte inter artifices necessarios computari, quorum quidam malleatores sunt, quidã fusores: malleatores namque dicuntur, qui feriendo massam, & dilatando ad artis formam deducunt. Et horum quidam ferrarij, quidã argentarij, & aliqui aurearij nuncupantur, Quorum quilibet artificia fabricant diuersis operibus hominum & vsibus oportuna: Facit enim faber ferrarius vomeres aratoribus, falces messoribus acus sutoribus, gladios & enses militibus, & fere artificibus omnibus fabri seruire noscuntur. Consimiliter etiam fabri argentariis atque ærariis monetas varias formant, vasa diuersa ex auro, & argento, ære, metallo, & stanno fabricant, vt sunt metallicæ ollæ, siue caldaria ærea, aut conchæ, scyphi, vrceoli, & bacilia, cæteraque consimilia. Hi etiam fabricant annulos, formant calices, sculpunt sigilla, includunt lapides, & plura opera ab eis alia fiunt. Quibus & si non ratione materiæ, ratione tamen formæ, vel operum, figuli similantur, qui vasa consimilia diuersis necessaria vsibus de lutea materia formant, videlicet ollas, cacabos, conchas, & vrceos, & etiam quædam aquaria, & olearia vasa. Fusores autem fabri vocantur, qui quæque metallica opera fundendo operantur, vt sunt campanarij, statuarij, & alia fusibilia de quacunque minerali materia facientes. Vnde eis assimilãtur vitrarij, qui conflant ex materia vitrea cyatos, & ampulas, aliaque vitrea vasa, quibus, & qui soccula, & occularia de vitro cõficiunt annumerari possunt.

Secundo, sunt quidam artifices quorum artes hominibus conferunt ad quandam commoditatẽ, quædam quidem ad commodum pacis, prout est ars militiæ, quæ ad munitionem reipublicæ, contra rebelles, & hostes, communem pacem patriæ perturbantes, noscitur instituta. Cui ars subseruit equestris, & per consequens frenefactiua, & quæcunque alia fabricans siue parans equestria instrumenta. Armorum quoque fabricatio atque vsus, vt clypei, galeæ, ensis loricæ, atque lanceæ, & aliorum multorum, quæ ad æquites, & milites pertinet. Fundibularia quoque, & sagittaria, & quæque ars alia facit ad bellicum apparatum, ad militaris artis officium similiter ordinantur.

Porro scriptorum opera super omnia conferre videtur humanæ commoditati, vtpote, quæ non tantum corporali, sed etiam spi-

rituali humanæ vtilitati deseruit. Hęc enim quæ sępe in litteris absentium vota denunciat, hæc insuper in chyrographis humana pacta confirmat, & habet in sapientiũ libris vtilissima erudimẽta. Hæc est quoque quę memoriã reparat, informat intellectum, & affectum inflammat, dirigit opera, patefacit arcana, & futura atque præterita quasi præsentia facit. Cartularij autem, qui pelles ad pergamena purgant, subtiliant, & desiccãt, & rasores chartarũ, & confectores incausti, omnes ipsi opera sua scriptoribus subministrant. Illuminatores autẽ, & ligatores librorum cũ scriptoribus computantur. Barbarij quoque fullones, campsores, & mensurarum vel ponderũ æquatores, qui lance, vel statera vtuntur ad talentum, marcam, vel libram, vnciam, staterem, quadrantem, aut sextulam, drachmã, obulũ, calculũ, aut assem, aliquid põderantes. Et quæque ad mẽsuram cannæ, vel brachij, cubiti, palmi, pedis ac digiti, particæ, vel iugeri, miliarij, leucæ, vel stastij pannos, vel spacia, aut res quasque continuas metientes. Et qui etiam discontinua, vel liquores ad mensuram, gomor, chori, vel modij, congij, sextarij, ninæ, amphoræ, vel metretæ mensurãt: hi omnes eisque consimiles humanis vtilitatibus & commodis subministrant. Sũt insuper multæ aliæ artes ad hominum commoditates inuentæ, quæ non possunt præ multitudine breuiter numerari.

Tertiò sunt quidã artifices, quorum conatus & studia sunt ad ludum & solatium hominũ, quæ si honestè, & cum moderatione fierent, debitis personarum, temporũ, & locorũ circumstantiis obsertis, mortalis vitæ tædia sublevant, animos recreãt, sensus delectant, infirmos roborant, mæstosque consolantur, & plura alia vitæ mortalium conferunt iuuamẽta. Antiqui ergo in diuersis locis diuersis vtebantur solatiis, siue ludis: Nam in theatris tragediæ recitabantur, vel comediæ in carminibus, à personis cum laruis, & cæteris mechatis, in gabillis ducebant choreas, in gymnasiis luctabãtur, in amphitheatricis cursitabant, in arenis pugiles exercebantur, in conuiuiis rithmis & musicis instrumentis vtebantur, in templis Deorum laudes canebant. Et horum omnium disciplina siue ars theatrica dicebatur, quia theatrũ erat locus celebrior, & magis frequentatus. Sed hodie quasi tota ars histrionica siue musica, quę ad hominũ solatia studet, aut gestu fit, aut cantu, aut certè instrumentorum sono, qui flatu fit, vel pulsu: Nam gestibus fiunt repræsentationes, cantibus modulationes, instrumentis autẽ fiunt soni, & consonantiæ musicales. Et aliquando quidem flatu, vt tibiis, & tubis, & organis: Aliquando vero pulsu, vt cymbalis, timpanis, citharis, atque liris, & cæteris consimilibus musicis instrumentis.

De artificum autem operibus est vltimo attendendum, quod triplex in eis distinctio communiter assignatur, vt colligitur ex verbis philosophi, ex artium fine, ordine, & dignitate: Nam fines quarundam artium sunt ipsæ operationes, aliquarum vero fines sunt ipsa operata. Cum enim omnis ars operetur circa exteriorem materiam, quãdoque artifex assumit materiã solũmodo quòad vsum, sicut citharam ad citharizandum, & nauem ad nauigãdum: quãdoque vero assumit materiã vt transmutet ad aliquam formã, sicut lignũ ad formã lecti, & ferrũ ad formam cultelli, vnde Arist. 2. Ethi.

opera in manu artificum multipliciter collaudantur: Nam in primis horum artificum laudatur operatio ipsa, vnde in manu cytharistæ laudatur, quòd bene cytharam pulsat. In secundo vero laudatur præcipue res operata, puta culcitra, vel arca, quæ bene facta sit: Nam in quibus operata sunt fines præter operationem, nobiliora sunt operata ipsis operationibus, sicut finis nobilior est, quam ea quæ sunt ad finem.

Secunda vero distinctio attenditur ex ordine operū: quia quorundā aliorū artificū opera ordinantur & deputantur ad opera quorundā aliorū, quod ex ordine ipsārū artiū faciliter appareti Patet.n. quasdā artes sub aliis ordinatri, sicut ars frenefactiua sub arte equitādi, quæ dicitur equestris: & vlterius equestris sub arte militari: opera ergo militiæ laudabiliora sunt operib. equestribus, & equestris opera magis laudantur, quam frænefactiuæ, & simile est de aliis artibus subinuicem ordinatis.

Tertia distinctio sumitur ex artium dignitate, & quædam artes architectonicæ sunt respectu aliarum. Quæ quidē in duobus excellit. primò in dominio, quia architectonicæ est præcipere arti, quæ est sub ea, vt equestris frænefactiuæ præcipit qualiter & quid operetur. Secundo excellūt in vsu, quia s. architectonica ars ad finē suū vtitur arte quæ est sub ipsa, sicut militaris vtitur equestri, vel fundibularia sagitaria ad finem suum, s. ad pugnandū propter victoriā: Nam dicebantur antiquitus milites non solum equites, sed quicunque pugnantes ad vincendum, vnde sub militari nō solum equestris, sed quæcunque alia ars, & virtus, quæ est ad operationē bellicam ordinata, vnde architectonicorum artificū opera sunt magis laudabilia, quam ea quæ sub ipsis. His igitur de mechanicis artibus, & earum artificibus instrumentis, & artificiis summariè prælibatis, postquā in libro præcedenti Octauo de quibusdam rationabilibus, id est, de humanis legibus, quæ certis rationibus cōstant, iam aliqua exempla præmisimus. Restat nunc in hoc Nono libello de rebus artificialibus, quas humana valet ratio ex exteriori naturali materia per artis habitū directa producere, aliquas similitudines addere. Interdum quidem de operibus artium, interdū autem de artificibus, interdum vero de instrumentis artium exempla inducendo, & diuersis adaptando materiis, comprehensis more solito sub ordine alphabeti.

Actiua, ac contemplatiua vita, quę amore, Deū timore perficitur, tribus de causis sepulchro, & pluribus rationibus agricultura, cellę, vinariæ assimilari demonstratur. Cap. I.

ACtiua, & cōtemplatiua vita assimilantur sepulchro propter tria. Primo ratione receptionis, quia scilicet sepulchrum non viuentes, sed tamen mortuos recipit: & similiter vtraque vita nō viuentes mundo, vel peccato, sed vtrique mortificatos recipit. vnde Col. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo, vnde Gre. quid sepulchri nomine, nisi contemplatiua vita signatur, quæ nos quasi ab hoc mundo mortuos sepelit, dum à terrenis desideriis suscepros in intimis abscondit? Actiua quoque vita sepulchrum est, quia à prauis nos operibus mortuos tegit. Ex quibus quidē verbis colligitur, quòd actiua vita mortuos peccato, contēplatiua vero super hoc etiam mundo mortuos requirit: vnde idē Gre. subdit, quod cōtempla-

Digitized by Google

templatiua perfectius sepelit, quia à cunctis mundi actionibus funditus diuidit.

Secundo ratione absconsionis, quia s. in sepulchro corpus includitur, & ab hominum aspectibus absconditur, eo modo quo Christus docuit: Attendite ne iusti. ve. ap. cis. Vbi prohibet, quòd non fiant ad gloriæ humanæ ostentationem, sed solum à Dei laudem, & proximorum vtilitatem. Similiter de contemplatione siue oratione dixit. Tu autem cum oras, intra cubi. tu. & clau. ho. ora patrem tuum, &c.

Matth. 5.

Tertio ratione combinationis, quia vtraque vita, & non altera, tamen requiritur pro loco & tẽpore. In cuius signũ legitur Gen. Quod Abraham coniugem mortuã in sepulchro duplici sepeliuit. Quia nimirũ, (vt dicit Gre.) perfectus quisque extinctã à pœnitentis vitæ desideriis sub bonæ operationis tegmine & cõtemplationis abscondit: neque perfectus prædicator est, qui vel propter cõtẽplationis studiũ operãda negligit, vel propter operationũ instãtiam contemplanda præponit.

Gene. 23.

Item actiua, & etiam contemplatiua vita indiget timore, & amore: nã timor humiliat, & amor solicitat, quorum vtrunq; requiritur in actiua, sicut in naui requiritur & anchora nauẽ tenens, cui assimilatur timor humilians: & etiam vela impellẽs, cui assimilatur amor solicitans, & similiter in contemplatiua necessarius est timor per sobrietatem aggrauans, secundum illud. Non alta sapientes, sed humilia consentientes, & iterum. Nõ plus sapere ad sobrietatem. Idem & rursus necessarius est amor per auiditatem eleuans, secundum illud, Quæ sursum sunt sapite, &c. vnde Gre. dicit: anchora cordis est pondus timoris, sed quasi vela mentis, est vis amoris, quæ hãc dum à mũdo extrahit in alta sustollit: in contemplatione igitur veritatis, quasi in quodam alto pelago maris, mens proficiẽdo non pergit, quam vela amoris feruidi non impellit. Et rursus si hãc timor nõ aggrauat præsumptione sensuum, quasi procella fluctuum inaniter iactata erroris voraginem naufragat.

Rom. 12.

Col. 3.

Itẽ actiua vita similis est agriculturæ: nam (sicut dicit Pall.) eligẽdi, & bene colẽdi agri ration in quatuor rebus cõsistit, aere, aqua, terra, industria. aer sit salutaris & clemens, aqua salubris, & facilis, vel ibi nascens, vel aliunde deducta, vel imbre collecta, terra vero commoda situ, & fœcunda. Industria quoque colendi agrum est etiã necessaria circa loca, tempora & opera. Quæ omnia necessaria sunt in actiua vita se exercitantibus, s. vt sint aerei per benigintatẽ cõpassionis: Nã aer facillime ex aliis immutatur, & patitur Apo. Quis infirmatur, & ego non infirmor, quis scandalizatur & ego nõ vror? Debet ergo homo actiuus esse clemens in cõpassione, & salutiferus in operatione.

2. Cor. 11.

Item debet esse aqueus in facilitate subuẽtionis. Quia sicut aqua in loca vacua faciliter cõfluit, ita homo misericos indigentibus faciliter tribuit, Tob. Omni petenti te tribue. Luc. Esurientes impleuit bonis &c. Imbuit enim aqua loca vacua, sed non plena.

Tob. 4. Luc. 1.

Item debet esse terreus, id est, fœcundus per multiplicitatẽ exhibitionis: quia sicut fæcunda terra multos fructus gignit, ita pius & actiuus homo multas eleemosynas tribuit. Tob. Si multum tibi fuerit tribue.

Tob. 4.

Item debet esse industrius per sagacitatem discretionis, primò circa loca: debet enim attendere ad loca vbi sunt pauperes magis indigentes. Dicit enim idem

Palladius, quòd semina citius degenerant in locis humidis quam in siccis: Nam quasi loca humore plena sunt diuites, qui abundant tẽporali substantia, & in istis semẽ, i. datũ degenerat, quia meriti fructu non germinat. Sed quasi terra ficca eſt paupertis indigẽtia, in qua semen eleemosynæ nõ degenerat, quia eleemosyna pauperi data, meriti fructu abundat: propter quòd Deus dixit Lu. 14. Cum facis prandiũ, aut cœnam, noli vocare diuites, qui habent vnde retribuat tibi, sed voca pauperes, & debiles, &c.

Luc. 14.

Ité dicit idẽ Pall. quòd non eſt magnopere deſiderandus color terræ, quia bonitatis incertũ eſt ſignum: Eſt enim velut color terræ, fauor, vel fama eleemoſynæ, quem eleemoſynarius deſiderare vel quærere ad ſui gloriã non debet. Vnde Dominus. Cum facis eleemoſynã, noli tuba canere ante te: Nam talis fama non certum eſt ſignum vel cauſa bonitatis.

Matth. 6

Item debet eſſe induſtrius ad diſcernendum tẽpus in quo dandæ ſunt eleemoſynæ. Eccl. Tẽpus

Eccl. 4.

Pſal. 144

curtodiendi, & tẽpus abiiciendi. Pſal. Tu das eſcã illorũ in tẽpore oportuno. Dicit autẽ idem Pall. quod omnia quæ ſerũtur creſcẽte Luna, & in diebus tepidis ſunt ſeréda: Nam tepor euocat frigus incluſum. Sic mittens ſemen eleemoſynæ, vel boni operis creſcẽte Luna, i. deſectu, vel cauſa, tunc præcipue debet ſerere, i. eleemoſynas dare. Et debet eſſe remotus à frigore accidiæ, & ab æſtu impatientiæ, ſiue iræ. Vnde debet eſſe tepidus, id eſt, moderatus, vt neque frigeſcat per torporẽ negligentiæ, neque excandeſcat per feruorem impatientiæ.

Item debet eſſe induſtrius circa opera, ſ. vt videat, & quod & qualiter eſt agendum, ſiue plantando, ſiue putando, ſiue ſerendo, & cætera alia faciẽdo, quæ ſpectant ad culturam. Sic etiam debet homo actiuus eſſe, & induſtrius, & ſtudioſus ad putandũ vitia, ad plantandum virtutes, & etiam ad ſerendũ ſemina bonorum operum.

Iteꝝ cõtẽplatiua vita ſimilis eſt cellæ vinariæ. De qua dicitur: Introduxit me Rex in cellam vinariã: Talis enim cella, (vt dicit Pal.) debet eſſe remota à quinq;

Cant. ii.

Primò quidẽ à calore, debet. n. eſſe frigida, & à feruore remota. Sic vir contemplatiuus debet eſſe frigidus ab æſtu concupiſcentiæ, & ab ardore libidinis remotus, quæ oculum mentis obtenebrat, & excæcat, Pſal. Supercecidit ignis, & non viderunt Solem.

Pſal. 57

Secũdo à lumine, quia ſ. debet eſſe quaſi obſcura: & hæc obſcuritas fit in vito cõtemplatiuo per humiliratem, per quam non reputat ſe quaſi aliquid ſcire, vel videre. vnde. Pſal. peretbat dicens: Qui illuminas lucernam meam illumina tenebras meas. Vel hæc obſcuritas refertur ad fidem, qua nonc videtur Deus à contẽplantibus in quadã obſcuritate, vnde Apo. Lucem habitat inacceſſibilem, quam nemo hominũ videre poteſt. Et alibi: Videmus nũc per ſpeculum in ænigmate. Tob. In tenebris ſedeo, & lumẽ cæli non video. Vel iſta tenebra fit in Sanctis quando conſiderant proprios defectus, diuinum iudiciũ formidantes. Pſalm. Tim or & tremor venerũt ſuper me, & contexerũt me tenebræ. Vel forte, quia Sancti viri timent, & fugiũt nimiã claritatẽ mũdanæ proſperitatis, Pſal. Ab altitudine dici timebo, & ideo non recuſant nocte aduerſitatis. Pſal. Nox illuminatio mea in deliciis meis. Vnde etiam in die bonorum non ſunt immemores malorum.

Pſal. 96

Pſal. 54

Pſal. 17

Tertiò debet eſſe remota à ſeptentrione, id eſt, debet eſſe oppoſita

posita septentrioni: Septentrio enim dicitur arcturus sine vrsa, & dicitur septentrio à septē stellis frigidis arcturi. In quibus designatur septennarius vitiorum, quibus Sancti, & contemplatiui viri oppositi sunt, & resistentes, & contra ea pugnantes, iuxta illud dictū Sen. Pacem cum hominibus habebis, bellū cum vitiis.

Senec. in Epi.

Quarto debet esse remota ab humore, à cisternis, & aquis. Hæ aquæ sunt doctrinæ siue rationes philosophiæ, quorū cisternæ sunt philosophorum libri, à quibus homo cōtemplatiuus in his quæ ad fidem pertinent debet remoueri, quia fides non habet meritum cui humana ratio præbet experimentum. Et ideo Aug. dicit: Tolle argumentū vbi fides quæritur. De his cisternis dicitur: Duo mala fecit populus meus: quia me derelinquerunt fontem aquæ viuæ, & foderūt sibi cisternas dissipatas, quæ continere nō valent aquas. Hæ dissipatæ cisternæ sunt libri philosophorum errantium, vt Auerrois, & quorundam aliorū contra fidē Christianorum loquētium, quos fonte viuo sacræ scripturæ relicto quidam Christiani fodiunt, id est studiosè discunt, & credunt.

Quinto debet esse remota à fœtore. Vnde fieri debet longe ab alueis, & stabulis, & sterquiliniis. Si quidem in alueis intelliguntur voluptatis delitiæ: In stabulis dignitatis excellentiæ, quia viri magni, & Principes præcipuè, delectantur in multitudine & pompa equorum, quibus stabula repleantur. Vnde de Salomone Rege dicitur, quod habuit Salomon xl. millia equorum in stabulis. In sterquiliniis autem intelliguntur mundanæ diuitiæ. De quibus Apost. ait: Omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora: Hæc enim omnia quæ mūdanis redolent. Sanctis fœtent, qui cælestium odorem per olfactum internæ discretionis, & cōtemplationis percipiunt. Et ideo ab his tanquam à rebus fœtidis longe fugiunt, secundum illud Psalm. Ecce elongaui fugiens, scilicet à fœtore mundi.

2. Par. 9.

Phi. 3.

Psal. 54.

Dei amor quot bona nobis conferat, & quo pacto in nobis conseruetur, mundiq; amatoribus interdum condencitur musti similitudinibus aperitur.

Cap. 11.

AMor Dei cōseruatur in suo feruore, sicut mustū in suo dulcore: Nam sicut legitur in libro de vindemiis, quem Burgūdo transtulit de Græco in Latinum. Si quis vellet mustum per totum annū habere, vel per longum tempus in dulcedine seruare, hoc modo fieri potest. Quādo calcantur botri, quod ex illis stillat mustum mitte in vas pice interius perunctum, vel exterius, vt semiplenum vas sit, & obtura diligenter gipso: Multo enim tēpore manet mustum valde dulce, & multo magis seruabitur, si vas musti sit pice perunctum interius & exterius, & in puteum mittatur, ita vt sola labia supereminеant, & hoc per experientiam crebram visum est optime. Et oportet vuas, ex quibus huiusmodi mustum egreditur, quiescibiliter conculcari, ita vt non comprimantur. Quid est autē tenaci pice vas interius & exterius linire, nisi mentis & corporis puritatē iugi, & firma custodia munire? Et quid est vas in puteo tenere, nisi cor in humilitate seruare? Et quid est labia supereminere, vel os vasis gipso albo obstruere, nisi sublimi & pura locutione, linguam siue os occupare, & ab infimis, vel impuris verbis abstinere? His profecto musti. i.

amoris diuini feruor, & dulcor diutius cõseruatur, scilicet in custodia puritatis, in refrigerio humilitatis, in puritate locutionis. Alij autem sunt, qui tale vas musti in arenã humidã suffodiunt, quod etiam efficax est ad mustũ conseruandum Sed quid est arena humida, nisi de grauibus peccatis compuncta conscientia, & humore lachrymarum repleta? & hoc valet ad conseruandum mustum, id est amorem diuinũ: Conseruatur enim feruor amoris in lachrymis compunctionis.

Item amor Dei facit hominem obedientẽ: Nam cæra ad ignem calefacta de facili flectitur, & metalla ad ignem liquefiunt, & sic de facili formam rei cui infunditur accipiunt Sic etiã cor in quo est calefactio diuini ignis, id est amoris, est ad obedientiam flexibile, & ad iussum prælati du-
Luc. 12. ctibile Luc. Ignem veni mittere in terram. Amor autem terrenorum siue mundi, impedit salutẽ: Nauis enim adhærens terræ, ad portum nõ graditur, sed periclitatur. Sic qui terrenis adhæret diuitiis per amorem, ad portum
Psal. 61. salutis non venit Psal. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.
Matt. 19 Vnde Dominus dixit, quòd facilius est camelũ per foramen acus transire, quàm diuitem introire in regnum Dei. Si igitur nauis animæ est nimis onerata diuitiarum pondere siue cura, remediũ est eã alleuiare eleemosynarum largitione.

Itẽ amatores mundi, vel carnis, aliquando per diuinam gratiam conuertuntur & efficiuntur feruentes amatores Dei, sicut mustum acerbum, vel corruptũ, per decoctionẽ, & admixtionẽ aquæ pluuialis conuertitur in vinũ purũ, & dulce: Dicitur enim in supradicto libro de vindemiis, q mustum de vuis acerbis vel corruptis ita est curãdã: Aqua enim pluuialis vsque ad dimidium est excoquenda, & ex hac aqua decocta quanta est musti decima pars debet superfundi vino: rursus autẽ cũ vino decoqui, vt consumatur in decoctione decima pars. Quidã tamen aliter faciũt, quia in ipsis vuis immittũt aquã, commiscẽtes ad futurũ mustum tertiam partem: post conculcatis vnis mustum coquunt tantũ, vt eius consummatur tertia pars. Aqua itaque pluuialis, est gratia cælestis, cuius decoctio fit in feruore contritionis, cuius mixtio debet esse cum musto siue vua lachrymosæ cõpũnctionis, de quo in Psal. Potasti nos vino cõpun- Psal. 59.
ctionis sed decima pars refertur ad obedientiam decalogi, id est, mandatorum diuinæ legis: Vbi enim ista adsunt s. admixtio gratiæ, feruor pœnitentiæ, compunctio lachrymæ, subiectio obediẽtiæ, mutatur vinum acerbum i. amor mundi, vel mustum corruptum. i. amor carnalis in vinum, id est in amorem diuinũ dulcissimum, & purissimum Et hoc patet in conuersione Matthæi publicani, & Mariæ Magdalenæ. Vel tertia pars aquæ, id est, pœnitentiæ, assumitur in restitutione, & calcantur vuæ in confessione, quia tunc exprimitur vinum, id est, manifestatur peccatũ: sed decoquitur mustũ cum aqua in assidua compunctione, & sic amor mundi, vel peccati, conuertitur in amorem Dei.

Itẽ nota, quòd in homine proficiente, conuertitur punctio timoris in dulcedinẽ & securitatem amoris. Cuius exemplũ est, quia per semen porri immissum in dolium aceti, acetum ipsum mutatur in vinum, sicut in præfato libro vindemiarum legitur. quid autem est semen porri, nisi profectus boni? Nam porrũ non

primo

primo anno, sed secundo semen producere dicitur. Et ideo proficientem signat, qui non statim à principio perfectus esse potest, sed paulatim, & successiue perficitur. Ergo per semē ipsius porri de aceto vinum efficitur, quia per cōtinuum profectum in bono, pœnitentis timor in amorē
1. Ioan. 4 conuertitur: Perfecta enim charitas foras mittit timorem.

Rationalis anima quo pacto sit colendat ut à carnali purgetur amore, per agri similitudinem demonstratur: quæ pariter Paradiso voluptatis, triticiq. aceruo comparatur. Cap. III.

ANima hominis ad modum agri est diligenter colenda: Agro enim (vt dicitur Pall.) tria
Pallad. æqualiter nocent. s. sterilitas, colentis morbus, & malus vicinus. Nam sterilitas refertur ad ociū, per quod videlicet anima à fructu boni operis vacat: sed morbus refertur ad vitium, quo scilicet ipsa anima letaliter ægrotat, sed vicinus malus refertur ad prauum socium, siue ad carnem, quæ ipsam animam frequenter molestat. Ocium autē multum nocet animæ, quia ipsam ad ma-
Eccl. 33. lum acuit. Eccle. Multā malitiā docuit ociositas: Facit enim in agro animæ vrticas vitiorū suc-
Prou. 24. crescere. Prouerb. Per agrum pigri hominis transiui, & ecce totum repleuerunt vrticæ. Contra quòd dicitur ibidem. Diligenter exerce agrum tuū. Morbus pec-
Eccl. 18. cati etiam multum obest, quia animā interficit. Ezech. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et iterum de peccato dicitur:
Eccl. 21. Dentes leonis, dentes eius interficientes animas hominum, prauus socius multū officit, qui animam corrumpit, scilicet exem-
1. Cor. 5. plo vel verbo, 1. Cor. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Et 1. Cor. Corrumpunt 1. Cor. 15
bonos mores colloquia præua: Vnde hæc ab agro animæ sunt prorsus repellenda. Dicit etiam idem. Pall. quod in arto periclitantur interiora, nisi colātur extrema. Sic etiam interiora bona animæ perdit, qui exteriora mēbra vel sensus non custodit.

Itē anima iusti assimilatur horto voluptatis, id est, paradiso terrestri, quem agricola cælestis, de quo Christus Ioā. 10. Pater meus Ioan. 10.
agricola est: à principio mūdi plātauit. Et hæc similitudo congrua videtur triplici ratione. Et primo quidē ratione situationis. Nam ille hortus fuit situatus in loco fertili, & ideo vocatur Paradisus delitiarum: & similiter, anima iusti est locus delitiarū spiritualium Domini, qui dicit: Delitiæ Prou. 8.
meæ esse cum filiis hominum.

Item erat ille hortus in loco eminenti, ita vt dicatur excedere altitudinem terræ, & esse sub globo lunari, quia videlicet mēs iusti omnia terrestria excedit, & contemplatione ac desiderio vsque ad cælestia pertingit. Apost. Nostra conuersatio in cælis est. Phi. 3.

Item erat ille hortus in loco Orientali. Per Orientem autem intellige aduētum ad iudicium. Vnde in euangelio Sicut fulgur exit ab Oriente, &c. Vel per Orientem intellige Christum, de quo Zach. Oriens nomē eius. Vel Zach. 6.
per Orientem intellige originem hominis, ita debet plātari mens fidelis ad Orientem, vt præ oculos habeat terrorem iudicij, & recordationem dominicæ passionis, & abiectionem suæ conditionis, qualiter scilicet creatus & factus est de limo terræ. Vnde in Leuit. præceptum est, vt vesicula Leui. 1.
auiculæ poneretur ad Orientem altaris in loco vbi erant cineres, hoc est per recordationem iudicij motus elationis reprimere.

Item

Item quando motus elationis surgit in te ex operibus tuis, pone te ad Orientē, id est Christum, & attende quam parua sunt, quia nulla sunt respectu illorū quæ fecit pro te. Pone etiā ad Orientem abiectionis tuæ condicionem, & hoc est in locū vbi estis cineres, id est, memorare quā vilis es, & elides motus elationis in te.

Secundò ratione plantationis, quia produxit Dominus Deus de humo omne lignum pulchrū visu, & ad vescendum suaue, lignum etiam vitæ in medio Paradisi, lignumque scientiæ boni & mali. Genes. 1. vt dicitur Gene. Hoc lignum pulchrum visu est in homine ex conuersatione bona, sed ad vescendū suaue est ex conscientia munda: Nam secura mens quasi iuge cōuiuium, vt dicitur Prou. Debet Prou. 15. etiam ibi esse lignū scientiæ boni, & mali, id est, prudentia inter bonum & malum discernens.

Item lignum vitæ, id est, gratia Christi, cui totum debet homo ascribere, non sibi. Apost. Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus. Gal. 2.

Tertiò ratione irrigationis: Quia fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum, qui diuiditur in quatuor capita. Nomen vni Phison. Ipse est, qui circuit omnem terrā Euilath, vbi nascitur aurum, & aurum terræ illius est optimum, bdellium, & lapis onichinus. Et nomen fluuio secundo Geon. Ipse est qui circuit omnē terrā Ethiopiæ. Nomen verò tertij fluuij Tigris, Ipse est qui vadit cōtra Assyrios. Fluuius autem quartus ipse est Euphrates. Iste fluuius est gratia Spiritus sancti, quæ fluit de loco voluptatis, id est, à Christo, in quo delectari debemus. Psal. 98. Psalm. Delectare in Domino. Iste egreditur ad irrigandum Paradisum, id est, mentem humanam: & diuiditur in quatuor flumina, id est quatuor virtutes: Nam Phison dicitur prudentiam. Prudens enim est, quia nouit os mutare. Phison enim interpretatur oris mutatio. Aliter enim loquendum est maioribus, & aliter minoribus. Eccle. Qui adimplet, quasi, phison sapientiam. Et hic circuit omnem terram Euilath, quæ interpretatur dolens, quia prudens est, qui nouit dolere in hoc mundo. Ibi etiam nascitur aurum optimum, quia optimum est lugere pro peccatis. Et bene dicit, qui circuit omnem terram Euilath, quæ habet quatuor partes, scilicet dolere pro peccatis propriis, & alienis, pro incolatu huius miseriæ, & pro dilatione patriæ. Bdellium autem sunt opera misericordiæ, lapis onychinus discretio, ab onyx, quod est vnguis: nam per figuram vnguis significatur discretio, vel per lapidem onychinum intelligo. His tribus curatur peccator operibus misericordiæ, & orationibus, cum carnis afflictione siue dolore. Eccle. 4

Per Geon verò, qui interpretatur hiatus terræ, significatur temperantia, quæ omnem terrenitatem absorbet à nobis. Et contra Ethiopiā vadit, quia malos motus in nobis destruit. Mali autem motus sunt mali mores, quos significant Ethiopes. Hier. Si mutare potest Ethiopes pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos bene poteritis facere, cum didiceritis malum. Tigris, qui velox interpretatur, signat fortitudinem, quæ impugnat Assyrios, id est dæmones: Fortis enim debet esse, qui vult contra dæmones pugnare. Euphrates autem, qui frugifer interpretatur, significat iustitiam, quæ multum fert fructum: Vana enim sunt omnia temporalia, sola iustitia fructifera: sed de ista non determinat scriptura contra Hier. 13.

quos

quos vadat, quia iustitia ad omnes pariter spectat. Vel fluuius, ista gratia cōpunctionis quæ diuiditur in quatuor, quę sunt, cōtritio, cōfessio, satisfactio, & cōtinuatio, siue perseuerantia. Philon enim, id est, oris mutatio, significat contritionem in qua mutatur facies peccatoris. Sed per Geon, qui interpretatur hiatus, significatur cōfessio, in qua aperiuntur peccata, sicut in hiatu aperitur terra. Per tigrim, qui interpretatur velox, satisfactio significatur, quæ est quasi medicamentum vulneris: Sicut enim ext acto ferro de vulnere, si statim medicina non apponitur, cito vulnus putrescit: Ita si peccata de corde extrahis, & vt iubetur non protinus satisfacis, vulnus tuum de facili corrumpitur. Per Euphratē verò, qui interpretatur frugifer, perseuerantia designatur, quæ nobis confert fructum vitæ æternæ.

Item anima iusti assimilatur aceruo tritici, qui multis mediis in horreo reconditur: Nam triticum (sicut dicit Greg.) Primo in segete Sole tangitur, quia in hac vita humana anima respectu superni luminis illustratur, pluuiam accipit, quia veritatis eloquio pinguescit, vento cōcutitur, quia tentationibus exercetur: & secum crescentes paleas portat, quia nequiorem cōtra se quotidie vitam peccātium tolerat, atque ad aream deductū triturationis pondere premitur, vt à palearum cōnexione soluatur, quia mens nostra cælesti disciplinę supposita, dum correptionis flagella percipit, à societate carnalium mūdior recedit. & relictis paleis ad horreum ducitur, quia foris remanentibus reprobis, electa anima ad supernæ mansionis gaudia subleuatur.

Item animæ salus debet corpori & diuitiis præferri: Nam quis necessitate astringitur, quod in mare oportet merces proiicere, vel personas submergi, merces potius exponuntur, & in bello manus ensi exponitur, vt caput sanum seruetur, quia mortuo merces nō prosunt, nec manus valent capite abscisso. Sic cū quis ad hoc deuenit, quod corporis aut animæ habere detrimentum oportet, debet corpus & diuitias exponere, sicut serpens, & caudam exponit, & corpus, vt caput, id est, vitam seruet. Mat. Estote prudentes sicut serpentes: Diuitiæ enim corpori mortuo, & animæ damnatæ nil prosunt. Mat. Quid prodest homini, si lucretur vniuersum mundum, animæ autem suæ detrimentum patiatur. Matt. 5. Matt. 16

Itē anima illa est apta ad Deū diligendum, cuius affectus est à carnali amore purgatus, sicut illa vua dicitur esse apta ad vindemiandum, & mustum exprimēdum, cuius granum exit purum sine carnositate. Dicitur in libro de vindemiis, quod ad probandū quando tempus est ad vindemiandum vuas, quidā vnam accipiunt, & exprimunt, & si quidem effluxerit granum mūdum non continens carnem, maturas esse ad vindemias approbant vuas; si verò effluxerit granum cum parte carnium, non eas esse maturas. Similiter illa anima est ad vindemiam musti, id est, ad affectum amoris diuini parata, quæ habet intrinsecū granū i. interiorem affectum à carne i. carnali amore separatū, & depuratum. Illa autem quæ est, cū carne. i. cum carnali amore, non est vindemiationi, id est spirituali dilectioni accommoda. Vnde Apos. dicit: quod animalis homo, id est carnalis, non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. 2. Cor. 4.

Decem.

Decem præcipuè in militum armatura esse necessaria sacra scriptura testimonio confirmatur: quæ omnia spirituali armaturæ mysticè convenire, quam plurimis asseritur exemplis.

Cap. 1 1 1 8.

ARmatura spiritualis similis est armaturæ corporali: Est enim duplex genus armorũ: quia sunt arma ad defensionem, vt clypeus, & huiusmodi: & sunt arma ad offensionem, vt gladius, & huiusmodi: & neutrum genus sine altero sufficit in prælio existenti, quod etiam similiter accidit in armatura spirituali. Vnde dicit Greg. quòd sicut ad corporalia bella nequaquam bene armatus pergit, qui aut clypeũ sumens, gladio non vtitur: aut vtens gladio, clypeo non munitur. Sic etiam miles Dei aduersitatis bello deprehensus, & scutum patientiæ debet ante se ferre, ne pereat, & ad portandum promptus amoris inferre iacula, vt vincat. Vnde mens Sanctorum in hoc tentationum prælio, & munita patientiæ clypeo, & gladiis amoris accincta, ad perferenda mala sumit fortitudinem, ad impendendum bona exercet benignitatem, quibus & odiorum tela patienter excipiat, & amoris iacula valenter reddat.

Greg. in mora.

Item nota, quòd sacra scriptura introducit decem, quæ communiter necessaria sunt in militum armatura: Nam inter arma quibus milites vtuntur ad sui defensionem, quædam necessaria sunt ad protegendum partem superiorem, vt caput, & huiusmodi: ad hoc vtuntur galea siue cassi de ærea. Quædam ad muniendum partem inferiorem, puta crura, & huiusmodi, & ad hoc portant ocreas æreas. Quædam muniunt partem mediam, vel in parte sicut scutum, quod portatur in sinistra, vel in toto sicut lorica. Torax autem protegit pectus, & cor, & renes. Hæc erat armatura Goliath, de quo dicitur 1. Reg. quòd cassis ærea erat super caput eius, & lorica hamata induebatur, & ocreas æreas habebat in cruribus, & clypeus æreus tegebat humeros eius. Inter arma verò offensibilia quædam sunt, quibus percutiunt à remotis, sicut est arcus, & sagittæ. Et hæc fuerũt arma Esau, de quibus dicitur Gen. Sume arma tua, pharetram & arcum, &c. Quædam percutiunt de propinquo, sicut gladius, vel ensis, & hæc erãt arma fortium Salomonis, de quibus dicitur: Lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenẽtes gladios, & ad bella doctissimi. Quædã verò percutiunt medio modo, inter propinquum & remotum, sicut lanceæ. Et hæc erat armatura Saul. 1. Reg. Tenebat Saul lanceam, &c. Decet etiam militẽ habere equum saltem cum freno, & sella, & cõsequẽter oportet quod habeat calcaria. Hæc omnia sunt arma, quæ etiam necessaria sunt militiæ spirituali: Nã primo necessarium est scutum fidei, quod muniat in parte sinistra in aduersis. Ephe. In omnibus sumentes scutum fidei, &c.

1. Reg. 17

Gen. 27.

Cant. 3.

1. Reg. 18

Ephes. 6.

Secũdò necessaria est galea spei, quæ super caput se erigit, quia spes ad superna tendit. Ephe. Galeam salutis assumite, quod exponens Thes. Et galeam spem salutis.

Ephes. 6.

Tertiò necessaria est lorica charitatis, de quo Apost. ibidem. Induti lorica fidei, & charitatis: Nã sicut annuli in lorica inuicẽ connectuntur, ita fideles in charitate inuicem vniuntur.

1. Thes. 5.

1. Thes. 5.

Quartò, necessaria est thorax iustitiæ, & æquitatis. Sapien. Induet pro thorace iustitiam.

Sap. 5.

Quintò sunt necessariæ ocreæ ferreæ,

ferrea, quæ munionis à parte inferiori id est, duplex humilitas, quæ dum animi elationem reprimit, quasi ab inferiori parte munit. Est autem humilitas necessaria duplex, id est, interior in corde, & exterior in conuersatione. Vel quasi ocrea cruris dexteri est humilitas in prosperitate, qua aliquis reputat se indignum: sed ocrea cruris sinistri, est humilitas in aduersitate, qua aliquis reputet se dignum.

Sexto necessaria est lancea prudentiæ, siue prouidentiæ, quæ à remotis hostem percutit antequam propinquet. 2. Reg. Tulit Ioab tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalon. Hæ tres lanceæ sunt tres partes prudentiæ, scilicet memoria præteritorum, intelligentia præsentium, & prouidentia futurorum, quibus inimicus perimitur. 2. Reg. 18

Septimò est ensis continentiæ, quo femur in quo est voluptas munitur. Cant. Vniuscuiusque ensis super femur suum. Cant. 3.

Octauo, necessarius est gallius, id est, dolor pœnitentiæ, quæ vlciscatur de delectatione culpæ. Iob. Vlcor iniquitatis gallius, vel gladius, id est, dolor cõpassionis, & misericordiæ. Luc. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Iob. 19. Luc. 3.

Nono, necessarius est arcus, scilicet sacræ scripturæ cum sagittis doctrinæ. In hoc arcu est lignum durum, scilicet austeritas veteris testamenti, & corda mollis, s. lenitas testamẽti noui. Ex hoc arcu emittuntur sagittæ potentis acutæ, id est, diuina verba corda hominum velocitèr penetrantia.

Decimò, necessarius est equus, id est, corpus subditũ spiritui cũ freno temperantiæ. Iac. Equis frenos in ora mittimus, & cum sella patientiæ, in qua faciliter onus portatur. Hest. Homo quem rex honorare cupit, debet indui vestimentis regiis, & imponi super equum, qui de sella regis est. Sella regis est patientia Christi, cui sellæ oportet imponi quicunque ab ipso rege debet honorari. Iac. 3. Hest. 6.

Nonnulla breuiter ipsius auaritiæ damna annectuntur, quæ etiam naturalibus exemplis quantũ fieri potest, confirmantur.

Cap. v.

AVaritia terrenorum lucrorũ facit sterilescere animas à fructibus spiritualibus eperum. Sicut enim vinacij cibus facit gallinas sterilescere, & cessare ab ouatione, sicut dicit Pallad. Sic & terrenorum lucrorum auarus appetitus, retrahit & cessare facit à spiritualium operum exercitatione, vnde Matth. 3. dicitur, quòd solicitudo seculi istius, & fallacia diuitiarum, suffocat verbum, ne scilicet perueniat ad boni operis fructum. Pallad. Matth. 3.

Item auaritia aduersatur operibus bonis, sicut letamen anseris aduersatur satis: dicit enim Pall. quòd stercus auium maximè necessarium est agriculturæ, excepto anserum letamine, quod omnibus satis inimicum est. Vnde anser, sicut ipse dicit, locis contritis inimicus est, quia sata, & morsu lædit, & stercore. Quid enim est morsus anseris, nisi rapacitas cupidi hominis? Quid autẽ anseris stercora, nisi auarorum terrena lucra? De his dicit Apost. Omnia detrimentum feci, & arbitror vt sterocra, vt Christũ lucrifaciam. Hæc ergo sata lædunt, quia in agro, videlicet cordis, spiritualis doctrinæ seu virtutum germina crescere non sinunt. Phi. 3.

Item auaritia non satiatur ex adeptione auri: quia sicut vinum in dolio sitim corporalẽ nõ sedat, sic pecunia in arca sitim auaritiæ non

nō sedat, quod est, quia pecunia nō potest intrare vbi sitis est auaritię, scilicet incōmode. Pecunia est res corporalis, anima verò est res spiritualis. Res autē spiritualis corporali impleri nō potest, sicut nec corporalis spirituali. Vnde sicut arca impleri non potest sapientia; ita nec anima pecunia. Eccl. Auarus non implebitur pecunia. Eccl. 5.

Item auarus alienorum detentor, assimilatur vasi paruo de terra, quod tusco vocabulo dicitur saluada, quod scilicet denarios sigillatim recipit, sed non possunt inde haberi nisi frangatur. Sic auarus raptor, vel vsurarius, reddit in morte, quod non permittitur de mundo portare. Iob. Diues cùm dormierit, nihil afferet. Iob. 27.

Boni viri, qua via eorum corda à sordibus peccatorum debeant custodire, per Apum custodiam, vasisq; argentei restaurationem demonstratur: idq; pluribus eorum similitudinibus declaratur. Cap. VI.

BOni viri debent custodire corda sua, sicut custodienda sunt apum aluearia: Sunt enim præcipue quinque, prout colligitur ex libro Palla. quæ apibus maximè nocent, à quibus eorum aluearia sunt penitus remouēda. Pallad.

Primum est ventus: vnde dicit, quòd debent collocari non longe à domibus, vel in parte secreta horti à vētis remota, ita quòd ventis frigidioribus altus paries resistat. Sic nimirū boni viri, qui habent aluearia plena apibus, id est, corda plena virtutibus, debēt ea munire contra ventum, id est, contra diabolicæ tentationis insultum, hic enim vbi potest intrare frigus malitiæ immittit, & apes, id est, virtutes extinguit. Vnde opponenda est ei altitudo parietis, id est, eleuatio ordinis, & contemplationis, sicut dixit Dominus discipulis. Mat. Orate, vt non intretis in tentationem. Matt. 18. Vel debent sancti viri custodire aluearia apum, id est, studia bonorum operum, ne à vento vanæ gloriæ dissipentur, & extinguantur: quia superbia (vt dicit August.) bonis operibus insidiatur, vt pereant. Aug. in Reg. Vnde opponenda est altitudo parietis, id est, firma custodia humilitatis, cuius fabrica tanto altius exurgit, quanto cor seipsum ad ima per sui despectum reducit: sine custodia enim huius parietis ventus apū aluearia dissipat: quia virtutum studia superbia vastat, nisi humilitas obstet: perit enim omne quod agitur, si non in humilitate solicite custoditur: quia qui cæteras virtutes sine humilitate congregat, quasi puluerem in ventum portat, sicut Grego. dicit. Grego.

Secūdum, quod multum nocet apibus, est frigus. Et ideo ea (vt Pallad. dicit) in calidiori parte horti locare debemus, vnde etiā aditus earum debent esse, omnes oppositi Soli. Vas etiam ipsarum debet esse de tali ligno, quòd vim frigoris ad eas nō transmittat. Et inter omnia meliora sunt (vt ipse dicit) aluearia facta ex cortice suberis, vbi haberi possunt, quia non transmittunt vim frigoris, aut etiam caloris. Quauis enim apes timeant frigus, nō tamen diligunt excessiuum calorem, sed temperatum; vnde pessima vasa sunt quæ in hyeme gelantur, & in æstate feruescunt. Similiter spiritualibus, & actiuis viris, qui esse debent veluti apes solliciti, & fructuosi, summè nocet frigus accidiæ. Et ideo debent ad locum calidū & secretum redire, id est, ad secretum orationis & contemplationis, vbi feruor spiritus excitatur frequenter se reducere, sicut apes frequenter redeunt ad aluearij locum.

Item

Item eorũ aditus, id est, cogitatus, vel affectus debent respicere Solem, i Christum, vt cõsideratis laboribus & passionibus quos ipse sustinuit pro nobis, alleuiẽtur labores nostri, & non accidemur in eis. Vas etiam cordis debet esse sic dispositũ, vt frigus accidiæ nõ recipiat, sed repellat. Vnde bonus est cortex suberis, i. exemplũ conuersationis alicuius sancti & solliciti hominis, vt dum in eius conuersatione, & imitatione moramur, repellatur pariter à nobis & ardor concupiscẽtiæ, & frigus accidiæ.

Tertium, quod multum nocet, apibus est locus fœtidus, vel inquietus, vnde debẽt eorũ aluearia longe collocari ab omnibus quæ sunt horrẽdi odoris, vt à stabulis, & balneis, coquinis, fusoriis & huiusmodi, & fœtore fani. Et etiã nõ debẽt poni in loco vbi resonat echo, qui, s. ad humanam vocẽ falsa imitatione respondet. Sic etiã boni viri debẽt se remouere à cõsortiis & familiaritatibus personarũ corruptarũ, & infamium, ne, s. eorũ fœtore, id est, infami & corrupta conuersatione, ipsi, vel in conscientia, vel in fama lædantur. Debent etiam sibi cauere à blanditoribus, qui ad modum echonis, vnicuique deceptoriè resonãt, id est, loquũtur iuxta vocem suam prout credunt ei placere.

Quartum est fumus, præcipue cancri adusti. Quid enim per cãcrum adustum nisi mundũ accipimus, malo igne auaritiæ, vel luxuriæ inflammatũ, Ioa. Totus mundus in maligno positus est: cancer etiam Lunæ mutabilitatẽ sequitur, quia s. secundũ augmẽtum & decrementũ Lunæ, repletionẽ & vacuitatẽ patitur. Et similiter ipse mũdus secũdũ fortunæ mutabilitatẽ mutatur. Io. Ecce mũdus trãsit, & cõcupiscentia eius Boet. Hunc continuum ludum ludimus, rotã volubili orbe versamus. Infima summis, suprema infimis mutare gaudemus, vnde quidã metricè dixit: Ludus fortunæ variatur, vt orbita Lunæ. Huius igitur cancri fumus tunc ad apes pertingit, quando vel mundi affectus, vel terrenæ occupationis actus, bonos viros inuoluit, & nonnunquam ex eis aliquos etiam inuoluendo extinguit. Vnde debẽt se boni viri à tali fumo quantum possunt elongare. Apocal. Cum viderint fumum incendij eius, longe stantes, supple sunt

Boet. 2. de consi

Apoc. 18

Quintum, quod nocet operibus apum, est succus quarundam herbarum, vel florum, sicut sunt elleborus, casia, absinthiũ, cucumer agrestis, & similia, quarũ scilicet amaritudo impedit dulcedinem mellis. Vnde talia ab aluearibus apum debent pænitus remoueri, & debent poni iuxta arbores, vel herbas, quibus nulla amaritudo respõdeat in flore, aut succo. Quid autem est herbarum malus succus, nisi tristis & pænitudine plenus, voluptatum & libidinũ exitus? Vnde de meretrice muliere dictum est: Prouerb. Fauus distillans labia meretricis, & nitidus oleo guttur eius. Nouissima autem illius amara quasi absinthium. In quo ostẽdere voluit Salomon, quod voluptas, licet in principio, vel in medio, id est, in cogitatu, vel actu, habeat delectationem, in fine tamen relinquit amaritudinem. Vnde incipit à melle, procedit ad oleum, & terminatur ad absinthiũ. Hic est ergo succus amarus, id est luxuriæ fructus, quem scilicet apes, id est, personæ spirituales, & si tãtum cogitatu vel affectu degustent, perditur dulcedo mellis, id est, suauitas, & delectatio internæ consolationis, & deuotionis

Prou. 5.

1. Ioan. 5

2. Ioan. 2

Nam, sicut dicit Ber. Delicata est diuina cõsolatio, & non datur admittentibus alienã, propter quod Apo. dicit, quod animalis, id est, carnalis homo non percipit ea quæ sũt spiritus dei:

Ber.

1. Cor. 2.

Item boni viri assimilantur vasis argenteis, quæ franguntur, & vruntur, vt reparentur. Sic boni viri modo franguntur per tribulationes, vel vruntur per infirmitates, vt reparentur & meliorentur: sed mali sunt tanquam vasa testea, vel vitrea, quæ fracta non reparantur. Psal. Tanquam vas figuli confringes eos.

Psal. 2.

Item vasa argentea limantur, vt clarificentur: sic Deus suos affligit, vt puriores sint, & clariores. Aug. Quod lima ferro, quod fornax auro, quod flagellũ grano, hoc facit tribulatio viro iusto.

Aug.

Item boni viri affliguntur vt perficiantur, & ideo assimilantur imaginibus & sigillis, de quibus Greg. in dialogo dicit, quod sicut imperiti homines necdũ perfecte sculpta sigilla vel imagines aspiciunt, & iam quasi perfecta laudant, & tamen artifex considerat, & limat, & laudari iam audit, & tundere tamen meliorando non desinit. Sic [illegible]unque illi quos iam perfectos homines estimant, adhuc in oculis summi Opificis aliquid imperfectionis habent, propter quod infirmitatib. & tribulationibus quotidie limantur.

Charitatis necessitas, vtilitas, perfectio, & ordo definitur: quæ singula per ferri ignem, ac fundamenti proprietates plurimum apertuntur exemplis.

Cap. VII.

CHaritate deficiẽte non potest aliquis bene operari: Nã de ferro frigido non potest faber operari, nisi calefaciat illud igne, nec potest flecti, sed frangitur sub martello, Vnde (sicut dicit Aug.) Fertum calidum dum cuditur, dilatatur, frigidum autem frangitur. Sic homo nõ est aptus bene operandi, nisi calefactus fuerit per ignem charitatis. Thre. 1. De excelso misit ignem in ossibus meis, & eruditit me.

Thre. 1.

Item charitas assimilatur fundamento. Vnde Apo. In charitate radicati, & fundati. Vnde nota, quòd Apost. assimilat charitatem ra[illegible] in eo quòd dicit, Radicati, quia sicut omnis fructus à radice procedit, sic opus bonum à charitate: Vnde Gregor. dicit, quòd non habet viriditatem ramus boni operis, nisi manserit in radice charitatis.

Eph. 3.

Item assimilat eam fundamento domus, in eo quod dicit: Et fundati: quia sine fundamento stare non potest, sed destructo fundamẽto cadit. Charitas enim omnia sustinet. 1 Cor. Et alia etiã ratio qua charitas assimilatur fundamẽto: quia fundamentum (vt dicit Pall.) consueuit tripliciter poni, scilicet aut in petra, aut in argilla solida, aut in terra labili, & in his tribus significãtur tria charitatis opera: Tria enim proprie ex charitate sunt diligenda, s. Deus, qui signatur in petra, spiritus, qui in argilla solida, siue sit spiritus angelicus, siue humanus: tertium est corpus, siue proprium, siue proximi, &, hoc designatur in terra fluxibili. Et nota, quòd si fundamentum ponatur in sarcofago, vel in petra, debet (vt dicit Palladius) forma fundamenti sculpi vnius pedis altitudine, vel duorum: vnius quidem pedis altitudinem charitas qua Deus diligitur habet: quia vno tantum affectu seu respectu Deus diligi debet, scilicet propter seipsum: hoc enim est de ratione veræ amicitiæ, vt amicus sui gratia diligatur. Et ideo

1. Cor. 13.

ille

sile qui Deum mercedis intuitu diligit, verus eius amicus nō existit. Potest tamen ipsa Dei dilectio adhuc alterum pedē, i. alium affectū, siue respectū habere, scilicet ad mercedē, i. ad beatitudinē creatā, quam ab ipso Deo habemus, nō ita scilicet, quòd ipsa sit finis amanti, ita quòd Deus propter illam diligatur, eo quod hic esset, vt dictum est, nō vere diligere Deū, sed prout ipsa beatitudo ex parte amantis est finis amoris, & cuiuslibet virtuosæ operationis. Si vero fundamentum ponatur in solida argilla & constricta, tūc debet habere quintam vel sextā partē altitudinis eius quæ super terram, scilicet in parietibus, est futura. Similiter etiam charitas, qua proximi spirituū, vel naturā diligimus, debet quinq. vel sex gradus habere altitudinis, id est, perfectionis. Et primus gradus est, vt diligamus vere: tunc autem vere diligimus aliquē, cum amamus eum ad bonum sui ipsius, & non ad vtilitatem nostrā. 1. Cor. Charitas non quærit quæ sua sunt. Vnde tunc aliquis vere diligit animam proximi sui, vel suam, quando diligit eam ad salutem eius. Et isto modo Apostolus proximos secundū spiritū diligebat. Vnde dixit: Non quæro quod mihi vtile est, sed quod multis prosit, vt salui fiant.

Secūdus gradus altitudinis huius fundamenti est, vt diligamus rectè. Tūc rectè diligimus aliquē, cum maius bonum suum minori præponimus, puta vt magis diligamus animam quàm corpus, & spiritualia quàm temporalia.

Tertius gradus est, vt diligamus sanctè, id est, in ordine ad Deum, & propter Deum. Et ideo debemus odio habere in anima nostra, vel proximi, quicquid repugnat Deo, puta peccata, & cogitationes peccatorum. Psal. 104 Iniquitatem odio habui, & abominatus sum.

Quartus gradus est, vt diligamus operosè. Ioa. Nō diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate. 1. Ioan. 3

Quintus gradus est, vt diligamus perfectè, scilicet non tantum amici animam, sed etiā inimici: ad salutem enim inimici non tantum generalem, sed spiritualē affectū habere, & pro eo spiritualiter orare perfectionis est. Vnde Matth. Diligite inimicos vestros, &c. & postea concludit: Estote ergo perfecti. Vel si volumus huic fundamento charitatis, qua scilicet proximi spiritū diligimus, dare sex partes altitudinis: tunc per sex gradus accipiamus, vel eleemosynas spirituales, quibus animabus proximorum subuenire debemus, quę in hoc versiculo continētur. Cōsule, castiga, solare, remitte, fer, ora: Debemus enim eis in dubiis consulere, & delinquentes eos castigare, mœstos cōsolari, offensas remittere, eos sufferre, pro eis orare: quæ ad charitatis altitudinem pertinēt. Si autem fundamentū ponatur in terra labili, debemus tantū fodere quousq. inueniatur argilla mūda siue stet quilinio. Et si argilla non inueniatur, tunc sufficit immersisse quartam partem altitudinis quæ futura est super terrā, vt ipse Pal. dicit. Ex quo patet, quòd charitas, qua corpus nostrū, vel proximi diligimus, primo debet esse munda à sterquilinio, i. ab amore carnali, vt non sit dilectio carnalis, sed spiritualis, scilicet, vt diligamus non carnaliter, sed spiritualiter. Matth. 5.

Item debet habere quatuor gradus altitudinis. Primus est, vt magis diligamus corpus, siue proprium, siue proximi, quàm alias res corporales exteriores.

Aristo. 9. Ethi.

Secundus est, vt quantum ad res corporales, magis diligamus corpus proximi quam proprium: Nam etiam quidam Gentiles sine spe vitæ æternæ, pro amore amicorum se morti exposuerunt. Vnde multo magis hæc charitas facit cum pertineat ad bonum virtutis. Vnde etiam Philosophus dicit, quod homo debet amicos ad tristia vocare tardè, sed ad læta & prospera promptè. Econtra autem ad eorum prosperitates & lætitias debet se tarde ingerere, sed ad tristitias celeriter & prompte. Vnde secundum carnis amicitam, plura bona corporalia sunt impendenda amicis quam nobismetipsis: sed de bonis spiritualibus, semper plus nobis quàm amicis impendere & velle debemus: & similiter etiã de malis vitandis.

Tertius gradus est, vt minus diligatur corpus quam spiritus: Debet enim corpus diligi in ordine ad spiritum.

Quartus gradus est, vt quantum ad actum exteriorem charitatis, qui est eleemosyna, etiã ipsa corpora quodam ordine diligamus: & iste ordo attenditur secundum tria, (secundũ debitũ, secundũ necessariũ, & secundũ honestum. Secundũ debitũ quidem: quia parentibus ac propinquis, & benefactoribus, & eis à quibus spiritualia accipimus, debemus, quando indigerẽt, magis eleemosynã facere quã aliis. Secundũ necessarium vero, quia cæteris paribus debemus magis subuenire indigentibus, Secundum vero honestum cæteris paribus magis debemus dare melioribus: licet assignare in singulis quantum vnum alteri eorum præferatur, est impossibile, quia singulares conditiones quæ attendendæ sunt, infinitæ sunt, & non cadunt sub arte. Vnde de his magis vnctio docet quam prudentiæ consilium. Dicit enim Pall. quòd fundamenta debent ex vtraque parte esse latiora, quam paries futurus, sit semipedis spacio, quod signat, quod fundamentum charitatis in sanctis viris latius est in interiori affectione quã possit ostendi in exteriori opere, vel conuersatione. Pallad.

Item charitas & zelus fraterne salutis, reddit sanctos vires sollicitos & studiosos ad attrahendũ alios ad Deum. Vnde affimilatur balsamo, & cumino: Dicit enim Palladius, quòd columbæ si cumino pascantur assidue, vel si alarum ascellæ balsami liquore tangantur, inducunt alias columbas ad columbarium domini sui. Quid autem est cum ines, quã secundũ medicos in secundo gradu est calidus, nisi fraternæ salutis & charitatis zelus?

Primus nanque gradus charitatis est circa salutem sui.

Secundus vero est circa salutem proximi: hoc ergo cumino quotidie sancti viri pascuntur, qua scilicet de proximorũ salute quotidie sollicitantur. Apost. Infantia mea quotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum. Est autem velut balsami liquor, ipsius fraternitatis amor: Balsami namque liquor fœtum mortuum de ventre prægnantis educere perhibetur: quia dum quisque vir sanctus proximorum amore succensus, aliquem ex eis sua sancta exhortatione conuertit, atque peccatum mortale de conscientia eius expellit, quasi virtute balsami fœtum mortuum de ventre prægnantis educit: vel quia scriptum est: Qui non diligit, manet in morte, dum ipsa fraterna charitas odium de corde propellit, quasi de ventre matris mortuum fœtũ educit, Ioan. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitã, quoniã diligimus fratres. 2. Cor. 1. Ioan.

Digitized by Google

fratres. Sunt autem velut duæ alæ columbarum duæ spirituales vitæ Sanctorum, scilicet contẽplatiua, & actiua. Vel duo genera eleemosynarum, scilicet spiritualium, & corporalium. Vnde tunc ascellæ alarum balsamo tanguntur, quando ipsi sancti viri fraternæ dilectionis cõpassione ad vtriusque vitæ, vel eleemosynę studia impelluntur, quibus videlicet studiis protinus ad colũbarium domini columbas alias ducunt: quia vtriusque eleemosynæ beneficio, scilicet & corporaliter subueniendo, & prædicationis, & orationis auxilio, etiã peccatores proximos ad domini gratiam trahunt.

Carnem humanam nũquam delitiis fore nutriendam, sed ieiuniis, laboribus, & aduersitatibus pro anima salute exponendam, frumenti similitudinibus edocetur.

Cap. VIII.

CAro non est delitiis nutriẽda, sed laboribus pœnitentiæ, & passionibus exponenda: Nã agricola qui nollet granũ ad tempus in terra perdere, & ventis, & tempestatibus exponere, sol tantũ in horreo seruare, fructum inde non reciperet, imò ei putresceret, & corrumperetur. Sic qui tantum amat carnem suã, quod in quiete, & delitiis vult eam seruare, nec ieiuniis & laboribus vult eam exponere, nihil ex ea nisi corruptionem habebit. Mat. Qui voluerit animam suam, id est, animalem, vel corporalẽ vitam, saluam facere, perdet eam, & qui perdiderit animam suam in hoc mundo, inueniet eam, scilicet in futura gloria: quasi dicat agricolæ: Frumentũ si perdis seruas, si seminas inuenies. Ioan. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet.

Item caro non delectabilibus, & blandis, sed amaris & afflictiuis conseruatur à corruptione tentationum, & vitiorum, sicut frumentum in horreo non cum dulcibus, & lenitiuis, sed cum asperis & amaris foliis, & fuscis præseruatur à putrefactione, & læsione curculionum, & aliorum vermium: Docet enim Pall. in libro suo de agricultura. quòd si factis granariis amurca luto mixta parietes liniãtur, cui aridi oleastri folia, vel oliuæ pro paleis adiiciãtur, quo tectorio siccato rursum amurca respergatur, & vbi hæc siccata fuerit, frumenta cõdãter, à curculionibus, & aliis vermibus tuta seruabuntur.

Item herba coniza, vt Græci asserunt, subtrata frumentis addit ætatem: Constat enim, quòd & oleastri, & oliuæ folia amara sunt, & etiam amurca, Coniza est etiam herba lethalis quæ cum tritico generatur, qua tamen turdi vescuntur. Vnde similiter caro nostra ab amaris, & mortificatiuis vitiis præseruatur. Vnde Apost. dicebat Collo. Mortificate membra vestra. Item negat Columella, quem Pallad. in libro suo frequenter allegat, ventilanda esse frumenta, quia magis miscentur animalia totis aceruis, quæ si nõ moueantur in summitate intra mensuram palmi subsistent, & hoc velut corrupto corio cætera illæsa dũrabunt. Et asserit idem noxia animalia vltra prædictam mensuram non posse generari. Sic etiam fuerunt quidam feruentissimi Sancti, qui quasi nullius ventilationis refrigerii carni suæ præstare voluerunt: Voluerunt enim potius ipso exteriori cortice, id est, carne mala sentire, quam tentationum & vitiorum punctiones, ad mentis suæ intima penetrare, sicut patet de Beato Germano Altisiodoren. & Hylarione,

Coll. 5.

tione, & Beato Martino, & quibusdam aliis, qui laboriosissimam & austerissimam vitam duxerunt continuè, sed tamen Palla. dicit, quòd nihil tam diu custodiendis frumentis commodius erit, quam si ex areis in alterum vicinum locum transfusa refrigerentur aliquantis diebus, atque ita horreis inferantur. In quo signatur, quòd novi, & imperfecti, qui sunt similes frumento quod de area trahitur, non sunt in tanta austeritate & asticitudine tenendi, sed interdum ad breue spatium temporis aliqua recreatione refrigerandi, & post hoc ad horreum asperitatis & laboris reducendi: ex hoc enim feruentius laborabunt, & magis etiam consolati in labore perseuerabunt. Seneca: Non semper in actu sis, sed interdum animo tuo requiem dato, sed & ipsa requies plena sit sapientia, bonisque cogitationibus.

Item caro est pro salute animę periculis & aduersitatibus exponenda: Nam pugnator clipeum diligit, & charum habet, sed non tantum, quod non exponat ictibus vt corpus seruetur illæsum. Sic caro aduersitatibus & periculis exponenda est, vt anima seruetur illæsa & indemnis. Vide
Actor. 20. Apostol. dixit: Vincula, & tribulationes Hierosolymis me manent, id est, expectant, sed nihil horum vereor, nec facio animam meam, id est, vitam animalem, & corporalem, prætiosiorē quàm me, id est, quàm vitam meam spiritualem.

Iudæorum ministri quibus olim vestimentis ornabantur, nec non Ecclesia Catholica, Clerici, & Episcopi, summúsque Pontifex quibus vtantur ornamentis, eorúmque mystica mysteria præsumpta & Papa cur Petri sacris non vtatur, aperitur.

Cap. IX.

CLerici & episcopi, debent ornari illis vestibus spiritualiter, quibus pontifices, & ministri Iudæorum ornabantur & vestiebantur corporaliter. Habebat enim tunc pontifex octo ornamenta.

Primo, habebat vestē lineam.

Secundo tunicam iacinctinam, in cuius extremitate versus pedes ponebantur tintinnabula quædā per circuitum, & mala punica facta ex iacincto, & purpura cocoque bis tincto.

Tertiò habebat superhumerale, quod tegebat humeros, & anteriorem partem vsque ad cingulū, quod erat ex auro, & iacincto, & bysso retorta. Et super humeros habebat duos onichines, in quibus erant sculpta nomina filiorum Israel.

Quartū erat rationale ex eadem materia factū, quod erat quadratum, & ponebatur in pectore, & coniugebatur superhumerali. Et in hoc rationali erant duodecim lapides præciosi per quatuor ordines, in quibus etiā erāt sculpta nomina filiorum Israel, scilicet ad designandum, quod ferebat onus totius populi, per hoc quod habebat nomina eorum in humerisi & quod iugiter debebat de salute eorū cogitare, per hoc quòd portabat eos in pectore, quasi in corde habens. In quo etiam rationali mandauit Dominus poni doctrinā & veritatem: quia quædam pertinentia ad veritatem iustitiæ, & doctrinæ, scribebantur in illo rationali. Iudæi tamen fabulantur, quòd in rationali erat lapis qui secundum diuersos colores mutabatur secundū diuersa quæ debebant accidere filiis Israel, & hoc vocant veritatem & doctrinam. Quintū erat balteus, id est, cingulus factus ex prædictis quatuor coloribus.

Sextum

Sextum erat tyara, id est, mitra quædam de bisso.

Septimum erant fœmoralia lintea, vt operirent carnem turpitudinis suæ quando accederet ad sanctuarium vel altare.

Octauũ erat lamina aurea pendens in fronte eius, in qua erat nomen Domini. Ex istis ergo octo ornamentis minores sacerdotes quatuor habebant, scilicet tunicam lineam, fœmoralia, & balteum, & tyaram. Per ista ergo ornamenta designatur sanctitas ministrorum Dei: Sũt enim quatuor necessaria omnibus ministris, scilicet castitas, quæ designatur per fœmoralia; puritas vitæ, quæ significatur per lineã tunicam; moderatio discretionis, quæ significatur per cingulũ; rectitudo intentionis, quæ significatur per tyarã protegentẽ caput. Sed super hæc Pontifices debent quatuor habere.

Primo iugem Dei memoriam in contemplatione, & hoc significabat lamina aurea habens nomen Dei in fronte.

Secundò, quòd supportet infirmitatem populi, quod signat superhumerale.

Tertiò, quòd habeat populũ in corde & in visceribus per sollicitudinẽ charitatis: quod signatur per rationale.

Quartò, quòd habeat conuersationẽ cælestẽ per operã perfectionis, quod signatur per tunicã iacinctinã. Vnde & tunicæ iacinctinæ adiungebantur in extremitate tintinábula aurea, per quod signatur doctrina diuinorũ, quæ debet coniũgi cælesti cõuersationi Põtificis. Adiungũtur etiã mala punica, per quæ signatur vnitas fidei, & concordia in bonis moribus: quia sicut mala punica habẽt sua grana vnita, sic vnita debet esse eius doctrina, vt per eam pacis & fidei vnitas non turbaretur.

Item clericorum, & ministrorũ ecclesiæ Christi idoneitas significatur in eorum vestibus, quibus scilicet induuntur, quando in ecclesia ministrant: Quædam enim sunt quæ generaliter in omnibus ministris requiritur, vt sint idonei ad tractandum diuina: Quædam vero requiruntur spiritualiter in superioribus. Et ideo quædam vestes sunt omnibus ministris cõmunes. Quædã superioribus tãtũ: Omnibus enim ministris cõpetit amictus humeros tegẽs, in quo signatur fortitudo ad diuina officia quibus mãcipãtur. Et similiter alba, quæ signat puritatẽ vitæ, & cingulũ, quod signat repressionem carnis. Sed subdiaconus vlterius habet manipulũ in sinistra, in quo signatur exterso multarũ macularũ, quia manipulus est quasi sudariũ ad extergendũ vultum: Ipse enim est qui primo ad sacra tractanda admittitur. Habet etiam tunicã strictam, per quã doctrina Christi signatur. Vnde in veteri lege (vt supra dictum est) in tali tunica tintunnabula pendebant. Subdiaconus enim primo admittitur ad doctrinã nouæ legis annunciandam. Sed diaconus habet amplius stolam in sinistro humero, in signum quòd applicatur ad ministeriũ in ipsa sacramentis, & dalmaticam, quæ est vestis larga, sic dicta, quia in Dalmatiæ partibus primo fuit vsus eius, ad signãdum, quòd ipse primo ponitur dispensator sacramentorum: Ipse enim sanguinem dispensat, in dispensatione autem largitas requiritur. Sed sacerdoti stola in vtroque humero ponitur, vt ostẽdatur, quòd plena potestas dispẽsãdi sacramẽta ei datur, nõ vt ministro alterius. Et ideo stola descẽdit vsq; ad inferiora. Habet etiã casulam, quæ signat charitatem, quia sacramẽtum charitatis conficit, scilicet eucharistiam. Sed

episcopi adduntur nouem ornamenta super sacerdotes, quæ sunt caligæ, sandalia, succinctorium, tunica, dalmatica, mitra, chirothecæ, baculus, & anulus: quia scilicet nouē sunt quæ potest supra sacerdotē, clericos ordinare, virgines benedicere, basilicas dedicare, clericos disponere, synodos celebrare, chrisma consecrare, & vestes & vasa etiam consecrare, vel per caligas signatur restitudo gressuū. Per sandalia quæ pedes tegūt, cōtēptus terrenorum. Per succinctorium quo stola ligatur cum alba, amor honestatis per tunicam perseuerantia, quia Ioseph tunicam talarem habuisse legitur, quasi descendentem vsque ad talos: per quod designatur extremitas vitæ: per dalmaticam largitas in operibus misericordiæ: per chirothecas cautela in operatione, per mitrā scientia vtriusque testamenti: vnde & duo cornua habet: per baculum cura pastoralis, qua debet colligere vagos, quod signat curuitas in capite baculi: sustentare infirmos, quod signat stipes baculi: & pungere lentos, quod signat stimulus in pede baculi: vnde versus: Collige, sustenta, stimula, vaga, morbida, lenta: per annulum signatur vnitas fidei quæ ecclesia desponsatur Christo: Episcopi enim sunt loco Christi, qui est ecclesiæ sponsus. Sed vlterius Archiepiscopi pallium habent in signū priuilegiatæ potestatis, signat enim torquē aureā quā solebant legitimē certantes accipere. Et ita ornamenta correspondent vestibus pontificis veteris legis. Nam pro lamina quæ pendebat in fronte, habet pontifex noster crucem, (vt Innocentius dicit.) Sicut pro fœmoralibus habet sandalia, pro linea, albam, pro balteo cingulum, pro pondere tunicam, pro Ephot anulum, pro rationali amictum, pro superhumerali stolam, pro tiara mitram. Nota etiā quod Romanus pontifex nō vtitur baculo, quia Petrus misit ipsum ad suscitandum quēdam discipulum suum, qui postea factus est episcopus Treuerensis. Et ideo in diœcesi Treuerensi Papa baculum portat, & nō in aliis. Vel in signum, quod non habet, coartatam potestatē, quod curuatio baculi signat.

Peccatorum confessio quantū sit necessaria, animæq; peccatrici expediens, & quid ei præcedere debeat vt rite peragatur, exprimitur.
Cap. X.

CONfessio necessaria est ad sanandum vulnera animę: Nā quandiu fertū anet invulnere, non potest corpus sanari. Et sic quandiu peccatū retinetur in conscientia, anima non sanatur. Educitur autem de conscientia peccatum per confessionis iudicium. Vnde dicitur Iob. Numquid qui non amat iudicium, sanari potest? Iob.

Item confessionem debet præcedere conscientiæ examinatio, sicut diuisiuum siue præparatiuū præmittitur purgationi: Nā purgandus infirmus prius præparationem recipit quæ humores commoueat, vt postea medicina sequens melius eiiciat. Sic prius debet homo examinare peccata, & diiudicare apud se, antequam confiteatur Eccle. Ante iudicium para iustitiam tibi. Eccl.

Item confessio necessaria est ad cordis illuminationem: Est enim cor simile domui. Domus enim illuminatur quando fenestra aperitur, quia Sol tunc in eam ingreditur. Similiter quando cor Domino aperitur per confessionem, gratia Dei intrat in ipsum, & illuminat. Chryso. Confessio cor emundat, sensum illuminat, animam Chryso.

Digitized by Google

Cant. 5. manſanctificat, & ad ſuſceptionem Chriſti præparat. Vnde dicitur in Cant. Aperi mihi ſoror mea.

Item confeſſio eſt neceſſaria ad mortis æternæ euaſionem: Nam quando apoſtema conuertitur ad interiora, & ibi crepat, eſt cauſa mortis corporalis: ſed quando conuertitur ad exteriora, poſſibile eſt ad ſanitatem redire. Sic peccatum abſconditum interius, cauſa eſt mortis æternæ. Conuerſum verò exterius, & manifeſtatũ per confeſſionẽ, eſt ſpiritualis ſalutis indiciũ. Vnde ſi inconfeſſus lates, inconfeſſus condemnaberis.

Cordis cõpunctio, quæ vino & aceto quibuſdam exemplis comparatur, quantum ſit animæ noſtræ proficua nonnullis demonſtratur exemplis.
Cap. x i.

COmpunctio cordis aſſimilater vino, ſecundum illud Pſal. 59. Potaſti nos vino compunctionis: Nam vinũ ſemper emittendo fæces, ſe purgat, & ſemper eſt in motu & tremore, donec ſeparetur purum ab impuro. Sic qui verè compunctus eſt, ſemper eſt in motu & tremore, donec ſeparetur ab eo immunditia peccati.

Item compunctio aſſimilatur aceto.

Primo ratione cõfectionis, quia ex eiſdem cor compungitur quibus acetum ex vino conficitur: Nam ſi quis velit ex vino aliquo optimum acetum conficere, hoc modo facere poteſt. Accipiat cornalia quando incipiunt rubeſcere, & centimora quæ naſcuntur in campis, quãdo ſimiliter incipiunt rubeſcere, & de labruſcis antequam incipiant tumeſcere, & de brugnolis ceparum acetbis ante, & pulueriz et ſubtiliter omnia ſimul. Et tũc accipiat de meliori aceto quod inuenerit, & diſtemperet cum puluere illo, & ita conficiat panes bene deſiccatos. Et ſi vinum de quo vult facere acetum fuerit forte, ponat de pane illo parum, & ſi fuerit debile, ponat plus, & fiet acetũ fortiſſimum. Quia igitur illa quatuor, ex quibus primo puluis conficitur, acerbum habent & agreſté ſaporẽ, ſcilicet immaturã cornalia, centimora, & labruſcæ, & brugnolæ. Poſſumus in iſtis quatuor mala intelligere quæ facit peccatum homini, quorum ſcilicet memoria velut acerbus fructus, conſcientiam non parũ mordicat, & pungit, ſcilicet quia tollit Deum, claudit cælum, deſtruit meritum, & obligat ad infernũ. Sed iſta quatuor debent pulueriz ari, id eſt, ſubtiliter diſcuti, & conſiderari, deinde acetum optimum apponi, id eſt, exemplum alicuius fortiter pœnitentis in memoria haberi. Et de his conficitur panis lachrymatum, de quo Pſal. 79. in Pſal. Cibabis nos pane lachrymarum, ex quo poſito in vaſe vini, id eſt, in memoria ipſius peccati, fortiſſimum acetũ efficitur, id eſt, fortiſſima compunctio generatur. Pſal. 79.

Secundo, ratione purgationis, quia purificat conſcientiam ſicut acetum purificat muſtũ: Dicitur enim in libro de vindemiis, quòd ſi quis mittat in metretam dulcis muſti conculam aceti, per tres dies erit purum. Et ſimiliter compunctionis acetum purificat cor à fæce peccati turbulentũ. Vnde Ambr. Ambr. dicit: Scindite corda veſtra ferro, & aceto compunctionis, ab vſu inueteratæ conſuetudinis.

Item compunctio amara peccati, valet cõtra tentationes diaboli, & confortat etiam cor in bono: Dicit enim Pall. quòd poteſt Pall. fieri vinum contra peſtilentiam

Digitized by Google

salutiferum, stomacho multũ proficuũ hoc modo. In optimi musti metreta vna antequam ferueat, tunsi absynthij octo vncias linteo inuolutas dimittas, & exactis decem diebus curabis auferre, id vinum refunde lagenis minoribus, & vtaris, quia valet ad ea quæ dicta sunt. Quid autem est metreta dulcis musti, nisi memoria delectabilis peccati? Et quid linteus cõtusi absynthij, nisi compunctio & amaritudo animi cõtriti? Ergo tunc absynthium musto immittitur, quãdo ex memoria delectationis perpetrati peccati conscientia compuncta vehemẽter amaricatur, & tale profectò est cõpunctionis vinũ, quod animũ purificando cõfortat, & cõtra pestilentiã, id est, corruptelã tentationis, seu recidiui, salubriter defensat.

Exod. 5. Exod. Sacrificemus Deo, ne fortè accidat nobis pestilentia. Hoc sacrificium cõtra pestilentiam valens, est compunctio animi cõtri-

Psal. 50. bulati, secundũ illud. Sacrificium Deo, spiritus contribulatus

Consolationis ordo qualis esse debeat vt quempiam afflictum à mœrore retrahere possimus, ferri exemplo declaratur.

Cap. XII.

CONsolari non potest dolentem, & afflictum, qui per tristitiæ compassionem, & doloris ostensionem non concordat eius dolori. Cuius exemplum est, quia ferrum ferro non iungitur, si non vtrunque ex vstione ignis liquetur, & durum moli non adhæret, nisi prius duritia eius temperata mollescat, vt quasi hoc ipsum fiat, quo curatur vt teneat. Sic prius emolliri debet consolari volẽtis animus, vt afflicto cõgruat, & congruens adhæreat, & inhærendo trahat; Alioquin si à mentis afflictione discrepat, minus ab illo recipitur, à quo mentis qualitate separatur. Ergo ordo consolationis est, vt cùm volumus afflictum quempiam à mœrore suspendere, studeamus prius merendo eius luctui concordare, vt Gregorius dicit.

Peccandi consuetudo postquam calluerit, quàm difficulter ab anima remoueatur, pluribus naturalibus similitudinibus aperitur.

Cap. XIII.

CONsuetudo peccandi difficilius dimittitur, si ei nõ resistitur antequam induratur: Nam vestis rectam formã de facili recipit si nõdum prauã receperit: sed si contrariũ sit, vix potest rectam suscipere: & cæra dum mollis est, facilius impressionem sigillę recipit, quàm cùm induruerit. Vnde Eccl. Curua ceruicem eius, scilicet Eccl. 10. filij tui in iuuentute, tunde latera eius dum infans est, ne fortè induret, & nõ credat tibi. Vnde Aug. Dum consuetudini nõ resistitur, fit necessitas: Lepra enim inueterata, & gutta inossata non de facili curatur. Iob. Ossa eius implebuntur vitiis adolescentię eius. Et Iob. 2. Beda super Lucã dicit: Diabolus quãto ipsum hominẽ diutius tenet, tãto difficilius dimittit; sicut rusticus, qui diu terram tenuit, vult eam hæreditariè tenere.

Arca Noe constitutio, & partium ipsius situatio, multis similitudinibus nos erudiet qualis nostra conuersatio esse debeat.

Cap. XIII.

CONuersatio bona assimilatur arcæ Noe propter quatuor.

Primò ratione structuræ, quia scilicet fuit à Noe constructa, & fabricata: Noe autem, qui interpretatur requies, est homo iustus, qui vt requiescat in domo propriæ

Digitized by Google

propriæ conscientiæ & sit tutus ab inundatione aquarum, id est, ab impetu tẽtationum, vel tribulationum, ædificat arcam, id est, conuersationem bonam. De qua
Psal.131. Psal. Exurge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ: Arca enim Deo sanctificata, est conuersatio bona ad Deũ ordinata, quæ dicitur esse requies Dei, quia secundum Deum in ea mens hominis requiescit.

Secundo ratione materiæ, quia arca fuit facta ex lignis lenigatis, bituminatis, & quadratis. Sic bona conuersatio ædificatur ex lignis lenigatis, id est, ex bonis operibus, puta intentione factis. Bituminatis, id est, charitate informatis. Quadratis, vt sit mens hominis stabilis, quia corpus quadratum residet firmum.

Tertio ratione formę, circa quã primò attende mensuram dimensionum. Habebat enim longitudinem, ccc. cubitorum, latitudinem 50. & altitudinem 30. Superius autẽ erat in vno cubito consummata: Longitudo enim arcæ est memoria dominicæ passionis, quam Thau figura repræsentat, quæ ccc. signat. Vel etiam longitudo arcæ, perseuerantia in continuatione boni, vel longitudo 30. cubitorũ, est fides Trinitatis, cũm perfectione boni operis, sine qua fides mortua esset. Latitudo autem est dilectio Dei, & proximi, amici, & inimici, & signatur in 50. cubitis, quia quinquagesima die à passione Christi datus est
Rom.5. Spiritus sanctus, per quem (vt dicit Apo.) charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. Altitudo autem est spes, & desiderii seculi venturi: quæ spes designatur in 30. cubitis, quia. s. trecenarius numerus ex ternario & denario ducitur, ter enim decem faciunt 30. In ternario autem triplex spes signatur, scilicet de venia, de gratia, & gloria. In denario autem addito, adimpletio decalogi, vt scilicet adsit nobis impletio decalogi sub spe prædicta triplici. Alioquin spes sine meritis, vel operibus, non esset vera, sed præsumptio. Cõsummatio autẽ in vnum cubitum, est, vt omnes motus & affectus dirigãtur in Deum, sicut dicit Psalm. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deũ viuum. Vel hæc consummatio fit in perfectione consiliorum. Matth. Ad-
Matt.19. huc vnum tibi deest, si vis perfectus esse, &c. Dicitur autem quod ille cubitus arcæ fuit geometricus, qui valet sex vsuales, ad ostẽdendum quòd per sex misericordiæ opera ad visitatem perfectionis, diuinæ consolationis, & supernæ pacis ascenditur.

Secundò in forma arcæ considera aperturam locorũ: Habebat enim in duobus locis aperturam, vnam ad lumen recipiendũ, scilicet fenestram, aliam à latere ad ingrediendum, scilicet ostium. Fenestra ergo est gratia quæ illuminat domum mentis. Vel fortitan, est intelligentia per quam lumen sapientiæ & scientiæ suscipimus. Ostium autem est liberum arbitrium, quod aperit primo gratia. Vnde Bernard. Et si adinueniri
Bernar. poterit, præueniri non poterit.

Tertio cõsidera dignitatiã mansionum. Nam secundum Auguſt.
Auguſt. Arca fuit inferius bicamerata, & superius tricamerata: Nam in inferiori mansione, id est, super tabulatum sentinæ, fuit duplex camera, quarum vna dicebatur stercoraria, alia autem apothecaria. Sed supra istam mansionem fuit alia mansio superior, quæ habebat tres cameras, duæ cameræ laterales erant, vna immitium animalium, & serpentium, altera verò mitium, media autem camera erat hominum, & aulum, ostium autem erat ibi bicame-

Digitized by Google

bicamerata, & tricamerata coniungebantur. Bicameratio neque arcæ attenditur in delectatione sensualitatis, quæ maximè inuenitur in actibus duarum potentiarum vegetatiuæ partis, scilicet propagatiuę siue generatiuæ, quãtum ad actum venereum: & ista est vt sentina stercoraria, & nutritiuæ quantum ad esum, & ista est apothecaria. Tricamerata autẽ attenditur in ratione, cuius tres vires sunt, scilicet irascibilis, quæ detestatur malum, & ista est habitatio immitiũ passionũ, vt irę, & audaciæ, & huiusmodi.

Item concupiscibilis, & hæc est quæ bonum prosequitur. Et hæc est habitatio imitium passionum, vt amoris, mansuetudinis, & huiusmodi. Et duæ hæ vires dicũtur rationales, non per essentiam, sed per participationẽ, secundũ Philosophum, inquantũ scilicet natæ sunt rationi obedire. Tertia autẽ est rationalis per essentiam, quæ ratio vocatur. Et hæc est quæ discernit bonum, honestum, & verum. Vnde hæc dicitur habitatio hominum, scilicet actiuorum, & auium, s. contemplatiuorũ. Quorum primi reguntur prudentia, secundi eleuantur sapientia. Alij autem sunt qui dicũt huiusmodi cameras arcæ, fuisse dispositas solũ in altitudine. Et dicunt, quòd inferius in fundo erat sentina siue stercoraria, supra quam erat apothecaria, & supra hãc erat immitiũ animalium. Et ostium erat in medio vbi apothecaria coniungebantur cameræ immitiũ, supra hanc habitatio mitiũ animalium. Et in suprema erat habitatio hominum, & auiũ. Et ideo per stercorariam potest accipi peccati in anima fœtentis detestatio: Per apothecariam lachrymarum effusio, post quam diabolus suscitatur ad impugnandum. & ideo sequitur habitatio immitium animalium, id est, multiplicatio tentationum. Sed quia Deus adiuuando, & consolando subuenit, sequitur habitatio mitiũ, id est, gratia consolationum: post quam sequitur habitatio hominum, id est, exercitatio actiuorũ, & auium id est, perfectio cõtemplatiuorũ.

Quartò assimilantur bona cõuersatio arcæ, ratione clausuræ: quia ingresso Noë in arcam cum his qui debebant ingredi, clausit eam Dominus deforis, ita vt inundatio diluuij non nocuerit eis. In quo docetur homo iustus, vt si inundauerit diluuium carnis, intret arcam tranquillæ mentis. Et licet circunfluãt torrẽtes iracundiæ, flumina luxuriæ, voragines gulæ, licet ebulliãt torrentes delectationum, abyssus cupiditatum, maria cõturbationũ, intrat tamẽ Noë arcã, i. quietus animus clauso deforis silentij hostio possidet animam. Et quanto magis caro laborat in actione, tanto spiritus volat sublimius in contemplatione. Vnde Paulus, qui plus omnibus laborauit in fame, & siti, in frigore & nuditate, &c. dixit: Nostra conuersatio in cælis est.

Quemadmodũ cor Dei gratia compleri, custodiriq́ debeat à peccato mundatum, per quinque vasis similitudines demonstratur.
Cap. XV.

COr custodiendũ est, vt vas omnium thesaurorum cælestium, & sicut castrum in terra inimicorum situm Prouer. Omni custodia serua cor tuum: Est enim vt vas preciosum, quod carius emitur, & in eius fractura magnũ damnum incurritur, & difficilius reparatur, & ideo à Sãctis viris diligentius custoditur. Apost. Sciat vnusquisque vestrũ vas suũ possidere in sãctificatione, & honore. Prou. 4. 1. The. 4.

Item vas cordis, vt possit optimo li-

mo liquore gratiæ repleri. Primo oportet, quod euacuetur, scilicet ab amore seculi. Vas autem repletum vno liquore, non potest recipere alium nisi euacuetur: sicut plenū vino, non recipit oleū, quin effundatur. Tanquā vinum quod mentem inebriat & infatuat est affectus & amor mundi: sed tanquam oleum quod illuminat, & sanat, & lætificat, est gratia Dei. Vnde oportet quòd euacues fœtidū vinū, si vis recipere limpidū oleū Vnde 4 Reg. Vasa vacua repleuit Eliseus. 4. Reg 4

Secundo oportet quod lauetur, i. à sordibus peccatorū. Aliquādo etiam euacuato vase adhærent aliquæ sordes quas oportet lauari, ne liquorē immittendum corumpant, nec poterit intrare gratia Dei vbi sunt sordes peccati, ergo sicut dicitur Hiere. Laua à malatia cor tuum. Hiere. 4.

Tertio oportet, quòd vas fine dolō cordis obstruatur siue ligetur, ne scilicet liquor immissus effundatur: nullus enim sapiens immitteret vinū in vase ex quo videret statim esse effundēdum. Vnde illi, qui gratiā recipiunt, & statim effundunt, dicuntur esse fatui, secundū illud Eccl. Gratiæ fatuorum effundentur. Et hoc est, quia fatuus nō habet vas cordis ligatum, vel solidum, sed cōfractum, secundum illud Eccles. Cor fatui quasi vas confractum. Eccl. 20. Eccl. 21.

Quartò oportet, quod inclinetur siue subiiciatur rei immittēdæ: Non enim posset vas repleri aqua fluminis, vel potei, nisi inclinaretur, vel profundè immergeretur. Sic cor hominis non impletur gratia, nisi humilietur. Eccle. Inclinaui modice aurē meā, excepi illam, scilicet sapientiam, vel gratiam. Eccles.

Quintò, oportet, si esset euersum, vel etiam postquā est inclinatum, quòd erigatur, & hoc est per desiderium, vel orationē ad Deum. Sap. Optaui, & datus est mihi sensus: inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ, qui est etiam spiritus gratiæ. Sap. 7.

Item nota, quòd cor purū etiā minima peccata metuit: Nam in panno albo minima macula apparet, & nimis displicent, sic in corde puro minima peccata. Ecc Omni tempore sint vestimenta tua candida. Eccl. 9.

Item cordis intimum quandoq. assimilatur lecto, sicut dicitur: In lectulo meo per noctē quæsiui quē diligit anima mea. Greg. In lectulo & per noctē delectus quæritur, quia nimirum etiā inuisibilis conditoris species expressa omnis corporeæ visionis imagine in cubili cordis inuenitur. Quandoq. verò assimilatur cubili, secundum illud Psal. Exultabunt Sancti in gloria, lætabūtur in cubilibus suis; quia scilicet cum mala Sācti ab exterius fugiunt, securi intra mētium secreta gloriantur. Sed tunc lætitia perfecta erit, cum carnis exterius pugna non fuerit, nam quousq. ad illicita per carnem trahimur, quia quasi domus nostræ paries quatitur etiā cubile cordis perturbatur. Quandoque verò assimilatur strato, secundum illud Psal. Vniuersum stratū eius versasti in infirmitate eius: quia videlicet cū nos tentatio carnis cōcutit, tremefacta nostra infirmitas etiā stratum cordis cōfundit. Cant. 2. Psal. 148

Corporis delitiis sedulò inseruire signum maximum reprobationis esse, primorum reproborum exemplo sese in varias machinicas artes principaliter occupantium confirmatur.

Cap. XV I.

CORpori seruire, & animam negligēdo se totaliter circa

Digitized by Google

ea quæ sunt corporis occupare, proprium est reproborũ. Et hinc est, quòd artes illæ mechanicæ, quæ cõmodis & deliciis corporis maxime inseruiunt, à reprobis hominibus primitus sunt inuẽtæ, scilicet à Cain, & filiis eius: Nam ipse primus reprobus, scilicet Cain, fuit qui vt auaritiæ suæ consuleret, sicut dicitur in historiis scholasticis, primo agriculturæ se dedit.

Item primus, qui terminos terræ posuit, & qui vitæ hominum simplicitatẽ, adinuentione mensurarum & ponderũ, ad calliditatem & corruptionẽm perduxit.

Item ipse Cain fuit qui primam ciuitatem ædificauit, & vocauit eam ex nomine filij sui Enoch.

Grego. Greg. Quid sibi vult, quòd Cain primũ filiũ Enoch vocat, atq; ex hoc nomine ciuitatẽ quã condidit appellat? Cain primus ciuitatem constituisse describitur, vt aperte monstretur, quòd ipse in terra fundamẽtum posuit, qui à soliditate æternæ patriæ alienus extitit: Peregrinus namq; à summis fundamentum quasi longæ habitationis in infimis posuit, qui stationem cordis in infimis collocauit. Vnde in eius stirpe Enoch, qui dedicatio interpretatur, primus nascitur, sed de electorũ progenie Enoch septimus fuisse memoratur, quia reprobi in hac vita, quæ est ante semetipsos, ædificando dedicant. Electi verò ædificationis suæ dedicationẽ in finem temporis expectant.

Item Iubel, qui fuit de stirpe Cain, fuit primus qui inuenit tentoria portatilia de loco ad locum, pro pastorũ scilicet, cõmoditate, & deliciis. Et ideo figũt peccatorem, & propriissime prælatum, qui tabernaculo corporis deseruiens in deliciis, transit de loco ad locũ, i. ruit de vitio ad vitium, & nomen fratris Iubal, qui fuit pater canentium in cithara & organo, i. primus inuentor cõsonantiarum musicaliũ, vt. i. labor pastoralis in delicias verteretur: hoc enim pertinet ad voluptatem aurium, cõtra quos Iob: Tenẽt tympanum, & citharã, & gaudẽt ad sonitum organi. Item postea Tubalcayn de eadem stirpe genitus fuit, primus faber, & operãs in ære, & ferro. Vnde iste fuit malleator, qui primo inuenit vsum armorũ: Et in hoc significat oppressores. Et iterũ fuit faber, & sculptor, qui sculpturas operum in metallis in libidinem oculorũ fabricauit. Vnde in hoc figũt curiositatem oculorũ. Soror autem Tubalcayn fuit Noema, quæ artem textoriam adinuenit, quæ. s. pertinet ad molliciem, & curiositatem vestium. Cuius contrarium cõmendatur in Sanctis. s. asperitas & vilitas vestium, sicut de Ioanne Baptista patet, & pluribus aliis.

Iob. 21.

Bonorum malorumque Prælatorum correptionem humiliter. fore à subditis omnibus suscipiẽdã, Barbitonsoris exemplo, & quomodo etiam eamet sit agenda vt correptorum corda & opera immutare queat, diuersimodè suadetur.

Cap. XVII.

CORreptionẽ prælati etiam discoli, debet subditus humiliter portare, attendens cãm raditur barba alicuius, quàm patienter se habet sub rasorio, & permittit caput suũ à rasore modo in dextram, modo in sinistrã duci, nec audet meatum leuare, nec os aperire, nec si rasori resistat vulnus incurrat. Attẽde claustralis sub manu rasoris te positũ, noli sub rasorio correptionis rebellare, sed rasoris manibus humiliter te tractari permittas, ne lesiones grauiores incurras, tã in mente quàm in corpore.

Item

Item qui sub manu rasoris inepti raditur, necesse est vt patientius se habeat, quia facilius lædetur quàm à bono. Sic sub discolo & inepto prælato plurimũ expedit patientius se habere: Nõ enim tantũ bonis subiectus esse debes, sed etiam discolis, vt ait Petr. 2. Petr. O quàm grave est à malo tondente, & cum rasorio dentato sine aquâ radi, qui cùm deberet scindere pilos, scidit carnem. Quid per rasorium dentatũ, nisi mordax correptio, & contentiosa intelligitur? per aquam verò lenitas correptionis designatur. Noli ergo, ô prælate, aquâ omittere in barbâ rādendâ, id est, lenitatem & compassionem à correptione amouere: sed dentes remoue à rasorio tuo, id est, à correptione conuitium. Et nota, quòd ille, qui habet rigidum pilum, magis sub rasorio patitur. Sic qui rigidus est sub disciplina, & culpam suam defendere vult, Prou. 16 deterius habet. Prouerb. Qui cõtriplentem se dura cervice contertinit, repente superuenit ei interitus.

Item correptio acuta, & doctrina discreta, immutant nõ tãtum corda, sed etiam opera correptorum, sicut cultelli perforatio, & aquæ coloratæ infusio immutãt fructus arborum. Dicunt enim agriculturæ auctores, q̃ si quis vult arborem pomiferã siue fructiferam producere fructus siue poma rubicunda, vel alio colore colorata, hoc modo fieri potest. Fac foramen in arbore cum cultello, & quemcunque colorem vis, distempera cum aqua, & infunde, & colorabitur fructus eodem colore. Quid autem est cultelli perforatio, nisi subtilis & pungens delinquentis correptio? Et quid est aqua colorata, nisi prædicantis vel exhortantis doctrina discreta, & decenti pronunciatione prolata: Hæc sunt enim quæ faciunt arbores, id est audientes discipulos, producere poma pro varietate correptionis, seu persuasionis ipsius, diuersarum virtutum, quasi diuersorum colorum pulchritudine adornata.

Item quòd delinquentis correptio debeat esse mixta, siue temperata ex asperitate & lenitate, patet alio exemplo: Dicunt enim viri de agricultura periti & experti, quòd si arbor quæ facit acetosum vel amarum fructum, perforetur, ita quòd foramen per arborem transeat, & in ipsum foramen aqua mellita perfundatur, & cum clauo, qui sit de ligno eiusdem arboris, ipsum foramẽ obstruatur; talis, inquiunt, arbor facit fructũ dulcem. Quid autem est arbor faciens fructum acetosum, vel amarum, nisi peccator faciens opus malum, quod tandem conscientiam pungit, & amaræ pœnæ reatũ inducit? Sed eius foramen tunc aqua mellita infunditur, cùm blanda eius auri correptio adhibetur, quæ tunc cum clauo obstruitur, cùm terrore pœnæ, & comminatione cohibetur. Ex quibus patet, quòd in correptione delinquẽtis, misceri debent adinuicem aqua, id est, sapientia locutionis, mel, id est, dulcor mansuetudinis, & clauus, id est, terror pœnæ, vel comminationis. Et talis correptio sit arborem, id est, hominem immutat, vt quæ primo faciebat poma acetosa, vel amara, id est, opera corrupta, & prava, producat econtrario suauia, & dulcia, id est, opera de extero faciat honesta, & gratiosa.

Item corripiens nimis durè, similis est ei qui veteres reparat patellas; qui volens vnũ foramen vno ictu malleo obstruere, multa foramina facit, vel vnũ magnum

Digitized by Google

malus quàm ante, vel aliquando patella confringitur. Et quid est correptio, nisi vasorum fractorũ
Eccl. 21. reparatio? Eccle. Corfatui quasi vas confractũ, sed ictus nimis fortis, id est, correptio nimis dura, nõ corrigit, sed deteriorem efficit.

Ité sicut medicus nimia potione, vel medicina occidit ægrotũ, sic qui nimis dura correptione
Sene. corripit, non emendat, sed petire facit. Sene. Vitia animi sicut vitia corporis leniter tractanda sunt.

Quibus viis Dæmones expellantur, eorumq́ potentia comprimatur, nonnullis remediis quibus ad eiiciendas Pulices, Cynises, & Formicas vti solemus lucidissimis explicatur exemplis.

Cap. XVIII.

DAemones repellendi sunt sicut pulices, cynises, & for-
Pall. micæ: Docet enim Pall. in libro suo, quòd cõtra pulices remediũ est amurca per pauimentum frequenter aspersa, vel ciminum agreste cum aqua tritum, cucumeris semen agreſtis cum aqua resolutum, vel cum aqua lupinorum sileris austeritatibus iniuncta, si eis locus pulicum fuerit aliquotiens infusus. Sed cynifes (vt dicit) extinguntur amurca, & felle bubali, lectis aut locis perunctis, vel foliis hederæ tritis ex oleo, vel incensis sanguisugis. Sed contra formicas, (vt dicit) si habent foramen in loco vnde eas voluerimus expellere, cor noctuæ admoueamus. Si autẽ de foris veniunt, omne loci spaciũ cinere vel creta candida signabimus. Ex his ergo multiplex remedium contra dæmones colligere possumus: Nã prædictorum remediorum quædam sunt vnctuosa, sicut amurca, vel oleum: quædam sunt amara, sicut agreste ciminum, vel cucumer, vel hedera, vel lupinus, & fel bubali, & aqua cũ eis mixta: quæ ità verò austera, vt silex, quædam verò sunt fumosa, vt incensæ sanguisugæ. In vnctuosis ergo notatur deuotio, in amaris cõtritio, in austeris abstinentia, & carnis mortificatio, in incẽsis & fumosis feruida oratio. Sed vlterius contra formicas ad litur cor noctuę, per quod significatur cordialis amor Christi, quẽ ostendit nobis in morte. Vnde & látus eius apertũ est, vt ipsum cor pateret, & ipse Christus absconditus mansit in sepulchro, vt noctis orax in domicilio, vt dicitur in Psalmo. Vnde admotio cordis noctuæ, est meditatio crucis, siue mortis Christi.
Psal. 101

Item additur cinis, in quo signatur memoria mortis nostræ, & insuper candida creta, per quã intelligitur conscientia munda. His enim potissimè remediis dæmones à nobis repellũtur, & eorum tentationes & molestiæ superantur, scilicet vnctionis deuotionis, amaritudine contritionis, mortificatione corporis, feruore orationis, meditatione dominicæ crucis, memoria nostræ mortis, & emundatione mortis.

Item contra nos pugnat admodum militis: Nam si miles etiam fatis fortis, ad pugnam vadit inermis, facilitet hosti cedit, sed si bene armatus incedit, facilitet hostem ferit: Similiter antiquus hostis quasi nos inermes aggreditur, cum mala apertè suggerit humanæ menti, bona simul omnia destruere conatur, & tunc tanto facilius vincitur, quanto apertius cognoscitur, sed quasi armatus venit, quando bona aliqua corrumpit: Nam sæpe quosdam intellectu non tentat, eisque in sacri eloquij meditatione nos obuiat, sed tamen eorum vitam in operatione supplantat: quia dum de virtute scientiæ laudantur, nequaquam suorum operum damna respiciunt, cumque in

Digitized by Google

fauoris delectatione animus decipitur, vitæ suæ vulnera non medetur. Hunc ergo armatus hostis rapit, quem fraude lectus ex alia deserens ex alia parte vincit, vt dicit Gregorius.

Ex fimi proprietate, ac varietate, diuitum pariter proprietas & varietas, diuinarumq; vsus bonus qualis esse debeat, similitudinibus edocetur.

Cap. XIX.

DIuitiæ terrenæ nō prosunt retentæ, sed pauperibus erogatæ: nā fimus congregatus in terra non fructificat, nec facit eā fertilē, nisi dispergatur per cāpos: sic diuitiæ cōseruatæ nō prosunt, sed dispersæ. Psal. Dispersit dedit pauperibus. Vnde Greg. Terrena omnia, quæ seruando amittimus, largiendo seruamus, patrimonium nostrum reteditum perditur, manet erogatum. Psal. 111.

Item nota secūdum Pall. quòd triplex est genus fimi, siue sterco ris, quidam, s. qui est terræ quasi valde proficuus, sicut fimus asinorum, & caprarū, & oulum, & iumētorū. Quidā vero valde nociuus, sicut stercus porcinū. Quidā vero valde ardēs, & calidus, sicut columbinus. Sunt autē quidam homines à quibus eorū diuitiæ misericorditer tribuūtur. Et istæ sunt valde proficuæ, quia fœnerātur Deo, qui miseretur pauperi. Vnde tales, s. misericordes, & actiui, sunt sicut iumenta Dei, & oues, & capræ, & asini, scilicet humiles, innocētes, fructuosi, & laborioſi: Seruiunt enim proximis non solū de fimo suo, id est, de diuitiis. sed etiam de corpore suo. Psal. Vt iumentū factus sum apud te. Quidam vero alij sunt, à quibus ipsæ diuitiæ turpiter consumūtur, sicut sunt voluptuosi, & luxuriosi, vt patet de prodigo, q ui dissipau it substantiā suā viuendo luxuriosè. Vnde tales Psal. 72.

diuitiæ sunt valde nociuæ, quia sunt damnationis causa Luc. Mortuus est dives, & sepultus est in inferno: vnde sunt sicut fimus porcorum. Quidā alij sunt à quibus ipsæ diuitiæ ardenter diliguntur, sicut sunt auari. Vnde eorum diuitiæ sunt vt fimus columbarum. Eccl. Qui amat diuitias fructum non capit ex eis. Tales enim à diuitiarum amore seducti, decipiuntur: quia dum credunt possidere diuitias, ipsi potius à diuitiis possidētur. Vnde dicitur Osc. Factus est Ephraim quasi columba seducta, non habens cor: Cor enim auarorū non est in eis, sed in ipsis diuitiis. Matth. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Luc. 16. Eccle. 4. Osc. 7. Matth. 6

Prælati qui Agricolæ merito nuncupantur, quemadmodum seipsos, Deique ecclesiam, vineæ Noe cōparatam, & in tabernaculo Moysi te figuratam gubernare debeāt, multis instruuntur exemplis.

Cap. XX.

ECclesiæ gubernatio est sicut illius vineæ cultura quam plātauit Noe, quod apparet, primò ratione plantationis. Dicitur enim Ge. 9. quòd cœpit Noe vir agricola exercere terram, & plātauit vineam. Sic prælatus agricola est, ad quē, s. pertinet agrū, id est, vitā sibi cōmissæ plebis colere, & terrā propriam, i. semetipsum ad pietatem exercere. Hic vineam plantat, quando verbo & exemplo ecclesiā dilatat. Pro. De fructu manuum suarum plātauit vineam, in qua plus proficit opere, quàm sermone. Gene. 9. Prou. 31.

Secundò ratione potationis: quia subditur ibidē de ipso Noe, quòd bibens vinū inebriatus est, & nudatus iacuit in tabernaculo suo: Tunc enim prælatus de sua vinea bibit vinum, quando lætatur de profectu subditorum: sed tunc vino inebriatur, quando

Nam plus

Iac. Nam, ſicut dicit Ber. Delicata eſt diuina conſolatio, & non datur admittentibus alienã, propter
2. Cor. 2. quod Apo. dicit, quod animalis, id eſt, carnalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei.

Item boni viri aſſimilantur vaſis argenteis, quæ franguntur, & vruntur, vt reparentur. Sic boni viri modo franguntur per tribulationes, vel vruntur per infirmitates, vt reparentur & meliorentur: ſed mali ſunt tanquam vaſa teſtea, vel vitrea, quæ fracta
Pſal. 2. non reparantur. Pſal. Tanquam vas figuli confringes eos.

Item vaſa argentea limantur, vt clarificentur: ſic Deus ſuos affligit, vt puriores ſint, & clariores. Aug. Quod lima ferro, quod
Augu. fornax auro, quod flagellũ grano, hoc facit tribulatio viro iuſto.

Item boni viri affliguntur vt perficiantur, & ideo aſſimilantur imaginibus & ſigillis, de quibus Greg. in dialego dicit, quod ſicut impeſiti homines necdũ perfecte ſculpta ſigilla vel imagines aſpiciunt, & iam quaſi perfecta laudant, & tamen artifex conſiderat, & limat, & laudari iam audit, & tundere tamen meliorando non deſinit. Sic nonnunquã illi quos iam perfectos homines eſtimant, adhuc in oculis ſummi Opificis aliquid imperfectionis habent, propter quod infirmitatib. & tribulationibus quotidie limantur.

Charitatis neceſſitas, vtilitas, perfectio, & ordo definitur: quæ ſingula per ferri ignem, ac fundamenti proprietates plurimis apertissime exemplis.

Cap. VII.

CHaritate deficiẽte non poteſt aliquis bene operari: Nã de ferro frigido non poteſt faber operari, niſi calefaciat illud igne, nec poteſt flecti, ſed frangitur ſub martello, Vnde (ſicut dicit Aug.) Ferrum calidum dum cuditur, dilatatur, frigidum autem frangitur. Sic homo nõ eſt aptus bene operandi, niſi calefactus fue- Thre. 1
rit per ignem charitatis. Thre. 1. De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & eruditit me.

Item charitas aſſimilatur fundamento. vnde Apo. In charitate Eph. 3.
radicati, & fundati. Vnde nota, quòd Apoſt. aſſimilat charitatem ra[illegible] in eo quòd dicit, Radicati, quia ſicut omnis fructus à radice procedit, ſic opus bonum à charitate. Vnde Gregor. dicit, quòd non habet vtilitatem ramus boni operis, niſi manſerit in radice charitatis.

Item aſſimilat eam fundamento domus, in eo quod dicit: Ea fundati: quia ſine fundamento ſtare non poteſt, ſed deſtructo fundamẽto cadit. Charitas enim
1. Cor. 13 omnia ſuſtinet. 1 Cor. Eſt alia etiã ratio qua charitas aſſimilatur fundamẽto: quia fundamentum (vt dicit Pall.) conſueuit tripliciter poni, ſcilicet aut in petra, aut in argilla ſolida, aut in terra labili, & in his tribus ſignificatur tria charitatis opera: Tria enim proprie ex charitate ſunt diligenda, ſ. Deus, qui ſignatur in petra, ſpiritus, qui in argilla ſolida, ſiue ſit ſpiritus angelicus, ſiue humanus: tertium eſt corpus, ſiue proprium, ſiue proximi, &. hoc deſignatur in terra fluxibili. Et nota, quòd ſi fundamentum ponatur in ſarcofago, vel in petra, debet (vt dicit Palladius) forma fundamenti ſculpi vnius pedis altitudine, vel duorum: vnius quidem pedis altitudinem charitas qua Deus diligitur habet: quia vno tantum affectu ſeu reſpectu Deus diligi debet, ſcilicet propter ſeipſum: hoc enim eſt de ratione veræ amicitiæ, vt amicus ſui gratia diligatur. Et ideo

ille

ille qui Deum mercedis intuitu diligit, verus eius amicus nō existit. Potest tamen ipsa Dei dilectio adhuc alterum pedē, i. alium affectū, siue respectū habere, scilicet ad mercedē, i ad beatitudinē creatā, quam ab ipso Deo habemus, nō ita scilicet, quòd ipsa sit finis amanti, ita quòd Deus propter illam diligatur, eo quod hic esset, vt dictum est, nō vere diligere Deū, sed prout ipsa beatitudo ex parte amantis est finis amoris, & cuiuslibet virtuosæ operationis. Si vero fundamentum ponatur in solida argilla & constricta, tūc debet habere quintam vel sextā partē altitudinis eius quæ super terram, scilicet in parietibus, est futura. Similiter etiam charitas, qua proximi spiritum, vel naturā diligimus, debet quinq. vel sex gradus habere altitudinis, id est, perfectionis. Et primus gradus est, vt diligamus vere. tunc autem vere diligimus aliquē, cum amamus eum ad bonum sui ipsius, & non ad vtilitatem nostrā. 1. Cor. Charitas non quærit quæ sua sunt. Vnde tunc aliquis vere diligit animam proximi sui, vel suam, quando diligit eam ad salutem eius. Et isto modo Apostolus proximos secundū spiritū diligebat. Vnde dixit: Non quæro quod mihi vtile est, sed quod multis prosit, vt salui fiant.

1. Cor. 13

1. Cor. 10

Secūdus gradus altitudinis huius fundamenti est, vt diligamus rectè. Tūc rectè diligimus aliquē, cum maius bonum suum minori præponimus, puta vt magis diligamus animam, quàm corpus, & spiritualia quàm temporalia.

Tertius gradus est, vt diligamus sanctè, id est, in ordine ad Deum, & propter Deum. Et ideo debemus odio habere in anima nostra, vel proximi, quicquid repugnat Deo, puta peccata, & cogitationes peccatorum. Psal.

Psal. 104

Iniquitatem odio habui, & abominatus sum.

Quartus gradus est, vt diligamus operosè. Ioā. Nō diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate.

1. Ioan. 3

Quintus gradus est, vt diligamus perfectè, scilicet non tantum amici animam, sed etiā inimici: ad salutem enim inimici non tantum generalem, sed spiritualē affectū habere, & pro eo spiritualiter orare perfectionis est. Vnde Matth. Diligite inimicos vestros, &c. & postea concludit: Estote ergo perfecti. Vel si volumus huic fundamento charitatis, qua scilicet proximi spiritū diligimus, dare sex partes altitudinis: tunc per sex gradus accipiamus, vel eleemosynas spirituales, quibus animabus proximorum subuenire debemus, quę in hoc versiculo continētur. Cōsule, castiga, solare, remitte, fer, ora: Debemus enim eis in dubiis consulere, & delinquentes eos castigare, mœstos cōsolari, offensas remittere, eos sufferre, pro eis orare: quæ ad charitatis altitudinem pertinēt. Si autem fundamentū ponatur in terra labili, debemus tantū fodere quousq; inueniatur argilla mūda siue stet quilibet. Et si argilla non inueniatur, tunc sufficit immersisse quartam partem altitudinis quæ futura est super terrā, vt ipse Psal. dicit. Ex quo patet, quòd charitas, qua corpus nostrū, vel proximi diligimus, primo debet esse munda à sterquilinio, i. ab amore carnali, vt non sit dilectio carnalis, sed spiritualis, scilicet, vt diligamus non carnaliter, sed spiritualiter.

Matth. 5.

Item debet habere quatuor gradus altitudinis. Primus est, vt magis diligamus corpus, siue proprium, siue proximi, quàm alias res corporales exteriores.

Secundus est, vt quantum ad res corporales, magis diligamus corpus proximi quam proprium: Nam etiam quidam Gentiles sine spe vitæ æternæ, pro amore amicorum se morti exposuerunt. Vnde multo magis hæc charitas facit cum pertineat ad bonum virtutis. Vnde etiam Philosophus dicit, quod homo debet amicos ad tristia vocare tardè, sed ad læta & prospera promptè. Econtra autem ad eorum prosperitates & lætitias debet se tarde ingerere, sed ad tristitias celeriter & prompte. Vnde secundum casus amicitiam, plura bona corporalia sunt impendenda amicis quam nobismetipsis: sed de bonis spiritualibus, semper plus nobis quàm amicis impendere & velle debemus: & similiter etiã de malis vitandis. Aristot. 9. Ethi.

Tertius gradus est, vt minus diligatur corpus quam spiritus: Debet enim corpus diligi in ordine ad spiritum.

Quartus gradus est, vt quantum ad actum exteriorem charitatis, qui est eleemosyna, etiã ipsa corpora quodam ordine diligamus: & iste ordo attenditur secundum tria, s. secundũ debitũ, secundũ necessariũ, & secundũ honestum. Secundũ debitũ quidem: quia parentibus ac propinquis, & benefactoribus, & eis à quibus spiritualia accipimus, debemus, quando indigerẽt, magis eleemosynã facere quã aliis. Secundũ necessarium vero, quia cæteris paribus debemus magis subuenire indigentibus. Secundum vero honestum cæteris paribus magis debemus dare melioribus: licet assignare in singulis quantum vnum alteri eorum præferatur, est impossibile, quia singulares conditiones quæ attendendæ sunt, infinitæ sunt, & non cadunt sub arte. Vnde de his magis vnctio docet quam prudentiæ consilium. Dicit enim Pall. quòd fundamenta debent ex vtraque parte esse latiora, quam paries futurus, sit semipedis spacio, quod signat, quod fundamentum charitatis in sanctis viris latius est in interiori affectione quã possit ostendi in exteriori opere, vel conuersatione. Pallad.

Item charitas & zelus fraternæ salutis, reddit sanctos vires sollicitos & studiosos ad attrahendũ alios ad Deum. Vnde assimilatur balsamo, & cumino. Dicit enim Palladius, quòd columbæ si cumino pascantur assidue, vel si alarum ascellæ balsami liquore tangantur, inducunt alias columbas ad columbarium domini sui. Quid autem est cuminum, quã secundũ medicos in secundo gradu est calidus, nisi fraternæ salutis & charitatis zelus?

Primus namque gradus charitatis est circa salutem sui.

Secundus vero est circa salutem proximi: hoc ergo cumino quotidie sancti viri pascuntur, quia scilicet de proximorũ salute quotidie sollicitantur. Apost. Instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum. Est autem velut balsami liquor, ipsius fraternitatis amor: Balsami namque liquor fœtum mortuum de ventre prægnantis educere perhibetur: quia dum quisque vir sanctus proximorum amore succensus, aliquem ex eis sua sancta exhortatione conuertit, atque peccatum mortale de conscientia eius expellit, quasi virtute balsami fœtum mortuum de ventre prægnantis educit: vel quia scriptum est: Qui non diligit, manet in morte, dum ipsa fraterna charitas odium de corde propellit, quasi de ventre matris mortuum fœtũ educit, Ioan. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitã, quoniã diligimus fratres. 2. Cor. 11. 1. Ioan. 3.

Digitized by Google

fratres. Sunt autem velut duæ alæ columbarum duæ spirituales vitæ Sanctorum, scilicet contẽplatiua, & actiua. Vel duo genera eleemosynarum, scilicet spiritualium, & corporalium. Vnde tunc ascellæ alarum balsamo tanguntur, quando ipsi sancti viri fraternæ dilectionis cõpassione ad vtriusque vitæ, vel eleemosynę studia impelluntur, quibus videlicet studiis protinus ad colũbarium domini columbas alias ducunt: quia vtriusque eleemosynæ beneficio, scilicet & corporaliter subueniendo, & prædicationis, & orationis auxilio, etiã peccatores proximos ad domini gratiam trahunt.

Carnem humanam nũquam delitiis fore nutriendam, sed ieiuniis, laboribus, & aduersitatibus pro anima salute exponendam, frumenti similitudinibus edocetur.

Cap. VIII.

CAro non est delitiis nutriẽda, sed laboribus pœnitentiæ, & passionibus exponenda: Nã agricola qui nollet granũ ad tempus in terra perdere, & ventis, & tempestatibus exponere, sed tantũ in horreo seruare, fructum inde non reciperet, imò ei putresceret, & corrumperetur. Sic qui tantum amat carnem suã, quod in quiete, & delitiis vult eam seruare, nec ieiuniis & laboribus vult eam exponere, nihil ex ea nisi corruptionem habebit. Mat. Qui voluerit animam suam, id est, animalem, vel corporalẽ vitam, saluam facere, perdet eam, & qui perdiderit animam suam in hoc mundo, inueniet eam, scilicet in futura gloria: quasi dicat agricolæ: Frumentũ si perdis seruas, si seminas inuenies. Ioan. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet.

Item caro non delectabilibus, & blandis, sed amaris & afflictiuis conseruatur à corruptione tentationum, & vitiorum, sicut frumentum in horreo non cum dulcibus, & lenitiuis, sed cum asperis & amaris foliis, & siccis præseruatur à putrefactione, & læsione curculionum, & aliorum vermium: Docet enim Pall. in libro suo de agricultura. quòd si factis granariis amurca luto mixta parietes liniãtur, cui aridi oleastri folia, vel oliuæ pro paleis adiiciãtur, quo tectorio siccato rursum amurca respergatur, & vbi hæc siccata fuerit, frumenta cõdãter, à curculionibus, & aliis vermibus tuta seruabuntur.

Item herba coniza, vt Græci asserunt, subtrata frumentis addit ætatem: Constat enim, quòd & oleastri, & oliuæ folia amara sunt, & etiam amurca, Coniza est etiam herba lethalis quæ cum tritico generatur, qua tamen turdj vescuntur. Vnde similiter caro nostra ab amaris, & mortificatiuis vitiis præseruatur. Vnde Apost. dicebat Collo. Mortificate membra vestra. Item negat Columella, quem Pallad. in libro suo frequenter allegat, ventilanda esse frumenta, quia magis miscentur animalia totis aceruis, quæ si nõ moueantur in summitate intra mensuram palmi subsistent, & hoc velut corrupto corio cætera illæsa durabunt. Et asserit idem noxia animalia vltra prædictam mensuram non posse generari. Sic etiam fuerunt quidam feruentissimi Sancti, qui quasi nullius ventilationis refrigerio carni suæ præstare voluerunt: Voluerunt enim potius ipso exteriori cortice, id est, carne mala sentire, quam tentationum & vitiorum puncturas, & corrosiones, ad mentis suæ intima penetrare, sicut patet de Beato Germano Altisiodoren. & Hylatione,

Coll. 5.

tione,& Beato Martino, & quibusdam aliis, qui laboriosissimam & austerissimam vitam duxerunt continuè, sed tamen Palla. dicit, quòd nihil tam diu cuctodiendis frumentis commodius erit, quam si ex areis in alterum vicinum locum transfusa refrigerentur aliquantis diebus, atque ita horreis inferantur, in quo signatur, quòd nouí, & imperfecti, qui sunt similes frumento quod de area trahitur, non sunt in tanta austeritate & astitudine tenendi, sed interdum ad breue spacium temporis aliqua recreatione refrigerandi, & post hoc ad horreum asperitatis & laboris reducendi: ex hoc enim feruentius laborabunt, & magis etiam consolati in labore perseuerabunt. Seneca: Non semper in actu sis, sed interdum animo tuo requiem dato, sed & ipsa requies plena sit sapiétia, bonisque cogitationibus.

Item caro est pro salute animę periculis & aduersitatibus exponenda: Nam pugnator clipeum diligit, & charum habet, sed non rantum, quod non exponat ictibus vt corpus seruetur illæsum. Sic caro aduersitatibus & periculis exponenda est, vt anima seruetur illæsa & indemnis. Vide Actor. Apostol. dixit: Vincula, & tribulationes Hierosolymis me manent, id est, expectant, sed nihil horum vereor, nec facio animam meam, id est, vitam animalem, & corporalem, prætiosiorē quàm me, id est, quàm vitam meam spiritualem.

Iudæorum ministri quibus olim vestimentis ornabantur, nec non Ecclesia Catholica, Clerici, & Episcopi, summúsque Pontifex quibus vtantur ornamentis, eorúmque mystica mysteria patefiunt: & Papa cur Petri baculo non vtatur, aperitur.

Cap. x.

CLerici & episcopi, debent ornari illis vestibus spiritualiter, quibus pontifices, & ministri Iudæorum ornabantur & vestiebantur corporaliter. Habebat enim tunc pontifex octo ornamenta.

Primo, n. habebat vestē lineam.

Secundo tunicam iacinctinam, in cuius extremitate versus pedes ponebantur tintinnabula quædā per circuitum, & mala punica facta ex iacincto, & purpura cocoque bis tincto.

Tertiò habebat superhumerale, quod tegebat humeros, & anteriorem partem vsque ad cingulū, quòd erat ex auro, & iacincto, & byssо retorta. Et super humeros habebat duos onichinos, in quibus erant sculpta nomina filiorum Israel.

Quartū erat rationale ex eadem materia factū, quod erat quadratum, & ponebatur in pectore, & coniūgebatur superhumerali. Et in hoc rationali erant duodecim lapides prætiosi per quatuor ordines, in quibus etiā erāt sculpta nomina filiorum Israel, scilicet ad designandum, quod ferebat onus totius populi, per hoc quod habebat nomina eorum in humeris & quod iugiter debebat de salute eorū cogitare, per hoc quod portabat eos in pectore, quasi in corde habens. In quo etiam rationali mandauit Dominus poni doctrinā & veritatem: quia quædam pertinentia ad veritatem iustitiæ, & doctrinæ, scribebantur in illo rationali. Iudæi tamen fabulantur, quòd in rationali erat lapis qui secundum diuersos colores mutabatur secundū diuersa quæ debebant accidere filiis Israel, & hoc vocant veritatem & doctrinam. Quintū erat balteus, id est, cingulus factus ex prædictis quatuor coloribus.

Sextum

Sextum erat tyara, id est, mitra quædam de bisso.

Septimum erant fœmoralia lintea, vt operirent carnem turpitudinis suæ quando accederet ad sanctuarium vel altare.

Octauũ erat lamina aurea pendens in fronte eius, in qua erat nomen Domini. Ex istis ergo octo ornamentis minores sacerdotes quatuor habebant, scilicet tunicam lineam, fœmoralia, & balteum, & tyaram. Per ista ergo ornamenta designatur sanctitas ministrorum Dei: Sũt enim quatuor necessaria omnibus ministris, scilicet castitas, quæ designatur per fœmoralia; puritas vitæ, quæ significatur per lineã tunicam; moderatio discretionis, quæ significatur per cingulũ: rectitudo intentionis, quæ significatur per tyarã protegentẽ caput. Sed super hæc Pontifices debent quatuor habere.

Primo iugem Dei memoriam in contemplatione, & hoc significabat lamina aurea habens nomen Dei in fronte.

Secundò, quòd supportet infirmitatem populi, quod signat superhumerale.

Tertiò, quòd habeat populũ in corde & in visceribus per sollicitudinẽ charitatis: quod signatur per rationale.

Quartò, quod habeat conuersationẽ cælestẽ per operã perfectionis, quod signatur per tunicã iacinctinã. Vnde & tunicæ iacinctinæ adiungebantur in extremitate tintinabula aurea, per quod signatur doctrina diuinorũ, quæ debet coniũgi cælesti cõuersationi Pontificis. Adiunguntur etiã mala punica, per quæ signatur vnitas fidei, & concordia in bonis moribus: quia sicut mala punica habẽt sua grana vnita, sic vnita debet esse eius doctrina, vt per eam pacis & fidei vnitas non rumpatur.

Item clericorum, & ministrorũ ecclesiæ Christi idoneitas significatur in eorum vestibus, quibus scilicet induuntur, quando in ecclesia ministrant: Quædam enim sunt quæ generaliter in omnibus ministris requirũtur, vt sint idonei ad tractandum diuina: Quædam vero requiruntur spiritualiter in superioribus. Et ideo quædam vestes sunt omnibus ministris cõmunes. Quædã superioribus tãtũ: Omnibus enim ministris cõpetit amictus humeros tegẽs, in quo signatur fortitudo ad diuina officia quibus mãcipãtur. Et similiter alba, quæ signat puritatẽ vitæ, & cingulũ, quod signat repressionem carnis. Sed subdiaconus vlterius habet manipulũ in sinistra, in quo signatur exterso multarũ macularũ, quia manipulus est quasi sudariũ ad extergendũ vultum: Ipse enim est qui primo ad sacra tractanda admittitur. Habet etiam tunicã strictam, per quã doctrina Christi signatur. Vnde in veteri lege (vt supra dictum est) in tali tunica tintunnabula pendebant. Subdiaconus enim primo admittitur ad doctrinã nouæ legis annunciandam. Sed diaconus habet amplius stolam in sinistro humero, in signum quòd applicatur ad ministeriũ in ipsa sacramentis, & dalmaticam, quæ est vestis larga, sic dicta, quia in Dalmatiæ partibus primo fuit vsus eius, ad signãdum, quòd ipse primo ponitur dispensator sacramentorum: Ipse enim sanguinem dispensat, in dispensatione autem largitas requiritur. Sed sacerdoti stola in vtroque humero ponitur, vt ostẽdatur, quòd plena potestas dispẽsãdi sacramẽta ei datur, nõ vt miniltro alterius. Et ideo stola descẽdit vsq; ad inferiora. Habet etiã casulam, quæ signat charitatem, quia sacramẽtum charitatis conficit, scilicet eucharistiam. Sed

episcopis adduntur nouem ornamenta super sacerdotes, quæ sunt caligæ, sandalia, succinctorium, tunica, dalmatica, mitra, chirothecæ, baculus, & anulus: quia scilicet nouē sunt quæ potest supra sacerdotē, clericos ordinare, virgines benedicere, basilicas dedicare, clericos disponere, synodos celebrare, chrisma consecrare, & vestes & vasa etiam consecrare, vel per caligas signatur rectitudo gressuū. Per sandalia quæ pedes tegūt, cōtēptus terrenorum. Per succinctorium quo stola ligatur cum alba, amor honestatis per tunicam perseuerantia, quia Ioseph tunicam talarem habuisse legitur, quasi descendentem vsque ad talos: per quod designatur extremitas vitæ: per dalmaticam largitas in operibus misericordiæ: per chirothecas cautela in operatione, per mitrā scientia vtriusque testamenti: vnde & duo cornua habet: per baculum cura pastoralis, qua debet colligere vagos, quod signat curuitas in capite baculi: sustentare infirmos, quod signat stipes baculi: & pungere lentos, quod signat stimulus in pede baculi: vnde versus: Collige, sustenta, stimula, vaga, morbida, lenta: per annulum signatur vnitas fidei quæ ecclesia desponsatur Christo: Episcopi enim sunt loco Christi, qui est ecclesiæ sponsus. Sed vlterius Archiepiscopi pallium habent in signū priuilegiatæ potestatis, signat enim torquē auratā quā solebant legitime certantes accipere. Et ita ornamenta correspondent vestibus pontificis veteris legis. Nam pro lamina quæ pendebat in fronte, habet pontifex noster crucem, (vt Innocentius dicit.) Sicut pro fœmoralibus habet sandalia, pro linea, albam, pro balteo cingulum, pro pondere tuniceam, pro Ephot anulum, pro rationali amictum, pro superhumerali stolam, pro tiara mitram. Nota etiā quod Romanus pontifex nō vtitur baculo, quia Petrus misit ipsum ad suscitandum quēdam discipulum suum, qui postea factus est episcopus Treuerensis. Et ideo in diœcesi Treuerensi Papa baculum portat, & nō in aliis. Vel in signum, quòd non habet coartatam potestatē, quòd curuatio baculi signat.

Peccatorum confessio quantū sit necessaria, animæq; peccatrici expediens, & quid ea præcedere debeat vt rite peragatur, exprimitur. Cap. X.

CONfessio necessaria est ad sanandum vulnera animę: Nā quandiu ferrū anet invulnere, non potest corpus sanari. Et sic quandiu peccatū retinetur in conscientia, anima non sanatur. Educitur autem de conscientia peccatum per confessionis iudicium. Vnde dicitur Iob. Numquid qui non amat iudicium, sanari potest? Iob. 34.

Item confessionem debet præcedere conscientiæ examinatio, sicut diuisiuum siue præparatiuū præmittitur purgationi: Nā purgandus infirmus prius præparationem recipit quæ humores commoueat, vt poltea medicina sequens melius eiciat. Sic prius debet homo examinare peccata, & diiudicare apud se, antequam confiteatur Eccle. Ante iudicium para iustitiam tibi. Eccl. 18.

Item confessio necessaria est ad cordis illuminationem: Est enim cor simile domui. Domus enim illuminatur quando fenestra aperitur, quia Sol tunc in eam ingreditur. Similiter quando cor Domino aperitur per confessionem, gratia Dei intrat in ipsum, & illuminat. Chryso. Confessio cor emundat, sensum illuminat, animam Chryſ.

Digitized by Google

Cant. 5. mam sanctificat, & ad susceptionem Christi præparat. Vnde dicitur in Cant. Aperi mihi soror mea.

Item confessio est necessaria ad mortis æternæ euasionem: Nam quando apostema conuertitur ad interiora, & ibi crepat, est causa mortis corporalis: sed quando conuertitur ad exteriora, possibile est ad sanitatem redire. Sic peccatum absconditum interius, causa est mortis æternæ. Conuersum vero exterius, & manifestatū per confessionē, est spiritualis salutis indiciū. Vnde si inconfessus lates, inconfessus condemnaberis.

Cordis cōpunctio, quæ vino & aceto quibusdam exemplis comparatur, quantum sit animæ vtilis & proficua nonnullis demonstratur exemplis. Cap. x i.

COmpunctio cordis assimilatur vino, secundum illud Psal. 59. Potasti nos vino compunctionis: Nam vinū semper emittendo fæces, se purgat, & semper est in motu & tremore, donec separetur purum ab impuro. Sic qui verè compunctus est, semper est in motu & tremore, donec separetur ab eo immunditia peccati.

Psal. 59.

Item compunctio assimilatur aceto.

Primo ratione cōfectionis, quia ex eisdem cor compungitur quibus acetum ex vino conficitur: Nam si quis velit ex vino aliquo optimum acetum conficere, hoc modo facere potest. Accipiat cornalia quando incipiunt rubescere, & centimora quæ nascuntur in campis, quādo similiter incipiunt rubescere, & de labrusciis antequam incipiant tumescere, & de brugnolis ceparum acerbis ante, & pulueriz et subtiliter omnia simul. Et tūc accipiat de meliori aceto quod inuenerit, & distemperet cum puluere illo, & ita conficiat panes bene deficcatos. Et si vinum de quo vult facere acetum fuerit forte, ponat de pane illo parum, & si fuerit debile, ponat plus, & fiet acetū fortissimum. Quia igitur illa quatuor, ex quibus primo puluis conficitur, acerbum habent & agreste saporē, scilicet immatura cornalia, centimora, & labrusca, & brugnolæ. Possumus in istis quatuor mala intelligere quæ facit peccatum homini, quorum scilicet memoria velut acerbus fructus, conscientiam non parū mordicat, & pungit, scilicet quia tollit Deum, claudit cælum, destruit meritum, & obligat ad infernū, Sed ista quatuor debent pulueriz ari, id est, subtiliter discuti, & cōsiderari, deinde acetum optimum apponi, id est, exemplum alicuius fortiter pœnitentis in memoria haberi. Et de his conficitur panis lachrymatum, de quo in Psal. Cibabis nos pane lachrymarum, ex quo posito in vase vini, id est, in memoria ipsius peccati, fortissimum acetū efficitur, id est, fortissima compunctio generatur.

Psal. 79.

Secundo, ratione purgationis, quia purificat conscientiam sicut acetum purificat mustū: Dicitur enim in libro de vindemiis, quòd si quis mittat in metretam dulcis musti conculam aceti, per tres dies erit purum. Et similiter compunctionis acetum purificat cor à fæce peccati turbulentū. Vnde Ambr. dicit: Scindite corda vestra ferro, & aceto compunctionis, ab vsu inueterat æ consuetudinis.

Ambr.

Item compunctio amara peccati, valet contra tentationes diaboli, & confortat etiam cor in bono: Dicit enim Pall. quòd potest fieri vinum contra pestilentiam

Pall.

salutiferum, stomacho mulsū proficuū hoc modo. In optimi musti metreta vna antequam feruear, tunsi absynthij octo vncias linteo inuolutas dimittas, & exactis decem diebus curabis auferre, id vinum refunde lagenis minoribus, & vtaris, quia valet ad ea quæ dicta sunt. Quid autem est metreta dulcis musti, nisi memoria delectabilis peccati? Et quid linteus cōtusi absynthij, nisi compunctio & amaritudo animi cōtriti? Ergo tunc absynthium musto immittitur, quādo ex memoria delectationis perpetrati peccati conscientia compuncta vehemēter amaricatur, & tale profectò est cōpunctionis vinū, quod animū putificando cōfortat, & cōtra pestilentiā, id est, corruptelā tentationis, seu recidiui, salubriter defensat.

Exod. 5. Exod. Sacrificemus Deo, ne fortè accidat nobis pestilentia. Hoc sacrificium cōtra pestilentiam valens, est compunctio animi cōtri-

Psal. 50. bulati, secundū illud. Sacrificium Deo, spiritus contribulatus

Consolationis ordo qualis esse debeat vt quempiam afflictum à mœrore retrahere possimus, serri exemplo declaratur.

Cap. XII.

COnsolari non potest dolentem, & afflictum, qui per tristitiæ compassionem, & doloris ostensionem non concordat eius dolori. Cuius exemplum est, quia ferrum ferro non iungitur, si non vtrumque ex vsione ignis liquetur, & durum moli non adhæret, nisi prius duritiā eius temperata mollescat, vt quasi hoc ipsum fiat, quo curatur vt teneat. Sic prius emolliri debet consolari volētis animus, vt afflicto cōgruat, & congruens adhæreat, & inhærendo trahat. Alioquin si à mentis afflictione discrepat, minus ab illo recipitur, à quo mentis qualitate separatur. Ergo ordo consolationis est, vt cùm volumus afflictum quempiam à mœrore suspendere, studeamus prius merendo eius luctui concordare, vt Gregorius dicit.

Peccandi consuetudo postquam caluerit, quam difficiliter ab anima remouetur, pluribus naturalibus similitudinibus aperitur.

Cap. XIII.

COnsuetudo peccandi difficilius dimittitur, si ei nō resistitur antequam induratur: Nam vestis rectam formā de facili recipit si nōdum prauā receperit: sed si contrariū sit, vix potest rectam susципere: & cæra dum mollis est, facilius impressionem sigillę recipit, quàm cùm induruerit. Vnde Eccl. Curua cernicem ejus, scilicet Eccl. 30. filij tui in iuuentute, tunde latera eius dum infans est, ne fortè indaret, & nō credat tibi. Vnde Aug. Dum consuetudini nō resistitur, fit necessitas: Lepra enim inueterata, & gutta inossata non de facili curatur. Iob. Ossa eius implebuntur vitiis adolescentię eius. Et Iob. 4. Beda super Lucā dicit: Diabolus quāto ipsum hominē diutius tenet, tāto difficilius dimittit; sicut rusticus, qui diu terram tenuit, vult eam hæreditariè tenere.

Arca Noe constitutio, & partium ipsius situatio, multis similitudinibus nos eruditet quales nostræ conuersatio esse debeat.

Cap. XIIII.

COnuersatio bona assimilatur arcæ Noe propter quatuor.

Primò ratione structuræ, quia scilicet fuit à Noe comtructa, & fabricata: Noe autem, qui interpretatur requies, est homo iustus, qui vt requiescat in domo

propriæ

propriæ conscientiæ & sit tutus ab inundatione aquarum, id est, ab impetu tētationum, vel tribulationum, ædificat arcam, id est, conuersationem bonam. De qua
Psal.131. Psal. Exurge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ: Arca enim Deo sanctificata, est conuersatio bona ad Deū ordinata, quæ dicitur esse requies Dei, quia secundum Deum in ea mens hominis requiescit.

Secundo ratione materiæ, quia arca fuit facta ex lignis lenigatis, bituminatis, & quadratis. Sic bona conuersatio ædificatur ex lignis lēuigatis, id est, ex bonis operibus, puta intentione sactis. Bituminatis, id est, charitate informatis. Quadratis, vt sit mens hominis stabilis, quia corpus quadratum residet firmum.

Tertio ratione formę, circa quā primò attende mensuram dimensionum. Habebat enim longitūdinem, ccc. cubitorum, latitudinem 50. & altitudinem 30. Superius autē erat in vno cubito consummata: Longitudo enim arcæ est memoria dominicæ passionis, quam Thau figura repræsentat, quæ ccc. signat. Vel etiam longitudo arcæ, perseuerantia in continuatione boni, vel longitudo 30. cubitorū, est fides Trinitatis, cūm perfectione boni operis, sine qua fides mortua esset. Latitudo autem est dilectio Dei, & proximi, amici, & inimici, & signatur in 50. cubitis, quia quinquagesima die à passione Christi datus est
Rom.5. Spiritus sanctus, per quem (vt dicit Apo.) charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. Altitudo autem est spes, & desiderii seculi venturi: quæ spes designatur in 30. cubitis, quia. s. tricenarius numerus ex ternario & denario ducitur, ter enim decem faciunt 30. In ternario autem triplex spes signatur, scilicet de venia, de gratia, & gloria. In denario autem addito, adimpletio decalogi, vt scilicet adlit nobis impletio decalogi sub spe prædicta triplici. Alioquin spes sine meritis, vel operibus, nōn esset vera, sed præsumptio. Cōsummatio autē in vnum cubitum, est, vt omnes motus & affectus dirigātur in Deum, sicut dicit Psalm. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deū viuum. Vel hæc consummatio fit in perfectione consiliorum. Matth. Ad-
Matt.19. huc vnum tibi deest, si vis perfectus esse, &c. Dicitur autem quod ille cubitus arcæ fuit geometricus, qui valet sex vsuales, ad ostēdendum quōd per sex misericordiæ opera ad visitatem perfectionis, diuinæ consolationis, & supernæ pacis ascenditur.

Secundò in forma arcæ considera aperturam locorū: Habebat enim in duobus locis aperturam, vnam ad lumen recipiendū, scilicet ad fenestram, aliam à latere ad ingrediendum, scilicet ostium. Fenestra ergo est gratia quæ illuminat domum mentis. Vel fortitan, est intelligentia per quam lumen sapientiæ & scientiæ suscipimus. Ostium autem est liberum arbitrium, quod aperit primo gratia. Vnde Bernard. Et si adiuuiri
Bernar. potest, præueniri non potest.

Tertio cōsidera ditantiā mansionum. Nam secundum August.
August. Arca fuit inferius bicamerata, & superius tricamerata: Nam in inferiori mansione, id est, super tabulatum sentinæ, fuit duplex camera, quarum vna dicebatur stercoraria, alia autem apothecaria. Sed supra istam mansionem fuit alia mansio superior, quæ habebat tres cameras, duæ cameræ laterales erant, vna immitium animalium, & serpentium, altera verò mitium, media autem camera erat hominum, & aulum, ostium autem erat ibi bicame-

bicamerata, & tricamerata coniungebantur. Bicameratio neque arcæ attenditur in delectatione sensualitatis, quæ maximè inuenitur in actibus duarum potentiarum vegetatiuæ partis, scilicet propagatiuę siue generatiuæ, quátum ad actum venereum: & ista est vt sentina stercoraria, & nutritiuæ quantum ad esum, & ista est apothecaria. Tricamerata autẽ attenditur in ratione, cuius tres vires sunt, scilicet irascibilis, quæ detestatur malum, & ista est habitatio immitiũ passionũ, vt irę, & audaciæ, & huiusmodi.

Item concupiscibilis, & hæc est quæ bonum prosequitur. Et hæc est habitatio imitium passionum, vt amoris, mansuetudinis, & huiusmodi. Et duæ hæ vires dicũtur rationales, non per essentiam, sed per participationẽ, secundũ Philosophum, inquantũ scilicet natæ sunt rationi obedire. Tertia autẽ est rationalis per essentiam, quæ ratio vocatur. Et hæc est quæ discernit bonum, honestum, & verum. Vnde hæc dicitur habitatio hominum, scilicet actiuorum, & auium, s. contemplatiuorũ. Quorum primi reguntur prudentia, secundi eleuantur sapientia. Alij autem sunt qui dicũt huiusmodi cameras arcæ, fuisse dispositas solũ in altitudine. Et dicunt, quòd inferius in fundo erat sentina siue stercoraria, supra quam erat apothecaria, & supra hãc erat immitiũ animalium. Et ostium erat in medio vbi apothecaria coniungebantur cameræ immitiũ, supra hanc habitatio mitiũ animalium. Et in suprema erat habitatio hominum, & auiũ. Et ideo per stercorariam potest accipi peccati in anima fœtentis detestatio: Per apothecariam lachrymarum effusio, post quam diabolus suscitatur ad impugnandum. & ideo sequitur habitatio immitium animalium, id est, multiplicatio tentationum. Sed quia Deus adiuuando, & consolando subuenit, sequitur habitatio mitiũ, id est, gratia consolationum: post quam sequitur habitatio hominum, id est, exercitatio actiuorũ, & auium id est, perfectio cõtemplatiuorũ.

Quartò assimilantur bona cõuersatio arcæ, ratione clausuræ: quia ingresso Noë in arcam cum his qui debebant ingredi, clausit eam Dominus deforis, ita vt inundatio diluuij non nocuerit eis. In quo docetur homo iustus, vt si inundauerit diluuium carnis, intret arcam tranquillæ mentis. Et licet circunfluãt torrẽtes iracundiæ, flumina luxuriæ, voragines gulæ, licet ebulliãt torrentes delectationum, abyssus cupiditatum, maria cõturbationũ, intrat tamẽ Noë arcã, i. quietus animus clauso deforis silentij hostio possidet animam. Et quanto magis caro laborat in actione, tanto spiritus volat sublimius in contemplatione. Vnde Paulus, qui plus omnibus laborauit in fame, & siti, in frigore & nuditate, &c. dixit: Nostra conuersatio in cælis est.

Quemadmodũ cor Dei gratia compleri, custodiriq́ debeat à peccato mundatum, per quinque vasis similitudines demonstratur.

Cap. XV.

COr custodiendũ est, vt vas omnium thesaurorum cælestium, & sicut castrum in terra inimicorum situm Prouer. Omni custodia serua cor tuum: Est enim vt vas preciosum, quod carius emitur, & in eius fractura magnũ damnum incurritur, & difficilius reparatur, & ideo à Sãctis viris diligentius custoditur. Apost. Sciat vnusquisque vestrũ vas suũ possidere in sãctificatione, & honore. Prou. 4. 1. The. 4.

Item vas cordis, vt possit optimo li-

uo liquore gratiæ repleri. Primo oportet, quod euacuetur, scilicet ab amore seculi. Vas autem repletum uno liquore, non potest recipere alium nisi euacuetur: sicut plenū vino, non recipit oleū, quin effundatur. Tanquā vinum quod mentem inebriat & infatuat est affectus & amor mundi: sed tanquam oleum quod illuminat, & sanat, & lætificat, est gratia Dei. Vnde oportet quod
4. Reg. 4 euacues fœtidū vinū, si vis recipere limpidū oleū. Vnde 4 Reg. Vasa vacua repleuit Eliseus.

Secundo oportet quod lauetur, i. à sordibus peccatorū. Aliquādo etiam euacuato vase adhærent aliquæ sordes quas oportet lauari, ne liquorē immittendum corumpant, nec potest intrare gratia Dei vbi sunt sordes
Hiere. 4. peccati, ergo sicut dicitur Hiere. Laua à malatia cor tuum.

Tertio oportet, quòd vas sine dolo cordis obstruatur siue ligetur, ne scilicet liquor immissus effundatur: nullus enim sapiens immitteret vinū in vase ex quo videret statim esse effundēdum. Vnde illi, qui gratiā recipiunt, & statim effundunt, dicuntur esse
Eccl. 20. fatui, secundū illud Eccl. Gratiæ fatuorum effundentur. Et hoc est, quia fatuus nō habet vas cordis ligatum, vel solidum, sed cō-
Eccl. 21. fractum, secundum illud Eccles. Cor fatui quasi vas confractum.

Quartò oportet, quòd inclinetur siue subiiciatur rei immittēdæ: Non enim posset vas repleri aqua fluminis, vel putei, nisi inclinaretur, vel profundè immergeretur. Sic cor hominis non im-
Eccles. pletur gratia, nisi humilietur. Eccle. Inclinaui modice aurē meā, excepi illam, scilicet sapientiam, vel gratiam.

Quintò, oportet, si esset euersum, vel etiam postquā est inclinatum, quòd erigatur, & hoc est per desiderium, vel orationē ad Deum. Sap. Optaui, & datus est Sap. 7
mihi sensus: inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ, qui est etiam spiritus gratiæ.

Item nota, quòd cor purū etiā minima peccata metuit: Nam in panno albo minima macula apparet, & nimis displicent, sic in corde puro minima peccata. Ecc Eccl. 9.
Omni tempore sint vestimenta tua candida.

Item cordis intimum quandoq. assimilatur lecto, sicut dicitur: In lectulo meo per noctē quæsi Cant. 2
ui quē diligit anima mea. Greg. In lectulo & per noctē dilectus quæritur, quia nimirum etiā inuisibilis conditoris species expressa omnis corporeæ visionis imagine in cubili cordis inueritur. Quandoq. verò assimilatur
cubili, secundum illud Psal. Ex- Psal. 149
ultabunt Sancti in gloria, lætabūtur in cubilibus suis; quia scilicet cum mala Sācti ab exterius fugiunt, securi intra mērium secreta gloriantur. Sed tunc lætitia perfecta erit, cum carnis exterius pugna non fuerit, nam quousq. ad illicita per carnem trahimur, quia quasi domus nostræ paries quatitur etiā cubile cordis perturbatur. Quandoque verò assimilatur strato, secundum illud Psal. Vniuersum stratū eius versasti in infirmitate eius: quia videlicet cū nos tentatio carnis cōcutit, tremefacta nostra infirmitas etiā stratum cordis cōfundit.

Corporis delitiis sedulò inseruire signum maximum reprobationis esse, primorum reproborum exemplo sese in varias machinicas artes principaliter occupantium confirmatur.

Cap. XVI.

CORPORI seruire, & animam negligēdo se totaliter circa

Digitized by Google

ea quæ sunt corporis occupare, proprium est reproborũ. Et hinc est, quòd artes illæ mechanicæ, quæ cõmodis & deliciis corporis maxime inseruiunt, à reprobis hominibus primitus sunt inuẽtæ, scilicet à Cain, & filiis eius: Nam ipse primus reprobus, scilicet Cain, fuit qui vt auaritiæ suæ consuleret, sicut dicitur in historiis scholasticis, primo agriculturæ se dedit.

Item primus, qui terminos terræ posuit, & qui vitæ hominum simplicitatẽ, adinuentione mensurarum & ponderũ, ad calliditatem & corruptionẽm perduxit.

Item ipse Cain fuit qui primam ciuitatem ædificauit, & vocauit eam ex nomine filij sui Enoch.

Grego. Greg. Quid sibi vult, quòd Cain primũ filiũ Enoch vocat, atq; ex hoc nomine ciuitatẽ quã condidit appellat? Cain primus ciuitatem construxisse describitur, vt aperte monstretur, quòd ipse in terra fundamẽtum posuit, qui à soliditate ætẽrnæ patriæ alienus extitit: Peregrinus namq; à summis fundamentum quasi longæ habitationis in infimis posuit, qui stationem cordis in infimis collocauit. Vnde in eius stirpe Enoch, qui dedicatio interpretatur, primus nascitur, sed de electorũ progenie Enoch septimus fuisse memoratur, quia reprobi in hac vita, quæ est ante semetipsos, ædificando dedicant. Electi verò ædificationis suæ dedicationẽ in finem temporis expectant.

Item Iabel, qui fuit de stirpe Cain, fuit primus qui inuenit tentoria portatilia de loco ad locum, pro pastorũ scilicet, cõmoditate, & deliciis. Et ideo signat peccatorem, & propriissime prælatum, qui tabernaculo corporis deseruiens in deliciis, transit de loco ad locũ. i. ruit de vitio ad vitium, & nomen fratris Iabel, qui fuit pater canentium in cithara, & organo. i. primus inuentor cõsonantiarum musicaliũ, vt. i. labor pastoralis in delicias verteretur: hoc enim pertinet ad voluptatem auium, contra quos Iob: Tenẽt tympanum, & citharã, & gaudẽt ad sonitum organi. Item postea Tubalcayn de eadem stirpe genitus fuit, primus faber, & operãs in ære, & ferro. Vnde iste fuit malleator, qui primo inuenit vsum armorũ: Et in hoc significat oppressores. Et iterũ fuit faber, & sculptor, qui sculpturas operum in metallis in libidinem oculorũ fabricauit. Vnde in hoc figurat curiositatem oculorũ. Soror autem Tubalcayn fuit Noemia, quæ artem textoriam adinuenit, quæ. i. pertinet ad molliciem, & curiositatem vestium. Cuius contrarium commẽdatur in Sanctis. i. asperitas & vilitas vestium, sicut de Ioanne Baptista patet, & pluribus aliis. Iob. 21.

Bonorum malorumque Prælatorum correptionem humiliter fore à subditis omnibus suscipiẽdã, Barbitonsoris exemplo, & quomodo etiam eamet sit agenda vt correptorum corda & opera immutare queat, diuersimodè suadetur.

Cap. XVII.

COrreptionẽ prælati etiam discoli, debet subditus humiliter portare, attendens eãm raditur barba alicuius, quãm patienter se habet sub rasorio, & permittit caput sui à rasore modo in dextram, modo in sinistrã duci, nec audet meatum leuare, nec os aperire, nec si rasori resistat vulnus incurrat. Attẽde clausstralis sub manu rasoris te positũ, noli sub rasorio correptionis rebellare, sed rasoris manibus humiliter te tractari permittas, ne læsiones grauiores incurras, tã in mente quàm in corpore.

Item

Digitized by Google

Item qui sub manu rasoris incepti raditur, necesse est vt patientius se habeat, quia facilius lædetur quàm à bono. Sic sub discolo & inepto prælato plurimũ expedit patientius se habere: Nõ enim tantũ bonis subiectus esse debes, sed etiam discolis, vt ait Petr. 2. Petr. O quàm grave est à malo tondente, & cum rasorio dentato sine aquâ radi, qui cùm deberet scindere pilos, scidit carnem. Quid per rasorium dentatũ, nisi mordax correptio, & contentiosa intelligitur? per aquam verò lenitas correptionis designatur. Noli ergo, ô prælate, aquâ omittere in barbâ rádendâ, id est, lenitatem & compassionem à correptione amouere: sed dentes remoue à rasorio tuo, id est, à correptione conuitium. Et nota, quòd ille, qui habet rigidum pilum, magis sub rasorio patitur. Sic qui rigidus est sub disciplina, & culpam suam defendere vult, Prou. 16 deterius habet. Prouerb. Qui corripientem se dura cervice contentinit, repente superuenit ei interitus.

Item correptio acuta, & doctrina discreta, immutant nõ tãtum corda, sed etiam opera correptorum, sicut cultelli perforatio, & aquæ coloratæ infusio immutãt fructus arborum. Dicunt enim agriculturæ auctores, q̃ si quis vult arborem pomiferã siue fructiferam producere fructus siue poma rubicunda, vel alio colore colorata, hoc modo fieri potest. Fac foramen in arbore cum cultello, & quemcunque colorem vis distempera cum aqua, & infunde, & colorabitur fructus eodem colore. Quid autem est cultelli perforatio, nisi subtilis & pungens delinquentis correptio? Et quid est aqua colorata, nisi prædicantis vel exhortantis doctrina discreta, & decenti pronunciatione prolata: Hæc sunt enim quæ faciunt arbores, id est audientes discipulos, producere poma pro varietate correptionis, seu persuasionis ipsius, diuersarum virtutum, quasi diuersorum colorum pulchritudine adornata.

Item quòd delinquentis correptio debeat esse mixta, siue temperata ex asperitate & lenitate, patet alio exemplo: Dicunt enim viri de agricultura periti & experti, quòd si arbor quæ facit acetosum vel amarum fructum, perforetur, ita quòd foramen per arborem transeat, & in ipsum foramen aqua mellita perfundatur, & cum clauo, qui sit de ligno eiusdem arboris, ipsum foramẽ obstruatur; talis, inquiunt, arbor facit fructũ dulcem. Quid autem est arbor faciens fructum acetosum, vel amarum, nisi peccator faciens opus malum, quod tandem conscientiam pungit, & amaræ pœnæ reatũ inducit? Sed eius foramen tunc aqua mellita infunditur, cùm blanda eius auri correptio adhibetur, quæ tunc cum clauo obstruitur, cùm terrore pœnæ, & comminatione cohibetur. Ex quibus patet, quòd in correptione delinquẽtis, misceri debent adinuicem aqua, id est, sapientia locutionis, mel, id est, dulcor mansuetudinis, & clauus, id est, terror pœnæ, vel comminationis. Et talis correptio fit arborem, id est, hominem immutat, vt quæ primo faciebat poma acetosa, vel amara, id est, opera corrupta, & prana, producat econtrario suauia, & dulcia, id est, opera de cætero faciat honesta, & gratiosa.

Item corripiens nimis durè, similis est ei qui veteres réparat patellas; qui volens vnũ foramen vno ictu mallei obstruere, multa foramina facit, vel vnũ magnum

quasi

malus quàm ante, vel aliquando patella confringitur. Et quid est correptio, nisi vasorum fractorũ reparatio? Eccle. Cor fatui quasi vas confractũ, sed ictus nimis fortis, id est, correptio nimis dura, nõ corrigit, sed deteriorem efficit.

Eccl. 21.

Itẽ sicut medicus nimia potione, vel medicina occidit ægrorũ, sic qui nimis dura correptione corripit, non emendat, sed petire facit. Sene. Vitia animi sicut vitia corporis leniter tractanda sunt.

Sene.

Quibus viis Dæmones expellantur, eorumq́, potentia comprimatur, nonnullis remediis quibus ad eiiciendas Pulices, Cynifes, & Formicas vti solemus lucidissimis erudimur exemplis.

Cap. XVIII.

DAemones repellendi sunt sicut pulices, cynifes, & formicæ: Docet enim Pall. in libro suo, quòd cõtra pulices remediũ est amurca per pauimentum frequenter aspersa, vel ciminum agreste cum aqua tritum, cucumeris semen agrestis cum aqua resolutum, vel cum aqua lupinorum sileris austeritatibus iniuncta, si eis locus pulicum fuerit aliquotiens infusus. Sed cynifes (vt dicit) extinguntur amurca, & felle bubali, lectis aut locis perunctis, vel foliis hederæ tritis ex oleo, vel incensis sanguisugis. Sed contra formicas, (vt dicit) si habent foramen in loco vnde eas volumus expellere, cor noctuæ admoueamus. Si autẽ de foris veniunt, omne loci spaciũ cinere vel creta candida signabimus. Ex his ergo multiplex remedium contra dæmones colligere possumus: Nã prædictorum remediorum quædam sunt vnctuosa, sicut amurca, vel oleum: quædam sunt amara, sicut agreste ciminum, vel cucumer, vel hedera, vel lupinus, & fel bubali, & aqua cũ eis mixta: quædã verò austera, vt siler, quædam verò sunt fumosa, vt incensæ sanguisugæ. In vnctuosis ergo notatur deuotio, in amaris cõtritio, in austeris abstinentia, & carnis mortificatio, in incẽsis & fumosis feruida oratio. Sed vlterius contra formicas additur cor noctuę, per quod significatur cordialis amor Christi, quẽ ostendit nobis in morte. Vnde & latus eius apertũ est, vt ipsum cor pateret, & ipse Christus absconditus mansit in sepulchro, vt nocticorax in domicilio, vt dicitur in Psalmo. Vnde admotio cordis noctuæ, est meditatio crucis, siue mortis Christi.

Pall.

Psal. 101

Item additur cinis, in quo signatur memoria mortis nostræ, & insuper candida creta, per quã intelligitur conscientia munda. His enim potissimè remediis dæmones à nobis repellũtur, & eorum tentationes & molestiæ superantur, scilicet vnctionẽ deuotionis, amaritudine contritionis, mortificatione corporis, feruore orationis, meditatione dominicæ crucis, memoria nostræ mortis, & emundatione mortis.

Item contra nos pugnat admodum militis: Nam si miles etiam satis fortis, ad pugnam vadit inermis, faciliter hosti cedit, sed si bene armatus incedit, faciliter hostem ferit: Similiter antiquus hostis quasi nos inermes aggreditur, cum mala apertè suggerẽs humanæ menti, bona simul omnia destruere conatur, & tunc tanto facilius vincitur, quanto apertius cognoscitur, sed quasi armatus venit, quando bona aliqua corrumpit: Nam sæpe quosdam intellectu non tentat, eisque in sacri eloquij meditatione non obuiat, sed tamen eorum vitam in operatione supplantat: quia dum de virtute scientiæ laudantur, nequaquam suorum operum damna respiciunt, cumque in

fauoris

fauoris delectatione animus decipitur, vitæ suæ vulnera non medetur. Hunc ergo armatus hostis rapit, quem fraude lectus ex alia deserens ex alia parte vincit, vt dicit Gregorius.

Ex fimi proprietate, ac varietate, diuitum pariter proprietas & varietas, diuitiarumq; vsus bonus qualis esse debeat, similitudinibus edocetur.

Cap. XIX.

Diuitiæ terrenæ nō prosunt retentæ, sed pauperibus erogatæ: nā fimus congregatus in terra non fructificat, nec facit eā fertilē, nisi dispergatur per cāpos: sic diuitiæ cōseruatæ nō prosunt, sed dispersæ. Psal. Dispersit dedit pauperibus. Vnde Greg. Terrena omnia, quæ seruando amittimus, largiendo seruamus, patrimonium nostrum retentum perditur, manet erogatum. Psal. 111.

Item nota secūdum Pall. quòd triplex est genus fimi, siue stercoris, quidam, s. qui est terræ quasi valde proficuus, sicut fimus asinorum, & caprarū, & ouium, & iumētorū. Quidā vero valde nociuus, sicut stercus porcinū. Quidā vero valde ardēs, & calidus, sicut columbinus. Sunt autē quidam homines à quibus eorū diuitiæ misericorditer tribuūtur. Et istæ sunt valde proficuæ, quia fœnerātur Deo, qui miseretur pauperi. Vnde tales, s. misericordes, & actiui, sunt sicut iumenta Dei, & oues, & capræ, & asini, scilicet humiles, innocētes, fructuosi, & laboriosi: Seruiunt enim proximis non solū de fimo suo, id est, de diuitiis. sed etiam de corpore suo. Psal. Vt iumentū factus sum apud te. Quidam vero alij sunt, à quibus ipsæ diuitiæ turpiter consumūtur, sicut sunt voluptuosi, & luxuriosi, vt patet de prodigo, qui dissipauit substantiā suā viuendo luxuriosè. Vnde tales diuitiæ sunt valde nociuæ, quia sunt damnationis causa. Luc. Mortuus est diues, & sepultus est in inferno: vnde sunt sicut fimus porcorum. Quidā alij sunt à quibus ipsæ diuitiæ ardenter diliguntur, sicut sunt auari. Vnde eorum diuitiæ sunt vt fimus columbarum. Eccl. Qui amat diuitias fructum non capit ex eis. Tales enim à diuitiarum amore seducti, decipiuntur: quia dum credunt possidere diuitias, ipsi potius à diuitiis possidētur. Vnde dicitur Ose. Factus est Effraim quasi columba seducta, non habens cor: Cor enim auarorū non est in eis, sed in ipsis diuitiis. Matth. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Psal. 72. Luc. 16. Eccle. 4. Ose. 7. Matth. 6

Prælati qui Agricolæ merito nuncupantur, quemadmodum seipsos, Deique ecclesiam, vineæ Noe cōparatam, & in tabernaculo Moysi rite figuratam, gubernare debeāt, multis instruuntur exemplis.

Cap. XX.

Ecclesiæ gubernatio est sicut illius vineæ cultura quam plātauit Noe, quod apparet, primò ratione plantationis. Dicitur enim Ge. 9. quòd cœpit Noe vir agricola exercere terram, & plātauit vineam. Sic prælatus agricola est, ad quē, s. pertinet agrū, id est, vitā sibi cōmissæ plebis colere, & terrā propriam, i. semetipsum ad pietatem exercere. Hic vineam plantat, quando verbo & exemplo ecclesiā dilatat. Pro. De fructu manuum suarum plātauit vineam, in qua plus proficit opere, quàm sermone. Gene. 9. Prou. 31.

Secundò ratione potationis: quia subditur ibidē de ipso Noe, quòd bibens vinū inebriatus est, & nudatus iacuit in tabernaculo suo: Tunc enim prælatus de sua vinea bibit vinum, quando lætatur de profectu subditorum: sed tunc vino inebriatur, quando

plus debito gloriatur, nudatur autem quando magnificat fimbrias suas, & aliis opera sua commendat, thesaurum suum publice in via portat, & depredari desiderat: sed turpius nudatur, quando propter immoderatam gloriam, & ignominiosam luxuriam, cadere permittitur, vt per confusionem ignominiæ curetur ostentatio gloriæ. Bernard. Magnum peccatum, quod tam vili emplastro curatur, hoc sæpe accidit prælato, vt denudentur fœmora sua propter luxuriam. 2. Reg. nunciis Dauid truncantur tunicæ vsque ad nates, hoc fit quando vsque ad pudenda luxuriæ dehonestantur prædicatores. Inebriatio autem est cordis elatio ex profectu virtutum, vel abundantia temporalium. Verèdorum denudatio est infirmæ cogitationis demonstratio; dum humana prælati infirmitate conceptio gloriationis cogitatæ per quamlibet iactantiã, vel inanem gloriam, vel per aliquã humani excessus intemperantiam manifestatur.

Bern.

2. Reg. 10.

Tertio ratione filialis affectionis, id est, filiorum Noe circa ipsum: quia vnus filiorum verecundiam patris irrisit, & aliis notam fecit. Alij autem auersis vultribus eum operuerunt. In filio irridente signantur reprobi subditi, qui defectus prælatorum suorum deridẽt, & publicè detrahendo, & infamando, eorum excessus aliis pandunt: Sed in filiis cooperientibus, signãtur subditi boni, qui quasi pallium in humeris ponunt dum eorum infamationi resistunt. Greg. Quid est, quòd filij verenda patris superiecto dorsis pallio auersi venientes operiunt? auersari dicimus quòd reprobamus, bonis subditis sic propositorum suorum mala displicent, vt tamen ab aliis hæc occultent, operimẽtum auersi deferunt: quia diiudicantes factum; & venerantes magistros, nolunt videre, quia tegunt. Bern. Dissimulamus interim de magnis ecclesiarũ prælatis. Sic enim faciendum est pro reuerentia diuinæ ordinationis, non pro personarum meritis. Et si placet illis, vt euadant humana iudicia, cum durum iudicium in his qui præsunt fiat, nec est ridendum, sed flendum. Aug. Non sit delectatio minorum lapsus maiorum, sed casus maiorum sit minorum timor.

Aug.

Item Ecclesia fidelium figurata est in tabernaculo Moysi: nam per exterius tabernaculũ, quòd dicebatur sancta, figurabatur status fidelium veteris legis, vt dicit Apostolus. Quia ad Dei tabernaculum semper introibãt sacerdotes sacrificiorum officia cõsumãtes. Per interius verò tabernaculum, quòd dicebatur sancta sanctorum, vel cælestis gloria, vel status fidelium nouæ legis, quæ est quædam inchoatio futuræ gloriæ, in quem statum nos Christus introduxit. Introduxit etiã ipse nos in tabernaculum cælestis gloriæ per suam ascensionem in cælum, quod figurabatur per hoc, quòd semel in anno summus sacerdos in sancta sanctorum introibat, velum autẽ quòd erat intermedium, significabat occultationẽ spiritualiũ sacrificiorũ in veteribus sacrificiis, quod velum quatuor coloribus erat ornatum. Byssо quidem ad designandum carnis puritatem. Purpura ad designandas passiones, quas Sancti sustinuerũt pro Deo. Cocco bis tincto ad designãdum charitatem geminam, Dei, & proximi. In iacincto significabatur cælestis meditatio. Ad statum autem veteris legis aliter se habuit populus, & aliter sacerdos:

Hebr.

Nam

Nam populus ipsa corporalia sacrificia considerabat, quæ in atrio offerebantur. Sacerdotes vero rationem sacrificiorum considerabant, habentes fidem magis explicitam de mysteriis Christi. Et ideo intrabant in exterius tabernaculum, quod etiam quodam velo distinguebatur ab altero. Quia quædam erãt velata populo circa mysterium Christi quæ sacerdotibus erant nota, non tamen eis plenè reuelata, sicut postea in nouo testamẽto, vt habetur. Ep. 3

Eph. 3.

Eleemosyna, quæ lucernæ accensæ assimilatur, quo modo, quibus; & quãdo sit agenda, hic addiscitur.

Cap. XXI.

ELeemosynã hilariter dãs pro Deo, hilariter remunerabitur ab eo: quia Deus est similis speculo: Nã si quis arridet speculo, & speculum arridet ei. Et sic Deus ei qui hilariter dat, hilariter retribuit. Apost. Hilarem datorem diligit Deus.

2. Cor. 11

Itẽ eleemosyna assimilatur lucernæ, vel candelæ accensæ: Nam eleemosyna, quæ datur in vita, est sicut lucerna quæ præcedit aliquem, seruans eum vt non cadat in lutum, vel foueã. Sed quæ post mortẽ datur, est sicut lucerna quæ fertur post tergum, quæ non custodit quin cadat in foueã inferni. Item eleemosyna non debet dimitti propter aduersitatem, vel detractionem: Nam sicut semen gelu pressum, & retardatum, vberius fructificat; Sic aliquando eleemosyna, quæ aduersitate præmitur, maiorem habet remunerationem, quam illa quæ cũ prosperitate fouetur: & illa etiã cui detrahitur, quam illa quæ laudatur. Vnde Matth. Sit eleemosyna tua in abscondito.

Matth. 7

Item eleemosyna danda est indigenti: Vinea enim illa libentius sumptuosè colitur, quæ bonum vinum affert, quàm illa, quæ prauum, vel nihil. Sic pauperes magis inuitandi sunt, quàm diuites, quia remuneratio maior habetur: Melius enim est lucrari in stuppis, & borello, quam perdere in gemmis, & scarlato. Sic melius est dare pauperibus, & vilibus, quam diuitibus; de quibus in futuro nullum lucrum habebitur. Luc. Cum facis conuiuium aut cœnam, noli vocare amicos diuites.

Luc. 14.

Cæra, virgulæq; ac aliorum rerum exemplis naturalibus, quantum iuuenilis ætas senili pœnitentiæ aptior reddatur, faciliusq; tenera quàm caro dura dometur, breuiter ostenditur.

Cap. XXII.

AEtas iuuenilis aptior est disciplinæ, vel pœnitentiæ, quam senilis, quia mollior est & flexibilior, sicut cæra dum mollis est recipit impressionem sigilli, quam non ita recipit postquam induruerit. Sic etiam tenera virgula si curua fuerit, potest ad rectitudinẽ reduci, trabem autẽ nullus potest reducere. Sic quando contrarium gratiæ Dei occupauit hominẽ, s. peccatum, difficilius in eo gratia Dei recipitur, quia inuenit quod sibi repugnat. Sicut lathomus, vel pictor, non ita de facili sculpit vel pingit in lapide habente formam, sicut in lapide nudo & plano. Sicut etiam materia quæ habet aquam difficilius suscipit ignem.

Item si in tenera ætate caro non domatur, in senectute magis cõtumax efficitur, Stultus esset, qui nõ domaret equum suum vsquequo esset senex: sic qui nõ domat carnem suam in iuuentute sua, sed nutrit eam delicatè. Vnde non potest eam postea tenere, sed proiicit eum in lutum peccati. Pro. Qui delicate à pueritia nutrit seruum suum, id est, corpus, postea eum inueniet contumacem.

Prou. 25

Malos non absq; ratione interdum exaltari à Deo permittitur: immo id rationabiliter euenire exēplis declaratur.

Cap. XXIII.

EXaltatur interdū homo nō propter suum meritū, sed propter aliorum profectum: Capa enim pluuialis siue mātellus, non ideo supponitur cæteris vestibus, quia charior habeatur, sed vt sola deturpetur, & vt alia vestimenta custodiat. Et sicut fumarij, vel caminus, cæteris partibus & officinis domus altius eleuatur, non quia dignius aut charius, sed vt ipsum solum fumigetur, & per alias partes domus fumus non spergatur, nē scilicet deturpetur à fumo. Sic etiam interdum indignus ratione vitæ propter vtilitatem aliorum exaltatur, quia expedit vt vnus moriatur pro populo.

Item si vis ventilare granū cum palea, granum descendit, & palea ascendit: sed nō est palea super granum propter suum valorem, sed propter suam leuitatē. Sic sunt superbi super bonos. Et tamen dicitur. Matth. 3. quòd Matth. 3. dominus paleam cōburet igni inextinguibili, sed triticum congregabit in horreum suum, scilicet cælum.

Sanctorū virorū corda quas habeāt perfectiones, & quid in eis Spiritus sanctus feruor operetur, vnico vasis ænei exemplo clarum redditur.

Cap. XXIIII.

FEruor spiritus, quādo intus calescit in sanctis viris, non potest cohiberi quin ad exteriora prorumpat. Cuius exemplum est, quia si fiat vas æneū concauum habens paruum foramen supra, & aliud foramen in vētre parum maius, & habeat pedes, ita quòd venter nō tangat terrā, & implea tur aqua, & lignis optimis obstruatur vtrūque foramen, & ponatur in igne vehemēter calidos generabitur intus vapor, qui fortificatus erumpet per aliud foramen, & si erumpit desuper proiicit aquam super loca propinquā, si inferius proiicit aquā in ignē, & proiicit titiones, & carbones, & cineres calidos. Cor enim hominis sancti debet esse æneū per patientię soliditatem, cōcauū per humilitatē, superius perforatum & apertum, ad Dei contemplationem, licet hoc foramē sit paruū, quia parū de Deo possumus contemplari in hoc mundo.

Item debet esse perforatum, & apertum inferius ad dilectionem proximi.

Item à terra eleuatum per contemptum temporalium.

Item aqua sapientiæ repletum, & debent obstrui & claudi foramina, scilicet per custodiā sensuum. Tunc autem in igne vehementer calido ponitur, quando diuina eloquia meditatur, sicut. Psal. ait. Ignitum eloquium tuum vehementer. Vel quando meditatur de dolore passionis Christi, quia talis dolor renouatus in corde per memoriam meditantis, vehementissimè accendit, secundum illud Psal. Dolor meus renouatus est: concaluit cor meum intra me, & in medio mei exarsit ignis. Vnde tūc generatur vapor, id est, deuotionis feruor, qui superius per oculos proiicit aquam lachrymarū, Inferius autem ad proximos facit proiicere titiones, id est, ignita sanctorum exempla, & carbones, id est, feruentia verba, & cineres calidos, id est, humilia, & feruentia opera pœnitentiæ.

Tabernaculi Moysi cōstructio, ipsiusq; partiū omniū spiritualis significatio, per quas Christi fidelium status rectissimè figurare aperitur.

Cap.

Cap. XXV.

FIdeliũ Christi status figuratus est in tabernaculo Moysi. Nam totũ corpus abernaculi constabat ex quibusdam tabulis, in longitudine erectis, quæ quidem interius tegebãtur quibusdã cortinis ex quatuor coloribus variatis, scilicet de bisso retorta, & iacincto, & purpura, cocco bis tincto: sed huiusmodi cortinæ tegebant latera solũ tabernaculi. In tecto autem tabernaculi erat operimentum vnum de pellibus iacinctinis. Et super hoc aliud de pellibus arietum rubricatis, & desuper tertium de quibusdã sagis cilicinis, quæ non tantũ operiebant tectum tabernaculi, sed etiam descendebant vsq. ad terram, & tegebant tabulas tabernaculi. Per tabulas igitur, ex quibus constructum fuit tabernaculũ, signabantur fideles Christi, ex quibus construitur ecclesia. Tegebãtur autem tabulæ interius cortinis quadricoloribus, quia fideles interius ornantur quatuor virtutibus: Nam in bisso retorta, vt glosa dicit, designatur caro castitatẽ retinens. In iacincto mens superna cupiens. In purpura caro passionibus subiacens, in cocco bis tincto mẽs inter passiones Dei, & proximi dilectionem refulgens. Per operimenta vero tecti designantur prælati, & Doctores, in quibus debet renitere cælestis cõuersatio, quæ signatur per pelles iacinctinas, promptitudo ad martyrium, quam signant rubricatæ pelles, austeritas vitæ, & tolerantia aduersorum, quæ signantur per saga cilicina, quæ erãt exposita vẽtis & pluuiis, vt dicit glosa.

Item nota, quòd fideles Christiani antiqui fuerunt feruentioser modernis, sicut vinum vetus calidius nouo. Dicitur in libro de vindemiis, quòd nouum vinum frigidius est propter terre-streitatem, & aquositatem: Vetus enim vinum calidius, & fortius, & magis odoriferum, quod enim in eo erat aquosũ, tempus cõsumpsit. Sic antiqui Sancti caruerunt terre-streitate auaritiæ, & aquositate luxuriæ. Vnde fuerunt feruentiores in amore, fortiores in persecutione, & redolẽtiores in conuersatione. Eccl. Vinum nouum &c. Eccle. 9.

Diuinæ iustitiæ flagella, quæ sagittis comparantur, quantum nobis prosint, quotque modis, & cur interdum Deus animã & corpus vulneret vt ad salutem reuocet, variis ostenditur similitudinibus.

Cap. XXVI.

FLagella diuinæ iustitiæ assimiliantur sagittis, ex eo quòd sagittarũ more percutiẽdo prosternũt: Nam dũ corpus vulnerant, spiritũ humiliant. Vnde Iob. 6. dicitur. Sagittæ domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritũ meũ. Quid enim est spiritus hominis nisi spiritus elationis. Sagittæ ante domini spiritũ ebibunt, cum supernæ animaduersionis sententia afflicti mentẽ ab elatione compescunt. Iob. 6.

Item sagittæ domini spiritum hominis ebibunt, quia intentum exterioribus introrsus trahunt.

Itẽ sagittarum indignatio spiritum hominis ebibit, quia supernæ sentẽtiæ electos, quos in peccatis inueniũt, dũ vulnerant immutant, vt dum tiam suã tranfixa mens deserat, atque ex salutifero vulnere sanguis cõfessionis currat; pensant namque vnde lapsi sunt, pensant à quanta beatitudine ad quæ corruptionis suæ tormenta ceciderunt: & non solum gemunt in his quæ sustinẽt, sed insuper metuunt hoc quod districtus iudex delinquentibus de gehẽnæ ignibus comminatur.

Digitized by Google

Vnde iustorum mens nō solum perpēdit quod tolerat, sed etiam pauet quod restat, videlicet qualia in hac vita patitur, metuit ne post hanc grauiora patiatur, sicut Gregorius dicit.

Item flagellū, & percussio Dei, est ad animæ salutem, eo modo quo medicus vulnerat ad corporis sanitatē Vnde Iob: Ipse vulnerat, & medetur, percutit, & manus eius sanabunt. Vbi Gregor. dicit, quod duobus modis omnipotens Deus vulnerat quos ad salutem reducere curat, aliquando enim carnem percutit, & mētis duritiam suo pauore tabefacit. Vulnerando ergo ad salutem reuocat, cū electos suos affligit exterius vt interius viuant. Vnde per Moysem loquitur dicens: Ego occidā, & ego viuere faciā: percutiam, & ego sanabo: Occidit enim, vt viuificet, percutit, vt sanet. Quia idcirco foras verbera admouet, vt intus delictorū vulnera curet. Aliquando autem si flagella exterius cessāre videantur, intus vulnera infligit: quia mentis nostræ diutiā suo desiderio percutit, sed percutiendo sanat, quia terroris sui iaculo trāsfixos ad sensum nos rectitudinis reuocat: Corda enim nostra malè sana sunt, cū nullo Dei amore sauciantur, cum peregrinationis suæ æruminam nō sentiunt, cum erga infirmitatē proximi quamlibet, nec minimo affectu languescunt, sed vulnerantur vt sanentur, quia amoris spiculis mētes Deus insensibiles percutit, moxq. has sensibiles per ardorē charitatis reddit. Vnde ei sponsa in Cant. dicit: Vulnerata charitate ego sum: malè enim sana anima, atq. in huius exilij cæca securitate prostrata, nec videbat Dominum, nec videre requirebatur, percussa autē charitatis eius spiculis, vulneratur in intimis affectu pleratis, ardet desiderio contemplationis, & miro modo viuificatur ex vulnere, quæ prius mortua iacebat in salute; æstuat, anhelat, & iam videre desiderat quē fugiebat: Percussione enim ad salutē reducitur, quæ ad securitatem quietis intimæ amoris sui perturbatione reuocatur.

Iob. 5. Grego.

Gant. 4.

Dei gratiæ distinctio, effectus & perfectio, quæ mœnibus, ciuitatisque munitionibus assimilatur, quemadmodū in anima infundatur exprimitur.

Cap. XXVII.

GRatia Dei non infunditur animæ, nisi prius sit purgata, & munda: Nam sicut in pergameno, nisi prius rasum fuerit, non scribitur, ita cordi humano nisi prius purgatū fuerit gratia non infunditur. Bet. Balsamum est gratia Dei, vas purissimum requirit.

Itē herbæ malæ & spinæ, prius eradicantur à terra, quàm seratur triticū. Sic cogitationes, & actiones malas prius amouere debemus à nobis, si nos volumus esse agri Dei, & gratiæ semē suscipere, & fructū bonū ferre. Hiere. Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas, id est, super peccata. Hier. 3.

Itē gratia Dei assimilatur mœnibus, & munitionibus ciuitatis. Mœnia autem in vrbibus pro ornamento sunt, munitiones pro defensione, vt Greg. dicit: Mœnibus enim assimilantur gratiæ gratis datæ, sicut prophetia, doctrina, gratia linguarum, virtus curationum: quæ licet animā ornent, tamen sine eis anima stare potest, munita per fidem, & iustitiam. Sed gratia gratū faciens, ex qua est fides, spes, charitas, & cæteræ necessariæ virtutes, assimilatur munitionibus: quas si hæc habere negligimus, hostilib. insidiis patemus, vt Grego. dicit. Et Grego.

de his

Thre. 2. de his mœnibus, & munitionibus dicitur Thre. 2. Factus est dominus velut inimicus, præcipitauit in Israel mœnia eius, dissipauit munitiones.

Quo pacto humilitas in tentationũ impetu corroboret fideles, cæteraſq; in virtutes conſeruet, Roſarum oleaq. ſimilitudine indicatur.

HVmilitas cogitationũ firmat bene operantes cõtra motum tentationũ: Cuius exemplum apparet in roſis ſiccatis, & puluerizatis: quia puluis roſarũ ſiccarum, vt dicit Plinius, dentes mobiles firmos efficit: puluis quippe roſarũ, eſt humilitas mẽtium ſiue cogitationum. Dentes autem qui aliis membris cibum ſiue nutrimentum præparant terendo, ſunt actiui, qui proximorum nutritioni ſiue ſuſtentationi ſeruiunt. Vel prædicatores, qui aliis cibum ſpiritualem verbi Dei terendo, vel exponendo præparant, & porrigunt. Vt ergo hi dentes firmẽtur, ita vt tentationum vel ſuperbiæ impulſu non moueãtur, oportet quòd puluere roſarum, id eſt, humilitate cogitationum teneantur.

Item humilitas conſeruat virtutes, ſicut olla rudis conſeruat roſas virides: Dicit enim Palladius quod illi qui volunt roſas ſeruare virides, in rudi olla conditas, & bene munitas, ſub diuo obruũt ac reſeruãt. Et quid eſt roſas ſeruare viridis in virore, niſi tenere virtutes in ſuo ſpirituali vigore? quæ tunc in olla rudi recondũntur, quando ſub inculta conuerſatione & humili abſcondũntur. Sed tunc bene ſub diuo obruuntur, cum in humilem mentẽ cõcluſæ, per oſtentationẽ vel iactãtiam ad publicum non ducũtur, ſecundum illud Matt. Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Sed quia humilitas vera nequaquam eſſet, quæ opportuno tẽpore virtutes abſcõditas id eſt, ab opere vacuas, ſeu ocioſas teneret: Oportet iterum ipſas virtutes ſic ſeruare in mẽte humili, quemadmodũ & roſæ recẽtes in cãna viridi ſeruãtur: Dicit enim idem Pall. quòd roſas nõdũ patefactas ſeruabis, ſi in canna viridi ſtãte fixa reducas, ita vt fixam creſcere patiaris, & eo tẽpore cãnas recidas quo roſas virides habere volueris. Quid autẽ eſt cãna viridis, niſi mẽs virtuoſa, & humilis, quæ ſemper, ſcilicet in bono opere creſcit, & tamen intus à ſuperbiæ ſpiritu vacua exiſtit. In hac roſæ nondum apertæ, i virtutes nõdum prolatæ. ſic ſunt abſcõndendæ hominib. vt tũ eis tẽpore cõgruo ad exercẽda ſpiritualia opera nõ denegetur egreſſus.

Palad.

Matth. 6

Quinque contra inconſtantis hominis naturam, ac ad peccandum proclivitatem remedia apponuntur, ſingulaque exemplis non obſcuris corroborantur.

Cap. XXIX.

INconſtans & leuis homo cedit omni tentationi. Nam ſicut gallus ſupra pinnaculum eccleſiæ cuilibet vento ſe vertit, ſic quoque homo inconſtãs cuilibet cedit tentationi. Iob. Tollet eum ventus vrens, & auferet de loco ſuo: paleam enim tollit ventus, non granum. Iob. Erunt ſicut palea ante faciem venti, & ſicut fauilla quam turbo diſpergit. Poma putrida, & vermiculoſa, cadunt de arbore ad modicum ventum, ſed ſana bene ſe tenent. Sed nota, quòd ſecundum Palla. contra caduca poma, ſpecialiter perfici, poteſt adhiberi remediũ. Nã ſi poma Perſici incipiãt eſſe caduca, radices eius

Iob. 26.

Iob. 21

Palad.

Digitized by Google

tum securi, aut alio instrumento findere debes, & fissuris eius trũcos factos de pino imprimere, vel foraminibus cum terebello factis clauos ex salice factos cum malleo fortiter infigere. Quid igitur sunt caduca Persici poma, nisi inconstantium hominum infirma opera, vel recidiua peccata? Et quid est radicem arboris securi findere, nisi memoria mortis mẽtem hominis exercere? Matth. Iam securis ad radicem arboris posita est: Succidit enim ipsa mors hominem velut securis arborem, sed quia radix arboris, est ipsa mens; vel cor hominis, ad quam dum scissio securis, id est, consideratio mortis reducitur, peccatum euitatur, secundum illud: Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Sed quasi fissuræ securis truncus pini, quæ est arbor semper virẽs, inseritur, dum eiusdem mortis memoriæ futuri seculi, quod semper manet, cogitatus adiungitur: sed quasi foramen terebelli, est timor diuini iudicij, quasi vero salicis clauus, est æterni supplicij reatus: quia sicut salice vitis ligatur ad palum, sic ex peccati perpetratione anima obligatur ad supplicium: quasi autem mallei percussio, est diuini verbi auditio. Hiere. Sermo Dei quasi malleus conterens petras. Habes ergo multiplex remedium contra caducum pomum, id est, contra inconstantis hominis opus reciduum, quorum primum est timor mortis, per quam peccatum finitur. Secundum est consideratio æternę beatitudinis, quæ per peccatum amittitur. Tertium est diuini timor iudicij, cui peccator assistitur. Quartum est timor gehennæ, qua peccatum punitur. Quintum est auditus diuini verbi, ex quo peccator conteritur.

Matth. 4

Eccl. 7.

Inferni ingressus qui domus Dedali, & nassa comparatur, quantum damnatis sit facilis, gradusq; reuocatio difficilis, auctoritatibus, exemplisq; confirmatur.

Cap. xxx.

INfernus assimilatur domui Dedali, cuius facilis est ingressus, sed negatur egressus, & est sicut nassa, quam faciliter intrant pisces, sed exitus est impossibilis. Virgilius: Facilis descensus Auerni. Noctes atque dies patet atri ianua Ditis. Sed reuocare gradum, superasque euadere ad auras, Hoc opus, &c. Sap. Non est agnitus qui sit reuersus ab inferis. Sed nota hoc, quòd exitus de inferno potest dupliciter intelligi. Vno modo ita, quòd simpliciter inde aliquis exeat; ita vt iam amplius eius locus non sit infernus: & sic nullus inferno finaliter deputatus, inde exire potest. Iob. Qui descendit ad inferos, non ascendit. Alio modo potest intelligi, vt exeat inde ad tempus, & sic secundum ordinem diuinæ prouidentiæ permittuntur aliquando damnati viuentibus apparere ad eruditionem eorum, & terrorem, non autem frequenter hoc accidit.

Virgi.

Sap. 2.

Iob. 13.

Primò, quia damnati ita sunt pœnis oppressi, vt de sua miseria magis doleant quam curent aliis apparere.

Secundo, quia hoc nõ possunt, nisi diuinitus permissi: neque etiã, quando sic apparent damnati, sunt liberi à pœna inferni, quia locus inferni cedit in pœnam vel dolorem animæ, ex eo quod tali loco deputata est: ab hoc autem non absoluitur quamuis ad horam exire permittatur, sicut nec captiuus absoluitur à carcere, vel à vinculis, ex eo quod ad horam exeat. Vnde pœna inferni, siue dolor, manet in anima etiam extra infernum. Et quamuis damnati aliquando

Digitized by Google

aliquādo præsentialiter sint in loco vbi apparent, non tamen credendū est, quod hoc accidat semper: quia aliquādo huiusmodi apparitiones fiunt, vel dormiendo, vel vigilando, operatione bonorū vel malorum spirituū, ad instructionem vel deceptionē viuentiū, sicut etiam aliquando viui homines aliis apparent, & eis multa dicunt in somniis, cùm tamē cōstet eos non esse præsentes, sicut Augustinus per multa exempla probat in libro de cura pro mortuis agenda.

Plura in Moysi lege meritò reputabātur immūda, cuius rei rationes assignantur, per quas mentis immunditia varietas metaphorice aperitur.

Cap. XXXI.

IMmunditia mentis repræsentabatur in lege Moysi per immunditiam domus, & vestis, & vasis: Nam in lege veteri reputabatur immūda domus, vel vestis, quæ erat leprosa: vel vas quod non habebat operculū vel ligaturā. etiam dicebatur immundum. Dicebātur ergo domus, vel vestes leprosæ per similitudinē: quia sicut in corpore lepræ morbus est ex humore corrupto putrefaciente carnem, & corrumpēte, ita etiam propter aliquam corruptionē, & excessum humiditatis, vel siccitatis, fit aliquādo corruptio in lapidibus, vel vestimento. Et ideo hāc corruptionē lex vocauit lepram, ex qua domus, vel vestis immunda iudicabatur, tum quia omnis corruptio ad immunditiam pertinebat, tum quia cōtra huiusmodi corruptionem Gentiles Deos ponentes colebant. Et ideo lex præcipit huiusmodi domus, in quibus esset talis corruptio perfricans, destrui, & vestes comburi, ad tollendā idololatriæ occasionē. Vasa etiam quod non habebāt operculum, vel ligatulā desuper, reputabātur immūda, quia in talia vasa de facili poterat aliquid immūdū cadere, vnde poterat immundari.

Item valebat hoc ad vitandum idololatriam: Credebāt enim idololatræ, quòd si mures, aut lacertæ, vel aliquid huiusmodi dū immolabant idolis, citò caderent in vasa, vel in aquas, quòd essent diis gratiosa. Vnde etiā adhuc aliquæ mulierculæ dimittunt discooperta vasa in obsequium nocturnorum numinum, quæ ranas vocant.

Figuraliter autē per lipram domus significatur immunditia cōgregationis hæreticorum. Per lepram verò in veste linea, significatur peruersitas morū ex amaritudine mentis: Per lepram vestis laneæ, significatur peruersitas adulatorum. Per leprā verò in stamine, significantur peccata carnalia: Sicut enim stamen est in subtegmine, ita anima in corpore. Per vas autem quod non habet operculum, vel ligaturā, figuratur homo qui nō habet aliquod velamē taciturnitatis, qui non constringitur aliqua censura disciplinæ.

Hominis impatientis querula natura, per nonnullorum animantium irrationabilium exempla apertè monstratur.

Cap. XXXII.

IMpatiens homo semper est querulus, sicut currus qui semper stridet, siue sit in bona via, siue in mala: imo quāto melius habent quidām, tanto magis murmurant. Vnde sunt sicut anser, qui quando extra domum est ad ventum & pluuiam, nō pipat, sed tacite quærit victum suum, sed quando est in domo, vadit pipando per domum, cùm tum melius habebat quàm extra. Et sicut gallina, quæ vadit clusando,

Digitized by Google

& ſicut auis in cauea quæ ſatis habet ad comedendũ, & tamẽ ad quodlibet foramen trahit caput ſuum, cupiens exire: & ſicut incluſus porcus qui ſemper grunit, & nõ vult ſtare in pace. Prouerb. Garrula, & vaga, quietis impatiens, ſcilicet talis perſona. Prou. 7.

Vnde dicatur Inuidia, inuidiq; homines natura quã ſit prana, auctoritatibus & exemplis edocetur.
Cap. xxxii.

INuidus homo de profectu aliorum deficit, ſicut ignis græcus qui in aquis ardet, & ſeipſum conſumit ſicut ignis conſumit ligna. Nec poteſt bona aliorum videre, ſicut Heli, qui non poterat videre lucernam donec extingueretur, vnde inuidia dicitur, à non videndo, quia non poteſt videre bona aliorum. Et hæc diſplicentia boni quæ eſt in inuidia, poteſt notari per viſionem interiorem, vel exteriorem, ſicut vult Senec. dicens: Quicquid mente fugimus, iniectis oculis videmus. Grego. Mens inuidi cum de alieno bono affligitur, quaſi de radio Solis obſcuratur. Item inuidus qui de bonis aliorũ torquentur, bona cooperantur in malum, ſicut econtra bonis mala cooperantur in bonũ. Vnde ſunt inuidi, quaſi quidam artifices praui, vtpotè, quia aurum conuertunt in cuprum, gemmas in lutum, granum in paleam, vinum in aquam, mel in fel, diem in noctem, gaudium in mœrorem, roſam in palliurum, balſamum in ſtequilinium, electuarium in venenum. Iſa. Væ qui dicitis bonum malum. Sene. Grego. Iſa. 5.

Hypocritæ falſis libris comparantur, quoniam in hac vita difficulter cognoſcuntur, eoſq; à Deo interdum puniri ſimbraduæ non obſcura explanatur.
Cap. xxxiii.

HYpocritarum conſcientiæ aſſimilantur libris falſis, quorum falſitas non agnoſcitur quamdiu clauſi tenentur, ſed quando aperiuntur, & leguntur. Sic quiã in vita iſta conſcientiæ clauſæ ſunt, ideo in hoc mundo multi hypocritæ non cognoſcuntur, ſed in iudicio, quando libri aperti erunt, tunc literæ eorum, id eſt, opera falſa apparebunt. Et ideo ipſi hypocritæ, vt falſarij iudicabũtur. Apoc. libri aperti ſunt, & iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant in libris. Apoc. 20

Item hypocritæ ex diuina ſententia quandoque feriuntur, & deteguntur, & deiiciuntur, vt ſcilicet in melius immutẽtur. Dicunt enim periti agrorum cultores, quòd ſi poma arboris putreſcant, & efficiantur rugoſa, tunc oportet, quòd cortex eius vbi ſanus eſt, cum culello acuto aperiatur, & cùm inde modicus humor effluxerit, tunc ſtercore tẽ circũda, & vulnus obſtrue diligẽter cũ argilla, & ita poma producentur ſana. Quid autem ſunt poma putrida, vel rugoſa, niſi hypocritarum corrupta vel malitioſa opera. Hæc autem in melius immutantur, cum gladius diuinæ ſententiæ exteriorem corticem qui ſanus videtur, id eſt, fictam apparentiam, qua bonus credebatur, percutit, & aperit, id eſt, ex ipſa percuſſione, quiã ficta eſſet, patefacit. Tunc modicus humor, ſcilicet apparentis deuotionis abſcedit. Tunc ſtercoribus circundatur, quia ab hominibus circumquaque vilipenditur. Sed tamen ſi argilla, id eſt, humili pœnitentia, vulnus cordis obſtruitur, protinus ſanatur, ita quod faciat opera ſana quæ prius faciebat corrupta. Matth. Facite fructus dignos pœnitentiæ. Matth.

Homi-

Digitized by Google

Homines iracũdos domui lignea comparari, & diabolum perperam rationis oculos caligare, quaq; via homines ira impetus habeãt regulare enucleatur. Cap. XXXV.

IRacundi hominis mens est sicut domus lignea, Accidit. n. homini domum ligneam habẽti, quòd in vespere diues est, & in mane nihil habet, quia ignis omnia sibi abstulit. Sic homo ad sibilum vnius verbi, gratiã Dei & omnia spiritualia perdit, dum in
Eccl. 2. iram, vel odiũ cadit. Eccl. Væ his qui sustinẽtiam perdiderunt. Item est, sicut olla nimiũ ignem habẽs, quæ ebulliendo emittit quicquid
Prou. 15. in ea est. Pro. Cor stultorũ ebullit stultitiam: quia quicquid sentit in corde, profert ore.

Item ira cæcat oculũ mentis, & ideo sicut equo operiuntur oculi vt circumeat ad molendinum, ita diabolus excecat hominẽ per irã, & sic excecatum ducit quocunq; vult. Ita Philistei Samson excæcauerunt, & postea fecerunt eum ire ad molam, id est, ad peccatum
Iob. 17. circuire. Iob: Caligauit ab indignatione oculus meus.

Item diabolus facit sicut piscator, qui turbat aquã, vt pisces non videntes, nassam intrent. Sic diabolus turbat hominem, vt peccatum non agnoscens adimpleat.
Soph. 1. Soph. Tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci.

Item nota, quòd ira faciliter vitatur, vel superatur, si prius animus per prouisionẽ sit armatus, sicut miles securius hostẽ accipit, quem ante se armando præuidit.
Grego. Vnde Gre. dicit: Mens aduersa venientia tanto securius excipit, quanto se cautius ex præscientia armauit: Qui enim improuidus ab aduersitate deprehẽditur, quasi ab hoste dormiens inuenitur, eumq; citius inimicus necat, quem ante repugnationem præfocat: nam qui mala eminentia per solicitudinem prænotat, hostiles incursus quasi insidiis vigilans expectat. Solerter ergo animus ante actionis suæ primordia, cuncta debet aduersa meditari, vt cogitãs semper cõtra hæc, thorace patientiæ munitus, & quicquid accipit prouidus superet, & quicquid non accesserit lucrum putet. Item ira quæ est per zelum iustitiæ, primo oculum actionis perturbat, sed postea clarificat, sicut infirmãti oculo cũ collyriũ immittitur lex penitus negatur, sed inde eam post paululum veraciter recipit. Vnde hanc ad tempus salubriter amittit, sicut dicit Gre. Sed notandum, quòd ipsum collyrium posset sic oculo immoderate infundi, quòd oculus cæcaretur. Sic etiam zelo nimio oculus mentis cæcatur, si rationis præuenientis moderamini non subdatur. Et ideo cũ per zelum animus mouetur, curandum summopere est, ne hæc eadẽ quæ instrumento virtutis assumitur, mẽti ira dominetur, ne quasi domina præeat, sed velut ancilla ad obsequium parata à rationis tergo nunquam recedat.

Tunc enim robustius cõtra vitia erigitur, cũ subdita rationi famulatur, vt idem Grego. dicit.

Iudicij dies, in quo iustè Dei electi suorum operũ gloriosum fructũ, reprobiq; pœnam adepturi sunt, æternam, regni porta vocatur, idq; porta exemplo confirmatur. Cap. XXXVI

IVdicij dies assimilatur portæ: Nam sicut vrbis aditus porta dicitur, ita & dies iudicij porta regni, quia per eum ab electis patriæ gloria intratur. Hanc portam sancta electorum ecclesia, securè ac lætanter adibit, quia ibi suorum operũ, & laudẽ suscipiet, & retributionem videbit, secundũ illud Pro. Date ei de fructu ma- Prou. 31.
nuũ suarũ, & laudẽt eam in portis opera eius. Tunc quippe sancta eccle-

Digitized by Google

ecclesia de fructu manuum suarū percipit, cum eam ad percipienda cælestia laboris sui retributio attollit. Tūc eam sua opera in portis laudant, quando eius membris in ipso regni auditu dicetur: Esuriui, & dedisti mihi manducare: sitiui, & dedisti mihi bibere, &c. Matt.25. Econtra autē reprobi tremētes ad hanc portam perueniēt, quia ibi sunt conterendi, secundum illud: Conterentur in porta, & non erit qui eripiat. Filij enim huius seculi ante portam elati sunt, sed in porta conterentur: quia scilicet amatores mundi in præsenti vita superbiunt, sed in ipso regni aditu æterna aduersitate frientur. Vnde & subditur: Et non erit qui eripiat. Illos quippe veritas ab æterna aduersitate eripit, quos in tēporaliū prosperis per disciplinam premit: Qui enim hic renuit premi, tunc non valet eripi, quia iniqui eum quem per disciplinam negligunt habere patrē, afflictionis suæ tempore per aditorium non inuenient creatorem. Iob. 5.

Pluribus naturalibus exemplis, & pulcherrimis, cur à multis iniqui iudicium committatur temerarium, aperitur.

Cap. XXXVII.

IVdicium suspitiosum, & temerarium, procedit quandoq; ex corruptione iudicantis, quia iudicat alium secundū quod sentit in se: Metallum enim quando funditur, qualem in modulo reperit formam, talem sibi assumit. Vnde sic qui formā cordis sui habent deformatam, quicquid inciderit, totū inuenitur corruptū & deformatum. Sicut etiam in vase corrupto quicquid infunditur inuenitur corruptū. Sūt etiā tales similes infirmis, quibus cibus quādoque sapidus, & bonus videtur amarus. Et hoc nō est ex vitio cibi, sed ex corruptione palati. Sic iudicium malū non ex facto proximi, sed ex corruptione iudicantis procedit. Item baculus in aqua positus videtur cōfractus propter reflexionē virtutis.

Item turres, & montes iuxta aquam videntur transuersi. Eodem modo cordi eransuerso &, vitiato omnia videntur vitiata & transuersa. Vnde Eccles. Stultus in via ambulans, cū ipse stultus sit, omnes stultos æstimat. Item semper credit latro quòd omnes sint erismiles. Grego. Omnis homo secundum se alterum iudicat. Vnde quicquid in bono corde cadit, in eorum bonum & dulce efficitur, sicut apis quæ amaros & venenosos succos in mel conuertit. Eccl. 10. Grego.

Compunctionis lachrymas mētis ægritudinē sanare, ac æternæ mortis sententiā delere, quibusdā naturalibus exemplis, præcipuèq; Iordanis similitudine eruditur.

Cap. XXXVIII.

LAchrymæ cōpunctionis delent sententiam, & scripturam mortis, nam sicut literæ delentur aqua, vel alio liquore, sic lachrymæ delent literas mortis quas diabolus scripsit manu propria: Qui enim peccat, tradit ei quasi chirographum. Lachrymæ enim delent delicta, quæ pudor est confiteri, vt dicit Aug. Auguſt.

Item lachrymæ humilis compunctionis sanant ægritudinem mentis: Dicit enim Palla. quòd si arbor mali citonij efficiatur ægra, amurca aquæ æqualiter mixta radicibus eius debet infundi, & sic sanatur. Tunc enim citonij arbor ægrotat, quando mens alicuius probi viri, aut vitij alicuius passione, aut tentationis læsione laborat. Cui sanitas procuratur, si cordis eius radicibus, id est, cogitationibus, seu affectionibus, amurca aquæ mixta infundatur. Pallad.

Quid

Quid autem per amurcam accipere debemus, niſi humilem conſiderationē proprij defectus? Nam ſicut oleum ſuperiora vaſis petit, ſic amurca ad imum, id eſt, ad fundum deſcendit. Vnde ſicut per oleum ſuperiora petens, intelligitur deuotio qua quis eleuatur in cōtemplationē Dei, ita per amurcam ſignificatur humilitas qua quis deſcendit ad cōſiderationem defectus & reatus ſui. Et quaſi amurcæ aqua miſcetur, dum ex ipſa cogitatione ſuæ malitiæ lachrymarum compunctio generatur. Dumq; humiliata atque cōpuncta mens lachrymarum largo imbre perfunditur; quaſi ſalubri quadam medicina purgata à ſuo languore ſanatur. Vnde dictum eſt 4. Reg. 5. Naaman Syro. Lauare in Iordane, & recipiet ſanitatem caro tua? Nam Iordanis interpretatur deſcenſio, vel rium iudicij. Vnde ille in Iordane ſe lauat, qui humiliter ſeipſum diiudicans, lachrymis ſe purgat. Et hæc eſt lotio Iordanis, quæ ſanat languorem mentis.

Cur diabolus, hominis perpetuus hoſtis, ſedulo in vobis ignē incendat luxuriæ, diuerſimode oſtenditur.
Cap. XXXIX.

LVxuriæ ignem non ſuccendit Deus, ſed diabolus: Sicut enim faber, quando non poteſt ferrum ad voluntatem ſuam ducere, illud in ignem mittit, & exſufflat tantū, quòd calefactum ducit ad libitum ſuum. Sic facit diabolus quando non poteſt aliquem ducere ad peccatum, calefacit eum igne luxuriæ, vt eum ſic flectere poſſit ad peccatum. Iſa. Iſa. 54. Creaui fabrum ſufflantem in igne prunas, & proferentē vas in opus ſuum. Succenditur ignis flatu folliū, id eſt, ſuggeſtione vetulatum, quę ſunt quaſi ſufflatoriū diaboli ad accendendum ignem luxuriæ. Hier. Ollam ſuccenſam ego video, id eſt, vetulam nigram: Olla enim quantūcunq; alba ſit, ſi tamen ponitur ſæpe ad ignē, denigratur & ſic anima per luxuriæ frequentiam. Thren. Denigrata eſt ſuper carbones facies eorū. Olla bulliens ſi non haberet ſiſi vnam ſabam, eam ſuperponeret, & monſtraret. Sic luxurioſi luxuriam cohibere non poſſunt quin ſaliat, aut per os turpe loquendo, vel cantando, aut per oculos impudicè reſpiciendo, aut per tactum vel ornatum, ſicut de domo incenſa exit ignis per feneſtras, & oſtia. Hier. 1. Thren. 4.

Manſuetudo quæ animam, vt antemurale in periculis conſeruat, hominiſq; gratiam conciliat, quantum Deo grata ſit, exemplis clarorum efficitur.
Cap. XL.

MAnſuetudo animā ſeruat, quia eſt ſicut antemurale in caſtro animæ, lapides durorum verborū leuiter excipiens, & omnes ictus ſuſtinens, & homines à læſione cuſtodiens. Sicut ergo vaſa vitrea inuoluūtur in fœno, vel in alia molli re, vt ſic à cōfractione ſeruentur. Sic quoque anima in manſuetudine cōſeruatur. Eccl. Eccl. 10. Fili, in manſuetudine cōſerua animam tuam. Manſuetudo eſt Deo, ſicut culcitra molliſſima cum lectulo florido conſcientiæ. Cant. Cant. 1. Lectulus noſter floridus. Vnde ſicut homo libentius dormit in lectulo molli quam in duro, ſic Deus in corde manſueti quia in pace factus eſt locus eius.

Item manſuetudo gratiā hominibus impetrat: Nā ſicut adamas trahit ferrū, ſic manſuetudo corda hominum. Ezec. Vt adamantem & ſilicem dedi faciem tuam. Ezech. 3. Eccl. Fili, in manſuetudine opera tua perfice, & ſuper hominum gloriam diligeris. Eccl. 3.

Men-

Digitized by Google

Mendacium, quod veneno, & falso denario varijs de causis assimilatur, quantũ sit graue peccatum, quamq́ pœnã mendaces iure patiantur, describitur.

Cap. XLI.

MEndacium est, sicut quoddam venenum, tantæ efficatiæ, quod in ipso ore existens, hominem interficit. Sap. Os quod mentitur, occidit animam. Sap. 1.

Item mendax homo similis est falso denario; Nam tantum præualet homo verax mendaci, quãtum denarius verus falso: Vnde sicut bonus denarius valet centũ falsos, Sic homo verax centũ mẽdaces. Magna stultitia, quia volũt omnes homines denarios esse veros & bonos, & displicet eis multũ si inueniunt vnum falsum. Vnde plus videntur diligere denarios, quàm seipsos: quia cum ipsi sint falsi, volũt tamẽ denarios esse veros, & sic volũt eos esse meliores seipsis. Pro. Cor impiorum pro nihilo. Et sicut denarium falsum nullus vult recipere, ita nec homini mendaci vult aliquis credere. Et ideo mẽdaces hac pœna puniuntur; quia nec verũ eis creditur. Et insuper alia pœna, quia nec ipsi credunt aliis, quia iudicant alios secundũ seipsos, scilicet mendaces.

Mortis meditatio, quomodo sit vitæ spiritualis gubernatio, ex regiminis nauis exemplo comprobatur.

Cap. XLII.

MOrtis meditatio valet ad vitæ directionẽ: Qui enim vult nauẽ suam gubernare, debet se ponere in fine nauis, & ante se nauem dirigere, & pericula euitare. Sic qui vult vitam suã gubernare, debet se ponere in fine vitæ suæ meditatione, vt possit ad bonum exitum nauẽ suam, id est, vitam dirigere. Sen. Cõsidera quam pulchra sit res ante mortem vitam suam consumere, deinde secure expectare reliquã sui temporis partem. O quam solicitè longe nautę sibi prouident de nauis directione, quãdo habent malum passum transire. Sic quilibet debet sibi prouidere ante, quomodo possit periculosum passum transire mortis, quia illic naues pertransibũt, scilicet animæ, per arctum foramen mortis.

Item mors pessima hominum peccatorũ firmat, & stabilit sanctos viros in bono? Dicit enim Pallad. quod columbæ non pereunt, nec deserũt locũ siue columbariũ suum, si per fenestras aliquid de strangulati hominis vinculo, aut fune suspẽdatur. Tũc autẽ columba in fenestra sua habet funem strangulati hominis, quando in memoria & cõsideratione sua habet malum exitũ hominis peccatoris, quo prospecto nidum suum non deserit, quia bonam cõscientiam relinquere nõ præsumit. Grego. Festina consolatio bonorum est, consideratus finis malorum. Pallad. Grego.

Moysi tabernaculum quoad singulas eius partes distinctè describitur, quæ quidem totam mundi machinam optimis similitudinibus significare videtur, in quibus pariter quamplurima aperiuntur arcana.

Cap. XLIII.

MVndi totius vniuersias repræsentabatur in tabernaculo Moysi: Nam illud tabernaculũ distinguebatur in duas partes. Quarum vna dicebatur sancta sanctorum, quæ erat Occidentalis, Alia vocabatur sancta, quæ erat ad Orientem. Et iterum ante tabernaculum erat atrium, & inter vtrunque tabernaculum erat velum quatuor colorum.

Item interiora tabernaculi latera te-

tera tegebantur cortinis diuersorum colorum, & supra tabernaculum erat tectum habens tres cooperturas. Pars igitur illa quæ dicebatur sancta sanctorum, significabat seculum altius spiritualiũ substantiarum. Pars vero quę dicebatur sancta, signabat mũdũ corporalem. Velum distinguens inter vtrunque, erat ex quatuor coloribus, per quos quatuor elementa designãtur, scilicet byssò per quã designatur terra, quia byssus, id est linum, de terra nascitur: purpura per quam designatur aqua, quia fiebat purpureus color ex quibusdã conchis quæ inueniuntur in mari: Iacincto per quẽ signatur aër, quia habet aëreũ colorẽ: & cocco bis tincto, per quem signatur ignis. Et hoc ideo, quia in materia quatuor elementorum est impedimẽtum per quod velantur nobis incorporales substantię, & ideo interius tabernaculum, id est, sancta sanctorũ, solũ summus sacerdos, & semel in anno intrabat, vt designaretur, quod hæc est finalis perfectio hominis, vt illud seculum introeat. In tabernaculũ vero exterius, quod dicebatur sancta, introiibant sacerdotes cõtinuè, non autem populus, qui solum ad atriũ accedebat, quia scilicet ipsa corporalia populus percipere potest, ad interiores autem rationes eorum, soli sapientes, vel considerantes attingere possunt. Per cortinas autem quæ tegebant latera tabernaculi interius, & erãt ex variis coloribus, signabatur cęlum sidereum, quod est diuersis stellis variatum. Per saga autem, quæ erant super tectum tabernaculi, significabãtur aquę quę sunt supra firmamentũ. Per pelles autem rubricatas, de quibus erat secunda tabernaculi coopertura, significabatur cælũ empireũ, in quo sunt angeli. Sed per pelles iacinctinas, ex quibus erat tertia coopertura, significabatur cælũ sanctæ & indiuiduæ Trinitatis.

Item in tabernaculo interiori tria continebantur, scilicet arca testamenti, in qua erat vrna aurea habens manna, & virga Aarõ quæ fronduerat, & tabulæ, in quibus erant scripta decem præcepta legis. Hæc autem arca sita erat inter duos Cherubin, qui se mutuis vultibus respiciebant. Et super arcam erat quædam tabula quæ dicebatur propitiatorium super alas Cherubin, quasi ab ipsis Cherubin portaretur, ac si imaginaretur quod tabula esset sedes Dei. Vnde & propitiatorium dicebatur, quasi exinde populo propitiaretur ad preces summi sacerdotis. Et ideo protabatur à Cherubin, quasi Deo obsequẽtibus: Arca vero testamenti erat scabellum sedentis super propitiatorium. Per hæc ergo designabantur tria quæ sunt in illo seculo altiori, scilicet Deus, qui super omnia est, & incomprehensibilis omni creaturæ, & propter hoc nulla similitudo eius ponebatur, ad representãdum eius inuisibilitatem, sed ponebatur quædã figura sedis, quia scilicet eius creatura cõprehensibilis est, quæ est subiecta Deo, sicut sedes sedenti. Sunt etiam in illo altiori seculo spirituales substantię, scilicet Angeli. Et hi significabantur per duos Cherubin mutuo se respicientes, ad designandum cõcordiam eorum adinuicem, secundum illud Iob: Qui facit concordiam in sublimibus suis. Et propter hoc etiam non fuit vnus tantum Cherubin, vt designaretur multitudo cælestium spirituum, & excluderetur cultus eorum ab his quibus præceptũ erat vt solum Deũ colerent. Sunt etiã in illo intelligibili seculo rationes omniũ eorum, quæ in hoc seculo perficiuntur, quodãmodo clausæ, sicut rationes effectuũ claudũtur

in suis

in suis causis, & sicut rationes artificiatorum in artifice: & hoc significabatur per arcã, in qua repræsentabatur per tria ibi contenta, tria quæ sunt potissima in rebus humanis, scilicet sapientia per tabulas testamenti, potestas Regis per virgã Aaron, & vita per manna. Vel per hæc tria repræsentabãtur tria Deo attributa, scilicet sapientia in tabulis, potentia in virga, bonitas in manna, tũ propter dulcedinem, tum quia Dei misericordia est populo data, & ideo in memoriam diuinæ misericordiæ seruabatur. In exteriori verò tabernaculo, quod signabat præsens seculum, continebantur etiam tria, scilicet altare thimiamatis, quod erat directe cõtra arcam, mensa propositionis super quam duodecim panes ponebantur, & erat posita ex parte aquilonari. Candelabrum verò positum ex parte australi: quæ tria videbantur respondere illis tribus quæ erant in arca clausa, sed magis manifeste eadem repræsentabant. Oportet enim rationes rerum ad manifestiorem demonstrationem deduci, quæ scilicet, sunt in mente diuina, & Angelorum, ad hoc, quòd homines sapientes eas cognoscere possint, qui signabantur per Sacerdotes ingredientes tabernaculum. In candelabro autem designabatur sicut in sensibili signo sapientia, quæ intelligibilibus exprimebatur verbis in tabulis. Per altare verò thimiamatis signabatur officium sacerdotum, quorũ erat populum ad Deum reducere. Et hoc etiam signabatur per virgã: Nam in illo altari incendebatur thimiama boni odoris, per quod signabatur sanctitas populi acceptabilis Deo: Dicitur enim Apoca. quod per fimum aromatum significabantur orationes Sanctorum. Conuenienter autem sacerdotalis dignitas in arca significabatur per virgã, in exteriori verò tabernaculo per altare thimiamatis: quia Sacerdos mediator est inter Deum & populum, per potestatem diuinam quam virga significabat, & fructum sui regiminis, id est, sanctitatem populi, Deo offert quasi in altari thimiamatis. Per mensam autem signabatur nutrimentũ vitæ, sicut & per mannas sed est communis hoc, & grossius nutrimentum, illud autem suauius, & subtilius, Conuenienter autẽ eandelabrum ponebatur à parte australi, mensa autem à parte aquilonari: quia australis est dextra pars mundi, Aquilonaris autem sinistra, vt dicitur in secundo cæli, & mundi. Sapientia autem pertinet ad dextram, sicut & spiritualia bona. Temporale autem nutrimentum ad sinistram, secundum illud. In sinistra illius diuitiæ, & gloria. Potestas autem sacerdotalis est media inter temporalia, & spirituale sapientiam: quia per eam spiritualis sapientia, & temporalia dispensantur.

Apoc. 8.

Prou. 3.

Item candelabrum habebat 7. calamos, vt Iosephus dicit, ad designandum 7. planetas, quibus totus mundus illuminatur. Et ideo ponebatur candelabrum à parte australi, quia ex illa parte est nobis notus planetarum cursus. In mensa etiam ponebantur 12. panes ad designandum 12. tribus Israel. Mensa autem non ponebatur directe in medio ante propitiatorium, ad excludendum ritum idololatriæ: Nam Gentiles in sacris Lunæ proponebãt mensam coram idolo Lunæ. Vnde Hiere. Mulieres conspergunt adipes, vt faciant placentas Reginæ cæli. In atrio verò extra tabernaculum continebatur altare holocaustorum, in quo offerebantur Deo sacrificia de his quæ erant à

Hier. 7.

populo

populo possessa. Et ideo in atrio tali poterat populus esse, qui huiusmodi Deo offerebat per manus sacerdotū. Sed ad altare interius in quo ipsa deuotio & sanctitas populi Deo offerebatur, non poterāt accedere nisi sacerdotes, quorū erat Deo populum offerre. Erat autem hoc altare extra tabernaculum in atrio constitutum, ad remouendum cultum idololatriæ: Nam Gentiles extra templa altaria constituebant ad immolandum idolis.

Item mundus assimilatur scænario, cuius tota familia currit transuerso, vt apprehēdat aliquid mentiendo, vsurpando, & huiusmodi faciendo.

Item in scænario quamdiu durat ludus, vnus est Rex, alius miles, & huiusmodi. Et aliquando duo videntur tenere totum, sed quando cessauit ludus, idem sit de milite & rege quod de mihima familia, quia communiter reponuntur in sacco vno, quandoque Rex in fundo sacculi, & minima familia in superiori parte. Sic quoque mundus est ferè vt ludus scænarij, quia quamdiu durat hic mundus, vnus est rex, alius miles, vnus magnus, vnus paruus, sed adueniente morte, in sacco terræ reponuntur, ita sit de Rege sicut de milite, tunc sicut dominus, ita & seruus eius. Eccl. 9. Ecclesiast. Communionem mortis scito, quia moritur doctus, similiter & indoctus. Et aliquando diues vadit ad fundum inferni, & pauper ascendit superius ad gaudia paradisi, sicut patet de diuite epulone, & Lazaro paupere Luc. 16. Luc. 16.

Item mundus in morte totaliter auferetur: Viella enim quando tota die cantauerit, & denarios receperit, in sero auferuntur ei denarij, & nihil ei remanet, sed ponitur in sorello veteri, & dissipato. Sic homo nihil in fine portat de labore suo, nisi linteamen laceratum, exemplum de Saladino, qui fecit portare linteamen in quo debebat sepeliri per terram suam, & dicere: Nihil reportat imperator de omnibus diuitiis regni sui nisi linteamen illud. Iob. Diues cum dormierit, nihil secum affert. Item mundum debet homo relinquire, ne corrumpatur ab eo: Nam quando vinum corrumpitur, vel deterioratur super fæces in dolio, debet transferri in aliud vas, vt non corrumpatur. Et sic homo à mūdo debet exire, ne corrumpatur ab eo. Hiere. Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in fæcibus suis, nec transfusus est de vase in vas. Iob. 27. Hier. 48.

Murmurationis vitium habentes, gratia diuina vacuos esse, exemplis & rebus naturalibus depromptis ostenditur.

Cap. XLIIII.

MVrmuratores ostendunt se defectū habere diuinæ gratiæ: Nam vasa vacua percussa resonant, plena non. Sic vacuus à gratia murmurat, nō plenus. Eccle. Vir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus. Eccl. 20.

Item olla vacua ad ignē posita crepat, & magnum sonū crepās reddit, plena verò olla nō. Ecclesiast. Vasa figuli probat fornax. Eccl. 27.

Item murmurans est quasi rota non bene vncta gratiæ vnctione, & ideo murmurat sicut rota currus malè vncta. Ecclesiast. Præcordia fatui quasi rota carri, quæ fœnum portat, & murmurat. Eccl. 33. Sap. Custodite vos à murmuratione, quæ nihil prodest. Sap. 1.

Nouitios seu incipientes donec alii quantisper proficiant, saltem operis viri esse sociandos, caulum simulatque suadetur.

Ooo Cap.

Digitized by Google

Cap. XLV.

NOuitiis siue de nouo conuersis, non sunt admiscendi alij siue sociandi, nisi quorum vita bona nota est, & doctrina sana, saltem quousq. sint in spiritu vel religione prouecti, sicut dicit Pallad. quòd in pastinato solo inter nouellas vites omnino nihil esse conferendum Græci iubēt, exceptis caulibus tertio anno, quæ libebit immergere. Sic inter nouiter conuersos, vsque ad tempus quo sunt prouecti non sunt quilibet admiscendi nisi noti, & docti, qui assimilantur caulibus, qui sunt olera nota, & quorum ius siue aqua est sana. Vnde significant homines quorum bona vita est nota, & doctrina sana: Tales enim inter eos possunt admitti. Psalm. Filij eorum sicut nouellæ plantationes, &c.

Pall.

Isa. 143.

Veram obedientiam præceptorum Dei, castro, & fictam arcui iure comparari, eorum similitudinibus demonstratur.

Cap. XLVI.

OBedientia mādatorum Dei hominem à malis custodit: Nam sicut castrum custodientes se custodit, ita mandatum Dei seruat seruantes se. Vnde dicitur: Si volueris mandata Dei seruare, seruabunt.

Eccl. 10.

Item obedientia ficta assimilatur arcui prauo. qui à parte ventris, multū potest incuruari, sed à parte dorsi frangitur Sic multi in prosperis obediunt, & in his quæ corpus delectant, sed in duris laboribus, & aduersis refugiūt, & recalcitrant sicut equus habens dorsum excoriatum, contra onus non attendentes, quod dicit Gregorius, quòd obedientia quanto plus habet de suo, tanto minoris est meriti.

Opus bonum, quod debet ex bona intentione pendere, quemadmodum sit agendum vt Deo gratum fiat, operantiq. meritum afferat, duobus veteris testamenti mirificis exemplis, & aliis naturalibus similitudinibus ostentatur.

Cap. XLVII.

OPus bonum, & perfectum, debet assimilari illi thimiamati siue pulueri, quē dominus fieri mandauit, Exo. 30. vbi dicitur. Sume tibi aromata stactē, & onychā, galbanū boni odoris, & thus lucidissimū, æqualis ponderis erunt omnia, faciesque thimiama compositū opere vnguētarij mixtum diligenter & purū. Thimiama quippe ex aromatib. facimus cum in altari boni operis virtutum multiplicitate redolemus. Quod mixtum & purū fit, quia quanto virtus virtuti iungitur, tanto incensum boni operis sincerius exhibetur, vbi etiam bene subiungitur. Cumque in tenuissimum puluerem vniuersa contuderis, pones ex eo corā testimonij tabernaculo. In tenuissimum puluerē aromata cōterimus, cū bona nostra quasi in pilla cordis occulta discussione tūdimus, & si veraciter bona sint subtiliter pertractamus. Vniuersa ergo in puluerem redigere, est virtutes recogitando terere, & vsque ad subtilitatē occulti examinis reuocare. De quo etiā puluere subditur. Pones ex eo corā testimonij tabernaculo: Quia tūc bona nostra veraciter in conspectu iudicis placent, cum hæc mēs subtiliter recogitando cōterit, & quasi de aromatibus puluerem reddit, ne grossum durumq. sit bonū quod agitur, ne si hoc arcta recogitationis manus nō cōminuat, odorem de se subtilius non aspergat, prout Grego. dicit.

Exod. 30.

Grego.

Item opera virtutum à Deo nō acceptantur, nisi prius à vitiis separen-

parentur. Vnde messor grana frumenti in horreo nõ recondit nisi prius excussa à paleis. Et ideo habetur in libro Iudicũ, quod Hieroboam, cũ à paleis frumenta excuteret, Angelũ vidit, ad cuius imperiũ protinus hœdum coxit, quẽ supra petram posuit, & ius carniũ desuper effudit, quæ Angelus virga tetigit, eaq; ignis exiens de petra consumpsit. Quid est autem frumẽta virga cedere, nisi rectitudine iudicij à vitiorum paleis virtutum grana separare? Sed hoc agentibus Angelus apparet: quia tanto magis omnia interiora denunciat, quanto se studiosius homines ab exterioribus purgant. Qui occidi hœdũ præcipit, i. omnẽ appetitum nostræ carnis immolari. Carnesque supra petram poni, & ius desuper fundi. Quem aliũ significat petra, nisi eum, de quo per Paulũ dicitur? Petra autem erat Christus. Carnes ergo supra petrã ponimus, cum corpus nostrũ in Christi imitatione cruciamus. Ius etiam carnium desuper fundit, qui in conuersatione Christi ipsas etiam carnales cogitationes exinanit: Quasi enim ius ex carnali quodam in petra funditur, quando mens etiam à cogitationum carnalium fluxu vacuatur, quæ tamen mox Angelus virga tangit, quia intentionẽ nostram nequaquã potestas diuini adiutorij deserit. De petra autem exiit ignis, & ius carnesque consumpsit, quia afflatus à Redemptore spiritus tanta cor nostrum flãma compunctionis concremat, vt omne quod in eo est illicitum, & operis, & cogitationis exurat, sicut Grego. dicit.

Iudi. 6.

1. Cor. 10.

Item opera bona non sunt differenda postquam sunt consulta, & deliberata, sicut non differẽda est vindemia postquam vua est matura: Nam (sicut dicitur in libro de vindemiis.) Tarde vindemiantes non solum vineam lædunt vltra quam oportet eam ferentem, sed grando & gelu si fiant, facile passibilius faciunt vinum. Vnde aiunt Demetrius, & Africanus, quod sex solummodo dies debet vua non plus matura permanere. Etsi granum vuæ non viride, sed nigrum appareat, signat eam esse maturam. Sicut ergo non est differenda vindemiatio post vuæ maturaionem, sic nec boni operis executio post deliberationem, quia periculũ est in mora. Apo. Solicitudine nõ pigri.

Dem.

Rom. 12.

Item opera bona non faciens, sed ociosè in collegio, vel religione viuere volens, non est sustinendus. Sicut agricola ramum viridem licet, sed sterilem, in medio oleæ non debet sustinere, sed ipsum abscidere, velut totius arboris inimicũ, vt dicit Palladius. Et similiter homines pestilentes, sicut & ociosi, non sunt tolerandi, vnde membra insanabilia solent abscindi. Sicut etiã in ipsis arboribus (vt idem Palladius dicit) ariditas & sterilitas æquo modo fugiendæ sunt. Gal. Abscindantur qui vos conturbant.

Pall.

Gal. 5.

Item operis bonitas dependet ex bonitate intentionis. Cuius exemplum patet in pomis siue in fructibus arborum: Si enim aliquis voluerit vt in piro, vel pomo aliqua gemma inueniatur, aut etiam margarita, aut obolus, aut aliud simile, accipiat aliquod talium, & cum pomũ, vel pirũ aliquod floruerit, & aliquantulum creuerit, imprimat in præputium eius profunde quodcunque horum voluerit, & notet ipsum per aliquod signum appositũ, & sinat crescere, & sic tandẽ inuenitur in pomo. Est autẽ velut promũ arboris, opus cuiuslibet hominis, quod florer in cogitatione, crescit in deliberatione. Sed quasi pomi præputium est ipsius operis initiũ. Est

inchoatio operis ob ipsa intentio ne agentis. Gemma ergo, quæ in pomo reperiri debet, præpuciò pomi imprimitur, quia virtus sequentis operis in intentione iudicatur: Qualis enim est intentio quæ præcedit, tale est omne opus quod sequitur, prout Gregorius dicit. Ergo ibi imprimēdd est margarita puritatis, gemma honestatis, obolus charitatis, à qua est precium sine meritum operis.

Item opus bonum factum sine tædio, simile est fructui nascenti sine nucleo: Docēt enim agricolæ, quod si quis vult plantare arborem, cuius fructus non habeat nucleos, hoc modo facere potest. Surculi plantādi extremitates resecat, & cum cultello ambas aptatas infigat ipsi trunco. Et cum ambas cōiunxerunt, amputet extremitatem maiorem, minorem vero sinat crescere. Quid autē est surculus plantandus, nisi homo ad conuersionem, vel ingressum religionis dispositus? Huius duæ extremitates sunt timor & amor, quarum vtraq. gladio verbi Dei apparatur, quia, scilicet, verba Dei, & timorem incutiunt, & ad amorem alliciunt Sed tunc vtraque extremitas trunco infigitur, cum timore & amore Christo in hæretur: Ipse enim Christus quasi truncus est, nos autem quasi ramusculi eius, sicut ipse dixit: Ego sum vitis, & vos palmites. Sed quamuis in conuersione initio plus abundet timor quàm amor, tamen postea in pœnitentis profectu amputatur maior extremitas, & minor crescere finitur, quia scilicet amor crescit, & seruilis timor emittitur. Ioan. Perfecta charitas foras mittit timorē. Et hæc est planta quæ producit fructus sine nucleo, quia ſ. homo charitate feruens operatur sine difficultate & tædio: propterea dicitur, q̄ qui amat, nō laborat.

Ioan. 15.

1 Ioan. 4

Oratio dispositiua quæ sit, animā impinguat, vitia simultanee, & ipsamet quid existat breuis declaratio.

Cap. XLVIII.

ORatio compunctiua & feruida, impinguat animam. Cuius exemplum est, quia per sublimationē conuertitur liquor vini in pinguedinem olei: Nam si vinum distilletur ad modum aquæ rosaceæ, distillat humiditas aquea insipida, & illud quod remanet fit oleagineū & pingue. Et si iterum illa substantia sublimetur, egreditur inde oleum, & hoc plus fit de forti, quàm de debili, & precipue de musto. Per vini ergo fortis liquorem, intellige compūcti hominis feruorem, de quo in Psalmo: Potasti nos vino cōpunctionis. Qui tunc sublimatur, quando orando eleuatus. Est ergo oratio secundum Damascenū, ascensio mētis in Deū. Et ideo sublimatio fortis vini, est oratio hominis cōpūcti, quæ vertitur in pinguedinem olei, quia scilicet ipsi orāti acquirit abundantiam gratiæ spiritualis gaudij, quod est vt quædam pinguedo siue repletio animi. Psal. Vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ.

Psal. 59.

Dama.

Psal. 44.

Mulieris ornatus, qui merito diabolo vere nuncupatur, quomodo mortis spiritualis indicium existat, exemplo notabili, auctoritatibusque eiusdem deceptio demonstratur.

Cap. XLIX.

ORnatus corporis mulieris est sicut rete diaboli ad decipiendas animas intuētis: Nam licet aliquæ se excusent dicentes, quòd non se ornēt ad decipiendum, nihilominus similes sunt latroni, qui non audet piscari in viuario domini sui, vel venari in foresta eius, tamē accommodat rete suum latroni audaciori. Sic & istæ accommodant corpora sua diabolo ad decipiendum & capien-

Digitized by Google

capiendum animas, & bene volunt concupisci, licet non cōcupiscant. Augu. Non solum appetere, sed & appeti velle criminosum est. Et Chrysosto. dicit: quod mulier si se decorauerit, & oculos intuentiū ad se traxerit, & si plagam non intulerit, vindictam tamen exoluet extremam, venenum enim intulit, & si nullus qui biberet, inuentus sit.

Augu. Reg. Chrys.

Item ornatus mulieris est signū mortis spiritualis; Nam quando pannus sericus ponitur super feretrum, signū est cadaueris mortui, & quod ibi iacet mortuus, sic in corpore ornato signū est quod ibi sit anima mortua. Vnde mulier ornata non est nisi feretrum animæ mortuæ. Abac. Ecce coopertus est auro & argento, & spiritus non est in visceribus eius. Vnde potius mulier deberet plāgere filiam suam ornatam, quàm si videret eam mortuam ante se. Eccle. Super mortuum, scilicet in anima, plora: deficit enim lux eius, scilicet gratiæ.

Abac. 2.

Eccl. 22.

Item mulieres se ornantes, se habent ad modū carti, qui difficile excoriatur in capite, quia scilicet huiusmodi mulieres vix volunt dimittere ornatum capitis, ideo decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & crinem earum nudabit.

Isa. 3.

Item mulier ornata decipit, sicut pelliparius, qui volēs vēdere veterem pellem, vt decipiat rusticos, dealbat aliquātulum aliqua albedine, qua excussa parū post portata apparet vetustas eius. Sic impudicæ mulieres volentes decipere viros, colores ponunt in facie sua, quibus recedentibus apparent rugæ, & maculæ: quia nihil absconditum quod non reueletur. Vnde tales sunt fumarium opertum niue, & quando recedit nix, apparet turpitudo eius. Isa. Reuelabitur ignominia tua, & videtur opprobrium tuum.

Matth. 6

Isa. 47.

Christi, Sanctorumq. passiones, nostras decorare tribulationes, & amaritudines in dulcedinem vertere, impatientesque reprehensione maxima dignos esse, exemplis & rationibus suadetur.

Cap. 1.

PAssio Christi, & sanctorum suorum, dulcorat nobis tribulationes nostras: Nam aqua amara transiens per aquam dulcem, dulcis efficitur, & vinum dulce transiens per gariofilum fit gariofilatum. Sic tribulationes & tentationes quæ prius per Christum & sanctos suos transierunt, exemplo illorum nobis debent esse dulciores. Bern. Magna consolatio membris ex capite. Heb Recogitate eum qui talē sustinuit &c. Grego. Facta præcedentium recolamus, & non erūt grauia quæ toleramus. Sed quidam sunt similes simiæ, quæ inueniens amaritudinem in cortice nucis, eam proiicit, & ideo nō gustat de dulcedine nuclei. Sic aliqui infœlices amaritudinem pœnitentiæ & tribulationis sentientes, exterius eam proiiciunt, & ideo consolationem interius non sentiunt. Sapi. Sapientiam & disciplinam qui abiicit, infœlix est. Dicitur, quòd in palatio Iouis erāt duo dolia vini, vnum de amaro vino, aliud de optimo, quia quicunque volebat bibere de optimo, oportebat eum prius bibere de amaro. Sic si mens appetit quòd demulcet, oportet prius bibere quod dolet, vt dicit Gregorius.

Heb. 18. Grego.

Item passionis & crucis Christi deuota consideratio amaritudinem in dulcedinem vertit. Vnde assimilatur arbori nucis; Si enim vis vt amari persicorū nuclei efficiantur dulces, surculū persici

planta super stipitē arboris nucis, & talis persicus producit magna poma, si tamen cum florent irrorentur lacte caprino. Quid enim est amarus persici nucleus, nisi turbati & passionati hominis amarus animus? qui tunc stipiti nucis inseritur, quando poenas crucis meditatur, tunc enim non tantū amaritudo dulcescit, sed etiam magna poma persicus producit: quia scilicet amarus animus considerans poenas Christi, non solum amaritudinem suam pro nihilo ducit, sed etiam in magna desideria prorumpit, quæ quidem tunc florent, quando in animo feruent, quæ tamen lacte capræ sunt irroranda, i. discretionis moderamine temperāda. Est enim lac caprinum in tribus suis substantiis post foemininum lac maxime temperatum. Vnde meritò lac capræ designat moderamen prudentiæ, quod est necessarium in tribus substantiis, id est, in tribus partibus operis, s. in principio, in medio, & in fine.

Patientiam veram, quæ rosa non immerito assimilatur, vitæ regimen esse, ac animam intrepidam custodire multis rationibus exprimitur.

Cap. LI.

PAtientia assimilatur rosæ cū qua artificialiter fit aqua rosacea, mel, & oleum rosaceum, & saccarum rosaceum. Sic quoque patientia præbet aquam odoriferæ compunctionis, mel, id est, dulcedinem internæ consolationis, oleum fraternæ compassionis, saccarum, id est, suauitatem & dulcorem æternæ refectionis.

Luc. 21. Item patientia custodit animā, sicut arca thesaurum. Luc. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Vnde sicut homo multum diligeret arcam in qua posset thesaurum suum custodire, sic debet diligere patientiam.

Item multum diligeret homo etiam illum, qui fabricaret sibi talem arcam gratis, & sic debet diligere tribulationē, quæ fabricat arcam illam. Apost. Tribulatio patiētiā operatur: Quot enim contumeliæ dicuntur tibi, quot iniuriæ fiunt, tot ligaturæ & claui ad fortificandum scrinium tuum apponuntur. Vnde magnas gratias debes agere, & non contumelias reddere. Rom. 5

Item patiētia vita gubernatur: Hoc enim facit patientia cordi quod facit gubernaculum naui. Vnde Pro. Qui patiens est multa gubernatur sapientia, quia doctrina viri per patientiam noscitur Prou Vnde sicut nauis fracto gubernaculo, ventis & turbinibus agitatur, & tandē tempestate conuulsa frangitur ad rupes, vel ad scopulos; Sic etiā cor impatiens. Vnde dicitur Prou. Paupercula cōnulsa tempestate absque vlla consolatione. Hæc paupercula est impatiens anima, virtutum possessione & gratia spoliata, quā cuiuslibet tentationis tēpestas à sua stabilitate diuellit, & absq. consolatione relinquit. Prou. 14 Prou. 11 Prou. 54

Item patientia tribulationis requirit solidita em amoris, & virtutis: Nam cruda regula si ponatur in flumine dissoluitur, cocta vero non. Ita quoque homo carnalis, qui non est igne charitatis vel tribulatione decoctus, deficit in aqua tribulationis.

Item fons lutosus iacto lapide facile turbatur, arenosus verò non. Sic homo plenus luto peccati, de facili grauatur, virtuosus non, quia non contristabit iustum quicquid ei acciderit.

Item qui in hac vita est sine patientia, similis est homini qui in tēpore pluuiæ sine pluuiali mantello siue capa est. Et sicut homo inermis est in medio hostium suo-

Prou. 10 suorum Prouer. Qui impatiens est, iustinebit damnum.

Cor hominis, quod castro comparatur, septem constitutionibus huc expositis facillime peccatum custoditur.

Cap. LII.

PAcem cordis siue conscientię seruare volens, debet ipsum cor siue conscientiam custodire, sicut custodiret castrũ tempore belli: Nam quando castrum alicuius impugnatur ab aliquo, & non potest cum eo componere, neque pacem habere, debet primo diligenter cõsiderare, vtrum in castro illo sint aliqui qui pacem eius turbent. Et primo debet eos, si quos inuenerit, eiicere, & de eis iustitiam facere, & postea castrum munire, & bene clausum tenere. Et si in omnibus his non poterit castrum tenere, debet domino legitimo illud cõmendare, vel reddere. Ex quibus colliguntur septem, quæ cuilibet necessaria sunt ad custodiẽdum castrum cordis in pace; quod vere est tanquam castrũ inter inimicos situm, & vndique obsessum, & ante ipsum tenet sedem suam diabolus, qui tãquam Leo 1.Pet.5. circuit quærens quem deuoret. Vbi gloſa dicit: Circuit tãquam hostis clausos muros explorans, an aliqua pars sit minus stabilis quæ ad interiora penetret. Sunt ergo contra insidias eius septem necessaria.

Primum est diligens conscientiæ præseruatio, vt s. videatur si quid est in corde quod pacẽ cordis eõturbet. Apo. Videte ne forte sit in aliquo vestrũ cor malũ. Heb.3.

Secundũ est peccatorum cõfessio, quæ s. eiiciet de castro cordis peccata quæ pacẽ cordis perturbant. Isa. Creaui fructum labiorum pacem &c. 1. Mach. Quãdiu Isa.57. 1.Ma.14 superest Iudas, id est, quadiu differtur confessio, impossibile est pacem, s. cordis, esse negocio.

Tertium est operis satisfactio, vt fiat iustitia de turbantibus pacem Isa. Est opus iustitiæ pax. Et Isa 32. Psalm. Iustitia & pax osculatæ Psal. 84. sunt. Solet dici, quod terra pacifica est & secura, in qua reuertur iustitia, sed multi sunt sicut latrones, qui non faciũt de se iustitiã, sed fit de eis iustitia, & isti sunt qui patiuntur pœnam inuiti. 1. Pet. Nemo vestrum patiatur, vt 1.Pet. 4. homicida, aut fur.

Quartum est cordis clausio, scilicet castrum cordis clausum tenendo, quod fit sensus corporis restringendo: Sunt enim sensus portæ cordis, per quas hostes ingrediũtur, pacẽ turbãtes. Hiere. Ascendit mors per fenestras, scilicet sensuum & ingressa est domum nostrã, s. conscientiã: Luc. Dũ sortis armatus custodit atrium suum, scilicet clausum tenẽdo, in pace sunt omnia quæ possidet. Hier.9. Luc. 11.

Quintum est virtutum munitio, vt scilicet fortiter muniatur, fossa, & muris virtutum: sicut enim muri ingressum hostiũ impediunt, sic virtutes vitiis obsistunt: charitas enim impedit ne intret auaritia, castitas ne intret luxuria, humilitas ne intret superbia, & sic de aliis. Vnde Iudith Filij Israel muris circũdederũt vicos suos, in præparationem pugnæ contra Holofernem. Sed nota, quòd vna ruptura muri, id est, vnius virtutis defectus, sufficeret hostibus ad ingrediendum. Iob. Quasi rupto muro, & aperta Iob. 6. ianua irruerunt super me. Ideo dicitur. Phil. 4. Pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra. Iud. 10. Phi. 4.

Sextum est necessariorum prouisio, vt castrum cordis sit bene munitũ victualibus, & armis, s. de pane verbi Dei, & scientiæ, & vino compunctionis huiusmodi. Et nota, quòd quanto ca-

castrum est melius talibus munitum, tato magis peccant qui reddunt: & quia mandata Dei pertingent ad tale munimentum, dicitur. Isa. Vtinã attendisses mandata mea, facta fuisset sicut fluuius pax tua.

Isa. 48.

Septimum est Deo recommendatio, vt scilicet reddatur cordis castrum domino legitimo, dicendo: Pater in manus tuas commendo spiritum meum: Nam nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Ipse autem est, qui quando placet ei omnia reddit pacata. Prou. Cum placuerit Domino viæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem.

Psal. 126.

Prou. 16.

Peccatum, quod anima infirmitas vocitatur, puteo, gladio, serpenti, infirmitati, comparatur, & qua via peccator, qui caeco, & scacario ludenti similis efficitur, peccati grauitudinẽ expellere valeat, edocetur.

Cap. LIII.

PEccatum opere impletũ, appetitum malum non satiat, sed amplius accendit, sicut fabri fullicidium ad horam igné mitigat, sed postea feruet ardẽtius, & sic peccatum perpetratum plus exardescit quã antè. Ose. Comedẽt, & non saturabũtur: fornicabuntur, & non cessabunt. Glo. Vires fornicantium deficiunt, sed desideria inardescunt.

Ose. 4.

Item peccatum vnum quotidie trahit ad aliud: Est enim peccatũ quasi puteus sine fundo. Lapis enim in puteũ proiectus, vel cadẽs, si fundum non inuenit, semper est in casu. In peccato autem fundus nõ est. Vnde cadẽs in peccatum, semper in casu est continuo, nisi manu gratiæ sustentetur. Psalm. Abyssus abyssum inuocat: Abyssus enim dicitur, quasi sine base, i. sine fundo. Grego. Peccatũ, quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit.

Psal. 41. Grego.

Item peccator est sicut ille qui ludit ludum scacarium, qui vno ictu vel tractu nõ facto, vel malè facto, totum ludum, vel totum lucrum perdit: & sic vno opere male facto, vel neglecto, totus fructus vitæ nostræ amittitur, & gratia Dei, & regnum æternum. Ezech. Si auerterit se iustus à iustitia, & fecerit iniquitatẽ, omnes iustitiæ eius quas fecit, nõ recordabuntur.

Ezec. 18.

Item peccator est sicut ille, qui habet oculos velatos, & portatur de loco ad locum, & nescit quò ducatur, vel vbi sit. Thre. Væ nobis, quia peccauimus, ideo obtenebrati sunt oculi nostri.

Thre. 5.

Item est peccator similis cœco, qui cecidit in lutum, & non videt se inquinatum, cũ tamen multum sit deturpatus. Psalm. Comprehenderũt me iniquitates meæ, & nõ potui vt viderẽ, & sicut cœcus cadit sæpe, & offendit, sic & peccator. Tob. Cœcus pater cœpit offendens pedibus currere.

Psal. 39.

Tob. 11.

Item nota, quòd peccatum est sicut gladius in corde, & sicut serpens in sinu, sicut venenũ in stomacho, & sicut latro in domo: Est enim peccatum vt gladius vulnerando naturã, vt serpens mordendo conscientiam, vt venenũ extinguẽdo vitam, s. charitatẽ, quæ est vitalis calor animæ.

Item est vt latro, expoliando animam, scilicet gratuitis donis. Item peccati imputitas non auffertur à corde sine operibus pœnitentiæ, cuius exemplum appareret in stuppa: Stuppa enim est lini purgamentum, & ab eo mulcis carpinationibus separatur. Similiter etiam putrẽtem culpæ indiget multis carpinationibus pœnitentiæ. Quarum vna fit in corde per contritionem, alia in ore per confessionem, tertia in opere

in opere per satisfactionem.

Item peccata, quæ sunt quædã infirmitates animæ, sanantur sicut infirmitates corporis: Sanatur enim corpus primo per emplastrũ, & sic sanatur anima per verbum Dei, quod trahit dolorẽ ab anima, sicut emplastrum à corpore. Isa. Iussum est vt super vlcus Ezechiæ cataplasmaretur massa ficuum, quæ dulcedinem verbi Dei significat.

Isa. 38.

Item per sudorem, qui humorẽ noxium repellit à corpore. Et sic anima per timorem, qui peccatũ expellit à mẽte. Eccle. Timor Domini expellit peccatum. Pro. Time Dominum, & recede à malo, sanitas quippe in vmbilico tuo erit.

Eccl. 1. Prou. 8.

Item per lotionẽ, vel balneum, 3. Reg. Vade lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatẽ caro tua. Sic sanatur homo spiritualiter per lachrymarũ effusionem in compunctione.

3. Reg. 5.

Item per vomitum, sic anima per confessionem. Eccle. Si coactus fueris in edendo multũ, surge de medio, & euome, scilicet per confessionem venenum mortiferum, vt refrigeret te. Qui sanari desiderat, necesse est vt vulnus detegat. Vnde dictum est leproso: Vade ostende te Sacerdotibus, & dum iret mundatus est.

Eccl. 31.

Item per dietam, id est, per abstinentiam à peccato. Apost. Abstineatis vos à fornicatione. Eccl. Qui abstinens est addiciet vitam.

1. The. 4. Eccl. 27.

Item per putridorum resecationem, id est, per tribulationem. Iob. Increpationem Domini ne reprobes, quia ipse vulnerat, & medetur.

Iob. 5.

Item per vnctionẽ, id est, deuotionem, vel pietatem, cum mentem lenit. Matth. Vngebant oleo multos ægrotos, & sanabantur.

Matt. 6.

Item per munitionem, id est, eleemosynam, quando homo minuit de bonis suis, dando pauperibus. Luc. Quod superest, date eleemosynã, & ecce omnia munda sunt vobis.

Luc. 6.

Amara pœnitentia, quæ timore, spe, prudentia, & humilitate est agenda, quantum boni in homine operetur, mira similitudine scammoneæ in arbore Pyri apposita suadetur. Vereq; pœnitens quid agere debeat vt peccatorum veniam suscipiat, Agricola, Lini, Medicoq; exemplis plurimis ostentatur.

Cap. LIIII.

Poenitentia amara facit in homine sicut scammonea in arbore: Nam sicut dicit Ristor. Si vis vt aliqua pyrus ferat pyra soluentia, distempera scãmoneã cum aqua, & infunde ipsam in foramen, quod fit cum terebello vsq; ad medullam arboris, & obstrue foramen clauo qui sit factus de eadem pyro, vel alia, & fient pyra soluentia, & valde relaxatiua. Sed non durat ista virtus, nisi per annos. Vnde oportet, si volueris quod iterum vigoretur, vt alia scammonea infundatur iterũ. Et hoc est experimẽto probatum. Et eadam ratione fortè possent pyra stiptica, & contra fluxum valentia, si arbori fuerit infusa stiptica medicina. Et similiter ego opinor quod hoc dilatari possit ad quarumlibet medicinarũ effectus, vt in fructibus se manifestent, immo etiam probabile est, quod omnis species aromatica eodem modo infusa arbori, vt balsamus, muscus, & lignum aloes, tam in sapore, quàm in odore aromatizando, se in fructu manifestaret. Intellige ergo per pyrum vsque ad medullã terebello perforatam, hominem per verbum Dei vsque ad intima cordis compunctum, cui scammonea aqua distemperata infunditur, quãdo pœnitentiæ

Rist. lib. de pome.

nitentiæ amara tristitia, seu amara peccatorum memoria cum lachrymarum irrigatione miscetur. Sed tunc foramen clauo obstruitur, quando per timorem Domini, cor peccato seu diabolo clauditur. Et tunc de tali arbore nascuntur pyra relaxatiua, quia scilicet à tali homine fiunt opera satisfactoria, & peccati expiatiua. Quòd autem ad cõseruandam virtutem, oportet scamoneam iterato infundere, est quia ad conseruandam gratiã, oportet pœnitentiam & peccati amaritudinẽ, seu tristitiã, frequẽter innouare. Psal. Dolor meus renouatus est.

Psal. 38.

Item pœnitentia est vt arenã fossicia, quæ arena licet sit grauis in pondere, est tamen vtilis in opere, quia ex ea cum calce confecta, ædificatur domus materialis. Similiter pœnitentia, licet sit grauis corpori, tamen est vtilis spiritui, quia ex ea informata charitate ædificatur domus spiritualis, scilicet conscientiæ. Sed nota, quod arena fossicia, quæ est bona ad ædificia, tribus modis est eligenda, (secundum Pall.) quia cognoscitur ex stridore, ex colore, & ex inhæsione. Ex colore quidem, quia aut est nigra, aut rufa, aut cana. Rufa quidem omnibus est melior, & post illam cana, post quam nigra. Similiter pœnitentia est quædam rufa, vt illa quæ incipitur in iuuentute, quando feruet in homine sanguis aut rubea colera. Quædam verò est cana, quæ incipitur in senectute. Quædã verò est nigra, vt quæ differtur in morte. Prima est optima, secunda pigra, tertia est dubia. Psalm. Quoniam non est in morte qui memor sit tui: Nã qui nõ est memor Dei in vita, multo minus est in morte.

Pallad.

Psalm. 6.

Secundò cognoscitur ex stridore, quia scilicet illa arena quæ manu compressa edit stridores, est vtilis fabricanti. Sic ille qui manu comprimitur, id est, tactu alicuius tribulationis premitur, si emittit stridorem non impatientiæ, sed pœnitentiæ, est aptus ad fabricandũ domum conscientiæ. Non autem ille, qui ex flagello non mutatur.

Tertiò cognoscitur ex inhæsione, quia si in panno, vel in linteo candidæ vesti inspersa & excussa nihil maculæ reliquerit, aut sordis, ægregia est. Sic illa est ægregia pœnitentia, quæ nullã maculam aut remorsum relinquit in conscientia. Apost. Nihil mihi conscius sum.

1. Cor. 4.

Item pœnitens debet facere sicut agricola, quia quãto laboriosius agrum suum excolendo exercet, tanto vberius domum suam fructibus replet: Ager enim noster est corpus, quod quanto qui magis excolit pœnitentiæ laboribus, tanto domus mentis interior spiritualibus pinguescit virtutibus, vnde dicitur: Diligenter exerce agrum tuum, & postea ædifices domum tuam.

Prou. 14.

Item pœnitens debet viuere in timore, & spe. Sicut cũ nauis concutitur in aqua, vna pars eius descẽdit sub aqua, & alia eleuatur. Sic anima pœnitentis partim debet descendere se humiliando per timorem, partim verò assurgere se confortando per spem.

Item pœnitentia in mortali facta, est sicut moneta falsa, vnde sicut non liberatur homo soluens monetam falsam, vel quæ nõ habet formam debitã. Sic non liberatur faciens pœnitentiã in mortali peccato quo ad Deũ, & præmium vitæ æternæ, nisi sit informata charitate. 1. Cor. Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

1. Cor. 13

Item pœnitere proponens in morte, similis videtur esse illi qui ludit

ludit ad scacos, etiam parum de ludo sciens, & cogitat apud se: Ego primo permittam mihi familiam auferri. Deinde mattabo illium cum quo ludo, & in fine in angulo concludam eum, & vincam eum; cùm ille cum quo ludit sit peritissimus lusor. Sic velut lusor imperitissimus est peccator, qui semper in ludo tentationum succumbit, qui familiam virtutum & bonorum operũ per peccatum amittit. Et peritissimus lusor est diabolus, qui scilicet à principio mundi exercitatus est in ludo tentationum. Qua ergo præsumptione confidit peccator quòd in angulo debeat eũ mattare, id est, in fine suæ vitæ? Dicit enim Greg. quòd tanto diabolus grauiores tentationes ingerit, quanto magis sui propinquari conspicit.

Grego.

Item sicut fatuus reputaretur nauta, qui expectaret nauẽ suam gubernare quousque incideret in periculum, sic & qui vitam suam non dirigit ad portum salutis antequam incidat in periculũ mortis. Prouerb. Vir prudens dirigit gressus suos.

Prou. 15.

Item auis non expectat ictum sagittæ quando videt arcum extentum, sed antè euolat; sed miser homo expectat ictum mortis ante conuersionem. Psam. Nisi conuersi fueritis, &c.

Psal. 7.

Item pœnitentia humilis renouat faciem mentis. Vnde assimilatur cuidam vnguento quod fit ex fimo cocodrilli, quo facies vnctæ, ostenduntur lenes esse velut iuuenes facies: Quasi enim fimus cocodrilli est vtilitas peccati, ex cuius recognitione salubre vnguentum conficitur humilis pœnitentiæ, Quod videlicet faciem mentis vetustate deformem renouat, & reformat. Ephe. Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, &c.

Ephes. 4.

Item pœnitentia quanto magis est laboriosa, tanto magis est fructuosa. Vnde assimilatur lino, quia linum requirit multũ laborem, quia seminatur, purgatur, & maturatum recolligitur, & in fasciculos coaptatur, aquæ macerãdum exponitur, extractũ Soli desiccandũ exponitur, tandẽ multis tunsionibus & artificiis, à suis superfluis purgatur, & per decoctionẽ & multas lotiones fila ex eo facta ad albedinem deducuntur: Non enim linum à suo virore terrestri perfectè spoliatur, nec perfecto candore decoratur, nisi multotiens contundatur, decoquatur, & Soli expositum aqua sæpius aspergatur. Sed sicut linum requirit multos labores, ita & sine dubio habet multas vtilitates: Nã ex eo fiunt vestes ad induendum, vela ad nauigandũ, retia ad venandũ, & piscandũ, fili ad suendum, funes ad ligandum, cordulæ ad sagittandũ, ligamina ad cõnectendum, lineæ ad mensurandum, linteamina ad quiescendum, cortinæ ad ornandum, sacci & bursæ ad continendum, mantilia ad cõuescendum. Similiter etiam non potest homo sine multo labore conscientiã emundare, vnde multa laboriosa requiruntur in pœnitentia, vt contritio, cõfessio, satisfactio, siue restitutio, ieiuniũ, eleemosyna, & oratio. Sed sicut habet laboriosum exercitium, ita habet copiosum fructum: Habet enim peccata purgare, naturam resuscitare, gratiam, virtutes, & merita reparare, cælum aperire, infernum claudere, ecclesiæ recõciliare, & multa alia bona facere.

Itẽ pœnitẽs debet curare peccata, sicut medicus vulnera curat: Nam primo medicus vulnus detegit, deinde medicamentum apponit: quasi enim vulnus detegit, qui peccatũ confitẽdo prodit, sed qui ipsum cum amaritudine plangit, quasi medicamentũ apponit.

Et

Et ideo (sicut dicit Gre. Qui mala quæ perpetrabat insinuat, scilicet falsè quæ insinuauit recusat, quasi subducta veste vulnus detegit, sed torpenti mente medicamentum vulnerum non apponit. Confessionis igitur vocem solus necesse est vt meror excutiat, ne vulnus proditum, sed neglectum, quod licentius iam per humanam notitiam tangitur, deterius putrescat. Psalm. Iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo.

Psal. 37.

Perseuerantia in bonum qualis esse debeat, nauigantium exemplo, ipsiusq; Ioseph tunica pulcherrima similitudine, pariter & auctoritatibus exprimitur.

Cap. LV.

PErseuerantiam boni incæpti non debet homo dimittere propter aduersitatem siue difficultatem, vel propter tentationem. Sicut qui mare nauigant, propter contrarium ventum non dimittunt nauigare, sed contra ventum perseuerãter laborant, donec ad portum veniant. Et canis venaticus sequitur leporem per spinas, & tribulos, donec apprehendat Et sic nos Deum. 1. Cor. Sic currite vt comprehendatis.

1. Cor. 9.

Item perseuerare non potest in bono, qui habet in anima infirmitatem, vel corruptionem peccati. Sic homo sanus & fortis cõtinuat viam suã, sed homo æger, & debilis, & si incipiat viam, cito deficit: sic iustus perseuerat, sed peccator non continuat. Iob. Tenebit iustus viã suã, & mundis manibus addet fortitudinem. Poma enim putrida, & vermiculosa, & sine cauda, cadunt de arbore, sed sana bene se tenent vsq; ad maturitatem. Sic peccatores interius putridi, & vermiculosi, & carentes cauda perseuerantiæ, citò cadunt à modico vento tentationis. Iob. Tollet eum ventus vrens de loco suo.

Iob.

Iob. 27.

Item perseuerantia boni operis assimilatur tunicæ Ioseph: Nã Ioseph (sicut ait Grego.) qui inter fratres suos iustus, vsq; ad finem ipse perseuerasse describitur solus, talarem tunicam habuisse perhibetur: Nam quid est talaris tunica, nisi actio consummata? Quasi enim protensa tunica talum corporis operit, cum bona actio ante Dei oculos vsq; ad vitæ nos terminũ tegit. Incassum quippe bonum agitur, si ante vitæ terminum deseratur: quia & frustra velociter currit, qui postquam ad metam veniat, deficit.

Prædicator qui quatuor rationibus semini comparatur, qualiter, quãdo, & cui verbum Dei seminare debeat, quibusq; mali ac boni prædicatores assimilentur, clarissimum redditur.

Cap. LVI.

PRædicator assimilatur seminatori, qui scilicet quando vult seminare, quatuor attendere debet.

Primo loci qualitatem, quia semen est secundum qualitatẽ terræ densius vel ratius seminandũ. Similiter in prędicatione secundũ qualitatem auditorum formari debet sermo Doctorum, vt Greg. dicit. Et ideo secũdum dispositionem, & indigentiam auditorum, est rarius, vel frequentius, & breuius, vel prolixius prædicandum.

Secundò cõsiderare debet temporis congruitatem, quia alicubi est tardius, & alicubi celerius seminandum: Nam in locis humidis seminandum est celerius, ne semen imbre putrescat, & in siccis tardius, vt aqua proueniat, ne diu incens pænitus euanescat. Quasi loca humida sunt loca fluida, & ad

da, & ad peccandum parata, quibus verba sanctæ exhortationis citius impendanda sunt, quàm labantur in putredinem criminis: sed in hominibus aridis, & in denotis, aliquando tradius exhortationis semen non inconsultè differtur, vt ex ipsa dilatione auidius suscipiatur: vel quia minus fructuosè porrigitur homini verbū sanctæ prædicationis, dum est in accidia & arditate mentis: & fructuosius expectatur, vt ei porrigatur postquam perfusus fuerit aqua cōpunctionis. Et nota, quod illud quod seminatur celerius densius esse debet, quàm id quod seminatur tradius, quia scilicet plura & frequentia monita necessaria sunt homini tentato, quàm homini compuncto.

Tertiò considerare debet seminis quantitatem, quia minus de semine iaciendum est in terra pingui, & humida, quam in macra, eo quòd in pingui nimis se multiplicat, cōculcat, & deuastat, sed in macra nō totum crescit, sed aliquando perit. Quasi autem terra pinguis est anima deuota, in qua exhortationis semen auidiùs recipitur, si parcius & temperatius dicitur: sed terra macra est peccatoris cor, catens pinguedine gratiæ, in quo, quia semé verbi plerunque perditur, oportet vt frequentius seminetur. Eccl. Mane semina semen tuum, & vespere non cesset manus tua. Eccl.

Quartò considerare debet seminis vtilitatem: Sunt enim quædam semina vtilia, quædam verò sterilia ad fructum producendū, quod quidem Aegyptiorum agricolæ hoc modo probare dicūtur. Aream breuem loco subacto & humido, in mense Iunij excolunt, & in ea diuisis spatiis omnia frumenti & leguminū semina spargunt, deinde in ortu Caniculæ, qui apud Romanos 14. die kalendarum Augusti tenetur, explorāt quæ semina ortum sidus exurat, & quæ illæsa custodiat, his abstinent, illa procurant, quasi iudicio noxæ, aut beneficij, per annū futurū generi vnicuique fidus aridum præsenti exitio vel salute promisit, prout Pal. refert. Semina ergo inutilia, quæ scilicet ad ortum Caniculæ efficiuntur arida, sunt curiosorum prædicatorū quædam ampullosa, seu philosophica verba, quæ quidem arida, & inutilia sunt, quia à canicula aduruntur, ideo sunt indeuota, & infructuosa, quia ex vana gloria proferuntur. Illa igitur sunt vtilia, quæ humore deuotionis plena canicula, id est, curiositas, vel inanis gloria non deficcat. Matth. Seminauit bonum semen in agro suo. Matt. 13.

Item prædicationis bonus fructus sequitur & prouenit ex prædicatoris boni operibus, doctrinam eius præuenientibus, sicut ex bona semente sequitur bona messis. Gregor. Ille vberes fructus prædicationis colligit, qui semina bonæ operationis præmittit. Grego.

Ité sicut ex bona cultura agrorum sequitur abundantia frugū, sic ex præcedēti bona vita tribuitur prædicatori verborum vtilium affluentia. Vnde Grego. refert, & dicit: quòd tanto fœcūdius prædicationis verbū tribuitur, quanto in prædicatoris pectore perfecti operis exaratione præuenitur. Ille namque bene loquēdi facundiam accipit, qui sinum cordis per rectè viuendi studia extendit, nec loquentem conscientia præpedit, cum vita linguam antecedit.

Item prædicatores qui dicunt, & non faciunt, similes sunt laniis qui carnes bonas aliis vendūt, & ipsi pelores comedunt. Et sutoribus, qui bonos sotulares aliis præparant, & ipsi pelores portant. Sic sunt sacerdotes qui verbū salutis aliis

alijs ministrant, & ipsi pejora quam alij perpetrant.

Item prædicator debet attendere qualiter, & quando, & cui prædicat. Vnde Greg. dicit: In omne quod dicitur, necesse est, vt causa, tempus, & persona pensetur, si verba sententiæ veritas roboret, si hoc tempus congruum postulat, si & veritatē sententiæ, & congruentiam temporis personæ qualitas non impugnat, Ille enim laudabiliter spicula emittit, qui prius hostem quem feriat cōspicit: Malè namque validè arcus contra subiicit, qui sagittam fortiter dirigens cluem ferit.

Item prædicatores qui dicūt, & non faciunt, assimilantur nautis poma portantibus: Nam hi qui poma portantes maria transmeant, ipsi quidē fructuum odore perfruuntur, sed eorundem fructuum refectione carent. Tales ergo prædicatores dū verba profunda scripturæ legunt, & alijs annunciandā in mente disponūt, quasi per altū mare in naui mentis alijs pomo ferunt. Ex quorum ipsi non fructu, sed solo odore pascuntur, cum non doctrinæ opere, sed sola meditatione potiantur. Vel nota, quòd nautæ qui poma portant, hæc paleis admiscent, vt ad terras illæsa deferant, quia scilicet prædicatores discreti, inter grauia vel difficilia dogmata quædam leuia & facilia interponunt: Nam aliquando scripturæ verba dubia, vel difficilia, per leuia & aperta declarant, vt ad corda audientium sano intellectu perringant.

Item prædicatorum verba assimilantur vitris, quia corda audientium ligant. Vnde Cant. Sicut vitra coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce. Labia sponsæ prædicatores sunt ecclesiæ, quorū prædicatio est vt vitra: quia in auditorum cordibus diffusas cogitationes ligant, ne remissæ defluant, ne se per illicita spargant, ne sparsæ cordis oculos deprimant, sed ad vnam intentionem colligant. Dicitur etiam coccinea, quia sanctorum prædicatio solo charitatis ardore flammescit, sicut Grego. dicit. Cant. 4.

Item prædicatores sancti assimilantur lampadibus, quia est in eis ardor vitæ, splendor doctrinæ, fulgor famæ. Per ardorē ergo vitæ, id est, per feruorem spiritus, purificant & consolidant seipsos. Sed per splendorem doctrinæ illuminant sibi propinquos, scilicet illos qui eorum audiunt dogmata, & verba, à quorum scilicet cordibus per flammam verbi, errorum tenebras repellunt, sed per fulgorem bonæ famæ ædificant & rectificāt distantes, & remotos. Lampades enim (vt dicit Grego.) lucem Grego.
suam longius spargunt, & cum in alio loco sint in alio resplendent. Et ideo sancti prædicatores, quorum opinio longe lateque claret, quia longe à se positis lucent, quasi eorum intuitui ne in peccatorum tenebras corruant, velut accensæ lampades refulgent: Nam qui eorum fama vel exemplis auditis, ad amorem cælestium surgunt, in eo quòd bona opera exhibent, quasi ex lampadis lumine resplendent. Ezec. Similitudo animalium, & aspectus eorum quasi aspectus lampadarum. Ezec. 1

Item verba prædicantium congruere debent moribus audientium, quia tunc, sicut dicit Greg. vim suæ rectitudinis amittunt, quando auditori nō congruunt, sicut medicamina vires perdunt quæ sanis membris apponuntur. Vnde etiam Greg. Nazianzenus Grego. Nazia.
dicit, quòd sicut non vna medicinæ species omnibus adhibetur, ita nec idem sermo congruit vniuersis.

Quo

Quo pacto homo spiritualis in via Dei proficiat, per exemplum formationis caseis hoc cuilibet aspicienti patefiet.

Cap. LVII.

PRouectus animæ in via Dei habet quatuor gradus, quod apparet per exemplum in formatione caſei. Vbi primo eſt lactis emunctio, ſecundo lactis coagulatio, tertio caſei recentis & teneri formatio, quarto eius per morã temporis induratio. Emunctio fit per hoc, quòd lac ſcilicet ab vberibus ſeparatur. Et hoc fit in homine, quãdo per manus Dei expreſſionem, id eſt, per diuinæ virtutis operationem, mens eius ab vſu veteſtæ conſuetudinis abſtrahitur. Iob: Nonne ſicut lac mulſiſti me. Deinde lac coagulo ſtringitur, & hoc fit, per hoc quòd pœnitens diuino timore ſe à peccatis continet & reſtringit, & ad iuſtitiæ ſoliditatẽ colligere ſe contendit. Poſt hoc autem caſeus recens in quadam teneritudine formatur: Caſeus enim recens eſt aliquantulum ſolidus, ita quòd non defluit, & eſt pinguis, & adhuc aliquantulum mollis. Et hoc eſt quando mens conuerſi peccatoris in conſtipatione pinguedinis cogitationis aſtringitur, vt nequaquã iam per deſideria defluat, ſed in vno amore ſe colligens ad ſolidã formationem ſurgat. Sic ergo aliquantulum ſolida per amoris formationẽ pinguis per creſcẽtem deuotionem, ſed adhuc mollis per lachrymarum de præteritis peccatis compunctionem. Iob. 10.

Item adhuc mollis & rauida, propter carnis ex vſu veteri contradictionem. Poſtmodum autem caſeus aquoſo humore cõſumpto induratur. Et hoc eſt, quando timore excluſo charitate ſolidatur, ita vt niſi gladio verbi Dei non aperiatur. Et nota, quod caſeus qui exterius eſt durus, eſt mollior quãdoque interius, quia amicus Dei licet ſit exterius durus, vel ſibi per carnis afflictionem, vel aliis per iuſtitiæ conceptionem, ſemper tamen interius ſeruat manſuetudinis ac pietatis mollitiem, ac dulcorem. Vel licet exterius dura patiatur, intus tamen molli medulla diuinæ conſolationis & gratiæ impinguatur. Iob: Sicut caſeum me coagulaſti. Iob. 10.

Perſpicuis exẽplis & auctoritatibus, temporalium verũ proſperitatem iudicia perditionis exiſtere, breuiter definitur. *Cap.* LVIII.

PRoſperitas temporalis eſt indicium perditionis, & econuerſo aduerſitas ſignum ſalutis: Nam illi qui in hoc mũdo in omnibus proſperantur, ſimiles ſunt infirmis deſperatis, voluntati ſuæ à medicis derelictis, quibus nihil quod expetunt, denegatur. Vnde (ſicut Grego. dicit) deſperatis relictis ægris, medici quicquid poſcunt dari præcipiunt. Qui autem ad ſalutem reduci poſſunt, multa dari contradicunt. Sic peccatores quibus hic proſpera ad vota ſuccedunt, de æterna ſalute deſperati ſunt. Sed qui ſaluandi ſunt, aduerſitatibus coercentur. Vnde Deus maius beneficiũ confert homini quãdo ipſum affligit, quàm quãdo ipſum proſperari permittit. Auguſt. cum mala voluntas poſtatem accipit efficiendi quod cupit, Deus dando irraſcitur, & non dando miſeretur. Pſal. Dimiſit eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis. Grego. Mactandus vitulus liber ad paſcua dimittitur, ſeruandus iugo premitur. Quia iniuſtus ad æternam mortem curret, effrenatis voluptatibus vtitur. Iuſtus verò à delectatione tranſitoriæ iucunditatis reſtringitur. Auguſt. Pſal. 80.

Corpo-

Corporalem, vestiumq; pulchritudinem, vanam esse, parietis & corui mirifico exemplo demonstratur.

Cap. LXI.

PVlchritudo corporalis vana existit, quia est sicut pulchritudo parietis: Nam pulchritudo parietis est ex exteriori pictura, qua sublata apparet lutũ quod erat interius. Prou Fallax gratia, & vana est pulchritudo. Prou. 32

Item pulchritudo vestiũ quam quidam homines quærunt, vana est, quia non est pulchritudo, sed pulchritudo accõmodata. Sicut pulchritudo corniculę de qua dicit fabula, quòd ornauit se pennis diuersarum auium, quibus ablatis sibi ab aliis auibus, apparuit nigredo carnis eius. Multum erubesceret aliquis nobilis superbus mendicare ab ignobilibus. Sic erubescere debet homo, quando à vermibus & auibus mendicat pulchritudinem exteriorem, cui pulchritudo naturalis sufficere debet, sicut aliis creaturis, vt Soli, rosæ, & aliis. Guido Carthusien. ait, vestes te ornãt, pulchritudo esset, si tu eas ornares: ideo ornatũ quærendo ostẽdis te esse turpẽ, decor qui cum veste induitur, cum veste deponitur, vestis proculdubio est, non vestiti. Bern. Fulgent monilibus, sordent moribus.

Peccatorum punitio interdum diploidi comparari asseritur, quia hic & in alia peruicaces iusta animaduersione puniuntur.

Cap. LX.

PVnitio peccatorum quorũdam assimilatur diploidi, de qua in Psal. Induantur sicut diploide confusione sua. Diplois quidem (sicut dicit Gregorius) duplex vestimentũ dicitur. Confusione ergo, sicut diploide, induti sunt, qui iuxta reatus sui meritum, & temporali, & perpetua animaduersione feriuntur. Solos quippe pœna à supplicio liberat, quos mutat: nam quos præsentia mala non corrigunt, ad sequentia perducunt. Psal. 108

Homo qui rationẽ habet, eaq; minime vtitur, bestiis comparari exemplo vnico, & auctoritate monstratur.

Cap. LXI.

RAtione vti, & secundũ rationem viuere cõperit homini ex propria forma, scilicet ex anima rationali. Et ideo qui ratione non vtitur, & secundũ rationem non viuit, propriè nõ est homo, sicut (secundum Philosophum) serra lignea non est serra, & lapidea nauis non est nauis, eo quòd nõ habet vsum & actũ nauis qui est à forma, licet habeat figuram propter materiam figurabilem in qua est. Sic quodammodo est de homine. Bern. Quid bestialius homine rationẽ habente, & ratione non vtente? Vnde Philosophus dicit: quod animalia omnia memoriis & imaginationibus viuunt. Hominum verò genus, arte & rationibus viuit. Psalm. Homo, cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipiẽtibus, & similis factus est illis. Bern. Arist. 1. Metha. Psal. 108

Peccatorũ recidiuatio quãtũ anima obsit cũ Dei gratiã non retineat, tribus similitudinibus suadetur.

Cap. LXII.

REcidiuantes in peccata similes sunt sotularibus, vel pelliciis veteribus, qui soturã tenere nequeunt, & ideo in lutum proiiciuntur. Sic recidiuantes nõ retinẽt gratiam, vel charitatem, & ideo in lutũ inferni proiiciuntur. Psal. Vt lutum platearum delebo eos, scilicet de libro vitæ. Psal. 17

Item similes sunt recidiuantes pauidis, & aridis militibus victis sincopi, qui solo timore cedũt, & fugiunt de prælio. Sen. Plura nos Senec.

tertium quàm premant, deplanoplanione quàm ter laboramus.

Item similes sunt infirmis accidiosis ibus in agritudine, qui debiliores fiũt quam antè. Et sic quanto frequentius cadunt, tãto plus lædũtur, & difficilius resurgunt. Luc. Fiunt nouissima hominis illius peiora priotibus.

Quomodo ergo corporum resurrectio a Christo in illis oculis possit fieri, tribus tum artis, tum naturæ exemplis proinde explanatum effertur.

Cap. LXIII.

RE surrectionem humanorũ corporum virtute Christi fieri posse tam artis quàm naturæ exemplo persuadent. Nam si artifex de tigneis arboris, vel herbarum, vitreum pulũ facit, & fragilem vitrum laqueatis, & pectinat, & de metallo imaginem hominis facit, & de vetro ferrũ. Quid mirum si summus artifex hæc facit de corporibus hominum? Phil. Saluatorem expectamus, dominum nostrum Iesum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Phil. 3.

Item de puluere Phœnicis, quæ sola auis est, & aliam auem facit natura, & ad regitum Leonis suscitantur leunculi. Quare ergo non poterunt suscitari homines de puluere suis ad vocem filij Dei Ioan. Mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent. Ioan. 6.

Item si semina, quæ prius moriuntur & putrescunt, virtute naturæ postea viuificantur, multo fortius virtute omnipotentis Dei mortui reuiuiscent. 1. Corinth. Insipiens, quod tu seminas non viuificatur, nisi prius moriatur, &c. 1. Cor. 15

Satisfactionē peccatorū iuxta mensurā delictis fore debere, auctoritatibus persuadetur, & exemplis.

Cap. LXIIII.

SAtisfactio pœnitentiæ debet esse secundum mensurã culpæ. Qui ad magnam mensuram acquirit, ad magnã oportet quod reddat. Deuteron. Pro mensura peccati erit & plagarum modus. Matth. 3. Facite fructus dignos pœnitentiæ. Glosa: Nam debet esse par fructus boni operis, eius qui multum, & illius qui parum peccauit. Et vbi abundauit delictũ, abundet & gratia, & operatio bona: Debet enim esse gladius secundum mensuram vaginæ. Et sic afflictio pœnitentiæ secundum mensuram culpæ, & qui plus bibit de vino delectationis, plus oportet eum solere symbolum pœnæ. Apoc. 18. Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormenta, & luctum. Deut. 25 Matth. 3 Apoc. 18

Sensus exteriores, qui velut cordis ostia se habent, quantum sint ante custodiendi, ut mentis puritas conseruetur, quatuor pulcherrimis exemplis indicatur.

Cap. LXV.

SEnsuũ cautela necessaria est ad cordis custodiam, sicut clausura ostij ad custodiã domus. Thesaurus enim nõ est securus vbi sunt omnia ostia aperta. Sic nõ est thesaurus cordis securus, vbi sensus exteriores sunt patuli, vel incauti, scilicet os ad loquendum, oculi ad videndum, & sic de aliis: vnde sicut diligeret homo ostium, & arcam, bandis & clauis ferreis munitam, ita debet multo diligentius sensuum suorum custodis puritatem interiorem seruare, quæ est thesaurus cordis.

Item si claudis ostium, & fenestras, contra ventum & pluuiam, quare non magis contra tribulationes & tentationes? Dominus enim vult ianuas esse

clausas. Vnde ad discipulos iamuis clausis venit. Diabolus autem occlusis ostiis venit ad tentandum.

Ezec. 48. apertus. Ezech. Porta clausa hæc erit. Quando Ioseph erat clausus. Dominus erat cum eo. Genes 39.

Item quando fit in ciuitate aliquis tumultus, ut aliqui vicinorum, burgenses sapientes claudunt ostia sua, & fenestras suas, sed tamen exeunt, & reclusi in medio, & redeunt frequenter vulnerati. Sic & impiens contra opprobria litigationes, & tribulationes claudit

Psal. 37. ostia oris sui, vel auriū suarum. Psalmus. Ego, inquit, tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum.

Item cupidus diligenter circuit dolia vini sui, & claudit undique & obturat, ne vinum effluat. Sic

Luc. 11. & tu sensus tuos, ne gratiam & auxilium Dei effundas. Felix ergo, qui dicere potest: Ostium meum clausum est, & pueri mei, id est, cogitationes, & affectiones meum sunt in cubili, id est, in secreto conscientiæ.

Sacram scripturam qua speculo, aqua à Domino in deserto populis tradito comparatur, mentis humiliatæ, cordis puritate, animi tranquillitate, deuotionis suauitate, & postremo affectionis auiditate immittendam fore, aquæ materialis exemplis explanatur.

Cap. LXVI.

SCriptura sacra assimilatur speculo. Vnde Gregorius di

Greg. cit: Scriptura sacra mentis oculis quasi quoddam speculum opponitur, vt interna nostra facies in ipsa videatur: Ibi enim fœda, ibi pulchra nostra conspicimus, ibi sentimus quantum proficimus, ibi à profectu quàm longè distamus.

Sap. 16. Item sacræ scripturæ sermo assimilatur illi pani, quem Dominus præbuit populo in deserto, de quo dicitur: Panem de cælo præstitisti eis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Panis namque ille omne in se delectamentum, & saporis suauitatem ad hoc habuit, quia scilicet in ore spiritualium iuxta voluntatem omnium saporem dedit: quia diuinus sermo, & omnis congruus, & à semetipso non discrepans, quantati audientium condescendit, quem dum electus quisque vtiliter iuxta modum sui intelligit, quasi sapientia manna in voluntatem saporem vertit, sicut Greg. dicit.

Ire sapientiā sacræ scripturæ inuestigandā est ad modum aquæ. Prou. 8. Agri.

Primò cum mētis humilitate: Docet enim Pallad. quod si quis vult puteum fodere, & in quo loco immensæ possit aquam inuestigare, hunc modū tenere debet. Mane ante ortum Solis his locis quibus aqua quærenda est, æqualiter prono animo ad solis depressa lacuna in terra spectare debet Orientem, & in quo loco aspiciens subtilem nebulam in aere consurgere viderit, & se vaporem spargere, signo ibi quo vicinæ stirpis, vel arboris prænotare. Nam constat siccis locis vbi hoc fieret, aquam latere. Sicut ergo cū prostratione corporis quærenda est aqua materialis, ita quoque cum humilitate mentis inuestiganda est aqua sapientiæ salutaris. Frequer. Vbi humilitas, Prou. 11. ibi sapientia. Sed notandū, quòd qui se ad terram prosternit, ad Orientē debet spectare, quia qui humiliter scripturæ sacræ perscrutatur mysteria, à Christo de quo scriptum est, Ecce vir Oriēs nomen eius, eorundem intelligentiam debet & petere, & spectare. Vnde Iac. dixit: Si quis indiget sapientia, postulet à Deo, Iaco. 1.

quia

quia dat omnibus affluēter, &c. Ipse enim Christus Deus est, sapientiā præstans paruulis, id est, humilibus. Vnde iacens, & Orientem cōspiciēs, subtilem nebulæ vaporem conspicit, qui se velut rorem spargit. Quia qui humili melite à Christo sapientiam petit, primo hāc quasi subtili & tenui vapore, id est, consideratione percipit, quæ post paulatim excrescēs, velut ros desuper veniens copiosius ac largius se infundit. Matth. Abscondisti hæc à sapientibus, & prudētibus, & reuelasti paruulis.

Matt. 11.

Secundo inuestiganda est cum cordis puritate: Dicit enim idem Palladius, quod si in aliquo loco, vbi non sit lacuna, neque aliquis ex cōsuetudine humor insideat, aut transeat, in tenui saltu salix syluatica virens, arundo hederaque humore gignantur, fodiatur locus ille latitudine pedum trium, altitudine pedum quinque, & proxime ad Solis occasum mundum vas æreum, vel plumbeum, interius vnctum immersum ponatur in fundo ipsius fossionis, & supra fossam ctaris de virgis ac frondibus. additaq terra spacium omne cooperiatur, sequenti die aperto loco, si in eodem vase sudores intrinsecus inueniantur, aut stillæ, aquas ibi esse non dubites. Sicut ergo, ad inueniendam materialem aquam congruit habere vas mundum, ita ad inuestigandum spiritualem sapientiam conuenit habere cor purum. Sapient. In maleuolam animam non introibit sapientia. Sed notandum, quod idem vas de solida debet esse materia, scilicet æreum, vel plumbeum, vt videlicet inuestigator spiritualis sapientiæ ipsum vas cordis solidum habeat, non confractum, sicut illud de quo dicitur Ecclesiastic. 21. Cor fatui quasi vas confractum, omnem sapientiam non tenebit.

Sap. 1.

Eccl. 21.

Item debet idem vas esse interius vnctum illa vnctione, videlicet de qua dicitur: Vos vnctionem quam accepistis ab eo, maneat in vobis, & non necesse habetis vt aliquis doceat vos, sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus.

1. Ioan. 2.

Item quòd idem vas debet sub crate viminea per diem operiri, & sequenti die discooperiri, signat, quòd sacri inuestigator eloquij, & debet se tacendo aliquando occultare, & aliquando, scilicet oportuno tempore, se docendo propalare. Vel primò debet se abscondere ad studendum & meditandum, & postea se propalare ad aquam doctrinæ stillandum. Sed iterum nota, quòd non est quærenda aqua sapientiæ salutaris in lacunis, id est, in hæreticorum doctrinis, seu libris, neque vbi sit humor transiens, id est, mundana scientia, quæ solùm transitoria quærit, sed in herbis humorosis, & semper virentibus, id est, in sacræ scripturæ, seu Sanctorum doctrinis, in quibus abundat humor spiritualis deuotionis, & virtutis, vel perpetuæ veritatis.

Tertiò, inuestiganda est cum mētis tranquillitate: Dicit enim idem Palladius, quòd si vas figuli siccum neque coctū eadem ratione ponatur, ac similiter operiatur, altera die si aquarum vena est in præsenti, vas concepto humore soluetur. Similiter in inuestigando diuinam sapientiam debet esse vas siccum ab humore concupiscentiæ, & non coctum calotibus iræ: Nam istæ duæ passiones maximè mentem inquietant, & reddūt ineptā ad percipiendū lumen sapientiæ,

scilicet passio concupiscentiæ & iræ. Vnde oportet inuestigatorē diuini eloquij ab vtraque passione mentem habere tranquillam. Et ideo castitas & mansuetudo maximè conferre dicūtur ad cōtemplationem sapientiæ. Iac. In mansuetudine suscipite insitum verbum. Iac. 1.

Quarto inuestiganda est cum deuotionis suauitate: Nam idem Palladius dicit, quod lucerna oleo plena, & incensa, si ibi similiter tecta ponatur, & secunda die inueniatur extincta superstitibus alimentis, aquas idem locus habebit. Similiter inuestigator sacræ scripturæ debet habere lucernā, id est, mētem oleo deuotionis plenam, quia talis mens est, quæ aquam veræ sapientiæ efficacius & fructuosius inuenit. Sed notādum, quod in ipsa aquæ inuestigatione lucerna accensa extinguitur, quia in contemplatione diuinæ sapientiæ, vel in ipsa profunditate scripturæ, humani ingenij claritas obūbratur, ita vt mens nihil quasi se scire credat, quæ valde se forte prius sciētem reputabat, sed lucerna extincta aqua dignoscitur, quia humiliatæ menti, & insciam se reputāti, sapientia cælestis infunditur.

Quinto inuestiganda est cum affectionis auiditate: Dicit enim idem Palladius, quod si in eo loco focū feceris, & terra vaporata humidum fumū nebulosumque ructauerit, aquas ibi esse cognoscis. Sic in inuestigatione scripturæ necessarius est focus, id est, feruens ardor discendi. Dam. Si fuerimus affectuosè discētes, erimus & multa scientes. Sed notandum, quod ab hoc igne cōsurgit fumus humidus, & nebulosus, i. inquisitio, quæ est nebulosa, id est, obscura in dubitādo, sed humida, id est, facilis in suscipiendo, sicut id quod est humidum vel molle, impressiones faciliter recipit.

Item est fumosa, id est, subtilis est in inuestigando, & est feruida in addiscendo.

Sexto quoque manifestatur aqua salutaris sciētiæ, id est, sacræ scripturæ intelligentia ex doctrinæ communicabilitate, vt idem sæpe dictus auctor testatur. Vellus lanæ æquè positum, vel coopertum, si tantum humorem colligit, vt alia die fundat expressum, copias aquæ ibi esse testabitur. Sic qui docendo aquam sapientiæ copiose aliis fundit, signum est, quod copiose hauserit. Philosophus: Signū sapientis est posse docere. Cum expressione aquæ, id est, ex ipsa communicatione doctrinæ, reuelatur plerūque doctori aqua, id est, intelligentia cælestis sapientiæ. Aste.

Hominem per subtractionem, appositionem, & impressionem similem Deo posse fieri, naturalibus commonstratur exemplis.

Cap. LXVII.

Similis Deo fit homo tripliciter: Nam secundum artē similitudo alicuius rei in aliquam materiam inducitur. Vno modo per subtractionem, sicut in sculptura, & sic anima efficitur similis Deo per ablationē culpæ, vel per subtractionem cōceptus materialis substātiæ: Est enim Deus actus purus, & immaterialis. 3. Reg. Sculpsit cherub. leones, & palmas, & similitudinem hominis stantis. 3. Reg. 7

Secūdo per appositionem, sicut in pictura, vbi apponūtur lineamenta, & colores. Et sic anima efficitur Deo similis per appositionem gratiæ, & virtutum. Eccl. Cor suum dabit in similitudinem picturæ. Eccl. 38.

Tertio per impressionem, siue adhæsionē, sicut in figura sigilli

qua-

quando inhæret ceræ. Et sic anima efficietur similis Deo per inhæsionem gloriæ Ecclesiastic.

Eccl. 45. 1. Ioan. 4. Similem illū fecit in gloria Sanctorū, & Ioannes. Scimus quoniā cū apparuerit, similes ei erimus.

Iusti simplicitas hic non sine ratione lapidi comparatur, quātumq. malitia subtilitas sit contenda, mystice Deo præcepto docetur.

Cap. LXVIII.

Leuit. 9. SImplicitas innocentiæ non conuenit cū subtilitate malitiæ. Vnde prohibetur, Leuit. 9. Vestem quæ ex duobus texta est, non induēris: Nam in vestimēto ex duobus contexto, scilicet lana, & lino, interdicitur coniunctio simplicitatis innocētiæ, quæ significatur per lanam, & subtilitas malitiæ, quæ significatur per linum.

Item simplicitas iustorum assimilatur lapidi: Habet enim vitrū purum in carnis honestate, papirum album in mentis puritate, oleum pingue in operis pietate, ardet dilectione, lucet discretione, sed aliquando contemnitur ex humili ostensione. Iob. 12. Greg. in mora. Lampas contempta apud cogitationes diuitum. Greg. Sæpe contingit vt electus, qui ad æternā fœlicitatem ducitur, cōtinua hic aduersitate deprimatur, non hūc rerum abundantia fulciat, non dignitatum gloria honorabilem ostendat, nulla ei obsequentium frequentia supperat, nulla hunc humanis oculis vestium pompa componat, à cunctis vero despicabilis cernitur, & huius mundi gratia indignus æstimatur. Sed tamē ante occulti iudicis oculos virtutibus emicat, vitæ meritis eprufcat; honorari metuit, despici non refugit, corpus continentia afficit, sola in animo delectatione pinguescit, mentem semper ad patientiam præparat, & electus pro iustitia, de perceptis contumeliis exultat, afflictis in corde competitur, de bonorū prosperitatibus quasi de propijs lætatur, sacri verbi pabulum mente solicitus ruminat. Et inquisitus, quodlibet eloquij duplicis ignorat. Vnde itaque iusti simplicitas, & lampas esse dicitur & contemptā. Lampas, quia interius lucet, intus ardet flamma charitatis, foris nulla gloria resplendet decoris, lucet ergo & despicitur, quia flagrans virtutibus abiectus æstimatur.

Huius sæculi solicitudo Molæ comparatur, quæ ex paupertatis asperitate, laudis cupiditate, voluptatisque amore ortum habere exemplis pluribus admonemur.

Cap. LXIX.

SOlicitudo, & actio sæculi, assimilatur molæ farinam molentis Nam mola in gyro ducitur, & farina profertur. Vnusquisque igitur mūdi actio est mola: Quia dum multas curas colligit, humanas mentes quasi per gyrum vertit, atque ex se velut farinā proiicit, quia seducto corde, semper munitissimas cogitationes gignit, sicut Greg. dicit.

Item solicitudo sæculi constatur ex tribus: Tria enim præcipue sunt quæ reddunt homines sæculi solicitos, & operosos, scilicet asperitas paupertatis, cupiditas laudis, & amor voluptatis. Vnde homines seculares similes sunt columbis, de quibus dicit Palladius, quòd fœtus frequentant si ordeum tercfactū, vel fabam, vel orobū sæpe consumāt. Quid enim est columbas fœtus multiplicare, nisi seculares homines per lucra frequentia pecunias augere, etiam per solicita studia, laboriosa & secularia opera frequentare? Ad quæ videlicet

Digitized by Google

ideo compelluntur, quia hordeo, faba, & orobo pascuntur: Siquidem in hordeo asperitas, in faba verò ventositas, in orobo onerositas inuenitur. Vnde in hordeo asperitas paupertatis: Nam etiã pauperes rustici hordeaceo pane pascuntur. Faba vero, cum sit ventosa, inflationis est generatiua. Vnde gloriæ vel laudis humanæ signat appetitum, qui inflationem & tumorem superbiæ inducere consueuit. Orobus autem est genus leguminis quo tauri impingnari dicuntur. Vnde amore voluptatis significat, qua taurus, id est, caro indomita, id est, non subiecta spiritui, delectatur. Quia igitur ex his tribus
1. Ioan. 2 vitiis omnis mundana solicitudo causatur. Dicitur: Omne quod est in mundo est concupiscentia carnis, & cõcupiscentia oculorum, & superbia vitæ: Nam concupiscentia carnis, voluptatem requirit Concupiscentia oculorum, id est, auaritia, paupertatem fugit. Superbia verò vitæ ex humana laude, vel gloria, velut ex faba venter, intumescit.

Spes Ancora & Baculo similis esse dicitur, qua animæ nauem, hominisque viam in hoc mũdo peregrinantem sustentare videtur.

Cap. LXX.

SPes assimilatur Ancore, quia scilicet nauem, id est animã seruat, ne à procella tentationũ & tribulationum irrumpatur, vt
Heb. 6. innuit. Apostol. Qui confugimus ad proposita nobis spem, quam sicut anchoram habemus
Aug. super Epi. ratam & firmam. Vbi dicit Augustus. Si videris re fluctuare in mari huius mundi, noli abrumpi ab Anchora antequam intres in portum, fluctuat nauis, sed nõ longe à terra proiicietur, nec in æternum fluctuabit & si ad tempus fluctuat.

Item spes baculus est in via huius vitæ peregrinanti, & qui huic baculo innititur non corruit. Psal. Nõ deliquent omnes Psal. 33. qui sperant in eo.

Item non fatigatur, nec deficit. Isa. Qui sperant in domino Isa. 40. mutabunt fortitudinem.

Superiores à subditis (nisi maxima vrgeat necessitas) haud sore reprehendendos. Oze Dei Arcam tangentis exemplo confirmatur.

Cap. LXXI.

SVbditi multum peccãt temerè reprehendendo facta suorum maiorũ. Et similiter infirmi, vel peccatores, temerè iudicãdo, vel redarguendo facta vel dicta iustorum: Cuius exemplũ ostenditur in arca testamenti, quam bobus calcitrantibus inclinatam Leuites, qui casuram credẽs etigere voluit, mox sententiã mortis accepit Quid namque (sicut dicit Gregor.) est mens iusti, nisi 2. Reg. 6. arca testamenti? Quæ gestata bobus calcitrãtibus inclinatur, quia nonnunquam etiam qui bene præest, dum subiectorum populorum confusione concutitur ad dispensationis condescensionem ex sola dilectione mouetur: sed in hoc, quod dispensatorie agitur inclinatio ipsa fortitudinis, casus putatur ab imperitis. Vnde & nonnulli subditi contra hunc manum reprehensionis mittũt, sed à vita protinus ipsa sua temeritate deficiunt. Leuites igitur quasi adiuuans, manum tetendit, sed delinquens vitam perdidit. Quia dum infirmi quique fortiũ facta corripiunt, ipsi à viuentium sorte reprobantur. Aliquando etiam sancti viri quædam minimis condescendentes dicũt, quædam vero summa contemplates proferunt, dumq. vim, vel condescensionis nesciunt, vel altitudinis, hæc stulti reprehendunt.

Et

Et quid est iustum de sua ꝯdescẽsione velle corrigere, nisi inclinatam arcam superba reprehensionis manu reiciuare: sit quid est iustũ de incognita locutione reprehendere, nisi modum eius fortitudinis sapsum reputare? Sed perdit vitã, qui arcã Dei tumide subleuat: Quia nequaquã quis Sanctorum corrigere recta præsumeret, nisi de se prius meliora sensisset. Vnde & Leuites idem recte Oza dicitur, qui videlicet robustus Dei interpretatur, quia præsumptores quique nisi audaci mente robustos se in domino crederent, nequaquam meliorum facta vel dicta velut infirma iudicarẽt. Cum igitur quædam facta meliorũ deterioribus displicent, nequaquã hoc quod mentem mouet, reticendum est, scilicet cum humilitate magna proferendum, vt intentio recta sentientis eo modo seruet formam rectitudinis, quo per iter graditur humilitatis. Et liberè ergo dicenda sunt quæ sentimus, & valde humiliter proferenda quę dicimus, ne quod recte intelligimus, hoc clare proferendo, non recte faciamus, sicut Greg. dicit.

Lucifer fabulatur, quando, vbi, quomodo, & a quibus fuerit ædificata, dissuete describitur, ex quo vtique similitudinibus superbiæ grauiter, Tyrannorumque prosequitur aperitur.

Cap. LXII.

Genes. 11. SVperbia, secularis potentia assimilatur turri Babel. In hac primò ratione causæ, scilicet propter quam fuit ædificata, quam scilicet fuit triplex.

Primò fuit timore diluuij. Timebant enim homines, ne iterũ diluuium fieret, & ideo se quærunt ipsum præmunire volentes ædificando excelsissimam turrim, quã aquæ altiores non possent operire. In quo gratias, quod superbi homines potentes semper sunt in timore ne à sua altitudine deiiciantur. Vnde conãtur se præmunire, ostẽdendo tyrannice aliis altitudinẽ suæ potẽtię, ad hoc, vt semper plus timeãtur, & maiores reputẽtur.

Secunda causa fuit pro cupiditate dominandi: Hoc enim factũ est ab hominibus de consilio Nẽroth, qui volebat dominari eis. In quo significatur ambitio mũdanorum, propter quã vanus appetit alteri dominari, sed sicut dicitur, interdum dominatur homo homini in malum suum. Eccl 8.

Tertia causa fuit pro celebratione nominis, vnde dixerũt: Venite faciamus nobis ciuitatem, & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum, & celebremus nomẽ nostrum, antequam diuidamur in vniuersas terras. Vbi attende quadruplex studium tyrannorum, & superborum.

Primum est ad commoditates corporales habendum, propter quod isti cogitauerunt ciuitatem facere, vt scilicet commodius viuerent.

Secundum est ad se fortificandum, propter quod cogitauerũt turrim maximam ædificare, scilicet ad fortitudinem. Vnde dicit Iosephus, quòd tanta fuit grossitudo eius, vt aspicientibus de propè longitudo videretur minor.

Tertium est ad se exaltandũ. vn de cogitauerũt cælum attingere, imitantes scilicet illũ, qui dixit: In cælum ascendã, & super astra cæli exaltabo solium meum. Isa. 14.

Quartum studium est ad nomẽ suum dilatandum. Et sic cogitauerunt isti nomen suum celebrare, siue apud præsentes præ magnitudine & pulchritudine operis, siue apud posteros de operis firmitate, & perpetuitate. Psal. Vocauerunt nomina sua in terris suis. Psal. 48.

Secundo superbit potentum

assimilatur illi turri ratione materiæ, quia habuerunt lateres coctos pro saxis, bitumen pro cæmento. Sicut autem in cæmento quod fit ex calce viua, intelligitur vnitas charitatis, in saxo vero boni operis firmitas: Sic in bitumine accipitur vnitas, & colligatio impietatis, qua eorum sequaces confœderantur, qui loco saxi, i. veræ constantiæ, habent laterem coctū pertinacis malitiæ.

Tertiò ratione patriæ, siue terræ vbi fuit ædificata, quia in terra Sennaar. Vnde dicitur: quòd cùm proficiscerentur de Oriente, Gen. 11. inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt in eo, & ibi postea ædificauerunt. Vbi nota primo superbiæ originem, in eo quòd isti ædificatores turris profecti sunt de Oriente, per quem signatur claritas originis, i. nobilitas natalium, ex qua frequenter nascitur & prouenit ambitio dominandi. Vel per Orientem intelli- Zach. 6. ge Christū, de quo dicitur Ecce vir Oriens nomen eius, à cuius claritate, & humilitatis exemplo, superbi & ambitiosi discedunt, & inueniunt campum, scilicet latitudinem, & licentiam voluptatis corporis, quæ lata via est perditionis. Vnde dicitur esse in terra Sennaar, id est fœtoris. Quia scilicet libertas voluptatis est causa perditionis animæ, & fœtoris infamiæ. Vel turris superbiæ ædificatur in campo Sennaar, i. fœtoris, quia licet superbia floreat, & oleat mundo, tamen Deo maximè fœtet. Vnde superbi assimilantur fœtidis, qui alta scandunt, & fœtidi sunt.

Quarto ratione pœnæ, quia punita fuit hæc superbia pœna diuisionis, & confusionis linguarum, & hæc diuisio linguarū est dissensio superborum. Prou. Inter superbos semper sunt lurgia, vbi enim superbia, ibi & contumelia. Item propter linguarum confusionem vocatum est nomen illius Babel, quia ibi confusum est labium vniuersæ terræ. In malis enim est confusio affectionum. Tot enim linguis loquuntur mali, quot æstuat desiderijs. Et bene iungitur turri Babel, quia superbiam sequitur confusio. Prou. Superbum sequetur humilitas, & humilem spiritu susci- P.02.18. piet gloria.

Item superbus homo difficulter corrigitur, cibus enim in quo nimis est de sale quasi perditus est, sed nō ille in quo parum est, quia potest apponi. Facilius enim sal cibo apponitur, quā subtrahitur. Sic homo superbus qui nimis habet de sensu, propter difficultatē, obedire alteri, & ideo nō est flexibilis ad obedientiam. Sed humilis conuertitur, quia humilis venenus à sensu suo recipit alienum, quia videns sensum suum nō sibi sufficere, alieno sensui acquiescit.

Item superbus prælatus similis est ouī cui pastor imponit molam ad collum, quæ quantūcunque sit misera, omnes tamē quasi domina præcedere satagit. Sic homo quantūcunq; imbecillis fuerit, si fiat prælatus, omnes tamen præcedere se credit, & se existimat omnibus meliorem, contra quod dicitur Eccle. Rectorem te posuerunt, noli extolli, &c. Eccl. 32.

Item superbus similis est illi, qui vult altam domum facere sine fundamento: Nam vult elevari ad gradum dignitatis sine basi humilitatis, & ideo certus potest esse de ruina. Prouerb. Qui ædificat domum suam, quæris ruinam. Prou. 18

Item superbus est, quasi lucerna, quæ de nocte lucet, & in die vix apparet. Et similiter ligna putrida, & quidam vermes de nocte lucent, sed de die non. Sic superbi modo lucent in oculis huius mundi, sed in die iudicij, quando Prou. 27

Solis-

Digitized by Google

Sol iustitiæ apparebit, qualis sine
Prou. 13 apparebunt, quia tanc videbuntur
in ipsius proprio. Prouer. Lucerna impiorum extinguetur, id est, extincta monstrabitur.

Os hominis, quod non emungens ostio, cuntatis sine moro, impedimento sine exclusa, nam absque regimine, ac aqua sine frano assimilatur, inuestigare sit custodiendi, & frustum observandum, de monstratur.

Cap. LXXIII.

TAcere dolorem, & indignationem conceptam, aliquando non est bonum: Nam (sicut dicit Greg.) vulnera clausa plus cruciant: quia cum putredo, quæ intus fetuit, elicitur, ad salutē dolor aperitur. Sic plerunque nimis tacitumi dum nonnulla iniqua patiuntur, eo in amaritudinem doloris prodeunt, quo ea quæ sustinent nō loquuntur. Nā si illatas molestias corde tranquillo dicerent, à cōscientia dolor emanaret.

Item tacere & loqui debet homo pro tempore. Cuius exemplū apparet in ostiis. Ostium namque aperitur & claudiur. Vnde Dauid ori suo ostium petiit, dicens:
Psal. 139 Pone Domine custodiā ori meo, & ostiū circūstantiæ labiis meis. Ex quo aperte docuit, q̄ & per disciplinā lingua retinēri debeat, & ex congruitate tacuri, quatenus os discreti, & congruo tempore vox aperiat, & nimium taciturnitas claudat.

Item qui ori suo, silentij & locutionis discretionem pōdā apponit, est sicut ciuitas sine muro.
Prou. 25 Prouerb. Sicut vrbs patens absq; murorum ambitu, ita vir qui in loquendo non potest cohibere spiritum suum. Glosa. Si murum silentij non habet, pater inimicorum insultis ciuitas mentis, & dū per verba extra semetipsam procedit, apertam se aduersario ostendit. In periculo autem est ciuitas, cuius porta semper aperta est tempore belli, & in terra inimicorum ista. Tales sunt illi apud quos nullum est silentium, & nullū secretum, nihil celare vel abscondere sciunt, quicquid audiunt, vel vident, in publicum referunt. Con-
Prou. 25. tra quos dicitur: Quæ viderint oculi tui, ne proferas, in iurgia cito ne prorumpas, ne forte emēdare non possis cùm dehonestaueris amicum tuum.

Item ille est sicut molendinum sine exclusa, qui abundat verbis malis, sicut aqua ad molendinū. Vnde sicut molendino submittitur exclusa, quæ fluxum aquæ retinet, qua amota fortius currit quàm antè; Sic amota censura silentij, maiori impetu loquitur quàm prius. Prouer. Qui dimittit
Pro. 17. aquā, caput est iurgiorū. Aquam dimittit, qui se à fluxu verborum non restringit, qui est causa iurgiorum & discordiæ. Eccl. Ne des
Eccl. 15. aquæ tuæ exitum, nisi modicum.

Item est sicut nauis sine gubernaculo, quæ vadit non quò vult, sed quò ventus ducit.

Ité nauis in aqua cito submergitur, nisi obstruatur. Sic homo, qui os suum non restringit à verbis superfluis, cito in peccata cadit. Proueib. Os lubricum operatur
Pro. 17. ruinam.

Item est sicut equus sine fræno, qui se impingit vbi non vult dominus eius. Ita homo non gubernans linguam ad ruinam tendit.
Eccl. Lingua imprudentis subuersio ipsius est.
Eccl. 5.

Item sicut ad portam domus vel castri maior custodia apponenda est, quia qui habet portā, de facili habet castrum: Sic ad portam oris custodia est ponenda. Psalm. Posui ori meo custo-
Psal. 38. diam. Prouerb. Qui custodit os
Pro. 14. suum, custodit animā suam, quia

mors & vita in manibus linguæ.

Item est sicut vas sine operculo, quod immundum est, & cito refrigeratur. Sic homo, qui non custodit linguam suam immundus est: Nam vas quod non habuerit operculum, & ligaturam desuper, immundum erit.

Num. 18

Nouem signa sanitatem, mortem vel futuram significantia scitè describuntur, quæ spirituali infirmitati tentationis adaptantur. Nec non quibus quantisq; modis Diabolus nos tentet, & in quot, præcipuè peccatores, ac etiam panitẽtes aggrediatur, exprimitur.

Cap. LXXIIII.

TEntatorum, vel peccantium infirmitas habet quasdam pronosticationes, id est, spiritualis mortis, vel salutis futuræ significationes, ad modũ infirmitatis corporalis: Sunt enim nouẽ modi signorum, sanitatẽ vel mortem futuram infirmi significantium, quos Hippocrates in pronosticis cõmemorat, & de quibus in eodẽ libro pertractat, ad quos medicum oportet attẽdere, tam corporalẽ, quàm suo modo etiã spiritualem.

Hipp.

Primum itaque signum est fortitudo infirmi morbum facile tolerantis, & hoc est signũ bonum. Contrarium autẽ signum est debilitas, suum morbum pati nequeuntis. Spiritualiter autem infirmatur qui tentatur, moritur autem qui desperat. Licet igitur quis peccet, si tamen adeo fortis remanet vt à bono opere non cesset, signum est boni talis fortitudo infirmi. Si autem adeo fuerit ægri animus debilis, vt cesset ab effectu bonæ operationis, signum est mortis, i. futuræ damnationis.

Secundum signum bonum, est leuitas infirmi facilè se mouentis. Contrarium autem est grauitas infirmi inertem motum habentis. Cùm enim homo interius aliqua tentatione afficitur, & adeo leuis est vt faciliter conuertatur, reparandæ salutis spes indicatur. Si verò tanta est grauitas infirmi, vt obstinatus à peccato nequeat conuerti, signum finis est mali.

Tertium est effigies membrorũ, quæ est sibi sano similis. Contrarium verò est effigies sano dissimilis. Hæc effigies est in interiori homine, compositio morum, & mentis. Exterius verò distributio actionum. Quę est sibi sano similis, quamdiu actiones sequuntur temperamentum religiosæ mentis. Tunc verò non est sibi sano similis, quando variatur per opera peruersitatis.

Quartum est sanitas mentis, & facilis appetitus. Oppositum eius est perturbatio mentis, & difficilis appetitus. Sanæ mentis esse dicitur, qui à rectitudine consilij non alienatur. Facilè verò cibum appetit, qui verbum vitæ, quod est cibus animæ, libenter audit. Qui verò est turbatæ mentis, & cuius appetitus est difficilis, si verbum vitæ non appetit, sed fastidit, necesse est vt mortem perpetuæ damnationis incurrat.

Quintum est, suauitas somni, congruo tempore facti, infirmum iuuantis. Contrariũ verò est eius, malitia somni non congruo tempore facti, infirmũ nocentis. Tempore congruo dormit, qui dormit in nocte, id est, qui mentis tranquillæ est in aduersitate, in hac quietẽ Deũ somniat, & huiusmodi somnus infirmũ iuuat. Dormit verò non congruo tempore, qui dormit in die, id est, qui delectatur in mundi prosperitate. Hic enim somnus quãto magis placet, tanto magis infirmo nocet.

Sextum est suauitas spiritus. Oppositum eius angustia spiritus. Suauitas spiritus, id est, anhelitus, est

tus, est seruio consolatius, vt est lenitate peccantem corripiat fraterna. Angustia verò spiritus est nimis durus, de quo dicitur Ezec. Vos autem cum austeritate imperabitis eis, & cum potentia. Ezec. 34.

Septimum est qualitas pulsus naturali similitudine. Contrarium verò eius inæqualitas pulsus, vt modo sit magnus, modo parvus, modo fortis, modo debilis. Arcet ista progressu à corde. Æqualitas autem pulsus in arteriis, cui identitas vitæ procedens ex affectu cordis. Cùm autem mens in cōtrarium vitio vertitur, tunc per diuersos motus inæqualitas pulsus venitur, & sic inæqualitas mētis designat periculum mentis.

Octauum est fortitudo virtutis, in loco decoctionis, contrarium eius debilitas virtutis in loco. Primus decoctionis locus est stomachus, secundus hepar, tertius cætera membra. Cum enim cibus autem decoquitur in stomacho, virtus per peccatiorem, in calore hepatis per dilectionem, in arteriis membris per operationem, tunc fortitudo virtutis est in loco decoctionis. Si verò æquiritur debilitas virtutis, signū est mortis.

Nonum est laudabilis purgatio per sudorem. Contrariū verò eius vituperabilis purgatio per sudorem. Sicut autem in quibus infimo aperiuntur corporis pori, vt per sudorem fiat purgatio morbis: sic per confessionem peccati, fit laudabilis purgatio animi. Laudatur etiam sudor medicinalis, si habeatur in omnibus membris. Cū enim sudor à toto corpore exit, omnium membrorū fortitudinem designat, quod est signum bonum. Similiter, oportet, vt sudor confessionis fiat, de peccato cuiuslibet operationis. Cùm autem sudor fit tantum in quadam parte corporis, vt in capite, contingit ex membrorum debilitate. Moraliter igitur per ægrum intellige animum, per caput intentionem, per reliquum corpus actionum sequentium distributionem, per sudorem confessionem. Cùm aliquis igitur intentionem suam laudat, & hoc quod male gessit cōfessius excusat, creditur esse vituperabilis huius purgatio sudoris. Quia sudor cōfessionis poros non aperit, quos excusatio clausos per obstinationem stringit.

Item nota, quod diabolus amplius tentat hominem de illo peccato ad quod nouit eum proniorem, sicut bellator impugnat castrum ex illa præcipue parte vbi debilius est. Greg. Diabolus mores vniuscuiusque conspicit, cui vitio sit propinquus, & illa ponit ante faciem ad quæ viderit facilius inclinasi mentē. Sicut etiam venator ponit laqueos, vbi consueuerunt bestiæ frequentare. Psal. In via hac qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi. Abscondit enim diabolus peccati pœnam, & ostendit delectationem, & abscondidit malum à diabolo sicut, pedica sub folio. Iob. Abscondita est in terra pedica eius, & decipula eius super semitam. Greg. Psal. 139. Iob. 18.

Item sicut laqueus sub grano, & sicut vermis sub morsello, & hamus sub cibo. Eccl. siast. Sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues comprehenduntur laqueo, sic capiuntur homines tempore malo. Eccl. 9.

Item tentat diabolus plus fortes, quam debiles, quia debiles forte tentari Deus non permittit, nam miles non mittit filium suum ad prælium quando parvulus est, sed quando fortis est, & potest arma ferre.

Item Rex villas expugnare dedignatur, & mouere exercitū cōtra eas, sed contra fortia castra:

castra: sic diabolus fortiores impugnat acrius. Vnde quando bellator aliquis vult terram alicuius capere, primò impugnat ipsius fortis castrũ, quo rapto tota terra capitur, quia per illud impugnat dominũ castri, & totã terrã eius. Sic diabolus magis impugnat eos qui eminent in iustitia, & fama, vt exemplo eorum alij capiantur. Vnde Reg. dicitur, quod totũ pondus prælij versum est in Saul. Et in libro Iudicum dicitur, quòd Philistei, qui figurant dæmones, acceperunt Samsonẽ, qui interpretatur Sol eorum, id est, illuminans alios, & erutis oculis molere eum fecerunt, id est, peccando circuire.

1.Reg.

Iud.

Item plus tentat diabolus pœnitentes, quàm peccatores non pœnitentes: Nam pœnitentes sibi rebellant, sed peccatores ei obediunt. Sicut Reges castrum sibi subditum, vel sibi subditos non impugnant, sed sibi contrarios, & rebelles. Sic diabolus sibi rebelles magis impugnat. Greg. Hostis noster quanto magis sibi rebellare nos conspicit, tanto amplius expugnare contendit. Iudith. Ego nunquam nocui virum, qui voluit seruire Nabuchodonosor Regi Babylonis, populus autem tuus si non contempsisset me, non leuassem hastam meam contra eum.

Grego.

Iudith 12.

Itẽ miles vel Rex aliquis, quando castrum amisit, nititur amicos requirere, & congregat exercitũ magnum, sicut fecit Pharao ad persequendum filios Israel fugientes ab eo. Sic facit diabolus contra pœnitentes. Ambrosius. Quotidianis experimentis didicimus, eos qui conuerti deliberant, tentari acrius à concupiscentia carnis, & vrgeri grauius in operibus luti, & lateris, qui Aegyptum egredi, & Pharaonem fugere voluerũt. Ideo dicitur Luc. Quòd dum immundus spiritus exierit ab homine conuerso, tunc dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui, & vadit, & assumit septem spiritus nequiores se, &c. Isti septem spiritus, sunt septem vitia, quibus diabolus obsidet animam, quasi Rex cum exercitu suo. In quo exercitu superbia quasi vexillum portat. Psal. Posuerunt signa sua. Grego. Euidentissimum signum reproborum est superbia, & electorum humilitas, quam cum quisque habet in se, aperte cognoscitur sub quo Rege militat: Vnusquisque enim quendam titulum portat operis, quo facile dignoscitur sub cuius potestate seruiat rectoris. Inuidia sagittas trahit, detrahendo aliis. Hier. Extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij, & non veritatis, lingua eorũ dolum locuta est. Ita autem quasi funda lapides iactat, ingeminãs improperia. 1. Reg. Semel maledicebat Dauid, mittens lapides aduersus eum, sed ipse prius se percussit in capite, quàm alium in veste. Eccle. Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadit. Acidia fossatum euacuat ab aquis gratiæ: Spiritus enim tristis exsiccat ossa. Iudith. Holofernes fecit præcludi aquæ ductum, ne veniret in ciuitatẽ cordis ipsam lætificans. Psalm. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Auaritia fossata implet per terrenorum cumulationem. Dan. Veniet Rex Aquilonis, & comportabit aggerem, scilicet diuitiarũ, & capiet vrbes munitissimas. Multi videntur captionẽ suam multum diligere, qui nõ cessant fossatum paupertatis implere diuitias congregando. Ecclesiast. 8. Multos perdidit aurum & argentũ. Luxuria ignem concupiscentiæ incendit. Iob. Ignis est vsque ad consumptionem deuorans, &c. Gula hunc

Exod. 14

Ambros.

Psal. 73.

Hier. 8.

1.Re. 16.

Eccl. 28.

Iud. 12.

Psal. 45.

Dan. 11.

Eccl. 8.

Iob. 31.

hunc ignem nutrit, & accendit, proponendo ligna cibariorum. 3. Reg. Nabuzardà succendit domum Domini. Psal. Incenderunt igni Sanctuarium tuum.

Item à tentationibus cito capitur qui non expellit à se cogitationes carnales, vel terrenas affectiones: Non enim diu potest teneri castrum, vbi non sunt homines fortes, & defensabiles. Vnde cùm obsidentur castra extramittuntur paruuli, & mulieres, quia non sunt vtiles ad bellandum. Sic facere debes de corde tuo, ne cogitationes pueriles, & affectus molles intus retineas: Mulieres enim sunt cogitationes & affectiones circa carnalia versantes. Vnde dicitur Naum 5. Ecce populus tuus mulieres in medio tui. Paruuli vero costi cordis, sunt affectiones terrenorum: Paruulus enim plus diligit pomum, quam regnum. Prou. Vsquequo paruuli diligitis infantiã, & stulti ea quæ sibi sunt noxia cupient.

Item nota, quod tentatus, & impugnatus à diabolo, debet orationi insistere. Debet, id est, petere succursum à Deo ille, qui tentatur, sicut faciunt obcessi in castro. Vnde viri Iabes miserunt ad Saul pro succursu, cùm obsedisset eos Naas Ammonitas, qui interpretatur serpens, & significat diabolum: Frequens enim oratio vitiorum impugnationem extinguit.

Item tentatio diaboli vincitur per humilitatem: Rete enim diaboli non capit pisciculos, id est, humiles, ad modum scilicet retium magnorum piscatorum.

Item diabolus vadit per mõtes superbiæ, humiles verò per valles humilitatis: & ideo eos non inuenit, quia non vadunt per viã suam. Greg. Quotide tela tentationum accipimus, & nos contra illum tela mittimus, si confecti tribulationibus humilia respondeamus. Vnde humilitas (sicut dictum est Antonio) euadit omnes diaboli laqueos.

Item nota, quòd tentator decipit animam sicut piscator murenulam: Nam quia serpens cũ murenula coire volẽs eam sibillo ad se vocat, ideo etiam à piscatoribus sibillo vocatur, & capitur. Sibilus ergo serpentis est delectatio carnis: Sed sibilus piscatoris ei consimilis, est ipsa tentatio carnis, in qua tentator malignus animæ ipsam carnis delectationem ad imaginationẽ adducit, & suæ fraudulentiæ ei speciem abscondit: quia ad quid eam deducere finaliter debeat, tentando non ostendit.

Item nota, quod Deus permittit non semper tentari vel tribulari hominem, sed quousque sit purgatus & probatus, sicut paterfamilias non dimittit bladum in campo, & vinũ in vinea quousque putridum sit, sed quousque sit maturum. Et furnarius nõ dimittit panem in furno quousque comburatur, sed quousque decoquatur. Sic Deus in tentatione, vel tribulatione hominem non omnino derelinquit, sed donec ipse purgetur, vel probetur. Petr. Nouit Dominus pios de tentatione eripere.

Item tentationes vehementes fatigant & debilitant animã rationalem, sicut imbres pluuiales ante vindemiam debilitant, infirmant, & imbecille reddunt vindemiarum mustum. Vnde hęc fatigatio repellenda est ab anima, sicut debilitas huiusmodi remouetur à musto: Dicitur enim in libro de vindemiis, quòd si pluuialibus imbribus multis superuenientibus, vuæ in vinea adhuc existentes, vel post vindemiam amplius quàm oportet madefiant, ex necessitate ipsas calcabimus.

mibus. Et si vindemiarū mustum imbecillius esse didiceris, quod quidem docebit te gustus, quòd vinum in doliis mittitur, post primum ebullitionē confestim transfūdatur in alia dolia: Manet enim in fundo omne limosum propter grauedinem, & addatur vinum aliud ad decem, scilicet metretas coctulæ tres. Quidam autem melius facientes, vinū coquunt quousq; vigesima para eius cōsumatur, immittentes ipsi centesimam. Paulatim vero eo vsque ad ignem dimittunt vinū, quousque quinta eius consumatur, & ea postea vtuntur. Habes ergo multiplex tentationum medium cōtra deficiatum vinū, id est, contra lassatum, vel tepefactum ex tentationibus animum.

Primo per tribulationem, id est, occupationem, quia varietas operis tedium tollit.

Secundo per decoctionem, id est, scientiæ meditationem, quæ inflammatur in nobis ignis amoris. Psal. In meditatione mea exardescit ignis. Psal.38.

Item per ipsi immissionem, id est, per sacræ doctrinæ studium: quia sicut mediante ipso scriptura imprimitur tabulæ, sic mediante studio scripturæ doctrina imprimitur animæ.

Item per vini consumptionem. Nam ignis, cui vas cordis adhærere debet, est cōsideratio passionis Christi: ibi enim ignis diuini amoris maximè exardet, & ideo tepida corda & frigida maximè calefacit. Psalm. Ignis à facie eius exarsit. Et hic ignis omnem accidiam consumit, & animæ nouas vires addit. Psal.17.

Item tentationis languor repellitur sicut languor perfici: Dicunt enim sapientes de agricultura perdi, quòd sit periculus languere incipiat vangandus est, & inde stercorandus. Et dicit Pal. quòd stercoratio eius melior est ex fœcibus vini, quia talis stercoratio valet etiā contra pruinas. Alii etiā dicunt, quòd melior est stercoratio ex incinere quam aqua decoctionis sabarum. Similiter si homo languere incipiat ex tentatione luxuriæ, oportet quòd ligonizetur, idest, aliquo laborioso opere, vel obedientiæ onere exerceatur. Vel manu ligon terrā scindens, & obedientia carnem affligens, per quam languor tentationis luxuriæ optimè repellitur à carne. Si autem languet ex tentatione superbiæ, tunc debet stercorizari. Homo enim superbus tunc stercoratur, quando ei sua defecta & vilitas ad memoriam reuocatur. Ad hoc etiā valet aqua decoctionis sabarum: Quid enim sunt sabæ, nisi honores & dignitates mundanæ, quæ ventō superbiæ implent mentē, sicut sabæ ventō fertur? Istæ sabæ aqua decoquuntur, quia scilicet in dignitatibus & honoribus positi multiplici tribulatione replentur. Vnde intrigetio huius aquæ, id est, cōsideratio tribulationis, & inquietudinis digestiuæ, & potestatis mundanæ, expellit languorem perfici; id est, ambitionem & appetitum honoris, sed si animus languet, ex tentatione suauitatis, stercoretur ut fœcibus vini. Quid enim sunt fœces vini, nisi impuritates & vilitates mundi, quas dum animus prudenter attendit, ea quæ mundi sunt velut stercora contemnit, secundū illud Col. Omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam. Col. 3

Hac ut vita tirum tempus esse meminerimus, & demorendi, in alia verba tempus indicendæ afferitur.

Cap. LXXV.

TEmpus præsens concessum est homini ad meritum, sed in futuro erit tempus Domini ad iudican-

uiedam; Ille enim qui iudicat ad decios, facit suam tagium comparatiuo, quando dat ei decios vt iaceat sicut voluerit. Sic facit Deus peccatori; quādo quasi decios dat ei tempus ad bene operandū, modō decios habemus, id est, tempus. Sen. Tempus tantum nobis datum est, sed post mōrem non erit nobis, sed tunc accipiet, vel habebit decios ipse, scilicet Christus; & inde ē contra nos decios irat, id est, vocabit aduersum nos tempus. Psalm. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.

Sen.

Psal. 74.

Quomodo Deus timor, bonum nostrū nos corroborat, Amor exemplū nobis dat, Timor claustrum efficitur exemplo. Cap. LXXVII.

Timor Domini fructibilis mentē facit, sicut lapides superpositi arboribus siue regulis super tecta, custodiunt eas ne à vento moueantur. Sic timor Domini, vt dicitur Eccles. super omnia se superponit. Et sicut ancora tenet nauem ne mergatur, ita timor tenet cor stabile ne periclitetur. Greg. Ancora mētis est pondus timoris. Sicut enim timor introducit amorem (vt Aug. dicit) sicut sera introducit filium. Est ergo intelligitur de timore seruili. Sera namque sic filium introducit, vt ipsum præcedit, sed eum ipse non permanet: Sic timor seruilis charitatis amorem præcedit, sed amore proficiente discedit. 1. Ioan. Perfecta charitas foras mittit timorem.

Eccl. 25.

Greg. 32.

August.

1. Ioan. 4

Cur Deus electos suos quātū ipsimet sufferre queant, vexari permittat, quantumq; tribulationes fidelibus expediant, non paucis exemplis & auctoritatibus suadetur. Cap. LXXVIII.

Tribulatio probat animum, sicut pomum vel malū immissum dicitur probare mustum. Nā (sicut dicitur in libro de vindemiis.) Illi qui volunt probare mustū, an purū sit, vel aqua mixtum, malū aliquod mittūt in vas, melius vero est pyrum, alij autem locustā, alij cicadā, & si supernatant, purū est vinū, si mergantur, mixtū est aqua. Similiter animus an sit verus vel fictus, probatur ex ineursu vel illatione alicuius rei aduersæ, vel cōtumelioſæ, quæ tunc supernatare probatur, quando sine ira toleratur. Tunc vero submergitur, quando cor per iram ingreditur, Greg. Qualis quisque apud se lateat, illata contumelia probat.

Item tribulatio probat animū, sicut per contritionē probatur fortitudo sympsis, & per feruorē fornacis virtus vasis. Non enim est magnū si lucerna nō extinguatur vbi non est ventus vel pluuia, sed magnum est lucere cū vento tentationis, & inter in aqua tribulationis. Sap. Inextinguibile est lumē illius Can. Aquæ multæ nō poterunt extinguere charitatem.

Item tribulatio quāto amarior, tanto maiorem consolationē metetur: Nam quāto amariores sunt herbæ medicinæ, tanto plus ponetur de saccaro, vel de melle, vt infirmus potionem absorbeat. Sic est de consolatione & tribulatione. Psalm. Secundū multitudinem dolorum in corde meo, consolationes tuæ lętificauerunt animam meam.

Item tribulatio ad bonum compellit, & etiam festinare facit: Nā quando aliquis pastor, vel alius, porcū suū vel ouem ducit ad pascua, vel ad forū, & non vult eum sequi, ligat fune, vel virga percutit, & ita inuitum ducit. Sic dominus ligat nos infirmitatibus, & aliis defectibus, qui aliter eum nolumus sequi. Vnde dicitur Ose. In funiculis Adę traham eos, in vinculis charitatis.

Sap. 7. Cant. 8.

Osee. 11.

Item

Item pectora sua sequentibus hostibus ad loca munita fugere compellunt.

Sic nos de tribulationibus & infirmitatibus ad cœlestē patriam intrare compellimur. Luc. Compelle intrare. Glosa. Qui aduersitatibus fracti ad amorem Dei redeunt, compelluntur intrare. Luc. 15.

Item sicut homo percussit equū vel asinū suū, vt ad viam redeat, vel vt citius vadat; sic Deus verget nos tribulationibus. Isa. Domine in angustia requisierunt te. Isa. 27. Psal. 82. Psal. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomē tuum Domine. Et ideo Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Psal. 15.

Item tribulatio sanctum hominem probat. Nam ferrum calidū debet malleari, non frigidum. Sic sancti amore Dei succensi debēt tribulationibus probari. Sicut enim ferrum calidum dum tenditur dilatatur, sed frigidum frangitur. Sic boni ex tribulationibus crescunt, mali verò deficiunt.

Item pectus lutem vacuus ad ignem crepat, & magnum sonitum reddit, sed plenus non. Ita homo à gratia vacuus per impatientiā crepat tribulatione. Eccl. Vas figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Eccl. 27.

Item tribulari permittit Deus Sanctos suos, & quandoque eos non liberat eos à pœnis præsentibus, sicut pater non liberat filium suum à manu medici, chirugici, vel magistri, licet videat eum affligi, quia scit sibi prodesse in futurum. Sic Deus suos nō liberat à tormentis. Non enim liberauit Petrum à cruce, vel Paulum ab ense. Heb. Alij autem distenti sunt, &c. Et postea sequitur. Vt meliorem inuenirent resurrectionem. Hebr. 11.

Item pater filium ab ictibus incorrecamento non liberat, etiamsi videat eum graues ictus sustinere, vt laudem patiendo acquirat. Sed si videat eum in periculo, non posset sustinere quin ipsum liberaret. Similiter etiā Deus amicos suos sustinet affligi in præsenti, vt laudem & gloriam cœlestis patriæ acquirant. Sed si in periculo animæ eos videat, eos liberat. Ideo Deus Iob. exposuit periculo corporis, &c. Sed dixit diabolo. Tamē tamen in animam illius serua. Psal. Adjuuet in oportunitatibus in tribulatione. Tunc enim oportunum est, cum agitur de periculo animæ. Iob. Psal.

Item tribulatio iustos purgat. Mulier enim bonos pannos sæpe lauat, sed viles & veteres, putrescere permittit. Sic Deus iustos flagellat in præsenti, sed peccatos putrescere permittit in peccatis. Apoll. Flagellat omnem filium quem recipit. Heb. 12.

Item tribulatio est scyphus, & calix Domini, vade potas amicos suos. Vade sicut non irasceretur homo, si Rex faceret eum sedere in aula, vt de scypho suo potaret; sic etiam non debet irasci de tribulatione. Matth. Calicē quidem meum bibetis. Mat. 20.

Item tribulatio, & pœna, melior est in vita ista, quam in alia. Nam tanquam est moneta vilis ad lucrandū, quādiu est in cursu. Modò moneta tribulationis & pœnitentiæ est in cursu, quia vna denariata in isto seculo, valet centum in alio seculo. Vnde dicitur Ezec. Diem pro anno dedi tibi. Ezech.

Vana gloria, qua Mahumus, Christianitati, ac alijs affinatur, semen diaboli simul cum zizania appellatur, cuius hic filia septem numerantur.

Cap. 2. RVBRI.

VAna gloria similis est modernō ad ventum, quæ sine vento non molit, & est sicut chamelco-

chamelæo, qui ex vento pascitur, & viuit. Ose. Ephraim pascit vẽtum, &c Et est etiã sicut nauis, quæ sine vento non currit. Vnde merito dicitur Iob: Tollet eum ventus vrens. Et nota, quod vana gloria zizania est & semẽtis mala, quã diabolus seminat in agro cordis inter fruges bonorũ operum, vt destruantur. Et sicut ex vno grano mali seminis nascuntur multa, sic ex ipsa vana gloria nascuntur multa vitia. Vnde secundum Grego. Inanis gloria generat septem filias: Quarũ prima est inobedientia, quia vana gloria in nullo vult videri inferior, quòd fieret si faceret mãdatum.

Ose. 2.

Iob. 26.

Grego.

Secunda est contentio, quia vult vincere cum clamore, & per hoc apparere.

Tertia est iactantia, qua quis enarrat bona sua, vt laudabilis appareat.

Quarta est hypocrisis, qua quærit hominibus ex exterioribus apparere.

Quinta est pertinacia, quæ factum suum malum, vel dictum defendit, ne errasse videatur.

Sexta est discordia, qua contra omne dictum assumit cotrarium propter vanam gloriam.

Septima est nouitatum præsumptio, qua quis noua, vel dicit, vel inuenit, vt laudetur.

Dei verbum cuius plurimi fructus hic recensentur, sagittis, gladio, medicinæ, aquæ, ac pluuiæ comparari ostentatur.

Cap. LXXIX.

Verba Dei assimilantur sagittis: quia secundũ Greg. Eo quòd durius feriunt, male viuentium corda transfigunt. Vnde Redemptori nostro de his sagittis à Psal. dicitur: Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent.

Psal. 118

Item verbum Dei assimilatur gladio, quia penetrat cor, sicut gladius penetrat corpus. Apost. Viuus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Et nota, quod eãdem vim habet gladius in manu debilis, vel fortis, parui, vel magni, sed non eũdem effectum, cum fortiter vel debiliter percutit. Sic & verbum Dei in ore prædicãtium.

Heb. 4.

Item verbum Dei purgat sicut medicina, lauat sicut aqua, & fœcundat sicut pluuia: Nam sicut medicina purgat à corruptis & superfluis humoribus: sic verbũ Dei à prauis & superfluis affectionibus, & ideo animã sanat. Sap. Neque herba neque malagma sanauit eos, sed sermo tuus Domine, qui sanat omnia.

Sap. 16.

Item sicut aqua lauat & mundat vestem, sic verbum Dei mentem. Ioan. Vos mundi estis, propter sermonẽ quem locutus sum vobis. Sed nota, quò cribrum si ponatur in aqua, statim impletur, sed cùm extrahitur, nihil intus remanet. Sic multi sunt in sermone, qui dum audiũt, pleni sunt aqua compunctionis, & deuotionis, sed cùm recesserint, vacui remanent, & auditorũ memoriam non habẽt. Eccl. Cor fatui quasi vas confractũ, omnem sapientiam non tenebit. Sed nihilominus attende, quòd vas cui aqua infunditur, licet aquam nõ retineat, est tamen mundius quã si non infunderetur. Sic ille qui frequenter audit verbum Dei, quàm ille qui non audit.

Ioan. 14

Eccl. 21.

Item mulier cũ in speculo sordes aspicit, aqua abluit. Sic verbum Dei ad modum speculi maculas cordis ostendit, & dat aquã gratiæ ad lauandum. Prouer. Doctrina bona dabit gratiam.

Prou. 12.

Item verbũ Dei fœcundat animã sicut pluuia terrã. Deut. Cũcrescat vt pluuia doctrina mea: Pluuia enim facit exire de terra, vermes, bufones, & herbas germinare. Sic verbum Dei peccata

Deut. 31.

ab homine facit extra, & bonum propositū germinare. Leuit. Dabo vobis pluuias tēporibus suis, & agri gignent germen suum.

Leu. 26.

Item verbum Dei mundat, & purificat affectum, sicut manipulus coriandri purificat oleum. Dicit etiam Palladius, quòd si animal in oleum ceciderit & oleum putredine ac nidore vitiauerit, iubent Graeci coriandri manipulum in olei metreta suspendi, atque ita paucis diebus manere, & si nihil de nidore dimiserit, mutandum esse coriandrum, donec superetur hoc vitium. Tunc quippe animal in oleum incidit, quādo carnalis tentatio in cor deuotum incurrit, quod putredine viciatur, quando delectatione polluitur. Sed quid per manipulum coriandri, nisi studium significatur diuini verbi? Coriandrū quippe canibus dicitur esse contrariū, quia nimirum diuinū eloquium peccatoribus est aduersum. Manipulus autem dicitur, eo quod manu capiatur. Vnde coriandrū manipulum ducitur, quādo verbi diuini studium ad opus ordinatur. Manipulus ergo coriandri, id est, studium diuini verbi, corruptionem animalis ab oleo abstrahit, quia delectationem tentationis carnalis ab animo repellit. Vnde Hiero. Ama scientiam scripturarum, & carnis vitia non amabis.

Hieron.

Peccatorum verba ipsorumq; malos mores mirum in modum iustis displicere vnico exemplo, pluribusque auctoritatibus suadetur.

Cap. LXXX.

VErba, & mores peccatorū, & carnaliū hominū displicent iustis, sicut displicet gustui cibus insulsus. Vnde Iob: Nunquid comedi poterit insulsum, quod non est sale conditū? Verba quippe molesque carnalium, quasi cibaria se nostris mentibus ingerunt, vt in delectationis ventre rapiantur: sed electus quisq; insulta nō comedit, quia prauorum dicta, factaque diuidicās ab ore cordis repellit. Paulus enim ad esum mentium insulsa inferri prohibuit, cùm discipulis dixit: Sermo vester sit semper in gratia sicut sale conditus. Et Proph. Quārq. verba reproborū in cordis ore insulsa rapiebat, & dicebat: Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua. Sæpe autem verba carnalium, dū importune se nostris auribus ingerunt, in corde bellum tētationis gignunt. Et quamuis hæc ratio reprimat, & lingua reprehendat, cum labore tamē intus vincitur, quod foris cum auctoritate iudicatur. Vnde necessarium est, quod nec ad aures veniat, quod mens à cogitationis auditu vigilans repellat. Sancti igitur viri qui ad æterna desiderio anhelant, in tanta se altitudine vitæ subleuant, vt audire iam quæ mūdi sunt graue sibi ac deprimens pondus credant. Valdè namque insolens ac intolerabile æstimāt quicquid illud non sonat, quod intus amant, sicut Greg. dicit.

Iob. 6.

Psal. 118

Virginitatis perfectio, qua lampadi accensæ assimilatur, in quibus potissimum consistat, claris similitudinibus aperitur.

Cap. LXXXI.

VIrginitas assimilatur lampadi: quia sicut lampas fracta non reparatur, sic virginitas amissa non recuperatur: Nam si quis amiserit virginitatē suam, si totum mundum daret plenum auro, non recuperaret eā. Amos: Virgo Israel proiecta est in terram suam, nō est qui suscitet eā.

Amos 5.

Item virginitas sine charitate & gratia, est sicut lampas sine oleo. Bern. Subtrahe oleum, lampas non lucet, tolle charitatem, castitas non placet.

Item

Item virginitas corporis plena secularis desiderij, similis est latrinæ habenti orificium deauratum, & lampadi integræ plenæ stercore. Et etiam similis est sepulchro, & feretro exterius ornato. Matt. Matt. 23. Væ vobis hypocritæ, quæ similes estis sepulchris dealbatis.

Item virgines debent esse solitariæ, & pauidæ, non audaces, vel domesticæ; Animalia enim syluestria pulchriorem hebent pellem, quàm domestica, & onager syluestris quàm domesticus. Similiter etiam virgines solitariæ pulchriores esse solent quàm affabiles: Nam familiaritas & affabilitas viam ad luxuriam præparant.

Sanctorũ virtutes vnguentis olẽtib., liquoribusq., & præcipue vino cõparari, eorũ exẽplis confirmatur.
Cap. LXXXII.

Virtutes Sanctorũ vnguentis assimilãtur: Sicut enim vnguenta redolere latius nesciũt, nisi commota, & sicut aromata odorem suum non nisi cũ incenduntur expandunt: ita sancti viri omne quod virtutes redolent, in tribulationibus innotescunt, sicut Gregorius dicit.

Grego Item virtutes assimilantur liquoribus, scilicet vino, oleo, & melli: Omne enim vinum in medio sui vasis melius est, & oleum in superficie, sed mel est melius in fundo. Et ideo (vt dicunt experti viri) cum fit vini transuasatio, quod est in supremo, vel in fundo, tunc bibatur, medium autem reseruetur. Hinc est, quod quidam pro loco propinant amicis suis triplex vinum de vno vase, dando eis de supremo, medio, & infimo. Sicut ergo inter liquores aliquis diligit locum supremum, aliquis mediũ, aliquis infimum: sic etiam inter virtutes suprimum quærit charitas, infimũ petit humilitas, medium autem tenet quælibet virtus moralis, de qua Philosophus dicit, quod virtus est habitus electiuus in medietate consistens. Arist.

Præsens ac futura vita ratione mutabilitatis, & tabernaculo, ac veteris Testamenti templo figurari breuiter exprimitur.
Cap. LXXXIII.

Vitæ præsentis ac futuræ status figuratus est in tabernaculo, & templo veteris testamenti: Nam per tabernaculum quod erat mutabile, figurabatur status mutabilis præsentis vitæ. Per templum verò, quod erat fixum & constans, figurabatur stabilitas vitæ futuræ, quæ est omnino inuariabilis. Et propter hoc in ædificatione templi dicitur, quod nõ est auditus sonitus mallei, vel securis: ad signandũ quod omnis perturbationis tumultus longe est à statu futuro. Aliqui tamen dicunt, quod per tabernaculum figurabatur status veteris legis. Per templum autem à Salomone constructum, status legis nouæ. Vnde ad constructionem tabernaculi soli Iudæi sunt operati. Ad ædificationem verò tẽpli operati sunt etiam Gentiles, scilicet Tyrij & Sydonij.

Tribus mirificis tela similitudinibus hominis vita, status, miseria & breuitas prouidè terminatur.
Cap. LXXXIIII.

Vita hominis corporalis assimilatur telæ propter tria. Primò ratione contexionis: quia sicut tela contexitur filis, ita vita hominis diebus perficitur. Sed quo augmentum percipit, eo ad incisionem tendit: Nam cum tempora percepta prætereunt, futura deplicantur, & de vniuerso vitæ spatio tanto fiunt pauciora quæ voluuntur, quo multa sunt quæ transierunt, Iob: Dies mei Iob. 7.

eius transierunt quàm à texente tela succiditur.

Secundo ratione innexionis. Tela quippe infra supraq; ligata duobus lignis innectitur vt texatur. Sed quo inferius texta inuoluitur, eo superius texēda deplicatur, vt vnde se ad augmentum multiplicat, inde fit minimum quod restat. Sic nimirū vitæ nostræ tempora, & transacta quasi inferius voluimus, & ventura quasi superiora deplicamus, quia quo plus sunt præterita, eo minus esse incipiunt futura.

Tertiò ratione succisionis: Tela enim breui tempore texitur, & ideo cito succiditur. Sic homo breui viuens tempore, citò mori
Isa. 38. tur, Isa. Præcisa est velut à texente vita mea. Vnde Gregor. dicit, quod tela tarditatem profectus, vita autem præsens morā defectus non habet: In illa namque cum laborātis manus figitur, aduentus termini elongatur. In illa verò, quia tempore desinens indesinenter cōsumimus, ad finem nostri itineris etiam quiescendo peruenimus, & per cursum nostri transitus etiam dormientes imus. Electi ergo, quia præsentis vitæ momenta decurrere sub festinatione conspiciunt, nequaquam in hoc mobilitatis itinere cordis intentionem figunt, sicut dicit Gregorius

Vitam tum corporalem, tum spiritualem hominis, propter pugnæ necessitatem, contra diaboli malignitatem, propriam infirmitatē, ac vitiorum nascentium prolixitate, debere pugnæ, nec nō stuppa similibus rationibus comparari, exemplis demonstratur apertis.

Cap. LXXXV.

VIta humana spiritualis assimilatur militiæ.

Primò, propter pugnæ necessitatem: quamdiu enim in hac vita præsenti homo tenetur, pugnare necesse est eum.

Primo, propter diaboli malignitatem. Vnde Iob, secūdum vnam literam dicitur. Tentatio est vita hominis super terrā. Greg. Quid tentationis nomine, nisi pugna contra malignos spiritus exprimitur? Ergo vita hominis tentatio est, quia dum cōtra malignorum spirituum insidias vigilat, in bellorum procinctu proculdubio defudat. Iob. 7. Grego.

Secundo habet pugnare contra propriam infirmitatem: Sponte quippe à statu cōditionis lapsus, corruptionis suæ putredini subditus, dū sibi ex seipso molestias gignit, in quadam pugna varietatis existit. Vnde nunc, & si ad summa appetenda, & etiam cōsequenda se erigit, mutabilitatis lubricæ impulsu protinus ad semetipsum cadit: vult in cōtemplatione stare; sed non valet cogitationis gressum figere; nititur, sed infirmitatis suæ lapsibus enetuatur. Qui nimirum mutabilitatis suæ onera, quia volens expetit, nolens portat. Quietus homo carnem possidere potuit, si bene ab auctore conditus possideri voluisset. Cumq; se erigere contra cōditorem studuit, in semetipso protinus carnis contumelias inuenit. Sed quia cū culpa simul ab origine etiam pœna propagatur, inferto infirmitatis vitio nascimur, & quasi cū hoste deducimur, quem cū labore superemus. Ipsa ergo hominis vita pugna est, cui ex semetipsa nascitur, vnde perimatur.

Tertio habet pugnare cōtra vitiorum nascentium perplexitatem: quia, scilicet, pœnitētis animā semper in pugna est, quod & si semper ex virtute succidat q̄ ex infirmitate generat, semper tamē ex infirmitate generat, quod ex virtute succidat: Nā & si iam ab iniquitatis perpetratione cōpesci-

Digitized by Google

pescitur, in ipsis tamen bonis operibus modo malorũ memoria, modo seductionis caligine, tentationis suæ interpretatione fuscatur: Alius namq. à luxuria iam carnem refrenat, sed tamen adhuc luxuriæ phantasmata tolerat: quia qui volens fecit, horũ etiam inuitus meminit. & pœnã sustinet, quod voluptatẽ putauit. Quia vero ad deuictam culpam retrahi metuit, ventrem miro rigore abstinentiæ cõstringit, vultusque ex abstinentia palescit. Cumq. pallor in facie aspicitur, venerãda ab hominibus vita laudatur, moxque inanis gloria abstinentis animam cum verbis fauoris concutit, quã cõcussa mẽs dum subiicere non valet, eũ per quem veneratur tergere à facie pallorem quærit, sicque fit, vt infirmitatis nexibus ligata, aut pallorem abstinentiæ fugiens, iterũ per alimenta subdi luxuriæ metuat, aut impulsum luxuriæ per abstinentiam superans, pallorem suum inani gloriæ militare pertimescat. Alius lapsum superbiæ superans, toto iam desiderio statum humilitatis apprehendit. Cumque superbientes quosdam vsque ad oppressiones innocentium erumpere conspicit, postponere aliquãtulum cogitur quod decreuit, vim rectitudinis exerit, & prauis non mansuetudine, sed auctoritate cõtradicit. Vnde plerunque fit, vt aut per humilitatis studium rectitudinis zelum deserat, aut zelo rectitudinis turbet humilitatis studiũ quod tenebat. Cumque seruari simul, & zeli auctoritas, & proposita humilitas non possit, sibimetipsi homo ex perturbatione incognitus redditur. Ita, vt vehementer ambigat, ne apud seductũ animum, aut superbia se auctoritate zeli insinuet, aut torpor pauidus humilitatem fingat. Alius quãta sit fallaciæ culpa, & fidei virtus cõsiderans, arcem veritatis eligens, decernit, vt ex ore iam falsus sermo nõ prodeat, sesq́ funditus à mendacij transgressione disiungat Sed fit plerunque, vt dũ verum dicitur, vita proximi grauetur. Cumque ingerere alteri læsionem metuit, ad hoc quod dudum presserat, fallaciæ vitium, quasi ex studio pietatis redit, sicque fit vt si malitia mentem non teneat, in eo tamẽ veritatis iudicium vmbra mendacij obscuret. Vnde & sæpe, quia percõtactus quisque conticere non valet, aut falsum dicens suam mẽtem trucidat, aut verum loquẽs proximi vitam grauat. Alius amore conditoris excitatus, à terrenis cogitationibus mẽtem curat assidua oratione suspẽdere, atq hanc in secreta quietis intimæ securitate collocare. Sed in ipso suæ orationis ascensu, dum eleuare animũ ab infimis nititur, infimorũ phãtasmatibus reuerberatur, atque ad intuendum lucẽ mentis oculus tenditur, sed ex corporeo vsu surgentibus terrenorum imaginibus obscuratur. Vnde fit plerunque, vt intendentis animus ipsa sua infirmitate fatigatur, aut orationem deserens desidia torpeat, aut si diu in oratione permanserit, apud eius oculos obortarum imaginum caligo densescat Propter quæ omnia rectè dicitur, quod militia siue tentatio, est vita hominis super terrã.

Secundo vita hominis assimilatur militiæ propter armaturæ contrarietatẽ Quia scilicet mẽs humana ipsis suis spiritualibus armis quibus se defendere nititur, impugnatur. Vnde fit, vt si eis careat, pigrescẽdo superetur. Et rursus si & illa sumat, eisdẽ ipsis vulneretur, nam ecce iste ab eruditione diuinæ legis alienus ignorantia sua deprimitur, ne quid

obtinendæ salutis operetur. Ille diuinæ legis scientia præditus, dum sibi præ aliis gaudet intellectum suppetere, quia priuato gaudio exultat, percepti intellectus in se munera dissipat, & inde in iudicio cæteris deterior exhibetur, vnde cæteris ad tempus clarior ostenditur. Hunc quia virtutũ dona non subleuãt, etiam vitam simplicé rectitudinis declinat, & velut extraneũ se à cælesti munere deputans, quasi eo securius praua agit, quo superni doni sublimia munera nõ percipit. Illum verò prophetiæ spiritus replens ad præscientiam subleuat, eique ventura quasi iam præsentia ostendit. Sed dum sæpe & in multis super semetipsum tollitur, vt futura veracitèr eõtempletur, mens in sui confidentiam deducta, eum qui haberi non semper potest, semper sibi adesse prophetiæ spiritũ æstimat, eumque omne quod sensérit propheticum putat. Et quia sibi hanc, & cùm non habet, retribuit, & inquantũ haberi potuit amittit. Sicque fit, vt inde post aliorum merita cæcitatis redeat, vnde æstimationem omnium lætus præibat. Militia ergo, siue tentatio, est vita hominis super terram, quæ aut aliena à virtutibus ad cæleste præmium fugere non valet, aut ditata donis spiritualibus aliquando deterius ex occasione virtutum ruit.

Tertiò vita humana etiam corporea assimilatur militiæ propter deficientiæ velocitatem: Nam per militiæ transitum ad finem quotidie tẽditur, cumque per ordinem militiæ locus crescit, tota militia simul homini deficit. Militia ergo est vita hominis super terram. Quia dum vnusquisque ad vitæ prouectum per temporũ augmentum tedit, augendo vitam viuere desinit. Dies quippe expectantur vt veniant, sed cùm ad augmentum vitæ veniunt, iã ab augmento vitæ subtrahuntur; Quia & idnerantis gressus dum in vlteriora proficit, quod restat iter decrescit. Vita ergo nostra militia est, quæ quanto ad augmenta ducitur, eo, vt non sit, finitur.

Item vita nostra assimilatur stuppæ. Ecclesiast. Prophanę stuppæ collectio, synagoga præteuntium. Primò, propter vsum: Fiunt enim ex stuppa fila grossa, inæqualia, debilia, & nodis plena. Talia autem sunt opera peccatorum, scilicet grossa propter defectum prudentiæ, inæqualia propter defectum iustitiæ, debilia propter defectum constantię, siue fortitudinis, & nodosa, id est, nexibus voluptatum plena, propter defectum temperantiæ. Eccl 4.

Secundò propter siccum: Est enim stuppa multum sicca, & ideo citò arripit flammam, & citò vertitur in fauillam. Sic mens peccatoris cùm sit ficca ab humore gratiæ, citò inflammatur à tentatione, & peccati delectatione, sed citò deficit delectatio operis, quæ tandem vertitur in fauillam, id est, in cruciatum ignis.

Tertiò propter fumum: quia fumus stuppæ dum extinguitur, amarus & tenebrosus inuenitur, oculis nociuus, & naribus fœtidus. Fumus ergo stuppæ, est delectatio culpæ, quæ extinguitur cum opus peccati finitur, & tunc relinquit in conscientia amaritudinem, in anima tenebrositatem, oculis intuentium nocet per malam ædificationem, & naribus per infamiæ fœtorem.

Virtutes in anima velut in terra semina fore inserenda, vitiaq; semper fomitem in nobis relinquere naturalibus simulstudendus clarum efficitur.

Cap. LXXXVI.

VItia sunt prius extirpanda, & post inserendæ virtutes: Nam

Digitized by Google

Nam si camporũ sentes arator vomeris scissione nõ eruit, terra acepta semine in segetem non producit. Et si putredine medicus, vulneris vel vlcetis apertione non eiicit, nequaquam in loco putredinis sana caro conualescit.

Item vitia etiam per pœnitentiam, vel emendationem purgata, aliquam post se notam, vel virtutum debilitatem, seu ad peccandum pronitatem relinquunt, sicut etiam post sanationem vulneris remanet cicatrix. Simon ergo ille quem Dominus à lepra mundauit, etiam post emundationem semper vocabatur Simon leprosus, & sicut qui vulneratur in pede etiam post sanationem vulneris claudicat. Sic etiam post vitiorum cõsuetorum correctionem remanet pronitas quædam, & debilitas.

Vnitas spiritualis, qua triplex corporalis vnitatis assimilatur, quantum bonis, tum corporalibus tum spiritualibus profit, pluribus educetur exemplis.

Cap. LXXXVII.

VNnitas spiritualis assimilatur vnitati rerum corporalium: Est enim in rebus corporalibus triplex vnitas, scilicet artificialis, naturalis, & socialis. Artificialis quidẽ est ex partium integritate, sicut est vna domus constans ex multis partibus, quarum nulla per se domus dicitur, omnes, vero simul vnitæ constituunt domum vnam. Vnde Boetius: Vnum est indiuisum in se, ab aliis autem diuisum. Et talis res quãdiu est, vna est, vnde si diuidatur non est. Sicut patet in cultello, qui vnus est ex manubrio & ferro. Vnde si ferrum à manubrio separetur, iam non est cultellus, sed duo frusta. Hæc vnitas spiritualiter debet esse in homine respectu sui quoad mentis integritatem: Cordis enim diuisio signum est mortis. Oseas Ose.11.
Diuisum est cor eorum, propterea interierunt. Vnde anima quæ diuidit affectiones suas circa multa, est sicut candela quæ tot parietibus adhæsit, quod aulsa cæra sua vix suum ligmen remansit in ea. Vnde de anima sancta dicitur Cantic. 6. Vna est Cant. 6.
columba mea.

Secunda est vnitas naturalis, sicut animæ & corporis in vna persona, & plurium cõsanguineorum in vna parentela: & talis vnitas competit humilitati, competit homini respectu Dei. 1. Co- 1.Cor.6.
rint. Qui adhæret Deo, scilicet per fidem, & charitatem, vnus spiritus est cum eo. Et nota, quod in homine caro vnita spiritui, suscipit ab eo multa bona, scilicet vitam, motum, sensum, & huiusmodi. Et similiter pauper homo consanguinitate cõiunctus diuiti, suscipit ab eo multa dona, vnde multum appetit pauper nobilis matrimonium mulieris diuitis propter bonorum cõmunicationem. Ergò multò magis appetenda est vnitas charitatis cum Deo, qui est summum bonum, à quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum. Vnde anima ex charitatis cõiunctione assequitur communionem multorum & magnorum bonorum. Sapien. Siens quoniam mecum Sap.8.
communicabit de bonis. Et Sa- Sap.7.
pien. Venerunt mihi omnia bona, &c.

Boet.

Tertia est vnitas socialis, sicut multorum mercatorũ in vna societate, sic debet homo in charitate vniri, & sociari proximo ad luorum vitæ æternæ, ita vt possit dicii Ecce quam bonũ, & quã iu- Psal.132.
cundum, habitare fratres in vnũ. Hanc ergo vnitatem facit vinculum charitatis ad proximum;

sine qua mutua pax, aut spiritualis gratia non coëruatur, sed effunditur, & euacuatur, sicut vinũ de dolio sine vinculo. Et nota, quod hæc vnita, & vinculũ charitatis multorum congregatorum in vnum, valet ad multa. Primo quidem ad laborandum: Nam sicut homo debilis fortiori sociatus portat seu trahit, quod per se solus trahere vel portare nõ posset, sic est vnus homo alteri in charitate vnitus. Ephe. Supportantes inuicem in charitate. Ephes. 4.

Item valet ad inflammandum: Ligna enim pariter congregata, maiorem ignem faciunt. Eccles. Vnus quomodo calefiet? Eccl. 4.

Item valet ad impetrandum, quia multi rogantes faciliter exaudiuntur, sicut Abbas faciliter audit conuentum, quando simul aliquid petunt. Et similiter, quãdo omnes ciues alicuius regni aliquid petunt à Rege, non de facili negat eis. Et vnus denarius minus bonus recipitur aliquando cum multis bonis, qui per se refutaretur. Sic preces vnius admittitur ratione alterius. 1. Petri: Omnes vnanimes in oratione estote. 1. Pet. 3.

Item valet ad pugnandũ: Nam quotiens filij Israel congregati fuerunt, victores extiterunt, dispersi, verò victi sunt: Pugna enim vnanimiter aggressa victoriã parit, sicut cauda equi diuidendo pilum à pilo faciliter potest rumpi, sed non simul accepta. Ecclesiast. Si quispiam præualuerit vni, duo resistunt ei: Dicitur quod Saladinus, cum moreretur, vocauit filios suos, & iussit, vt singuli afferent virgas, quas diuisas de facili fregerunt, sed simul iunctas frangere non potuerunt. Et dixit eis: Sic filij, si fitis vnũ inter vos & vnanimes, non poteritis vinci, nec frangi, sed si diuisi, & separati, vincemini. Eccl. 4.

Item valet ad supportandum: Leuis enim est sarcina quantumcunque debili, quando iungitur à pluribus, sicut patet in cetuis quãdo transeunt aquas, quorum vnus sustentat caput alterius, & membra etiam corporis inuicem se supportant: Roma. Vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Ergo ad fecurandum: Miles enim non est securus extra exercitũ, nec obsessus extra castrũ. Sic nec fidelis extra congregationem bonorum. Rom. 12.

Item valet ad congaudendum: Nullius enim rei sine socio iucunda est possessio. Apis enim pluriũ florum humoré in vnum congregat, vt mellificet. Vnde in vita æterna verè erit perfecta vnitas, & perfecta iucunditas: Nam ibi erit vna vox lætantium, vnus ardor cordium, amor perfectus, & vnus omnium spiritus. Ioan. 17. Vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Ioan. 17.

Dei gratiam in corde alicuius perficere, quatuor clarissimis signis nos posse cognoscere, exemplis & auctoritatibus erudimur.

Cap. LXXXVIII.

VNctio spiritualis gratiæ quatuor signis ostenditur cum est interius in corde.

Primum est, si mãdata Dei seruat: Ligna enim, & lignum oleo vnctũ, ignis facilius accendit, & vrit. Ioã. Vnctionem quã accepistis, maneat in vobis, quæ scilicet ad obseruanda Dei mandata cor implet, & inflammat. 1. Ioã. 2.

Secundum est, si vinculum diaboli, id est, peccatũ totaliter euadit: Pugil enim bene vnctus non diu à socio tenetur. Eccles. Qui vngis Reges ad pœnitentiam.

Tertium est, si lucidè de rebus iudicat; Res enim vncta lucidia est. Sic anima gratia vncta, clarè ac lucidè, & verè iudicat de mundanis. Ioan. Vos vnctionem habetis à Eccles.

Digitized by Google

betis à Sancto. Vbi glosa, non est necesse vt doceamini, sed vnctio docet vos, quæ scilicet tenenda sunt, & quæ non.

Quartum est, si onera tribulationum, & infirmitatum, & pœnitentiæ, & huiusmodi patiêter & sine murmure portat: Quadriga enim si est bene vncta, currit Eccl. 38. sine stridore. Eccle. In his curans mitigabit dolorem. Vnguentarius faciet pigmenta suauitatis, & vnctiones conficiet sanitatis. Sed nota, quòd vnctum locum inuadunt muscæ, & inquinant. Sic dæmones illos quos viderint habere gratiam, nituntur inquinare prauis cogitationibus. Eccl. Muscæ Eccl. 10. morientes. i. immundæ cogitationes, perdunt suauitatem vnguenti, id est, bonorum operum meritum, vel deuotionem orationis.

Astutos, subtilitatem, ingenij habentes, propria voluntate inuolutos cum suis confirmatur exemplis.
Cap. LXXXIX.

VOluntati propriæ maxime consueuerunt inniti homines astuti, & religiosi, vel prælati; Nam pellis quanto est subtilior, tanto est difficilior ad excoriandum. Sic qui plus habent de subtilitate ingenij, vel religionis, difficilius exuuntur propria volúntate.

Item caput animalis difficilius excoriatur, quàm alia membra. Per caput, vbi magis vigent sensus corporis quàm in aliis membris, significantur prælati, & illi qui plus videntur habere discretionis. Tales difficilius excoriatur à propria voluntate quàm simplices, eo quòd in multa sapientia multa, sit indignatio.

Item anguilla pellem lubricam habet, & vix teneri potest ad excoriandum. Sic multi ita lubrici, & mobiles sunt, quòd pelle propriæ voluntatis expoliari non possunt, semper rationes ad excusandum, vel contradicendum habentes. Hæ sunt pelles contradictionis quibus comminatur Dominus dicens: Turbabuntur pelles terræ Madian, s. in præsenti Abac. 3. seculo, vel in futuro iudicio.

Vsurarij, qui dum alienа retinent, à Diabolo detinentur, animalibus à carnificibus emptis comparantur.
Cap. XC.

VSurarius quamdiu detinet alienum bonum, ipse à diabolo detinetur: Vas enim plenum aqua in fundo firmius tenetur, & hoc non esset, nisi aquam in se teneret & tam diu tenebitur, quamdiu aquam continebit. Sic qui tenet alienum, tenetur ipse à diabolo.

Item vsurarius, quod per vsuras extorquet super seipsum accidit, id est, super animam suam: & dum pignus accipit à proximo, animam suam impignorat diabolo. Vnde quicquid de vsurario lucro expendit, super seipsum expendit. Et ideo similis est animalibus emptis à lanijs quæ ad occidendum impinguantur, pro quibus quicquid lanius expendit super ea expendit. Hiere. Congrega eos tanquam gregem ad victimam, & sanctifica eos in die occisionis, id est, separa eos tanquam eas quæ solent immolari.

Christum, qui hic sure optime statere comparatur, in his singulis, quæ in tabernaculo Moysi, & in Arca continebantur, nec non in duplici Altari figuratum esse, variis similitudinibus confirmatur.
Cap. XCI.

CHristus assimilatur statere. Quia (vt Gregor. dicit.) ad pendendum vitæ nostræ meritum venit, ac secum iustitiam simul, & misceri-

misericordiam detulit, sed misericordiæ lance proponderans culpas nostras parcendo leuiauit. In manu etenim patris quasi statera miri libraminis factus, hinc in se calamitatē nostram, & illinc peccata suspendit. Sed grauis pōderis calamitatem moriendo innotuit, & apud misericordiam suam Deus leue esse peccatū relaxando monstrauit, qui hoc primum gratiæ contulit, quia pœnam nostram nobis cognoscibilem fecit: Nam quanta pœna nostris deberetur peccatis, ex pœnis & morte apparuit ipsius Redemptoris.

Item Christus figuratus est in lege veteri per illa quæ continebātur in tabernaculo Moysi: Ipse enim figurabatur per ea quæ erāt in tabernaculo interiori, per propitiatorium, quia ipse est propitiatio pro peccatis nostris, vt dicitur. Ioan. Et conuenienter hoc propitiatorium à Cherubim portabatur: quia de seipso scriptum est. Adorent eum omnes Angeli eius. Qui sedes super Cherubin, &c. Ipse etiam figurabatur per arcam: quia sicut arca erat constructa de lignis Sethim, ita corpus Christi de membris purissimis constabat. Erat autem deaurata: quia Christus fuit plenus sapientia, & charitate, quæ auro signantur. Intra arcam autē vrna aurea erat, id est, anima habens manna, id est, omnem plenitudinē deitatis. Erat etiam in arca virga, id est, potestas sacerdotalis, quia ipse factus est sacerdos in æternū. Erant etiam ibi tabulæ testamēti, ad designandum quōd ipse Christus est legislator.

1. Ioā. 2.

Psal. 69.

Item Christus figurabatur per ea quæ erant in tabernaculo exteriori, s. per candelabrum, quia ipse dixit: Ego sum lux mundi. Et per septem lucernas septem dona Spiritus sancti notātur, quæ fuerunt in eo. Ipse etiam figurabatur per mensam: quia ipse est spiritualis cibus secundum illud Ioan. Ego sum panis viuus. Duodecim autem panes figurabant duodecim Apostolos, vel doctrinam eorum. Vel per candelabrū, & mensam potest significari doctrina & fides ecclesiæ, quæ illuminat & spiritualiter reficit.

Ioan. 8.

Ioan. 6.

Ipse etiam Christus figurabatur per duplex altare, id est, holocaustorum, & thimiamatis: quia per ipsum oportet nos offerre omnia virtutum opera, siue illa quibus affligimur, quæ offerebantur in altari holocaustorū, siue illa, quæ maioti mentis perfectione, scilicet spiritualia perfectorum desideria Deo offerbantur in Christo quasi in altari thimiamatis, secūdum illud Heb. Per ipsum ergo offeramus hostias laudis semper Deo. Et nota, quōd Exod. 13. Dominus mandauit, quod fieret altare de terrā, vel saltem de lapidibus non sectis. Et iterum quōd etiam non faceret altare excelsum, ad quod oporteret ascendere per gradus: ad designandum, quod in Christo domino nostro, qui est verū altare, debemus conhteri veram carnis naturā quantum ad humanitatē, quod est altare de terra, vel lapide facere: quantum ad deitatem debemus in eo confiteri patris æqualitatē, quod est non ascendere per gradus ad altare: Ipse enim Christus non minor Patre est, aut Spiritu sancto, sed coæternus, & coæqualiter vtrique viuens, & regnās Deus in secula seculorum, Amen.

Heb. 13.

Exod. 13.

EXPLICIT LIBER NONVS.

PRO-

Digitized by Google

PROLOGVS LIBRI DECIMI, IN QVO SVCCINCTE DE RESIDUIS HUMANIS OPERIBUS, QUÆ AD VITÆ NECESSITATEM RATIONABILI DE CAUSA PRÆTER LEGIS HUMANÆ DECRETUM HOMINES OPERANTUR, AC DE MORIBUS, & CONSUETUDINIBUS QUÀMPLURIMIS, QUÆ EX RATIONABILIBUS CAUSIS INTER HOMINES OBSERUANTUR, EXEMPLA & SIMILITUDINES AD MORALEM INSTRUCTIONEM INFLECTERE PROPONITUR.

Eccl. 38.

COr suum dabit in cõsumationẽ operum. Ecclesi. Quia omne agens agit propter finem: generaliter operarius omne cœptum appetit opus perficere, maximeq;, quod laboribus plurimis longisq; prosecutum est studijs, sine desiderat debito fœliciter consummare. Postquã igitur in præcedentibus libris exempla de rationis operibus, quæ homines, aut lege iubente, aut arte dirigente producunt, quàmplurima sunt inducta, ad reliquorum cõsummationem operum humanorum, de quibus exempla promisimus, libet cor & stylum conuertere, & de residuis humanis operibus, quæ ad vitæ necessitatem, vel commodum rationabiliter præter legis humanæ decretum; vel præter artis habitũ homines operantur, ac de moribus, & consuetudinibus variis; & quæ ex rationabilibus causis inter homines obseruantur, & interdum etiam de fortuitis casibus in hoc vltimo nostri operis libro exempla vel similitudines ponere, ac ea, vt de aliis fecimus, ad moralem instructionem inflectere. Cum his insuper inducẽtur exempla de moribus & actibus fidelium Israelitici populi, & de quibusdam particularibus actibus insignium personarum, quæ in illo fidelium populo celebres extiterunt. De moribus quoque & actibus clericorum ministrantium, & populi Christiani, & de his rursum, quæ ad fœmineum sexum, vel puerilem ætatem pertinent, ac de his, quæ ad defectum spectant, tam corporalis, quam spiritualis vitæ, nec non, & quæ ad damnum, vel tædium plerunque inter homines fiunt, nõnullæ similitudines introducentur. Dabit itaque huius operis auctor in hoc libello cor suum iuxta verbũ propositum in consummandis exemplis operum humanorum, vt videlicet huiusmodi operum similitudinibus consummatis, labor suscepti operis totaliter terminetur. Cæterùm ne ordine dispari à prioribus posteriora degenerẽt, secũdum modũ obseruatum su-

tum superius diuersorum captulorum materas volo sub alphabeti literis & ordine disponere.

Peccati turpitudine abiectos à mundo, Christum vt plurimum suscipere, serui Amalechita exemplo, quem Dauid inuenit, Ducemq; sui itineris constituit, asseritur, idq; Diui Gregorij sententia mystice interpretatur.

Cap. I.

ABiectos à mundo Christus plerunq; suspicit, sicut nonnunquam vna ciuitas suscipit & honorat expulsos ab alia. Et sicut etiam vnus homo misericors famulum suscipit pauperem, & infirmum, ab alio crudeli domino derelictũ, sicut legitur de quodam Ægyptio puero in via lassescente, quem Amalechita ægrotum in itinere deseruit, Dauid vero inuenit, cibo refecit, ducem sui itineris fecit, Amalechitam persequitur, epulantem reperit, & extinguit. Quid enim est, sicut Grego. dicit, quòd Ægyptius ab Amalechita puer in itinere lassatur, nisi quod amator præsentis seculi peccati sui nigredine operatus, sæpe ab eodẽ seculo infirmus despectusque relinquitur, vt cũ eo nequaquam currere valeat, sed fractus aduersitate torpescat. Sed hũc Dauid inuenit: quia Redempor noster veraciter manu fortis nõnunquam quem fractum à mũdi gloria reperit, in suo amore conuertit, cibo pascit, quia verbi scientia reficit, ducem itineris eligit, quia suum etiam prædicatorem facit. Et qui Amalechitam sequi non valuit, dux Dauid efficitur, quia is quem indignum mũdus deseruit, non solum conuersus in sua mente dominũ recipit, sed etiam prædicando hucusque ad aliena corda perducit. Quo videlicet duce Dauid Amalechitam conuiuantem inuenit, & extinguit, quia ipsis Christũ prædicantibus mundi lætitiam destruit; quos mundus comites habere despexit.

1.Re. 10.

Cum Deus omnium sit largitor bonorum, si ea interdum alicui auferat etiam innocenti, eum nunquam iniustũ fore iudicandũ clarissimo humano exemplo confirmatur.

Cap. II.

ABlatio & priuatio temporalium, alicui etiã innocenti facta diuino iudicio, nõ ostendit Deum esse iniustũ, cum ipse ea dederit, & omnia sua sint. Cuius exemplum est, quia nec aliquando iniustus est creditor qui dum præfixo requirendi tempore non constringitur, quãdo vult exigit quod fœneratur. Ita dum Deus aufert quę dedit, nõ aufert nostra, sed recipit sua. Vnde dicitur: Iob. Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factũ est, sit nomẽ domini benedictum. Sene. Non est quod nos suscipiamus, tãquam inter nostra positi, mutuata accipimus, vsufructusq; noster est. Cũ ipse arbiter sui muneris imperat, & nos oportet in promptu habere, quæ in incertum diem data sunt: & appellatos sine querela reddere, pessimi debitoris est creditorem facere iniustum.

Iob. I.

Sen. ad Marc.

Vitia adulatorum quàmplurima tanquam Diaboli instrumenta ad homines alliciendos varijs similitudinibus patefiunt.

Cap. III.

ADulatores similes sunt proditoribus: quia scilicet osculo oris tradunt hominem hostibus suis, vt Iudas Christum, & Ioab Amasam.

Item ipsi sunt lactatrices diaboli, lactantes peccatores, & in peccatis dormire facientes, cantando eis Pla-

2.Re.10.

eis Placebo, cantilenam diaboli. Prouerb. Fili mi si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis.

Prou. 1.

Item ipsi sunt diaboli ioculatores, non permittentes suos in aliquo contristari. Oseæ. In malitia sua lætificauerunt Regem, & in mendaciis suis Principes.

Ose. 7.

Item sunt diaboli incantatores, qui faciunt hominibus credere, quòd sint id quod nõ sunt, & vbi nihil sunt, aliquid esse ostendunt.

Item sunt diaboli aucupes. Prouerb. Qui blandis blęsisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus suis.

Prou. 20

Suiipsius ac Mundi amor inordinatus, qui causa perditionis existit, Amicusque qui tantum propria vtilitate proximum amore prosequitur quam sit improbandus, tribus similitudinibus edocetur. Cap. IIII.

AMor suiipsius inordinatus quo aliquis nimis sibi parcit, est ei causa perditionis. Sicut qui nimis diu seruat frumentum suum perdit illud, quia corrumpitur; Sed si seminat, reseruat. Vnde glosa super illud. Nisi granum frumenti, &c. dicit: Insipiens, quod tu seminas non viuificatur, nisi prius moriatur Ioan. Qui amat animam suam perdet eam Aug. Si male amaueris, odisti, si bene oderis, tunc amasti.

Ioan. 12.

Ioan. 12.

Item amicus qui amat proximum causa vtilitatis tantum, adhæret quidem ei in prosperitate, sed ipsum in aduersitate relinquit: Homo enim arborem diligenter seruat, & frequenter visitat, quamdiu in ea fructus fuerit, sed ablatis fructibus sine custodia relinquit. Sicut patet in vineis, & hortis, qui tempore fructuum clauduntur, & custodiuntur, sed amotis fructibus exponuntur. Isa. Relinquetur filia Sion sicut vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, scilicet cum non sunt fructus.

Isa. 8.

Item amator mundi similis est homini qui inebriatur ex aliqua re amara, qui scilicet propter ebrietatem non sentiret amaritudinem. Vnde Threno. Inebriauit me absynthio. Ebrius quippe (sicut dicit Greg.) quod patitur nescit. Absynthio ergo est ebrius, qui pro amore præsentis seculi à sensu rationis est alienus, qui dũ quicquid pro mũdo sustinet leue reputat, laboris amaritudinẽ quã tolerat ignorat, quia nimiũ delectabiliter ad omnia ducitur in quibus pœnaliter fatigatur. At contra vir iustus ad mundi pericula pro mundo tolerãda esse debilis studet, finem suum conspicit, vitam pœnitentẽ quã sit transitoria attendit, & pro ea labores perpeti exterius renuit, cuius intrinsecus delectationem vincit.

Thre. 3.

Auarus, qui obruto in aquis assimilari videtur, quanta animæ iactura mentiendo, iurando, multaq; illicita perpetrando, aliena lucretur explanatur. Cap. V.

AVari cum magno damno animæ suæ lucrantur illicita: Cæcis enim in ludo stultorũ paruus porcus ad lacerandum traditur, & cum cæcus credit scindere porcum, scindit manum socij, & ille suam, & reportat modicum frustũ, sed magno stipendio vulneris illud emit. Sic cupidi modicum lucrum temporale acquirunt mẽtiendo, iurando, & alia illicita dicendo, vel faciendo, sed magna vulnera peccatorum, quæ non attendunt, contrahunt. Et hoc est, quia cæci sunt. Excæcauit enim eos malitia eorum.

Sap. 8.

Item auarus est similis ei, qui est submersus in aquis, qui quicquid manu tenet, ita fortiter tenet,

net, quod non vult dimittere, sed secũ submergi. Sic auarus diuitias etiã male acquisitas, per quas etiã totam familiam secũ submergit.

Item si caput hominis sit extra aquam, & totum corpus sit in aqua, nõ submergitur. Sic si homo sit in diuitiis multis, & cor non sit ibi, non nocet, sed si cor sit ibi, perit. Thren. Inundauerunt aquæ super caput meum, & dixi, perij. Thre. 3.

Vnũ os duasq; aures homini à natura datas esse, vt plus audiat quàm loquatur; quidque dum audit attendere debeat, quo ve modo verbum Dei percipiatur vt proficiat auctoritatibus multisque exemplis terminatur.

Cap. VI.

AVdire debet homo libentius, quàm loqui: Natura enim vnicuique dedit vnum os, & duas aures, vt velociores simus ad audiendum quàm ad loquendum. Iac. Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquẽdum, & tardus ad iram. Iac. 2.

Item aures habẽt homo erectas, id est, tendentes ad cælestia & Dei verba, non pendentes ad terram, vt animalia. Sed multi contra legem plus habẽt aures ad terrena pendentes, quàm ad cælestia erectas. 2. Thi. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed à veritate quidem auditum auertent. 2. Thi.

Item auditor deberet attendere non ad dicentem, sed ad id quod dicitur: Stultus enim est ille, qui vult emere frumentum vel vinum, & plus attendit ad saccũ, vel ad dolium vnde exit, quã ad ipsum frumentum, vel vinum. Sic est ille, qui attendit in sermone non quod dicitur, sed à quo dicitur, cùm tamen Dominus dicat: Sermonem quem audistis, nõ est meus. Senec. Non & moueat dicentis auctoritas, nec quis dicat, sed quid intendat. Luc. Qui vos audit, me audit. 1. Ioan. 6 Senec. Luc. 10

Item audiunt quidã verba doctrinæ nõ vt faciant, sed vt sciant loqui: qui similes sunt lingentibus, qui gustant plura vina, non vt emant, sed vt possint dicere aliis illud bonum, illud melius. Sic isti audiunt non vt faciant, sed vt loquantur & detrahant.

Item similes sunt militibus & clericis euntibus ad nundinas, non vt emant, aut vendant, sed vt inde loquantur. Psalmus: Firmauerunt sibi sermonem nequã, scilicet vt referrent, sed bonum relinquerunt. Ezech. Audiunt sermones tuos, & nõ faciũt eos, &c. Psal. 63. Ezec. 33.

Item auditor obliuiosus similis est cribro, quod si ponatur in aquam, statim impletur, sed cùm extrahitur, nihil remanet. Sic multi cùm sermonem audiunt, aqua compunctionis & deuotionis pleni sunt; sed cùm recesserint, vacui remanent, & auditorum memoriam non habent. Ecclesiast. Cor fatui quasi vas confractum, omnem sapientiam non tenebit. Eccl. 21.

Item sicut nihil prodest cibus, qui statim sumptus emittitur, & prolis conceptio quã statim mors sequitur; vel imprimere figuras in aquam, cum eas non retineat, vel capere auem quæ statim emittitur. Sic non prodest audire verbum Dei, & proiicere illud. Aggei. Qui congregauit mercedes, misit eas in sacculum pertusum. Aggei. 1.

Item audire debet homo verba Dei cum reuerentia, & auiditate: Nam cum magna reuerentia & desiderio iret infirmus ad reliquias Sanctorum per quas crederet sanari. Tales autem reliquiæ sunt verba Dei, quæ expellunt omnem languorem. Sapien. Neque herba, neque malagma sanauit eos Domine, sed sermo tuus, qui sanat omnia. Sap. 16.

Digitized by Google

omnia. Et quia verbum Dei maioris efficaciæ est quàm aliquæ reliquiæ Sanctorum, mirabile est quomodo aliquis infirmus temaret vbi à sermone curaretur. Solent etiam homines ad reliquias Sanctorum aliquid offerre, sed ad illas reliquias nihil petitur, nisi intentio, & operatio.

Item si aliquis haberet lapidem preciosum, qui præualeret omni auro & argento, & omnem infirmitatem curaret, non proiiceret illum, sed diligenter custodiret. Sic nec homo debet proiicere verbum Dei, sed diligèter illud custodire: quia præualet omni auro & argento, sicut dicitur in Psalm. Bonum mihi lex oris tui super millia auri & argenti. Glosa. Plus diligit charitas Dei legem, quam cupiditas millia auri & argenti. Psal. 118.

Peculiares Iudæorum solemnitates, ipsarumq; modus celebrandi, ac institutionis causa rectissima reperitur, in quibus præcipua à Deo Hebræis per Christum collata beneficia rationabiliter figurantur.

Cap. VII.

BEneficia per Christum nobis exhibita figurata fuerũt in illis festiuitatibus quas Iudæi consueuerant celebrare: Nam in veteri lege erant septem solennitates temporales, vel speciales, & vna continua, vt potest colligi Num. 28. Erat enim quasi festum continuum, quod quotidie mane & vespere immolabatur agnus, ad repræsentandum perpetuitatem diuinæ beatitudinis. Aliæ autem erant festiuitates speciales. Inter quas prima erat sabbatum in qualibet septimana, in memoriam creationis vniuersalis. Secunda erat Neomenia in quolibet mense in innouatione Lunæ, ad commemorandum opus diuinæ gubernationis, quia insignia præcipuè variantur secundum motũ lunæ. Alæ vero quinque fiebant tantum semel in anno, scilicet phase primo mense, ad commemorandum beneficium liberationis de Ægypto. Et festum Pentecostes quinquagesima die, ad recolendum beneficium legis datæ. Alia tria celebrabatur mense septimo, qui quasi totus erat solemnis sicut dies vnus: In prima enim die mensis septimi erat festum tubarum, in memoriam liberationis Isaac, quando Abraham inuenit arietẽ hæremẽ cornibus, quem repræsentabant per cornua quibus buccinabant. Sed decima die celebrabant festum expiationis, ad rememorandum beneficium propitiationis Dei super adoratione vituli ad preces Moysi. Post hoc autem celebrabant festum scenophegiæ, id est, tabernaculorum, septem diebus, ad commemorandum beneficium protectionis, & deductionis per desertum, vbi in tabernaculis habitauerunt. Vnde in hoc festo debebant habere fructum arboris pulcherrimæ, scilicet buxum, & lignum densarum frondium, id est, myrtum, quę sunt odorifera, & spatulas palmarum, & salices de torrente, quæ diu retinent suum vigorem, & hæc inueniuntur in terra promissionis, ad significandum, quòd per tantã aridam deserti eos duxerat Deus ad terram deliciosam. Octaua autem die celebrabant festum cœtus atque collectæ, in quo colligebantur à populo ea quæ necessaria erant ad expensas cultus diuini. Et figurabatur adunatio populi, & pax præstita in terra promissionis. Num. 28. Leuit. 23.

Figuraliter autẽ per iuge sacrificium significabatur perpetuitas Christi, qui est agnus Dei. Heb. Iesus Christus heri, & hodie, ipse & in secula. Per sabbatum autẽ spiritualis requies nobis data per Chri- Heb.

per Christum. Per Neomeniam autem, quæ est incensio lunæ nouæ, significabatur illuminatio primitiuæ ecclesiæ, per Christum eo prædicante, & miracula faciēte. Per festum autem pentecostes descensus Spiritus sancti in Apostolos. Per festum expiationis emundatio à peccatis populi Christiani. Per festum tabernaculorum peregrinatio eorum in hoc mundo, in quo ambulant, in virtutibus proficiendo. Per festum autem cætus, & collectæ congregatio fidelium in regno cælorū. Et illud festū dicebatur sanctissimum. Et hæc tria festa erant continua adinuicē, quia oportet expiatos à vitiis proficere in virtute quousque perueniāt ad Dei visionē. Vnde dicitur in Psalm.
Psa. 83. Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Syon.

Bonum semper ex mali admixtione corrumpi, praui sacrificij Pilati exēplo, aliisq. rationibus suadetur.

Cap. VIII.

BOnum corrumpitur ex admixtionē mali. Sicut legitur
Luc. 13. Luc. 13. quod Pilatus miscuit sanguinem cū sacrificio Galilæorū: quod fit, quando id, quod secundum spiritum diligi debet, secūdum carnem diligitur, vt in Beguinagio vbi sub prætextu dilectionis spiritualis, quæ est quasi sacrificiū Deo, later sanguis carnalis affectionis, & de pallio religionis operitur latrina vitiorū, & de Christo fit ostium lupanario, cum propter Deum dilectio
Gal. 2. simulatur. Gal. Sic stulti estis, vt cum spiritu cæperitis, nunc carne consummamini.

Caro quæ semper spiritui aduersatur, & veluti ignis sua concupiscentia quā sepissime inflāmatur, quo tempore, ac quemadmodum sit domanda, & extingenda diuersimodè edocetur.

Cap. IX.

CAro domanda est in iuuēture, & in seruitutem spiritus redigenda: Stultus enim esset, qui non domaret equū suum vsq. dum senex esset. Sic qui non domat carnē suam in adolescentia sed nutrit eam delicatè, ita quòd non potest eam postea tenere, sed proiicit eum in lutum peccati. Prouer. Qui delicate à pueritia nutrit seruum suum, id est, corpus suum, postea illum sentiet contumacem. Prou. 2

Item ignis concupiscentiæ extinguendus est dum paruus est, quia tūc de facili potest extingui Paruus reputaretur ille, qui expectaret ignem amouere à domo sua, donec esset magnus, & ferè tota domus combusta. Sic qui in adolescentia nō restringit carnē suam. Bern. Abscondis ignem in sinum iam veste defluēte, exusto iam latere adhuc consulēdū est an extinguas illum? Nūquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, & vestimenta illius non ardeant? Bern.

Item caro quantumcunque luxuriosa, potest vinci abstinētia: Non est enim adeo forte castrū quod non potest capi, si victualia subtrahatur, nec adeo magnus ignis qui per subtractionem lignorum non extinguatur. Prouer. Cum defecerint ligna extinguetur ignis, id est, luxuria ex defectu delitiarum. Prou.

Item caro est sicut mulier, quæ blandiendo attrahit homines ad peccandum. Prouerb. dicitur de muliere, quæ multis sermonibus, & blanditiis labiorum protraxit iuuenem, statim secutus est eam, quasi bos ductus ad victimam. Prou.

Item est sicut latronissa, quæ peregrinis obuians in sylua, vel ambiguo viæ, promittit se ducturam eos ad rectam viam, vel ad bonum

bonum hospitium, & postea ducit eos ad malum, & ponit eos ad manus latronum. Ideo dicit Eccles. Posit concupiscentias tuas non eas, &c.

Eccl. 15

Quemadmodum Leuita in veteri lege corporaliter mundabatur, & sanabantur, eo pacto Ecclesia Christi ministros spiritualiter debere mundari & lauari, eorumq; perfectionē ac dignitatem in capitis tonsura ostenda admonemur.

Cap. X.

CLericorum perfectio, & dignitas ostenditur ex tonsura, & rasura capitis eorum. Fit enim eis tōsura, & rasura in modum coronæ: quia corona est in signum regni & perfectionis, cū sit circularis. Illi autem qui diuinis ministeriis applicantur, adipiscuntur regiam dignitatem, & perfecti in virtutibus esse tenentur. Competit etiam eis ratione subtractionis capillorum, & ex parte superiori per rasuram, ne mens eorum temporalibus occupationibus à cōtemplatione diuinorum retardetur, & ex parte inferiori per tonsuram, ne eorum sensus temporalibus obuoluantur.

Item clerici, & ministri ecclesiæ Christi debent se lauare, & sanctificare spiritualiter, sicut ministri & Leuitæ in veteri lege faciebant corporaliter: Nam quando intrabant tabernaculum, lauabant Sacerdotes manus & pedes. Radebāt Sacerdotes omnes pilos carnis suæ, aspergebantur etiam aqua lustrationis.

Item consecrabantur: quæ scilicet consecratio fiebat isto modo. Nam pontifices & sacerdotes, primò postquam abluti erāt, induebantur quibusdam vestimentis specialibus. Specialiter autem pōtifex oleo vnctionis in capite vngebatur. Leuitæ verò non habebant aliam cōsecrationem, quam quòd offerebantur Domino à filijs Israel per manus pontificis, qui orabat pro eis. Minorum verò sacerdotum singulæ manus consecrabantur, & de sanguine animalis immolati tingebatur extremum auriculæ dextræ ipsorum, & pollices pedis aut manus dextræ. Aspergebantur etiam ipsi, & vestimēta ipsorum sanguine animalis immolati. Offerebantur etiam in consecratione ipsorum huiusmodi sacrificia, vitulus pro peccato, aries in holocausto, aries etiām consecrationis, canistra panum. Imponebantur autē super manus eorum adipes arietis, & torta panis vnius, & armus dexter. Leuitæ vero applicabantur ad ministeria per hoc, quod intromittebantur in tabernaculum fœderis, quasi ad ministrandum circa vasa Sanctuarij. Similiter ergo clerici, qui sunt consecrādi ad spirituale ministeriū Christi, sunt primo purificandi per mysteriū baptismi, id est, lachrymarum in fide passionis Christi, quæ est expiatiuum, & purgatiuum sacrificium: & debent radere pilos carnis, id est, omnes prauas cogitationes. Debent etiam ornari vestibus virtutum, & consecrari oleo Spiritus sancti, & aspersione sanguinis Christi, & ita debent esse intenti ad exequenda spiritualia ministeria.

Malas cogitationes veluti latrunculos, & interuncios, dominum diabolo aperire, & parere demonstratur.

Cap. XI.

COgitationes malæ præparant locum diabolo: Nam quando aliquis magnus dominus vult hospicium habere in aliqua domo, præmittit nunciū ad præparandum sibi hospicium, & vbi recipitur, ibi descendit. Sic diabolus præmittit malas cogitatio-

Digitized by Google

ſes, vt ei præparet hoſpitium, & vbi recipiuntur, ibi declinat, dicens: Qui vos recipit, me recipit: & qui vos ſpernit, me ſpernit.

Item parui latrunculi per paruum foramen domus intrantes, aperiunt domum magnis latronibus. Sic vanæ & inutiles cogitationes per ſui frequentiã, aperiunt domum cõſcientiæ magnis peccatis per conſenſum mentis, & captiuam ducunt animam ſpoliatam gratuitis, ſicut dicitur 4. Reg. Latrunculi Syriæ captiuam duxerũt de terra Iſrael puellam. 5. Re. 5

Quando peccator peccata confiteri, & quid ante confeſſionẽ agere debeat, vt mortis veniam poſſit aperiri.

Cap. XII.

CONfiteri debet homo ante mortem. Latro enim ſentiens venire iudicem ad domum ſuam, furtum eiicit de domo antequam iudex veniat. Sic peccatum eſt per confeſſionem eiiciendum de domo animæ ante mortem. Eccl. Præcurre prior in domum tuam, &c. Et in eodẽ: Confiteberis viuens, viſus & ſanus confiteberis. Eccl. 32

Item confeſſionem præcedere debet peccatorum præmeditatio. Nam diſpenſator domus, vel villicus expẽſas coram domino ſuo computaturus, prius per lapillos cõputat antequam domino ſuo appareat, & diem, & cauſam. Sic & tu peccatorum tuorum cõputationem facias, antequã domino tuo in confeſſione appareas.

Item orator, vel aduocatus antequam coram iudice veniat, rationes ſuas, vel allegationes ordinat & affirmat. Sic & tu ad fo rum confeſſionis præmeditatus accedas. Eccl. Ante iudicium para iuſtitiam tibi. Eccl. 18.

Lachrymarũ cõpunctio ex deſiderio ſuperna patriæ proueniẽs, quã diabolus ſedule impedire conatur, lotioni quæ cũ nimo agitur, cõparatur: quod pluribus ninis effectibus declaratur.

Cap. XIII.

COmpunctio, quæ prouenit ex deſiderio ſupernæ patriæ, aſſimilatur lotioni quæ fit cum niue. Nam nix, quæ manus multum mundat, & abluit, deſuper procedit, & in terram deſcendit. Sic lachrymarum compunctione manus ſordidę, id eſt, operã fœda vitiorũ mundantur. Vnde Iob. Si lotus fuero quaſi aquis niueis, & fulſerint velut mũdiſſimæ manus meæ. Cùm enim per compũctionis fletum lauatur anima, manus, id eſt, opera efficiuntur fulgida, & mundã Iob. 9.

Item illa compunctio benè animam abluit, quæ deſuper procedit. Nam (ſicut dicit Gregor.) ſunt plerique, qui per orationum lamenta ſe cruciant, ſed tamẽ cũ totus lamentorum laboribus, ad ſola terrena deſideria exſudant: compunguntur in fletibus, vel precibus: ſed felicitatis tranſitoriæ gaudiã exquirunt. Hos itaq; niuis aqua non abluit, quia eorum fletus ab imis venit. Qui verò idcirco plorant, quoniam ſuperna præmia deſiderant, aqua niuis hos diluit, quia cæleſtis cõpunctio infundit. Nam cùm perennem patriam per lamenta appetunt, eiuſque accenſi deſideriis plangunt, à ſummis accipiunt vnde mundentur. Greg.

Item nix inferius ad terrã deſcendit, in quo deſignatur cõpunctionum humilitas. Vnde Greg. Aquæ niuis ſunt lamenta humilitatis. Sunt enim nonnulli, qui lamenta habent, ſed humilitatẽ non habent, qui afflicti plangũt: ſed tamen in ipſis fletibus contra proximorum vitã ſuperbiunt, vel contra ordinationem conditoris eriguntur. Hi nimirũ aquas habent, ſed aquam niuis non habent, & ideo mũdi eſſe nequeũt, Greg.

quia

quia humilitatis fletibus minime lauantur. Psal. 67 Psal. Niue dealbabuntur in Selmon, Selmon enim interpretatur sensus. Et nix ergo in Selmon, est in sensu mentis humilitas compunctionis, qua scilicet dealbantur qui vitiorū nigredine fuerunt obfuscati.

Item compunctionis feruorem diabolus impedire conatur, immittendo aliquam affectionem & occupationem terrenam. Sicut homo quando vinū siue mustum multū bullit & feruet, ita quod timetur ne fortè dolium rumpatur, tunc immittit intus caseum terrestrem: & tunc recipitur vapor, & feruor in poris casei, & cessat periculum, & ebullitio remisso feruore. Quid est enim vinum seu mustum bulliens, nisi Psal. 59 compunctio feruēs, de quo Psal. ait: Potasti nos vino cōpunctionis. Cur nimirum diabolus feruorem tollit, cum caseum terre strem immittit. Quia dum compunctam mentem ad terrenā affectionem, vel occupationē trahit feruentem spiritum citius frigefacit.

Item compunctionis lachrymæ diabolum cum exercitu suo submergunt. Exo. 14 Vnde Exod. Pharao cum exercitu suo submersus est in mari. Psal. 73 Psalm. Contribulasti capvt draconum in aquis.

Humilibus ac tribulatis, non autē peccatoribus, carnis, vel mundi oblectamenta quærentibus, diuinas consolationes condonari nonnullis naturalibus exemplis asseritur.

Cap. X IIII.

CONsolationes diuinæ humilibus dantur, nō superbis. Nam mater dat lac filio quando paruus est: sed quando magnus est, subtrahit ei, sic Deus humiles Psal. 13 consolatur, non superbos. Psalm. Si non humiliter sentiebam: sed exultani animā meam, sicut ablactatus est super matrē suam, ita retributio in anima mea. Iudith. Iud. 8. Expectemus humiles cōsolationem eius. 1. Cor. Qui consolatur humiles, consolatus est nos. Psal. Hæc me consolata est in humilitate mea. 1. Co. 7 Psa. 118

Item consolationes spirituales non dantur peccatoribus quærētibus consolationes mundi vel carnis. Nam mater non lactat filium cùm comedit alia cibaria. Bernard. Delciata est diuina consolatio, non conceditur admittētibus alienā. Ideo filiis Israel nō est data manna, donec defecit farina quam tulerant de Aegypto. Item clamatores vini, vel tabernarij, non dant gustare de vino suo porcis, vel canibus, vel leprosis. Sic etiam Deus nō dat de consolatione sua luxuriosis, gulosis, detractoribus, & alijs peccatoribus. Et sicut dicit Augustinus. Impius dulcedinem Dei nō sentit, quia de febre iniquitatis palatum cordis amisit. Bernā.

Item cōsolationes cælestis dulcedinis dātur Sanctis in mundo isto quasi ad præliandum, vt magis ad plenitudinem gratiæ feruescat desiderium. Nam vini venditores aliquantulū dant gustare volentibus emere, vt suauitate vini prægustata ad emendum alliceantur. Aug. Gustaui te, & esurio: retigisti me, & exarsi in pacē vel concupiscentiam tuam. Similiter aucupator parum præbibat accipitrē suum, vt ardentius volet ad prædam. Et ille, qui vult vendere blādum suum, parū portat ad forum, & dicit mercatoribus de tali satis vendam vobis, habeo enim atria mea plena. Sic Deus amicis suis in vita ista dat parum de dulcedine sua, vt eos alliciat ad eam. Psal. Prævenisti eū in benedictionibus dulcedinis. Et ideo Apostolis aliquantulum de gloria sua ostendit in transfiguratione. Psa. 20.

Digitized by Google

Item cōsolationes diuinę dantur tribulatis, & amaricatis. Dicit enim Boet: quòd in palatio Iouis erant duo dolia vini, vnum de optimo vino, aliud de amarissimo: & quicunque volebat bibere de bono, oportebat quod prius biberet de amaro. Sic qui vult bibere de vino diuinæ consolationis, oportet quod prius bibat de vino amaritudinis, quàm de vino consolationis. Gregorius: Si mens appetit quod demulcet, prius gustet quod dolet.

Boe. de conso.

Viri cōtemplatiui, qui dormiētibus assimilantur, quid dum contemplantur efficiant, quibusdam somnij propritatibus ostenditur.

Cap. XV.

Contemplatiui viri, dormiētibus assimilantur: quia (sicut dicit Gregorius) frequenter homines dum in lecto quiescunt somniorū visione turbātur. Quasi enim somnia vel visiones, sunt imaginationes vltimi districtiq; examinis, quod iam vtique per timorem cernimus, sed tamen & veraciter non videmus. Beati itaque viri ad cordis semper secreta redeunt, cùm ab hoc mundo, vel vltra votum prospera, vel vltra vires aduersa patiuntur: atque à terrenis laboribus fessi quasi stratum vel lectum cubile mentis petunt. Sed dum quibusdam imaginibus cogitationum, quàm sint subtilia iudicia diuina conspiciunt, quasi intra status sui requiem somnij visione turbantur: Contemplantur enim quam districtus iudex veniat, qui dum vi immensæ magnitudinis cordium secreta illuminat, omnes ante oculos culpas reuocat, pensant quanta illa sit verecundia in conspectu tunc totius humani generis, Angelorum omnium, Archangelorumque confundi, perpendunt quis post confusionem cruciatus maneat, cum & reatus animam immortaliter morientem, & indeficientē carnem gehenna cōsumat. Cum itaque tam pauida imaginatione mens quatitur, quid aliud nisi triste somnium videtur? Vnde Iob: Si dixero, cosolabitur me lectulus meus, & reuelabor loquens mecum in stratu meo, terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties.

Grego.

Iob. 7.

Quo pacto continentia sit seruanda, carnisq; pericula vitanda, exemplis naturalibus commonetur.

Cap. XVI.

Continentiam seruare volens, & à gulę delectationibus non abstinens, similis est ei, qui domum suam illæsam custodire disponit, & tamen ignem & ligna proprijs manibus apponit: Nam cibi & potus calidi, sunt concupiscentiæ, & ignis luxuriæ, vehementer inflammatiui. Ecclesiast. Secundum ligna siluæ, sic ignis ardescit. Vnde talis si de luxuria tentatur, non inuitus, sed voluntarius vritur. Debet etiam qui vult esse continens, mulierum vitare consortia, alioquin similis est ei qui suorum hostium insultus formidat, & tamen sicut fatuus eorū loca vel consortia nō vitat. Talis ergo si tentatur ab eis quasi ipse seipsum occidit. Et talis est continens qui mulierum consortiis sedulo se immiscet. Ecclesiast. Qui amat periculum, in illo peribit.

Eccl. 18

Eccl. 11

Cor nostrum in Deo tantùm esse collocandum, illiq; sicut thalamus sponso fore aperiendum vt suam percipere queat legem, auctoritatibus ac claris similitudinibus suadetur.

Cap. XVII.

Cor suum non debet aliquis alicui rei apponere, nisi primo bene videat vbi apponat: Lusor enim scacum à scacario suble

uatum

gatum diu tenet in manu, & cum magna deliberatione prouidet, vt in tali loco assideat, ne ab aduersario capiatur. Sic debet homo facere de corde suo, cauendo ne in loco turpi, & periculoso, & aduersario discooperto illud ponat, sed in Deo qui est securitatis locus, & custos inuiolabilis.

Item cor aperiendum est Deo, sicut scola aperitur magistro ad audiendum. Iob: Adaperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina. Sed multi claudunt ei aures cordis, vt non audiant more aspidis surdæ, & obturantis aures suas ne audiat vocem incantantis. Iob. 34.

Item aperiendum est, sicut fenestra lumini ad videndum. 2. Macha. Adaperiat dominus cor vestrum in lege sua. Sed multi claudunt, vt quietius dormiant. Iob: Ipsi fuerũt rebelles lumini, & tales similes sunt nocturnis, & illi cæco qui fugerat beatum Martinum, vt non illuminaretur. 2. Mac. 1

Item aperiendã est, sicut thalamus sponso ad respiciendum. Apo. Ego sto ad hostium, & pulso: Pullat enim Deus manu beneficiorum, vel virga flagellorũ. Solet enim dici, quòd qui pulsat magno strepitu, nõ venit manu vacua, sed aliquid portat, & ideo hilariter recipitur. Quanto ergo magis sponso aperiendum est, qui cum magna multitudine donorũ venit vtraque manu plena, scilicet finistra temporalibus, & dextra spiritualibus? Cantic. Surrexi vt aperirem dilecto meo. Apo. 3. Cant. 5.

Crucis Christi virtus, & cõtra diabolum eius potestas quanta sit, nonnullis veteris testamenti figuris demonstratur.

Cap. XVIII.

CRux Christi est sicut virga Moysi, qua Pharao, i. diabolus multipliciter flagellatur. Crux est tropheum aduersus diabolum, vt non appropinquet vastator.

Item qua magorum serpentes, id est, dæmonum tẽtationes deuorantur.

Item est, sicut lignum Moysi ostensum, quo aquę armarę, id est tribulationum, & aduersitatum, amaritudines dulcorãtur Ec. Nõ ne à ligno indulcorata est aqua? Eccl. 27

Item est sicut virga Assueri, qua ad regis aulam, id est, ad Dei gloriam iter præparatur Hester. Nullus transibat ad Regem, nisi virga deosculata. Hest. 8

Quanta virtute mũtis aditus sit mundus, ne quando in eam insidiantes penetrent hostes, Isboseth exẽplo erudimur.

Cap. XIX.

CVstodia sui mala & debilis, est causa mortis & perditionis animę: sicut ille qui haberet inimicos ferroces & capitales eum quærentes, si ostium domus in qua quiesceret, apertum dimitteret, aut ibi debilem custodẽ poneret, faciliter occideretur, sicut patet 2. Regum. Exemplo Isboseth qui ad custodiam domus non ostiarium posuit: vnde venientes filij Remon Berochitæ, Rechab, & Banaa, ingressi sunt domum Isboseth, qui dormiebat super stratum suum meridie, & ostiaria domus purgans triticum obdormiuit. Ingressi sunt autem domum latenter assumentes spicas tritici, & percusserunt eum in inguine. Sicut enim dicit Gregorius, ostiaria triticum purgat, cum mentis custodia discernendo virtutes à vitiis separat: quæ si dormiat, in mortem proprij domini insidiatores admittit: quia cum discretionis solicitudo cessauerit, ad interficiendum animam malignis spiritibus iter pandit, qui 2. Reg. 4

Digitized by Google

ingressi spicam tollunt, qui mox bonarum cogitationum germina auferunt atque in inguine feriãt, quia virtutem cordis delectatione carnis occidunt. In inguine quippe ferire est vitam mẽtis carnis delectatione perforare. Nequaquam autẽ Isboseth iste hac morte succumberet, si non ad ingressum domus mulierem, id est, ad mẽtis aditũ mollem custodiã deputasset. Fortis namque virilisque sensus præponi cordis foribus debet, quem nec negligẽtiæ somnus opprimat, nec ignorãtiæ error fallat. Vnde bene Isboseth appellatus est, quia à custodia fœminæ hostilibus gladiis traditur. Isboseth quippe vir confusionis dicitur. Vir autem confusionis est, qui forti mentis custodia munitus non est. Quia dum virtutes se habere æstimat subintrãtia vitia nescientẽ necant. Tota itaque virtute muniendus est aditus mentis, ne quando eam insidiantes hostes penetrent foramine neglectæ cogitationis.

Quisquis præsentis vitæ delectationibus pascitur, vuã acerbã comedere videtur, quoniã interni eius sensus hic facillimè alligari demonstratur.

Cap XX.

DElectationes præsentis vitæ quærens, assimilatur ei qui comedit vuam acerbam. Illi enim qui comedit primo vuam acerbam, obstupescunt dentes, ita quod non potest postea alios meliores cibos conterere. Et sic illi qui sumit præsentis vitæ delectationes mentis, sensus ligantur, vt non possit capere delitias spirituales. Hiere. Omnis qui comederit vuam acerbam, obstupescent dentes eius. Gregor. Vua acerba, est fructus ante tempus. Quisquis enim præsentis vitæ delectationibus latiari desiderat, quasi fructus ante tempus comedere festinat. Qui igitur vuam acerbam comedit, dentes eius obstupescunt, quia qui præsentis mundi delectationibus pascitur, interni eius sensus ligantur, vt iã spiritualia incidere, id est, intelligere nequeant: quia vnde in exterioribus delectati sunt, inde in intimis obstupescunt: & cum de peccato anima pascitur: panem iustitiæ edere non valet: quoniã ligati dentes, id est, sensus ex peccati consuetudine, iustum, quod intus sapit, comedere nequaquam possunt.

Diabolus, qui muliers muscas capere volenti, ac latronis comparatur, & quo pacto hominem per peccati consensum capiat, declaratur.

Cap. XXI.

DIabolus similis est mulieri volenti capere muscas, quæ linit ollã suam intrinsecus cum lacte, & tunc muscæ intrant, & cum multitudo intrauerit, includit eas, & succendit. Sic diabolus delectationem peccati offert, & hominem capit per consensum peccati, & captum ligat per consuetudinem, deinde in ignem inferni trahit. Ideo in principio tẽtationis clamandum esset, sicut dicitur: Mors in olla, mors in olla, scilicet corporis & animæ, in delectatione venenosa. 4. Reg. 4

Itẽ diabolus est sicut latro, qui promittit cõductum viatoribus, & postea iugulat, diuertere faciẽs à via recta. Sicut patet exemplo inuenis qui volebat ire ad amasiam, & inuenit pontem ruptum super magnam aquam, & astitit diabolus ei super magnum equũ, & fecit eum ascẽdere post se, promittens ei conductum bonum: & statim insiliens in aquam, præcipitauit eum, & suffocauit.

Diuersiarum raptorum varij effectus, & exitus exprimuntur: ad similitudinem ac sacra scriptura auctoritatibus explanatur.

Cap.

Cap. XXII.

DIuitiæ sunt causæ timoris & persecutionis, & paupertas est causa securitatis. Nã si arbor non haberet fructus, non inueniretur qui proiiceret lapidem super eam, vel ramum traheret. Cũ autem abundat fructibus, vix transit aliquis qui non proiiciat super eam lapidem, vel ramum frangat. Sic qui diuitias habet, insidias latronum, & oppressiones Principum, & exactiones violentorum officialium non euadet, à quibus pauperes sunt immunes. Abac. Væ ei qui multiplicat mã sua vsquequo, & aggrauat contra se densum lucum, &c. Abac. 2.

Item diuites qui habere volunt abundantiam mundi, habebunt pœnuriam inferni. Consuetũ est enim, quod qui abundanter prãsus est, vel conuiuauit, vt parum supersit ei, quod cœnet. Diuites ergo mali in hoc mundo conuiuant abundanter, & ideo iustum est vt parum supersit, quod patet in diuite epulone. Multum enim splendide in mane huius vitæ comedit, & ideo merito in vespere huius vitæ, id est, in fine parum cœnauit: quia ad cœnam suam guttam aquæ habere non potuit. Sed econuerso sancti pauperes in mane huius vitæ comedunt parum, id est, paruam vel nullã huius mundi delectationem habent; & ideo iustum est, vt in vespera huius vitæ habeant magnam cœnam.

Mentem quæ per elationem quasi in tyrannidem erumpit, tentatione adueniente superbia fastum deponere, tyrannus exemplo ostenditur.

Cap. XXIII.

ELatio elicitur à mente adueniente tentatione, sicut tyrannus eiicitur de ciuitate adueniente fortiori hoste. Mens enim cum in elationem se erigit, quasi in tyrannidẽ erumpit, habet autem tyrannidis suæ satellites, suãetes sibimet cogitationes suas, sed cùm super tyrannum hostis irruit, suor mox satellitum cessat. Intrante namque aduersario satellites fugiunt, eumque territi declinant, quẽ in pace positi cãli da persuasione laudabant, subdu ctis verò satellitibus hostis solus remanet. Quia recedentibus elatis cogitationibus perturbatus animus, se solummodo in tentatione videt. Et idcirco pia Cõditoris dispensatione agitur, vt de se confidens anima tentatione pulsetur, quæ infirmata, quid sit inueniat, & præsumptionis fastũ deponat, vt dicit Gregorius.

Triplici ratione Dei electi seruis in hac vita existentibus comparantur, quod auctoritate vnica, pluribusq; rationibus edocetur.

Cap. XXIIII.

ELecti Dei assimilantur seruis, dum sunt in vita præsenti, triplici ratione, scilicet subiectionis, affectionis, & passionis. Et hæc triplex ratio tãgitur, Iob. 7. Sicut seruus desiderat vm bram, sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumerauit mihi. In eo enim, quod dicit seruus, tangit subiectionẽ. Sunt enim electi Dei seruituti corruptionis subiecti, quousque ad libertatem perueniant gloriæ filiorũ Dei. Vnde sicut dicit Gre. electus quisque quousque infirmitatis corruptione constringitur, sub dominantis corruptionis iugo quasi sub æstus anxietate retinetur. Qui nimirum cùm corruptione exutus fuerit, tunc sibimetipsi libere tranquillus innotescit. Vnde dicitur, quod ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatẽ gloriæ filiorum Dei. Ac si aperte diceret, pœna corruptionis nunc ag- Iob. 7. Greg. Ro. 8.

gratur, sed tunc incorruptionis gloria exaltat. Et quantū ad præsentis necessitatis pondera nunc in filijs Dei de libertate nihil ostenditur, tantum ad subsequentis libertatis gloriam tunc in famulis de seruitute nihil apparebit. Creatura ergo seruitute corruptionis exuta, & dignitate libertatis accepta, in filiorum Dei gloriam vertitur, quia vnita Deo per spiritū, quasi hoc ipsum, quòd creatura est, transisse ac subegisse declaratur.

Secūdo tangitur ratio affectionis, siue desiderij, quia desiderat vmbram. Nā electus Dei quousque iugum miseræ corruptionis portat, sub angustia tentationum æstuat, & ideo vmbram, id est, refrigerium quietis desiderat. Vnde Gregor. Vmbram desiderare est post tentationis æstum sudoremque operis, æterni refrigerij quietem quærere. Hanc namque vmbram seruus ille desiderabat, qui dicebat: Sitiuit anima mea ad Deum viuum, &c. Gregor.

Tertio tangitur ratio passionis, eum additur. Sic ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumerauī mihi: Nam seruus multa incommoda patitur, siue in victus defectu, siue in laboris excessu. Sic electi (prout dicit Gregor.) quamuis rerum conditori deseruiant, sæpè tamen eos rerum inopia coangustat, per amorem Deo inhærēt, & tamen subsidio vitæ præsentis egent. Qui ergo per actiones suas præsentia non quærunt, à mundi cōpendijs vacuos menses dicunt, noctes quoq; laboriosas tolerāt, quia aduersitatum tenebras non solum vsque ad inopiā, sed sæpe vsque ad corporis cruciatum portant: Despectum namque egestatemque perpeti, laboriosum mētibus bonis non est. Sed cum vsque ad afflictionē carnis aduersitas vertitur, labor proculdubio ex dolore sentitur. Vel forte ideo Dei seruus menses vacuos habere dicitur, quia laborem iam sustinet, sed præmium nondum tenet, hoc tolerat, illud expectat. Noctes verò laboriosas enumerat, quia aduersitates sibi præsentis temporis sæpe in virtutibus exercendo coacerua: Nā si proficere in mente nunc appetit, minus fortasse aspera quæ mundi sunt sentit. Psal. 41

Quid agere debeant Christiani, ne benefacere stulte vllo tempore erubescant, duobus suadetur exemplis.

Cap. XXV.

ERubescentes benefacere, debent facere, sicut fit equis vmbraticis: Equi enim vmbratici sonitu tintinabili, vel sælij, vel vmbra arborum terrentur, & non audent transire. Sed armigeri, qui eos equitant, faciunt eos transire frequenter per loca quæ formidant. Sic & illi facere debent vt ea quæ magis formidāt frequentius faciant.

Item tales sunt sicut pueri qui timent latratum catulorum qui adhuc mordere nesciunt. Sed mater pueri eum securat, catulum capiendo, & ad puerum adducendo. Et sic talibus illa opera quæ stulte erubescunt, vel timēt, præcipuè sunt imponēda.

Sacra Missa mysteria, quæ ad nostrum principalia redemptionis gesta referūtur, præsentium rectissimè indicātia, hic quam succinctissimè explanantur.

Cap. XXVI.

EVcharistię sacramentū quantæ sit dignitatis, quantamque idoneitatem gratiæ in se habeat, representat sacerdos in his quæ dicit siue facit in Missa, quæ sunt nouem. Nam primo præmittitur præparatio quæ-

Digitized by Google

dam continens quatuor partes.

Prima enim pars eius est laus diuina in introitu Missæ.

Secunda verò pars continet commemorationē præsentis miseriæ, inuocando Dei misericordiam, ter dicendo Kyrie eleison: prima vice pro persona patris, secunda filij, tertia Spiritus sancti, Et hoc contra triplicē miseriam, ignorantiæ, culpæ, & pœnæ.

Tertia pars commemorat cælestem gloriam, ad quam ibimus post præsentem miseriam in gloria in excelsis: quod in festis dicitur, in quibus prædicta gloria recolitur. Intermittitur autē in officiis luctuosis, quæ ad commemorationem præsentis miseriæ spectant.

Quarta verò pars continet orationes quas sacerdos pro populo facit, vt digni tanto mysterio habeantur.

Secūdo verò loco præmittitur instructio fidelis populi: quia hoc sacramentū est signū, vel sacramentum fidei. Et hoc dispositiue ut per doctrinam Prophetarum & Apostolorum, quæ in ecclesia legitur, scilicet à Subdiaconibus, vel Diaconibus prædicata. Sed quia Christo credimus tanquam veritati diuinæ, lecto euangelio symbolum fidei cantatur. Cantatur autem in festis, de quibus fit aliqua mentio in symbolo, vt in festis Christi, Beatæ Mariæ, & Apostolorum, qui hanc fidem fundauerunt.

Tertiò populo præparato & instructo, consequenter acceditur ad celebrationem mysterij, quod quidem offertur, vt sacrificium, & consecratur, & sumitur, vt sacramentum. Vnde primo peragitur oblatio, secundo, consecratio materiæ, tertio præceptio eiusdem. Circa primum duo aguntur, scilicet laus populi in cantu offertorij, & oratio sacerdotis petentis, vt oblatio populi sit Deo accepta: Deinde in consecratione quæ supernaturaliter virtute agitur, primo excitatur populus ad deuotionem in præfatione, vnde monetur sursum habere corda, & ideo post præfationē populus laudant deitatem Christi cum angelis dicens: Sanctus, Sanctus, Sanctus. Et humanitatem cum pueris dicens, Benedictus qui &c. Trina autem crucis signatio, quæ fit super illa verba. Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata: signat Christi traditionē, quæ facta est à Iuda, & Iudæis & gentibus.

Secunda est Christi venditio, quæ facta est Sacerdotibus, Scribis, & Pharisæis, & hæc signatur per aliam crucis signationem super illa verba, Benedictam, ascriptam, ratam: ad ostendendum præcium venditionis triginta denariis. Adduntur autem duæ cruces super illa verba, vt nobis corpus, & sanguis, & ad designandum personam Iudæ venditoris, & Christi venditi.

Tertio autem duo fuerunt in cœna, scilicet panis & vinum, præfiguratiua passionis Christi. Ad quod signandum fiunt duæ cruces, vna in consecratione corporis, alia in consecratione sanguinis.

Quarto fuit ipsa passio Christi, vnde ad repræsentandum quinque plagas, fit quartò quintuplex crucis significatio super illa verba, Hostiam puram, &c.

Quintò representatur extensio corporis, & effusio sanguinis, & fructus passionis, per trinam crucis signationem, quæ fit super illis verbis, Corpus, & sanguinem sumpserimus, &c.

Sextò repræsentatur triplex oratio quā fecit in cruce, vnam pro persecutoribus, cum dixit,

Pater ignoſce, &c.

Secunda pro liberatione à morte, cum dixit, Deus Deus meus.

Tertia pertinet ad adeptionem gloriæ, cùm dixit: In manus tuas commendo ſpiritum meum. Et ad hoc repreſentandum fit trina crucis ſignatio ſuper illa verba ſanctificas, vinificas, & benedicis.

Septimò repræſentantur horæ tres, quibus Chriſtus pependit in cruce, ſcilicet à ſexta vſque ad nonam. Et ad hoc repreſentandũ fit iterum trina crucis ſignatio ſuper illa verba, Præſtas nobis per ipſum, &c.

Octauò repreſentatur ſeparatio animæ à corpore per duas cruces extra calicem factas.

Nonò repræſentatur reſurrectio tertia die facta per tres cruces, quæ fiunt ad illa verba, Pax domini, &c. Nota etiam, quòd extenſio brachiorum quam facit Sacerdos, oſtendit extenſionem brachiorum Chriſti in crucem. Quod autem manus interdum iungit & inclinat, ſuppliciter & humiliter orans, deſignat humilitatem, & obedientiam Chriſti pro qua paſſus eſt. Quòd autem digitos teinet vnitos poſt conſecrationem, fit hoc, vt ſi aliqua particula adhæſiſſet, non diſpergatur. Nota etiam quòd Sacerdos ſe quinquies vertit ad populum, ad deſignandum quòd Chriſtus in die reſurrectionis quinquies apparuit. Epiſcopus autem qui repreſentat perſonam Chriſti, dicit: Pax vobis primo ad populum, ſicut Dominus dixit poſt reſurrectionem Apoſtolis. Nota, quòd fractio hoſtiæ deſignat primò ipſam diuiſionem corporis Chriſti quæ facta eſt in paſſione: ſecundò diſtinctionem corporis miſtici ſecundum diuerſos ſtatus: tertiò diſtributionem gratiarum procedentium à paſſione Chriſti. Nota etiam, quòd pars hoſtiæ in calicem miſſa, deſignat ipſum Chriſtum & beatiſſimã virginem, & ſi qui alij reſurrexerunt cum eo. Pars commeſta ambulantem adhuc ſuper terram: pars reſeruata vſque in finem Miſſæ, corpus Chriſti in ſepulchris. Hoc autem hodie non reſeruatur, ſcilicet reſeruando partem vſque in finẽ Miſſæ. Tamen ſignatio partium manet. Vnde verſus. Hoſtia diuiditur in partes: tincta beatos: Plene ſumpta notat viuos, ſeruata ſepultos.

Quantum ſit mulierum conſortium, earumq; familiare colloquium à viris continendum fugiendum, quibuſdam ſuadetur ſimilitudinibus.

Cap. XXVII.

FAmiliaritas multa virorum cum mulieribus periculoſa eſt. Quia ſicut papilio iuxta candelam tantum volitat, quòd tandem ſe comburit: Sic homo iuxta mulierem ſedendo, & colloquendo. Vnde Hieron. Dicit: Oſtium tuum mulierum pedes nũquam intrent. Sed ſi videris mulierem bene conuerſantem, mente dilige, non corporáli frequentia, quia non ſecurum fœno, & ſtuppæ eſſe iuxtà ignem. Bernar. Cum muliere ſemper eſſe, & eam non cognoſcere, maius eſt quàm mortuum ſuſcitare, & ſi quod minus eſt, non potes; quomodo quod magis eſt, credam. Terra bona eſt in ſe, & aqua bona, & munda: tamen ſi ſimul apponantur, faciunt lutum, & ſe inuicem polluunt. Sic eſt de homine, & muliere.

Fides, qua lumen oculuſq; anima dexter vocitatur, quo aſtum à diabolo auferatur homini, per mercatorii: cerui, & latronis ſimilitudinem clarum redditur.

Cap.

Digitized by Google

Cap. XXVIII.

FIdem præ omnibus aliis conatur diabolus homini auferre, quia est lumen animæ: sicut latro qui intrat domum, lumen extinguit, & feneſtras claudit ne videatur. Et ſicut mercator deceptor, tenebras quærit vt decipiat. Ioan. Qui mala agit, odit lucem: Hæc eſt etiam oculus dexter quem Naas Ammonites qui interpretatur ſerpens, id eſt, diabolus, petebat eruere viris Iabes Galaad. Eſt enim diabolus ſicut coruus, qui primo eruit oculum cadaueris. Nec mirum, quia hoſtis eſt inuiſibilis, & ſine fide non videtur. Dicitur in vitis patrum, quod quando opetiuntur oculi animalis, circuit ad molendinum. Sic diabolus ſi operuerit oculos mentis, id eſt fidem, humiliat ad omne peccatum. Iudicū 16. Sampſon eruerūt oculos, & molere fecerunt. Ideo dicit Senec. Qui fidem perdit, nihil proficit.

Ioan. 5

1. Reg. 11.

Iud.

Senec.

Tribulationes, & flagella quantum bona, in malis operentur vnico virgarum exemplo oſtenditur.

Cap. XXIX.

FLagella tribulationum aſſimilantur virgis ſcoparum. Quia ſicut virgulis ſcoparum nodoſis, & duris pueri caſtigantur, atque de earū faſciculis domorū habitacula à ſordibus purgantur. Sic ex tribulationum flagellis inſipientes peccantes expiantur, & meliorati ex eis ad Deum per pœnitentiam redeunt, vitam ſuam in melius commutantes. Flagellum enim tunc diluit culpam, cùm mutauerit vitam. Nam cuius non mutat mores, non expiat actiones.

His qui mundo tantum ſunt corde, Deum ſuam infundere gratiam atque elargiri, clarè aperitur.

Cap. XXX.

GRatia Dei non infunditur, niſi cordi diſpoſitio. Nullus enim ſapiens in vaſe. immundo, vel pleno vel contracto precioſum liquorem infundit. Sic nec Deus cordi humano per luxuriā inquinato, vel vento ſuperbiæ pleno, vel diſcordia fracto, vel ad terrena incuruato, gratiā ſuam infundit. Et ideo dicit Apoſtolus: Sciat vnuſquiſque vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, & honore: Si enim vaſa in quibus reliquiæ Sanctorum ponuntur munde, & honorabiliter ſeruantur, quanto magis vas cordis, in quo tam precioſæ reliquiæ, gratiæ ſcilicet & corporis Chriſti ponuntur? Idcirco dicitur Prouer. Omni cuſtodia ſerua cor tuū, &c

1. Thi. 4

Pro. 4

Mentis humilitas ſterquilinio compa ratur, id q. Dius Gregorij clara interpretatione hic cognoſcitur.

Cap. XXXI.

HVmilitas mentis aſſimilatur illi ſterquilinio, in quo legitur Iob ſediſſe. Vnde Grego. ibi dicit, quod in ſterquilinio ſedere, eſt vilia de ſe quempiam, & abiecta ſentire.

Iob. 7.

Item dicit, quod in ſterquilinio ſedere, eſt mentis oculos ad ea quæ illicere geſſimus pœnitendo reducere. Cùm enim ante nos peccatorum ſtercora cernimus, omne quod in animo de elatione ſurgit inclinamus.

Item in ſterquilinio ſedet, qui infirmitatē ſuā ſolicitè reſpicit, & ſeſe de bonis quæ per gratiam perceperit, non extollit.

Quo pacto incipientes in via Dei ſint inſtituendi, naturali exemplo declaratur.

Cap. XXXII.

INcipientibus, & ad huc in ſpiritu debilibus debent imponi leuiora. Cuius exemplū eſt, quia homines primæ ætatis non frugibus,

Digitized by Google

gibus, aut carnibus, & solidis cibis, sed cibis leuioribus, scilicet oleribus & pomis nutribantur. Vnde olus ab alendo est dictum secundum Isid. quia oleribus ante diluuium homines alebantur, sicut animalia herbis. Et ideo in olere leuis institutio accipitur, quæ infirmioribus tradi debet. Vnde Ro. Qui infirmus est, olus manducet.

Isid. li. ery.

Ro. 14.

Cũ humanus animus illa in qua conditus fuerat iustitiæ soliditate non figatur, variũ semper mutabileq́ esse, infirmi grauiter laboranti exẽplo monstratur.

Cap. XXXIII.

INconstans, & mutabilis homo, similis est infirmo in graui & afflictiua infirmitate constituto, qui noctę aduenientę optat, quòd cito transeat, & dies ad surgendum fiat: & rursus in die afflictus, vesperam & noctem expectat, sperans scilicet ex varietate temporis minui vim doloris: In nocte enim quæ est dormiendi tempus, accipitur torpor ocij, per diem verò qui est tempus operis, exercitatio actionis intelligitur. Similiter in vespere, quia somno congruit, rursus ocij desidia significatur. Inconstans ergo animus in nocte diem quærit, quia in quiete existens exercitium actionis appetit: & rursus in die vesperam expectat, quia in exercitio positus ocium quietis exoptat. vnde dicitur Iob: Si dormiero, dicam: Quando surgã? & rursum expectabo vesperam. Humanus enim animus, (vt August. dicit) quia illa in qua fuit conditus iustitiæ soliditate non figitur, alternantis semper desiderij motu variatur, vt quietus actionem desideret, & occupatus ad ocium anhelet. Vnde si dormiero, scilicet per quietis ocium, quando surgam, scilicet ad actionis exercitium? Et rursus in exercitio positus, expectabo vesperam, id est, quietis desidiã. Posset tamen hoc exemplum beati Iob & aliter intelligi, vt scilicet per dormire accipiamus statum peccatoris. Prouer. Vsquequo piger dormis? Greg. Dormire namque est in peccatis iacere, sed per surgere accipeamus pœnitere, per quòd scilicet ad lumen iustitiæ transitur. Ephe. Exurge qui dormis, exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Sed per vesperam, propter tenebras aduersitas vel tentatio signatur. Dicit ergo, si dormiero, scilicet in peccati somno, dicam, scilicet cõpunctus interius, quando surgam, scilicet vt per pœnitentiam lumen iustitiæ videam? Et rursus in lumine iustitiæ positus, & superbiæ tentatione pulsatus, expectabo vesperam, id est, aduersitatẽ, quę scilicet mentem humiliet, & liberet à peste superbiæ, vnde Greg. dicit: circa virtutũ prospera mente eleuata adiutrix aduersitas desideratur, vt profecto animus cũ virtutũ suarũ gaudio plus quàm debet attollitur, per contrarietatem pręsentis vitę edito mœrore solidetur. Vnde & nequaquã formidabo vesperam dicitur, sed expectabo. Expectamus etenim prospera, & formidamus aduersa. Vir igitur iustus vesperam expectat, quia cum exterius habet tribulationem, intus ipsa ei fit aduersitas prospera. Vel dicit, expectabo vesperam, id est, tentationem. Expectabo, scilicet nõ optãdo, sed incurrendo, quia quanto violẽtiùs à peccati somno ad iustitiæ lumen exurgitur, tanto antiqui hostis tentatio vehementior & obscurior sequitur. Et hinc est quòd Gen. Cum ordo temporis creationis rerum narratur, primò mane, & post vesperum nominatur: quia primo dicit, factum est mane, & postea dixit, factum est vespere,

Iob. 7.

Augu.

Prou.

Eph. 5.

Grego.

Gen. 1.

vespere, vbi scilicet dicit Grego. quod creator omnium humanæ culpæ præcius, tunc expressit in tempore, quod nunc versatur in mente. Mane quippe ad vesperã dicitur: quia nimirum lumen rectitudinis vmbra sequitur tentationis. Sed quia electorũ lux tentatione non extinguitur, nequaquam nox, sed vespera facta perhibetur. Quia nimirum sæpe tentatio in corde electorum lumen iustitiæ abscondit, sed non interimit, quasi ad pallorem trepidationis pertrahit, sed funditus nõ extinguit. Electi ergo post somnum surrectionem appetũt, post surrectionem vesperam præstolãtur, quia de peccati tenebris ad iustitiæ lumen euigilant, & in ipso iustitiæ lumine positi semper se contra illecebras tentationum parant, quas nimirum nõ timẽt, sed expectant, quia vtilitatis suæ rectitudini etiã tentamenta proficere non ignorant.

Incontinentes, seu in proposito benefaciendi non perseuerantes, qui recte in lutis comparantur, facillime insolita incurrunt delecta, cuius rei causa hic breuiter patefiunt.

Cap. XXXIIII.

INcontinentes, & illi qui nõ se tenent in eo quod est secundũ rationem rectam deliberatũ, scilicet propter passionem superuenientem, vt sic accipiatur incontinens, non tantum circa luxuriã, sed large pro omni eo, qui recedit à ratione recta propter tentationem; Tales inquam assimilantur eis, qui inuolutis itineribus pergunt. Vnde (vt Grego. dicit) Omne quod inuoluitur in seipso replicatur. Et sunt nonnulli qui seducentibus vitiis obuiare quasi tota intentione deliberant, sed irruente tentationis articulo in proposito non perdurant. Alius namque prauo vsu superbiæ inflatus, cũ magna esse præmia humilitatis considerat, aduersus semetipsum se erigit, exhibere se in quibuslibet contumeliis humilem promittit. Sed cũ repẽte hunc vnius iniuria verbi pulsauerit, ad cõsuetam protinus elationem redit, sicque ad tumorẽ reducitur, vt nequaquã, quia bonum humilitatis concupierat, recordetur. Alius quoque per auaritiam æstuans, augendis facultatibus anhelat. Is cum præterire omnia velociter conspicit, vagantem per concupiscentias mẽtem figit, decernit iam nihil appetere, & adepta tantummodo sub magni moderaminis fræno possidere. Sed cum repente fuerint oculis oblata, quæ placeant in ambitionem, protinus mens anhælat, semetipsam non capit, adipiscendi hæc occasionem quærit, & oblita continentiæ quã secum pepigerat cogitationũ se stimulis per desideria acquisitionis inquietat. Alius luxuriæ tabe polluitur, & longa iam consuetudine captus tenetur. Quanta autẽ sit castitatis munditia conspicit, & carne vinci turpe deprehẽdit. Restringere ergo voluptatum fluxa deliberat, & reluctari consuetudini se totis viribus parat, sed vel obiectã oculis spem, vel ad memoriam reducta cũ subitã tentatione concutitur, protinus à pristina præparatione dissipatur. Et qui contra hanc clypeum deliberationis erexerat, delectationis iaculo cõfossus iacet, sicq; eum luxuria eneruem superat, ac si nulla contra eam intentionis arma præparasset. Alius iræ flammis accenditur, eiusque stimulis ad inferendas proximis contumelias effrenatur. Cùm verò nulla furoris occasio animum pulsat, quanta sit mansuetudinis virtus, quantaque patientiæ altitudo cõsiderat, seque etiam contra contumelias patienter parat. Sed cũ

Grego.

parua

patua quælibet commotionis occasio nascitur, repente ad voces & contumelias medullitus inflammatur, ita vt non solum ad memoriam patientiæ promissa non redeat, sed & semetipsam mens, & ea, quæ loquitur conuitia non agnoscat. Cumque furori plenè satisfecerit, quasi post exercitium in tranquillitatem redit, & tunc se ad silentij claustra recolligit, linguæ non patientia, sed procacitatis suæ satisfactio frænū ponit, vix igitur sero post conuitia illata se cohibet. Quia à cursu sæpe spumantes equos non præsidetis dextera, sed campi terminus coercet. De omnibus ergo huiusmodi talibus dicitur Iob. 6. Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorū. Iob. 6.
Quia recta quidem desiderando appetunt, sed ad consueta mala semper replicantur, & quasi extra se extensi, ad semetipsos per circuitum redeunt. Et bone quidem cupiunt, sed à malis nunquā recedunt. Esse quippe humiles, sed tamen sine despectu: esse contenti propriis, sed sine necessitate: esse casti, sed non sine recreatione corporis: esse patientes, sed sine contumeliis volunt, prout Greg. dicit.

Infernalis pœnæ meditatio quātū ad Mundi carnisq; contemptū nos inducat, nutricis exemplo filium à dulcedine lactis remouentis, confirmatur.

Cap. XXXV.

INfernalis pœnæ meditatio valet ad contemptū mūdi. Nam sicut in vitis Patrum dixit quidā senex: Nutrix quando vult ablactare puerum, & à dulcedine lactis amouere, ponit aliquod amarum in mamilla, quod sentiens puer, retrahitur à mamilla. Sic & tu amaritudinem inferni delectationibus mundi opponas, & retraheris ab eis. Iob. Nunquid gustare potest aliquis, quod gustatum affert mortem? quanto ergo magis si afferat homini mortem æternam? Consumit etiam infernalis ignis meditatus id homine carnalem affectum. Sicut enim baculus, qui versatur in igne, consumitur in eo cortex, ita necesse est vt consumatur in eo carnositas, qui sæpe de inferno meditatur.

Hypocrita, qui quidē non causa Dei, sed Mundo morem gerendi operam dat, hoc in loco non incongrue falsis nuncijs edacibusq; assimilantur.

Cap XXXVI.

HYpocritæ assimilantur falsis nuncijs, qui portant arma Regis picta in pixide, sed intus non habent literas, vel sigillum eius. Tales sunt hypocritæ, qui non operantur intentione placēdi Deo, sed mundo. Et ideo opera eorum, & ipsi condemnabuntur, vt falsi testes in iudicio, quādo libri conscientiarum aperti erunt, & dicetur eis: Nescio vos.

Item hypocritæ, qui de suis operibus & laboribus in præsenti vita remunerari cupiunt, similes sunt illis, qui fructus suos maturari nō sinunt, sed ante maturationem colligunt. Et gulosis, qui non sinunt cibos suos diligenter præparari, & illis, qui segetes suas in herba colligūt, qui nihil habent tunc in Autumno. Sic qui non expectant remunerationem suam à Deo: sed volunt hic remunerari per vanam laudem, vel corporis sanitatem, vel temporalem prosperitatē, nō remunerabuntur in iudicio futuro. Matth. Amen, amen dico vobis, receperunt mercedē suā. Iac. Matth. Iacob.
Ecce agricola expectat præciosum fructum terræ, patiēter ferēs donec accipiat temporaneum, & serotinum. Patientes ergo estote fratres vsque ad aduentū Domini.

Iracun-

Digitized by Google

Iracundi lignis aridis assimulantur, quorum hic quatuor species ex Dini Gregorij sententia numerantur.

Cap. XXXVII.

IRacundi sunt similes illis materiis, in quibus homo ignem accendit. Nam sicut dicit Gregorius, quidam iracundorum sunt accensis calamis similes, qui dum vocibus perstrepunt, quasi quosdam accensionis suæ sonitus reddunt, citius quidem flammam faciunt, sed protinus ad fauillam frigescunt. Alij autem lignis graniorib. durioribusque non dispares accensionem tarde suscipiunt, sed tamen accensi semel, difficilius extinguuntur: & quia tardius in asperitate se concitant, furoris sui diutius ignem seruant. Alij autem quod est nequius, & citius iracundiæ flammas excipiunt, & tardius deponunt. Nonnulli verò has, & tarde suscipiunt, & citius amittunt. In quibus nimirū quatuor modis liquido lector agnoscit, quia & ad tranquillitatis bonum vltimus plus quam primus æppropinquat, & in malo secundum tertius superat.

Diuinum iudicium quando agatur humani flatus pulcherrima similitudine declaratur.

Cap. XXXVIII.

IVdicium diuinum assimilatur flatui humano. Quia (sicut dicit Gregorius) nos cum flamus, aërem ab exterioribus introrsum trahimus, & introrsus tractum, hunc exterius reddimus. Quasi igitur flare in vindictæ retributione videtur, qui ab exterioribus causis introrsus iudicij consilium concipit, & ab intimo consilio extrorsus sententiam amittit, quasi enim flante Deo ab exterioribus aliquid introrsus trahit, quandó foras mala nostra conspicit, & intus iudicium disponit. Et rursùm quasi flante Deo ab interioribus spiritus extrorsus emittitur, quando ab interiori conceptu consilij exterius iudicium damnationis infertur.

In due iudicij extremi quam strictè homines reddituri sint Deo rationē, nonnullis claris aperitur exemplis.

Cap. XXXIX.

IVdicij dies cùm venerit, reddent homines de omnibus rationem. Nam sicut in fine hebdomadæ solent pueri recitare lectiones totius septimanæ, & qui nescit reddere, verberatur, & qui scit, euadit, & operarij solent recipere mercedes pro operibus suis, & deficientibus nundinis vadit mercatores ad solutionē. Sic etiam in fine mundi oportebit reddere rationem de omnibus, & recipere meredem iudicatam. Eccles. Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum sit, siue malum. Eccl. 12

Item in iudicio omnium hominum opera patebunt. Vnde sicut creditor probat debitū suum per literas patentes, quas habet à debitore. Sic diabolus probabit in iudicio se actorem eorum coram summo iudice per opera mala quæ fecerunt, quæ tunc omnibus apparebunt. Apocal. Iudicati sunt mortui, ex his quæ scripta erant in libris. Ap. 20.

Qui aliorum vitia iudicare intendit, qualis esse debeat, auctoritatibus breuiter demonstratur.

Cap. XL.

IVdicans aliorum vitia, debet ipse immunis esse à vitiis. Et corrigens aliorum delicta, debet ipse mundus esse à deliciis, & præcipuè ab aspectu, & affectu terrenorum. Quia (sicut dicit Greg.) nequaquā pure in mēbro maculam cōsiderat oculus, quem puluis Grego.

puluis grauat : & superiectas sordes tergere nonvalent manus quæ lutum tenent. Et hinc est, quòd Deus in iudicio adultere Iudæis dixit. Ioan. Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.

Ioan. 8

Lingua iure flagello comparatur, idq; quomodo existat Diui Gregorij verbis definitur.

Cap. XLI.

Lingua contumeliosa assimilatur flagello, secundum illud Iob: A flagello linguæ abscōderis, vbi Gregor. dicit quod flagellum linguæ est exprobratio illatæ contumeliæ: Flagello enim linguæ bonos feriunt, qui eorum opera irridendo persequuntur: Sæpe enim lingua à bono opere dum vituperat reuocat, & quasi flagellum se erigit, quia dorsum timidæ mētis cædit. Sancta autē anima flagello linguæ absconditur: quia dum in hoc mundo honorem laudis non quærit, nec cōtumelias detrectationis sentit.

Iob. 5.

Quemadmodū sit loquendū ne sermo reprehensione sit dignus, neq; in ipso error committatur recte edocetur.

Cap. XLII.

Loqui irreprehensibiliter volens, debet ipse prius examinare quod dicit: Nam sicut per dissidētes arbiter medius cōcostituitur, qui vtriusque partis meritis discussis eos ad rectitudinē æquitatis reducat. Ita qui in dictis suis reprobari metuit, ipse prius examinando, quod dicit inter cor & linguam, quasi æquus quidam districtusque arbiter sedeat subtiliter, pensans si recta verba cor offerat, quæ vtiliter suscipiens ad auditorum iudicium lingua perducat, sicut Gregor. dicit.

Quid diabolus agat vt in nobis ignē luxuriæ inflammet, quinq; ignis similitudinibus facillime indicatur.

Cap. XLIII.

Lvxuriæ ignis accenditur per exemplum maledictarū vetularum. Nam quando aliquis ignem non potest incendere in viridibus lignis, accipit lignum siccum, vt faciliùs succendatur. Sic facit diabolus, quando nō potest in iuuenibus accendere ignem luxuriæ, accipit vetulā siccā, & per eam facit, quod per se facere non potest. Vnde diabolus decepit primam mulierē per serpentem habentem vultum virgineum similem sibi.

Item accenditur ignis iste per ornatū. Sicut etiam raptores & prædones, quando volunt vnam villam comburere, ponūt ignem in vna domo, & per illam aliæ succendūtur. Sic diabolus ignem luxuriæ ponit in vna ioculatrice, quæ ornata discurrens per cōtratam, omnes in se aspicientes cōburit. Hæ sunt vulpeculæ Sāsonis habentes ignem in caudis.

Item accenditur ignis iste ex appositione combustibilium, scilicet lignorum, vel olei, vel picis. Sic ignis luxuriæ ex appositione ciborum, & potuum: Luxuriosis enim bonus morsellus, aut scyphus vini, est quoddam incentiuum luxuriæ. Non ergo videtur habere bonam volūtatem extinguendi illum ignem, qui bonos morsellos, & fortia vina frequētat: sicut non videretur habere bonam voluntatem extinguendi domum succensam, qui oleum & ligna in ignem proiiceret: Venter enim & genitalia vicina sunt. Hier. Venter mero æstuans facile despumat in libidinem.

Item accēditur ignis iste familiaritatibus mulierum, & colloquiis. Eccl. Colloquiū illius quasi ignis exardescit. Murilegus albā pellem iuxta ignem comburit, & papillo iuxta candelam volitans comburit se. Sic homo iuxta mulierem

Eccl.

lierem sedens. Nulla securitas est fœno, vel stuppæ iuxta ignē esse sic homo iuxta mulierem. Hier. Omnis caro fœnum.

Hier. 9.

Item accenditur hic ignis flatu oris, i. suggestione diaboli. Iob. Halitus eius prunas ardere facit.

Iob. 41

Cur Pharisæorum mandata legis in fronte, in manibus, ac in angulis palliorū ferre mos esset, idq; quid nobis insinuet aperitur.

Cap. XLIIII.

MAndata Dei debent haberi in meditatione & operatione cum recta intentione: Mos enim Pharisæorum erat portare mandata legis scriptæ in mēbranis, in frōte quasi coronā, vt ante oculos mouerentur, & etiam ligatas ad manus, in angulis etiam palliorum ipsi & etiam cōmuniter Iudęi iacinctinas fimbrias inserebant. Sic enim præceptū fuerat Deuter. scilicet, quòd ligarent præcepta Dei quasi signū in manu sua, & quod scriberēt in limine ostiorū, & quòd per angulos palliorū facerēt fimbrias, in quibus ponerent iacinctinas vittas, in memoriam mandatorū Dei, vt habetur Nu. 15. quod scilicet mādatū Pharisæi ad literam intelligebant & seruabant, sed intentio Dei mandantis fuit, vt ligarētur in manu, id est, in operatione, & essent ante oculos in meditatione. In iacinctinis autem vittis, quæ palliis inserebantur, signatur cælestis intentio, quæ omnibus operibus nostris debet adiungi.

Deut.

Vita humana miseria quanta sit, in quibusq; consistat, & quomodo etiā ipsamet salus ægritudo iudicāda sit, D. Gregorij testimonio cōfirmatur.

Cap. XLV.

MIseria & grauedo humanæ vitæ ostenditur à defectibus corporis, & ex variis medicamentis: Nam præter hoc, quòd corpus diuersis infirmitatibus, & febribus, & doloribus frequenter affligitur, etiam ipsa hæc nostri corporis, quæ salus vocatur, ægritudo est, vt dicit Greg. Nam ocio tabescit, opere deficit, inedia deficiens cibo reficitur, vt subsistat, refectione lassescet, abstinentia releuatur, vt vigeat, aqua perfunditur, ne arescat, linteis tergitur ne ipsa nimis perfusione liquefiat, labore vegetatur, ne quiete torpeat, quiete refouetur, ne laboris exercitatione succumbat, fatigata vigiliis somno reparatur, oppressa somno vigiliis excutitur, ne sua peius quiete lassetur, vestibus tegitur, ne frigoris aduersitate penetretur, quæ si æstus sit calore deficiens, aurarum flatu refouetur. Cumque inde molestias inuenit, vnde vitare molestias quærit, malè sauciata (vt ita dixerim) de ipso suo medicamine lāguescit. Remotis ergo febribus, cessantibus doloribus, ipsa nostra salus ægritudo est, cui curandi necessitas nunquam deest. Quot enim solatia ad viuendi vsum quærimus, quasi tot nostræ ægritudini medicamentis obuiamus. Sed ipsum quoque medicamē in vulnus vertitur, quia exquisito remedio paulo diutius inhærentes, ex eo grauius deficimus, quòd proni ad refectionem paramus. Sic nimirum debuit præsumptio corripi, sic superbia eliditur, quia enim elatū semel sumpsimus spiritum, ecce defluēs quotidie portamus lutum.

Mortem necessariam esse, iuuenesq; prius quā senes sæpissime inuadere, eamq; sanctos appetere, similitudinibus, & auctoritatibus terminatur.

Cap. XLVI.

MOrs citius aliquando inuadit iuuenes quàm senes, immo fortè plures moriūtur iuuenes quam antiqui. Sicut de animalibus accidit, quòd plures

Digitized by Google

occiduntur agni quàm pecudes, & ita cito irangitur vas nouum sicut antiquum. Et similiter scinditur citius arbor iuuenis, quàm
Isa. 30. antiqua. Isa. Subitò dum nõ speratur, veniet contritio illius.

Item mors timenda est propter necessitatem: Quicunque enim in carne viuit, oportet quòd moriatur. Terra enim cum homine transit ad hominem, & sic caro
Eccl. 8. cum mortalitate. Eccl. Non est in hominis potestate prohibere spiritum, nec habet potestatem in die mortis. Qui videt domũ proximi sui ardere, non debet multũ de sua confidere. Ecclesiast. Me-
Eccl. 38 mor esto iudicij mei: sic enim erit & tuum, mihi heri, tibi hodie.

Item viri sancti quanto plus appropinquant morti, tanto feruentiores fiunt: sicut quærentes thesaurum eo ardentius fodiunt, quo iuxta quæsitum aurum magis appropinquando pertingunt. Et corpus naturali meatu tanto monetur velocius, quanto plus ad suæ quietis terminum appropinquat.

Qui vere mũdo mortui sunt, eos pariter mundũ mortuũ esse, mortificantes, seipsos spiritualiter, fodientibus thesaurum assimilari, ac veram sapientiam in inuisibilibus consistere rationabiliter affirmatur.

Cap XLVII.

MOrtuus est homo mundo, & mundus ei, quando nec mundus curat de ipso, nec ipse de mundo, si enim in vno loco sit mortuus, & viuens, & si mortuus viuum non videt, viuus tamen mortuum videt: si verò mortui sunt vtrique, alter alterum nequaquam videt. Ita qui iam mũdum non amat, sed tan en ab illo vel nolens amatur, & si ipse velut mortuus mundum non videt, hunc tamen mundus adhuc mortuus non videt: si vero, nec ipse in amore mundum retinet, nec ruslus in amore mundi retinetur, vicissim sibi vtrique extincti sunt: quia dum alter alterum non appetit, quasi mortuus mortuum non attendit. Et talis erat Paulus, qui dicebat: Mihi mũdus Gal. 6.
crucifixus est, & ego mundo.

Item qui est mortuus mundo, oditur & à mundo? Nam sicut mortua corpora mare à se expellit, viua vero sibi retinet, sic mundus detinet suos amatores tanquam sibi viuentes, & eiicit contemptores tanquam sibi defunctos. Ioan. Si de mundo fuissetis, Ioa. 15.
mundus quod suum erat diligeret, nunc vero, quia de mũdo non estis, propterea odit vos mundus.

Item mortificantes spiritualiter seipsos assimilantur fodientibus thesaurum. De quibus dicitur: Iob 3.
Quasi effodientes thesaurũ, gaudent, vehementer cum inuenerint sepulchrum. Mundo enim (sicut dicit Greg.) per inuisibilem sapientiam morimur. Quæ thesauro assimilatur. Prou. Si quæsieProu. 2
ris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis eam. Sapientia quippe in rerum superficie nõ iacet, quia in inuisibilibus latet: & tũc mortificationem nostram sapientiam contingentes apprehendimus, si relictis visibilibus in inuisibilibus abscondamur, si sic hanc effodientes quærimus, vt ratione omne quod terrenum mens cogitat, à semetipsa manu sanctæ discretionis eiiciat, thesaurum virtutum qui latebat se agnoscat: Facile enim in se thesaurum inuenit, qui eam, quæ se male presserat, molem à se terrenæ cogitationis repellit. Quia autem quæsitã mortem sicut thesaurũ dicit, recte subiungit. Gaudentque vehementer cum inuenerint sepulchrũ: Sicut enim sepulchrum locus est quo absconditur mortuus; ita diuina contẽplatio quoddã sepulchrũ est, quo

abscon-

absconditur anima. Quasi enim huic adhuc mundo viuimus cum mēte in eum foras vagamur. Sed mortui in sepulchro abscōdimur, cum mortificati exterius in secreto itinere contemplationis cælamur. Sancti igitur viri ab importunitate desideriorum tēporalium, à tumultu inutilium curarum, a clamore perstrepentium perturbationum, semetipsos sacri verbi gladio mortificare non desinunt, atque intus ante Dei faciem in occulto mentis se abscōdunt. Col. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Qui ergo mortē quærit, gaudet dum sepulchrum inuenit: quia qui mortificare se appetit, valde ad inuētam requiē contemplationis hilarescit, vt exutus mundo lateat, & à cunctis exteriorum rerū perturbationibus intra sinum se intimi amoris abscondat. Sciendum etiam quòd antiqui mortuos cum diuitijs sepeliebant. Et ideo qui thesaurum quærit, gaudet cum sepulchrū inuenerit: quia sapientiam perquirentes cùm sacræ scripturæ paginas voluimus, cum exempla præcedentium Sanctorum perscrutamur, quasi ex sepulchro gaudium sumimus, quia mentis diuitias apud mortuos inuenimus, quia qui huic mundo perfecte extincti sunt, in occulto cum diuitiis requiescunt, sepulchro ergo diues efficitur, qui per exempla iustorum contemplationis virtute subleuatur.

Col. 3.

Sequens mundum, qui aliud promittit aliudq; soluit, fatuo ac puero papilionem sequēti comparatur: quod auctoritatibus affirmatur.

Cap. XLVIII.

MVndum sequens assimilatur fatuo, qui summo mane surgebat, vt sequeretur vmbrā quæ semper eum fugiebat, & nūquam eam apprehendebat. Eccl. Quasi qui apprehendit vmbram, & persequitur ventum: sic qui attendit ad visa mendacia, id est, res temporales, quæ aliud promittunt, & aliud soluunt; sicut mendacia aliud sonant, & aliud continent. Item mundū sequens assimilatur puero, qui sequitur papilionem, quem non capit, sed ab eo fugit, vel ipsum dimittit. Ecclesiast. Si secutus fueris, non apprehendes.

Ecc. 34.

Ecc. 11.

Iudicibus munera omnia cordis, oris, & operis, veluti venenum fore vitāda, D. Pauli similitudine suadetur

Cap. XLIX.

MVnera debent manus iudicis renuere, sicut renuūt serpentē tangere, vel venenosum vermem super se tenere: Si enim vermis venenosus super manum ascenderet, protinus ipsum excuteret, ne eum venenaret, vnde dicitur quod Paulus viperam, quæ manum suam inuasit, & ad ipsam pendebat, in ignem excussit. Tūc enim vipera, vel venenosus vermis manum iudicis inuadit, vt vitam eius veneno extingnat, quando aliquis eū muneribus tentat, vt cupiditatis veneno iustitiam corrumpat. Sed probus iudex eam in ignem excutit: quia hanc cum quodam quasi furore & indignatione repellit. Vnde dicitur. Beatus qui excutit manus ab omni, s. munere. Quia triplex est munus, cuius acceptio, vel expectatio, corrumpit non solum manus iudicantis, sed etiā interdum cuiuscunque bona operātis. Vnde Grego. Tres sunt acceptiones munerum, ad quæ ex fraude festinatur. Munus namque ex corde, est vana gratia per cogitationem. Munus ab ore, est vana gloria per fauorem. Munus ex manu est præmium per dationē, sed iustus quisq; ab omni munere manus excutit, quia in eo, quod recte agit, nec ab humano corde

Act. 28

Isa. 23.

Grego.

vanam gratiam, nec ab ore laude, nec à manu dationem accipere quærit. Solus igitur in Dei operatione fraudem, non facit, qui eum ad studia bonæ actionis inuigilat, nec ad corporalis rei præmia, nec ad laudis verba, nec ad humani iudicij gratiã anhelat.

Et, qui obedientia operibus est assuetus, omnia onera esse facilia, Deoq; obtemperanti cuncta pariter obsequi, exemplis demonstratur.

Cap. L.

OBedienti Deo, obediũt omnia, & creator, & creatura. Quod patet exemplo Iosue, quãdo mandauit Soli quod staret, & stetit. Vnde Iosue. 10. Non fuit postea tam longa dies obediente Domino voci hominis. Greg. Si obedientes fuerimus præceptis diuinis, obediet Dominus orationibus nostris. Ioſ. 10.

Item assuefactio ad opera obedientiæ facit ea videri facilia: Equus enim assuefactus circumuolutionibus, de facili ad volũtatẽ sessoris flecti potest. Prou. Equus paratus ad diem belli, Dominus autem salutẽ tribuet. Equus ille religiosus est, cui frenũ obedientiæ imponitur: quia paratus est per assuefactionem ad obediendum, vt ad dexteram, vel sinistrã vertatur. Psal. Paratus sum, & nõ sum turbatus, vt custodiam mandata tua. Pro. 25. Pſa. 118

Opus bonũ à nobis omnibus Deus, velut à qualibet pomarij arbore Harus fructum requirit bonũ, idq; quãdomodum sit perficiendũ duplici veteris testamenti figura clarissimè insinuatur: & sanens bonum, ac à malis se minime custodiens, eus comparetur, explanatur.

Cap. LI.

OPus bonum debet offerri Deo purè, & cõpletè. Sicut iubebatur offerri hostia in lege: Nam in lege iudicis præceptum erat, vt subtracta pelle hostiæ artus in frusta conciderent. Pellem namque hostiæ (sicut Gre. dicit) subtrahimus, cum à mẽtis nostræ oculis superficiem virtutis amouemus, cuius artus in frusta concidimus, cum distinguentes subtiliter eius intima mẽbratim q; cogitamus. Item Leu. Præceptum est, vt cauda hostiæ in altari offeretur, vt videlicet omne bonum quod incipimus, etiam perseueranti fine compleamus. Leui.

Item operantes bona propter difficultatem, assimilantur ascendentibus: mala verò propter facilitatem, descendentibus. Nam (sicut dicit Greg.) omnis ascensus in labore est, descensus in voluptate. Quia per nixum gressus ad superiora tenditur, per remissionem vero ad inferiora declinatur. Ad montis enim virticem ipsum saxum subuehere magni laboris est, ipsumq; a summis ad ima dimittere laboris nõ est. Sine morã videlicet prorsus, qui magnis conatibus ad summa peruenit. Lõgo studio seges seritur, soli atque imbri diu cõmittitur, sed tamen vna & subita scintilla consumitur. Paulatim ædificia ad alta proficiũt, sed repentinis casibus terram petunt. Robusta arbor in aëre per tarda incrementa se erigit, sed quicquid diu ad alta protulit, semel & simul cadit. Sic que fit, vt iusti ad summa per tarda incrementa proficiant, sed iniqui ad vitiorum ima sine vllo obstaculo ac difficultate descendant.

Item opus bonũ requirit Deus ab homine, sicut homo de qualibet arbore quæ est in horto suo vult habere bonum fructum, ad hoc enim plantault, & si nõ portat fructum bonum, scindit, & comburit. Sic Deus de quolibet homine quem posuit in mundo, fructum bonorũ operũ requirit. Alioquin scindetur, & in ignem æter-

Mat. 6. æternum mittetur. Matt. Omnis arbor quę nō facit fructum bonū, excidetur & in ignē mittetur.

Item materia mollis cito dissoluitur, & opus mollium & tepidorum cito deficit. Prouerb. Pro. 18. Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est suæ operæ dissipantis.

Item bona opera faciens, & à malis se nō custodiēs, similis est stulto, qui mittit aquam in cisternam perforatam, vel vinū ponēs in vegetem fractum, frumentum in saccum pertusum. Quia quantum ex vna parte poneret, tantū ex alia exiret. Ita talis quicquid lucratur ex operibus bonis, consequēter perdit ex malis. Agg. Et Agg. 2. qui mercedes congregauit, misit eas in sacculū pertusum: De pertuso enim sæculo, sicut dicit Gr. aliunde exit, quod aliunde mittitur. Quia indiscretæ mētes mercedem quam ex bono acquirunt, non aspiciūt quod ex malo opere perdunt. Alius namque castitatem corporis seruat, sęque vigilanter circumspicit, ne quid foris reprehensibilis admittat, suis cō tentus est, aliena non diripit: sed tamē odiū fortassē in corde contra proximum seruat, cum scriptum sit: Qui odit fratrem suum, 1. Io. 3. homicida est: Considerat enim, quod sit mundus foris in opere, & non perpendit quod sit crudelis in mēte. Alius iam aliena nō diripit, iam corpus ab immunditia custodit, iam mente pura proximum diligit, & malorum præteritorum conscius, lamentando se in precibus afficit, sed finita prece, læta de quibus in hoc mūdo gaudeat, exquirit, temporalibus gaudiis negligenter animum dimittit, nec curat ne in eo lachrymarum mensuram immoderata gaudia sequantur. Fitque vt bonū nimis ridēdo pergat, quod plangendo lucratus est.

Quantopere mulieribus corporis ornatus sit vitandus, cuiusq; res signū sit, & quibus tales comparentur exemplis non obscuris demonstratur,

Cap. LII.

ORnatus corporis est signū meretricij, & luxuriæ: Faciunt enim de templo Dei papilionem meretricis. Quia sicut papilio signum est sorti, sic ornatus exterior. Prouer. Ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio præparata. Pron. 7

Item solēt equorum vēditores equis suis imponere ramum, vel straмen super capita eorum, vel in caudis, in signum quod volūt eos vendere. Ita mulieres imponunt ornamēta capitibus suis, in signum quod corpora eorum venalia sunt. Si quis alicuius nobilis equo imponeret signum venditionis, & per villam circumduceret eum quasi venalem, multum offenderetur. Sic offenditur Deus de sponsa sua, id est, de virgine, & maritus de vxore sua offendi deberet. Pro. Zelus, & fer- Prou. 6 uor viri non parcet, &c.

Item mulieres se ornantes sunt incendiariæ diaboli, templa Dei comburentes, ferentes ignem in caudis, vt vulpes Samsonis. Psalm. Incenditur igni sanctua- Psal. 73 rium tuum.

Item mirabile esset si mulier veniret ad Missam in morte mariti sui, vel patris, ornata floribus. Sic est de illis, quæ veniunt ad Missam ornatæ, cum omnis Missa celebretur in memoriam Christi crucifixi, cui corona spinea imposita est, & tu imponis tibi coronam de floribus & rosis. Sap. Sap. 2. Coronemus nos rosis, &c.

Hominē ociosum veluti signum ante diaboli sagittam esse, locūq; ocio diabolos parere affirmatur.

Cap. LIII.

OCiosus homo locum facit diabolo, sed in homine oc-

cupato non habet diabolus locū, sicut res perfectè occupata nō est capax alterius. Vnde Hiero. dicit: Semper aliquid boni facito, vt diabolus inueniat te occupatum.

Hiero.

Itē homo ociosus est sicut signum ad sagittam, quod vndique à sagittarijs, id est, dæmonibus sagittatur sagittis tentationum.

Thr. 3. Thr. Tetēdit arcum suū, & posuit me quasi sigbum ad sagittam. Sed occupatio est velut clypeus contra sagittas diaboli. Eccles. Super scutum potentis. i. viriliter operantis, & super lanceam aduersus inimicum tuum pugnabit.

Eccl. 27

Passionis Christi meditatio quantum nos ad ipsius tumorē inflāmet, quōue modo cordis magnam afferat cōpunctionē, prauasq; expellat cogitationes, edocetur.

Cap. LIIII.

PAssio Christi inflammat corda frigida ad amorem: Non enim est lignum sic frigidum, vel aquosum, quod si homo miserit in clibanum, vel fornacem ardentem, non succendatur. Similiter etiam nec cor est aliquod ita tepidum, quòd si ponatur in fornace amoris diuini, intuendo quantum exarsit in passione, quin accendatur ad amandū ipsum. Psal. 17 Carbones succesi sunt ab eo. Ber. Super omnia te reddit mihi amabilem bone Iesu calix passionis quem bibisti, opus redēptionis: Hic enim amorem nostrum facilè sibi vendicat totum.

Psal. 17

Item passionis Christi memoria generat cōpunctionem, quæ expellit omnes prauas cogitationes. Vnde Angelus Raphael dixit filio Thobiæ de pisce quem ceperat: particulam illius pone super carbones, & fumus illius fugabit dæmonem: Hic enim piscis est Christus, qui exenteratur, quādo interiora passionis eius consideratur, & quomodo deitas latuit. Sed fel reseruatur, quādo amaritudo illius memoriæ commendatur. Cor reseruatur, quando charitas eius consideratur. Particula super carbones ponitur, quando de illa dilectione cogitatur, & inde fumus compunctionis generatur, qui fugat omne genus dæmoniorum: Quia omnis strepitus prauæ cogitationis obmutescit.

Dei patientia peccatorē diu ad pœnitentiā expectantis quantū sit tandē formidanda, mulieris parturientis similitudine suadetur.

Cap. LV.

PAtientia Dei assimilatur gratiæ mulieri, quæ scilicet cōceptum, quem diu portauit, postea cum magnō dolore ejecit. Sic Deus diu quidem peccatorē tolerat per patientiam, & expectat ad pœnitentiam, sed diu expectatū, & non emendatū, quandoq; subito percutit, & cū magno vindictæ feruore, quasi cum magno dolore, proijcit quem diu tolerauit, vnde dicitur. Isa. Tacui, Isai. 42. semper silui, patiēs fui, sicut parturiens loquar. Non est ergo Dei patientia contemnenda ex dilatione, sed amplius formidanda. Quia sicut dicit Valer. Maxim. Vale. in Lento gradu ad vindictā diuina lib. 1. procedit ira, tarditatem quę iudicij grauitate pensat.

Quis meritò patiens homo debeat nuncupari, paucis naturalibus exēplis approbatur.

Cap. LVI.

PAtientia hominis quanta sit, non nisi in tribulatione cognoscitur: Nam sicut aliquis habēs quartanas vel tertianas, nō dicitur curatus esse, si in diebus in quibus non est accessio, non febricitet: Similiter nullus debet dici patiens, pro eo quòd ipse nō turbatur cū nulla sit ei molestia: sed si instante tribulatione, vel miseria patiēs esset, tūc diceretur patiens, sicut ille, qui in tempore

Digitized by Google

accessionis nō febricitat, diceretur esse curatus & sanus à febre.

Item si nullus esset ventus, arbor quę tunc nō moueretur, non diceretur propter hoc immobilis. Similiter lignū, quod non ardet igne absente, non diceretur propter hoc incōbustibile. Et sic de alijs. Sic homo sine tribulatione non debet dici patiens. Greg. Qualis quisque apud se lateat, illata contumelia probat. Sap. Per tormenta interrogemus eum, & probemus patientiam illius.

Grepo. Sap. 2.

Peccatū quātopere fugiendū sit, quātumq; graue & pōderosum existat, & quomodo ante Solem sedēti caco, defunctóq; sepeliendo cōparetur, eorummet exēplis pluribusque ostenditur auctoritatibus.

Cap. LVII.

PEccato homo nō solum non debet consentire, sed neque in eius delectatione vel animo detineri. Sicut malū & venenosum cibum homo nō solum non vult comedere, sed nec etiam gustare: Differunt enim gustare & comedere, sicut dilectari, & consentire. Nam gustare est sine gluttitione super lingua tenere, sicut quando gustatur cibus si benè sit salitus, sed comedere est cum intus cibus in corpore trahitur. Sic qui intentione non vult consentire, sed tamen immoratur in delectatione cogitationis, iste & si non comedit, tamen gustat: sed ille comedit, qui peccato consentit. Col. Neq; tetigeritis per cogitationem; neque contrectaueritis per cōsensum, vel operationem. Et nota, quòd multiplicata gustatio, comestioni, vel hastui æquipollet, sicut patet in his qui vina probant. Sic frequens delectatio plerunque inducit consensum. Si ergo mortem animę, quam facit consensus, times, time tale gustare quod disponit ad mortem.

Col. 2.

Item peccatum creaturas, quæ in se bonę erāt, fecit homini noxias. Nam venenum est mors hominis, & tamen est vita serpētis. Sic ergo Deus res à se bene conditas nobis in flagellum format, vt ea ipsa & per dolorem quo feriunt delinquentibus mala sint, & per naturam qua existunt bona, sicut dicit. Greg.

Item peccatorū onus multum grauat animam. Psal. Sicut onus graue grauatę sunt super me, scilicet iniquitates meæ, sed miser homo non sentit modo onus illud, sed sentiet postea; sicut ille, qui portat vel trahit onus in aqua, nō sentit bene pōdus, donec exeat de aqua. Sic onus peccati in aquis delitiarum non sentitur bene, sed quādo exierit de aqua, id est, peccato, vel mūdo, in morte sentietur. Deo hic deponenda essent peccata tanquā onera grauissima in infernū trahentia: Ille enim qui habet magnū onus super collum suum non cessat currendo ire, vt veniat ad locum vbi debet deponere: sic debet homo festinare confessionē, & ibi onus peccati proijcere. Vnde Heb. Deponentes omne onus, & circunstans nos peccatum.

Psal. 17

Heb. 12

Item ille, qui debet portare aliquod onus, tētat prius quantū pōderet, & quātum portabit, & stipendium considerat. Sic homo quando vult peccare, & onus peccati sibi assumere, debet cōsiderare onus peccati prius, quòd tantū ponderat, quòd decedentes cum eo in puncto ad inferna descendunt: Tantū enim pōderat, quòd neque firmamentum ipsum hora vna potuit sustinere. Luc. Videbā sathanam sicut fulgur de cęlo cadentem. Et quādiu portabit: quia forte sine fine quod nescit, qui assumit, & quòd non poterit deponere. Psal. Laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem. Et stipen-

Luc. 10.

Psal. 30

stipendiū peccati, quod est mors
Rom.6 aterna. Rom. Finis eorum mors est. Et ibidem dicitur: Stipendia enim peccati, mors.

Item peccator assimilatur cęco sedenti ad Solem: Nam cæcus cū in Sole consistit, ipse radiis Solis perfunditur, sed tamen lumen non videt quo illustratur. Sic peccator cùm peccat, licet peccati delectatione & ardore cæcatus ipse non videat Deum, neque attendat ad ipsum, Deus tamen cui omnia patent, bene conspicit illum. Vnde de peccatoribus
Psal.57 cæcatis dicitur in Psalm. Supercecidit ignis, id est ardor peccati, & non viderunt Solem.

Item peccator assimilatur defuncto sepeliendo. Nam defunctus ad tumulum aliquando cum magna honoris pompa defertur, sed postmodum in terra sepultus in putredinem & cinerem vertitur. In pompa igitur honoris ad tumulum, id est, exterminium mortis, breui transitu deferentur superbi, sicut de quodam Psalm.
Psal.36 dicit: Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat, sed in carnis putredinē fœtidam conuertuntur luxuriosi. Vnde possunt luxuriosi dicere illud Iob, Induta est caro mea pu-
Iob.7. tredine, sed in puluerem terræ rediguntur auari, qui dum sagaci solicitudine terrenis actionibus subduntur, quasi subtili terræ puluere asperguntur. Iob. Sor-
Iob.7. dibus pulueris cutis mea aruit. Cutis enim, quæ pulucre respergitur, & quæ arescendo atteritur, mentes auarorum signat, quæ tunc puluere respersuntur, quando terrenis affectibus replentur, sed ideo arescunt, quia à cœlestibus desiderijs vacuæ quasi subtracta pinguedine inanescunt, quo contra Psalm. petiit dicens:
Psal.62 Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. Adeps quippe pinguedinis animam replet, cum hanc contra præsentium desideriorum æstum supernæ spei infusio refouet. Cutis ergo arescens contuahitur, cum vor rebus exterioribus deditum, atq; ex dispensatione illarum in actoris sui amore nō tenditur, sed in semetipso, (vt ita dixerim) rugosa cogitatione replicatur.

Item sicut stultus esset electus in Episcopum, si ante confirmationem aliquid committeret vn de episcopatum perderet. Sic qui peccatum mortale committit, vnde vitam æternam amittit. Ephe. Elegit nos ante mun
Eph.1. di constitutionē, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate.

Inferni tormenta in singulis dānatis nequaquam aqualia esse, Solis similitudine ostenditur.

Cap LVIII.

POena gehennæ, licet sit in dānatis omnibus ab eodē igne, non tamen eodem vel pari modo omnes cruciat. Cuius exemplum apparet in hominibus, qui stant ad æstum Solis. Quia licet aliqui ab eodem Sole calefiant, non tamen pari modo æstuant, quia iuxta qualitatem corporis sentitur pondus caloris. Quod ergo respectu Solis facit dispar valetudo corporum, hoc facit respectu gehennæ disparitas meritorum. Vnde in eodem igne est diuersitas cruciatuum, secundum diuersitates & gradus meritorum.

Pœnitēt quomodo vt verè pœnitoat, parturienti mulieri debeat comparari, & postea quamcē opera studiose discernere, vitiorúmque vetustatem destruere, & nouitate virtutum sese decorare, exēplis demōstratur, cuius pœnitentiam non esse differendā, sed continuo, perseueranter, moderate, peragendam sore asseritur.

Cap-

Digitized by Google

Cap. LIX.

Pœnitēs debet esse parturiēti similis: Mulier enim cum delectatione concipit, sed cū dolore vehementissimo parturit: quia nō est minimū membrū in parturiente, quod nō doleat. Ita nullum debet esse membrum in corpore, quod pœnitentiam non faciat. Quia cum omnia membra fuerint instrumenta vitiorū, debent similiter esse instrumēta pœnitentiæ. Sic fuit Magdalena, quę tot ex se exhibuit holocausta, quot habuerat oblectamēta. Ro. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immūditiæ, & iniquitati ad iniquitatē, ita nūc exhibete ea seruire iustitię in sanctificationē. Rom. 6

Item pœnitēs, vel tentatus, debet studiose opera sua discernere, & corrigere. Cuius exemplum est, quia mos antiquorum fuit in dolore vestimēta scindere: Vestimēta enim, sicut Greg. dicit, scindimus, cū discernēdo nostra opera pertractamus. Si enim apud Deum nostra opera nos quasi vestimenta non tegerēt, nequaquā voce angelica diceretur: Beatus qui vigilat, & custodit vestimēta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. Turpitudo enim tūc nostra cernetur, cū vita nostra ante iustorū oculos reprehensibilis monstratur. Tanquam enim subsequentis operis tegmine velamur, quādo culpa tentati ad lamēta accendimur, atq; ipsis lamentis excitati ad perspiciendum lumen iustitię subtilius oculos mentis aperimus. Quasi in dolore vestimēta scindimus, quādo ex fletu discretione crescente cūcta quæ agimus districtius ita tamen nu iudicamus.

Item sicut dicit Greg. Pœnitentium corda sterquilinio assimilātur: quia dū mala sua flendo considerant, quasi ante se stercora sese abiiciendo coaceruant.

Item pœnitens debet destruere vetustate vitiorum, vt habeat nouitatē virtutum. Pueri enim vestes veteres laniant, vt nouas recipiant. Et armiger destruit malum equum, vt habeat meliorē. Et homo dissipat domū veterē, vt faciat pulchriorem. Similiter debet homo per pœnitentiā destruere veterem hominem, vt induat nouū. 2. Cor. Scimus quoniam si terrestris domus nostra dissoluatur, domum non manufactam habemus, &c. 2. Co. 5

Item differēs pœnitentiā vsque ad senectutem, similis illi est qui haberet quatuor asinos, & debiliori eorum totum ipsorum quatuor onus imponeret: quia talis profecto impius & stultus reputaretur. Sic est ille qui totū onus pœnitentiæ suę vult in senectute sua portare, quando iā nō potest laborare. Vnde Malach. Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens imolat Domino debile. Mala. 1

Item pœnitentia accelerata, & in ætate iuuenili incepta, præseruat a putredine carnaliū desideriorum: Nam sicut carnes custodiūtur ex salis oppositione, aliàs putrescerent, & scaturirent vermes, quin sal citò apponeretur. Sic caro hominis vermes peccati, & prauę delectationis scaturit, nisi in ætate iuuenili dometur, & in seruitutem spiritus redigatur.

Item omne onus alleuiatur ex consideratione mercedis. Nā portio lignorū vel bladi maius onus libenter assumit in humeris suis, vt maiorē mercędem habeat. Sic debet facere pœnitēs maiora, scilicet onera laborum, & ieiuniorū sibi assumere, vt magis remuneretur: vnusquisq; enim mercedē accipiet secundū laborem suum.

Item qui indiscretè per pœnitentiam se affligit, similis est illi qui vermem vult excutere de ar-

bore, & excutit florē vel fructum cum verme. Et lotrici quę pānos lacerat laudāo super lapidem, & percutiendo. Et monacho qui tāsū equitauit, quod oportuit equū remanere in craſtino in ſtabulo.

Item ille qui aufert vitā alicui qui victurus eſſet per annum, homicida iudicatur. Quanto magis ille qui nimiis ieiunijs & afflictionibus efficit, vt decem annis citius moriatur, quam eſſet moriturus. Bernar. Non habet callidus hoſtis efficacius machinamētum ad tollendū de corde charitatē, quod ſi efficere poſſit, vt in ea incautè & ſine diſcretione ambuletur.

Bernar.

Item tardius pœnitentiam faciens, ſimilis eſt ei qui debitum incurrit ad vſuram, qui quanto plus differt ſoluere mutuum, tāto plus creſcit debitū ſuper eum, & tanto plus oportet eum dare tempore ſolutionis. Sic quanto diutius fuerit aliquis in peccatis, tanto plus ſoluet in pœna. Rom. Secundum duritiam tuam, & impœnitens cor, &c. Vere enim magna eſt vſura, quādo pro vno peccato ſoluitur pœna infinita. i. pro vna delectatione peccati pœna æterna.

Rom. 2

Item pœnitentia eſt appetenda, & ſi non propter pœnam quam infligit, ſaltem propter gratiam quā acquirit: Solet enim homo aliquis nobilis vetulā mulierem ducere, & ignobilem in vxorem, non propter ſe, ſed propter diuitias magnas quas habet, & propter magnā hæreditatem quam poſſidet. Sic & tu pœnitentiā aſſume tibi in vxorē, & ſi non propter ſe, quia tibi videtur grauis & turpis, tamen propter theſaurum gratiæ, & virtutū, quem ſecum defert, & hæreditatem æternam quam promittit. Sap. Hanc ſponſam mihi aſſumere, & amator factus ſum formę illius. Et ibidē. Sapient. quoniam cōmunicabit de bonis ſuis. Et venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.

Sap. 8.

Veri perfecti, vt in Deo amore feruentiores reddantur, ſuperuacuas cogitationes exemplo Nazareorū à mente reijcere admonentur.

Cap. LX.

PErfecti viri ſtudent reſecare ſuperfluas cogitationes, vt ſic liceat in diuino amore fieri feruentiores. Cuius exemplum quidem oſtenditur in Nazareis, qui in veteri lege capillos coſtis quidē in deuotione nutrierant, expectā deuotione radere & in ignem ponere ſolebantur. Quid eſt enim, vt Gregor. dicit, quod Nazarei capillos nutriant, niſi quod per vitam magnæ cōtinentiæ præſumptionum cogitationes creſcunt? Et quid eſt deuotione completa capillos radere, niſi quod vitæ ad perfectionis ſummā cōtingentes, cum ſic exteriora vitia vincimus, vt etiam cogitationes ſuperfluas à mente reſecemus? Quæ nimirum ſacrificij igne conſumare, eſt flammis amoris diuini incendere, vt totaliter mens in amore Dei ardeat, & cogitationes ſuperfluas conſumamus, quaſi Nazarei capillos deuotionis perfectione oōſumat.

Adſtare vſquam bonā inſtanter eſſe perſonam vidēs, hoſtiæ ſacrificij, panemiſque exemplo hic admoneamur, vt Dei gratiam impetrare queamus.

Cap. LXI.

PErſeuerantia neceſſaria eſt in opere bono, ſicut caudæ animalis in ſacrificio. Vnde caudo hoſtiæ, iubebatur offerri in ſacrificio. Leui. Indecens eſt enim animal ſine cauda. i. opus incæptum ſine fine, vel complemento. Vnde Leui dicitur, quod pauo auis, quando amiſit caudā, non audet apparere præ verecundia. Sic ſine cauda perſo-

perseuerantiæ nō audebit aliquis coram Deo in iudicio apparere.

Item perseuerantia impetrat gratiā! Nam si homo tātum perseueraret in oratione, quantum pauper ad ostiū diuitis pro eleemosyna, citius impetraret spiritualem eleemosynam, quàm ille corporalem. Vnde Apostoli perseuerantes in oratione Spiritum sanctum acceperunt. Act. 2.

Pigri hominis naturā pluriū Dominorum castro, agroq; neglecto assimilari declaratur.

Cap. LXII.

PIger homo similis est castro pluriū dominorū, inter quos ille qui remissus est, totum amittit: Alius enim paulatim aufert ei ius suum. Sic si spiritus remissus fuerit, caro, quæ aduersus spiritū concupiscit, quotidie aliquid cōtra ipsum acquirit. Prou. Manus fortium dominabitur, quę autem remissa est tributis seruiet. Pro. 12.

Item piger homo similis est agro neglecto, qui herbas inutiles profert si in pace dimissus, nec fossus, nec purgatus sæpe fuerit, & bonis seminibus seminatus. Sic homo vitiorum spinas, & tribulos generat, nisi vtilibus occupetur laboribus.

Prædicatores bona docentes, eaq; ipsimet non agentes, cæcis ac claudis comparari affirmatur.

Cap. LXIII.

PRędicatores qui dicūt & non faciunt, similes sunt cæcis & claudis qui sedēt in introitu ciuitatis mēdicātes, qui trāseuntibus viā ostendūt, sed nunquā in ea pedē ponunt. Cōtra illud Iac. Sic loquimini, & sic facite. Iaco. 2.

Item sicut esset deridendus qui argento vas fictile ornare vellet, decorare lutū vt sordidaret argētum. Sic irrisione dignus est, qui cum malus sit, bona dicit. Prou. Quomodo si argento solido ornare velis vas fictile, sic tumentia labia cum pessimo corde sociata. Pro. 26.

Quantū laborandū sit, vt diuina merita adaugeamus, seminantis, ditātisq; exemplo instruimur.

Cap. LXIIII.

PRoficere debet homo continue in operibus suis bonis: Nam volenti ditari, non sufficit sibi non perdere, nisi annuatim crescat in aliquo. Similiter desiderans ditari in bonis spiritualibus, debet annuatim, & quotidie, bona sua ampliare, vt dicitur: Ambuletis, vt abundetis magis. 1. Th. 4.

Itē nullus vellet semē suū terræ committere, nisi crederet illud multiplicatum colligere. Ergo sicut laboraret homo ad multiplicandū semina, sic debet laborare ad multiplicandum merita, quod est secundum Deum proficere. Apostolus. In omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei. Ephes.

In peccatis hac in vita prosperantes, qui insanis ac freniticis similes iudicātur, ferè per amœna prata pulchráque itinera ad interitum duci edocetur.

Cap. LXV.

PRosperantes in peccatis, similes sunt illis qui per pulchra itinera ad suspendiū pertrahuntur, vel qui per amœna prata ad carcerem damnationis ducuntur. Vnde Greg. de peccatore prosperitatibus mundi florente dicit: Honoratur in via, in peruentione damnabitur, & quasi per amœna prata ad carcerem peruenit, qui per præsentis vitæ prospera ad interitum tendit.

Itē prosperitas peccatorū exultantiū in peccatis, similis est insanis, quia tales, vt dicit Greg. non prosperitate erigūtur, sed insania quā subeunt, vnde affligi debuerūt, & exinde miseri in exultatione defluūt, vnde altius flēdi sunt.

Itē peccatores tales sunt freneticis similes, qui insaniā virtutem putāt: quia ex morbo esse nesciūt

hoc

hoc quod amplius nō possunt. Et quasi crescisse viribus se æstimāt, dum ad vitæ terminum per augmenta doloris appropinquant, quia rationis sensum non habētes, sient & rident, & tanto magna æstimatione se dilatant, quāto insensibiles malum quod patiuntur ignorant.

Rationis vis quāta sit, & qua via semper animi cogitationes habeat regulare, vnico ancillarū Domina exemplo ostenditur. Cap. LXVI.

RAtio debet regere cogitationes, sicut domina regit ancillas & familiam. Nam videmus (sicut dicit Greg.) quòd absente domina, familia deordinatur, quia ancillarum linguæ perstrepunt, silentium deserunt, deputati operis officia negligūt, totum ordinem sibimet cōfundunt. At vbi repente domina venerit, mox perstrepētes linguæ reticēt, officia vniuscuiusque operis repetunt, sicque ad opus proprium ac si non recesserint reuertūtur. Similiter si ad momentum ratio discedat, quasi absente domina cogitationū se clamor velut garrula ancillarū turba multiplicat. Vt autē ratio ad mētem redierit, mox se confusio tumultuosa compescit, & quasi ancillæ, se ad iniunctum opus tacitè reperiunt, dum cogitationes protinus causis se propriis ad vtilitatē subdūt.

Religiosorū vita qualis esse debeat, mortuorū similitudinibus quibusdā facile terminatur. Cap. LXVII.

REligiosus debet esse mortuus mundo .i. ad modum mortui se habere. Nam mortuus in sepulchro abscōditur, & sic religiosus debet abscōdi in claustro, & nō discurrēdo vagari. Col. 4. Mortui enim estis, & vita vestra abscōdita est cū Christo in Deo.

Item anima mortui à carne separatur. Et sic religiosus debet à Ecc. 47 carnali amore separari. Ecc. Quasi adeps separatus à carne: In adipe enim signatur deuotio spiritualium, quæ debet esse in religioso separata ab amore carnaliū.

Item caro mortui à vermibus cōsumitur, scilicet in sepulchro. Quia religiosus per pœnitentiam debet consumere corpus suum in hoc mundo, mēte autē debet esse in cælo. Iob: elegit suspendiū ani Iob 7. ma mea, i. desiderium aternorū, & mortem ossa mea, id est, mortificationē carnaliū desideriorū.

Item mortuus nō sentit si pungatur, vel deiiciatur, vel eleuetur. Et sic verè mortuus mundo. 1. Reg. Sicut angelus Domini Do 1. Reg minus meus, nec benedictione 19. nec maledictione mouetur.

Item mortuus omnia temporalia relinquit. Et sic religiosus omnē proprietatē debet resignare, & omnia corā Deo & fratribus reptæsentare & nihil sibi arrogare. 1. Cor. Quid habes, quod 1 Cor. 4 non accepisti? Bernar. Monacho habenti proprium, negabit Deus suum proprium, scilicet cælum.

Sacerdotū veteris legis corporales perfectiones, exteriorēq; ipsorum immunitates negatiuè recensentur, quibus Christi sacerdotū clara similitudine spiritualia ornamēta aperiūtur. Cap. LXVIII.

SAcerdotes Christi „& clerici, immunes debent esse ab illis maculis spiritualiter, à quibus clericos seu sacerdotes Iudæorū oportebat esse immunes corporaliter. Prohibetur n. esse cæcus, id est, ne sit ignorans: claudus, i. instabilis, & ad diuersa inclinās. Et ne sit paruo, vel grandi, vel curto naso. i. ne habeat defectum discretionis, ne plus vel minus, aut aliqua praua exerceat: Per nasum enim signatur discretio, quia est discretiuus odorum.

Item ne sit fracto pede, vel manu, id est, ne amittat virtutem operandi bene, vel procedendi de virtute in virtutem.

Item

Item repudiatur si habeat gibbũ ante vel retro, per quẽ signatur superfluus amor terrenorum.

Itẽ si lippus. i. si per carnalẽ affectũ eius ingeniũ obscuratur. Cõtingit enim lippitudo ex fluxu humoris. Repudiatur etiã si habeat albugenem in oculo, id est, præsumptionem candoris iustitiæ in sua cogitatione.

Item si habeat iugem scabiem, id est, petulantiam carnis. Et si sit habens impetiginẽ, quæ sine dolore corpus occupat, & membra corporis fœdat, per quã auaritia designatur. Et etiam si sit herniosus, vel ponderosus, quòd s. gestet pondus turpitudinis in corde, licet non exerceat opere.

Mercenarijs sancti viri quatuor rationibus, nec non illis qui corporaliter suspenduntur comparantur, eósq; in alia vita ab omni corporis animiq; perturbatione tandem à Deo foroliberandos demonstratur.

Cap. LXIX.

SAncti viri assimilantur mercenariis.

Primò, ratione temporis, quia tempus præsens citò finiri exoptant, vt scilicet ad vitæ præmia perueniãt. Sicut mercenarij præstolantur finem diei, vt labor cesset, & recipiant præmium operis sui. Iob: Sicut dies mercenarij dies eius. Vbi dicit Gregor. Dies suos mercenarius euolui citius exoptat, vt ad laboris sui prẹmiũ sine tarditate perueniat. Dies itaque hominis à vera & æterna sapientia rectè diebus mercenarij comparantur, quia præsentem vitam exilium non patriam, militiam non palmã deputat, & eo longius à præmio se conspicit, quo tardius ad finem venit.

Iob. 7. Grego.

Secundo ratione laboris: Nam, sicut dicit Greg. Mercenarius in alienis laboribus exsudat, sed tamen sibi præmium propriũ præparat. Omnes ergo qui spe cælestium præditi, exercitatione vitæ præsentis atterimur, in alieno laboramus: Nam sæpe & reprobis seruire cogimur, mũdo quę mũdi sunt reddere coarctamur, & alieno quidem labore fatigamur, sed tamẽ præmia nostra percipimus: & per hoc peruenimus ad propria, quod purè ministramus aliena. Tertiò, ratione operis. Nã sicut dicit Greg. Mercenarius solicitè curat inspicere, ne vnquam dies vacuus labatur ab opere, & expectatus finis temporum inanis veniat ad remunerationem. In laboris namque studio conspicit quid percipere in tempore remunerationis possit: Nam cum opus crescit, præmij fiducia proficit. Cùm verò opus torpuerit, spes à remuneratione lassescit. Vnde & electus quisque vitã suam, quasi mercenarij diem pensans, tanto fidẽtius ipse tendit ad præmium, quanto nunc robustius perdurat ad laboris incrementum, qui sit decursus pręsentis temporis pensat, dies cum operibus numerat: ne à labore vacua transeat vitæ momenta formidat: aduersis gaudet, passione reficitur, mœrore refouetur, quia sequẽtis vitę prẹmiis tanto se largius remunerari conspicit, quanto præ amore illius quotidianis se mortibus verius impendit.

Quartò ratione mercedis. Quia consideratio mercedis homini mercenario leuiat pondus laboris. Et similiter sanctis viris consideratio præmij minuit laborem exercitij. Vnde Greg. dicit. Mercenarius cũ facienda opera conspicit, mentẽ protinus ex longinquitate, & pondere laboris adiicit. Cùm verò lassescentẽ animũ ad considerãdum operis præmiũ reuocat, vigorem mox animi ad exercitium laboris reformat, & quod graue expendit ex opere, leue æstimat ex remuneratione. Sic

electi

electi quique cum mundi huius aduersa patiuntur, cum honestatis cōtumelias, rerū damna, cruciatus corporis tolerant, esse grauia quibus exercentur pensant. Sed cum mentis oculum ad æternæ patriæ considerationem tendunt, ex comparatione præmij, quā sit leue quod patiuntur inueniunt: quod enim valde esse importabile ex dolore ostēditur, cōsideratione prouida ex remuneratione leuiatur.

Item sancti viri assimilātur illis, qui corporaliter suspendūtur. Quia sicut ille qui suspenditur corpore, ad alta sustollitur, vt ibi moriatur. Sic quoque viri sancti ad alta per contemplationem se subleuant, vt affectibus terrenis
Iob. 7. intereant. Vnde Iob: Elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea. Grego. Sancti viri certissimè sciunt, quia habere in hac vita requiem nequaquam possunt. Et idcirco suspendium eligunt, quia nimirū desideriā terrena deserentes, ad alta animum tollunt, suspensi autem mortem suis ossibus inferunt, quia amore supernæ patriæ in virtutum studiis accincti, hoc quod fortes prius in mundo fuerant, vinculo humilitatis insequuntur.

Item Sancti post hanc vitā liberantur ab omni pœnalitate & molestia quam patiuntur in hac vita: Nam licet cardui, & vrticæ granis in campo socientur, tamē cum ponuntur in horreo, societas illa seperatur. Et sic affectiones & tribulationes quibus modo Sancti coniuncti sunt in campo mundi, omnes separabuntur ab ipsis cùm reponentur in hor-
Ap. 21. reo cæli. Apoc. Abstergit Deus omnem lachrymā ab oculis eorum, &c.

Mysticam sacra scriptura intelligentiā assidua eius lectione haberi, vnica hominis ignoti cognitionis similitudine breuiter ostenditur.

Cap. LXX.

SCripturæ sacræ intelligentia mystica assidua eius lectione aperitur. Cuius exemplū est (secundū Greg.) sicut ignotorū hominum facies cernimus, & corda nescimus, sed si familiari eis locutione coniungimur, vsu colloquij eorum, & cogitationes indagamus. Ita cum in sacro eloquio sola historia aspicitur, nihil aliud quam facies videtur. Sed si huic assiduo vsu communicamus, intimam mentem ex collocutionis familiaritate penetramus: Dum enim alia ex aliis colligimus, facile in eius verbis cognoscimus aliud esse quod intimant, aliud quod sonant. Tanto autem quisque notitia illius extraneus redditur, quanto in sola eius superficie ligatur.

Silentij vtilitas quanta sit, linguaq; refrenatio quātum prosit, duobus naturalibus indicatur exemplis.

Cap. LXXI.

SIlentium feruorem deuotionis seruat: Solet enim obstrui vas in quo est vinum, vt vinum fortius fiat, vel sit, & potus coopertus colorem suum & munditiam conseruat. Sic qui vult deuotionem cordis, & munditiam conseruare, debet os clausum tenere. Psal. Concaluit cor meum Psal. 38
intra me, &c.

Item silentium seruare, est os, vnde exit ignis & flamma omnia comburens, obstruere. Iaco. Lin- Iaco. 3.
gua ignis est, &c. Ecce quantus ignis quam magnam syluam incendit, id est, virtutē bonorum operū consumit.

Simoniacus Leoni ac Latroni comparatur, cuius peruersitas ex istorum similitudinibus indicatur.

Cap. LXXII.

SImoniacus assimilatur Leoni, quia procurat quod Ecclesia

clesia, quæ est sponsa Christi, aliunde grauida sit quam de suo viro, quæ de solo Spiritu sancto concipere debet: sed simoniacus facit quod concipit de spiritu maligno, & sic ea facit nutrire filios adulterinos, & filios proprios exhæredat à patrimonio Christi, constituens hæredes filios diaboli. Ecclesiastic. Omnis mulier relinquens virum suum peccabit, & statuens hereditatem ex alieno matrimonio. Eccl. 23

Item Simoniacus assimilatur latroni: Facit enim Simonia homines esse latrones, & sacrilegos, quia scilicet sacra sunt ea circa quæ latrocinium exercent: Absurdum est enim dicere eum qui furatur, vel capit calicem alicuius ecclesiæ, sacrilegum vel furem esse, & non eum qui furatur tam ecclesiam quàm quæ ad eam pertinent. Ioan. Qui non intrat per ostium in ouile ouiũ, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro. Ioã. 10

Quam plurimis perspicuisque sacræ scripturæ testimoniis, quãtopere malorũ societas, qui cum bonis viris nunquã versantur, ne earũ malitia patefiat, sit fugiẽda, enucleatur.

Cap. LXXIII.

SOcietatem bonorum fugiunt mali, ne eorum malitia appareat. Sicut mulier turpis non libenter sedet iuxta pulchram, ne turpitudo illius magis appareat, quia opposita iuxta se posita magis elucescunt. Sic mali non sociantur bonis libenter, ne malitia sua eorum bonitate magis euidens fiat. Ioan. Omnis qui male agit, odit lucem, & nõ venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Ioan. 8.

Item societas mala trahit ad peccatum, sicut accidit de spinis, quod vna trahit aliam. Prouerb. Fili mi si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis, &c. Et idcirco, sicut nõ est tutum ægroto esse in aere corrupto, quia ex hoc cito recidiuum pateretur, sic non est tutum bonis esse in consortio peccatorum, ex hoc enim ad peccatum inducuntur. Prouer. amicus stultorum efficietur similis. Vnde, sicut non est secura ouis iuxta lupum, nec stuppa iuxta ignem, nec sagimen iuxta catum. Sic nec iustus iuxta peccatorẽ, nec mulier iuxta peccatorẽ. Cor. Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Prou. 2. Pro. 13. 1. Cor.

Item societas mala est vitanda: Nam qui non vult esse leprosus, debet vitare cõsortium leprosorum. Sana poma sociata putridis citius corrumpuntur, & sani cum infirmis citius infirmantur. Psal. Cum peruerso peruerteris. Prou. Non delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorũ via. Psal. 17 Prou. 4.

Item societas mala non est toleranda propter vtilitatem temporalem: Nam si quis esset in domo succensa, vbi nõ esset nisi vna fenestra per quã nõ posset exire indutus & oneratus, potius omnia sua dimitteret antequam non exiret. Sic quilibet dispendium suorum & suæ carnis quantumcunque potius deberet sustinere, quàm in consortio malorum remanere in periculo suo. Vnde Genes. Ioseph relicto pallio in manu fœminæ fugit. Et homo de periculo maris libenter nudus euadit. Gen. 39

Item socius malus abiiciendus est, sicut dens putridus de ore deijcitur ne alios corrumpat, & ouis morbida de grege aliarum, & leprosus de cõsortio hominũ. Et pomum putridum de aceruo aliorum. 1. Cor. Modicũ fermentum totam massam corrumpit. 1. Cor.

Quàm benigne bonis temporalibus, viris præsertim spiritualibus, prouideat Deus, tum exemplis tum autoritatibus ostentatur.

Cap.

Cap. LXXIIII.

SOlicitudo temporaliũ est viro spirituali cõtemnenda: Nã qui ad fontem vadit, non est solicitus quid bibat. Quid ergo times stulte? prouidẽtia Dei maior est fonte. Cogita quòd seruus debet esse solicitus quomodo bene seruiat domino suo, & Domini est prouidere ministro suo. Vnde dicitur: Omnem solicitudinẽ vetrã proiiciẽtes in eum, quoniã ipsi cura est de vobis. Matth. Nolite soliciti esse, dicentes: quid mãducabimus, &c. Chryso: Escam corporis si solicitus nõ fueris, habebis: iustitiam verò si solicitus nõ fueris, non habebis. Quis est pater qui non prouideat filiis suis cùm viderit eos egere? Matt. Scit pater vester, quia his omnibus indigetis.

1. Pet. 5

Mat. 6.

Chrys.

Mat. 6.

Quo pacto spes tuta fiat, & adiuuetur, & quantũ sit semper in Deo sperandum terminatur. Cap. LXXV.

SPes iuuatur ex bonis operibus, securus enim debet esse de re, qui habet bonũ pignus apud se. Securi itaq; sunt de regno futuro, qui habent bona opera, quæ quasi pignora sunt regni cælestis. Gregor. cùm opus proficit, regni cælestis fiducia crescit.

Item spes iuuatur ex tribulationibus: Certus enim potest esse de re venali, qui precium apud se habet. Sic debet esse certus de regno æterno, qui multas tribulationes sustinuit, quibus regnum cælorum emitur Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

Act. 14

Item sperandũ est in Deo, quia sperantes in se sustinet ne cadãt: Naturaliter enim qui debilis est, & timet cadere, alicui rei adhæret, vt patet in puero vel infirmo. Sic naturalis ratio dictat animæ cognoscenti debilitatẽ suã, quod fortiori se inniti debeat. s. Deo. Quia de facili transit malũ passum, qui habet bonam appodiationem, scilicet Deum, qui bene potest eum extra malum passum eiicere: Veritatis enim est præstare fulcimentũ innitenti sibi, sed vanitatis est negare. Vnde cùm Dominus veritas sit, innitẽti sibi non se subtrahit, sicut solent facere mali pedissequi eis qui appodiant se sibi, quia subtrahunt se vt cadant. Isa. Speret in nomine Domini, & innitatur super Deum suum.

Isa. 1.

Valde mõstruosum esse de Dei gratia superbire, difficulterq; superbos humore gratiæ carẽtes à propria voluntate deflecti definitur. Cap. LXXVI.

SVperbire de gratia à Deo data, monstruosum est: Nã sicut monstruosum esset, quod ex muliere nasceretur bufon, sic monstruosum est, quod aliquis ex gratia Dei sibi data à Deo efficiatur superbus. Et talis etiam de vita moritur, de sanitate ægrotat, de medicamento interficitur. Greg. Qui de virtutibus se extollit, non de gladio, sed medicamento se interficit.

Grego.

Item superbi difficulter à propria volũtate deflectũtur, quia carẽt humore gratiæ. Virgula enim quãto plus habet de humore, tãto citius flectitur. Sic qui plus habet de gratia, citius obedit: sed lignũ aridũ cito frangitur, dũ flecti creditur: sic superbi qui sine humore gratiæ sunt, flecti non possunt. Eccle. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut thaurus, ne fortè elidatur per stultitiã virtus tua, & comedat folia tua, & fructus tuos perdat, & relinqueris velut lignum aridum in deserto, id est, sine meritò.

Eccl. 6.

Diaboli tentatio in quo potissimum fiat peccato, illiq; obsequi quantũ obsit, ac quos præcipuè Deus in hoc mũdo tentari tribulariq; patiatur: quomodóue tentationibus resistendum sit, examussim explanatur.

Cap.

Cap. LXXVI.

TEntat diabolus hominē de illa re, qua magis confidit decipere, sciens quod membrum citius frangitur vbi prius fractū fuerit, quam alibi. Et citius incēditur lignum quod aliquādo fuit in igne, quam si nūquam fuisset. Et citius cadit homo in infirmitatem quā aliquando habuit, quā in aliam. Sic homo facile inclinatur ad peccatū quod aliquando fecit.

Item tentationis delectatio corrumpit sinceritatem animæ, etiā sine consensu operis, sicut mulier non dicitur casta quę libenter audit verba corruptoris, dato etiam, quod ei in opere non consentiat, & quæ appetit diligi, etiam si non rumpi non appetat. Aug. Non solū appetere, sed appeti velle, criminosum est. Sic nō est reputanda casta anima, quæ tentationes diabolo recipit, & in eis delectatur, quamvis peccatum facere non velit. Aug. in Reg.

Item tentat diabolus, & impugnat maxime illos, qui ipsum deserunt, & ad Deum se conuertūt, vt Pharao filios Israel fugientes per secutus est. Glosa. Qui ab illecebris mūdi abstinere, & in Christo pie vult viuere, persecutionem patitur: Dum enim diuino seruitio constringi exoptat, bellū diaboli contra se excitat, sicut rex sibi subditos nō impugnat, sed aduersarios.

Item tentationibus & suggestionibus nō resistentes, nō possunt coniungi Deo. Vnde assimilantur illis mulieribus, cum quibus in veteri lege nō poterat sacerdos matrimoniū contrahere, Leu. 21. Præceptum est sacerdoti, vt virginem tantūm duceret in vxorem, sed viduam, & repudiatā, sordidā, & meretricem non acciperet. Per viduam enim intelligitur anima, cuius mortuus est carnalis vitus, sed nō affectus, quam sola necessitas retrahit à malo, nō charitas. Et talis potest dici vidua de vno marito, quæ lambit. vbi mordere non potest, id est, delectationes præteritas quas habere non potest, cupit, sicut canis lingit hastile & scutellam post cibum. Thim. Vidua in deliciis viuens, mortua est. Glo. morte peccati, vel morte animæ: Talis enim vidua, quādo contingit ei aliquid quod cedet, semper cogitat maritū mortuum, quānis pessimus fuerit: & talis est anima, cui quando contingit aliquid aduersi, semper suspirat ad ea quæ dimisit, vt filij Israel ad ollas carnium in Ægypto. Per repudiatam significātur illi quos negocia mundana repudiāt, & ad illa se ingerunt non vocati, & à mundo contemnuntur, & opprimuntur, & tamen mundum non contemnunt. Sicut meretrix adlectatorem suum accedit, licet ab eo frequenter verberetur, & cum eo nullas molestias sustineat. Augu. Ecce turbat te mundus, & amatur, quid si tranquillus esset? quomodo inhæreres formoso, qui sic amplecteris fœdum? Tales etiā similes sunt lectatoribus, qui in curijs Principum bonis nutriti morsellis, licet sastidientur, & licentientur, tamen expulsi per vnum ostium, redeūt per aliud. Sic quidam ita sunt allecti illecebris & delectationibus mūdi, quod licet aduersitatibus & molestijs impugnentur, ab eo tamen non recedunt. Per sordidam intelligitur anima, quæ immundis affectionibus maculatur. Si vis ergo desponsari Christo, auferas tibi vestimenta sordida, vt omni tempore vestimenta tua, id est, opera sint cādida. Rom. Abijciamus opera tenebrarum, &c. Per meretricem autem, quæ cuilibet patet libidini, intelligitur anima

1. Thi. 5

Augu.

Ro. 13.

quæ cuilibet cedit tentationi.
Hier. 2. Hier. In omni via prosternebaris meretrix. Nulla ergo talis anima est Deo coniungi apta.

Item tentari & tribulari Deus hominem permittit, etiam postquã ei magna dona contulit. Vnde Salomon (sicut dicit Gregor.) diuinitus sapientiam accepit, & statim post meretricum mulierũ quæstione pulsatus fuit. Quod igitur Salomon mox post tantam reuelationem certamen turpium mulierum pertulit, designauit, quòd mentem nostram sæpe cõcessis virtutibus respectus intimę largitatis illuminat, sed hãc protinus etiam lubricæ cogitationes turbant, vt quę subleuata immẽso munere exultat, etiam tentatione pulsata, quid sit inueniat. Sic Helias diuina gratia præditus, sermone cælos aperuit, & tamen probatus, subitò infirmus per deserta fugiens, vnam mulierem expauit. Sic & Paulus ad tertium cælum ducitur paradisi penetrans secreta considerat; & tamen ad semetipsum rediens, contra carnis bellum laborat, legem aliam in membris sustinet, cuius impugnatione in se fatigari spiritus legem dolet.

Item tentat diabolus primo blandiendo, quasi procãdo, sicut leccator primo salutat mulierem procãdo, sed postquam fuerit ab eo corrupta semel, sequitur eum non rogata, nec habet audaciam postea aliquid ei denegare, sed plerunque contra cor suum obedit ei in omnibus. Sic anima diabolo semel exposita per consensum peccati, non habet amplius audaciam ei resistendi, sed dicit illud Hier. Adamaui alienos, post
Hier. 2. eos ambulabo.

Item tentatio mala est statim à principio repellenda, sicut ignis antequam crescat extinguendus est, & infirmitas antequam radicetur sanari potest. Greg. Si tentationi in corde nascenti festinè non resistitur, eadem mora qua nutritur roboratur. Iac. Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Esto ergo sicut Dangerosus epulator, qui cibos immũdos, seu nõ bene paratos, vertit, vel reijcit in faciẽ apponentis. Sic cum indignatione tentationes reijciẽs, quasi scutella sua diabolum in frõte percutit. Item qui pannos suos comburi sensit, ignem amouet. Et miser homo se sensit cõburi igne concupiscentiæ malæ, & luxuriæ, & pedem mentis non retrahit.

Item tentatio mala vincitur oratione. Exo. Cum leuaret Moyses manus, & oraret, vincebat Israel. Iudit. Memores estote serui Dei, Moysi, qui Amalech non in ferro pugnando, sed precibus sanctis orando eiecit. Plus enim valet vnus Sanctus orãdo, quàm multi peccatores præliãdo. Item tentationes repellũtur per cõfessionem: Latrones enim fugiunt eos accusantes. Sic dæmones fugiunt peccata reuelantes, & confitentes. Hier. Reuelata traditione confusus fugiet inimicus. Ecclesiastici. Qui reuelat arcana amici, fidem perdit.

Item vincitur tẽtatio carnis spiritualiter per fugã, sicut extinguitur ignis per separationẽ lignorũ. Cor. Fugite fornicationem.

Peccatorũ causa hominis vitã abbreuiari, serui vnico exemplo, duabusq; sacræ scripturæ auctoritatibus approbatur.

Cap. LXXVIII.

TEmpus abbreuiatur homini propter peccatum: Nam si aliquis haberet seruũ vel filium, cui dedisset pecuniam ad negociandum, & totã cõsumeret filius prodigus, vel etiam de pecunia sua ipsum impugnaret, nõ plus ei daret, sed potius residuum ei auferret. Sic facit Deus plerunque pecca-

Digitized by Google

peccatori de tempore quod dedit ad pœnitentiam, & ille abutitur eo in superbiam, & Deũ impugnat. Pro. Timor Domini appomt dies, & anni impiorũ breuiabuntur. Sicut medietas membri abscinditur ne totum corrũpatur. Psalm. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabũt dies suos.

Pro. 10

Psa. 54.

Hominis ad benefaciendum tepiditas quantũ Deo displiceat, & quot animæ damna afferat breuibus ostenditur verbis exemplisq; perspicuis.

Cap. LXXIX.

TEpiditas iram Domini prouocat, sicut aqua tepida prouocat vomitum. Apoc. Quia tepidus es, incipiam te euomere de ore meo. Tepidus à Deo euomitur, cum in deterius labi permittitur, vel cum impenitẽs moritur.

Apo. 3.

Item tepiditas fiduciã tentãdi diabolo præstat: De multis enim tentat tepidũ, de quibus nõ auderet tentare feruentẽ. Oleæ enim feruenti muscæ non insident.

Item tepiditas reddit hominem impotentem, & contractum, vt patet in illis, qui cum fortes sint corpore, tamen possunt vix partem pœnitentiæ facere quam facit vna vetula totam. Quod accidit ex tepiditate eorum, quia paruum habent desiderium. Bernardus: Forsitan non possumus, quia non multum volumus.

Verus timor hic animæ ostiarius iure nuncupatur, qui quidem à seruili timore facile seiungitur, & quantum Dei timor nobis prosit, aperitur.

Cap. LXXX.

TImor est sicut ostiarius animæ: Nobiles enim in egressibus habẽt ostiarios cum baculo turbam arcentes, ne comprimãt eos, & personas suppositas, ne super collum suum se ingerant, expellunt. Sic anima iusti, quãdo exit ad loquendum vel videndũ, timorẽ habet pro ostiario, cuius baculus est totus infernus ad expellendum turbas malarũ cogitationum, ne ab eis comprimatur Iesus, id est, saluus animæ per cõsensum. Vnde turbæ te comprimunt, dictum est ei. Et ideo non est exeundũ sine ostiario. Sed timor seruilis non est ostiarius viuus, sed pictus: quia manet in timore seruili peccãdi voluntas, & sequeretur opus, si putaretur impunitas, vt dicit. Aug. Est ergo timor seruilis, vel mũdanus, sic verè sicut ostiarius pictus in portis diuitum, qui eleuata claua videtur percutere ingredientes, & ingressum prohibere, quod non facit. Sic timor qui sine charitate est, videtur peccatum expellere, sed non expellit. Item timor bonus præparat cor hominis Deo: Quando enim aliquis magnus vult hospitari in aliqua domo, præmittit nunciũ, quidomũ mũdet & præparet. Sic Deus facit immittendo timorem. Ecclesiast. Qui timẽnt Dominũ, præparabũt corda sua, scilicet, ad recipiendũ eum, & in cõspectu illius sanctificabunt animas suas. Item timor mundanus, quo quis magis eligit malum animæ quàm corporis, facit eum similem rustico, qui eundo ad forum portat sotulares suos in collo suo, magis eligens lædere pedes suos quam sotulares

Aug.

Ecc. 2.

Tribulationum, quæ & flagellis ac aquis optimo iure assimilantur, maximus ostenditur fructus, & cur Deus in hoc mũdo nos torqueat, quãtũq; fugientes tribulationes sint improbandi, pluribus exemplis atq; sacra scriptura testimonijs declaratur.

Cap. LXXXI.

TRibulatio separat hominẽ ab amore mundi & peccati: est enim velut absynthium, quo viri spirituales à temporali consolatione separantur, sicut pueri aliqua amaritudine à lacte maris separantur. Electis enim suis Deus iter asperum facit, ne dum

delectantur in via, obliuiscantur eorum quę sunt in patria. Sed sicut pulmentum adhæret ollæ in qua decoquitur, nisi sæpe mouea tur, sic cor hominis adhæret mũdo, nisi tribulationibus pulsetur.

Aug. Aug. Ecce turbat me mundus, & amatur, quid si tranquillus esset? quomodo inhæreres formoso, qui sic amplecteris fœdum?

Item tribulationes similes sunt flagellis, seu virgis scoparum nodosis & duris, quibus pueri castigantur, & earundem etiam fasciculis, domorum habitacula à sordibus & immũdicijs expurgantur: similiter etiã ex tribulationẽ flagellis castigantur insipienter peccantes, & purgantur, qui humiliati ex eis ad Deum per pœnitentiam redeunt, vitam suam in melius commutantes: Flagel-

Grego. lum enim (sicut Gregor. dicit:) Diluit culpam cum mutat vitã, quius non mutat mores non expiat actiones.

Itẽ tribulari permittit Deus hominẽ, vt libereat eũ à pœna, & vt proficiat in disciplina. Sicut puer i quanto plus verberãtur, tanto magis addiscunt, & meljus faciũt cõmodũ suũ, quã si dimitterẽtur

Isai. 26. volũtati suę, Isai. Misereamur impio, & non discet facere iustitiã.

Itẽ tribulationẽ fugiẽs in mũdo isto, magis tribulabitur in alio: Nam sceleſtus, qui non vult, vel nõ potest soluere, de sua taberna spoliatur, vel verberatur ad valorẽ. Sic peccator qui nõ vult modo facere pœnitentiã, & soluere quod debet; verberatur in præsenti infirmitate; vel alia tribulatione, vel soluet in centuplũ in

Isido. inferno, vel purgatorio. Vnde Isi. Nequaquam delinquenti parcis, quoniã peccatorẽ, aut flagello tẽporali ad purgationem ferit, aut indicio æterno puniendum relinquit, aut ipse in se homo pœnitendo punit, quod malè admisit.

Item tribulatio temporalis ad libertatem æternæ gloriæ perducit. Sicut homo diu tenet bestiã quam emit ligatam in domo sua, donec fuerit domestica, & tunc dimittit eã liberè ire per domũ. Sic ligat Deus nos tribulationibus modo, & infirmitatibus in præsenti, sed post dimittit nos liberè ire in domo sua cælesti, cum creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem glo- Rom. 8
riæ filiorum Dei.

Item tribulatio à peccato retrahit, & ignem concupiscentiæ extinguit: Est enim succursus homini missus à Deo. Si enim domus alicuius esset igne succensa, si quis ei aquam ad extinguendũ illũ ignem afferret, obsequium & subsidium reputaret, & non nocumentum: Tribulatio enim aqua est quæ domum cõscientiæ igne concupiscentiæ succensam extinguit. Eccl. Ignem ardentem Eccl. 3.
extinguit aqua.

Item si quis ab hostibus suis duceretur super equum velocem, vbi esset occidendus, gratum haberet, si quis equum illum occideret, vel necaret, vt sic ab hostibus liberaretur. Quantum ergo gratum debet esse ei, qui corpus suum, a quo ad mortem ducitur, infirmitate vel tribulatione aliqua debilitat, vt scilicet à dæmonibus & à pœna liberetur? Greg. Greg.
Durum non æstimes quòd pateris dum ab æternis cruciatibus in tua passione liberaris.

Item ad vitam sectam errantes reducit: Quando enim aliquis porcum suum, vel ouem, ducit ad pascua, vel ad forum, & non vult sequi, ligat eũ fune, vel virga percutit, & sic inuitũ ducit. Sic Deus ligat nos infirmitatibus & aliis defectibus, quia aliter nolumus eum sequi, nisi ligati. Ose. In fu- Osee 11
niculis Adam trahã eos in vinculis charitatis.

Item

Itē tribulationes fugientes, & gloriā Christi adipisci cupientes, similes sunt his, qui sociāt se mercatoribus in lucro tantū, & nō in dāno. Sic tales volunt esse comites Christi in cōsolatione, nō autē in
2.Co.1 passione, cùm tamē dicat Apostolus: Sicut socij passionū estis, sic eritis & socij consolationis.

Verbo Dei cauetes, spiritualiter grauescerē, famescere naturali similitudine & auctoritate monstratur.

Cap. LXXXII.

VErbi Dei carentia assimilatur fami. Vnde Greg. Sicut fames carnis est subtractum subsidium corporis, ita fames mentis, est silentium diuinæ locutionis. Vnde rectè per Prophetā dicitur: Emittam famem in terra,
Amos 8 non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini. Sicut ergo pauperes festinant ad portā diuitis, vt habeant refectionē corporalē vnius diei, & multum infirmus est, vel debilis, qui illuc non properat; sic ad
Iaco.2. refectionem animę multo magis debemus currere. Iac. Sit autem omnis homo velox ad audiendū.

Vitam æternā, quæ in Dei cōsistit visione, nos ab omni malo liberare, & omni bono replere, aureā hæreditario fidelibus conuenire, quā plurimis sacræ scripturæ exēplis redditur perspicuum.

Cap. LXXXIII.

VIta æterna erit in visione Dei, quæ liberabit ab omni malo. Nam si visio serpētis æneiliberabat ab omni morsu serpentino, quanto magis Dei visio liberabit ab omni nociuo?

Item repleb.t omni bono: Nam si visio Heliæ in curru igneo subleuati, impleuit omnē petitionē Helisei, & votum; multo magis diuina visio, & fruitio, implebit omni bono desiderio cordis humani. Et si mannæ degustatio in deserto dabat omnis saporis suauitatem, multo magis Dei fruitio in cælo dabit omnis delectationis voluptatem. Psal. Torrente voluptatis tuæ portabis eos.
Psal. 35

Item vita æterna debetur nobis iure hæreditario. Vnde sicut turpe est, quādo terra aliqua venditur, quod ab eis qui sunt de cognatione vendentis non ematur, sic cùm nos homines simus fratres Christi, hæreditatē regni cęlestis, quam vēditioni nobis exponit, emere debemus. Iud. Eme
Iud. 39 agrum meum, qui est in Anath: tibi enim competit iure hæreditatis. Item Deus ostendit multum valere gloriam vitæ æternæ, quādo eā tā dure vendit amicis, quos nullo modo deciperet: Petrus enim emit eā martyrio crucis: Paulus amputatione capitis, & sic de aliis. Et ipse filius Dei emit eam amicis suis effusione sanguinis. Magna ergo insania videtur esse illius, qui credit ad melius forum habere rem venalem, quā filius, aut seruus, vel quā ipse paterfamilias. Sic qui paradisum ad melius forū vult habere quā sancti Viri, aut ipse Christus. Luc.
Luc. 24 Nōne Christū oportuit pati? &c.
Grego. Greg. Quis Sanctorū sine tribulatione coronatus est? facta præcedentiū recolamus, & non erūt grauia quæ toleramus.

Quot modis vocet nos Deus, quō uo modo ad cœlestes nuptias intrare cōpellat, præclarissimè enucleatur.

Cap. LXXXIIII.

VOcat Deus hominem multipliciter: Solet enim inter homines fieri vocatio, scilicet per literas, per nutum, per vocem, & per nuncios. Literæ igitur Domini offeruntur tibi per prædicatores, quas literas Dei sui audit, vel legit, qui audit verbum Dei, si autem seruus alicuius magni Domini cum literis Domini sui veniret, & apportaret bonum nuncium, cum deuotione & ho-

Digitized by Google

nore susciperetur, sic & prædica-
Luc. 10 tor debet recipi. Luc. Qui vos recipit, me recipit. Sed multi literas Domini sui nō recipiunt, nec audire volunt, nec ad citationes eius veniunt, licet omnia teneant ab eo, sed ad citationes mundi & diaboli, scilicet ad quos non
Pro. 1. tenentur, citò vadunt. Pro. Vocaui, scilicet per literas prædicatorum, & renuistis.

Item sicut gallina vocat pullos suos propter miluum, qui ad ipsam currunt, & abscōdit eos sub ala. Sed misertimus pullus aliquando est intentus circa spicam vnam, & non venit, & capitur à miluo. Sic miser homo intentus nimis rebus temporalibus, non vult ad Deum venire quando vocatur à Deo, & ideo capitur à
Hier. 8. diabolo. Hiere. Apprehenderunt mendacium, & noluerūt reuerti. Mirabile est, quod canis vocatus à Domino, statim venit, & currit ad eum. Et factura ad creatorem, filius ad patrem, beatificandus ad beatificatorem, infirmus & ægrotus ad medicū & sanatorem, egenus & pauper ad ditatorem, & locupletatorem, seruus ad Dominum ire contemnit. Ideo con
Iob. 29 queritur Dominus. Iob. Seruum meum vocaui, & non respondit mihi ore proprio deprecabar illum. Glo. ore prædicatorum. Si rex vocasset puerum seruum suum, & contemneret venire, multum indignaretur. Et quomodo non iratcetur Rex cæli, qui totiens vō cat hominem, & venire nō vult?
Isa. 56. Isa. Omnes in cęde corruetis, pro eo quod vocaui, & non respōdistis mihi.

Secundo vocat nos nutu manus, vel signis creaturarum, quæ nobis innuunt vt ad Deum veniamus. Malus est monachus qui non intelligit signum Abba-
Pro. 1. tis sui. Prouerb. Extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret: Extendit enim Deus manū suam beneficia largiendo, innuendo per hoc, vt ad eum veniamus, sicut vocatur accipiter, vel canis, cibū ostendendo. Sed nota, quod accipiter saturatus non redit ad Domini nutum, sed famelicus. Et ita non diuites ad Deum, sed pauperes familici veniunt. Et ideo addit: Non fuit qui aspiceret. Stultus reputatur ille, qui signum quod ponitur ad vinum, id est circulū, vellet cū vino portare, sic qui ista visibilia, quæ sunt signa regni cælestis, vult habere cum regno, vel pro regno. Aug. Aug.
Væ illis qui diligunt nutus tuos pro te.

Item volūt habere ova, & obulum vnū, & nummū pro regno. Hie. Impossibile est, vt quis frua-
Hiero. tur bonis præsentibus & futuris, vt hic ventrem, & illic mentē impleat, vt de diuitiis ad diuitias, de delitiis ad delitias transeat, vt in cælo & in terra glorioſus appareat.

Tertio vocat voce, id est, inspiratione. Isa. Aures tuæ audient Isa. 30.
verbū post tergū monentis. Psal. Pſal. 24
Audiā quid loquatur in me Dominus Deus, qui stat ad ostiū cordis, & pulsat. Sed multi ei non aperiunt, quod est magna rusticitas non aperire Domino suo. Et ideo sequitur. Desperistis omne
consilium meum. Audires consil- Pſal. 24
lum amici tui de rebus tuis seruandis, & de salute animæ tuæ consilium Dei non audis.

Item vocat per nuncios, id est, per flagella, quæ detulerunt nobis
Sap. 16 signa salutis. Sap. Ad correctionē in breui turbati sunt, signum habentes salutis. Libenter recipit homo nuncios ab amico suo sibi transmissos. Sic debemus amplecti tribulationes à fideli amico nobis transmissas. Prou. Quē di- Pro. 3.
ligit Dñs, corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Glosa.

Tanto

Tanto minus de flagello quo castigamur murmurare debemus, quanto in eo paternæ dilectionis munus accipimus. Isti ergo nũcij
Heb. 12 deferũt nobis atras salutis. Hebr. Flagellat omnẽ filiũ quem recipit. Istis nunciis debemus respõdere per contritionẽ, confessionẽ & satisfactionem, non turpiter eiicere, nec sine honore remittere, sicut dicitur de nũciis Dauid ad Amon missis. Isti nuncij compellũt nos intrare ad nuptias æ-
1. Reg. 20. ternas. Vnde dicitur: Cõpelle intrare. Glos. Qui tribulationibus
Luc. 15. tracti ad amorẽ Dei redeunt, cõpellũtur intrare. Et nota quomodo solicitus est de nobis. Quando aliquis imitat aliquẽ ad prandium, vellet fortè quod nõ veniret: sed Deus non ita, immo vim infert vt secũ maneamus, & inuitat nos, vsque ad vestiũ laniationem, vel laceratiõnẽ, & trahit per subtractiõnẽ temporaliũ, & infirmitates, quod est vestes laniare.
Ose. 11 Ose. In funiculis Adam traxit eos in vinculis charitatis: quia multos seducit prosperitas, quos aduersitas reducit. Hoc patet in Paulo, quẽ cæcitas humi-
2. Pa. 16 liauit, & in filio prodigo, quem fames reuocat, & in Manasse, quem aduersitas conuertit.

Hominis voluntas ad bonũ operãdũ ornata, cui cõparetur, exẽplis pulcherrimis demonstratur. Cap. LXXXV.

VOluntatem bonam quidam nunquã habent. Et isti sunt sicut mulieres steriles, quæ nunquam cõcipiunt. Quidã verò bonum propositum concipiunt, sed nõ ad opus perducũt. Et hi similes sunt mulieribus quæ cõcipũt, & nõ pariũt, sed partus in vtero
Ose. 9. suffocatur. Et quid prodest prolẽ concipere, quæ statim emittitur, vel moritur, vel autem capere, & statim dimittere? Ose. Ephraim quasi auis auolauit. Isa. Concipietis ardorẽ, & parietis stipulã.
Isa. 33.

Stultus esset ille, cui Rex Francie vellet dare ciuitatem vel castrũ, si differret per mensem, vel per annum accipere: Posset enim Rex voluntatem suam vel consilium mutare, sed magis fatuus est ille, cui Rex cæli vult Regnum æternum, vel gratiam suã dare, quãdo differt accipere, ne forte accipiat alius, & ipse vt indignus repellatur. Matth. Auferetur à vobis Ma. 21. Regnum Dei, & dabitur gẽti facienti fructus eius.

Item tales similes sunt sacerdoti qui proponebat ire Romã, & dicebat quòd non poterat in æstate propter calorẽ ire, nec in hyeme propter frigus, & malas vias; nec in vere propter cultũ agrorum, & vinearum; nec in autumno propter messem, & vindemias. Au-
Augu. ligatus erã nõ ferro alieno, sed mea ferrea volũtate. Velle meũ tenebat inimicus, & inde fecerat mihi catenam, & constrinxerat me. Quidam verò bonum cõcipiunt, sed non perficiũt, qui similes sunt mulieribus, quæ pariunt, & non nutriunt. Isa. Facti sunt sicut Isa. 37. herba tectorum, qui exaruit antequam maturesceret. Quid prodest ignem accendere qui statim extinguitur, nec lignis aut flatu nutritur: Debet enim feruor voluntatis bonæ nutriri, sicut ignis nutritur lignis. Prouer. Cum de- Pro. 26 fecerint ligna, extinguetur ignis.

Tria præcipua, verba scilicet, herbas, & laudes nobis Christus elargitus est, & quod significent declaratur. Cap. LXXXVI.

CHristus nobis tradidit tria multũ virtuosa, quæ similia sunt illis tribus, in quibus dicitur communiter esse magna virtus, s. verbis, lapidibus, & herbis. Quæ tria quidã experti sunt semel, dũ propter nidum verba quæ dicebat socio suo, socius ipsum impegit in fossatum, vbi punctus est ab vrtica, & lapis de muro in caput suum

suũ cadẽs ipsum vsq; ad effusionẽ sanguinis vulnerauit, & tũc recognoscẽs errorem suũ, à socio petiit veniã dicens: quòd nũc didicerat verum esse, quòd virtus erat in verbis quę ipsum impegerãt, & in herbis quę ipsum pupugerant, & in lapidibus qui ipsum cruciauerant. Nos igitur à Christo dño habemus verba doctrinę, lapides .i. exempla solida iustitiæ, & herbas. i. medicamina, siue sacramẽta gratię. Et his herbis anima nõ solũ sanatur, sed etiam pascitur, & vegetatur. Sicut patet pręcipue de Eucharistia. Ezech. Requiescẽt in herbis virentibus. Eze. 34.

Zelus spiritualis quales sit, & quomodo fraterna correptio sit agẽda, vnico exẽplo exprimitur. Cap. LXXXVII.

ZElo bono corripiẽs asperius quàm debeat, assimilatur ei qui lignũ cædẽdo hominẽ prẽter intentionẽ percutit & occidit. Et de hoc etiã dicitur. Deut. Si quis abierit cũ amico suo simpliciter in sylvã ad ligna cædenda, & lignum securis fugerit de manubrio ami cũ eius percusserit, & occiderit, hic ad vnã suprad ictarũ vrbium cõfugiet, & viuet; ne forte proximus eius cuius effusus est sanguis, doloris stimulo persequatur, & apprehendat eũ, & percutiat animam eius. Tũc. n. vt Gre. exponit, homo ad sylvã cũ amico abit, quãdo cũ quolibet proximo suo cõuertitur ad sua delicta intuẽda. Et tũc ligna simpliciter incidit, quãdo delinquẽtis vitia pia intentione corrigẽdo re. ecat. Sed tunc lignũ de manu exit, quando asperius quã debeat corrigit. Et tunc ferrũ de manubrio prosilit, eum de correptore sermo durior exit, vel procedit. Et quasi amicũ percutiens occidit, qui auditorẽ suũ prolata contumelia à spiritu dilectionis interficit, quia dum aliquis plus iusto corripitur, ad odiũ prouocatur. Sed talis necessẽ est, vt ad tres vrbes fugiat, vt in vna earũ defensus viuat. Quasi ad pœnitẽtiæ lamẽta cõuertus in vnitate sacramẽti, sub fide, spe, & charitate abscõditur, reus perpẽtrati homicidij non tenetur. Et ideo occisi fratris, .i. durius obsrepti & ad odiũ prouocati, proximus, i. Christus, qui noba proximus factus est per naturæ consortiũ, eũ nõ occidit. i. pro huius correptionis excessu nõ eternaliter punit. Magnę ergo virtutis est zelus spiritualis, quã sitis regni pit. Vnde Greg. dicit: quòd apud misericordẽ iudicẽ nequaquam sine venia culpa relinquatur, cum per feruorem zeli, ex eius amore peccatur. Deu. 19 Grego.

Item qui gratiã, & dignitatẽ acquirit. Macha. Phinees pater noster zelando zelum Dei, accepit testamentum sacerdotij æterni: 1. Ma. 2

Item qui ad cælestẽ gloriã frustraliter perducit. Quod fuit figuratũ in Helia, de quo dicitur in codẽ, quod Helias dũ zelat zelum Dei, raptus est in cælũ. In quo satis datur intelligi, quòd quicunq; tenuerit spiritualis amoris zelũ, incũctanter admittẽdi sunt ad cælestis gloriæ prẽmium, vbi, vt Aug. testatur, quicquid amabitur, videbitur, nec deficiet, quod non adcrit. Nam omne ibi erit bonum, & quod est omnino beatissimũ, ita semper stare certũ erit. Ibi vacabimus, & videbimus, videbimus, & amabimus, amabimus, & laudabimus eum qui erit finis sine fine. Nam quis alius noster est finis, nisi peruenire ad regnũ cuius nullus est finis? Ad quod nos regnum perducere dignetur, qui trinus, & vnus, viuit & regnat Deus in sęcula sęculorũ. Amen.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX RERVM ET PERSONARVM DE QVIBVS

Exempla huic operi inseruntur.

A.

Abies. 139. a.
Abraham 371. d.
Absynthiũ herba. 184. 189. 272, stella: 383. d.
Absyntes. 137 c.
Aceruus tritici. 455. a.
Achates. 142. b.
Accipiter. 209. a.
Acetum. 46. a:
Adam. 422. d.
Adamas 137. b.
AEgyptus. 53 a. 44. a:
AEquinoctium. 267. c.
AEs. lib. 2. c. 10.
Aer 8, d. 19. 48, a, 64, d, 112. a, 146, c. 217, d, 39.
AEther. 86.
AEstas. 93, d.
AEtas. 340, 466, b.
AEternitas. 304, c.
Africa. 101, d.
Africus. 91, d.
Ager. 79, 454, a.
Agricola. 465, b.
Agricultura. 452, a.
Agnus castus. 149. a.
Agnus. 278.
Alabandina. 134, d.
Alæ. 225, a. 228, a.
Alabastrum. 128, d.
Albeston. 130, a.
Allectoria. 130, 231, d.
Allium. 203, c.
Aloe. 170, d. 303, c. 188, c.
Altare duplex. 443, d.
Ambra. 220, a.
Ambrosij laus. 147, a.
Amethistus. 144, c.
Amiathon. 127, a.
Amygdala. 164.
Amomum. 198, b.
Amphibæna. 289, a.
Amphoræ visio. 370, b.
Anethum. 169, b.
Anhelitus. 327, d.
Anima 100, a.
Animantia puris elementis viuentia. 52, c.
Animalia ruminantia. 282.
Animalia cur creata, quomodo oblata & formata. 253, 266, 243, bona ad esum, & concessa, aut prohibita in lege 245, 266, c. 166, 239. bonum varia habitatio. 228 c 249. c. eorum caro diuersa. 242. nonnullorum prudentia. 276. significatio. 288, 258. d. monstra. 270, a armatura. 244, b.
Animalia terrestria triplici nominis. 241. & eorum naturæ varietas. 245, c,
Anisum. 195, a.
Anni distinctio. 58 a. 92, c.
Antrum. 47, a.
Apes. 228, a. 220, d. 215, a. 221, 224, 231, 236, 238. 256
Aqua maris. 19, d. 61, d. 76 a. fluuij. 109, b pluuiæ. 31, b. putealis. 44, d. cocta, cruda, leuis, grauis. 24, c. dulcis, amara. 99, c aqua tribulationis. 64, a. effectus aquæ varij 64, 24, a. 32. b. 43, a 52, b. 72, d. 87, a.
Aquarius. 39, a.
Aquila. 207, c. 217, c. 220. b. 228, 224, 227, 233, 236. c. 240, a. 331, d. 353, 285. b 309, a. 239, a. 249, a. 255, 253.
Armatura. lib. 5. c. 9, lib. 9, cap 4.
Aquilo. 86. b. 88, b.
Aranea. 244, 185, b. 294. d. 250, a 259, 264, a. 277. a 281.
Arbor. 159, 151, 153, 254, a. 190, c. 195, c.
Arboris putatio. 148, arborum distinctio. 152. a, frondosit. a. 163, a. plantatio. 182, d. generario. 186, de arbore visio. 401.
Arca. 493, 390, 461. lib. 9. c. 91.
Arcus. 86, a.
Arcus lunæ & solis. 50, a.
Arcturus. 44, b 59. d.
Ardea. 230, c.
Arena. 76, b. 112, c.
Argentum. 118. 137, d. 406. 142, vinum. 125, d. 143. b 146, c. l. 2, c. 35.
Argilla. 26, c.
Argarites. 137, a.
Aries. 38, a. 275, a.
Artes, & artificum opera 421, 449.
Aromatica arbor. 186, a.
Arundo. 170, b.
Ascensus. 506.
Asia. 101, d.
Asinus. 216, c.
Aspis. 271, a.
Asterites. 146, b.
Astrion. 138, b.
Athlas. 32, a.
Auellana. 20, a.
Aues. 213, a. 214, a. 208, c, 217, c.

Digitized by Google

217 c. 237, d. Rapaces. 210. Aquaticæ 209, 221, d. terreæ. 212, d. ex, arbore natæ. 52, Avium rex. 269 c.
Aurora. 60 d. 98 c.
Aurum. 119 135 a. 146, c. 141, c. 302 ejus genera tio. 142, significatio. 406
Auripigmentum. 136 d.
Aurichalcum. 190 d.
Auster. 165, 88 c. 91.
Autumnus. 94, a.
Aper. 262, d. 285, b.
Apium. 182.
Apoplexia. 337 c.
Axis. 59, d.

B.

Babel. 484 a.
Babilon. 53, b.
Baena. 221 a. 225, a 268.
Balaustia. 148, d.
Balsamum. 158 a. 159 b.
Barba. 319, c.
Barritus. 240, a.
Bdellium. 168, c.
Bellua marina. 209, c.
Berillus. 145, a.
Basiliscus. 271 a.
Basiliftis. 271, d.
Beta. 189.
Bestiæ quæ dicuntur. 241.
Bethula. 53.
Bitumen. 122. b.
Bombex. 249. 250.
Borax. 257, 284, a.
Boreas. 19.
Bos. 242, b. 250, c. 251, b.
Brachia. 341, b.
Bubalus. 384, a.
Bubo 216, b. 232, c. 239 c.
Bureftes. 270 a.
Buxus, & buxa 158, d.
Binarius, numerus. 343.

C.

Caballus. 256, b, Cadere ante & retro. 298, b.
Cain. 463, c.
Caladrius, 220, b.
Calamentum. 156, a
Calchedonius. 131, a.
Calidiræ. 10, d.
Chalibs. 124.
Calix. 488 c. 216, a.
Cálór. 24, 247, 249.
Calx. 125 a.
Camelus. 124, 266 260.
Camaleon. 261, 286 b.
Camelo pardalus. 275 b.
Campus. 54 b.
Candela extincta, 257 a.
Canicula. 50, c. 86, d.
Cancer pifcis. 215, c.
Cancer ſignum. 54, a.
Carnis celeſtis. 36, marinus. 227, a. terreſtris. 241, d. 248, b 2.43, a. 244, d 250, b. 265, a. 271, d.
Canis rabidus. 242, a. 256, c
Cæcus a natura. 361, c.
Cælum cryſtallinum. 14. b. ſupremum 15 d. empyreum. 41, Cælorum ordo, numerus. 23, d. 101 a ſigna 54, 58, 101. a
Chelidonius lapis 130 b.
Chelidonia herba 201, b.
Cæna. 303 b.
Capilli. 308, 267, 297.
Caput. 345, 346, 300, a.
Capparis. 183, a.
Carabo. 252, a.
Carbones. 29, a.
Carduus. 160 b.
Carica, 156, b.
Cardamomum. 162.
Carbunculus. 326.
Catulus. 266 b.
Caro. 242, c. 258, b. 312, d.
Capra. 259, b. 269, b.
Capreolus. 247, 249, 256, c.
Caprifius. 159, c.
Carthago. 350, d.
Caſeus. 48, c.
Caſtra. 168.
Caſia fiſtula. 355, c.
Caſtanea. 165, b
Caſtor. 245, 247, 274. 254
Caſtratio bouis. 242, 247.
Catus 243, c 253, d. 267.
Cauerna. 82.
Caucaſus. 182, d.
Caulis. 188, b. 255, a.
Chanda ſuis. 224.
Cedrus. 202, b. l. 3, c. 85.
Cellabinatia. 432, d.
Centaurea. 190, b.
Cepe. 152 b. 166, c. 206 a.
Cerous. 251, a. 254, b. 257. b. 260, c 272, c, 273, b. 275, c 276, a 284, 287, 288. Cerui 243, amor. 624, & partus. 251, 282.
Cete. 208, 220, 232.
Ceraſtes. 252.
Cherubim. 472, b.
Cicada. 223, c 209, d.
Ciconia. 229, 217, 52.
Ciniſes. 464 c
Ciclops. 336, b.
Cibus, 247, 307, 315, 359.
Cignus. 220, b. 212, c. 217. c 52, b.
Cilia, 338, b.
Ciminum. 189, c. 249, a.
Cinus. 64, c.
Cinis ſcorpionis. 265.
Cinnamomum. 175, c.
Cinomia. 227, c.
Circulus. 400, a. planetarum. 47, ſpheræ. 91. 44 d.
Cirogrillus. 287 a.
Cypreſſus. 155, a 152, c
Cithara. 391, c
Cochlea. 57, b.
Cocodrillus. 232, 255, b. 262, a 271, a. 288, b. 269. c. 264, c.
Cholera. 294, d.
Cognitio. 3 c. 258, c.
Collis. 10, b. 347, d.
Colloquintida. 76, a.
Coluber. 251, a.
Colurus. 49, 91, b.
Columba. 223, 234, 235. Comeſt.

Digitized by Google

Cometa. 94,c.
Cos. 134,d.
Corallus. 139.
Coriander. 489.c 467,d.
Corneolus. 124,a.
Cornix. 210,c.237,b.
Cornua. 254,b.
Cornua luminarũ. 21,b.
Coruus terrestris. 227. 259, c.
Coruorum pulli. 220
Coruus marinus. 228.
Coturnix. 228.
Cribrum. 395,d.
Consuetudo. 241,d.
Chrysolitus. 147,231,b.
Chrisolonius. 131,b.
Chrisopassus. 135,b.
Christallus. 136, 266.b. 366, c.
Christus. 139 c 393.
Creditor & debitor. 494
Crocus. 151,c.
Cucumer. 167.
Cucinbita. 169.
Culex. 216,a.
Cultura vineæ. 465,b.

D.

Dauid. 414,c.
Deus. 466,a.
Delphinus. 212, 222, a. 227,a.
Dentes. 321.322,351.
D. sertum. 73,49.
Diocletes. 126.
Digestio. 307,b.
Digitus. 326,b.
Dionius. 142,c.
Diplois. 280.
Diptannum. 167.b.166. a.273,a.
Dormire. 502,d.
Dorsum. 30,b.317,321.
Dotes corporis glorificati. 366,b.
Draco. 251, d. 261, d. 283.
Draconteа. 205.
Dromedarij. 277.
Domus. 368, b.245,b.

E.

Eal mons. 10.c.
Ebrietas. 142,d.
Eclypsis. 58.c.49,c.
Echinus piscis. 218.a.
Electrum. 131 d.
Elementa. 17,38,101.
Elephas. 259, 249, 273. 279.
Elitropium. 169,a.
Epar. 322,b.
Epilentia. 322,334.
Ephemera piscis. 226.
Equi. 224,256, 260,257. 272 275,d.
Eremus. 87,d.
Eruca. 262,b.
Eschites lapis. 126,d.
Emorrois serpens. 232.

F.

Faba. 195.c 204.a.
fagus. 199.
Falco. 198,234,c.
Fauilla. 108,a 293.a.
Fatuus. 32.
Febris. 332.
Fel. 294,a.
Fænum. 361, b. 157, a. 165 d.
Fæniculum. 200,d.
Ferrum ignitum. 457,c.
Ferrum. 131,146,142,406.
Festa Iudæorum. 476.
Ficus. 159,163,168,200.
Fidelium tres gradus 292.
Figuratum distinctio. 76,c.
Funus. 495,a.
Firmamentum. 33,b.428. 366,c.
Fauni aut Phauni. 267,a.
Flamma ignis. 87,b.
Flos. 149,b 197,a 205,c.
Fons 13, d.44.c.32,c.
Fomes. 157,b.
Formica. 464, 276, 274. 287,285,196,a.
Fructus. 177,d.16,b.178.
Fraxinus. 168,b.
Frons. 350.
Frumentum. 439,b.
Fumus. 86,b.199,d.
Fumi effectus. 81,a.
Fulica auis. 207,b.
Fundamentum. 457,d.
Fœmoralia. 460,a.
Ficulnea. 147,c.
Finis. 864.

G.

Galaxia 194,c.109,a.
Gallus. 231,d, 219. a.220, a 218, b. 224, b. 217,b. 54,a.
Gallina.240,207,d.226, a.
Gariophylum. 197,b.
Garizin mons. 20,b.
Gellæ montes. 51,c.
Gemini. 88.
Gemmarum varietas, ortus, perfectio.d.2,c.31.
Genua. 320,d.
Genus. 321.
Germen. 177,a.
Ginesta. 185.
Gith. 181.a.
Gladius. 489 a.
Glebæ. 78.b.
Gliris vsus. 249,c 252,c.
Graculus. 219.c.
Gloria vana. 488,d.
Grando. 30,a.
Granum. 366,a.
Granum piperis, 92,a.
Gryps. 210,b.256.d.
Grus. 233,a.246,b.
Gustus perfectio. 353.
Gutturis proprietas 320,a.
Greg: Nazianzenus. 1.b.

H.

Haeder. 184,d, 190. c.192,d.
Hædus. 263,c.
Halec. 32,c.
Halon. 21,b.
Hannibal. 216,b.
Hebenum. 199.a.

Digitized by Google

Cap. LXXIIII.

SOlicitudo temporaliũ est viro spirituali cõtemnenda: Nã qui ad fontem vadit, non est solicitus quid bibat. Quid ergo times stulte? prouidẽtia Dei maior est fonte. Cogita quòd seruus debet esse solicitus quomodo bene seruiat domino suo, & Domini est prouidere ministro suo. Vnde dicitur: Omnem solicitudinẽ vetrã proiiciẽtes in eum, quoniã ipsi cura est de vobis. Matth. Nolite soliciti esse, dicentes: quid mãducabimus, &c. Chryso: Escam corporis si solicitus nõ fueris, habebis: iustitiam verò si solicitus nõ fueris, non habebis. Quis est pater qui non prouideat filiis suis cùm viderit eos egere? Matt. Scit pater vester, quia his omnibus indigetis.

1. Pet. 5

Mat. 6.

Chrys.

Mat. 6.

Quo pacto spes tuta fiat, & adiuuetur, & quantũ sit semper in Deo sperandum terminatur. Cap. LXXV.

SPes iuuatur ex bonis operibus, securus enim debet esse de re, qui habet bonũ pignus apud se. Securi itaq; sunt de regno futuro, qui habent bona opera, quæ quasi pignora sunt regni cælestis. Gregor. cùm opus proficit, regni cælestis fiducia crescit.

Item spes iuuatur ex tribulationibus: Certus enim potest esse de re venali, qui precium apud se habet. Sic debet esse certus de regno æterno, qui multas tribulationes sustinuit, quibus regnum cælorum emitur Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

Act. 14

Item sperandũ est in Deo, quia sperantes in se sustinet ne cadãt: Naturaliter enim qui debilis est, & timet cadere, alicui rei adhæret, vt patet in puero vel infirmo. Sic naturalis ratio dictat animæ cognoscenti debilitatẽ suã, quod fortiori se inniti debeat. s. Deo. Quia de facili transit malũ passum, qui habet bonam appodiationem, scilicet Deum, qui bene potest eum extra malum passum eiicere: Veritatis enim est præstare fulcimentũ innitenti sibi, sed vanitatis est negare. Vnde cùm Dominus veritas sit, innitẽti sibi non se subtrahit, sicut solent facere mali pedissequi eis qui appodiant se sibi, quia subtrahunt se vt cadant. Isa. Speret in nomine Domini, & innitatur super Deum suum.

Isa. 1.

Valde mõstruosum esse de Dei gratia superbire, difficulterq; superbos humore gratiæ carẽtes à propria voluntate deflecti definitur. Cap. LXXVI.

SVperbire de gratia à Deo data, monstruosum est? Nã sicut monstruosum esset, quod ex muliere nasceretur bufon, sic monstruosum est, quod aliquis ex gratia Dei sibi data à Deo efficiatur superbus. Et talis etiam de vita moritur, de sanitate ægrotat, de medicamento interficitur. Greg. Qui de virtutibus se extollit, non de gladio, sed medicamento se interficit.

Grego.

Item superbi difficulter à propria volũtate deflectũtur, quia carẽt humore gratiæ. Virgula enim quãto plus habet de humore, tãto citius flectitur. Sic qui plus habet de gratia, citius obedit: sed lignũ aridũ cito frangitur, dũ flecti creditur: sic superbi qui sine humore gratiæ sunt, flecti non possunt. Eccle. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut thaurus, ne fortè elidatur per stultitiã virtus tua, & comedat folia tua, & fructus tuos perdat, & relinqueris velut lignum aridum in deserto, id est, sine merito.

Eccl. 6.

Diaboli tentatio in quo potissimum fiat peccato, illiq; obsequi quantũ obsit, ac quos præcipuè Deus in hoc mũdo tentari tribulariq; patiatur: quomodóue tentationibus resistendum sit, examussim explanatur.

Cap.

Cap. LXXVI.

Tentat diabolus hominē de illa re, qua magis consueuit decipere, sciens quod membrum citius frangitur vbi prius fractū fuerit, quam alibi. Et citius incēditur lignum quod aliquādo fuit in igne, quam si nūquam fuisset. Et citius cadit homo in infirmitatem quā aliquando habuit, quā in aliam. Sic homo facile inclinatur ad peccatū quod aliquando fecit.

Item tētationis delectatio corrumpit sinceritatem animæ, etiā sine consensu operis, sicut mulier non dicitur casta quę libenter audit verba corruptoris, dato etiam, quòd ei in opere non consentiat, & quæ appetit diligi, etiam si corrumpi non appetat. Aug. Non solū appetere, sed appeti velle, criminosum est. Sic nō est reputanda casta anima, quæ tentationes diaboli recipit, & in eis delectatur, quamuis peccatum facere non velit.

Aug. in Reg.

Item tentat diabolus, & impugnat maxime illos, qui ipsum deserunt, & ad Deum se conuertūt, vt Pharao filios Israel fugientes persecutus est. Glosa. Qui ab illecebris mūdi abstinere, & in Christo piè vult viuere, persecutionem patitur: Dum enim diuino seruitio constringi exoptat, bellū diaboli contra se excitat, sicut rex sibi subditos nō impugnat, sed aduersarios.

Item tentationibus & suggestionibus nō resistentes, nō possunt coniungi Deo. Vnde assimilantur illis mulieribus, cum quibus in veteri lege nō poterat sacerdos matrimoniū contrahere, Nam. Leuit. 21. Præceptum est sacerdoti, vt virginem tantùm duceret in vxorem, sed viduam, & repudiatā, sordidā, & meretricem non acciperet. Per viduam enim intelligitur anima, cuius mortuus est carnalis vsus, sed nō affectus, quam sola necessitas retrahit à malo, nō charitas. Et talis potest dici vidua de vno marito, quæ lambit vbi mordere non potest, id est, delectationes præteritas quas habere non potest, cupit, sicut canis lingit hastile & scutellam post cibum. Thim. Vidua in delicijs viuens, mortua est. Glo. morte peccati, vel morte animæ: Talis enim vidua, quādo contingit ei aliquid quod tędet, semper recogitat maritū mortuum, quānis pessimus fuerit: & talis est anima, cui quando contingit aliquid aduersi, semper suspirat ad ea quæ dimisit, vt filij Israel ad ollas carnium in AEgypto. Per repudiatam significātur illi quos negocia mundana repudiāt, & ad illa se ingerunt non vocati, & à mundo contemnuntur, & opprimuntur, & tamen mundum non contemnunt. Sicut meretrix ad leccatorem suum accedit, licet ab eo frequenter verberetur, & cum eo multas molestias sustineat. Augu. Ecce turbat te mundus, & amatur, quid si tranquillus esset? quomodo inhęreres formoso, qui sic amplecteris fœdum? Tales etiā similes sunt leccatoribus, qui in curijs Principum bonis nutriti morsellis, licèt fastidientur, & licentientur, tamen expulsi per vnum ostium, redeūt per aliud. Sic quidam ita sunt allecti illecebris & delectationibus mūdi, quod licet aduersitatibus & molestijs impugnentur, ab eo tamen non recedunt. Per sordidam intelligitur anima, quæ immundis affectionibus maculatur. Si vis ergo desponsari Christo, auferas tibi vestimenta sordida, vt omni tempore vestimenta tua, id est, opera sint cādida. Rom. Abijciamus opera tenebrarum, &c. Per meretricem autem, quæ cuilibet patet libidini, intelligitur anima

Leu. 12.

1. Thi. 5

Augu.

Ro. 13.

quæ cuilibet cedit tentationi. Hier. 2. Hier. In omni via prosternebaris meretrix. Nulla ergo talis anima est Deo coniungi apta.

Item tentari & tribulari Deus hominem permittit, etiam postquã ei magna dona contulit. Vnde Salomon (sicut dicit Gregor.) diuinitus sapientiam accepit, & statim post meretricum mulierũ quæstione pulsatus fuit. Quod igitur Salomon mox post tantam reuelationem certamen turpium mulierum pertulit, designauit, quòd mentem nostram sæpe cõcessis virtutibus respectus intimę largitatis illuminat, sed hãc protinus etiam lubricæ cogitationes turbant, vt quę subleuata immẽso munere exultat, etiam tentatione pulsata, quid sit inueniat. Sic Helias diuina gratia præditus, sermone cælos aperuit, & tamen probatus, subitò infirmus per deserta fugiens, vnam mulierem expauit. Sic & Paulus ad tertium cælum ducitur paradisi penetrans secreta considerat; & tamen ad semetipsum rediens, contra carnis bellum laborat, legem aliam in membris sustinet, cuius impugnatione in se fatigari spiritus legem dolet.

Item tentat diabolus primo blandiendo, quasi procãdo, sicut leccator primo salutat mulierem procãdo, sed postquam fuerit ab eo corrupta semel, sequitur eum non rogata, nec habet audaciam postea aliquid ei denegare, sed plerunque contra cor suum obedit ei in omnibus. Sic anima diabolo semel exposita per consensum peccati, non habet amplius audaciam ei resistendi, sed dicit illud Hier. Adamaui alienos, post eos ambulabo. Hier. 2.

Item tentatio mala est statim à principio repellenda, sicut ignis antequam crescat extinguendus est, & infirmitas antequam radicetur sanari potest. Greg. Si tentationi in corde nascenti festinè non resistitur, eadem mora qua nutritur roboratur. Iac. Resistite diabolo, & fugiet à vobis: Esto ergo sicut Dangerosus epulator, qui cibos immũdos, seu nõ bene paratos, vertit, vel reijcit in faciẽ apponentis. Sic cum indignatione tentationes reijciẽs, quasi scutella sua diabolum in frõte percutit. Item qui pannos suos comburi sensit, ignem amouet. Et miser homo se sensit cõburi igne concupiscentiæ malæ, & luxuriæ, & pedem mentis non retrahit. Greg. Iac. 3.

Item tentatio mala vincitur oratione. Exo. Cum leuaret Moyses manus, & oraret, vincebat Israel. Iudit. Memores estote serui Dei, Moysi, qui Amalech non in ferro pugnando, sed precibus sanctis orando eiecit: Plus enim valet vnus Sanctus orãdo, quàm multi peccatores præliãdo. Item tentationes repellũtur per cõfessionem: Latrones enim fugiunt eos accusantes. Sic dæmones fugiunt peccata reuelantes, & confitentes. Hier. Reuelata traditione confusus fugiet inimicus. Ecclesiastici. Qui reuelat arcana amici, fidem perdit. Exo. 17 Iud. 4. Hiere. Eccl. 27

Item vincitur tẽtatio carnis spiritualiter per fugã, sicut extinguitur ignis per separationẽ lignorũ. Cor. Fugite fornicationem. 1. Co. 6

Peccatorũ causa hominis vitã abbreuiari, serui vnico exemplo, duabusq; sacræ scripturæ auctoritatibus approbatur.

Cap. LXXVIII.

TEmpus abbreuiatur homini propter peccatum: Nam si aliquis haberet seruũ vel filium, cui dedisset pecuniam ad negociandum, & totã cõsumeret filius prodigus, vel etiam de pecunia sua ipsum impugnaret, nõ plus ei daret, sed potius residuum ei auferret. Sic facit Deus plerunque pecca-

Digitized by Google

peccatori de tempore quod dedit ad pœnitentiam, & ille abutitur eo in superbiam, & Deũ impugnat. Pro. Timor Domini appo-
Pro. 10 nit dies, & anni impiorũ breuiabuntur. Sicut medietas membri abscinditur ne totum corrũpatur. Psalm. Viri sanguinum &
Psa. 54. dolosi non dimidiabũt dies suos.

Hominis ad bene faciendum tepiditas quantũ Deo displiceat, & quot animæ damna afferat breuibus ostenditur verbis exemplisq; perspicuis.

Cap. LXXIX.

TEpiditas iram Domini prouocat, sicut aqua tepida pro-
Apo. 3. uocat vomitum. Apoc. Quia tepidus es, incipiam te euomere de ore meo. Tepidus à Deo euomitur, cum in deterius labi permittitur, vel cum impœnitẽs moritur.

Item tepiditas fiduciã tentãdi diabolo præstat: De multis enim tentat tepidũ, de quibus nõ auderet tentare feruentẽ. Oleæ enim feruenti muscæ non insident.

Item tepiditas reddit hominem impotentem, & contractum, vt patet in illis, qui cum fortes sint corpore, tamen possunt vix partem pœnitentiæ facere quam facit vna vetula totam. Quod accidit ex tepiditate eorum, quia paruum habent desiderium. Bernardus: Forsitan non possumus, quia non multum volumus.

Verus timor hic animæ ostiarius iure nuncupatur, qui quidem à seruili timore facile seiungitur, & quantum Dei timor nobis prosit, aperitur.

Cap. LXXX.

TImor est sicut ostiarius animæ: Nobiles enim in egressibus habẽt ostiarios cum baculo turbam arcentes, ne comprimãt eos, & personas suppositas, ne super collum suum se ingerant, expellunt. Sic anima iusti, quãdo exit ad loquendum vel videndũ, timorẽ habet pro ostiario, cuius baculus est totus infernus ad expellendum turbas malarũ cogitationum, ne ab eis comprimatur Iesus, id est, saluus animæ per cõsensum. Vnde turbæ te comprimunt, dictum est ei. Et ideo non est exeundũ sine ostiario. Sed timor seruilis non est ostiarius viuus, sed pictus: quia manet in timore seruili peccãdi voluntas, & sequeretur opus, si putaretur impunitas, vt dicit. Aug. Est ergo ti- Aug.
mor seruilis, vel mũdanus, sic verè sicut ostiarius pictus in portis diuitum, qui eleuata claua videtur percutere ingredientes, & ingressum prohibere, quod non facit. Sic timor qui sine charitate est, videtur peccatum expellere, sed non expellit. Item timor bonus præparat cor hominis Deo: Quando enim aliquis magnus vult hospitari in aliqua domo, præmittit nunciũ, quidomũ mũdet & præparet. Sic Deus facit immittendo timorem. Ecclesiast.
Qui timẽnt Dominũ, præparabũt Ecc. 2.
corda sua, scilicet, ad recipiendũ eum, & in cõspectu illius sanctificabunt animas suas. Item timor mundanus, quo quis magis eligit malum animæ quàm corporis, facit eum similem rustico, qui eundo ad forum portat sotulares suos in collo suo, magis eligens lædere pedes suos quam sotulares

Tribulationum, quæ & flagellis ac aquis optimo iure assimilantur, maximus ostenditur fructus, & cur Deus in hoc mũdo nos torqueat, quãtũq; fugientes tribulationes sint improbandi, pluribus exemplis atq; sacra scriptura testimonijs declaratur.

Cap. LXXXI.

TRibulatio separat hominẽ ab amore mundi & peccati: est enim velut absynthium, quo viri spirituales à temporali consolatione separantur, sicut pueri aliqua amaritudine à lacte maris separantur. Electis enim suis Deus iter asperum facit, ne dum

delectantur in via, obliuiscantur eorum quę sunt in patria. Sed sicut pulmentum, adhæret ollæ in qua decoquitur, nisi sæpe mouea tur, sic cor hominis adhæret mũdo, nisi tribulationibus pulsetur.

Augu. Aug. Ecce turbas me mundus, & amatur, quid si tranquillus esset? quomodo inhæreres formoso, qui sic amplecteris fœdum?

Item tribulationes similes sunt flagellis, seu virgis scoparum nodosis & duris, quibus pueri castigantur, & earundem etiam fasciculis, domorum habitacula à sordibus & immũdicijs expurgantur: similiter etiã ex tribulationũ flagellis castigantur insipienter peccantes, & purgantur, qui humiliati ex eis ad Deum per pœnitentiam redeunt, vitam suam in melius commutantes: Flagel-

Grego. lum enim (sicut Gregor. dicit:) Diluit culpam cum mutat vitã, cuius non mutat mores non expiat actiones.

Itẽ tribulari permittit Deus hominẽ, vt liberet eũ à pœna, & vt proficiat in disciplina. Sicut puri quanto plus verberãtur, tanto magis addiscunt, & melius faciũt cõmodũ suũ, quã si dimitterẽtur

Isai. 26. volũtati suę, Isai. Misereamur impio, & non discet facere iustitiã.

Itẽ tribulationẽ iugiẽs in mũdo isto, magis tribulabitur in alio: Nam scelestus, qui non vult, vel nõ potest soluere, de sua taberna spoliatur, vel verberatur ad valorẽ. Sic peccator qui nõ vult modo facere pœnitentiã, & soluere quod debet, verberatur in præsenti infirmitate, vel alia tribulatione, vel soluet in centuplũ in

Isido. inferno, vel purgatorio. Vnde Isi. Nequaquam delinquenti parcit, quoniã peccatorẽ, aut flagello tẽporali ad purgationem ferit, aut indicio æterno puniendum relinquit, aut ipse in se homo pœnitendo punit, quod male admisit.

Item tribulatio temporalis ad libertatem æternæ gloriæ perducit. Sicut homo diu tenet bestiã quam emit ligatam in domo sua, donec fuerit domestica, & tunc dimittit eã liberè ire per domũ. Sic ligat Deus nos tribulationibus modo, & infirmitatibus in præsenti, sed post dimittit nos liberè ire in domo sua cælesti, cum creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem glo- Rom. 8
riæ filiorum Dei.

Item tribulatio à peccato retrahit, & ignem concupiscentiæ extinguit: Est enim succursus hominis missus à Deo. Si enim domus alicuius esset igne succensa, si quis ei aquam ad extinguendũ illũ ignem afferret, obsequium & subsidium reputaret, & non nocumentum: Tribulatio enim aqua est quæ domum cõscientiæ igne concupiscentiæ succensam extinguit. Eccl. Ignem ardentem Eccl. 3.
extinguit aqua.

Item si quis ab hostibus suis duceretur super equum velocem, vbi esset occidendus, gratum haberet, si quis equum illum occideret, vel necaret, vt sic ab hostibus liberaretur. Quantum ergo gratum debet esse ei, qui corpus suum, a quo ad mortem ducitur, infirmitate vel tribulatione aliqua debilitat, vt scilicet à dæmonibus & à pœna liberetur? Greg. Greg.
Durum non æstimes quòd pateris dum ab æternis cruciatibus in tua passione liberaris.

Item ad vitam sectam errantes reducit: Quando enim à suis porcum suum, vel ouem, ducit ad pascua, vel ad forum, & non vult sequi, ligat eũ fune, vel virga percutit, & sic inuitũ ducit: Sic Deus ligat nos infirmitatibus & aliis defectibus, quia aliter nolumus eum sequi, nisi ligati. Ose. In su- Ose. 11
iculis Adam trahã eos in vinculis charitatis.

Item

Itē tribulationes fugiētes, & gloriā Christi adipisci cupiētes, simi-
les sunt his, qui sociāt se mercato-
ribus in lucro tantū, & nō in dā-
no. Sic tales volunt esse comites
Christi in cōsolatione, nō autē in
2.Co.1 passione, cum tamē dicat Apostolus: Sicut socij passionū estis, sic eritis & socij consolationis.

Verbo Dei cavetes, spiritualiter gustato, famescere naturali similitudine & auctoritate monstratur.

Cap. LXXXII.

VErbi Dei carentia assimilatur fami. Vnde Greg. Sicut fames carnis est subtractum subsidium corporis, ita fames mentis, est silentium diuinæ locutionis. Vnde rectè per Prophetā dicitur: Emittam famem in terra, non famem panis, neque sitim
Amos 8 aquæ, sed audiendi verbum Domini. Sicut ergo pauperes festinant ad portā diuitis, vt habeant refectionē corporalē vnius diei, & multum infirmus est, vel debilis, qui illuc non properat, sic ad
Iaco.2. refectionem animę multo magis debemus currere. Iac. Sit autem omnis homo velox ad audiendū.

Vitam æternā, quæ in Dei cōtēplatione visione, nos ab omni malo liberare, & omni bono replere, aureā hæreditario fidelibus competere, quā plurimis sacræ scripturæ exēplis redditur perspicuum. *Cap.* LXXXIII.

VIta æterna erit in visione Dei, quæ liberabit ab omni malo. Nam si visio serpētis æneī liberabat ab omni morsu serpentino, quanto magis Dei visio liberabit ab omni nociuo?

Item replebit omni bono: Nam si visio Heliæ in curru igneo subleuati, impleuit omnē petitionē Heliseī, & votum; multo magis diuina visio, & fruitio, implebit omni bono desiderium cordis humani. Et si mannæ degustatio in deserto dabat omnis saporis suauitatem, multo magis Dei fruitio in cælo dabit omnis delectationis voluptatem. Psal. Torrente voluptatis tuæ portabis eos. Psal. 35

Item vita æterna debetur nobis iure hæreditario. Vnde sicut turpe est, quādo terra aliqua venditur, quod ab eis qui sunt de cognatione vendentis non ematur, sic cùm nos homines simus fratres Christi, hæreditatē regni cęlestis, quam vēditioni nobis exponit, emere debemus. Iud. Eme Iud. 19 agrum meum, qui est in Anath: tibi enim competit iure hæreditatis. Item Deus ostendit multum valere gloriam vitæ æternæ, quādo est tā dure vendit amicis, quos nullo modo deciperet: Petrus enim emit eā martyrio crucis: Paulus amputatione capitis, & sic de aliis. Et ipse filius Dei emit eam amicis suis effusione sanguinis. Magna ergo insania videtur esse illius, qui credit ad melius forum habere rem venalem, quā filius, aut seruus, vel quā ipse paterfamilias. Sic qui paradisum ad melius forū vult habere quā sancti Viri, aut ipse Christus. Luc. Luc. 24 Nōne Christū oportuit pati? &c. Greg. Quis Sanctorū sine tribulatione coronatus est? facta præcedentiū recolamus, & non erūt grauia quæ toleramus. Grego.

Quot modis vocet nos Deus, quō modo ad cœlestes nuptias intrare cōpellat, præclarissimè enucleatur.

Cap. LXXXIIII.

VOcat Deus hominem multiplicitet: Solet enim inter homines fieri vocatio, scilicet per literas, per nutum, per vocem, & per nuncios. Literæ igitur Domini offeruntur tibi per prædicatores, quas literas Dei sui audit, vel legit, qui audit verbum Dei, si autem seruus alicuius magni Domini cum literis Domini sui veniret, & apportaret bonum nuncium, cum deuotione & ho-

Digitized by Google

nore susciperetur, sic & prædicator debet recipi. Luc. Qui vos recipit, me recipit. Sed multi literas Domini sui nō recipiunt, nec audire volunt, nec ad citationes eius veniunt, licet omnia teneant ab eo, sed ad citationes mundi & diaboli, scilicet ad quos non tenentur, citò vadunt. Pro. Vocaui, scilicet per literas prædicatorum, & renuistis.

Luc. 10

Pro. 1.

Item sicut gallina vocat pullos suos propter miluum, qui ad ipsum currunt, & abscōdit eos sub ala. Sed miserrimus pullus aliquando est intentus circa spicam vnam, & non venit, & capitur à miluo. Sic miser homo intentus nimis rebus temporalibus, non vult ad Deum venire quando vocatur à Deo, & ideo rapitur à diabolo. Hiere. Apprehenderunt mendacium, & noluerūt reuerti. Mirabile est, quod canis vocatus à Domino, statim venit, & currit ad eum. Et factura ad creatorem, filius ad patrem, beatificandus ad beatificatorem, infirmus & ægrotus ad medicū & sanatorem, egenus & pauper ad ditatorem, & locupletatorem, seruus ad Dominum ire contemnit. Ideo conqueritur Dominus. Iob. Seruum meum vocaui, & non respondit mihi ore proprio deprecabar illum. Glo. ose prædicatorum. Si rex vocasset pluries seruum suum, & contemneret venire, multum indignaretur. Et quomodo non irascetur Rex cæli, qui totiens vocat hominem, & venire nō vult? Isa. Omnes in cęde corruetis, pro eo quod vocaui, & non respōdistis mihi.

Hier. 8.

Iob. 29

Isa. 56.

Secundo vocat nos nutu manus, vel signis creaturarum, quæ nobis innuunt vt ad Deum veniamus. Malus est monachus qui non intelligit signum Abbatis sui. Prouerb. Extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret: Extendit enim Deus manū suam beneficia largiendo, innuendo per hoc, vt ad eum veniamus, sicut vocatur accipiter, vel canis, cibū ostendendo. Sed nota, quod accipiter saturatus non redit ad Domini nutum, sed famelicus. Et ita non diuites ad Deum, sed paupereres familici veniunt. Et ideo addit: Non fuit qui aspiceret. Stultus reputatur ille, qui signum quod ponitur ad vinum, id est circulū, vellet cū vino portare, sic qui ista visibilia, quæ sunt signa regni cælestis, vult habere cum regno, vel pro regno. Aug. Væ illis qui diligunt nutus tuos pro te.

Pro. 1.

Aug.

Item volūt habere oua, & obulum vnū, & nummū pro regno. Hie. Impossibile est, vt quis fruatur bonis præsentibus & futuris, vt hic ventrem, & illic mentē impleat, vt de diuitiis ad diuitias, de delitiis ad delitias transeat, vt in cælo & in terra glorioſus appareat.

Hiero.

Tertio vocat voce, id est, inspiratione. Isa. Aures tuæ audient verbū post tergū monentis. Psal. Audiā quid loquatur in me Dominus Deus, qui flat ad ostiū cordis, & pulsat. Sed multi ei non aperiunt, quod est magna rusticitas non aperire Domino suo. Et ideo sequitur. Desperistis omne consilium meum. Audires consilium amici tui de rebus tuis seruandis, & de salute animæ tuæ consilium Dei non audis.

Isa. 30.

Psal. 24

Psal. 24

Item vocat per nuncios, id est, per flagella, quæ dederunt nobis signa salutis. Sap. Ad correctionē in breui turbati sunt, signum habentes salutis. Libenter recipit homo nuncios ab amico suo sibi transmissos. Sic debemus amplecti tribulationes à fideli amico nobis transmissas. Prou. Quē diligit Dñs, corripit, & quasi patet in filio complacet sibi. Glosa.

Sap. 16

Pro. 3.

Tanto

Tanto minus de flagello quo castigamur murmurare debemus, quanto in eo paternæ dilectionis munus accipimus. Isti ergo nũcij
Heb.12 deferũt nobis arras salutis. Hebr. Flagellat omnẽ filiũ quem recipit. Istis nunciis debemus respõdere per contritionẽ, confessionẽ & satisfactionem, non turpiter eiicere, nec sine honore remittere, sicut dicitur de nũciis Dauid ad Amon missis. Isti nuncij compellũt nos intrare ad nuptias æ-
1.Reg. 10. ternas. Vnde dicitur: Cõpelle intrare. Glos. Qui tribulationibus
Luc.15. tracti ad amorẽ Dei redeunt, cõpelluntur intrare. Et nota quomodo solicitus est de nobis. Quando aliquis imitatur aliquẽ ad prandium, vellet fortè quod nõ veniret: sed Deus non ita, immo vim infert vt secũ maneamus, & imitat nos, vsque ad vestiũ laniationem, vel laceratiõnẽ, & trahit per subtractionẽ temporaliũ, & infirmitates, quod est vestes laniare.
Ose.11 Ose. In funiculis Adam traxit eos in vinculis charitatis: quia multos seducit prosperitas, quos aduersitas reducit. Hoc patet in Paulo, qué cæcitas humiliauit, & in filio prodigo, quem fames reuocat, & in Manasse, quem aduersitas conuertit.

Hominis voluntas ad bonũ operãdũ ea vrata, cui cõparetur, exẽplis pulcherrimis demonstratur. Cap. LXXXV.

VOluntatem bonam quidam nunquã habent. Et isti sunt sicut mulieres steriles, quæ nunquam cõcipiunt. Quidã verò bonum propositum concipiunt, sed nõ ad opus perducũt. Et hi similes sunt mulieribus quæ cõcipũt, & nõ pariũt, sed partus in vtero suffocatur. Et quid prodest prolẽ concipere, quæ statim emittitur, vel moritur, vel aliem capere, & statim dimitteret? Ose. Ephraim
Ose.9. quasi auis auolauit. Isa. Conci-
Isa.33. pietis ardorẽ, & parietis stipulã. Stultus esset ille, cui Rex Francię vellet dare ciuitatem vel castrũ, si differret per mensem, vel per annum acciperet: Posset enim Rex voluntatem suam vel consilium mutare, sed magis fatuus est ille, cui Rex cæli vult Regnum æternum, vel gratiam suã dare, quãdo differt accipere, ne forte accipiat alius, & ipse vt indignus repellatur. Matth. Auferetur à vobis Ma.21. Regnum Dei, & dabitur gẽti facienti fructus eius.

Item tales similes sunt sacerdoti qui proponebat ire Romã, & dicebat quòd non poterat in æstate propter calorẽ ire, nec in hyeme propter frigus, & multas vias; nec in vere propter cultũ agrorum, & vinearum; nec in autumno propter messem, & vindemias. Au- Augu.
Ligatus erã nõ ferro alieno, sed mea ferrea volũtate. Velle meũ tenebat inimicus, & inde fecerat mihi catenam, & constrinxerat me. Quidam verò bonum cõcipiunt, sed non perficiũt, qui similes sunt mulieribus, quæ pariunt, & non nutriunt. Isa. Facti sunt sicut Isa.37. herba tectorum, qui exaruit antequam matureſceret. Quid prodest ignem accendere qui statim extinguitur, nec lignis aut flatu nutritur: Debet enim feruor voluntatis bonæ nutriri, sicut ignis nutritur lignis. Prouer. Cum de Pro.26 fecerint ligna, extinguetur ignis.

Tria præcipua, verba scilicet, herbas, & lapides nobis Christus elargitus est, & quid significent declaratur. Cap. LXXXVI.

CHristus nobis tradidit tria multũ virtuosa, quæ similia sunt illis tribus, in quibus dicitur communiter esse magna virtus, scilicet verbis, lapidibus, & herbis. Quæ tria quidã expertus est semel, dũ propter nimia verba quæ dicebat socio suo, socius ipsum impegit in fossatum, vbi punctus est ab vtica, & lapis de muro in caput suum

Digitized by Google

suũ cadẽs ipsum vsq; ad effusionẽ sanguinis vulnerauit, & tũc recognoscẽs errorem suũ, à socio petiit veniã dicens: quòd nũc didicerat verum esse, quòd virtus erat in verbis quę ipsum impegerãt, & in herbis quę ipsum pupugerant, & in lapidibus qui ipsum cruẽtauerant. Nos igitur à Christo dño habemus verba doctrinę, lapides .i. exempla solida iustitiæ, & herbas. i. medicamina, siue sacramẽta gratię. Et his herbis anima nõ solũ sanatur, sed etiam pascitur, & vegetatur. Sicut patet pręcipue de Eucharistia. Ezech. Requiescẽt in herbis virentibus. Ezec. 34.

Zelus spiritualis quatis sit, & quomodo fraterna correptio sit agẽda, vnico exẽplo exprimitur. Cap. LXXXVII.

ZElo bono corripiẽs asperius quàm debeat, assimilatur ei qui lignũ cædẽdo hominẽ prẽter intentionẽ percutit & occidit. Et de hoc etiã dicitur. Deut. Si quis abierit cũ amico suo simpliciter in sylvã ad ligna cædenda, & lignum securis fugerit de manu, ferumq; lapsum de manubrio amicũ eius percusserit, & occiderit, hic ad vnã suprædictarũ vrbium confugiet, & viuet; ne forte proximus eius cuius effusus est sanguis, doloris stimulo persequatur, & apprehendat eũ, & percutiat animam eius. Tũc. n. vt Gre. exponit, homo ad sylvã cũ amico abit, quãdo cũ quolibet proximo suo couertitur ad sua delicta intuẽda. Et tũc ligna simpliciter incidit, quãdo delinquẽtis vitia pia intentione corrigẽdo resecat. Sed tunc lignũ de manu exit, quando asperius quã debeat corrigit. Et tunc ferrũ de manubrio prosilit, eum de correptore sermo durior exit, vel procedit. Et quasi amicũ percutiens occidit, qui auditorẽ suũ prolata contumelia à spiritu dilectionis interficit, quia dum aliquis plus iusto corripitur, ad odiũ prouocatur. Sed talis necessitas est, vt ad tres vrbes fugiat, vt in vna earũ defensus viuat. Quia si ad pœnitẽtiæ lamẽta cõuertitur in vnitate sacramẽti, sub fide, spe, & charitate absc̃ditur, reus perpẽtrati homicidij non tenetur. Et ideo occisi fratris, .i. durius correpti & ad odiũ prouocati, proximus, i. Christus, qui nobis proximus factus est per naturæ consortiũ, eũ nõ occidit. i. pro huius correptionis excessu nõ eternaliter punit. Magnę ergo virtutis est zelus spiritualis, quia inuenia reapit. Vnde Greg. dicit: quòd apud misericordẽ iudicẽ nequaquam sine venia culpa relinquitur, cum per feruorem zeli, ex eius amore peccatur. Deut. 19 Greg.

Item qui gratiã & dignitatẽ acquirit. Macha. Phinees pater nr̃ fter zelando zelum Dei, accepit testamentum sacerdotij eterni. 1. Ma. 2

Item qui ad cęlestẽ gloriã fraudaliter perducit. Quod fuit figuratũ in Helia, de quo dicitur in eodẽ, quod Helias dũ zelat zelum Dei, raptus est in cęlũ. In quo datur intelligi, quòd quicunq; tenuerit spiritualis amoris zelũ, incũdanter admittẽdi sunt ad cælestis gloriæ prẽmium, vbi, vt Aug. testatur, quicquid amabitur, adeptum, nec deũderabitur, quod non aderit: nam omne ibi erit bonum, & quod est omnino beatissimũ, ita semper stare certũ erit. Ibi vacabimus, & videbimus, videbimus, & amabimus, amabimus, & laudabimus eum qui erit finis sine fine: Nam quis alius noster est finis, nisi qui peruenire ad regnũ cuius nullus est finis? Ad quod nos regnum perducere dignetur, qui trinus, & vnus, viuit & regnat Deus in sęcula sęculorũ. Amen.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX RERVM ET PERSONARVM DE QVIBVS

Exempla huic operi inseruntur.

A.

ABies. 139. a. braham 371. d. Absynthiũ herba. 184. 189. 272, stella: 383. c.
Absyntes. 137. c.
Aceruus tritici. 455. a.
Achates. 142. b.
Accipiter. 209. a.
Acetum. 46. a.
Adam. 422. d.
Adamas 137. b.
AEgyptus. 53 a. 44. a.
AEquinoctium. 267. c.
AEs. lib. 2. c. 10.
Aer 8, d. 19. 48, a, 64, d, 112. a, 146, c. 117, d, 39.
AEther. 86.
AEstas. 93, d.
AEtas. 340, 466, b.
AEternitas. 304, c.
Africa. 101, d.
Africus. 91, d.
Ager. 78, 454, a.
Agricola. 465, b.
Agricultura. 452, a.
Agnus castus. 149. a.
Agnus. 278.
Alabandina. 134, d.
Alæ. 225, a. 228, a.
Alabastrum. 128, d.
Albeston. 130, a.
Allectoria. 130, 231, d.
Allium. 203, c.
Aloe. 170, d. 303, c. 188, c.
Altare duplex. 443, d.
Ambra. 220, a.
Ambrosij laus. 147, a.
Amethistus. 144, c.
Amiathon. 127, a.
Amygdala. 164.
Amomum. 198, b.
Amphibæna. 289, a.
Amphoræ visio. 370, b.
Anethum. 169, b.
Anhelitus. 327, d.
Anima 100, a.
Animantia puris elementis viuentia. 52, c.
Animalia ruminantia. 282.
Animalia cur creata, quomodo oblata & formata. 253, 266, 243, bona ad esum, & concessa, aut prohibita in lege 245, 266, c. 166, 239. boum varia habitatio. 228 c 249. c. eorum caro diuersa. 242. nonnulloum prudentia. 276. significatio. 288, 258. d. monstra. 270, a armatura. 244, b.
Animalia terrestria triplici nominis. 241. & eorum naturæ varietas. 245, c.
Anisum. 195, a.
Anni distinctio. 58 a. 92, c.
Antrum. 47, a.
Apes. 228, a. 220, d. 215, a. 221, 224, 231, 236, 238. 256
Aqua maris. 19, d. 61, d. 76 a. fluuij. 109, b pluuiæ. 32, b. putealis. 44, d. cocta, cruda, leuis, grauis. 24, c dulcis, amara. 99, c aqua tribulationis. 64, a. effectus aquæ varij 64, 24. a. 32. b. 43, a 52, b. 72, d. 87, a.
Aquarius. 39, a.
Aquila. 207, c. 217, c. 220. b. 228, 224, 227, 233, 236. c. 240, a. 333, d. 353, 285. b 209, a. 229, a. 249, a. 255, 253.
Armatura. lib. 5. c. 9, lib. 9, cap 4.
Aquilo. 86. b. 88, b.
Aranea. 244, 185, b. 294. d. 250, a 259, 264, a. 277. 281.
Arbor. 150, 151, 153, 254, a. 190, c. 195, c.
Arboris putatio. 148, arborum distinctio. 152. a, frondositas. 163, a. plantatio. 182, d. generatio. 186, de arbore visio. 408.
Arca. 493, 390, 461. lib. 9. c. 91.
Arcus. 86, a.
Arcus lunæ & solis. 50, a.
Arcturus. 44, b 59. d.
Ardea. 230, c.
Arena. 76, b. 112, c.
Argentum. 118. 137, d. 406. 142, vinum. 125, d. 143. b 146, c. l. 2, c. 35.
Argilla. 26, c.
Argarites. 137, a.
Aries. 38, a. 275, a.
Artes, & artificum opera 428, 449.
Aromatica arbor. 186, a.
Arundo. 170, b.
Ascensus. 506.
Asia. 101, d.
Asinus. 216, c.
Aspis. 271, a.
Asterites. 146, b.
Astrion. 138, b.
Athlas. 32, a.
Auellana. 20, a.
Aues. 213, a. 214. a. 208, c. 217, c.

217 c. 237, d. Rapaces. 210. Aquaticæ 209, 221, d. terreæ. 212, d. ex, arbore natæ. 52, Avium rex. 269 c.
Aurora. 60 d. 98 c.
Aurum. 139 135 a. 146, c. 141, c. 302 c. ejus generatio. 142, ſignificatio. 406
Auripigmentum. 136 d.
Aurichalcum. 190 d.
Auſter. 166, 88 c. 91.
Autumnus. 94, a.
Aper. 282, d. 285, b.
Apium. 182.
Apoplexia. 337, c.
Axis. 59, d.

B.

Babel. 484 a.
Babilon. 53, b.
Balena. 221 a. 223, a 268.
Balauſtia. 148, d.
Balſamum. 158, a. 159 b.
Barba. 319, c.
Barritus. 240, a.
Bdellium. 168, c.
Bellua marina. 209, c.
Berillus. 145, a.
Baſiliſcus. 271 a.
Baſiliſtis. 271, d.
Beta. 189.
Beſtiæ quæ dicuntur. 241.
Bethula. 53.
Bitumen. 122. b.
Bombex. 246. 250.
Borax. 257, 284, a.
Boreas. 19.
Bos. 242, b. 250, c. 251, b.
Brachia. 341, b.
Bubalus. 284, a.
Bubo 216, b. 232, c. 239 c.
Bureſtes. 270 a.
Buxus, & buxa 198, d.
Binarius, numerus. 343.

C.

Caballus. 256, b, Cadere ante & retro. 298, b.
Cain. 463, c.
Caladrius, 220, b.
Calamentum. 156, a
Calchedonius. 133, a.
Caliditas. 20, d.
Chalibs. 124,
Calix. 488 c. 216, a.
Cálór. 24, 247, 249.
Calx. 125 a.
Camelus. 124, 266 260,
Camaleon. 261, 286 b.
Camelo pardalus. 275 b.
Campus. 54 b.
Candela extincta. 257 a.
Canicula. 50, c. 80, d.
Cancer piſcis. 219, c.
Cancer ſignum. 54, a.
Carnis celeſtis. 36, marinus. 227, a. terreſtris. 241, d. 248, b 243, a. 244, d 250, b. 265, a. 271, d.
Canis rabidus. 242, a. 256, c
Cæcus a natura. 361, c.
Cælum cryſtallinum. 14. b ſupremum 15 d. empyreum. 41, Cælorum ordo, numerus. 83, d. 101 a ſigna 54, 58, 101. a
Chelidonius lapis 130. b.
Chelidonia herbâ 201, b.
Cæna. 303 b.
Capilli. 308, 267, 297.
Caput. 345, 346, 300, a.
Capparis. 183, a.
Carabo. 252, a.
Carbones. 29, a.
Carduus. 160 b.
Carica, 156, b.
Cardamomum. 162.
Carbunculus. 126.
Catulus. 266, b.
Cato. 242, c. 258, b. 312, d.
Capra. 259, b. 269, b.
Capreolus. 247, 249, 256, c.
Caprifius. 159, c.
Carthago. 350, d.
Caſeus. 48, c.
Caſtra. 168.
Caſia fiſtula. 355, c.
Caſtanea. 165, b
Caſtor. 245, 247, 274. 254.
Caſtratio bouis. 242, 247.
Catus 243, c. 253, d. 267.
Cauerna. 82.
Caucaſus. 182, d.
Caulis. 188, b. 235, a.
Canda ſuis. 224.
Cedrus. 202, b. l. 3, c. 85.
Cellabinatia. 432, d.
Centaurea. 190, b.
Cæpe. 132 b. 166, c. 206. a.
Ceruus. 251, a. 254, b. 257. b. 260, c 272, c, 273, b. 275. c 276, a 284, 287, ætas. Cetui 243, amor. 624, & partus. 251, 282.
Cete. 208, 230, 232.
Ceraſtes. 252.
Cherubim. 472, b.
Cicada. 223, c 209, d.
Ciconia. 229, 237, 52.
Ciniſes. 464, c
Ciclops. 336, b.
Cibus, 247, 307, 315, 358.
Cignus. 220, b. 212, c. 217. c 52, b.
Cilia, 338, b.
Ciminum. 189. c. 249, a.
Cinus. 64, c.
Cinis ſcorpionis. 265.
Cinnamomum. 175, a.
Cinomia. 227, c.
Circulus. 400, a. planetarum. 47, ſpheræ. 91. 44 d.
Citogrillus. 287 a.
Cypreſſus. 155, a 152, 6
Cithara. 391, c
Cochlea. 57, b.
Cocodrillus. 232, 235, b 262, a 271, a. 288, b. 269. c. 264, c.
Cholera. 294, d.
Cognitio. 3 c. 259, c.
Collis. 20, b. 347, d.
Colloquintida. 76, a.
Coluber. 251, a.
Colurus. 49, 91, b.
Columba. 223, 234, 235.

Digitized by Google

Cometa. 96,c.
Cos. 114,d.
Corallus. 139.
Coriander. 489.c 467,d.
Corneolus. 124,a.
Cornix. 210,c.237,b.
Corpua. 254,b.
Cornua luminarũ. 21,b.
Coruus terrestris. 227. 259, c.
Coruorum pulli. 220
Coruus marinus. 228.
Coturnix. 228.
Cribrum. 395,d.
Consuetudo. 241,d.
Chrysolitus. 147,231,b.
Chrisolonius. 131,b.
Chrisopassus. 135,b.
Christallus. 136, 266.b. 366, c.
Christus. 139 c 393.
Creditor & debitor. 494
Crocus. 151,c.
Cucumer. 167.
Cucubita. 169.
Culex. 216,a.
Cultura vineæ. 465,b.

D.

Dauid. 454,c.
Deus. 460,a.
Delphinus. 212, 222, a. 227,a.
Dentes. 321.322,351.
D. sertum. 73,49.
Diocletes. 126.
Digestio. 307,b.
Digitus. 326,b.
Dionius. 142,c.
Diplois. 280.
Diptannum. 167.b.166. a.273,a.
Dormire. 502,d.
Dorsum. 30,b.317,321.
Dotes corporis glorificati. 366,b.
Draco. 251, d. 261, d. 283.
Draconteа. 205.
Dromedarij. 277.
Domus. 368, b.245,b.

E.

Ebal mons. 10.c.
Ebrietas. 142,d.
Eclypsis. 58.c.49,c.
Echinus piscis. 218.a.
Electrum. 131 d.
Elementa. 17,38,101.
Elephas. 259, 249, 273. 279.
Elitropium. 169,a.
Epar. 322,b.
Epilentia. 322,334.
Ephemera piscis. 228.
Equi. 224,256, 260,257. 272 275,d.
Eremus. 87,d.
Eruca. 262,b.
Eschites lapis. 126,d.
Emorrois serpens. 232.

F.

Faba. 195.c 204.a.
fagus. 199.
Falco. 198,234,c.
Fauilla. 108,a 293.a.
Fatuus. 32.
Febris. 332.
Fel. 294,a.
Fænum. 361, b. 157, a. 165 d.
Fæniculum. 200,d.
Ferrum ignitum. 457,c.
Ferrum. 131,146,142,406.
Festa Iudæorum. 476.
Ficus. 159,163,168,200.
Fidelium tres gradus 292.
Figuratum distinctio. 76,c.
Funus. 495,a.
Firmamentum 33,b.428. 366,c.
Fauni aut Phauni. 267,a.
Flamma ignis. 87,b.
Flos. 149,b 197,a 205,c.
Fons 11, d.44.c.32.c.
Fomes. 157,b.
Formica. 464, 276, 271. 287,285,196,a.
Fructus. 177.d.16,b.178.
Fraxinus. 168.b.
Frons. 350.
Frumentum. 439,b.
Fumus. 86,b.199,d.
Fumi effectus. 81,a.
Fulica auis. 207,b.
Fundamentum. 457,d.
Fæmoralia. 460,a.
Ficulnea. 247,c.
Finis. 864.

G.

Galaxia. 194.c.105.a.
Gallus. 231,d, 217. a.220, a 218, b. 224, b. 217,b. 54,a.
Gallina. 240,207,d.226, a.
Gariophylum. 197,b.
Garizin mons. 10,b.
Gellæ montes. 51,c.
Gemini. 38.
Gemmarum varietas, ortus, perfectio. d.2,c. 31.
Genua. 320,d.
Genus. 321.
Germen. 177,a.
Ginesta. 285.
Gith. 191.a.
Gladius. 489 a.
Glebæ. 78.b.
Gliris vsus. 249,c 252,c.
Graculus. 219.c.
Gloria vana. 488,d.
Grando. 50,a.
Granum. 166,a.
Granum piperis, 92,a.
Gryps. 210,b.286.d.
Grus. 233,a.246,b.
Gustus perfectio. 353.
Gutturis proprietas 320,a.
Greg: Nazianzenus. 1.b.

H.

Haeder. 184,d, 190. c.192,d.
Hædus. 263,c.
Halec. 32,c.
Halon. 21,b.
Hannibal. 276,b.
Hebenum. 199.a.

Digitized by Google

Helleborum. 187,d.
Hepar. 322,b.
Hericius vel herinacius 276,b 287,a. 263,b.
Hyæna. 169,c. 260, b. 265,b
Hyacinthus. 138.
Hyades. 81,b.
Hydropisis 296,a. 330, d. 331, a. 29,b.
Hyenis 92, d.
Hyperborei montes. 30, d.
Hypocentaurus. 281,c.
Hyssopum, 169,c.
Hyrūdo. 212,b 218, 112,b.
Hordeum 202,c.
Hortus. 454.
Humerorum officiū. 341.
Herydis natura. 246.
Hemeroides. 254,a.
Hircus. 264,b.

I.

IAcobi scola. 373,b.
Iaspis. 127, 128, 122,d.
Ieiunium 7,a.
Ignis 66,8,d.14, d. 15, a. 16,b.24,d. 38, 69, 89, a. 130,c.
Ilex. 183,d.
Incensum. 181.
Infantes. 311,b.241.
Incubus. 358.
Internuncij. 497.
Interstitium. 57,a.
Iordanis. 22,a.
Iris. 50,85,387.
Iris lapis. 134.
Ira pro zelo. 50,6.51, c.
Isboseth. 499.b.
Iudæi. 116,d.
Iuniperus. 149.
Iumentum. 241,258.
Iuppiter. 58,d 39.
Iusquiamus. 150,c.

L.

LAbia. 322,c.
Lac. 313, 2.256. a. 282, b.
Lacerta. 247,d.
Lactuca. 208, 164, 185,b.
Lacus. 70,d
Lapis. 119
Lathomus. 466.
Lazurium. 123,b.
Later. 300.
Latro. 511,d.
Latrunculi. 497,a.
Laurus. 192.
Latratus canis. 266,b.
Lens. 184,b.
Læna. 52,b.
Leo. 248,260,c 39,a 27. d. 308, 273, 279,d
Leopardus. 250,c 260.d.
Leontophonus 272,b.
Lepus. 228 280,c 25°,c.
Lepra. 337,b. 301,a. 321,c.
Leprosi. 337,b 240 b.
Lethargia. 344,b.
Lex. 264,413,b 431,b.
Leuitæ. 497.a.
Liberum arbitrium. 4,b.
Ligurius. 135 d.
Libanus mons. 67. b.
Luna. 133,b.
Limax. 289.
Lilium. 203,1.3.c 85.
Lolium. 171,c.
Lingua adusta. 126.
Lingua serpentina. 205.
Lingua. 54,c.354,259,d. 385,b 504,c.
Lynx 261,d.
Linum. 264,a.
Locusta. 220 c 367.374.
Lotio per niuem. 497.
Locus. 481.a.
Lucerna semper ardens 260,130.c.
Lumen. 102.c.
Luna & eius nomina: 10. naturas officium, Dominum. effectus 9,b. arcus 50, a. proprietates 56, d 70,c 71 a. defectus 26 9,c. & mutatio 288, b
Lupus terrestris. 228,c.252 c matutinus, meridianus, & vespertinus. 286. marinus. 224.
Lasciui. 212,a.
Luxuriæ mediatrices. 432 b.
Lux. 59,d.87,b. 114,d. l. 1. c. 9.
Lya. 159,a.

M.

MAdiam. 193,a. magnes. 129 c. 143, c.
Mahumetica lex. 117,a.
Malum arbor. 191.
Malum granatum. 141.
Malua. 172.a.
Mamillæ. 303,a.
Mandibula. 295,b. 354,d.
Mandragora. 159.a.
Manna. 481,c. 516,a.
Manus ac pes. 216,c. 305. c. 326 b.
Margarita. 124, 137.
Mare rubrum. 53 d.
Mare. 51,d. 70, a. 75. d. 65,a. 45,b 99,c.
Marmor 121,b 221,b.
Mars. 52,d 94 b 39.
Masculus. 348,d.
Matrimonium. 432,c.
Maria virgo quare dicitur mulier. 39,a, multa significat. 309, a.
Medicus. 59,a. 428,b.
Medicina. 489,b.
Medulla. 319,d.
Maria & Martha. 349.
Melancholia. 359, a. 29. a. 343, d. 29,d.
Mensis lunaris. 80. 58,a.
Mentha. 156,d.
Mentum. 314,d.
Mercurius. 98,b 39.
Meridianus circulus. 91,a.
Mergulus. 228,b 231. b.
Merces pro facto. 417. c.
Metalla. 142,a. 146.c.
Migalus. 254,251,c.
Millenarij. 383,a.
Minij natura.
Miloris. 220,c.221,236.

Mynus

Myrrha. 205,d.187 lib.3. cap 8.
Mitterus. 22,d.
Molendinum ad ventum. 488,d.
Monſtra. 336, b.
Morſus canis rabidi. 242. 256. Aſpidis. 249.
Mons. 28,a.30, d.31,63. 79,a.97,b.
Mochus. 30,b.
Mugile piſcis. 237,c.
Mulier prima. 378.
Mulierum ornatus 267,d. 472, d 507, b. conſortiū. 502,d.8, proprietates duodecim 297, d. mulier pregnans. 297,d. vetulæ
Mulieres. 237.b.
Mulus. 270,c.
Murenula. 226.
Mures. 243,251,a.
Muſta. 212,249, d.
Muſcarda vel abies 232, b.
Muſica. 102,d.463,d.
Muſtum. 451,488.
Muſtus. 256.d.
Muſtela. 271,a.
Mutatio hominis. 66,b. 71, a.

N.

NArdus. 16.,d.
NAſus. 355.a.
Naſſa. 468.
Nauis. 221,491,d
Nauigator. 476.
Nazarei. 509.
Nebula. 27,b 29,b.
Nemus. 350,b.
Nicticorax. 216.
Nilus. 226,d.
Nitrum. 129,a136,c
Nix. 73.b 497,d.
Noe. 46,b.
Nubes. 61, b.69,c.85, a. 90, a.
Nucis vmbra. 170.c.
Nutrix. 348,c.
Nux muſcata. 159,d. 191, c.
Nux. 188, a.

O.

OBlinio. 334,d.
Ocium. 8,23,200, 225,221,328, 341.
Oculi. 309,333,c. 341.
Odoratus. 349,a.
Oleaſter. 200,b.
Oleum. 167,a.
Olei infuſio. 175,c 300. b. 209.
Olympus. 6, 116, c l.1. c 81.
Oliueti mons. 35,c.78,c. 81. d.
Oliua. 173,191.159.
Onager. 256.149,d.267,c.
Onix ſiue onichinus lapis. 120,128.
Ordo ſacer. 423.
Oris officia. 343,a.485,a.
Orizon 46 c.
Ornatus comptus. 267. 472,d.
Oſtium. 28 ,b.
Oſſis proprietas. 361,d.
Oſſium putredo 322,b.
Oſſa gallorum & gallinarum. 228.b.
Ophis. 265,d.267,d.
Onocentaurus. 281.
Ouis. 255,c.

P.

PAlea. 466,c.
Paliurus. 188 c.
Pallium religionis. 496
Palma. 170,173 175.
Palmites. 197,c.
Palpebræ. 33,b.
Panis in deſerto. 481.
Panis.
Panis ſubciniticius. 293.
Panthera 247,c. 272,a 257, d 262,a. 281,d
Papa. 420,b. 435, b. 442, c.460,c.
Papilio. 262,a.
Paradiſus. 431,d 454,d.
Paralellus. 46,b.
Paraliſia. 333,b.
Pardus. 259.c.
Paſſiones quatuor. 411.
Paſſer. 217,a. 240.b.
Paſtor. 313,a.
Pauo. 163,d.222,b.
Pectus. 324,b.
Pes. 295,a.
Pelliparus. 475,a.
Pellicanus. 221, c.
Perdix. 219,b.
Peregrini. 230.a.
Perſona. 100 a.
Peſter. 271,b.
Petra. 147,a.
Peſtis. 461.
Petroſellinum. 150,a.
Phœnix. 228,a.
Phlegma. 330.d.
Pili. 308,c 315,a.
Pinus. 149,a 164,a.167,a. 171.a.
Pinea. 194.a.
Pinguedo. 320.b.
Piper. 182, d 192 a.
Pira. 149,b.195,b.479,c.
Piſcina. 32,d.
Piſcis. 208,d.212,c.223, b 230,c.30,d.
Planeta. 9,a.20 a.33,a. 47,a 360,a. 67,a.106, a. 126,d.
Planta. 190,c.193,204.a.
Platanus 173.c.
Plumbum. 145.b 14 a.
Pluuiæ. 28,a 93,b
Poli. 33,d.
Pollutio. 401,d.
Poma. 264,b.
Poma mandragoræ. 159,a.
Prædo. 415.
Primum mobile. 42,b.
Porrum. 171,185,b.197.
Prata. 85.
Proditor. 494,d.200,c.
Propago. 194.
Propheta. 365,a.
Proſerpina: 19,a.
Pſyllion. 169,c.

Digitized by Google

Ptolemæus. 34 a.
Pruina. 9 a. 191, a.
Puella. 297, b.
Pulices. 464 c.
Pulmo. 338, a 361, b.
Pulsus. 327, b.
Puluis. 29, b.
Pupilla. 342 a.
Putatio arboris. 148, b.

Q.

Quadrigæ. 395, e.
Quadrupedia. 410, c.
Quaternarius. 321.
Quercus. 167.
Quies terræ. 51, c.
Quies corporis. 383. b.

R.

Rachel. 159 a.
Radix. 54, 154, 160. a. 199, a.
Radius, 203, d. 13, b.
Rhamnus. 285 a. 186. a.
Rana. 248, d. 269, d.
Rasura. 497.
Renes. 317, c.
Rete. 474.
Reptilia. 241.
Resten lapis. 141, b.
Riuus. 37, d.
Ros. 42, d. 43, a. 61, a. 204.
Rosa. 1. 3, c 85.
Rosæ semen. 160. d.
Rosa odor & significatio. 468, a. 165, c.
Rosa domestica & siluestris. 195, a.
Rinatrix. 246.
Rotæ ac figuræ circularis descriptio. 400.
Rubeta. 246.
Rura. 181, b.
Ruminantia. 282, b.

S.

Sacrificium prauum. 496. c.
Sagitta. 95, d. 489, a.
Salamandra. 243, d. 260, a. 261, d. 270, c.
Saliua. 354, d.
Sal. 129, a.
Salomonis templi. 490, b.
Sambucus. 175. c.
Sanguinis fluxus. 26, d.
Sanguisuga. 414, 244, c. 272 b.
Sanguinis sedes. 311 a. 317, a.
Saphyrus. 128, a. 123, a. 135, c.
Saracenorum fides. 117. a.
Sardius. 122, c.
Sardonicus. 134, b.
Satyrus. 261, a. 268, c.
Saturnus. 8, c. 7. d. 39.
Saura. 113, c 247, d.
Scala Iacob. 373, a.
Satisfactio. 7. 386, a.
Scarabæus. 270, c.
Scarus. 231, d.
Scintilla. 108, a.
Scorpio. 245, b. 247, a. 273, d.
Secularia negotia. 66, d.
Semen. 162, d. 202, a.
Seminator. 476, d.
Senex. 333, c. 329 c.
Sensus. 305, b. 345 c, 281 b.
Septentrio: 46, a. 451, a.
Seytalus. 267, d.
Sepulchrum. 451, d.
Serpens 25, d 241, d. 205. c. 251, c. 271, c 165, d. 276, d 246. c. 444.
Symbolum Apostolorum. 34 b.
Synocha febris. 93, b.
Synapi. 185, b.
Simia. 244, d.
Syon mons. 344, a.
Syrene. 246. d.
Sitis. 53, b.
Smaragdus. 133, b.
Sol. 25, b. 49, d. 56, a. 114. b. 309, a. 1. 1. c. 91, l. 7. c. 20.
Solstitium. 45, a.
Solsequium. 169 a.
Sonus. 330, b. 341, b. 309 a.
Somnium. 364, d. 409. 410. 505, a.
Sphæra. 41, b 42. c.
Speculum 36 b.
Spes. 146, c. 402, c. 483. c. 512, c.
Spina. 161, c. 186 a.
Splen. 329. a.
Stannum. 144, a, 146, a.
Statua. 400, b.
Stella. 35, a. 84, a. 107, a. 112, b. 388, b.
Stellio. 273, a.
Stomachus. 357, 306, 312. b. 359 b.
Stercus. 246, c.
Sterquilium. 453 a.
Struthio. 222, c. 225, d. 229, d.
Strutus. 243, a.
Stuppæ. 466. b.
Subsolanus. 91, b.
Succus aloes. 170, d.
Sus terrestris. 250, a.
Sus marinus. 210.
Serpentina lingua. 205.
Sulphur. 132.

T.

Tabernaculum. l. 9. c. 43. & c 91.
Tabor mons. 79 b.
Talpa. 269. 4.
Tartarus. 125, c.
Taurus signum. 38, a
Taurus animal. 254
Tactus. 305.
Taxus arbor. 157.
Taxus vel taxo animal. 242, 255, 281.
Tela aranææ. 241.
Tenebræ. 49.
Ternarius. 100, d 462. a.
Terido. 268, b.
Terraneus lapis. 123, d.
Terra. 5, c. 10, d. 11, a. 18. a. 35, 51, 62, d. 78, a. 98, d. 201, d.
Terræ motus. 29, d. 76, c. 54, b. 99, d.

Digitized by Google

Thyria ligna. 298,a.
Tygris. 273,a.
Tyrus ſerpens. 263,c.
Tinea. 265,a 287.
Tonitrium. 70,a. 35, d. 73,d.
Topazyon. 139.
Torrens. 31,b.
Tortuga. 248,a.
Thus 181.
Tonſura. 497,a.
Trocta piſcis. 228,a.
Turtur auis. 325,217.
Turtur maris. 326,c.
Turdus. 23,a.

V.

Vaccarufa. 289,c.
Vacca. 246,d.
Vallis. 29.c.48,b.
Vanæ gloriæ filiæ. 488, d.
Vapor, æther, fumus idem corpus. 86,b.
Vaporis orgo & effectus. 108,b.109,a.
Venæ. 355,d.
Vas d.perri. 410,d.
Venenum vnde dicitur. 270. vnum eſt alterius medicina. 288,d.
Ventorum ortus, numerus, effectus, natura 10. d.10,c 22,26,c.27,65,a. 86,b.92,b, 90, d, 96, d. 111,d.
Vehter. 325.d.
Venus. 10,c.33, a. 13,a. 39,c.
Ver. 93,b.
Vertex. 313,d.
Vigil. 408,d.
Vigiliæ. 356,b.
Veſpertilio. 227,d.
Veſtis vetus. 481.
Veſtes. 483.
Vinculum ferreum 409,c
Vinum 158,c.185,a 487. c.490,a.481,c 40,46.
V ola. 203,b.
Virga. 173,d.
Virgo planeta. 39,a.
Viſcera. 336,d.
Viſio triplex. 171,a 364 b.
Viſionum modus. 364. 365.
Vitis. 174,d.
Vidua anima. 416 b.
Vidualis vita. 39 b.
Vitrum. 120.c
Vitulus. 382,d.
Vetulæ maledictæ. 432,b.
Vermis. 246,
Vmbra nucis. 170,b.
Vmbra. 20,d.107,b.
Vmbilicus. 325,d.
Vnctio vana. 166,b 492,d.
Vnicornu. 464,d. 286.b. 289,c.
Vngula 245,d.
Volatilia. 206 d.
Voluntas. 52,a.245,d.
Vox. 316.
Vpupa. 218.
Vrſus. 258,251,b 261.a.
Vrtica. 200,c. 272,b. 254,c.
Vulpis. 252,a 243.a.
Vultur. 212, b. 215, d. 335.a.
Vulnera mentis. 208,b.
Vituperabilis. 271,b.
Vulturnus. 91.c.
Vipera. 288,d.

Z.

Zmites lapis. 125, a.
Zimeth. 123.b.
Zingiber. 149.b.
Zizania. 171.c.
Zodiacus & zodiaci ſigna 83,d.34,b.

Digitized by Google

Ptolemæus. 34.a.
Pruina. 9.a.191.a.
Puella. 297,b.
Pulices. 464 c.
Pulmo. 338,a 361,b.
Pulsus. 327,b.
Puluis. 29,b.
Pupilla. 342 a.
Putatio arboris. 148,b.

Q.

Quadrigæ. 395,e.
Quadrupedia. 410,c.
Quaternarius. 321.
Quercus. 167.
Quies terræ. 51,c.
Quies corporis. 383.b.

R.

Rachel. 159.a.
Radix. 54, 154, 160. a.199,a.
Radius. 203,d.13,b.
Rhamnus. 185.a.186.a.
Rana. 248,d.269,d.
Rasura. 497.
Renes. 317,c.
Rete. 474.
Reptilia. 241.
Reten lapis. 141,b.
Riuus. 37,d.
Ros. 42,d.43,a.61,a,204.
Rosa. 1.3,c 85.
Rosæ semen. 160.d.
Rosa odor & significatio. 468,a.165,c.
Rosa domestica & siluestris. 195,a.
Rimatrix. 246.
Rotæ ac figuræ circularis descriptio. 400.
Rubeta. 246.
Rura. 181,b.
Ruminantia. 282,b.

S.

Sacrificium prauum. 496.c.
Sagitta. 95,d.489,a.
Salamandra. 243,d.260,a. 261,d.270,c.
Saliua. 354,d.
Sal. 129,a.
Salomonis templū. 490,b.
Sambucus. 175.c.
Sanguinis fluxus. 26,d.
Sanguisuga. 414,244,c. 272 b.
Sāguinis sedes. 311 a.317,a.
Saphyrus. 128, a. 123,a. 135,c.
Saracenorum fides. 117.a.
Sardius. 122,c.
Sardonicus. 134,b.
Satyrus. 261,a.268,c.
Saturnus. 8,c.7.d.39.
Saura. 113,c 247,d.
Scala Iacob. 373,a.
Satisfactio. 7.386,a.
Scarabeus. 270.c.
Scarus. 231,d.
Scintilla. 108,a.
Scorpio .245, b. 247, a. 273,d.
Secularia negotia. 66,d.
Semen. 162,d.202,a.
Seminator. 476,d.
Senex. 333,c.329 c.
Sensus 305,b.345 c,281 b.
Septentrio: 46,a.451,a.
Seytalus. 267,d.
Sepulchrum. 451.d.
Serpens 25, d 241, d. 205. c. 251, c. 271, c 165, d. 276,d 246,c.444.
Symbolum Apostolorum. 34 b.
Synocha febris. 93,b.
Synapi. 185,b.
Simia. 244,d.
Syon mons. 344,a.
Syrene. 246.d.
Sitis. 53,b.
Smaragdus. 133,b.
Sol. 25, b.40,d.56,a.114. b.309,a.1.1.c.91,1.7. c. 20.
Solstitium. 45,a.
Solsequium. 169 a.
Sonus. 330,b.341,b.309 a.
Somnium. 364,d.409.a. 505,a.
Sphæra. 41,b 42,c.
Speculum 36 b.
Spes. 146,c. 402, c. 483, c. 512,c.
Spina. 161,c.186 a.
Splen. 329.a.
Stannum. 144,a,146,a.
Statua. 400,b.
Stella 35,a.84,a.107,a. 112,b.388,b.
Stellio. 273,a.
Stomachus. 357,306, 312. b.359 b.
Stercus. 246,c.
Sterquilium. 453.a.
Struthio. 222,c.225,d. 229,d.
Strutus. 243,a.
Stuppæ. 466.b.
Subsolanus. 91,b.
Succus aloes. 170,d.
Sus terrestris. 250,a.
Sus marinus. 210.
Serpentina lingnum 205.
Sulphur. 132.

T.

Tabernaculum. l.9.c. 43.& c 91.
Tabor mons. 79 b.
Talpa. 269, d.
Tartarus. 125,c
Taurus signum. 38,a.
Taurus animal. 250
Tactus. 305.
Taxus arbor. 157.
Taxus vel taxo animal. 242,253,281.
Tela aranææ. 243.
Tenebræ. 49.
Ternarius. 100,d 462.a.
Teredo. 268,b.
Terraneus lapis. 123,d.
Terra .5,c.10,d.11,a.28.a. 31,51, 62,d.78, a. 98,d. 201,d.
Terræ motus 29,d.76,c. 54,c.99,d.

Thyrsi

Digitized by Google

Thyria ligna. 198,a.
Tygris. 273,a.
Tyrus serpens. 263,c.
Tinea. 265,a 287.
Tonitrium. 70,a. 35, d. 73,d.
Topazyon. 139.
Torrens. 51,b.
Tortuga. 248,a.
Thus 281.
Tonsura. 497,a.
Trocta piscis. 228,a.
Turtur auis. 225,217.
Turtur maris. 226,c.
Turdus. 23,a.

V.

Vaccarusa. 269,c.
Vacca, 246,d.
Vallis. 29.c.42,b.
Vanæ gloriæ filiæ. 428, d.
Vapor, æther, fumus idem corpus. 86,b.
Vaporis orgo & effectus. 108,b.109,a.
Venæ. 355,d.
Vas d.petri. 410,d.
Venenum vnde dicitur. 270. vnum est alterius medicina. 288,d.
Ventorum ortus, numerus, effectus, natura 10. d.10,c 22,26,c.27,65,a. 86,b.92,b, 90, d, 96, d. 111,d.
Venter. 325.d.
Venus. 10,c,33, a.33,a. 39,c.
Ver. 93,b.
Vertex. 313,d.
Vigil. 408,d.
Vigiliæ. 356,b.
Vespertilio. 227,d.
Vestis vetus. 461.
Vestes. 483.
Vinculum ferreum 409,c
Vinum 158,c.185,a 487. c.490,a.461,c 40,46.
V ola. 203,b.
Virga. 173,d.
Virgo planeta. 39,a.
Viscera. 336,d.
Visio triplex. 171,a 364 b.
Visionum modus. 364. 365.
Vitis. 174.d.
Vidua anima. 416 b.
Vidualis vita. 39 b.
Vitrum. 120.c.
Vitulus. 382,d.
Vetulæ maledictæ. 432,b.
Vermis. 246,
Vmbra nucis. 170,b.
Vmbra. 20,d.107,b.
Vmbilicus. 325,d.
Vnctio vana. 166,b 492,d.
Vnicornu. 464,d. 286.b. 289, c.
Vnguis. 245,d.
Volatilia. 206 d.
Voluntas. 52,a.245,d.
Vox. 316.
Vpupa. 218.
Vrsus. 258,251,b 261.a.
Vrtica. 200,c. 272,b. 254,c.
Vulpis. 252,a 243.a.
Vultur. 212, b. 215, d. 335.a.
Vulnera mentis. 208,b.
Vituperabilis. 271,b.
Vulturnus. 91.c.
Vipera. 288,d.

Z.

Zinites lapis. 125, a.
Zimeth. 123.b.
Zingiber. 149.b.
Zizania. 171.c.
Zodiacus & zodiaci signa 33,d.34,b.

Digitized by Google

INDEX CAPITVLORVM SIVE MATERIARVM COMMVNIVM QVIBVS ADAPTANTVR EXEMPLA quæ in hoc opere continentur.

ABdicatio temporaliũ iuuat virum spiritualem, vt putatio arborem. 148,b.

Abiectos à mũdo Deus recipit vt balaustiam medicus. 148,d. pullos aquilæ fulica. 207, b. Dauid seruum desertum. & ciuitas exulem 494,c.

Ablatio temporalium à Deo facta, etiam Innocenti, est semper iusta; exemplo creditoris & debitoris. 494, d.

Abscondere bona opera nostra monet gallina pauonis; sicut eadem propalare docet gallina domestica. 207,a.

Abstinentiæ cibi discretę fructus, necessitas, perfectio patent per opposita sua, & in serpente, & ex scripturis. 241,d. in balsamo. 158,a. In elementis & corporibus cælestibus lib. 1. cap. 1. In agno casto & pino. 149,a. in pauone. 207,d.

Abstinentia charitatis est amica humilitatis 321. generat gratiam 7, b. Peccatoris abstinentia tentat ad accidiam. 8,b. generat Iram vel impatientiã, vt cernitur in cane famelico. 241, d.

Abundantia prosperitatis prohibet sentiri vulnera mentis, id est peccata, exemplo balenæ. 208,a.

Accidia quid est, vnde dicitur, cur opponitur charitati. 7,d. Dicitur tristitia seculi. 242, b. Inuitat ad Impatientiam. 321. corrigi eam docent apes. 221,d. aquilæ. 224. 355. Eius defectus, deformitas, & effectus praui patent in saturno, igne, aëre, pruina lib. 1. cap. 2. in piscibus. 208. in cane rabido. 242, a.

Actiua vita cur dicitur laboriosa, practica, solicita, exemplaris, sociabilis, turbulenta: Et eius officium, necessitas, excellentia, dignitas, fructus, & effectus atque perfectio patent exemplis varijs lib. 1. cap. 3. lib. 9. cap. 1. 112, a. 187,c. 208,c. 309,b. 225, c. 255,b. 292. Cur actiui, & contemplatiui comparentur mandibulis. 293, b. Quomodo inter se differunt. 208, c.d.

Aduersitas mundi trahit hominem ad seipsum, sicut prosperitas educit à seipso, exemplo florum & pyrorum. 149,b. prodest superbis magis quam prosperitas, & vtraque nunc prodest nunc obest pro ratione charitatis. 242.

Aduersarij spirituales tres comparantur prædonibus. 415.

Adulatores duplicem pœnam merentur legibus. 415, b. comparantur hæreticis, beluis marinis, cicandæ. 209,c. proditoribus, & sunt lactatrices, Ioculatores, incantatores, aucupes diaboli. 494, d. necant mentem, sicut oleum cicadam 209 d.

Adulterium fugere docent leæna, ciconia, Elephas, cignus. 52, b.c.

Afflictio carnis indiscreta obest animæ exemplo taxi. 242. Afflictos iuuare docet Elephas. 249, a.

Ambitionis malum in cane & osse cernitur, & ambitiosis accidit vt canibus, infantibus, stultis 243, a. Eius peruersitatem describit Bernardus. 299,b.

Amaritudo pœnitentiæ comparatur felli, choleræ. 294.

Amator mundi conuertitur ad Deum per gratiam sicut mustum corruptum in vinum purum. 453, c.

Amicitiæ veræ dilectio quæ sit, & eius effectus: quomodo assimilatur calci & tartaro. 125, a.c. ficta vero amicitia proper vtilitatem triplex quæ sit, & eius defectus, & quomodo amicus propter vtilitatem fraudulẽtus comparatur accipitri. 209,d. 210, a. vulpi, cani, muri. 243, b. hortulano. 495, a.

Amor spiritualis & carnalis quomodo differunt. 243, d. Ille comparatur teriæ, igni. 11, c. lapidibus. 119, b. Hic autem inebriato,

Digitized by Google

Inebriato. 485, b. vterque veneri & radio. 10, c. 13, a.

Amor communiter multiplex dicitur quoad obiecta. 10, c. 194, a. eius proprietates, differentiæ, effectus lib. 1. cap. 4 lib. 3. cap. 63. Amor communis qui sit. 13, d. verus qui sit, & quid est maxime amandum. 305. comparatur calci & tartaro. 125, c. d. Amor diuinus quomodo figuratur. 12, c. conseruatur. 149, c. 463, b. augetur. 164, a. Eius effectus varij 453, c. Amor charitatis Dei ac proximi assimilatur pedibus humanis, & partibus eorum. 295. & lib. 6. cap. 4. Gingibero ac petroselino. 149, d. 150, a. sunt duæ alæ animæ. 225, a. Et Amor Dei quamdiu est operatur. 7, d. ac deficiente operatione deficit amor vt probatur legibus. 415, b. Amor autem sui minus nocet, ac limitatur legibus lib. 8. cap. 3. Inordinatus peruertit iudicium. 415. sibi est causa mortis. 495, a. comparatur hypocrisi. 296, a. triplici hydropisi. lib. 6. cap. 5.

Angelus quare dicitur vigil. 408, d. Angelorum varia natura, qualitas, excellentia, ministeria, & cur comparantur cælo chrystallino, igni, lib. 1. cap. 5. firmamento ac chrysallo. 366. Eorum ostenditur pulchritudo, fortitudo, beatitudo per duas visiones panduntur. lib. 7. cap. 1. cur & quibus membris corporeis pinguntur, 297, a. quomodo ministrant nobis. 304, a. quædam nobis reuelant, quædam occultant, 366 b. Eorum distinctio. 16, a. cognitio. 17, a. ordines. 389.

Animæ humanæ natura variabilis vt aër: multiformis vt planetæ lib. 1. cap. 6. colenda est vt ager. 414, a. quomodo spiritualiter ornatur. 456. renouatur. 454, c. & perficitur bono opere. 408, a. cur eget corpore. 16. cur ei coniungitur 291, b. trinitate quomodo representat. 100, a. quomodo cognoscit. 120. b. quando vocatur vidua. 416, b. vna non potest esse pluribus simul intenta. 302. b. Eius alæ duæ. 225, a. eius humilitas. 243. Eius inferiora quomodo debent disponi. 244. a. Quomodo comparatur vitro. 120, a. arbori. 193. aranex. 243, d.

Animæ Iustorum assimilantur paradiso, id est horto. 414, b. acervo tritici. 455, a. puellis, 297. b. Anima peccatrix in peccato dum est, non reficitur gratia. 419, d comparatur diserto. 73, c. Mulieri prægnanti. 279, d. quomodo reuocatur ad gratiam. 137. & reparatur. 210, a.

Antichristianorum duodecim conditiones lib. 7. cap. 2. comparatur locustis & equis.

Appetitus spiritualis velut corporalis quo pacto destruitur lib. 6. cap. 8. Appetitus mundanæ felicitatis comparatur dolori capitis, 300. a. b.

Apostoli, & Apostolici viri comparantur fontibus. 32. c. equis à Zacharia visis. 368, c. Eorum perfectiones notantur, & lateri comparantur. 300.

Aptitudines virtutum, vitiorum, artium quomodo insunt homini ex parte animæ, & corporis, & complexionis, pro vario influxu planetarum. 20, c.

Arma lucis. 5, c. Iustitiæ. 6, d. Iustorum spiritualia: animalium corporalia & naturalia: militum artificialia, quæ & quot sunt: eorum necessitas, quomodo inter se comparantur: quibus armis electi Dei se defendant, & de duplici genere armorum lib. 5. cap 9. lib. 9. cap. 4.

Articuli fidei comparantur duodecim signis Zodiaci 34. a.

Assumptio B. Mariæ describitur, & figuratur lib. 9. cap. 4.

Auaritia quid sit. 19. b. quàm detestabilis. 316, b. Insociabilis. 210, b. comparatur vmbræ. 20, d. onychino. 120, d. igni 69. b. cepæ, Iusquiamo. 150. b. languisugæ. 244, a. lepræ. 361, a. Amphoræ. 370, c. Nunquam lassat. 333, a. si sit similis est monstruosa. 315, c. Eius damna. 121, a. 240, c. 456, b. 160, c. defectus. 210, b. detestatio. 301, b. proteruitas. 370, c. proprietates variæ. 336, b. & quanta parit vitia. 288, b. Auarus comparatur gryphi. 210. b. cani, serpenti, aranex. 244, d. simiæ, formicæ. 245, a. cum magno damno lucratur illicita, & comparatur submerso. 495, b. varia eius tentatio. 404, a.

Auditor obliuiosus comparatur cribro. 495, d.

Audire & docere verbum Dei per autes docemur lib. 6. cap. 11. lib. 10. cap. 6.

Auctus interior quomodo debet exterio-

Digitized by Google

ti assimilati, & vtrique sunt necessaria quinque. 301, b.

Aures hominum duntaxat quare sunt semper inmobiles. 273. d. erectæ, & non pendentes, semper apertæ, cartiliginosæ, perforatæ, paruæ, breues: & aurium naturalis compositio. 302, c. 495. 304, d. 305, a 495, a.

Aureolæ quæ sunt, quibus debentur, quando dantur, cur sic vocantur, cur assimilantur coronæ luminarium halon. 21, b.

Authoritas & dispensatio superioris quomodo excusset inferiorum delicta vt patet in simonia. 416, c.

B

Baptismus comparatur fonti. 21, d. figuratur in Iordano. 22, b.

Beatitudines octo comparantur ventis. 22, c. 9

Beatitudo vera in quo consistit. 411, c.

Beatorum fælicitas, refectio, satietas lib. 6. cap 12.

Beneficientiæ obsequiis delinitur feritas mentis, exemplo elephantis 245, a.

Beneficia data à Christo figurantur in Iudæorum festiuitatibus. 496, a.

Blanditores assimilantur scorpionibus. 245, b.

Blasphemantes Deum vel sanctos, comparantur cornicibus: & quando blasphemia est peccatũ veniale aut mortale 210, c.

Bona in charitate facta quomodo possunt transferri absque meriti amissione. 416, d.

Boni à malis, vel inter se differunt naturaliter sicut plantæ lib. 3. cap. 8.

Boni viri assimilantur Marmoribus: & octo partes prudentiæ quæ perficiunt bonum explicantur lib. 2. cap. 4.

Boni viri assimilantur apibus quoad innocentiam, prudentiam, socialitatem, & singularitatis fugam lib. 4. cap. 11. quoad mundiciam assimilantur apum aluearijs: & quoad afflictionẽ vasis argenteis, Imaginibus, & figulis lib 9. cap. 6.

Bonitas & malitia humanæ vitæ vnde proueniant, variantur instar terræ & aquæ lib. 1. cap. 12. Quomodo oriantur, augeantur & dependant, ex bonitate aut malitia propriæ voluntatis, per varias animaliũ proprietates demonstratur lib. 5. cap. 13.

Bonitas vt fructus quid est, in quo differt à benignitate, quomodo eius natura, officium, effectus designantur in vento austri. 91. d. in elemento terræ. 38, c. In signo aquarij. 39, c. In planetis Venere, Mercurio, Luna, & est triplex. 41, a.

Benignitas vt fructus quid est, in quibus differt à bonitate, quomodo eius natura, officium, effectus designantur in vento Africo. 91, d. in elemento aëris, 38, b. in signo Leonis. 39, a. In planetis Saturno, Ioue, Marte, & est triplex 40, a.

Bonum corrumpi ex admixtione mali probatur exemplo praui sacrificij, & pallio religionis 496, c.

C

Cæcitatem mẽtis fugare per pænitentiæ partes docet nos lacerta. 247, d.

Cantica ecclesiastici officij delectant angelos, sicut cantus humanus delphinos, 212, d.

Caro spiritui, & spiritus carni, vbi & quomodo in mundo videtur subijci planetæ docent: & carnis ac spiritus pugna comparatur duobus contrariis ventis lib. 1. cap 14.

Caro autem debet subijci spiritui, non è conuerso vt patet per leges: & carnis delectationes velut alienæ merces sunt proijciendæ in mari lib. 8. cap. 7. Caro quomodo est mortificanda. 247, a affligenda lib. 9. cap 8. In Iuuentute domanda. 496, d. & assimilatur vaccæ, scorpioni, rubetæ lib. 5. cap 16. fœno, & taxo arbori. 157.

Carnalis lasciuia comparatur horundini: & carnales homines vulturibus. 212, b. variis serpentibus. 246, c. figurantur in visione de equis albis. 371, a. differunt à spiritualibus sicut pisces marini à fluuialibus. 212 c.

Castitas hominis bona operans comparatur castrationi bouis 247, b. Castitas cõtinentiæ, virginitatis, viduitatisque explanatur per cinamomi & balsami proprietates lib. 3. cap. 11.

Castitas vt fructus, quid est: quomodo eius na-

Digitized by Google

eius, natura officiū, & effectus designantur in vento vulturno 91, c. in elemento aquæ. 38, b. In signo virginis. 39, a. In planetis sole, venere, Mercurio: & est triplex. 40, a.

Casus malus non imputatur alicui, nisi eius culpa interuenerit, exemplo medici, & per leges. 418, a.

Cautelis, & circumspectionibus sancti abundant, & assimilantur pantheris, & animalibus plenis oculorum, ante & retro à D. Ioanne vilis. 247, b.

Charitas assimilatur soli, igni, calori, argillæ lib. 1. cap. 13. auro. 146, c. bitumini, sardio. 122, b. radici. 154. Cypresso, casiæ fistulæ, 155, a. Calamento, caricæ, mentæ. 156. dorso, tactui, manui lib. 6. cap 13. Eam implere docent castores, & cerui. 246, b. Ea deficiente nemo bene operatur, eius necessitas, vtilitas, perfectio, gradus & ordo explanatur in ferro ignito, fundamento lib. 9. cap. 7.

Charitas vt fructus quid est, & quomodo eius natura, officium, effectus designantur in vento subsolano. 91, b. in elemento ignis. 38, b. in signo gemini. 38, d. In planetis Ioue, Mercurio, Luna, & est triplex. 39, d.

Christus vocatur Leo. 411, c. comparatur luci, soli, olympo lib. 1. cap. 91. stateræ. 493, b petræ, Chrysolito. 147, a. dracontiæ, flori, myrrhæ, cedro, violæ, lilio, rosæ lib. 3. cap. 85. fuligæ. 207, b. gallinæ, & passeribus oblatis à leprosis. 240, b. figuratur per vaccam rufam, & per singula quæ continebantur in tabernaculo, altari, & arca lib. 9. cap 91. Eius tota vita per multas visiones demonstratur lib. 7. cap. 36. Eius passiones, merita, & perfectiones in somno Ioseph declarantur. 391, b. Tria eius præcipua dona quæ sunt, & quid significent. 316, b. Eius quinque opera principalia, & septem mysteria. 412, a. Eius tres substantiæ. 172. Quomodo est quærendus sicut topazius lib. 2. cap. 30 cur binos Apostolos ad prædicandum præmisit. 343, d. Et est exemplar amoris paterni & coniugalis. 393.

Christiani, saraceni, Iudei differunt sicut planetæ: & quæ bona de Christo & religione Christiana habet lex saracenorum lib. 1. cap. 92.

Claustralium vita comparatur turturi. 288, a.

Clericorum nouæ legis perfectio ex tonsura & rasura capitis ostenditur: & de cerū lotione spirituali ac Leuitarum corporali. 497, a. eorum ornatus. 459, d.

Cogitatio interna peccati sine consensu operis, aut delectatione morosa, nō tollit gratiam, nec merita præcedentia. 418, b. Cogitationes terrenæ trahunt homines in laqueum diaboli exemplo muscarum & auium. 212, d. Malæ comparantur latrunculis & internunciis. 497, b. Et cogitationes generaliter comparantur capillis propter sex. 308, a.

Compassio super afflictum quid boni efficiat elephas docet, & eius barritus. 249, a.

Compūctiones sanctæ sunt a Deo, cooperante tamen libero arbitrio, exemplo terræ & pluuiæ. 28. compunctio quadruplex. 322, b. Eius effectus contra tentationes in capreolo vulnerato cernuntur. 249, a. Compunctio cordis vino & aceto comparatur. 461, a. si proueniat ex desidetio cæleti cōparatur lotioni per niuem. 497, d. Et eius feruor comparatur flammæ ignis. 87, a. Et aquæ propter septem si sit lachrymosa lib. 1. cap. 43.

Concupiscentiæ carnis potentia. 208. b. vitia per agram nebulam patent. 27, b. comparatur scorpioni & syrenæ lib. 5. cap. 16.

Coniux quo pacto sit quærēda, & coniugij dilectio est seruāda exemplo auium, maximè ciconiarum lib. 4. cap. 15.

Confessio peccati comparatur sudori. 486, a. præseruatiuo. 460, d. scissæ nubis sono, 74, c. quid præcedere debet per leges. 418, c. & exemplo aduocati. 497, c. facienda est dum recens sit peccatum exemplo canis ægroti, & consuetudinis periculosæ, 248, c. Ante mortem exemplo latronis, & aduocati. 497, c. Eius necessitas triplex exemplis demonstratur. 460, d. continendi verecundia quantum obest, exemplo Leonis, & canis, ac ranæ monemur. 248. frequens confessio quot bona adfert. 426, c. susurronum maligna confessio quid est. 474, c.

Cibus spiritualis doctrinę qualiter sit recipiendus

Digitized by Google

Piendus camelus docet. 248, d.
Confidentia sanctorum est in spiritu & capite, & in hoc assimilantur leonibus. 248, d.
Confortatur homo à Deo ad bene operandum, vt patet in visione Abrahæ. l. 7. c. 7.
Conscientiæ suæ domum debet homo ædificare, ornare, seruare exéplo bombicis. 249, b. & grauamen eius remouere iura docent. 418, d.
Consolationes diuinæ quibus dentur per duo dolia vini in palatio Iouis docetur. 498, c. & consolandi ordo qualis sit, & consolari alium non posse qui ei non vult compati veteris iudicemur exemplo ferri. 461, c.
Consuetudo bona quæ sit & eius effectus boni. l. 8 c. 28. Eius vis ac potestas. 442, b. Consuetudo inueterata. 417, a. consuetudo peccari indurata difficilius amouetur exemplo ceræ, lepræ, vestis veteris, & rustici. 461, d. inducta consuetudo ad grauamen ecclesiæ non valet. 408, d.
Contemplationis & contemplantis status, dignitas, fructus, perfectio, locus, gradus, ordo, necessitas, designantur in saphyro & zinethi. 123, a. In oliua, mandragora, ficu, mustato. 158. In auibus quibusdam. 214, iii habitatione animalium. 249. In somniis ac visionibus. 309, 376. In dormientibus. 498, In scala Iacob 373, & vita contemplatiua comparatur cellæ vinariæ, & sepulchro 451, sunt actiua agricultura. 452, & contemplatio hominis in carne non potest esse diuturna. 123, b. & 159.
Continentia quo pacto est seruanda. 498, b. Eius fructus in vulturibus cernitur, & per opposita. 215, a. Continens virgo comparatur margaritæ & chalibi. 123. d. castori. 247, c. l. Continentia vt est fructus quid est: Et eius natura officium, effectus, & à castitate differentia cernuntur in vento fauonio. 91, c. in elemento aquæ. 38, b. in signo scorpionis. 39, b. in planetis martis, solis, veneris: & est triplex. 40 c.
Contritio humilis tollit venenum culpæ, & tristitiam mitigat conscientiæ, sicut musteæ contritæ morsum araneæ. 249, d. Et lachrimosa comparatur pluuiæ. 53, b.
Contumacia quid est, & quotuplex, quibus peccatis comparatur, & quomodo punitur per leges. l. 8, c. 32.
Conuersatio bona qualis esse debeat docemur exemplo Arcæ Noe. l. 9 c. 14.
Conuersio peccatoris ad deum comparatur conuersionibus quinque exscripturis lib. 1. cap. 17. feruida comparatur carbonibus. 28, d. fera est periculosa. 434, d. non est differenda. 215, c. & nouiter conuersus debet gubernari & foueri ad modum infantis. lib. 6, cap. 17.
Cupitiua quid est, & vnde dicatur. 427, c.
Cor assimilatur lecto, 463, b membrum dicitur radicale. 237, c. Eius compunctio comparatur vino, & aceto. 448. Eius pax conseruanda est vt castrum. 463, 476, a. Cor serui dei assimilatur radici. 259, semini rasæ. 160, a. In deo tantum est locandum exemplo scaccarij. 49. b. est aperiendum vt schola, fenestra, chalamus. 499, a. Innouandum est exemplo piscis. 215, d. purificandum instar corali. 138, munde custodendum vt vas. 462, 7. d. cooperari debet charitati. 251, b. Cor durum comparatur crocodilo & Pharaoni. 255, b. Cordis virtum Diabolus super omnia diligit, quare. 250, a. Cordis generatio, forma, virtus, perfectio describitur. 352.
Corporum sensibilium distinctio. 4. d. Sanctorum & Damnatorum corporum status post resurrectionem. 419, b.
Corpus hominis comparatur nebulæ, & eius infœlicitas representatur in puluere. 29, b. Eius sensibus adaptantur vires animæ. 364, b. Eius membra representant vnitatem ecclesiæ. 362, Eius conditiones representantur per tempora capitis: & qualiter sit gubernandum ipsa natura carnis docet l. 6, c. 18, præseruatur a putrefactione per quatuor. 79, b. Corpori seruire neglecta anima est proprium reproborum, exemplo Cain, & Iabel. 463, c. Corpus christi sub sacramento assimilatur libro signato. 374, c.
Correctio siue correptio quid est. 464, b. correptio peccati fraterni quomodo, & à quo

Digitized by Google

& à quo fieri debet. 196, seuera comparatur carduo. 180, b. quomodo ferri à subditis, & fieri à prælatis debet barbatonsor docet. lib. 9, c. 17, & lima corrodens dicitur correptio aspera. 139, b.

Correptor durus assimilatur indocto medico & fatuo reparanti veteres patellas. 464 b. Correptio assimilatur coti & bonus correptor ziniti. 125, a. & croco. 151, c.

Corripi quomodo debet clericl. 419, a.

Crudeles quales habent exitum, vultures, culices, & Aman edocent. l. 41, 20. & canes. 250, b.

Crux christi comparatur moro. 183, a. diabolum ligauit, prostrauit vt in boue siluestri notatur. 250, c. Et sicut virga Moysis & Assueriesi eius virtus. 499 a.

Cupidi de terrenis similes sunt vallibus & terræmotui. 29 a. leopardo. 250, & cupiditas radici comparatur. 160, c.

Culpa quando sequitur factum, quando est ante factum, quando est in facto, quomodo est excusabilis, & quando non. 419, d.

Cura pastoralis comparatur Murmillæ. 313, a.

Curiositas mentis comparatur dolori verticis. 313, d.

Curiositas nouitatum est instrumentum diaboli & comparatur ceruo. 251, a. Cura temporalium comparatur Bombici. 250, d. Curiosi perscrutatores comparantur culicibus, & eorum exitus qualis est. 216, a.

Custodia sui mala, est causa mortis ánimæ exemplo Isboseth. 499, b.

D.

DAEmones insidiantur solitariis, negligentibus, somnolentis, ac dormientibus exemplo serpentum. 282 b. dæmonum elatio, tentatio, potestas, refrenatio, & infestatio contra prædicatores in visione de locustis: in signo Thau, in quatuor angelis & ventis exprimitur. l. 7, c. 10 repellendi sunt vt pulices, cynises, formicæ, & milites. lib. 9. cap. 18.

Damnati in inferno nec recipere, nec conferre possunt suffragia. 419, b gloriam beatorum vident, sed confusio. 310; a. nec culpam in Deum conferre possunt. 434. Exire inde non possunt, nisi ad tempus, permissu Dei. 464.

Damni dati culpa quando est excusabilis, quando non. 419, c. Damnum illatum quando remitti potest, & quando non, per leges. 445, a.

Desideria mentis sunt quasi cornua capitis & bona.

Desideria cum charitate coniuncta ad bene operandum quantum valeant cernitur in boue. 251, b.

Detractor comparatur serpenti. 251, c.

Deuotio quid est. 218, c. comparatur oleo. 161 pinguedini. 314, a. perficitur admodum ablactati animalis 251, d.

Deus quid sit secúdum Trismegistum. 202, qualiter viatores eum comprehendant, qualiter nos diligit. 90 202, 385. Quo pacto attribuúntur ei humana membra, motus, ac situs aperitur. 314, c. 386, c. comparatur speculo. 486 a.

Diabolus est hostis fidei, amat tenebras instar latronis, mali mercatoris, & corui. 502 a. comparatur buboni, nicticoraci pauoni. 226, b. Quo pacto nos prauitate sua fallit, & nos ei resistere debemus Docent Draco, serpens, coluber, ceraste, lupus, vulpes, taxus, bos siluester & catus. l. 5, c. 39. Comparatur sui. 250, a. mulieri capienti mucas: & latroni. 499, d. vento aquilonari & se transfigurat vt nos decipiat. 88, b. Cur ei debemus renunciare ponuntur septem causæ l. 8. c. 17. Eius rapacitas in Amphora Zachariæ cernitur 370, b. Eius nomen & potestas. 368 b. Eius refrenatio patet in Iob. 375. Eius tentatio augetur per pœnitentiam fidelium exemplo venti æstiui. 36, d. cur dicitur stella. 383 d.

Dignitatis status quo altior, eo molestior, & ambientes eam comparantur arboribus. 161, b. Dignitas & infirmitas humana cernitur in animalibus 235, d.

Diligere debet homo omnes homines, & peccatum odire exemplo pantheræ. 254 a. Diligentibus Deum non obsunt sed prosunt aduersa, vt patet in passeribus. 216, d. Dilectionis officium, necessitas, ef-

cas, effectus, perfectio ex merito cernantur, 341,d. ex calice, & tartaro. 125. diligunt Deum sancti tribus modis. 357,a.

Discordia comparatur grandini. 36,a. Eius authores sunt excludendi sicut incendiarij. 420.

Discretio in omni opere est adhibenda, sicut omnis victima erat sale saliенda. 372, c.

Diuitiarum & diuitum molestiæ, incertus status, vsus, contemptus, prosperitas, effectus, exitus malus cernuntur in montibus hyperboreis. 30, d. in spinis. 161, c. in pilis. 315, b. fumo. 465. bubonibus. 232,c. in vineis clausis. 162, a. in arboribus. 500,a. diuitias temnere docent sancti mortui sicut ossa gallorum & gallinarum. 218,b.

Doctores ecclesiæ sancti comparantur stellis tauri quæ vocatur hyades, & montibus lib.1. cap.22 renibus, hepati, sanguini, dorso. 317,c. Asinis & cerui. 254. animalibus viris ab Ezechiele: forti angelo à Ioanne viso, & aureo candelabro à Zacharia viso comparantur: & conditiones boni doctoris describuntur lib.1. cap. 22 [illegible],d.

Doctrina Christi comparatur aquæ Macedoniæ: fonti, pluuiq, piscinæ. 32. spiritualis doctrina comparatur cibo corporali: & predicantis doctrina debet esse similis voci dulci lib.6 cap.25. & gallo. 217,a. & scripturæ sacræ doctrina comparatur Apio. 162, a. Catholica Doctrina ab hæretica quid differt ex duobus calathis in visione Hieremiæ describitur. 38,c.

Dolosus homo comparatur mygali, & vulpi. 254,c.

Dominari laudabiliter subditis docet nomé Dominus, cuius sunt quinque conditiones: & Domini tyranici vitia notantur. 318,a.

Domus mentis quo pacto est ædificanda, & munienda exemplo castorum: & domus Dei quot modis accipitur lib. 1. cap.44.

Dona septem spiritus sancti quæ sunt: eorum effectus, & eis apposita vitia patent ex somno pharaonis lib.7. cap. 12. comparantur septem planetis. 32,d. & lib. 2. cap.36.

Dura mens non emendatur flagellis: & comparantur cocodrillo. 255, b.

Dubia, in quibus vertitur periculum animæ, quo pacto sunt iudicanda secundum Iuristas lib. 8. cap. 19.

E

Ecclesia Christi quando habuit initium. 32, b. assimilatur motibus firmamenti, signis Zodiaci, ac monti Syon lib. 2. cap. 35. Eius vnitas qualis esse debet. 362,b.

Ecclesiæ militantis cultura siue gubernatio quomodo figuratur lib. 9. cap. 20. eius ministris quatuor sunt necessaria. 460, a. Ecclesia viduata quibus priuatur bonis. 416,b. Ecclesiæ curæ quando licet renunciare lib. 8. cap. 17. vni ecclesiæ alligatus ineligibilis est in alia, 448,a.

Ecclesiæ gtauamen non est tolerandum. 418,d.

Elatio mentis assimilatur tyrano: Ejicitur veniente tentatione vel fortiore hoste. 500,d.

Electi Dei comparantur lapidibus. 119, b. quibus licti, & genti cui aspis non nocet lib. 5. cap. 45. & cerui. 500,b. representant pleiades. 35,a. Electio per inspirationem non est in forma Iuris. 427. Electionis per viam scrutinij authoritas. 422, a. ad electionem aliquando vocantur extranei non ad eligendum vt rex ad defendendum, populus ad consentiendum. 432,a.

Elationem superborum semper sequitur deiectio, vt designatur in planetis lib. 1. cap. 28. Exaltatur sæpe indignus & quare: exemplo paleij, & cappæ pluuialis. 466,c. Exaltat diabolus hominem vt eum frangat exemplo corniculæ & nucis, aquilæ & Æschili poetæ 217.

Eleemosina cõparatur cardamomo & semini. 162,c danda est ex superfluis exemplo aquilæ. 217,c. & indigenti exemplo vineæ: assimilatur lucernæ, danda est hilariter exemplo Dei, & speculi 466,a.

Eleemosinarius comparatur monti Oliueti, 35,c. debet respicere indigentiores, digniо-

digniores, & non negligere propinquos. 422,d.

Eloquentia assimilatur æri, siue cupro, & est triplex lib.2.cap.10. Eloquētia sapiētum comparatur frondositati arborum: eloquentiæ veræ & inanis differentia: & ad gratisam eloquentiam requiruntur plura 163,a.

Error tolerandus aut excusandus qui sit: & error peccātiū assimilatur errori ementium & vendentium propter sex.

Erubescentes benefacere reformādi sunt, sicut equi vmbratici, & pueri timentes latratum canis. 500,d. ætas Inuenilis aptior est disciplinæ vel pænitentiis quàm senilis, exemplo ceræ, & virgulæ. 466,b.

Euangelistæ quare dicuntur equi, caballi, sonipedes, & serui Christi. 256,b. figurantur varijs modis. & vocantur fabri ecclesiæ lib.7. cap.368,b.

Eucharistiæ sacramentum comparatur Diacleti, & Eschiti. 126,d. Eius dignitas representatur in missa per nouem lib. 10. cap.26.

Excommunicatio comparatur morsui canis rabidi.256, c. Adæ expēlo: Et eius pæna per leges in sex casibus ostenditur lib.8. cap.22.

Exemplar in omnibus operibus proponere prodest ex consilio d. Pauli 3,a. Exempla sanctorum qui ceciderunt & resurrexerunt valde proficiunt alijs, & comparantur musto, ac capreolis: sicut exemplum malorum nocet alijs, & comparatur candelæ extinctæ. 256,c. Exempla mala prælatorum quantum nocent gallus senescens docet. 218, b. Exemplum humilitatis & patientię Christi quantū valeat contra aduersa pisciculus Echinus docet, sicut exempla sanctorum docent diuitias temnere. 218,a.

Exercitij corporalis conditiones & vtilitates quinque.323,a.

Exhortatio ad bene agendum, vel malum dimittendum qua ratione sit facienda ficus sterilis docet. 163,d.

F

FAlsitas spiritualis, sicut temporalis quadruplex refertur ad quatuor genera peccatorum, & punitur legibus lib. 8. cap. 23. & falsidicus tribus est obnoxius. 430.

Fatuus non est sociandus sapienti, nec bos asino.257,a.

Familiaritatis viri cum muliere periculum papilio docet, & candela, fœnum, & stupa cum igni: terra & aqua. 257,a.

Fautor mali præsumitur qui non propulsat iniuriam si posset: & punitur lege vt qui non defendit clericum. 424.b.

Feruor pænitentiæ, compunctionis, & fidei, suscitat malitiam diaboli, & fortem persecutionem, ac comparatur vento æstiuo: duplici cani cælesti: & flammæ. 36. 375. feruor deuotæ mentis expellit tentationes exemplo vulturis. 218,c. post lapsum eleuatur auxilio gratiæ. 219,c. Feruor spiritus, charitatis, & deuotionis consumit lasciuiam carnis, vt calor pinguedinem in camelo. 257,a nec potest cohiberi, exemplo vasis ænei. 466. Feruor diuini amoris augetur in afflictione carnis exemplo pini 164,a.

Fictè penitens & hypocrita, similis est boraci.267,b.

Fides vt fructus spiritus sancti quid est, quomodo eius natura, officium, gradus & effectus varij designantur in vento Euro. 91, c. in elemento ignis, in signo arietis, In planetis Marte, sole, & venere. 38 39.

Fides est gratia gratis data, comparatur circulo galaxiæ. 45, c. quid operatur in nobis cerua & formica docent.287,c. Eius virtus, dignitas, excellentia, prioritas, necessitas, perfectio, & effectus varij cernuntur in æstu, flamma ignis. 36, d. in tiuo à fonte ducto. 37,d. in carbunculo. 126,d. in Amiathone. 127, b. in argento viuo. 146, c. in castanea & in synopi. 165, a. in Amygdalo. 164, b. in radice & fundamento edificij. 164,c. in cuti siue pelli. 318. discernitur per opera vt saphyrus per scintillam. 128,a. Ad querenda inuisibila trahit vt ceruus. 357, b. dicitur primus angelus, & eius fructus figurantur per visionem. 382, d. Et fidem præ alijs omnibus auferre conatur diabolus ratione luminis. exemplo latronis, corui, & mercatoris dolosi. 502,a.

Fideli

Digitized by Google

Fidelis quot modis dicitur à Iuristis, & fidei decem significata ponuntur. 424,a, Est etiam triplex. 192, c.

Fidelium status figuratur in tabernaculo : & antiqui erant feruentiores moderniis sicut vinum vetus calidius est nouo 467, a.

Filius Dei adoptiuus tripliciter dicitur, sicut filius hominis per legem 425,d.

Filij Dei æterna generatio & quomodo est verus Deus & verus homo ex natura lucis ostenditur. 114. 116,a.

Filiorum erga parentes pietatem cornix & vpupa docent 218. & glires. 257,c. Patris in filios amor inordinatus cernitur in cigoniis. 218. filij autem quomodo educandi sunt caranex docent. 277,c. & cæsa. 466. b. quaptum filij obligantur parentibus leges dicunt. 436,d. vbi & quomodo tenentur imitari parentes filij exemplo Iosæ. 165. c.

Flagellum tribulationis quantum boni facit cernitur in apibus. 219. & in virgis scoparum. 502, a. flagellum diuinæ iustitiæ comparatur sagittis : & quot modis Deus animam & corpus vulnerat vt sanet cernitur in medico : & flagellum dicitur nuncius Dei. 467, b.

Firmitudo comparatur ferro. 146. d. Barbæ etiam, ac fortia opera appellantur pili barbæ. 319, a.

Fortunæ instabilitas ex fœno perspicitur. 165, d.

Fraudulentia dæmonum, hæreticorum, hypocritarũ comparatur perdici, polypo, cancro. 219. quot modis fraudulentus perdit meritum sui operis. 425, b.

Frequentatio confessionis quot bona inferat animæ consuetudo docet. 425, d.

Fructus spiritus sancti qui, & quot sunt, ac quomodo representantur in elementis, planetis, & signis cælestibus, generaliter & singillatim docetur lib. 1. cap. 31. & in venis lib. 1. cap. 78.

Fructus arborum quomodo generantur, maturantur, perficiuntur : bonorum fructuum proprietates, & quomodo illis assimilantur bona opera lib. 3. cap. 42.

G

Gaudium & fructus spiritus sancti quid est : & quomodo eius natura, officium, gradus, & effectus designantur in vento Zephyro. 91, d. in elemento aeris. 38, b. In signo capricorni. 39. b. In planetis, Ioue, Marte, Sole, & est multiplex. 40, d.

Gaudia beatorum designantur in aquis illis quas vidit Ezechiel 383, a.

Garrulus & gulosus graculo comparantur, 219, c.

Gloria æterna quæ, & qualis est, ac perfectatur in cælo Empyreo lib. 1. cap. 32.

Gratia Dei comparatur Iaspidi : Saphyro, Onychino, Sali, nitro : lib. 2. cap. 14. Oleo, Vnctioni, Frumento, Capre, cucumeri, Dyptanno lib. 3. cap. 17. membro radicali. 256. Medullæ. 319, d. Reficit animam quàmdiu est munda vt cernitur in pullis coruinis. 219, d. Infunditur cordi, sed bene disposita, exemplo pergamenæ rasæ & terræ à spinis & malis herbis liberatæ, vasis mundi, pleni non confracti. 502. Nec respicit animam finaliter impœnitentem, exemplo caladrij albi. 220, b. nec operatur in homine sine ipsius voluntate, vt in sacramentis patet. 426, b. Armat animam in aduersis & prosperis, vt vnctio pinguis galli à pantheris & leonibus. 220, a. tollitur per vnum actum peccati mortalis exemplo priuilegij. 425, b.

Gratiæ gratis datæ quæ sunt, & comprantur mæribus vtbis. 467, d. circulis iperæ : & quæ sunt istæ, ac cur dicuntur gratiæ lib. 1. cap. 14.

Gratiæ gratum facientes quæ sunt : comparantur munitionibus. 467, d. primo mobili. 42. b. Rori, aquæ, fluuio de paradiso egredienti, ac quatuor eius capitibus separatim : aquæ puteali, & fontibus lib. 1. cap. 33.

Gratos nos esse benefactoribus pandecta docet. 217, d.

Gulæ damna, voracisque naturam, vti & cocodrilli ostendunt. 258, a. Gula dominatur in magnis sicut vnicornu in elephante. 264, d. Assimilatur gutturi : & quitum nocet animæ & corpori pinguedo ipsius corporis ostendit. 320, b. Gulæ siue gulositatis effectus. 182, b. eius delitias non natura introduxit, sed voluptas, vt cernitur in quercu, & coryandro. 167, c. Gulosus est otiosus, ad contemplandum ineptus

Digitized by Google

ineptus, vt cernitur in cigni, in locustis, in muiuis. 220, b.

H.

HEretici, & hypocritæ aspectu simulatæ sanctitatis, & afflatu falsæ doctrinæ decipiunt, vt cernitur in balæna 220, d. eorum & catholicorum doctrinæ differentia. 280, c. eorum vita comparatur anttis terræ: & eorum doctrina alluuioni. 47, a. Qui sunt vocanti hæretici per leges, & eorum pœna. 426, a.

Hæreses a diabolo præcipuè proceduntvt cernitur in visione de stella Absynthio: & eorum malignitas in equo rufo aperitur. 383, c. Eorum fraus in perdice, polypo, & cancro cernitur. 339. b. eorum persecutio & prauitas in visione equi nigri ostenditur. 394, a assimilantur leunculis: filiis viperæ, catulis pantheræ, lupis. 281, d.

Habentes abundantiam temporalium comparantur pinguibus animalibus ad esum pessimis: & multum illis nocet rerum copia. 258, b.

Hypocrita comparatur aurichalco. 130 eorum fraus, iniquitas, malignitas, dolus, natura designantur in chrysolemo & aurichalico l. 2, c. 17. in perdice, polypo, cancro. 219, b. In struthione & cigno: in animalibus nunc in aqua nunc in terra viuentibus. 222. c. in mygali, vulpe. 254, in cocodrilla, panthera, eruca, papilione. 262, eorum prauitas & persecutio in visione de equo nigro & pallido demonstratur. 395. Eorum & scientiæ libris falsis comparãtur, & ex diuina sententia quandoque feriũtur vt sanentur, sicut poma rugosa. 469, d. comparantur arundini & eorum pœnitentia vmbræ nuci. 170, b. hypocrisis triplex in visione cernitur. 384, c.

Homo quid sit & cur a deo creatur. 64, a cur statura rectæ formatur, & quomodo sit seruus peccati: quomodo effugiat potestatem diaboli. 260, d. quæ tria eum solicitium reddunt. 483, b. quomodo ex elementis componitur, homo subtilis assimilatur leopardo. 108, inconstans sycomoro. 170, c. & hyenæ. 266. c. bonus arbori bonæ, & croco. 150, malus zizaneæ. 171, c. Perfectus ardijs. 330. b. muratur homo spiritualiter sex modis sicut corporaliter. l. 1, c. 52.

Humanæ vitæ productionis principia & fundamenta tria. 133, a. humanæ vitæ status naturalis, corporalis, moralis, spiritualis demonstrãtur. 86, 87. 88, & comparatur scintillæ 108, vento. 119, b. homines variis in locis adaptantur ad diuersa. l. 1, c 46. homo impatiens semper est quærulus 464, b. hominis miseria quanta est. in quibus consistit, & quomodo ipsa salus hominis dicatur ægritudo. 305, a. homines tum boni, tum mali comparantur iumentis, reptilibus, & bestiis variis pro varietate naturæ, conditionis, loci. l. 5, c. 59. & 13, In hominibus quomodo, & quantum dominantur planetæ. 20, c.

Honestatem & pudicitiam operis coniugalis elephas docet seruare. 259 b.

Humilis homo comparatur damulæ. 259, b. ficui, fraxino, bdellio, casiæ. 168 hysopo, anetho, psillio. 169, genibus 32 d cœlidonio. 130, b.

Humilitas assimilatur magneti, & allectoriæ l. 2, c. 14, sterquilinio Iobi. 302 b. Rosis siccatis & puluerizatis, ollæ rudi, & canæ. 468, a. Eius perfectio 130, b. cognatio cum aliis virtutibus. l. 6, c. 32. Eius meritum. 468, a. In somno Ioseph, ostenditur. 384, b. Eius effectus, & quam grata sit deo & vtilis homini humilitas. l. 5, c. 61, l. 3, c. 29, l. 4, c. 37. Eius virtus quomodo nascatur in homine, erudit & informat eum cernitur in cete, echino, aquila. 221, a.

I.

INcarnationis christi causa & assimilatur rori, aut rorationi. 41, d.

Ignis inferni inextinguibilis naturaliter in Albestion lapide probatur. 130, c. corpora cruciabit & non consumet exemplo salamandræ. 260. a horribilitas illius depingitur. 69, a.

Digitized by Google

Ignorantia vel error rationis inducit peccatum, vt eclypsis solis terræ motum, & comparatur tenebræ. 49, c. Ignorantia Iuris quando excusat, quando non 42, b.

Immundicia conuenticuli hæreticorum figuratur per lepram domus mentis, per immundiciam domi, vestis, & vasis designatur. 469, a. Spirituales per corporalem: & quales in lege erant immundi, & quid illæ immunditiæ significabant. 321, c.

Impatiens quomodo domatur, & vtso comparatur. 261, a. semper est querulus, & comparatur currui stridenti, anseri pipanti, gallinæ ciuffanti; aui in cauea, & porco grunienti. 469, b In affectione comparatur fonti luioto iacto lapide; homini sine capa tempore pluuiæ, tegulæ non decoctæ homini inermi inter hostes 475, d. Et Impatientiæ causa in accediosis & opulentis ex dorsi dolore, & effectis ostenditur. 321, d.

Impenitentiæ finalis grauitatem pulli coruorum; gallus, & caladrius designant. 226, a.

Imperseuerantes in bono comparantur satyris, & faunis, ac leopardis. 261. a. Inconstans comparatur mercurio & aeri. 49, b. sycomoro ac lactucæ 269. c. aui incarceratæ, & miluo 221. b. hyenæ. 260, c. chamelconti. 261, ægrotanti. 502 c. gallo super pinnaculum templi: pallæ, & pomo caduco 468, b.

Incestum abhorrere equus docet, & camelus. 260, a.

Inertes castigare docent apes. 121, b. 221, d.

Incipientes in via dei sunt instituendi oleribus & pomis exemplo primæ ætatis. 502, b.

Incontinentiam coniugalem vitare cerui docent 260, c. Incontinentes scienter peccantes comparantur inuolutis in via 503.

Infectiui & incorrigibiles sunt expellendi, vt dentium dolor per eradicationem. 321, b.

Infirmitas corporalis est medicina infirmæ mentis exemplo leonis: & vtriusque remedium discas ab elephante. 264. c. Illa hanc liberat peccato, sicut fluxus narium puerum ab epilepsia. 321. b. & vtriusque infirmitatis signa mortifera & salutifera ponuntur nouem 502.

Infernus assimilatur naſſæ, & domui Dedali 468. & infernalis pœnæ meditationem prodesse nutrix docet. 503, c. pœnam illam non esse omnibus æqualem exemplo stantium in æstu solis docetur. 508 d.

Ingenium plusquam vires valere docet leopardus: 260 d.

Ingratitudo exhæredat filios exemplo pellicani. 221, c.

Iniuria quo modis infertur deo sicut homini. l. 8. c 34.

Innocentia vera quid sit. 255, c. eius persecutores comparantur Delphinis. 222, a.

Inobedientia coparatur Idololatriæ, & eam punire apes docent. 221, a. quid differt à contumacia. 426.

Inspiratio dei qualiter fiat Elephas apud Iobum docet. 385. Et inspirata quantum valent vide 427, b.

Intentio comparatur radici. 170 a. bona intentio semper requiritur ad operandum 436 a. At non liberat a pœna si opus sit illicitum 428, d.

Inuidia quid est, vnde dicitur; eius prauitas in pauone patet 222, b. In serpentibus, cerno, vrso, syrena salamandra, lynce, dracone, papilione. 261, c.

In igni, artifice doloso, homine czcheli 469, in dolore dentium, & putredine oculum. 322. b.

Iosephi somnium interpretatur. 314. b.

Ira naturaliter quid est: & eius prauitas & damna designantur variis exemplis. 263. 172, b. 470, & quomodo est irascendum. 142, b. Ira humana per zelum quid sit 50, a. quomodo dirigatur exemplo collyrii & ancillæ 470, eius effectus, & quod non est contemnenda gelboe montes docet 52. c. Ira humana per vitium quid est, comparatur Cerasiæ: pluuiæ impetuosæ: aquæ torrentis. l. 1. c. 41. quomodo sanatur 470. quomodo occidit animam propriam exemplo apus-

apum. 221, d. Iræ gradus tres sunt: Et iracundorum differentia, & quomodo comparantur ligno arido: accensis calamis. 504, a. Apro. 262, d. domui ligneæ. 470, a. & ligno spinoso. 172, a.

Ira Dei quid sit: quomodo est in deo: quo serior eo est grauior. quanta sit nūc, exemplo ardoris solis in nube: quanta sit futura in fine, exemplo Iridis. 50. a.

Iudicis officium & quæ sunt ei necessaria. 230, b. qualis debet Iudex esse exemplo oculi. 504, b. 506, c.

Iudicium suspiciosum & incertum de malo, siue temerarium quid est: & quomodo vitandum. 430, a. vnde procedat: & quomodo comparatur metallo in modulo informi: vani corrupto: ægroto. 470, c. nō esse iudicandum secundum exteriora accipiter docet. 233, & hædus ac Tyrus. 263. c.

Iudicium Christi extremum comparatur foro Iudiciali Iuristarum. 429, a. statui humano. eius structa ratio. 504, a. Et dies illius Iudicij erit instar portæ. 470, b.

Iuramentum quomodo violari, aut non violari sine peccato potest: & illius peccati prauitas. 430, d.

Iustitia quid sit: eius æqualitas, modus, forma, perfectio, distinctio ostenduntur. 51, 52, 48, 80, 131. & comparatur argento 146, d. & ferro. 131, b.

Iusti perfectio exemplo palmæ. 170, c. Eius compunctio & conseruatio cernitur in hepate. 322, b. vita eius comparatur triplici electro. l. 2, c. 19. & 131. Iusti pauci multis peccatoribus præferuntur legibus. 431. a.

Iuuenum vitia facilius corriguntur quam prouectiora, exemplo epilepsiæ. 322, d.

L

Labor pænitentium qualis & quantus esse debet 233, a.

Lachrymarum compunctionis vis, potestas, effectus, vtilitas & perfectio multis exemplis explanantur. 28, b. lib 1. cap. 43. lib. 3 cap 34. 22, 228. 253. 470.

Lasciuia comparatur hirundini. 232. & lasciuus comparatur campo: vitulæ de armento: & domari debet vomere pænitentiæ. 54, b.

Laus diuina qualis sit cicada docet. 223, c.

Lex diuina quantum differt ab humana lib. 8. cap. 40. & humana comparatur telæ aranearum. 264, a.

Lingua maledicta cōparatur terræmotui: & dulcis aeri: ac vtriusque effectus ostenduntur. 54, c. Contumeliosa comparatur flagello: & linguæ flagellū definitur. 504, c.

Loca diuersa quomodo homines diuersimode trahant, planetæ docent. 54, d. 55, a. locus non sanctificat hominem, sed homo locum. 432, a.

Loqui volens irreprehensibiliter debet prius examinare quid dicet, & arbitro bono se similem facere. 404, c. & loqui quomodo debemus labiorum officia naturalia docent. 323.

Longanimitas vt fructus spiritus sancti quid est: & eius natura, officium, gradus designatur in vento aquilone. 92, a. in elemento terræ: in signo piscis: in planetis Saturno, Ioue, Marte: quomodo differt à patientia, & quotuplex est. 38. 39. 40.

Longanimiter defectum tolerare: & pœnam ad tempus congruum esse onager docet. 264, a.

Ludi hominum, & chorearum saltus inordinati, sunt communiter præsagia mali exitus: vt cernitur in Delphinis. 322, c. 223, c.

Luxuriæ effectus mortiferi, obscænitas, deformitas designantur. 55, c. 132, c. 215, b. Eius ignis quomodo accenditur. 504, d. 471, a. eius mediatrices quomodo puniuntur. 432, b.

Luxuria quomodo dominatur in magnis: eius damna: & quomodo comparatur hyrco, porco, boraci, elephanti, tineæ: lib. 5. cap. 78. pauoni, Ouan filio Iudæ, 222, d.

M

Mali cur fugiunt consortium bonorum. 512. cur aliquando exaltantur.

Digitized by Google

466,c. assimilatur zizanijs. 171,c. & asi quando columbis. 223,b.

Mandata Dei cur Pharisei in fronte & manibus. 502,d.

Mansuetudo vt fructus spiritus quid est: & eius natura, officium, gradus, & effectus designantur in vento notho. 92,a. in elemento aquæ. 38,b. In signo libræ. 39,a. In planetis Lunæ, Saturni, Iouis, & est triplex. 40,b.

Mansuetudo virtus quid est. 22,d. quam grata sit Deo, & eius effectus. 471,b. Quomodo differunt mansuetudo, & mititas. 22,d.

Mansuetus non probatur esse cui nulla fit iniuria: assimilatur maluæ, sicut Iracundus ligno spinoso. 172.

Maria mater Dei cur vocatur Maria, stella, & maris stella. 134.a. & mulier. 369,a. Eius describitur assumptio & gratiæ plenitudo lib. 7 cap. 4. Eius perfectiones, virtutes, & excellentiæ designantur. 56,a. 389,d. & in Sole, Luna, Luce, Aurora, Nube, Mari, terra, monte Syon. lib. 1. cap. 48. In varijs gemmis lib. 2. cap. 21. In varijs arboribus & plantis lib. 3. cap. 37. in variis figuris, & visionibus, & signis eius prærogatiua, merita, Illuminationes, & assumptionis mysteria ostenduntur lib. 7. cap. 20. Illam diligere & quærere vt matrem misericordię docemur. 265,a. Eius ætas. 58,b. quomodo fuit in vtero matris concepta & sanctificata. 157,b.

Martyrum excellentia qualis: & martyrij perfectio in palmis designatur. 175,b.

Matrimonium spirituale cõparatur corporali, & significatur per ipsum: & eius definitio, distinctio, perfectio, dignitas, institutionis locus ac tempus declarantur lib 8. cap. 43.

Memoria assimilatur ventri, & varijs ventris nominibus ac dispositionibus. 329,d.

Mendacij quatuor species lib 8. cap. 23. Illius grauitas & pœna: & quomodo comparatur veneno, & falso denario. 471,c.

Mens assimilatur pectori, & phlegmati, & quomodo sit regulanda. 324,b.

Merces digne operantibus paratur. 371,c. & vsus mercenariorum. 511,b.

Mereri vitam hominem posse leges definiunt, & vocatur corona Iustitiæ. 433,c.

Millenarij tres quid significent. 383,a.

Miracula solus Deus principaliter facit, & peccata remittit: & quomodo hæc sancti dicantur facere, 434,a.

Misericordia assimilatur Iridi gemmæ. 134,c. Oleo & eius effusioni. 175,c. Misericordiæ Dei nõ prejudicat quod peccatorem damnari permittat. 434,a.

Miseria vitæ humanæ quanta est, & in quibus consistit. 505. comparatur aquis, & quomodo illæ aquæ transeantur, 64, d.

Missæ mysteria nouem principalia. 500,d.

Modestia vt fructus quid est: eius natura, officium, gradus, effectus designantur in vento boreæ. 92, a. in elemento aëris. 38,b. In signo cancri, in planetis Venere, Marte, Luna: sequitur, & modificat gaudium: & in quibus consistit, 39.

Modestia siue moderatio, & cõpositio morum & motuum exteriorum corporis qualis sit, supercilia nunciant. 325,a.

Monachi & solitarij assimilantur piscibus. 224,b.

Mors triplex tres pœnitentiæ partes designat: eius certitudo & incertitudo. 341, a. 110,c. comparatur hyenæ. 265,c. coloquintidæ. 176. quomodo intrauit in mundum. 265,d. citius quandoque inuadit Iuuenes: quare timetur, quare sancti senes eam appetunt & quærunt. 505,b. Mors sanctorũ comparatur somno. 325,b. Mors peccatorum confirmat sanctos in bono, & mortis meditatio est vtilis. 471,c.

Mortis Christi vtiles effectus lib. 3. cap. 49. Mortis & morientis effectus varij. 176,b. Eius & extremi Iudicij memoria quantum valet, & prodest, gallus, páuo, & cauda auis docent. 224,b. dracontia herba, ac ciuis scorpionis 265, c. eius memoria semper est retinenda, & representatur in cinere. 64,c.

Mortuus mundo quis dicitur, & mortificati comparantur fodientibus terram. 505. non metuit aduersa, & comparatur pino. 176,d. mortuorum conditiones quinque. 510,c. Moriens in mala voluntate bo-

na om-

Digitized by Google

na omnia præterita perdit, iure. 434, b.
Munditia mentis iugiter est custodienda exemplo apum. 224, d. designatur in animalibus concessis ad esum, sicut immundicia in prohibitis 366, a.
Mundus comparatur mari. 391. est locus obscurus instar aëris, diserti, & spelunçæ. 64, d.
Mundum sequens comparatur fatuo, & puero sequenti vmbram, ventum, vel papilionem. 606, a. Et mundi vniuersitas repræsentatur in tabernaculo Moysis. 471, d.
Munera cordis, oris, & operis Iudex debet vitare. 506, b.
Mitigant sæpe Iudicem & corrumpunt exemplo catuli. 166, b.
Murmuraror se ostédit habere defectum diuinæ gratiæ: & vacuo vasi ac gllæ, & rotæ non bene vnctæ comparatur. 475, b.
Mutatur homo spiritualiter sicut corporaliter sex modis. 66, b.

N

NEgligentia & ignauia tollit operandi potestatem: displicet Deo & nocet homini. 435, a. Expellitur ab anima flagello percussionis diuinæ, & temporalium subtractione, vt aquila, & accipiter docet. 224, d.
Negotia secularia assimilantur receptaculis aquarum, & eorum tria nomina S. Paulus narrat. 66, d.
Nouitijs de nouo conuersis, non sunt associandi nisi optimi viri, exemplo caulium in solo pastinato. 473, c.

O

OBedientiæ obiectum quale, quando est obediendum, quando non: lib 8. cap. 49. Non respicit obedientia præcipientis sanctitatem sed authoritatem, quomodo. 435. Obediendum est mandato superioris, & consilio prudentioris celeriter, at proprio sensui tardius, exemplo planetarum & firmamenti. 67, a. Onus obedientiæ patienter ferre carnesi docent. 266, b. Obedienti Deo obediunt omnia. 505, c. Obedientia vera comparatur castro: fi-
ta autem arcui prauo. 474, c. Obedientes debent esse cruribus similes, ac ossa sunt ei necessaria. 325, c.
Occasiones peccatorum & tentationum abhorrere Elephas docet, & Christus. 267, b. vt tollantur ponuntur quatuor necessaria exemplo vmbelici. 325.
Otiositas & recreatio hoc faciunt animæ, quod quies corpori, & quomodo ijs vti liceat. 328.
Otium quid est, & quam detestabile vitium. 8, d. est semper fugiendum exemplo struthionis. 225, d. & hcus. 200. semper castigandum. 221. d. Quantum nocet animæ. 454. & viris spiritualibus, exemplo superflui somni. 341, b.
Otiosus homo locum facit diabolo, & est quasi signum ad sagittam eius. 507, b. nec est tolerandus. 474, b. 506, d.
Occupatio licita homini tentato danda est exemplo struthionis. 225, d. Et bene occupatus non dat locum diabolo sicut res plena non est capax alterius. 507, a.
Occultandum est bonum opus exemplo elephantis. 267, b.
Offerre se debet homo totum Deo sicut animalia in lege, tripliciter lib. 5. cap. 84. Et religiosus se debet offerre, vt par turturum & columbarum in lege. 225, b.
Officium ecclesiæ qualiter est dicendum, solicitè, & integrè, exemplo onagri, elephantis, cerui, vnicorni. 267, c. 212, a.
Opera Christi quinque comparatur fibris hepatis 307, a.
Opera humana bona, bonis fructibus & arboribus fertilibus comparantur: & sunt tractanda vt plantatum germina. 177, a. Opera pœnitentium comparantur oliuis lib. 3. cap. 43. Opera proficientium fonti bus pyramidatis aut rotundis comparantur lib. 3. cap. 44. Contemplantium fructibus maturis. 180, a. docentium opera ex situatione fructuũ ostendũtur. 180, c. Meritoria nõ esse sine fide & charitate. Escheres docent. 225, d. Remissa opera & mollia, licet laborisa parum sunt fructuosa, vt patet in miluis. 226. a. & cito deficiunt, vt homines tepidi & dissoluti. 507, a. Opera bona in peccato facta quid prosint ex dispositione stomachi cernitur. 307, a. Opera

Digitized by Google

INDEX CAPITVLORVM SIVE MATERIARVM COMMVNIVM QVIBVS ADAPTANTVR EXEMPLA quæ in hoc opere continentur.

Abdicatio temporaliū iuuat virum spiritualem, vt putatio arborem. 148, b.

Abiectos à mūdo Deus recipit vt balaustiam medicus. 148, d. pullos aquilæ fulica. 207, b. Dauid seruum desertum. & ciuitas exulem 494, c.

Ablatię temporalium à Deo facta, etiam Innocenti, est semper iusta; exemplo creditoris & debitoris. 494, d.

Abscondere bona opera nostra monet gallina pauonis; sicut eadem propalare docet gallina domestica. 207, a.

Abstinentiæ cibi discretę fructus, necessitas, perfectio patent per oppositā suā, & in serpente, & ex scripturis. 241, d. in balsamo. 158, a. In elementis & corporibus cælestibus lib. 1. cap. 1. In agno casto & pino. 149, a. in pauone. 207, d.

Abstinentia charitatis est amica humilitatis 321. generat gratiam 7, b. Peccatoris abstinentia tentat ad accidiam. 8, b. generat Iram vel impatientiā, vt cernitur in cane famelico. 241, d.

Abundantia prosperitatis prohibet sentiri vulnera mentis, id est peccata, exemplo baleniæ. 208, a.

Accidia quid est, vnde dicitur, cur opponitur charitati. 7, d. Dicitur tristitia seculi. 242, b. Inuitat ad Impatientiam. 321. corrigi eam docent apes. 221, d. aquilæ. 224. 355. Eius defectus, deformitas, & effectus praui patent in saturno, igne, aëre, pruina lib. 1. cap. 2. in piscibus. 208. in cane rabido. 242, a.

Actiua vita cur dicitur laboriosa, practica, solicita, exemplaris, sociabilis, turbulenta: Et eius officium, necessitas, excellentia, dignitas, fructus, & effectus atque perfectio patent exemplis variis lib. 1. cap. 3. lib. 2. cap. 1. 112, a. 187, c. 208, c. 309, b. 225, c. 253, b. 292. Cur actiui, & contemplatiui comparentur mandibulis. 295, b. Quomodo inter se differunt. 208, c. d.

Aduersitas mundi trahit hominem ad seipsum, sicut prosperitas educit à seipso, exemplo florum & pyrorum. 149, b. prodest superbis magis quam prosperitas, & vtraque nunc prodest nunc obest pro ratione charitatis. 242.

Aduersarij spirituales tres comparantur prædonibus. 415.

Adulatores duplicem pœnam merentur legibus. 415, b. comparantur hæreticis; beluis marinis, cicadæ. 209, c. proditoribus, & sunt lactatrices, loculatores, incantatores, aucupes diaboli. 494, d. nec cant mentem, sicut oleum cicadam 209. d.

Adulterium fugere docent leæna, ciconia, Elephas, cignus. 52, b. c.

Afflictio carnis inde sæpe obest animæ exemplo taxi. 242. Afflictos iuuare docet Elephas. 259, a.

Ambitionis malum in cane & osse cernitur, & ambitiosis accidit vt canibus, infantibus, stultis 243, a. Eius peruersitatem describit Bernardus. 299, b.

Amaritudo pœnitentiæ comparatur felli, cholerę. 294.

Amator mundi conuertitur ad Deum per gratiam sicut mustum corruptum in vinum purum. 453, c.

Amicitiæ veræ dilectio quæ sit, & eius effectus: quomodo assimilatur calci & tartaro. 125, a. c. facta vero amicitia propter vtilitatem triplex quæ sit, & eius defectus, & quomodo amicus propter vtilitatem fraudulētus comparatur accipitri. 209, d. 210, a. vulpi, cani, muri. 243, b. hortulano. 495, a.

Amor spiritualis & carnalis quomodo differunt. 243, d. Ille comparatur ignī, 11, c. lapidibus. 119, b. Hic autem inebriatur

Digitized by Google

Inebriato. 495,b. vterque veneri & radio. 10,c. 13,a.

Amor communiter multiplex dicitur quoad obiecta. 10,c. 194,a. eius proprietates, differentiæ, effectus lib. 1. cap. 4 lib. 3. cap. 63. Amor communis qui sit. 13,d. verus qui sit, & quid est maxime amandum. 305. comparatur calci & tartaro. 125,c.d. Amor diuinus quomodo figuratur. 12, c. conseruatur. 149,c. 463,b. augetur. 164,a. Eius effectus varij. 453,c. Amor charitatis Dei ac proximi assimilatur pedibus humanis, & partibus eorum. 295. & lib. 6. cap. 4. Gingiboro ac petriselmo. 149, d. 150, a. sunt duæ alæ animæ. 225, a. Et Amor Dei quàmdiu est operatur. 7,d. ac deficiente operatione deficit amor vt probatur legibus. 415, b. Amor autem sui minus nocet, ac limitatur legibus lib. 8. cap. 3. Inordinatus peruertit iudicium. 415. sibi est causa mortis. 495, a. comparatur hypocrisi. 296, a. triplici hydropsi. lib. 6. cap. 5.

Angelus quare dicitur vigil. 408, d. Angelorum varia natura, qualitas, excellentia, ministeria, & cur comparantur cælo chrystallino, igni, lib. 1. cap. 5. firmamento ac chrystallo. 366. Eorum ordinum pulchritudo, fortitudo, beatitudo per duas visiones panduntur. lib. 7. cap. 1. cur & quibus membris corporeis pinguntur. 297, a. quomodo ministrant nobis. 304, a. quædam nobis reuelant, quædam occultant. 366 b. Eorum distinctio. 16, a. cognitio. 17, a. ordines. 389.

Animæ humanæ natura variabilis vt aët: multiformis vt planetæ lib. 1. cap. 6. colenda est vt ager. 414, a. quomodo spiritualiter ornatur. 456. renouatur. 454, c. & perficitur bono opere. 408, a. cur eget corpore. 16. cur ei coniungitur 291, b. trinitate quomodo representat. 100, a. quomodo cognoscit. 120. b. quando vocatur vidua. 416, b. vna non potest esse pluribus simul intenta. 302. b. Eius alæ duæ. 225, a. eius humilitas. 243. Eius inferiora quomodo debent disponi. 244, a. Quomodo comparatur vitro. 120, a. arbori. 193. aranex. 243, d.

Animæ Iustorum assimilantur paradiso, id est horto. 414, b. acerno tritici. 455, a. puellis. 297. b. Anima peccatrix in peccato dum est, non reficitur gratia. 419, d comparatur diserto. 73, c. Mulieri prægnanti. 279, d. quomodo reuocatur ad gratiam. 137. & reparatur. 2, 0, a.

Antichristianorum duodecim conditiones lib. 7. cap. 2. comparatur loculis & equis.

Appetitus spirituales velut corporalis quo pacto destruitur lib. 6. cap. 8. Appetitus mundanæ felicitatis comparatur dolori capitis. 300. a. b.

Apostoli, & Apostolici viri comparantur fontibus. 32. c. equis à Zacharia visis. 368, c. Eorum perfectiones notantur, & Lateri comparantur. 300.

Aptitudines virtutum, vitiorum, artium quomodo insunt homini ex parte animæ, & corporis, & complexionis, pro vario influxu planetarum. 20, c.

Arma lucis. 5, c. Iustitiæ. 6, d. Iustorum spiritualia: animalium corporalia & naturalia: militum artificialia, quæ & quot sunt: eorum necessitas, quomodo inter se comparantur: quibus armis electi Dei se defendant, & de duplici genere armorum lib. 5. cap 9. lib. 9. cap. 4.

Articuli fidei comparantur duodecim signis Zodiaci 34. a.

Assumptio B. Mariæ describitur, & figuratur lib. 7. cap. 4.

Auaritia quid sit. 19. b. quàm detestabilis. 316, b. Insociabilis. 210, b. comparatur vmbræ. 20, d. onychino. 120, d. igni. 69. b. cepæ, Iusquiamo. 150, b. languisugæ. 244, a. lepræ. 301, a. Amphoræ. 370, c. Nunquam lassat. 333, a. si sit senilis est monstruosa. 315, c. Eius damna. 121, a. 250, c. 436, b. 160, c. defectus. 210, b. detestatio. 301, b. proteruitas. 370, c. proprietates variæ. 336, b. & quanta parit vitia. 288, b. Auarus comparatur gryphi. 210. b. cani, serpenti, aranex. 244, d. simiæ, formicæ. 245, a. cum magno damno lucratur illicita, & comparatur submerso. 495, b. varia eius tentatio. 404, a.

Auditor obliuiosus comparatur cribro. 495, d.

Audire & docere verbum Dei per aures docemur lib. 6. cap. 11. lib. 10. cap. 6. Auditus interior quomodo debet exterio-

Digitized by Google

ti assimilati, & verique sunt necessaria quinque. 301, b.

Aures hominum duntaxat quare sunt semper immobiles. 273. d. erectæ, & non pendentes, semper apertæ, cartiliginosæ, perforatæ, paruæ, breues: & aurium naturalis compositio. 302, c. 495. 304, d. 305, a 495, a.

Aureolæ quæ sunt, quibus debeantur, quando dantur, cur sic vocantur, cui assimilantur coronæ luminarium halon. 21, b.

Authoritas & dispensatio superioris quomodo excusset inferiorum delicta vt patet in simonia. 416, c.

B

Baptismus comparatur fonti. 21, d. figuratur in Iordano. 22, b.

Beatitudines octo comparantur ventis. fol. 22, c. 9

Beatitudo vera in quo consistit. 411, c.

Beatorum felicitas, refectio, satietas lib. 6. cap 12.

Beneficientiæ obsequiis delinitur feritas mentis, exemplo elephantis 245, a.

Beneficia data à Christo figurantur in Iudæorum festiuitatibus. 495, a.

Blanditores assimilantur scorpionibus. 245, b.

Blasphemantes Deum vel sanctos, comparantur cornicibus: & quando blasphemia est peccatū veniale aut mortale 210, c.

Bona in charitate facta quomodo possint transferri absque meriti amissione. 416, d.

Boni à malis, vel inter se differunt naturaliter sicut plantæ lib. 3. cap. 8.

Boni viri assimilantur Marmoribus: & octo partes prudentiæ quæ perficiunt bonum explicantur lib. 2. cap. 4.

Boni viri assimilantur apibus quoad innocentiam, prudentiam, socialitatem, & singularitatis fugam lib. 4. cap. 11. quoad mundiciam assimilantur apum alueariis: & quoad afflictione vatis argenteis, Imaginibus, & figulis lib 9. cap. 6.

Bonitas & malitia humanæ vitæ vnde proueniant, variantur instar terræ & aquæ lib. 1. cap. 12. Quomodo oriantur, augeantur & dependant, ex bonitate aut malitia propriæ voluntatis, per varias animaliū proprietates demonstratur lib. 5. cap. 13.

Bonitas vt fructus quid est, in quo differt à benignitate, quomodo eius natura, officium, effectus designantur in vento austri. 91. d. in elemento terræ. 52, c. In signo aquarij. 39, c. In planetis Venere, Mercurio, Luna, & est triplex. 41, a.

Benignitas vt fructus quid est, in quibus differt à bonitate, quomodo eius natura, officium, effectus designantur in vento Africo. 91, d. in elemento aëris, 38, b. in signo Leonis. 39, a. In planetis Saturno, Ioue, Marte, & est triplex 40, a.

Bonum corrumpi ex admixtione malī probatur exemplo prauī facticij, & pallio religionis 496, c.

C

Cæcitatem mētis fugare per pœnitentiæ partes docet nos lacerta. 247, d.

Cantica ecclesiastici officij delectant angelos, sicut cantus humanus delphinos, 212, d.

Caro spiritui, & spiritus carni, vbi & quomodo in mundo videtur subijci planetæ docent: & carnis ac spiritus pugna comparatur duobus contrarijs ventis lib. 1. cap 14.

Caro autem debet subijci spiritui, non è conuerso vt patet per leges: & carnis delectationes velut alienæ merces sunt proijciendæ in mari lib. 8. cap. 7. Caro quomodo est mortificanda. 247, a affligenda lib. 9. cap 8. In Iuuentute domanda. 496, d. & assimilatur vaccæ, scorpioni, rubetæ lib. 5. cap 16. fœno, & taxo arbori. 157.

Carnalis lasciuia comparatur horundini: & carnales homines vulturibus. 212, b. variis serpentibus. 246, c. figurantur in visione de equis albis. 37. 1, a. differunt à spiritualibus sicut pisces marini à fluuialibus: 212 c.

Castitas hominis bona operans comparatur castrationi bouis 247. b. Castitas cōtinentiæ, virginitatis, viduitatisque explanatur per cinamomi & balsami proprietates lib. 3. cap. 11.

Castitas vt fructus, quid est: quomodo eius na-

Digitized by Google

ejus, natura officiū, & effectus designantur in vento vulturno 91, c. in elemento aquæ. 38, b. In signo virginis. 39, a. In planetis Sole, venere, Mercurio: & est triplex. 40, a.

Casus malus non imputatur alicui, nisi eius culpa intervenerit, exemplo medici, & per leges. 418, a.

Cautelis, & circumspectionibus sancti abundant, & assimilantur pantheris, & animalibus plenis oculorum, ante & retro à D. Ioanne vilis. 247, b.

Charitas assimilatur soli, igni, calori, argillæ lib. 1. cap. 13. auro. 146, c. bituminī, sardio. 122, b. radici. 154. Cypressō, casiæ fistulæ, 155, a. Calamento, caricæ, mentæ. 156. dorso, tactui, manui lib. 6. cap 13. Eam implere docent castores, & cerui. 246, b. Ea deficiente nemo bene operatur, eius necessitas, vtilitas, perfectio, gradus & ordo explanatur in ferro ignito, fundamento lib. 9. cap. 7.

Charitas vt fructus quid est, & quomodo eius natura, officium, effectus designantur in vento subsolano. 91, b. in elemento ignis. 38, b. in signo gemini. 58, d. In planetis Ioue, Mercurio, Luna, & est triplex. 39, d.

Christus vocatur Leo. 411, c. comparatur luci, soli, olympo lib. 1. cap. 91. stateræ. 493, b petræ, Chrysolito. 147, a. draconcæ. flori, myrrhæ, cedro, vrolæ, lilio, rosæ lib. 3. cap. 85. fulicæ. 207, b. gallinæ, & passeribus oblatis à leprosis. 240, b figurabat per vaccam rufam, & per singula quæ continebantur in tabernaculo, altari, & arca lib. 9. cap 91. Eius tota vita per multas visiones demonstratur lib. 7. cap. 36. Eius passiones, merita, & perfectiones in somno Ioseph declarantur. 391, b. Tria eius præcipua bona quæ sunt, & quid significent. 316, b. Eius quinque opera principalia, & septem mysteria. 412, a. Eius tres substantiæ. 172. Quomodo est quærendus sicut topazius lib. 2. cap. 30 cur binos Apostolos ad prædicandum præmittit. 343, d. Et est exemplar amoris paterni & coniugalis. 393.

Christiani, Saraceni, Iudei differunt sicut planetæ: & quæ bona de Christo & religione Christiana habet lex saracenorum lib. 1. cap. 92.

Claustralium vitæ comparatur tortuga. 288, a.

Clericorum nouæ legis perfectio ex tonsura & rasura capitis ostenditur: & de eorū lotione spirituali ac Leuitarum corporali. 497, a. eorum ornatus. 459, d.

Cogitatio interna peccati sine consensu operis, aut delectatione morosa, nō tollit gratiam, nec merita præcedentia. 418, b. Cogitationes terrenæ trahunt homines in laqueum diaboli exemplo muscarum & auium. 212, d. Malæ comparantur latrunculis & internuncijs. 497. b. Et cogitationes generaliter comparantur capillis propter sex. 308, a.

Compassio super afflictum quid boni efficiat elephas docet, & eius barritus. 249, a.

Compūctiones sanctæ sunt a Deo, cooperante tamen libero arbitrio, exemplo terræ & pluuiæ. 28, compunctio quadruplex. 322, b. Eius effectus contra tentationes in capreolo vulnerato cernuntur. 249, a. Compunctio cordis vino & aceto comparatur. 461, a. si proueniat ex desiderio cælesti cōparatur lotioni per niuem. 497, d. Et eius feruor comparatur flammæ ignis. 87, a. Et aquæ propter septem si sit lachrymosa lib. 1. cap. 43.

Concupiscentiæ carnis potentia. 208. b. vitia per aëram nebulam patent. 27, b. comparatur scorpioni & syrenæ lib. 5. cap. 16.

Coniux quo pacto sit quærēda, & coniugij dilectio est seruāda exemplo auium, maximè ciconiarum lib. 4. cap. 15.

Confessio peccati comparatur sudori. 426, a. præseruatiuo. 460, d. scissæ nubis sono, 74, c. quid præcedere debet per leges. 418, c. & exemplo aduocati. 497, c. faciēda est dum recens sit peccatum exemplo capis ægroti, & consuetudinis periculosæ, 248, c. Ante mortem exemplo latronis, & aduocati. 497, c. Eius necessitas triplex exemplis demonstratur. 460, d. continendi verecundia quantum obeat, exemplo Leonis, & canis, ac ranæ monemur. 248. frequens confessio quot bona adfert. 426, c. susurronum maligna confessio quid est. 474, c.

Cibus spiritualis doctrinę qualiter sit recipiendus

Fidelis quot modis dicitur à Iuristis, & fidei decem significata ponuntur. 424,a, Est etiam triplex. 192, c.

Fidelium status figuratur in tabernaculo : & antiqui erant feruentiores moderniis sicut vinum vetus calidius est nouo 467, a.

Filius Dei adoptiuus tripliciter dicitur, sicut filius hominis per leges 425, d.

Filij Dei æterna generatio & quomodo est verus Deus & verus homo ex natura lucis ostenditur, 114. 116, a.

Filiorum erga parentes pietatem cornix & vpupa docent 218. & glires. 257, c. Patris in filios amor inordinatus cernitur in cigoniis. 218. filij autem quomodo educandi sunt caranex docent. 277, c. & cæra. 466, b. quantum filij obligantur parentibus leges dicunt. 436, d. vbi & quomodo tenentur imitari parentes filij exemplo rosæ. 165, c.

Flagellum tribulationis quantum boni facit cernitur in apibus. 219. & in virgis scoparum. 502, a. flagellum diuinæ iustitiæ comparatur sagittis : & quot modis Deus animam & corpus vulnerat vt sanet cernitur in medico : & flagellum dicitur nuncius Dei. 467, b.

Fortitudo comparatur ferro. 146, d. Barbæ etiam, ac fortia opera appellantur pili barbæ. 319, a.

Fortunæ instabilitas ex fœno perspicitur. 165, d.

Fraudulentia dæmonum, hæreticorum, hypocritarũ comparatur perdici, polypo, cancro. 219. quot modis fraudulentus perdit meritum sui operis. 425, b.

Frequentatio confessionis quot bona infert animæ consuetudo docet. 425, d.

Fructus spiritus sancti qui, & quot sunt, ac quomodo representantur in elementis, planetis, & signis cælestibus, generaliter & sigillatim docetur lib. 1. cap. 31. & in venis lib. 1. cap. 73.

Fructus arborum quomodo generantur, maturantur, perficiuntur : bonorum fructuum proprietates, & quomodo illis assimilantur bona opera lib. 3. cap. 42.

G

Gaudium & fructus spiritus sancti quid est : & quomodo eius natura, officium, gradus, & effectus designantur in vento Zephyro. 91, d. in elemento aeris. 38, b. In signo capricorni. 89. b. In planetis, Ioue, Marte, Sole, & est multiplex. 40, d.

Gaudia beatorum designantur in aquis illis quas vidit Ezechiel 383, a.

Garrulus & gulosus graculo comparantur, 219, c.

Gloria æterna quæ, & qualis est, ac repersentatur in cælo Empyreo lib. 1. cap. 32.

Gratia Dei comparatur Iaspidi : Saphyro, Onychino, Sali, nitro : lib. 2. cap. 14. Oleo, Vnctioni, Frumento, Cæpe, cucumeri, Dyptanno lib. 3. cap. 17. membro radicali. 256. Medullæ. 319, d. Reficit animam quàmdiu est munda vt cernitur in pullis coruinis. 219, d. Infunditur cordi, sed bene disposita, exemplo pergamenæ rasæ & terræ à spinis & malis herbis liberatæ, vasis mundi, pleni non confracti. 502. Nec respicit animam finaliter impœnitentem, exemplo caladrij albi. 220, b. nec operatur in homine sine ipsius voluntate, vt in sacramentis patet. 426, b. Armat animam in aduersis & prosperis, vt vnctio pinguis galli à pantheris & leonibus. 220, a. tollitur per vnum actum peccati mortalis exemplo priuilegij. 425, b.

Gratiæ gratis datæ quæ sunt, & comprantur mœnibus virtis. 467, d. circulis speræ : & quæ sunt illæ, ac cur dicuntur gratiæ lib. 1. cap. 34.

Gratiæ gratum facientes quæ sunt : cõparantur munitionibus. 467, d. primo mobili. 42, b. Rori, aquæ, fluuio de paradiso egredienti, ac quatuor eius capitibus separatim : aquæ puteali, & fontibus lib. 1. cap. 33.

Gratos nos esse benefactoribus pandecta docet. 217, d.

Gulæ damna, voracisque naturam, vsi & cocodrilli ostendunt. 258, a. Gula dominatur in magnis sicut vnicornu in elephante. 264, d. Assimilatur gutturi : & quàm tum nocet animæ & corpori pinguedo ipsius corporis ostendit. 320, b. Gulæ siue gulositatis effectus. 182, b. eius delitias non natura introduxit, sed voluptas, vt cernitur in quercu, & coryandro. 167, c. Gulosus est otiosus, ad contemplandum inepius

Digitized by Google

ineptus, vt cernitur in cignis, in locustis, in muluis. 220, b.

H.

HEretici, & hypocritæ aspectu simulatæ sanctitatis, & afflatu falsæ doctrinæ decipiunt, vt cernitur in balæna 220, d. eorum & catholicorum doctrinæ differentia. 280, c. eorum vita comparatur anttis terræ: & eorum doctrina alluuioni. 47, a. Qui sunt vocanti hæretici per leges, & eorum pœna. 426, a.

Hæreses a diabolo præcipuè proceduntvt cernitur in visione de stella Absynthio: & eorum malignitas in equo rufo aperitur. 383, c. Eorum fraus in perdice, polypo, & cancro cernitur. 339. b. eorum persecutio & prauitas in visione equi nigri ostenditur. 394, a assimilantur leunculis: filiis viperæ, catulis pantheræ, lupis. 281, d.

Habentes abundantiam temporalium comparantur pinguibus animalibus ad esum pessimis: & multum illis nocet rerum copia. 258, b.

Hypocrita comparatur aurichalco. 130 eorum fraus, iniquitas, malignitas, dolus, natura designantur in chrysolemo & aurichalco l. 2, c. 17. in perdice, polypo, cancro. 219, b. In struthione & cigno: in animalibus nunc in aqua nunc in terra viuentibus. 222. c. in mygali, vulpe. 254, in cocodrilla, panthera, eruca, papilione. 262, eorum prauitas & persecutio in visione de equo nigro & pallido demonstratur. 395. Eorum conscientiæ libris fallis comparãtur, & ex diuina sententia quandoque feriũtur vt sanentur, sicut poma rugosa. 469, d. comparantur arundini & eorum pœnitentia vmbræ nucis. 170, b. hypocrisis triplex in visione cernitur. 384. c.

Homo quid sit & cur a deo creatur. 64, a cur statura recta formatur, & quomodo sit seruus peccati: quomodo effugiat potestatem diaboli. 260, d. quæ tria eum solicitum reddunt. 483, b. quomodo ex elementis componitur, homo subtilis assimilatur leopardo. 108, inconstans sycomoro. 170, c. & hyenæ. 266. c. bonus arbori bonæ, & croco. 150, malus zizaneæ. 171, c. Perfectus ardijs. 330. b. muratur homo spiritualiter sex modis sicut corporaliter. l. 1, c. 52.

Humanæ vitæ productionis principia & fundamenta tria. 133, a. humanæ vitæ status naturalis, corporalis, moralis, spiritualis demonstrãtur. 86, 87. 88, & comparatur scintillæ 108, vento. 119, b. homines variis in locis adaptantur ad diuersa. l. 1, c 46. homo impatiens semper est quærulus 464, b. hominis miseria quanta est. in quibus consistit, & quomodo ipsa salus hominis dicatur ægritudo. 505, a. homines tum boni, tum mali comparantur iumentis, reptilibus, & bestiis variis pro varietate naturæ, conditionis, loci. l. 5, c. 59. & 13, In hominibus quomodo, & quantum dominantur planetæ. 20, c.

Honestatem & pudicitiam operis coniugalis elephas docet seruare. 259, b.

Humilis homo comparatur damulæ. 259, b. ficui, fraxino, bdellio, casiæ. 168. hysopo, anetho, psillio. 169, genibus 32 d cœlidonio. 130, b.

Humilitas assimilatur magneti, & allectoriæ l. 2, c. 14, sterquilinio Iobi. 302 b. Rosis siccatis & puluerizatis, ollæ rudi, & canæ. 468, a. Eius perfectio 130, b. cognatio cum aliis virtutibus. l. 6, c. 32. Eius meritum. 468, a. In somno Ioseph, ostenditur. 384, b. Eius effectus, & quam grata sit deo & vtilis homini humilitas. l. 5, c. 61, l. 3, c. 29, l. 4, c. 37. Eius virtus quomodo nascatur in homine, erudit & informat eum cernitur in ceto, echino, aquila. 221, a.

I.

INcarnationis christi causa & assimilatur rori, aut rorationi. 48, d.

Ignis inferni inextinguibilis naturaliter in Albestion lapide probatur. 130, c. corpora cruciabit & non consumet exemplo salamandræ. 260. a horribilitas illius depingitur. 69, a.

Digitized by Google

Ignorantia vel error rationis inducit peccatum, vt eclypsis solis terræ motum, & comparatur tenebræ. 49, c. Ignorantia Iuris quando excusat, quando non 42, b.

Immundicia conuenticuli hæreticorum figuratur per lepram domus mentis, per immunditiam domi, vestis, & vasis designatur. 469, a. spiritualis per corporalem: & quales in lege erant immundi, & quid illæ immunditiæ significabant. 321, c.

Impatiens quomodo domatur, & vtso comparatur. 261, a. semper est querulus, & comparatur currui stridenti, anseri pipanti, gallinæ ciuffanti, aui in cauea, & porco grunienti. 469. b In affectione comparatur fonti luteo iacto lapide, homini sine capa tempore pluuiæ, tegulæ non decoctæ homini inermi inter hostes 475. d. Et impatientiæ causa in accediosis & opulentis ex dorsi dolore, & effectis ostenditur. 321, d.

Impenitentiæ finalis grauitatem pulli coruorum, gallus, & caladrius designant. 226. a.

Imperseuerantes in bono comparantur satyris, & faunis, ac leopardis. 261. a. Inconstans comparatur mercurio & aeri. 49, b. sycomoro ac lactucæ 269. c. aui incarceratæ, & miluo 221. b. hyenæ. 260, c. chamelconti. 261, ægrotanti. 502 c. gallo super pinnaculum templi pallæ, & pomo caduco 468. b.

Incestum abhorrere equus docet, & camelus. 260, a.

Inertes castigare docent apes. 121, b. 221, d.

Incipientes in via dei sunt instituendi oleribus & pomis exemplo primæ ætatis. 502, b.

Incontinentiam coniugalem vitare cerui docent 260, c. Incontinentes scienter peccantes comparantur inuolutis in via 503.

Infectiui & incorrigibiles sunt expellendi. vt dentium dolor per eradicationem. 321, b.

Infirmitas corporalis est medicina infirmæ mentis exemplo leonis: & vtriusque remedium discas ab elephante. 260, c. Illa hanc liberat peccato, sicut fluxus narium puerum ab epilepsia. 321. b. & vtriusque infirmitatis signa mortifera & salutifera ponuntur nouem 502.

Infernus assimilatur nassæ, & domui Dedali 468. & infernalis pœnæ meditationem prodesse nutrix docet. 503, c. pœnam illam non esse omnibus æqualem exemplo stantium in æstu solis docetur. 508 d.

Ingenium pluspquam vires valere docet leopardus. 260 d.

Ingratitudo exhæredat filios exemplo pellicani. 221, c.

Iniuria quot modis infertur deo sicut homini. l. 1. c. 34.

Innocentia vera quid sit. 255, c. eius persecutores comparantur Delphinis. 222. a.

Inobedientia cõparatur Idololatriæ, & eam punire apes docent. 221, a. quid differt à contumacia. 426.

Inspiratio dei qualiter fiat Elephas apud Iobum docet. 385. Et inspirata quantum valent vide. 427, b.

Intentio comparatur radici. 170 a. bona intentio semper requiritur ad operandum 436. a. At non liberat a pœna si opus sit illicitum 428, d.

Inuidia quid est, vnde dicitur; eius prauitas in pauone patet. 228, b. In serpentibus, ceruo, vrso, syrena salamandra, lynce, dracone, papilione. 261, c.

In igni, artifice doloso, homine czcheli 469, in dolore dentium, & putredine oculum. 322 b.

Iosephi somnium interpretatur. 384. b.

Ira naturaliter quid est: & eius prauitas & damna designantur variis exemplis. 263. 172, b. 470, & quomodo est fugiendum. 141, b. Ira humana per zelum quid sit 50. a. quomodo dirigatur exemplo collyrii & ancillæ 470. eius effectus, & quod non est contemnenda gelboe montes docet 51. c. Ira humana per vitium quid est, comparatur Corniculæ: pluuiæ impetuosæ: aquæ torrentis. l. 1. c. 41. quomodo sanatur 470. quomodo occidit animam propriam exemplo spu-

Digitized by Google

digniores, & non negligere propinquos. 422,d.

Eloquentia assimilatur æri, siue cupro, & est triplex lib.2.cap.10. Eloquētia sapiētum comparatur frondositati arborum: eloquentiæ veræ & inanis differentia: & ad gratisam eloquentiam requiruntur plura 163,a.

Error tolerandus aut excusandus qui sit: & error peccātiū assimilatur errori ementium & vendentium propter sex.

Erubescentes benefacere reformādi sunt, sicut equi vmbratici, & pueri timentes latratum canis. 500,d. ætas Inuenilis aptior est disciplinæ vel pænitentiis quàm senilis, exemplo ceræ, & virgulæ. 466,b.

Euangelistæ quare dicuntur equi, caballi, sonipedes, & serui Christi. 256,b. figurantur varijs modis, & vocantur fabri ecclesiæ lib.7. cap.368,b.

Eucharistiæ sacramentum comparatur Diacleti, & Eschiti. 126,d. Eius dignitas representatur in missa per nouem lib. 10. cap.26.

Excommunicatio comparatur morsui canis rabidi.256, c. Adæ expēlo: Et eius pæna per leges in sex casibus ostenditur lib.8.cap.22.

Exemplar in omnibus operibus proponere prodest ex consilio d.Pauli 3,a. Exempla sanctorum qui ceciderunt & resurrexerunt valde proficiunt alijs, & comparantur musto, ac capreolis: sicut exemplum malorum nocet alijs, & comparatur candelæ extinctæ. 256,c. Exempla mala prælatorum quantum nocent gallus senescens docet. 218, b. Exemplum humilitatis & patientię Christi quantū valeat contra aduersa pisciculus Echinus docet, sicut exempla sanctorum docent diuitias temnere. 218,a.

Exercitij corporalis conditiones & vtilitates quinque.323,a.

Exhortatio ad bene agendum, vel malum dimittendum qua ratione sit facienda ficus sterilis docet. 163,d.

F

FAlsitas spiritualis, sicut temporalis quadruplex refertur ad quatuor genera peccatorum, & punitur legibus lib. 8. cap. 23. & falsidicus tribus est obnoxius. 430.

Fatuus non est sociandus sapienti, nec bos asino.257,a.

Familiaritatis viri cum muliere periculum papilio docet, & candela, fœnum, & stupa cum igni: terra & aqua. 257,a.

Fautor mali præsumitur qui non propulsat iniuriam si posset: & punitur lege vt qui non defendit clericum. 424.b.

Feruor pænitentiæ, compunctionis, & fidei, suscitat malitiam diaboli, & fortem persecutionem, ac comparatur vento æstiuo: duplici cani cælesti: & flammæ. 36. 375. feruor deuotæ mentis expellit tentationes exemplo vulturis. 218,c. post lapsum eleuatur auxilio gratiæ. 219,c. Feruor spiritus, charitatis, & deuotionis consumit lasciuiam carnis, vt calor pinguedinem in camelo. 257,a nec potest cohiberi, exemplo vasis ænei. 466. Feruor diuini amoris augetur in afflictione carnis exemplo pini 164,a.

Fictè penitens & hypocrita, similis est boraci.267,b.

Fides vt fructus spiritus sancti quid est, quomodo eius natura, officium, gradus & effectus varij designantur in vento Euro. 91, c. in elemento ignis, in signo arietis, In planetis Marte, sole, & venere. 38 39.

Fides est gratia gratis data, comparatur circulo galaxiæ. 45, c. quid operatur in nobis cerua & formica docent.287,c. Eius virtus, dignitas, excellentia, prioritas, necessitas, perfectio, & effectus varij cernuntur in æstu, flamma ignis. 36, d. in tiuo à fonte ducto. 37,d. in carbunculo. 126,d. in Amiathone. 127, b. in argento viuo. 146, c. in castanea & in synopi. 165, a. in Amygdalo. 164, b. in radice & fundamento edificij. 164,c. in cuti siue pelli. 318. discernitur per opera vt saphyrus per scintillam. 128,a. Ad querenda inuisibila trahit vt ceruus. 317. b. dicitur primus angelus, & eius fructus figurantur per visionem. 382, d. Et fidem præ alijs omnibus auferre conatur diabolus ratione luminis, exemplo latronis, corui, & mercatoris dolosi. 502,a.

Fideli

Digitized by Google

466,c. assimilatur zizanijs. 171,c. & asiquando columbis. 223,b.

Mandata Dei cur Pharisei in fronte & manibus. 502,d.

Mansuetudo vt fructus spiritus quid est: & eius natura, officium, gradus, & effectus designantur in vento notho. 92,a. in elemento aquæ. 38,b. In signo libræ. 39,a. In planetis Lunæ, Saturni, Iouis, & est triplex. 40,b.

Mansuetudo virtus quid est. 22,d. quam grata sit Deo, & eius effectus. 471,b. Quomodo differunt mansuetudo, & mititas. 22,d.

Mansuetus non probatur esse cui nulla fit iniuria: assimilatur maluæ, sicut Iracundus ligno spinoso. 172.

Maria mater Dei cur vocatur Maria, stella, & maris stella. 134. a. & mulier. 369,a. Eius describitur assumptio & gratiæ plenitudo lib 7 cap. 4. Eius perfectiones, virtutes, & excellentiæ designantur. 56,a. 389,d. & in Sole, Luna, Luce, Aurora, Nube, Mari, terra, monte Syon. lib. 1. cap. 48. In varijs gemmis lib. 2. cap. 21. In varijs arboribus & plantis lib. 3. cap. 37. in variis figuris, & visionibus, & signis eius prærogatiua, merita, Illuminationes, & assumptionis mysteria ostenduntur lib. 7. cap. 20. Illam diligere & quærere vt matrem misericordiæ docemur. 265,a. Eius ætas. 58,b. quomodo fuit in vtero matris concepta & sanctificata. 157,b.

Martyrum excellentia qualis: & martyrij perfectio in palmis designatur. 175,b.

Matrimonium spirituale cõparatur corporali, & significatur per ipsum: & eius definitio, distinctio, perfectio, dignitas, institutionis locus ac tempus declarantur lib 8. cap. 43.

Memoria assimilatur ventri, & varijs ventris nominibus ac dispositionibus. 323,d.

Mendacij quatuor species lib 8. cap. 23. Illius grauitas & pœna: & quomodo comparatur veneno, & falso denario. 471,c.

Mens assimilatur pectori, & phlegmati, & quomodo sit regulanda. 324,b.

Merces digne operantibus paratur. 371, c. & vsus mercenariorum. 511,b.

Mereri vitam hominem posse leges definiunt, & vocatur corona Iustitiæ. 438,c.

Millenarij tres quid significent. 383,a.

Miracula solus Deus principaliter facit, & peccata remittit: & quomodo hæc sancti dicantur facere. 434,a.

Misericordia assimilatur Iridi gemmæ. 134,c. Oleo & eius effusioni. 175,c. Misericordiæ Dei nõ præiudicat quod peccatorem damnari permittat. 434,a.

Miseria vitæ humanæ quanta est, & in quibus consistit. 505. comparatur aquis, & quomodo illæ aquæ transeantur. 64. a.

Missæ mysteria nouem principalia. 500,d.

Modestia vt fructus quid est: eius natura, officium, gradus, effectus designantur in vento boreæ. 92, a. in elemento aëris. 38,b. In signo cancri, in planetis Venere, Marte, Luna: sequitur, & modificat gaudium: & in quibus consistit, 39.

Modestia siue moderatio, & cõpositio morum & motuum exteriorum corporis qualis sit, supercilia nunciant. 325,a.

Monachi & solitarij assimilantur piscibus. 224,b.

Mors triplex tres pœnitentiæ partes designat: eius certitudo & incertitudo. 341, a. 110,c. comparatur hyenæ. 265,c. coloquintidæ. 176. quomodo intrauit in mundum. 263,d. citius quandoque inuadit Iuuenes: quare timetur, quare sancti senes eam appetunt & quærunt. 505,b. Mors sanctorũ comparatur somno. 325,b. Mors peccatorum confirmat sanctos in bono, & mortis meditatio est vtilis. 471,c.

Mortis Christi vtiles effectus lib. 3. cap. 49. Mortis & morientis effectus varij. 176,b. Eius & extremi Iudicij memoria quantum valet, & prodest, gallus, pauo, & cauda auis docent. 224,b. dracontia herba, ac ciuis scorpionis 265, c. eius memoria semper est retinenda, & representatur in cinere. 64,c.

Mortuus mundo quis dicitur, & mortificati comparantur fodientibus terram. 505. non metuit aduersa, & comparatur pino. 176,d. mortuorum conditiones quinque. 310,c. Moriens in mala voluntate bonã omẽ

Digitized by Google

ineptus, vt cernitur in cignis, in locustis, in muluis. 220, b.

H.

HEretici, & hypocritæ aspectu simulatæ sanctitatis, & afflatu falsæ doctrinæ decipiunt, vt cernitur in balæna. 220, d. eorum & catholicorum doctrinæ differentia. 280, c. eorum vita comparatur anttis terræ: & eorum doctrina allusioni. 47, a. Qui sunt vocandi hæretici per leges, & eorum pœna. 426, a.

Hæreses a diabolo præcipuè procedunt vt cernitur in visione de stella Absynthio: & eorum malignitas in equo rufo aperitur. 383, c. Eorum fraus in perdice, polypo, & cancro cernitur. 339. b. eorum persecutio & prauitas in visione equi nigri ostenditur. 394, a assimilantur leunculis: filiis viperæ, catulis pantheræ, lupis. 281, d.

Habentes abundantiam temporalium comparantur pinguibus animalibus ad esum pessimis: & multum illis nocet rerum copia. 258, b.

Hypocrita comparatur aurichalco. 130 eorum fraus, iniquitas, malignitas, dolus, natura designantur in chrysolemo & aurichalico l. 2, c. 17. in perdice, polypo, cancro. 219, b. In struthione & cigno: in animalibus nunc in aqua nunc in terra viuentibus. 222. c. in mygali, vulpe. 254, in cocodrilla, panthera, eruca, papilione. 262, eorum prauitas & persecutio in visione de equo nigro & pallido demonstratur. 295. Eorum conscientiæ libris falsis comparãtur, & ex diuina sententia quandoque feriũtur vt sanentur, sicut poma rugosa. 469, d. comparantur arundini & eorum pœnitentia vmbræ nucis. 170, b. hypocrisis triplex in visione cernitur. 384, c.

Homo quid sit & cur a deo creatur. 64, a cur statura recta formatur, & quomodo sit seruus peccati: quomodo effugiat potestatem diaboli. 260, d. quæ tria eum solicitum reddunt. 483, b quomodo ex elementis componitur, homo subtilis assimilatur leopardo. 108, Inconstans sycomoro. 170, c. & hyenæ. 266. c. bonus arbori bonæ, & croco. 150, malus zizaneæ. 171, c. Perfectus ardijs. 330. b. muratur homo spiritualiter sex modis sicut corporaliter. l. 1, c. 52.

Humanæ vitæ productionis principia & fundamenta tria. 133, a. humanæ vitæ status naturalis, corporalis, moralis, spiritualis demonstrãtur. 86, 87. 88, & comparatur scintillæ 108, vento. 119, b. homines variis in locis adaptantur ad diuersa. l. 1, c. 46. homo impatiens semper est quærulus 464, b. hominis miseria quanta est. in quibus consistit, & quomodo ipsa salus hominis dicatur ægritudo. 305, a. homines tum boni, tum mali comparantur iumentis, reptilibus, & bestiis variis pro varietate naturæ, conditionis, loci. l. 5, c. 59. & 13, In hominibus quomodo, & quantum dominatur planetæ. 20, c.

Honestatem & pudicitiam operis coniugalis elephas docet seruare. 259 b.

Humilis homo comparatur damulæ. 259, b. ficui, staxino, bdellio, casiæ. 168 hysopo, anetho, psillio. 169, genibus 32 d cœlidonio. 130, b.

Humilitas assimilatur magneti, & allectoriæ l. 2, c. 14, sterquilinio Iobi. 302 b. Rosis siccatis & pulueriz atis, ollæ rudi, & canæ. 468, a. Eius perfectio 130, b. cognatio cum aliis virtutibus. l. 6, c. 32. Eius meritum. 468, a. In somno Ioseph, ostenditur. 384, b. Eius effectus, & quam grata sit deo & vtilis homini humilitas. l. 5, c. 61, l. 3, c. 29, l. 4, c. 37. Eius virtus quomodo nascatur in homine, erudit & informat eum cernitur in cete, echino, aquila. 221, a.

I.

INcarnationis christi causa & assimilatur rori, aut rotationi. 42, d.

Ignis inferni inextinguibilis naturaliter in Albestion lapide probatur. 130, c. corpora cruciabit & non consumet exemplo salamandræ. 260. a horribilitas illius depingitur. 69, a.

Digitized by Google

Ignorantia vel error rationis inducit peccatum, vt eclypsis solis terræ motum, & comparatur tenebræ. 49, c. Ignorantia Iuris quando excusat, quando non 42, b.

Immundicia conuenticuli hæreticorum figuratur per lepram domus mentis, per immundiciam domi, vestis, & vasis designatur. 469, a. spiritualis per corporalem: & quales in lege erant immundi, & quid illæ immunditiæ significabant. 321, c.

Impatiens quomodo domatur, & vrso comparatur. 261, a. semper est quærulus, & comparatur currui stridenti, anseri pipanti, gallinæ clussanti, aui in cauea, & porco grunienti. 469. b In affectione comparatur fonti luroso iacto lapide, homini sine capa tempore pluuiæ, tegulæ non decoctæ, homini inermi inter hostes 475. d. Et Impatientiæ causa in accediosis & opulentis ex dorsi dolore, & effectis ostenditur. 321, d.

Impenitentiæ finalis grauitatem pulli coruorum; gallus, & caladrius designant. 220, a.

Imperseuerantes in bono comparantur satyris, & faunis, ac leopardis. 261. a. Inconstans comparatur mercurio & aeri. 49, b. sycomoro ac lactucæ 269. c. aui incarceratæ, & miluo 221. b. hyenæ. 260, c. chamelconti. 261, ægrotanti. 502 c. gallo super pinnaculum templi: palleæ, & pomo caduco 468. b.

Incestum abhorrere equus docet, & camelus. 260, a.

Inertes castigare docent apes. 121, b. 221, d.

Incipientes in via dei sunt instituendi oleribus & pomis exemplo primę ætatis. 502, b.

Incontinentiam coniugalem vitare cerui docent 260, c. Incontinentes scienter peccantes comparantur inuolutis in via 503.

Infectiui & incorrigibiles sunt expellendi, vt dentium dolor per eradicationem. 321, b.

Infirmitas corporalis est medicina infirmæ mentis exemplo leonis: & vtriusque remedium discas ab elephante. 260. c. Illa hanc liberat peccato, sicut fluxus narium puerum ab epilepsia. 321. b. & vtriusque infirmitatis signa mortifera & salutifera ponuntur nouem 502.

Infernus assimilatur nassæ, & domui Dedali 468. & infernalis pœnæ meditationem prodesse nutrix docet. 503, c. pænam illam non esse omnibus æqualem exemplo stantium in æstu solis docetur. 508 d.

Ingenium plusquam vires valere docet leopardus: 260 d.

Ingratitudo exhæredat filios exemplo pellicani. 221, c.

Iniuria quot modis infertur deo sicut homini. l. 8. c 34.

Innocentia vera quid sit. 255, c. eius persecutores comparantur Delphinis. 222, a.

Inobedientia cōparatur Idololatriæ, & eam puhire apes docent. 222, a. quid differt à contumacia. 426.

Inspiratio dei qualiter fiat Elephas apud Iobum docet. 385. Et inspirata quantum valent vide. 427, b.

Intentio comparatur radici. 170 a. bona intentio semper requiritur ad operandum 436. a. At non liberat a pœna si opus sit illicitum 428, d.

Inuidia quid est, vnde dicitur: eius prauitas in pauone patet 222, b. In serpentibus, ceruo, vrso, syrena salamandra, lynce, dracone, papilione. 261, c.

In igni, artifice doloso, homine cæcæ heli 469, in dolore dentium, & putredine ossium. 322 b.

Iosephi somnium Interpretatur. 384. b.

Ira naturaliter quid est: & eius prauitas & damna designantur variis exemplis. 263. 172, b. 470, & quomodo est Irascendum. 142, b. Ira humana per zelum quid sit 50, a. quomodo dirigatur exemplo collyrii & ancillæ 470, eius effectus, & quod non est contemnenda gelboe montes docet 52. c. Ira humana per vitium quid est, comparatur Coniculæ: pluuiæ impetuosæ: aquæ torrentis. l. 1, c. 41. quomodo sanatur 470. quomodo occidit animam propriam exemplo

apun-

apum. 221, d. Iræ gradus tres sunt: Et iracundorum differentia, & quomodo comparatur ligno arido: accensis calamis. 504, a. Apro. 262, d. domui ligneæ, 470, a. & ligno spinoso. 172, a.

Ira Dei quid sit: quomodo est in deo: quo serior eo est grauior. quanta sit nūc, exemplo ardoris solis in nube; quanta sit futura in fine, exemplo Iridis. 50. a.

Iudicis officium & quæ sunt ei necessaria. 230, b. qualis debet Iudex esse exemplo oculi. 504, b. 506, c.

Iudicium suspiciosum & incertum de malo, siue temerarium quid est: & quomodo vitandum. 430, a. vnde procedat: & quomodo comparatur metallo in modulo informi: vaū corrupto: agroto. 470, c. nō esse iudicandum secundum exteriora accipiter docet. 233, & hædus ac Tyrus. 263. c.

Iudicium Christi extremum comparatur foro Iudiciali Iuristarum. 429, a. statui humano. eius structa ratio. 504, a. Et dies illius Iudicij erit instar portæ. 470, b.

Iuramentum quomodo violari, aut non violari sine peccato potest: & illius peccati prauitas. 430, d.

Iustitia quid sit: eius æqualitas, modus, forma, perfectio, distinctio ostenduntur. 51, 52, 48, 80, 131. & comparatur argento 146, d. & ferro. 131, b.

Iusti perfectio exemplo palmæ. 170, c. Eius compunctio & conseruatio cernitur in hepate. 322, b. vita eius comparatur triplici electro. l. 2, c. 19. & 131. Iusti pauci multis peccatoribus præferuntur legibus. 431. a.

Iuuenum vitia facilius corriguntur quam prouectiora, exemplo epilepsiæ. 322, d.

L

LAbor pænitentium qualis & quantus esse debet 233, a.

Lachrymarum compunctionis vis, potestas, effectus, vtilitas & perfectio multis exemplis explanantur. 28, b. lib 1. cap. 43. lib. 3 cap 32. 22, 228. 253. 470.

Lasciuia comparatur hirundini. 212. & lasciuus comparatur campo: vitulæ de armento: & domari debet vomere pænitentiæ. 54, b.

Laus diuina qualis sit cicada docet. 223, c.

Lex diuina quantum differt ab humana lib. 8. cap. 40. & humana comparatur telæ aranearum. 264, a.

Lingua maledicta cōparatur terræmotui: & dulcis aeri: ac vtriusque effectus ostenduntur. 54, c. Contumeliosa comparatur flagello; & linguæ flagellū definitur. 504, c.

Loca diuersa quomodo homines diuersimode trahant, planetæ docent. 54, d. 55, a. locus non sanctificat hominem, sed homo locum. 432, a.

Loqui volens irreprehensibiliter debet prius examinare quid dicet, & arbitro bono se similem facere. 404, c. & loqui quomodo debemus labiorum officia naturalia docent. 323.

Longanimitas vt fructus spiritus sancti quid est: & eius natura, officium, gradus designātur in vento aquilone. 92, a. in elemento terræ: in signo piscis: in planetis Saturno, Ioue, Marte: quomodo differt à patientia, & quotuplex est. 38. 39. 40.

Longanimiter defectum tolerare: & pœnam ad tempus congruum esse onager docet. 264, a.

Ludi hominum, & chorearum saltus inordinati, sunt communiter præsagia mali exitus: vt cernitur in Delphinis. 322, c. 223, c.

Luxuriæ effectus mortiferi, obscænitas, deformitas designantur. 55, c. 132, c. 215. b. Eius ignis quomodo accenditur. 504, d. 471, a. eius mediatrices quomodo puniuntur. 432, b.

Luxuria quomodo dominatur in magnis: eius damna: & quomodo comparatur hyrco, porco, boraci, elephanti, tineæ: lib. 5. cap. 78. pauoni, Ouan filio Iudæ, 222, d.

M

MAli cur fugiunt consortium bonorum. 512. cur aliquando exaltantur.

Digitized by Google

Prælatorum bonorum perfectiones, dignitas, officia. 78,d. 79,a. 192, 232. 257. l. 6. c. 60. quales futuri sunt circa vltima tempora. 397. eorum regimen in quibus consistit per leges. 442,b quomodo sunt eligendi 236. Eorum exemplum malum quid mali operatur 218,b 257,a.

Præseruatur anima a peccati putredine sicut corpora a corruptione quoad quatuor accidentia. 79,b.

Præsumptio quot modis capitur. l 8. c. 89. & præsumptuosi comparantur falconibus. 232,b.

Principatus secularis comparatur orceni. 80,a.

Principi quæ sunt necessaria. l. 1. c. 65. qualis esse debet. l. 6. c. 65, & 62. malorum principum mores describuntur. 371,a.

Proficere semper in bono debemus. 510,b. & possumus dum viuimus. 276. vt imperfectus proficat gradatim, quod agendum est exemplo hæderæ. l. 3 c. 63.

Prosperitas mundi comparatur fumo. 81. fabæ. 193,c.

Prosperitas peccatoris comparatur buboni. 232,c. & est iudicium perditionis. 480. b. Et prosperantes in peccato sunt tandem infœlices, & comparantur insanis. 50,b.

Prouectus animæ in via dei habet quatuor gradus exemplo formationis casei. 480,a.

Prouidentia dei est precipue de fidelibus. 512.

Prudentia quomodo accipitur, 81, d. quid, & quotuplex est, in quibus consistit, & eius necessitas. 82, a. 106, a. 150. 349,d. Eius partes integrales octo. 121. d 146,d. 426,d. comparatur stanno. 140 d. hyacintho. 138. b. & aliis rebus 326 & l. 6. c. 61, eam formica & varia animalia docent. l. 5 c. 101.

Prudens homo comparatur monti Oliueti. 81,d. mensuras tempora, & est vulturi similis. 232,d.

Pueros & puellas educare docent araneæ, Iob, & Tobias, 277,c.

Pugnandum est contra diabolum vt pisces contra cocodrillum. 232,d.

Pulchritudo animæ & arboris comparantur lib. 3. cap. 65. & corporalis pulchritudo vana est, vt parietis, & cornicis. 480,c.

Puniendi qui sunt secundum leges lib. 8 cap. 57 punitio peccatorum quorundam assimilatur dipliodi. 480,c.

Purificatio cordis comparatur corallo. 139,a.

Puritas mentis seruanda est vt animalis foetus, 277,d.

Purgatorij pæna qualis. 359,d.

Purgantur defunctorum animæ aliquando extra locum communem purgatorij 444,d.

Purgatio peccati sicut digestio cibi est triplex. 359,c.

Q

QVærendus est Christus sicut Topazion lib. 2. cap. 30.

R

RAtio debet regere cogitationes sicut Domina ancillas. 510. & animam totam secundum leges. 444, c. & rationi vti competit homini ex propria forma. 480,d.

Recreatio quieta competit omnibus per leges. 444,c.

Recidiuantes in peccata comparantur sotularibus vel pellicijs veteribus, pauidis militibus victis sincopi, & recidiuantibus in morbum. 480.

Rectores boni comparantur neruis, cartilagini, fronti lib. 6. cap. 62. eorum officium erga Deum. 342,b.

Religionis & religiosorũ perfectio, conseruatio, status definiuntur in pinea & rosa. 194, c. 195, b. in cauerna. 82, a. Religionem ingressurus qualiter se & suos regere debet, anseres, grues, & aues plures docent. 233, a. 236, b. Religiosus comparatur aniso. 195. Debet esse mortuus mundo. 510, c. similis dentibus & pueris. 351. & dromedarijs. 277, d. quomodo differt à laico. 195. cur habet tonsuram coronæ. 497, a.

Digitized by Google

497, a. Quæ & quando ei communis recreatio corporis secundum Iustitas lib. 8. cap. 64.

Remittitur damnum absque culpa, quando potest sine consensu partis lædi, quando non. 445, a.

Renouatur anima spiritualiter instar aquilæ lib. 4. cap. 78.

Respublica comparatur cordi. 542, c.

Resurrectio quomodo, quando, quibus, cur fiebant olim, vide prologum libri septimi. 384.

Sacerdotes quomodo perficiuntur, & mundantur. 497, a. 510, d. Quid significent eorum indumenta, 460, b.

Sacramenta nouæ legis à Christo instituta constant scripto & non scripto, sicut lex humana. 445. Et sacramenti corporis Christi mysteria septem declarantur. 374.

Salutatio B. virginis benedictionem naturæ continet. 445, d.

Saluti propriæ deinde alienæ intendendum est exemplo porri. 96, a.

Saluandorum ordines tres sunt. 375, b.

Sanguis Christi comparatur opobalsamo. 196, b.

Sancti viri comparantur cœlis, & cœlestibus variis lib. 1. cap. 69. floribus & plantis variis lib. 3. c. 70. lignis Thymis. 197. gemmis variis. 140. variis animalibus l. b. 4. cap. 24. columbæ & variis auibus lib. 4. cap. 79. Mercenarijs & cosporaliter suspensis. 511, a. Eorum perfectio repræsentatur in corde lib. 6. cap. 64, b. Et quo pacto Christum imitentur repræsentatur in visione B Ioannis. 398.

Sapientia cœlestis est armatura lucis. 5, c. sapiens comparatur aranex. 281, c. sapientia vera quomodo acquiritur. 5, c. 505, d. à quibus non percipitur apes docent. 233, a. comparatur auro & corneolo. 141, c. Amomo, buxo, radici, hæbæno lib. 3. cap. 71. sapientia sanctorum comparatur luci. 86, b. beatorum igni. 88, a. humanæ sapientia comparatur Achati. 142. gustui, linguæ, & saliuæ. 353. & fumo terræ. 199, b. sapientia sacræ scripturæ comparatur aquæ. 87, a.

Satisfactio quid est. 79, a. quo pacto fiat. 446. a. satisfactio pœnitētię debet esse secundum mensuram culpæ. 419.

Scientia cum mala vita facit hominem similem onocentauro, & hypocentauro. 281, c. humana comparatur naso. 355. superborum aquæ mountanæ. 98, a. scientium humanarum finis. 345, d.

Scriptura sacra comparatur speculo: pani dato in deserto: & sicut aqua est inuestiganda lib. 9. cap. 66. Eius origo & conditiones. 399, d. eius meditandæ methodus. 282, d. Eius triplex vtilitas in fago, nuce, Auellana. 199. 200. figuratur in visionibus lib. 7. cap. 3. Eius intelligentia mystica quomodo aperitur. 511, d. Eius verba intelligendi regula generalis. 446, b. Eius studium in tribus consistit. 283 Comparatur aquæ. 87, a. Apio. 162. sensui communi. 345, d. lolio. 399, a.

Sensuum cautela necessaria est vt ostiū. 281. b,

Seruorum Dei mentes comparantur vasis. 355, d. serui boni proprietates tres. 500, c. mali autem octodecim. 334, d.

Seruorum genus triplex. 335, d. Et seruus Dei bonus ad modū serui mundani offenditur. 356, a.

Silentium quando obseruatur quando non. 485. Eius vtilitas in ore aut vase obstructo cernitur. 511, d.

Similis Deo fit homo tripliciter vt probatur exacte. 482. d.

Simonlacus comparatur leoni, & latroni. 511, d.

Simplicitas quomodo diuidatur. 372, c. An excuset peccatum. 446, d. simplicitas Innocentiæ comparatur lampadi, & vesti. 483, a.

Sobrietatis perfectio: Ebriebatis deformitas describitur in lapide dionio. 142, c.

Societas sanctorum quantum prodest oleaster docet. 200, b. eam quare fugiant mali. 512. malorum fugere societatem cœtui monent. 282, 512.

Digitized by Google

Solicitudo seculi cōparatur molæ. 483. Et solicitudo spiritualium comparatur vigiliæ. 356 b. temporalium curam solicitam fugit vir spiritualis. 512.

Solitaria vita comparatur eremo. 87, d. solitarijs insidiatur diabolus exemplo capræ. 282, a.

Spes virtus theologica in visionibus cernitur. 401, c. Iuuatur ex bonis operibus, & tribulationibus: & à Deo. 512, c. comparatur æri. 146, c.

Spirituales viri cōparantur piscibus. 235, c. representātur in visione de rotis lib. 7. c. 32. non debent vacare otio. 200, b.

Spiritus sanctus quare apparuit in specie columbæ. 235. comparatur igni, nubi, vento, & eius fructus ventis 12 comparantur lib. 1. cap. 45. Eius dona septem planetis cōparantur. 32, d. tria operatur in anima. 356. Et spiritus malignus comparatur aquilonari 88 d.

Sponsæ Christi perfectiones patefiunt: & cum humanæ sponsæ bonis partibus comparantur. 357, b.

Status viri spiritualis distinguitur vt annus lib. 1. cap. 74.

Status clericorum & laicorum differentia. 446, d.

Studens in scriptura comparatur ruminanti animali. 282. d.

Subditorum officium apes docent. 236, a. Eorum peccata erga superiores culpantur exemplo Ozæ. 483, d.

Superbia comparatur marti, cometæ, tonitruo, vento l. 1. c. 75. argento viuo, magneti. 143. igni. 69 turri babel lib 9. cap. 72.

Superbiæ origo, damna, gradus. 484, b. 281, c, 96 337, a.

Superbi cōparantur planetis. 15, d. Mōtibus, collibus, fructibus l. 1. c. 76. varijs animalibus l. 5. c. 12 236. Et superborum peruersitas describitur. 484. Superbire de gratia est monstruosum. 512, d.

Superiorum & inferiorum ad se inuicem obligatio exemplo capitis. 345, b. & membrorum corporis, 362.

Suspicio mala ex tribus causis prouenit. 421. b.

T.

Tractus lascinus comparatur vrticæ. 200, c.

Tacere & loqui debet homo pro tempore: & dolorem tacere aliquando plus cruciat. 455, a.

Temperantia assimilatur mercurio, 98. pluuiæ. 146, d. stanno. 144. Eius modus triplex in tertio digito signatur. 372. Eius bona. 108.

Tempus merendi & demerendi. 482. tempus abbreuiatur. 108, d.

Tentatio triplex describitur l. 7. c. 33. tentatio occulta est velut somnium & pollutio nocturna. 402. Peccati comparatur incubo. 358. superbiæ est propria diabolo, & velut turbo. 401, c. tentatio diaboli quos impugnat maxime. 513. eam iustus metuit, fugit, repellit exemplo variorum animalium. l 5. c. 113. Tentationis Christi triumphus triplex. 404, b.

Tentationi statim resistere monet lex. 447, a.

Tentatur fortius pænitens quàm peccator exemplo venti. 98, c. Tentari fideles deus permittit ex ratione, 513 a.

Tentationis spiritualis ad mortem vel salutem animæ signa nouem (ad modum corporalis infirmitatis) notantur. l. 9. c 74. Tentationes per pænitentiam quomodo extinguantur. 273. Et quomodo eis resistitur erudimur lib. 7. cap. 33 lib. 9. cap. 4. lib. 10 cap. 76. Et exemplo mugilis. 236, c.

Tepiditatis damna, & quomodo de pluribus tentatur tepidus quàm feruidus. 514, a. 513, c.

Timor Dei comparatur fœniculo. 200, d. lapidi super asseres: tegulis super tecta: setæ: & eius commoda plura. 488, a. 200, d. Est velut ostiarius animæ. 514. a.

Timor mortis ex gratia proueniens quid efficit. 128, d. Timor mundanorum comparatur terræmotui. 99, b.

Timens Deum comparatur berillo. 145, a. Timens inchoare pænitentiam comparatur asino timenti intrare in aquam. 286, a. Et timere monētur (sancti dum viuunt) per terram. 98, b.

Tyranni comparātur aquilis, & miluis. 236, c. varijs feris. 286, b. tyrannici dominij triplex causa. 318, b.

Tyrannorū quadruplex solicitudo. 484. d. Eorum contra sanctos crudelitas designatur per visiones equorum lib. 7. cap. 25.

Trans-

a. 193, b, 475, 268, 507, d. 475, d.

Patienter sustinere, grauia nos docet terra 68, d. patienter tolerare defectus & pœnas debitas docet nos onager. 264.

Pauper spiritu comparatur abieti. 84. a. Paupertatis bonum, & diuitiarum damnum declaratur. 500, a. Pauperum & diuitum dispar exitus per gallinam & accipitrem cernitur. 226, a. Pauperes qui pascunt comparantur animalibus vtilibus ad cibum. 258.

Pax vt fructus spiritus quid est: eius natura, officium, & effectus designantur in vento coro, 92, a. in elemento terræ. 38, c. In signo tauri. In planetis mercurio, luna, saturno, & est triplex 39, d.

Peccata capitalia septem conscribuntur & declarantur. 69, a. 171, c. septē corporis infirmitatibus comparantur 204. & fructibus corporis, & peccati natura, sterilitas, prauitas. varietas, origo, gradus, pondus, onus, damna, defectus, & effectus, miseria, & pœnæ designantur diuersimode in multis. 226, c. l 1. c 58, & 59, l. 3. c 53, l 4. c. 62, & 63, l. 5. c 92. & 93. l 6. c 2. & l. 7. c. 23. & 53, l 8 c, 56, lib 9. c 53. l. 10 c. 52.

Peccatum contra spiritum sanctum quale sit. 220 b.

Peccatum contra naturam in perdice cernitur 214 a.

Peccatum mortale quomodo committitur, & augetur: ac Peccati venialis status l 7. c 55.

Peccati recidiuatio quantum obest. 480, d.

Peccator per naturam bonus est, & per culpam malus, ac comparatur medullæ & cortui lentis 184, b.

Peccator non confitens comparatur canibus 248.

Peccatores puniuntur a deo diuersimode, nunc & in futuro. 398 Eorum punitio comparatur diploidi. 480, c. describitur legibus. l 8 c. 57.

Pæna gehennæ non est æqualis omnibus, exemplo solis. 508. Pæna purgatorij comparatur excommunicationi. 444, b. Et pæna corporalis ac spiritualis distinguuntur. l. 8. c. 57.

Pænitentia diuersis virtutibus perficitur. 191, c. omnia capitalia vitia expellit. 135. c. Eius partes, merita, perfectiones, fructus, vtilitates, opera & effectus multis exemplis demonstrantur. l 1. c 60, l. 2. c. 25, l. 3 c 56, l. 5. c 94, l 6 c. 54 l 7. c. 24. l. 8. c. 58. Item. 135 a. 228, a. 477, b. 191. a. 272 Pænitens comparatur planetis, & monti oliueti. l. 1. c. 61. variis metallis. 137, b. variis natatilibus & volatilibus. l. 4. c 63, & aliis rebus. 173, 478, 509, l 9. cap. 54.

Peregrinos iuuare docent elephas, scorpio, miluus. 273, 230

Perfecti viri assimilantur piscibus & auibus prædæ. l. 4. c 67. Nuci muscatæ. l. 3. c 6. Nazareis. 509, d. & opus bonum perficere vanitas sæculi impedit, exemplo oliuæ & ficulneæ 191, b.

Perseuerantia quibus rebus comparatur. 192, b 442 b 478, c. Perseuerantia in bono est necessaria 273, d. 509, d. 268 c. eam seruare apes docent. 231, a. qui eam negligit comparatur capiti, & caudæ draconis stellæ. 78, c.

Persecutio sanctorum in visione equorum cernitur. l. 7. c. 25, & persecutores innocentium sunt belluæ marinæ. 222, a.

Piger homo comparatur agro neglecto. 510, b pigritia somno superfluo assimilatur 341. b.

Pinguedo animæ in mergulo cernitur. 231 b

Potatur anima instar corporis. 343.

Potestas humana comparatur brachiis 342, a.

Potestas temporalis & spiritualis est in papa 442.

Prædantes alios fiunt prædæ aliis. 232, a.

Prædicator qualis esse debet. 137, d. 231 b 275, a. quibus rebus comparatur. l. 5. c. 98, l 6. c. 59 l. 7. c 26 Prædicatorum doctrina quid efficiat. 217, a. qualis esse debet. 316, d. Prædicatoris lingua adusta quid est. 126. Prædicatores boni & mali comparantur seminatori l. 9 c. 56. Qui dicunt & non faciunt comparantur cæcis, & claudis. 510. a.

Digitized by Google

Prælatorum bonorum perfectiones, dignitas, officia. 78, d. 79, a. 192, 232. 257. l. 6. c. 60. quales futuri sunt circa vltima tempora. 397. eorum regimen in quibus consistit per leges. 442, b quomodo sunt eligendi 236. Eorum exemplum malum quid mali operatur 218, b 257, a.

Præseruatur anima a peccati putredine sicut corpora a corruptione quoad quatuor accidentia. 79, b.

Præsumprio quot modis capitur. l 8. c. 89. & præsumptuosi comparantur falconibus. 232, b.

Principatus secularis comparatur orceni. 80, a.

Principi quæ sunt necessaria. l. 1. c. 65. qualis esse debet. l. 6. c. 65, & 61. malorum principum mores describuntur. 371, a.

Proficere semper in bono debemus. 510, b. & possumus dum viuimus. 276. vt imperfectus proficat gradatim, quod agendum est exemplo hæderæ. l. 3 c. 63.

Prosperitas mundi comparatur fumo. 81. fab. c. 193, c.

Prosperitas peccatoris comparatur buboni. 232, c. & est iudicium perditionis. 480. b. Et prosperantes in peccato sunt tandem infœlices, & comparantur infamis. 50, b.

Prouectus animæ in via dei habet quatuor gradus exemplo formationis catei. 480, a.

Prouidentia dei est precipue de fidelibus. 512.

Prudentia quomodo accipitur, 81, d. quid, & quotuplex est, in quibus consistit, & eius necessitas. 82, a. 106, a. 150. 349, d. Eius partes integrales octo. 121. d 146, d. 426, d. comparatur stanno. 140 d. hyacintho. 138. b. & aliis rebus 326 & l. 6. c. 61, cæsa formica & varia animalia docent. l. 5 c. 101.

Prudens homo comparatur montiolineti. 81, d. mensuras temporum, & est vulturi similis. 232, d.

Pueros & puellas educare docent aranex, Iob, & Tobias, 277, c.

Pugnandum est contra diabolum vt pisces contra cocodrillum. 232, d.

Pulchritudo animæ & arboris comparantur lib. 3. cap. 65. & corporalis pulchritudo vana est, vt parietis, & cornicis. 480, c.

Puniendi qui sunt secundum leges lib. 8 cap. 57 punitio peccatorum quorundam assimilatur dipliodi. 480, c.

Purificatio cordis comparatur coralio. 239, a.

Puritas mentis seruanda est vt animalis fœtus, 277, d.

Purgatorij pœna qualis. 359, d.

Purgantur defunctorum animæ aliquando extra locum communem purgatorij 444, d.

Purgatio peccati sicut digestio cibi est triplex. 359, c.

Q

Qværendus est Christus sicut Topazion lib. 2. cap. 30.

R

Ratio debet regere cogitationes sicut Domina ancillas. 510. & animam totam secundum leges. 444, c. & rationi vti competit homini ex propria forma. 480, d.

Recreatio quieta competit omnibus per leges. 444, c.

Recidiuantes in peccata comparantur sotularibus vel pellicijs veteribus, pauidis militibus victis sincopi, & recidiuantibus in morbum. 480.

Rectores boni comparantur neruis, cantilagini, fronti lib. 6. cap. 62. eorum officium erga Deum. 342, b.

Religionis & religiosorū perfectio, conseruatio, status definiuntur in pinea & rosa. 194. c. 195, b. in caserna. 82, a. Religionem ingredientes qualiter se & suos regere debet, anseres, grues, & aues plures docent. 233, a. 236, b. Religiosus comparatur anisio. 195. Debet esse mortuus mundo 510, c. similis dentibus & pueris. 351. & dromedarijs. 277, d. quomodo differt à laico. 195. cui habet tonsuram coronæ. 497, a.

Digitized by Google

Sollicitudo ſeculi cõparatur molæ. 483. Et ſolicitudo ſpiritualium comparatur vigiliæ. 356 b. temporalium curam ſolicitam fugit vir ſpiritualis. 512.

Solitaria vita comparatur eremo. 87, d. ſolitarijs inſidiatur diabolus exemplo capræ. 282, a.

Spes virtus theologica in viſionibus cernitur. 401, c. Iuuatur ex bonis operibus, & tribulationibus: & à Deo. 512, c. comparatur æri. 146, c.

Spirituales viri cõparantur piſcibus. 235, c. repreſentãtur in viſione de rotis lib. 7. c. 32. non debent vacare otio. 200, b.

Spiritus ſanctus quare apparuit in ſpecie columbæ. 235. comparatur igni, nubi, vento, & eius fructus ventis 12 comparantur lib. 1. cap. 45. eius dona ſeptem planetis cõparantur. 32, d. tria operatur in anima. 356. Et ſpiritus malignus comparatur aquilonari 88 d.

Sponſæ Chriſti perfectiones patefiunt: & cum humanæ ſponſæ bonis partibus comparantur. 357, b.

Status viri ſpiritualis diſtinguitur vt annus lib. 1. cap. 74.

Status clericorum & laicorum differentia. 446, d.

Studens in ſcriptura comparatur ruminanti animali. 282. d.

Subditorum officium apes docent. 236, a. Eorum peccata erga ſuperiores culpantur exemplo Oze. 48; d.

Superbia comparatur marti, cometæ, tonitruo, vento l. 1. c. 75. argento viuo, magneti. 143. igni. 69 turri babel lib 9. cap. 72.

Superbiæ origo, damna, gradus. 484, b. 281, c. 86 337, a.

Superbi cõparantur planetis. 15, d. Mõtibus, cedibus, fructibus l. 1. c. 76. variis animalibus l. 5. c. 12 236. Et ſuperborum penuriſtas deſcribitur. 484. Superbire de gratia eſt monſtruoſum. 512, d.

Superiorum & inferiorum ad ſe inuicem obligatio exemplo equitis. 345, b. & membrorum corporis. 362.

Suſpicio mala ex tribus cauſis prouenit. 421. b.

T.

Tactus lasciuus comparatur vrticæ. 200, b.

Tacere & loqui debet homo pro tempore: & dolorem tacere aliquando plus cruciat. 455, a.

Temperantia aſſimilatur mercurio. 96. pluuiæ. 146, d. ſtanno. 144. Eius modus triplex in tertio digito ſignatur. 372. Eius bona. 198.

Tempus merendi & demerendi. 482. temporis abbreuiatur. 108, d.

Tentatio triplex deſcribitur l. 7. c. 33. tentatio occulta eſt velut ſomnium & pollutio nocturna. 402. Peccati comparatur incubo. 358. ſuperbiæ eſt propria diabolo, & velut turbo. 404, c. tentatio diaboli quos impugnat maxime. 513. eam iuſtus metuit, fugit, repellit exemplo variorum animalium. l. 5. c. 113. Tentationis Chriſti triumphus triplex. 404, b.

Tentationi ſtatim reſiſtere monet lex. 447, a.

Tentatur fortius pœnitens quàm peccator exemplo venti. 98, c. Tentari fideles deus permittit ex ratione. 513 a.

Tentationis ſpiritualis ad mortem vel ſalutem animæ ſigna nouem (ad modum corporalis infirmitatis) notantur. l. 9. c. 74. Tentationes per pœnitentiam quomodo extinguantur. 273. Et quomodo eis reſiſtitur erudimur lib. 7. cap. 33 lib. 9. cap. 4. lib. 10 cap. 76. Et exemplo mugilis 235. c.

Tepiditatis damna, & quo modo de pluribus tentatur tepidus quàm feruidus. 514, a. 513. c.

Timor Dei comparatur fœniculo. 200, d. lapidi ſuper aſſeres: tegulis ſuper tectus ſetæ: & eius commoda pluta. 488, a. 200, d. Eſt velut oſtiarius animæ. 514 a.

Timor mortis ex gratia prouenit quid efficit. 128, d. Timor mundanorum comparatur ſetæ motui. 99, b.

Timens Deum comparatur bezillo. 145, a. Timens inchoare pœnitentiam comparatur aſino timenti intrare in aquam. 286, a. Et timere monetur (ſancti dum viuunt) per terram 98, b.

Tyranni comparãtur aquilis, & miluis. 236, c. variis feris. 286, b. tyrannici dominij triplex cauſa. 318, b.

Tyrannorũ quadruplex ſollicitudo. 484, d. Eorum contra ſanctos crudelitas deſignatur per viſiones equorum lib 7. cap. 25.

Digitized by Google

Transgressor quomodo fiat per leges, etiam qui bonum facit. 447,b.

Tribulationes sunt nuncij Dei. 447. sunt materia patientis exemplo cibi. 183,c. Cur à Deo mittuntur etiã Iustis. 287,b. 457,c. 488,a. 514,b. 99,b. Assimilantur diuersimode varijs rebus. 502,a. 64. 145. 201. 237,a. 143,c. 183. 358. Cur Improbãtur qui fugiunt tribulationes lib. 10. cap. 81. Et tribulatio sanctorum quando cessabit. 511,c.

Trinitas diuinarum personarum representatur generaliter in omnibus creaturis lib. 1 cap. 81.

Tristitia pænitentiæ de peccatis assimilatur Melancholiæ, & dolori stomachi. 359.

V

VAna gloria vnde oritur, & comparatur tineæ. 287,d. septem filias generat, & comparatur molendino ad ventum, & semen dicitur diaboli. 488,d.

Verbum Dei quomodo nascitur à Patre. 100,b. Et verbi Dei incarnatio per subitam aëris illuminationem designatur. 215,b. Et verbo Dei carere comparatur fame. 518,a.

Verbum Dei quomodo sit seminandũ. 476,d. Prædicandum. 316,d. audiendum. 495,d. comparatur pluuiæ. 32,b. 204. lumini, radio solari, scintillis, guttis, stillæ roris lib. 1. cap. 82. sagittis, gladio, medicinæ. 489,a. & semini 202,a. Verbo Dei nutritur anima exemplo pulli gallinæ. 237,a. verba bonorum comparantur linguæ, saliuæ, spuro lib. 5. cap. 75. verba peccatorum displicet Iustis sicut cibus insulsus gustui. 486,c.

Vetulæ mulieres quædam comparantur cornicibus. 237.

Vidualis vita est Deo vacare, vt legimus de sancta Anna. 35,b. & per mercurium cum sole gradiente significatur. 38. vidualis continentia comparatur turturi. 237,d.

Viæ peccatorũ assimilantur vijs auium. 237,d.

Vini abstinentia laudatur. 142,d.

Virginitas præfertur coniugio. 123,c. virginitatem docent apes. 238,a. eius præmia. 370,b. virginum sanctorum dignitas & perfectio per fœmora notantur. 361,b. per circulum galaxiæ. 104. per zenithe lapidem. 123,b. per margaritam & chalybem. 124,b. virginitas comparatur lampadi. 489,d. Asteriæ gemmæ. 146,b. cedro, ordeo, rosæ, violæ lib. 3. cap 80. virginis Mariæ excellentia ex gemmis plurimis ostenditur lib. 2. cap. 21.

Viri officium erga vxorem describitur. 363,c.

Viri spirituales comparantur oliuæ, & varijs plantis lib. 3. cap. 60. Apibus lib. 4. cap. 11. optimis piscibus. 230,c. & figurantur in rotis lib. 7. cap. 37.

Virtus quid sit. 140,c. virtutum origo. 140,d. perfectio ex arcturo & planetis septem ostenditur lib. 1. cap. 84.

Virtutibus quomodo sit vacãdum. 372,b. comparantur marmori lib. 2. cap. 4. eas esse necessarias docet hirundo. 238,b. virtutes principales septem comparantur septem speciebus metalli. 146,c. Ipsæ & eis apposita vitia in somno Pharaonis de spicis declarantur lib. 7. cap. 35. virtutes interiores adaptantur sensibus & ossibus. 361,a. virtutes assimilantur alleis, & fabis. 203,c. Virtutes sanctorum comparantur vnguentis olentibus, & varijs liquoribus. 490,a.

Virtuosi comparantur stellis. 107,a. differũt à vitiosis sicut plantæ masculę à fœminis. 204,b. virtus fidei quid operetur in nobis cerua & formica docent 287.

Vita hominis naturalis, & eius defectus, miseria, breuitas designantur à flore 205,a. tela. 490,b. stuppa. 491,d.

Vmbra, fauilla, vapor, fluuio, vento lib. 1. c. 86. vita moralis comparatur aquæ. 110,d. vita spiritualis cõparatur vento & aëri. 111,b. militiæ. l. 9. c. 85. quomodo perficitur. 92,d. Paucioribus indiget quàm corporalis vita, vt patet per animalium instrumenta 285,d. vtraque vita comparatur vitæ volatilium. 238. & per tria somnia demonstratur lib. 7. cap. 34. vitæ persentis & futuræ in templo veteri figuratur. 490,b. vita æterna nobis debetur iure hereditario, & quæ sunt eius commoda 518,a. vita anachorita. 282,a.

Vitium nunquam debet approbari, & quo diuturnius eo est periculosius sicut consuetudo mala. 448,b. vitium contra naturam detestabile esse in perdicibus cernitur.

Digitized by Google

cernitur. 214, a. vitia capitalia quæ sunt, & comparantur septem planetis. 214 a. & alioüis. 204 d. earum loca in anima. 28.

Vitia se inuicem quomodo pariunt & occidunt sicut scorpiones: & vnum est alterius frenum vt sit in serpentibus. 288. b. & quomodo vitia sunt priùs extirpãda deinde virtutes inferendæ. 491, d.

Vnctio spiritualis gratiæ quatuor signis ostenditur. 492, d. Et vnctio est multiplex varios effectus gratiæ representans. 166, b.

Vnitas eccl. fit adaptatur vnitati membrorum in corpore. 362, b. vnitas spiritualis comparatur vnitati rerum corporalium artificiali, naturali, sociali, & vnitatis effectus qui sunt. 492.

Vocat Deus hominem quadrupliciter: sicut solet inter homines fieri. vocatio lib. 10. cap. 84.

Voluntati propriæ inniteutur astuti exemplo pellis. 493, a. Voluntatem bonam qui nunquàm habent assimilãtur mulieribus quæ nunquã cõcipiunt. 518 a. Voluntatis bonitas ac malitia sit in homine diuersimode. 245, d.

Voluptas carnis comparatur Amphibenæ, & limaci: ac dicitur vermis linci. 289, a. voluptates abijcere docet aquila. 240, a. Et dicitur voluptas laqueus diaboli. 113, b. Et voluptuosus cõparatur Saturno. 113. c.

Vsura comparatur pluuiæ. aquilæ. 240. vsurarius aliena detinens detinetur ipse à diabolo. 493, b.

Vsurarij & pecuniarij comparantur pigmeis, & vsuraria pecunia morsui aspidis. 289, b. Et vsurarij prauitas comparatur excommunicationi. 447, c.

Vxores duas simul vni viro non licet habere, sicut nec duas ecclesias vni prælato. 448, a. vxores autẽ plures quocunque pacto patribus olim permittebatur, habere. 427, b. & quomodo vxor est quærenda lib. 4. cap. 15.

X

Xenia Iudices excecant, & mitigant eos vt canem latrantem proiectus cibus. 266, b.

Z

Zelus Dei quid est & qualis esse debeat, quẽ docet. 117, d.

Zelus carnalis & matrimonialis comparatur coppæ marinorũ & qualis esse debeat. 206, a. Eius damna, & quomodo zelotypi assimilantur asinis. 208, b.

Zelus spiritualis qualis est, & eius præmia, exemplo Phinees & Heliæ: Et zelans indifferens cui comparatur lib. 1. cap. 33.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google